Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
F
53
NAPOLI

597705

Racc Vill F. 56

RESPONSA HIERONYMI BVCCAFERREI

PATRITII BONONIENSIS

I. C. celeberrimi, ac in Patrio Archigymnaſio Ordinarij dum viueret Iuris Ciuilis matutinis horis Emeriti Interpretis, ac Eminentiſſimi Profeſſoris.

Nunc ſecundò in lucem edita:

Opus ſanè vtillimum, ſemper expetitum, magiſtrali, inſigni, ac ſolida eruditione refertum, multas, graues, ac frequentes Quæſtiones Ciuiles, Criminales, Statutarias, Feudales, necnon fideicommiſſarias complectens.

Cum Indice locupletiſſimo Argumentorum, & Materiarum.



BONONIÆ, Typis Iacobi Montij. MDCLXVII. *Superiorum permiſſu.*

HIERONYMI BVCCAFERREI
VITA
Iacobo Philippo Tomaſino Æmoniæ Epiſc. auctore, ex eiuſdem libro, Illuſtrium Virorum vitæ inſcripto, excerpta.

BONONIA ingeniorum fæcunda nutrix Buccaferream gentem adeò benigno ſinu aluit, ac perpetuis honoribus fouit, vt meritò ea & vrbi, & ſimimetipſi ſummam gloriam, ac ſplendorem conſeruauerit. Quantum ei ſummus Philoſophus contulerit Ludouicus Buccaferreus iam vidimus. Maiorum ſeriem in hoc Doctorum Virorum theatro nunc explet HIERONYMVS, Ludouici nepos, vt loco, ita quoq; doctrina ex toto hoc ordine nemini ſecundus: cuius miram Iuriſperitiam, ac probatum in iure dicundo candorem, & ſupra quàm dici poteſt cum ſingulari prudentia facundiam vix noſtrum eſt dignis laudibus perſequi.

VINCENTIVS frater Ludouici Philoſophi genuit Franciſcum, qui non modò ſumma pietate, & dexteritate præditus, ſed etiam morum comitate exornatus magnis Viris, & præſertim Cardinali Palæoto Bononienſi Archiepiſcopo mirificè acceptus fuit. Hic vxorem duxit Iacobam Iacobi Phaſianini I.C. Collegiati, cauſarum actoris, & legum interpretis poſthumam, & hæredem, fæminam tum corporis, tum animi dotibus inſignem, ex qua Hieronymum filium Anno M.D.LII. ſuſcepit. Qui viuacis ingenij, & optimi temperamenti, maiorum imagines ſtatim ab ipſa adoleſcentia æmulatus, optimi parentis ductu à præceptoribus mira facilitate humaniores literas didicit. Quibus ſupra mediocritatem eruditus Anno MDLXVI Iacobum Paulum Muzolum conſobrinum, Logicæ, & Philoſophiæ publicum profeſſorem diligenter audiuit. Sed antequam vlterius in hiſce ſtudijs progrederetur, anceps aliquandiu hæſit, quo ſe verteret, num ſe Philoſophiæ, an Iuriſprudentiæ traditurus eſſet. Ad illam adoleſcentis ingenium Ludouici Philoſophi patrui magni exemplo, & Muzoli conſilio ferebatur: inuitabat etiam ſcientiæ iucunditas, quippe cuius vi abdita cæli, ſoliq; myſteria, aliaq; homini ignota patent. Vicit tamen Iacobi aui materni memoria: cuius ille ſe ingenio ſenſim accomodans, Iuriſprudentiam veluti rerum omnium moderatricem, ſummiq; ea ætate precij apud viros principes magnis conatibus aggrediebatur. Accedebant Iulij Scarlatini Regienſis hortamenta: quem amitæ maternæ Conſtantiæ Phaſianinæ maritum veluti patrem colebat. Nec vano obſequio. Magni.n. hunc fuiſſe iudicij Iuriſconſultum teſtatur Decianus conſilio 159. lib. 2. qui & Patauij ipſum docuiſſe monſtrat. Deciusq; quoque in conſilio 547. virum extollit. Bononiæ poſtea in Quinque virum numero Rotæ adſcitus eiuſdem Vrbis Præturam geſſit, exinde ciuitate donatus, in ea quoad vixit aduocationis munus laudatiſſimè geſſit, cuius doctrinæ monumenta præcipuè extant inter conſilia Criminalia diuerſorum, & inter conſilia Marcianenſis.

HIERONYMVS itaque tot, tantiſque ingenij, doctrinæque præſidijs poſtquam Annum M. D. LXVIII. abdicata rerum contemplatione in patrio Gymnaſio Imperatoris Inſtitutiones biennium audiuiſſet, ad leges Ordinarias ſe contulit, Præceptores nactus Cl. legum interpretes Ferrantem Vetium, & Antonium Glauarinum: quibus cum ei ſumma neceſſitudo interceſſit. Et ſanè Glauarinus ob nimium iuuenis in ſtudijs ardorem, ipſum tantopere diligebat, vt ad priuata colloquia ſæpiſſimè admitteret, & inter domeſticas literarum contentiones identidem ſpe maximi profectus hortabatur, vt inceptum ſtudiorum curriculum proſequeretur, Conſilio euentus reſpondit. In exercitationibus enim Academicis, quibus repetitiones Bartholi exponebantur, ſtrenuè ſe geſſit, adeoq; magni ingenij documentis plurimorum commilitonum ſibi fauorem conciliauit. Inter eos præcipuus fuit Achilles Pedrocha Brixienſis quem varia eius ſcripta I. C. clariſſimum demonſtrant. Animum, & linguam cum domeſtici

diſceptationibus informaſſet Buccaferreus, fortis athletæ in morem ingenij vires in arena ſcholaſtica experiri voluit. Magnu itaque auditorum applauſu die XX. Maij MDLXXVII. Theſes ex Iure Canonico, ac Ciuili depromptas Cardinali Palæoto dicatas publicè ſuſtinuit. Ex quibus eam eruditionis laudem reportauit, vt anno ſequenti die XV. Ianuarij lauream in vtroque Iure promeruerit: quam Antonij Gypſij, Berlingherij Cardinalis patrui Cl. viri, qui Archidiaconi abſentis vices gerebat auctoritate, præſente Cardinali Palæoto obtinuit, Promotoribus Ferrante Vetio præceptore, Franciſco Zoannetro Ferdinandi I. Imperatoris Conſiliario, Annibale Monterenrio, & Iacobo Venente: quorum fama præclariſſimis doctrinæ ciuilis documentis orbi vniuerſo iam inclaruit.

Hac dignitate condecoratus, vt ſolidis ſuorum laborum fructibus alijs prodeſſet, ſtatim cathedram Inſtitutionum imperrat, collega datus Camillo Buccaferreo cl. legũ interpreti: quem Zilettus in Epiſtola nuncupatoria Conſiliorum Purpurati celebrat. In eo ſumma cura fuit, vt facilitate, & diligentia diſcipulos breui doctiores redderet. Idq; cum publicis, tum priuatis lectionibus ſic erudiendis iuuenibus aſſiduè occupatus, quibus hãc ſui ingenij opinionem præbuit; vt multi alijs Gymnaſijs relictis Bononiam ad tanti viri diſciplinam contenderent. Dictio eius prompta, non obſcura, non prolixa, ſed breuis, & perlucida. Auditoribus ipſe affabilis, cunctis adeò gratus, vt iuuenis Patriæ decurionibus adſcriberetur. Quem magiſtratum ita honorificè ſuſtinuit, ita candidè omnibus ius ſuum tribuit; vt iteratis vicibus per omne vitę curriculum decies ſepties ad idem munus obeundum eligeretur. Biennio cum Inſtitutiones tradidiſſet, ad ordinariam Iuriſprudentiæ ſedem aſcendit. Eam auctis honorarijs per annos quadraginta duos tanta cum ſui nominis gloria, & auditorum frequentia honeſtauit, vt fermè ſolus ſuptemum gymnaſij Bononienſis decus tueri videretur Collegas nactus cl. Viros Ferrantem Vetium ſuum olim Doctorem, Annibalem Mareſcorum, Laurentium Cauallinum, & Cæſarem Argelum nunc vtr. ſignat. Referendarium. Quantum publicæ iuuenum vtilitati ſtuduerit loquitur ingens eorum numerus, qui ex eius ſchola prodierunt. Quot etiam viros celebriores, quot purpuratos produxerit, notum eſt. Erat eius præcipua cura diſcipulos ſuaui comitate ad labores allicere, facili methodo res arduas in planiorem ſenſum reducere: Vir formæ maieſtate venerandus, clara voce è ſuggeſtu diſſerens, eunctorum animos ad tantum ſui obſequium trahebat, vt plenis ſubſellijs nemo vel vltra horam defatigaretur, adeoq; perpetuum auſcultationis deſiderium ſingulorum animis hæreret. Memorabile eſt quod fide publica notarij Antonij Bettæ de Gauario dioceſis Tridentinæ manu probatum retulit D. Euangeliſta Bornicus, ciuis Ripæ Sereniſs. Archiepiſcopi Salsburgenſis protophyſicus, quod in itinere Veneto cùm An. MDCV. fortè incidiſſet in ſummi nominis Iuriſconſultum Marcum Antonium Peregrinum, tunc Patauij Iuris Cæſarei profeſſorem, ac quod fieri ſolet in cymba inter varios ſermones rogaretur vir maximus, quem inter Italiæ Iuriſconſultos primum cenſeret BVCCAFERREVM reſpondit. Quæ ſententia tunc aliorum, qui aderant, eruditiorum calculos promeruit. Nec etiam præclarum de eo iudiciũ ſiluit in conſil. 10. T. 2. & 12. ac 125. T. 5. vbi nunc clariſſimum, nunc præſtantiſſimum I. C. aduocat. Sed nec ab hac ſententia diuerſos fuiſſe conſtat Card. Manticam in conſil. 65. inter conſilia Buccaferrei Raudenſem in conſil. 14. Saccam in conſil. 176. T. 1. Giouagnonium conſil. 91. T. 1. qui omnes vno ore virum extollunt. Imò Gypſium in ſuis conſilijs cap. 41. *Hac videant, conſiderent, ſubijciant iudicio integerrimo tam perilluſtris, & Excellentiſs. D. Hieronymi Buccaferrei I. C. tempeſtate hac noſtra eminentiſſimi, & conſultoris etiam, vt audiui, in hac cauſa adhibiti* Inde Sacræ Rotæ Romanæ Doctores in quadam Deciſione Bononienſis Indemnitatis XXII. Maij MDCXX. coram Card. Caualerio, & XXV. Febr. MDCXXXIX. in Bonon. Tranſactionis coram R. P. D. Merlino non immerito ipſum *Primarium, & ob integritatem, & doctrinam magni nominis Iuriſconſultum* appellauerunt. Eum celebrant in ſuis operibus Hieronymus Manfredus in Præfat. Dialogi &c. ad Colleg. Doctor. Bonon. Io. Baptiſta Coſta Tract. de fact. ſcient. & ignor. cent. 2. diſtinc. 60. nu. 21. Antonius Monachus deciſ. Bonon. 40. punct. 14. in fin. Dominicus Cæſarius Epiſtol. 76. centur. 5. Melchior Lotterus de Re Benefic. lib. 1. qu. 31. nu. 51. Aſcanius Tamburinus de Iure Abbatum T. 1. diſput. 15. q. 21. Mitto priuata aliorũ Encomia, quæ paſſim apud Scriptores occurrunt. Viri merita florente adhuc ætate in publicis Scholis ad Cathedram, quamdiù tenuerat, monſtrant vtrinque tabellæ erectæ.

Hæc

Hæc à latere dextro.

Quid Præceptorum merita valeant, quid eorum vigiliæ poſſent, hoc vno exemplo ſtudioſa I.V. Vniuerſitas apertiſſimè demonſtrauit: quæ Excellentiſs. D. Hieronymo Buccaferreo delectum hoc auditorium varijs antea picturis cohoneſtatum, nunc verò proprijs Stematibus decoratum (magnum amoris, ac reuerentiæ ſignum) ex animo dicauit, & obtulit, procurante R.D. Flaminio Paulutio Priore digniſſimo.

A ſiniſtro.

Ad Excellentiſs. D. Hieronymum Buccaferreum Iuriſc. Clariſs.

Quicquid hic oppugnat, quicquid defendit, & acer
Roborat, infirmat, ferreus eſſe ſolet.
Si legum promit ſenſus interprete lingua,
Aurea verba fluunt, aureus ordo nitet.
Ferreus eſt igitur dicendus, & aureus idem,
Inclita Felſinei gloria Gymnaſij.

Annuente R.D.Flaminio Paulutio Fractenſi Priore digniſſimo Anno MDLXXXII.

Interea dum ſummis velis per immenſum Iuris Oceanum ad gloriæ portũ contendit, Iacobo fratre natu minore coniugium recuſante, amicorum cõſilio ad familiæ ſuæ ſtabilimentum licet de vita Eccleſiaſtica iam cogitaret Anno MDLXXXIX. ſuæ ætatis trigeſimo ſeptimo Orintiam, Antonij Mariæ Catanei filiã, vxorem duxit. Ex qua præterquamquod deſideratam progeniem vidit; id cõnubij potiſſimũ ſolatium ingens obtinuit, quod ei vxor natalibus conſpicuis contigiſſet. Patrem nempe ea habuit ex antiquiſſima Cataneorũ familia, penes quam olim Montisbelij dominiũ erat, Matrem Blancam Dugliolam, cuius maiores nec generis antiquitate, nec fortunarũ opulentia vllis ſecundi. Cui is honor acceſſit, quod Ptolomæus, Blancæ ex fratre nepos, thori conſortem habuit Dom. Mariam Barberinam Vrbani VIII. neptem & Caroli Barberini filiam: cuius ingentes animi dotes fati immaturitas inuidit meliori orbi.

Iam Hieronymi fama per vniuerſam ſe dilatauerat Italiam. Itaq; cum Anno MDXCVIII. nata eſſet inter Cardinalem Federicum Borromeum Archiepiſcopum Mediolanẽſem, & Magiſtratum Regium eiuſdem Vrbis grauis controuerſia, Clemens VIII. Sum. Pontifex, qui tũc Ferrariæ morabatur, ex Gymnaſio Patauino V.C. Guido Panciroli publico legum profeſſori ſelecto Hieronymum Buccaferreum ex Bononienſi lyceo addidit, vt horum virorum indicijs cauſſam æquis rationibus dijudicaret. Rei benè geſtæ monumentum purpurati Patris munificentia aureum torquem Clementis VIII. numiſmate appenſo retulit.

Hac occaſione Io. Petrum Surdum Senatus Montisferrati præſidem agnouit, & cũ eo ſuam de grauioribus negocijs ſententiam communicauit. In patriam reuerſus vna cum alijs Collegij Bononienſis Doctoribus Clementem VIII. Bononiam ſolemni ritu excepit. Nec minori honore anno ſequenti pro Sereniſs. Duce Mantuano, & Excellentiſs. Camillo Corrigij Domino in cauſa hæreditatis Fabricij eius fratris tertius Arbiter electus eſt. Mantuæ quoquè non modo honorificè à Principe habitus fuit, ſed Bononię diuerſa poſt munera obiuit Ann. MDC. Sanctæ Inquiſitionis Collegio Conſiliarius adſcribitur, qui eximius ibi eſt honor, eoq; totius vitæ curriculo decorabatur. Anno MDCI. in cauſſa Sereniſs. Ducis Subaudiæ, & Reipublicæ Genuenſis pro iuriſdictione terræ Pornaſij ad Collegium Bononienſe delata pro Duce ſuffragium tulit. Verum ne publicæ occupationes familiæ eius caſu inopinato damno forent, hoc anno è liberis teſtamento hæredes inſtituit quatuor maſculos, relicta competenti dote duabus femellis, quæ tunc ſupererant. Vxori peculiarem commendauit Muſei, ac librorum MS. curã: cuius poſſeſſionem integram è filijs voluit ei, qui Doctoris titulo dignus foret. An. MDC. III. Collegio iuris Ciuilis patrio, ſicuti iam Anno MD.XC.IV. Canonici Iuris magna cum laude aſſociatur. Cum Bononiæ MDCXIV Maphæus Barberinus, quem hodie Summum Pontificẽ colimus Legationis munus obiret, Caſus quidam Criminalis maximi momenti à Tergeſtinis eidem mittitur, vt duobus, ſuo iudicio, ſummis Bononienſium Iuriſconſultis decernendus detur. Buccaferreo primùm, dato Collega Horatio Giouagnonio, onus imponit Legatus magna illa, qua pollebat prudentia; eorumquè ſententiam, penes ſe probatam, Tergeſtum miſit. Hæſit adeò Herois animo ille laudabilis Hieronymi labor, vt Franciſco Mariæ Hieronymi filio, ſe venerabundam ipſi iam ſummo Pontifici viginti quinque poſt annos ſiſtenti, apprimè ſolertiam Patris in prædicto labore capeſcendo laudauerit. Simile quid accidit MDCXIX. Cauſa altero Ciuili grauiſſimo a prælibatis Tergeſtinis Aloyſio Card. Capponio Bononiæ Lega-

Digitized by Google

to remiſſo; qui hanc prouinciam Buccaferreo, addito Camillo Gypſio comite demandauit. Ann. MDCXXII. Bonon. magiſtratus nomine, veluti primus in aduẽtu Card. Antonij Caietani orationẽ habuit, benigniſſimè ſemper à tãto patrono, alijs magnis viris, & Principibus habitus.

Longum nimis foret omnia recenſere, quæ chartis commiſit, quęue pro clientibus protulit. Diſcipuli ſanè ex ipſius phrõriſterio veluti ex equo Troiano proceſſerunt innumeri. Inter quos externi primam ſedem meritò ſibi vindicant Bonifacius, & Antonius Caietani Cardinales, quos patruus Henricus Caietanus Legatus Bononienſis ſecum duxerat, ac in Buccaferrei diſciplinam tradiderat, imò quauis hebdomada ad academicas exercitationes in palatio euocabat. E purpuratorum Collegio pręterea auditores olim habuerat Serram Legatum Ferrarienſem, Caualerium, Fabricium Veroſpium, Gypſium, Spinolam S. Ceciliæ Cardinalem, qui ſolus ex hoc numero in viuis. Præterea Epiſcopos, Prælatos, Sacræ Romanæ Rotæ Auditores, & non modo Romæ, ſed in cæteris Ciuitatibus dignitate, ac doctrina conſpicuos ferè innumerabiles habuit diſcipulos, quorum ſeries integri voluminis molem requireret. In Curia Romana adhuc ſuperſunt Antonius Seuerolus Archiepiſcopus Nazarenus, Cæſar Racagna Epiſcopus Tifernas, Io. Baptiſta Scanarolus Epiſcopus Sidonis, & Eminentiſs. Cardinalis Barberini familiæ præfectus, Franciſcus Albitius V.S.R. & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Romæ Aſſeſſor, Cæſar Argelus V.S.R. & Auditoris Cameræ in ciuilibus Locumtenens, Hieronymus Codebouius V.S.R. Io. Baptiſta Tarabuccius V.S.R. & Sereniſs. Ducis Mantuæ apud Pontif. Orator, Chriſtophorus Ronconus Prodatarius, Frãciſcus Cultellus, & Ferretus Sacræ Aulæ Conſiſtorialis Aduocati, Chriſtophorus Signius Vrbani VIII. cubicularius honorarius, omnes viri clariſſimi. E ciuibus ſuis præcipuos reliquit præter laudatum Card. Gypſium, Antonium Albergatum Epiſc. Vigiliarum, Iacobum Zambeccarium Minerbini Epiſcopum, Baptiſtam Signium Vtriuſq; ſignaturæ Referendarium, Abbreuiatorẽ, de parto maiore, & Prouinciæ Aemiliæ Legati Viceſgerentem, Paulum Toſſignanum, Io. Baptiſtam Palmerium, Horatium Giouagnonium, Camillum Gypſium Senatorem, Bartholomeum Dulcinum, Ioan. Camillum Gargiareum, Claudium Achillinum, Hieronymum Saracenum, Laurentium Balzanũ, Franciſcum Capellũ, Laurentium Cauallinum, Ioan. Argelum, Bernardinũ Cattaneum, Zaccariam Giraldum, Dominicum Odofredum, Franciſcum Pedrinum, Io. Baptiſtã Gallum, Philippum Coſpium, Sebaſtianum Alle, Petrum Peratinum, Cornelium Canalium, Petrum Felicorium, Franciſcum Barbadorium, Dominicum Comellum, Thomam Serram, & alios partim publicis muneribus, partim publicè docendo Viros vndiq; in Curia Romana, & alijs in locis celebres.

Exacto profeſſionis anno quadrageſimo quarto annum ſeptuageſimum ſuæ ætatis agens, cùm iam ſibi firmum, nec vnquã morbis tentatum corporis robur aliquantiſper deficere ſentiret, non ſolum vacationis priuilegium docentibus poſt tot annos conceſſum, obtinuit; verum huic gratiæ is cumulus acceſſit, vt relicto ſibi docendi arbitrio filium Franciſcum Mariam, qui ſexennium Ius publicè expoſuerat, in eadem cathedra docentem videret. Voti iam compos ſe ad meliorem vitam, cui ſe vicinum nouerat, quotidie præparauit. Fati vim non parum accelerauit ingens męſtitia à coniungis obitu: quam ſolutis paulatim viribus poſt quadraginta dies lenta febre conſumptus, ritibus diuinis expiatus, inſecutus eſt aduesperante prima Martij die MDCXXIII. Exequijs ſolemniter ſolutis in templo S. Georgij cõditus eſt in monumento, quod ſibi reſtaurauerat hoc titulo.

SEPVLCRVM HOC
IN AMPLIANDA ECCLESIA
VETERE ANGVSTATO
QVIETAM CORPORVM SEDEM
SIBI SVISQ. POSTERIS
ÆTERNAM ANIMORVM REQVIEM
PRECATVS.
HIERONYMVS BVCCAFERREVS I.V.D.
FRANCISCI F. VINCENTII N.
P. A. S. MDCXX.

E quinque filijs, quorum duos præmiſerat, tres ſuperſtites habuit, qui parentis manes eximiè decorarunt. Maior natu Franciſcus Maria verum paternæ gloriæ exemplum, Iuriſcõſultis adſcriptus, annos decem Patrio Gymnaſio magno auditorũ concurſu Ius Ciuile docuit. Romam deinde ſe contulit, vbi qũinque annos in cauſis tuendis, & præſertim ad celebre illud Rotæ dicaſte-

Digitized by Google

caſterium ſpectantibus, ſe laudabilem pręſtitit. Defuncto Senatori Camillo Gypſio, pauperum in forenſibus patrono, Buccaferreus in patriam reuerſus Summi Pontificis Vrbani VIII. iudicio ſufficitur: quod munus nemini niſi probatæ fidei confertur. Id poſtquam aliquandiu laudabiliter geſſiſſet, Romam denuò profectus alium tantiſper ſibi ſubſtituit, donec ſua ibi negotia confeciſſet. Vir ob egregiam, cum prudentia doctrinam, morumquè innocentiam ſummæ apud omnes æſtimationis. Alexander Iuris pariter laurea honeſtatus, dùm florida ætate patriæ munera ſubiret, immaturo fato diſceſſit. Poſtremus in viuis Hyacinthus publico eruditionis teſtimonio in vtroque Iure ornatus, tùm patriæ, tùm familiæ maximam ſui expectationem præbet. Sulpitia Dorothea vitam ſacris deuouit. Liberis Hieronymus Buccaferreus libros fęcundi ingenij partus reliquit plures, è quibus nunc in lucem editur Bononiæ *Volumen è Conſilijs 1400. ſelectum.*

In ſcrinijs ſunt

Lectiones in omnes Ordinarias Iuris Ciuilis materias matutinis horis enarratas.

Explicationes in Tit. Inſt. de Actionibus tàm in Textum, quàm in Gloſſas.

Digitized by Google

EX IANI NICII ERITHRÆI

Pinacotheca Imaginum Illuſtrium doctrinæ, vel ingenij laude virorum, Qui auctore ſuperſtite diem ſuum obierunt.

HIERONYMVS BVCCAFERRVS.

Ciuitas Bononiæ, mater Studiorum, Italiæ decus, ſummum ditionis Eccleſiaſticæ ornamentum, nunquam ingenijs hominum caruit, quibus æternam, apud omnes nationes, ſui ſibi nominis famam, gloriamque conficeret: verum noſtra memoria in Hieronymo Buccaferro, Franciſci filio, multum adepta eſt claritatis, & laudis. Hic, patris diligentia, qui & ipſe literas amabat, omnibus doctrinis eruditus eſt, quibus ætas puerilis impartitur, Io. Paulo Muzzolo Philoſopho, conſobrino ſuo, operam dedit, doctori eximio; qui, cum multos annos Bononiæ docuiſſet, euocatus eſt Papiam, vt ex precipuo gymnaſij illius ſuggeſtu adoleſcentibus ſtudioſis Philoſophiæ præciperet. Sed Hieronymi ſatis ſua ſponte propenſum ad vtriuſque iuris ſcientiam animum, acrius etiã ad id ſtudium impulit Iulij Scarlatini Regienſis, amitæ ſuæ viri, ac celebris I. C. à Philippo Decio laudati, hortatio, quem ille in parentis loco diligebat. Sed quantum breui profeciſſet, primum factum eſt eius rei periculum in concertationibus de iure canonico, ac ciuili, quibus Cardinalis Gabrielis Palæoti auſpicijs publicè ſe commiſit, tùm apparuit ex eo, quod dignus habitus ſit, cui ab Antonio Gypſio, Berlingerij Cardinalis Gypſij patruo, iuris vtriuſque publicè interpretandi facultas tribueretur, atque eodem anno inſtitutiones iuris ciuilis explicandi, in eo gymnaſio, munus mandaretur. Poſtremo quantum ſibi Bononienſes in eius doctrina, atque ſapientia, præſidij conſtitutum eſſe arbitrarentur, illud oſtendit, quod decies, ac ſepties, omnium ſuffragijs, coaptatus eſt inter Antianos, qui honos apud illos ampliſſimus putatur, Erat ad agendas cauſas aptus, erat ciuitatis regendæ peritus, ſed docendi in primis munere delectabatur, quod nullum ab eo, ſicut à ceteris, æternæ animorum ſaluti damnum metui diceret. At quatuor, & quadraginta annos, quibus ius ciuile docuit, tanti ad eum concurſus fiebant, vt non modo locus in ſubſellijs maturè occuparetur, verum etiam ſchola, atque adeo ambulacrum ſcholæ adiunctum, auditorum frequentia compleretur; tantum à corona ſilentium fiebat, vt nemo ne mutire quidem auderet; tam multæ aſſenſiones, tàm crebræ admirationes oriebantur, vt, qui procul aſpexiſſet, ſummum eſſe in ſchola magiſtrum, & tanquam in ſcena Roſcium intelligeret; Erat in eo latinè loquendi diligens elegantia, erat ſuauitas vocis, ac lenis appellatio literarum, adeo vt Dominicus Cæſarius, Rhetor inſignis, non ferrea, ſed aurea eum eſſe bucca præditum, prædicaret, erat, in diſſerendo, mira explicatio, argumentorum copia, in interpretando,

definiendoque acutè, itaut Hieronymus Manfredus iuris conſultiſſimus, iuris ciuilis ſubtilitates planè, ac dilucidè explicandi laudem tribuerit, Verum ex hoc per annos quadraginta, & eo amplius ad eum audiendum concurſu ex tota Europa facto, ex hac eius ſcholæ celebritate, & tanquam officina iuris prudentiæ, tam multi prodiere, quos Cardinales, Epiſcopos, Rotæ Auditores, Referendarios, Aduocatos Conſiſtoriales, alijſque præcipuè muneribus functos, ætas hæc vidit, quos terrarum orbis in omnibus celeberrimis Italiæ gymnaſijs ius ciuile docētes admiratus eſt, vt, ſi cui ſit in animo, in ſingulorum enumeratione verſari, dies vnus non ſit futurus ſatis. Patriam vſque eo dilexit, vt ſæpe luculentis conditionibus euocatus Firmum, Salernum, Parmam, Papiam, Piſas, Patauium, vt ibi doceret, nullum vnquā lucrum, patriæ caritati anteponendum eſſe putauerit: quamobrem vniuerſus gymnaſij totius conſenſus duas illi tabulas, quibus nomen ſuum, & familiæ inſignia cum ſuis elogijs inſculpta eſſent, defigendas curauit, ad memoriam, poſteritatemq; prodendam, atq; Henrico Card. Caietano, Bononiæ Legato, viſus eſt idoneus in primis, cui, fratris filiorum, Bonifacij, & Antonij, qui poſtea Cardinales fuere, inſtitutionem committeret. Omnes ferè ad eum cauſæ deferebantur, neque vlla erat ita magna, ita grauis, quæ nō eius digna patrocinio videretur, nulla in tota Italia controuerſia oriebatur inter ſummos Principes, inter Reſpublicas, inter priuatos, de qua (ſi de iure ciuili eſſet quæſtio) aut ſolus, aut cum paucis arbiter non caperetur, aut quæ ſua aduocatione, conſilioque non dirimeretur. Itaque eius ſemper domus hominum frequentia redundabat, neque vnius tantum erat perfugium ciuitatis, ſed totius oraculum Italiæ, vnde omnes, qui in ſuis rebus dubijs, maximeque perplexis, ex incertis certi, compoteſq; conſilij diſcederent. At cum iam annos quatuor & quadraginta docuiſſet, iamq; eum confectum annis vires deficere cepiſſent, anno MDCXXII. poſtulauit, ab Adminiſtratoribus Reip. Bononienſis, vacationem à docendi munere, qua ad eam vſque diem, cum multo ante potuiſſet, vti noluerat; quam cum illi grauatè concederent, peterentque ab eo, vt gymnaſij illius honoris gratia, nonnunquam, cùm ipſi commodum eſſet, ſaltem ſuggeſtum aſcenderet, negauit ille ſe commiſſurum, vt collectam tot annis exiſtimationem vno die amitteret. Quamobrem cum nihil proficerent, permiſerunt illi, quid vellet vt faceret, ac ſuffectus eſt in eius locum Franciſcus Maria filius, qui iam annos ſex in eodem gymnaſio extra ordinem docuerat. Poſtremò, amiſſa primum vxore, fœmina lectiſſima, ſanctiſſimaque, ipſe quoque, impoſitæ à natura hominum generi moriendi neceſſitati obtemperauit, cum iam inde ab anno MDCI. teſtamentum feciſſet, in quo quatuor virilis ſexus liberos, hæredes inſtituerat, eique ex illis bibliothecam legauerat, qui iuris vtriuſque interpretandi facultatem adeptus eſſet. Quorum tres, qui patri ſuperſtites fuerunt, Franciſcus Maria, Alexander, & Hyacinthus, omnibus patriæ ſuæ Magiſtratibus, alijſque grauiſſimis muneribus functi, relictam à parente dignitatem, vitæ ſplendore, ac bonis artibus conſeruarunt.

AR-

ARGVMENTORVM INDEX

Ad ſingula Conſilia huius Primi Libri.

CONS. I.

PRimogenitura, licet confirmata à Domino directo, in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia, etiam Iuriſdictionis non tenet. Et poteſt ſecundo genitus, etiam hæres illorum, qui primogenituram conſtituerunt, illam impugnare, quamuis per multum tempus tacuerit.

CONS. II.

Adminiſtratio feudi antiqui ex pacto, & prouidentia, filio primogenito à Patre in teſtamento decreta; accedente aditione hæreditatis facta à minore, & ratificatione teſtamenti, ac taciturnitate per longum tempus, ſuſtinetur, ſine ſpe reſtitutionis, vel ſaltem debetur legatum factum Primogenito, caſu, quo minor nollet illi permittere, vt adminiſtret.

CONS. III.

In eadem cauſa: Princeps Dominus directus, non debet de facto, ſed ſecundum Iura decidere quæſtionem inter vaſſallos ſuper feudo ortam.

CONS. IV.

Feudatarius habet dominium fluminũ decurrentium per territorium, de quo inueſtitus eſt, & ideò captura facta in flumine ab eius officialibus valet.

Et diſcutitur, quando in cõceſſione feudi intelligantur conceſſa flumina.

CONS. V.

Verba hæc *ita quod d. hæreditas ad deſcẽdentes per lineam maſculinam deueniat* inducunt fideicommiſſum inter deſcendẽtes teſtatoris, quod etiam tenet in feudo hæreditario.

Ad feudum antiquum veniunt omnes deſcendentes primi poſſeſſoris etiam ſi ſint in remotiſſimo gradu.

Iura Imperij præſcribuntur tẽpore immemorabili, quod ſecundum opiniõẽ multorum eſt minus centum annorum: Poteſtque ille, qui cœpit præſcribere ea ſubijcere fideicõmiſſo, Dominium autem vtile ex cauſa feudi præſcribitur ſpacio 30. annorum.

CONS. VI.

Feudatarius obligatus tradere Domino aliquid ſingulis annis non cadit à feudo, ſi illud nõ præſter, ſicuti, ſi non petat renouationem inueſtituræ ex iuſta cauſa.

Agitur de intellectu §. *ſed non eſt alia c. 1. quæ fuer. prim. cauſ. beneſic. amit.*

CONS. VII.

An, & quando liceat Principi Domino directo ponere ſub ſequeſtro bona feudalia, & teneatur, qui feudũ prætendit deducere Iura legitima, vel colorata, Et quid quando Dominus ſpoliauit.

Item quando tituli colorati dicantur, & quando non.

Agitur de validitate donationis feudi à Principe in filium facta.

Regula *l. Barbarius ff. de offic. Prætor.* quando procedat, & quando non.

CONS. VIII.

Edictum, vt ſubditi habitent in propria Ciuitate valet, preſertim, quando illud fuit obſeruatum.

Dominus directus, quando poſſit ſe ingerere in cauſis eorum, qui ſubſunt eius vaſſallis, & quando non.

An, & quando allegari poſſit perhorteſcentia ad recuſandum iudicem: Contumax, quando audiri poſſit, & quando non.

CONS. IX.

Conſtare de attentatis, illaq; reuocanda eſſe.

Ex actibus deductis conſtare de ſtatu Superioritatis, in quo illum habens manutenendus eſt.

CONS. X.

Arma exiſtentia in Caſtro feudali, quando tranſeant ad eum, qui ſuccedit in feudo, & quando non.

CONS. XI.

Poſſeſſorem manutenendum eſſe in poſſeſſione, & deiectum ab ea reſtituendum: Et ex quibus hæres dicatur continuare poſſeſſionẽ defuncti vel de nouo eam adipiſci, nec ab ea cecidiſſe, prælertim in feudalibus. Quando remedia retinendæ, & recuperandæ poſſeſsionis cumulari poſsiõt.

CONS. XII.

Conſuetudo trahendi laicos ad forum Eccleſiaſticum ad inſtantiam Clericorum, quando inducta dicatur, & de eius validitate

Scien-

Digitized by Google

INDEX.

Scientia ex quibus præſumatur.

CONS. XIII.

Colonos Eccleſiæ à laicis collectari non poſſe.

CONS. XIV.

In eadem Cauſa: De eadem Materia.

CONS. XV.

Ad onus ſternendæ viæ de nouo apertæ Religioſi non tenentur.

An, & quando Religioſi teneantur ſubire onera a laicis impoſita.

CONS. XVI.

Clericos participare debere de bonis à Communitate in emphiteuſim receptis: Impugnatur *conſilium Rimin. Iun.* 368.

CONS. XVII.

Laicos non poſſe collectare Clericos, nec illorum bona etiam patrimonialia.

Conſtitutionem laicorum, qua cauetur, ne liceat mollere, niſi in aliquo molendino non afficere Clericos, neque illis ſeruientes.

CONS. XVIII.

Legatum de latere poſſe extrahere reos ab Eccleſia, & illos, qui eum impediunt punire. Vbi plura de Legato de latere.

CONS. XIX.

Donatis poſſeſſionibus RR. Monachis Cartuſiæ Papiæ, vt quotannis ex redditibus diſtribuant decem mille florenos pauperibus, augmentum vltra dd. florenos ſpectat ad Monachos.

Dominium, quando tranſlatum dicatur.

Quando quis dicatur donatarius, ſeù legatarius, & quando nudus miniſter.

CONS. XX.

An, & quando Clericus poſſit inſtituere, vel ſubſtituere filios legitimos ex filio, vel filia illegitima. Vbi plura ad *Bullam Pij V.* 120. *alias* 117.

CONS. XXI.

Caducato primo gradu ſubſtitutionis vulgaris, ſecundus admittitur, quamuis deficiat conditio, ſub qua primo ſubſtituto facta fuerat ſubſtitutio, Et quid in ſubſtitutione pupillari, & in fideicommiſſaria.

CONS. XXII.

Ius accreſcendi locum habet in fideicommiſſo vniuerſali inter verbis coniunctos, & re non omnino diſiunctos.

In legitimatione ſpurij facta ex præordinatione patris, adiectis ampliſſimis clauſulis non attenduntur obreptiones, & ſubreptiones.

Natus ex viro coniugato, & muliere ſoluta dicitur ſpurius, non naturalis, cui non poteſt à patre relinqui, niſi in cauſam alimentorum.

Filia, & filij ſpurij, quamuis legitimati, ſi excludatur à ſtatuto nõ faciunt partẽ in legitima.

Legata vxori ſuperioritate, & regimine domus cenſentur eidem relicta alimenta, quorum legatum non extinguitur etiam ceſſante cauſa talis regiminis abſq; culpa ipſius vxoris.

CONS. XXIII.

Proximiores admittũtur ad fideicõmiſſum abſolutum, quod inducitur fauore familiæ ex ratione adiectæ prohibitioni alienationis: Nec poteſt grauatus eligere remotiores: Reſpondetur *conſ. Giouagnon.* 65. *lib.* 1.

CONS. XXIV.

Fideicommiſſum expreſſum nunquid extẽdatur ex ratione generali.

Familiæ nomen in fideicommiſſis, quando accipi debeat eſſe ſtrictè, & quando contentiuè.

Impugnatur *Peregr. conſ.* 57. *lib.* 5. eiuſq; rationibus reſpondetur.

CONS. XXV.

Fideicommiſſum inter omnes de familia teſtatoris contentiuè, quando inductum dicatur: Et quando fideicommiſſum abſolutum inducatur ex ratione adiecta prohibitioni alienationis.

In quibus caſibus non habeat locum *conſ. Oldrad.* 21.

Fæminæ quando non faciant deficere conditionem *ſi ſine filijs.*

CONS. XXVI.

Vulgaris ſubſtitutio, in quibus caſibus inducta dicatur, & in quibus fideicommiſſaria: Itẽ quando verba directa obliquari poſſint, & quando non.

CONS. XXVII.

In eadem cauſa: De eadem materia.

CONS. XXVIII.

Vocatis ad fideicommiſſum proximioribus, Quando deficientibus priori loco admiſſis, alij ſucceſſiuè admittantur, & quando non *Anchar. conſ.* 27. multipliciter declaratur.

CONS. XXIX.

Appellatione Proximiorum de agnatione, & familia in teſtamentaria diſpoſitione, quando fæminæ non compræhendantur.

Ex quibus dicatur habita ratio agnationis conſeruandæ.

CONS. XXX.

Fœminæ, quando non admittantur ad ſubſtitutionem factam de agnatis proximioribus de familia, & Caſata.

Qualitas maſculinitatis, ex quibus repetita dicatur.

CONS. XXXI.

Qualitas maſculinitatis, quando repetita dicatur, & quando non.

Digitized by Google

Ex quibus deducatur deſiderium conſeruandi agnationem.

Reſpondetur *conſ. Giouagnon.* 11. *lib.* 2.

CONS. XXXII.

Fæminæ non faciunt deficere conditionem *ſi ſine filijs*, quando teſtator excluſit proprias filias, & extat ſtatutum, vt maſculi excludent fæminas.

CONS. XXXIII.

Fæminæ in ſubſtitutionibus non veniunt appellatione filiorum, etiam deficientibus maſculis.

Verba *ita quod* quando amplient, & quando reſtringant.

CONS. XXXIV.

Nunquid filiarum appellatione in ſubſtitutionibus veniant nepotes ex eis.

Quando ſit locus tranſmiſſioni ſubſtitutionis, & quando non.

Renuntiatio quibus caſibus valida ſit, & quibus non.

CONS. XXXV.

In eadem cauſa: De eadem materia.

Reſpondetur *conſ. Sacca* 118 *lib.* 2.

CONS. XXXVI.

Filiorum appellatione, quando comprehendantur nepotes, & quando non.

CONS. XXXVII.

Subſtitutio reciproca, quando inducta dicatur, & quando non.

In quibus caſibus pluralitas reſoluatur in ſingularitates, & in quibus non.

Quando locus ſit *conſ. Oldrad.* 21. & quando non.

CONS. XXXVIII.

Inſtituta vxore donec, & quouſque vixerit, poſt mortem ſuccedunt teſtatoris hæredes ab inteſtato; Si verò vxori datus ſit ſubſtitutus ipſe ſuccedit, qui ſi ante moriatur, bona remanent penes eam libera: Dicta *Veral. p. 3. deciſ* 262. diſcutiuntur.

CONS. XXXIX.

Si teſtator inſtituat hæredem matrem quoad vſumfructum tantum, & eo durante quoad nudam proprietatem ipſius teſtatoris Proximiores, *vt infra dicetur*, & infra eidem matri decedẽti ſubſtituat, intelliguntur vocati illi, qui erunt Proximiores tempore mortis teſtatoris ſub conditione, ſi ſuperuixerint matri.

CONS. XL.

Non fideicommiſſi ſubſtantia, ſed qualitas, & quantitas poteſt committi arbitrio grauati.

Verba ſuppoſitiua teſtatoris inducunt diſpoſitionem in dependẽtibus ab eius voluntate.

Habens facultatem alterandi fideicommiſſum, per hæredis inſtitutionem cenſetur de eo diſpoſuiſſe.

Bona nõ veniũt in reſtitutione fideicommiſſi, quorum data eſt alienandi facultas.

CONS. XLI.

Deſcendẽtes alicuius vocati ad fideicommiſſum non admittuntur ſecundum ordinem ſuccedendi reſpectu teſtatoris, vel grauati, ſed reſpectu eius, à quo ipſi vocati originem ducunt.

CONS. XLII.

Molendinum ab hærede grauato conſtructum non eſſe idem cum primo fideicommiſſo ſubiectum, ita ut fideicommiſſario ſit reſtituendum, nec ad hunc effectum dici ſubrogatum in locum primi.

CONS. XLIII.

Ad hæredes eius, qui obtinuit rem iudicatam ſuper fideicommiſſo non tranſit ius agendi ex ea.

CONS. XLIV.

In eadem cauſa: De eadem materia.

De iure tertij excluſiuo intentionis actoris, quando opponi poſſit, & quando non.

CONS. XLV.

Plura ad materiam *auth. res quæ C. commun. de legat.*

CONS. XLVI.

Suppoſita declaratione facta à teſtatore, quæ legitur in initio conſilij, grauatus tenetur reſeruare fideicommiſſario quartam, de qua in *auth. cõtra cum rogatus C. ad T rebel.* Cui etiam reſtituendum eſt omne id, quod ſuperfuit tẽpore obitus ipſius grauati, licet quartam excedat.

CONS. XLVII.

Quibus caſibus valeat onus adiectũ legitimæ, & quibus non.

CONS. XLVIII.

Quomodo, & de quibus tutor teneatur reddere rationem finita tutela.

CONS. XLIX.

Teſtatorem voluiſſe legare illis de familia propria in ſpecie, non autem illis de familia in genere, ex pluribus deducitur.

CONS. L.

Vſusfructus relictus vxori, quando finiatur morte filiorum, & quando non.

Legatum vſusfructus iniuncto præcepto non moleſtandi hæredes, cenſetur factum animo compenſandi.

Relictum factum ſub conditione non iterabili, quæ (teſtatore ſciente) erat impleta, valet vti purum reiecta conditione.

Præ-

INDEX.

Prælegata ex coniecturis ponderatis veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.

Diſpoſitio teſtatoris, quod dotes filiarum excluſarum à ſtatuto conſtituantur ex fructibus bonorum, quando valeat, & ſit ſeruanda.

Trebellianica nepotibus proiberi poteſt, non verò liberis primi gradus ex conſuetudine regionis.

Moleſtiarum illatio pro implemento voluntatis teſtatoris non inducit priuationem, præſertim ſi facto tutricis datæ fuerint, quæ pupillo non nocent.

CONS. LI.

Legatum per voluntariam alienationem non intelligitur reuocatum vrgentibus pluribus coniecturis pro non reuocatione.

CONS. LII.

Sub legato his verbis concepto *laſcia la poſeſſione &c. intiera, e ſenza diminutione alcuna con tutte le ſue ragioni, adherentie, e pertinenze*; quæ contineantur: Vbi de legato fundi instructi, & fundi cum inſtrumento.

CONS. LIII.

Conditio nuptiarum in diſpoſitione teſtamētaria, quando admittenda, & quando reijcienda ſit.

Intellectus *l. cum tale* §. *reſcriptum* alias §. *ſi arbitratu ff. de condit. & demonſtr.* in illis verbis, *ne quod omninò nuptijs impedimentum inferatur*.

CONS. LIV.

Legatum relictum ſub conditione *ſi nupſerit vni ex filiabus Didaci* debetur legatario, ſi requiſiuerit vnam ex dictis filiabus, quæ nubere recuſauerit, nec tenetur alteram requirere.

CONS. LV.

Agitur de nullitate vnius legitimationis, & de validitate alterius.

Mandatum quando morte mandantis non extinguatur.

CONS. LVI.

Legitimatio ex pluribus impugnatur.

CONS. LVII.

Quamuis teſtator coram ſeptem teſtibus proteſtetur, nolle teſtamentum à ſe factum valere, attamen talis proteſtatio non operatur reuocationem, niſi exprimat, ſe velle decedere ab inteſtato.

An, & quando poſſit pater plus relinquere vni ex filijs.

CONS. LVIII.

Statutum Bononiæ, ſub Rub. *Quomodo, & qualiter forenſibus agentibus ius reddatur* latè declaratur.

CONS. LIX.

De intellectu Statuti Bononiæ *De ſucceſſione liberorum patre, vel matre &c. morientibus ab inteſtato* §. *Item ſtatuimus*, & præcipuè an locum habeat in dote data.

Ex quibus dicatur, teſtatorem voluiſſe directo ſubſtituere in terminis eiuſdem ſtatuti.

CONS. LX.

In eadem cauſa: De eadem materia.

Quando dicatur facta ſubſtitutio directa, & quando obliqua.

Regula illa, vt credatur teſtatorē voluiſſe potius vti iure communi, quam iure priuilegiato, quādo locum habeat, & quando non.

CONS. LXI.

In eadem cauſa: De intellectu eiuſdem ſtatuti Bonon. ſub Rub. *de ſucceſſ. liber. patr. vel matr. &c. deſic. condit. teſtam.* §. *Item ſtatuimus*. Et præcipuè an locum habeat in dote prius deſtinata, & poſtea data.

Vtrum detur lex ſine ratione, vbi de intelligentia *l. non omnium ff. de legib.*

CONS. LXII.

Concurrēte ad ſucceſſionem ab inteſtato Matre, Sorore, & Patruo, Soror admittitur ad dimidiam proprietatis, Patruus ad alteram dimidiam, reſeruato vſufructu Matri, ex diſpoſitione ſtatuti Bonon. *de ſucceſ. aſcend. & collater.* Et latè tractatur de intelligentia §. *Volentes inſuper*.

CONS. LXIII.

De eadem materia: Reſpondetur omnibus, quæ adducuntur contra intellectum in ſuperiori conſilio firmatam ad §. *Volentes inſuper Statuti Bonon. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. & collater.*

CONS. LXIV.

Frater vtrinq; coniunctus in ſucceſſione fratris, quando præferratur conſanguineo tantum, & quando non, tum de iure communi, tum ex diſpoſitione ſtatuti Bononiæ, de cuius intellectu ſub *Rub. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. & collater.* amplè tractatur.

CONS. LXV.

In eadem cauſa Reſponſum Eminentiſs. Cardinalis Manticæ, quo cum olim Patauij publicè ius ciuile profiteretur, præcedēs confirmauit.

CONS. LXVI.

Suppoſito, quod de iure communi fratres patrueles ſuccedant in capita, idem erit extante ſorore, quæ ab eis excluditur per ſtatutum Bonon. ſub *Rub. de ſucceſſio. ab inteſt. aſcend. & collateral.* §. *Dicti verò fratres*.

CONS.

Digitized by Google

INDEX.

CONS. LXVII.

Ad tertiam, quam mulier tenetur relinquere ex diſpoſitione ſtatuti Bononiæ *ſub Rub. de dotib. reſtituend. §. & ſi deceſſerit* admittuntur fratres, neq; cum illis concurrunt filij fratrum.

CONS. LXVIII.

Lucrum dotis non debetur marito, quando ob eius culpam ſequuta eſt thori ſeparatio.

CONS. LXIX.

Pactum, quo fit dilatio per quadriennium ad reſtituendam dotem, & interim ſoluantur quinque pro centenario, validum eſt.

Statutum Bononiæ *de dotib. reſtit. §. inſuper etiam ſtatuimus verſ. Poſt vero dictum* valet & ſufficit lapſus diei, vel iuramentum loco interpellationis per eum requiſitæ.

CONS. LXX.

Dos minor legitima an, & quando congrua dicatur.

Agitur de intellectu, & conciliatione Statuti Fani *lib. 2. c. 56. & cap. 66.*

Iuri petendi ſupplementum legitimæ quanto tempore præſcribatur.

CONS. LXXI.

Statutum Florentinum *ſub Rub. 130. Qualit. mulier ab inteſt. ſucced.* extantibus fratribus defunctę perſonę excludit à ſucceſſione auiam. Et nunquid intelligatur de fratribus conſanguineis tantum. Item an procedat in bonis ad defunctum peruentis à matre.

CONS. LXXII.

Excluſis à ſucceſſione per ſtatutum fœminis dotatis propter maſculos, quo tempore requiratur dotatio, ad intelligentiam ſtatuti Regij *lib. 2. ſub Rub. qui ſucced. dib. ab inteſt.*

Statutũ eiuſdẽ Ciuit. ſub *Rub. quod mul. dotat. non poſ. haber. regreſſ. ad bon. patern.* mandans filiã dotatam à fratre de bonis aſcendentiũ non habere regreſſum ad bona eorundem aſcendentium multipliciter declaratur.

CONS. LXXIII.

De intellectu ſtatuti Veronæ *lib. 2. cap. 87. & cap. 89.*

Dictio *Vſque*, quando ſtet incluſiuè, & quando excluſiuè.

CONS. LXXIV.

Statutum Ferrariæ, quo Ciues ex priuilegio redduntur incapaces acquiſitionis, niſi fecerint ſe alibrari in æſtimo, & in Ciuitate, vel diſtrictu habitauerint tempore acquiſitionis, in quibus terminis procedat, & in quibus non.

Filius viuens per decem annos ſeorſum à patre præſumitur emancipatus, & ſi habitet ſeorſum per viginti annos præſcribit libertatem à patria poteſtate.

CONS. LXXV.

Pro ſententia, quæ plura continet capita Iudici plura debentur ſalaria.

Agitur de intellectu *Conſtitutionis Ferrariæ Eminentiſs. Card. Aldobrandini* circa Iudicum ſalaria.

CONS. LXXVI.

Clericus Cameræ Apoſtolicæ, qui abeſt à Curia ad tempus inſeruiendo Sum. Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ, maximè ſi ſit præſens in prima Camera, ſuccedit in Decanatu non obſtante Conſtitutione Cameræ *ſub tit. De officio Decani*, de cuius intellectu agitur.

CONS. LXXVII.

An remedium *Can. Reintegrãda 3. q. 1.* ſit imperſcriptibile, vel potius aliqua præſcriptione tollatur.

CONS. LXXVIII.

Donatio, quando ſit valida, & quando non.

In donatione quando contineãtur bona fideicommiſſo ſubiecta, & quando non.

Et an contineantur bona futura.

CONS. LXXIX.

Donatio quando pura, & ſimplex, & quando remuneratoria dicatur.

Donationis cauſa, quãdo in genere, vel in ſpecie, aut in indiuiduo expreſſa cenſeatur.

Quæ ſit cauſa finalis, & quæ impulſiua.

CONS. LXXX.

Diminuenda eſt penſio conductori ob vites exiccatas propter immẽſa frigora, quamuis ſuper hoc caſu non fuerit facta conuentio, ſed ſuper alijs.

Conductor pacto obligatus plantare arbores, intelligitur obligatus eas emere ſuis ſumptibus.

CONS. LXXXI.

An Hoſpitalia comprehendantur ſub diſpoſitione *extrau. Pauli II. de reb. eccl. non alien.*

Quæ dicantur Hoſpitalia Eccleſiaſtica, & quæ laicalia.

CONS. LXXXII.

Emphiteuſis Eccleſiaſtica cõceſſa pro deſcendentibus maſculis, nec etiam maſculis deficientibus tranſit ad fœminas.

Doctrina *Bart. in l. 1. §. permittitur ff. de aqu. quotid. & æſtiu.* in quibus caſibus locum nõ habeat.

CONS. LXXXIII.

Hypoteca conſtituta ſuper bonis emphiteoticis, etiã de licentia Prælati Domini directi, reſoluitur finita emphiteuſi.

CONS.

INDEX.

CONS. LXXXIV.

Emphiteuta priuati ob deteriorationem rei emphiteuticæ cadit ab emphiteuſi.

Quando emphiteuta dicatur deteriorare rem emphiteuticam, præſertim ex arborum inciſione, itaut priuetur ea, & quando non.

CONS. LXXXV.

Ex ſcripturis eamdem diſpoſitionem continentibus; in aliquo tamen diuerſis, quæ attendenda ſit.

CONS. LXXXVI.

Mutata Moneta, quomodo ſolutio fieri debeat

CONS. LXXXVII.

In eadem cauſa: De eadem materia.

An, & quando ſtatuta obligent Principem.

CONS. LXXXVIII.

In concurſu creditorum plurium negotiationum an, & quando creditores vnius negotiationis præferantur cæteris, in bonis eiuſdem negotiationis.

CONS. LXXXIX.

In arrogatione puberis vtrum requiratur cauſæ cognitio.

Et nunquid in ea cognoſcendum ſit, an arrogator filios habeat.

CONS. XC.

Qui promittit his verbis *Fà buono per idoneo, & exigibile* ad quid teneatur.

Statutum Mercatorum Bonon. ſub *Rub. Quod ſcript. & libr. mercator. &c.* non habet locũ in cauſis nobiliũ, Nec in chirographis manu debitoris ſolum ſubſcriptis.

Excuſſio principalis debitoris, quando fieri debeat antequam conueniatur fideiuſſor, vel approbator, & quando non.

CONS. XCI.

Non licuiſſe Meſſanenſibus per vim auferre naues onuſtas frumẽto, illudq; ſibi retinere, non obſtante prętenſa neceſſitate, ac Priuilegio Regis Ferdinandi.

Et ſecuta de facto retentione teneri ſoluere pretium, quo frumentum valebat Bononiæ, ad quam illud ducebatur vnà cũ intereſſe.

CONS. XCII.

In eadem cauſa: Meſſanenſes teneri ſoluere pretium frumẽti ablati DD. Luchinis, non obſtante, quòd illud emptum fuerit ab Inſulanis Holandæ, & Zelãdæ rebellibus Regis Hiſpaniarum, à quibus etiam naues aſſecuratæ fuerant.

Qui mutuauit pecunias eiſdem Luchinis erogandas in litem cum Meſſanẽſibus, eiusq; operas in huiuſmodi lite præſtitit, præfertur in pretio recuperato cæteris creditoribus eorumdem de Luchinis tempore anterioribus, etiam expreſſam, imò & ſpecialem hypotecam habentibus.

CONS. XCIII.

Confeſſio delicti quando noceat confitenti, & quando non.

In crimine veneficij, ex quo non eſt ſecuta mors, an reus puniatur pæna mortis.

CONS. XCIV.

Quando alienatio facta ante delictum dicatur facta in fraudem fiſci, & quando non.

CONS. XCV.

Agitur de intellectu Conſtitutionis Sodalitatis Pelacanorum Bononię prohibentis eius artis hominibus, ne vnus ab alio emat coramina aptata.

CONS. XCVI.

Iureconſultum præferendum eſſe Comiti, & Equiti.

CONS. XCVII.

Priuilegium quando ſit perſonale, & quando reale.

Conceſſio facta hæredibus, & ſucceſſoribus, vel hæredibus ſucceſſoribus an compræhendat ſingulares ſucceſſores.

CONS. XCVIII.

Anlæſio probanda ſit, & quo genere probationis, quando minor petit reſtitui aduerſus ſententiam ob allegationes omiſſas facto proprio, vel iudicis.

CONS. XCIX.

Quando peti poſſit, vt fiat diuiſio, & quando non.

Qui concedit in totum rem in emphitheuſim retentis ſibi iuribus conceſſis pro indiuiſo, an habeat huiuſmodi iura vigore communionis, vel alio iure.

CONS. C.

Agitur de ſeruitute aquæ immitendæ.

Aquæ pluuiæ quæ dicantur, Et an pluuiæ mixtæ cum alijs pluuiæ dici poſſint.

CONS. CI.

Filij tranſuerſalium in conditione poſiti non dicuntur vocati. Reijciuntur coniecturæ, quę pro vocatione deducebantur.

CONS. CII.

Filiorum appellatione in fideicommiſſis, quibus caſibus non veniant nepotes.

Et quando locus ſit, vel non tranſmiſſioni, vel repræſentationi.

CONS. CIII.

Sub promiſſione non conuerſandi adiecta pęna, quæ compræhendantur, & quæ non.

CONS. CIV.

Poſt declarationem factã à Iudice ſuper nullitate proceſſus ex defectu mandati non poſſe

poſſe partem ratificare geſta per falſum procuratorem; nec poſt concluſionem in cauſa, ſi ante eam fuit oppoſitum de tali defectu.

Pater, vel Abbas quãdo ratificare poſſint, vel non nomine filij, vel monaci.

CONS. CV.

Vera venditio cenſus facta à ceſſante per paucos dies ante ceſſationem valet nõ obſtante *Statuto fori Mercatorum Bononiæ, Rub.* 71. & 72.

CONS. CVI.

Quando Emphiteuta alienans non cadat à iure ſuo.

An, & quando hæres poſſit reuocare alienationem rei ſibi debitæ, factam à teſtatore.

CONS. CVII.

Defenditur alienatio in emphiteuſim facta de bonis Eccleſiæ.

CONS. CVIII.

Mulier debet dotari in bonis patris, quamuis fuerit dotata à patruo, & matre; poteſtq; petere tertiam partem bonorum ex defectu dotationis, de qua in *Statuto Mediolani.*

Impugnãtur actus, qui adduceb antur ad probandam hæreditatis aditionem.

De fide, ac validitate priuilegij latiſs. agitur.

CONS. CIX.

In eadem cauſa: Impugnantur actus deducti ad probandam hæreditatis aditionem.

Non obligatus ad dotandum adminiſtrãs bona obligati, quando dicatur de ſuo, vel de bonis illius dotaſſe.

An, & a quo tempore debeantur fructus legati ſcutorũ ſoluendorum in bonis immobilibus, Et quid de fructibus rei per fideicommiſſum relictæ.

CONS. CX.

Donatio maximè inter Patrem, & filium quãdo valeat, & quando non.

Notarij quando poſſint conficere inſtrumenta in loco, in quo non ſunt matriculati.

Statutum Terræ Maſſæ, prohibens mulieri filios habenti teſtari vltra decimam partem bonorum ſuorum in quibus caſibus locum non habeat.

Vxor Principis quando gaudeat, vel non, priuilegijs viri.

Emptum ex pecunia dotali, quando efficiatur dotale, & quando non.

Quando fiat tranſmiſſio fideicommiſſi ad filios in conditione poſitos.

FINIS.

Digitized by Google

HIERONYMI BVCCAFERREI I. C. BONONIENSIS RESPONSA.

EPITOME.

Primogenitura[1], licet[2] confirmata à Domino directo, in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia, etiam Iuriſdictionis non tenet Et poteſt ſecondogenitus, etiam hæres illorum, qui primogenituram conſtituerunt, illam impugnare, quamuis per multum tempus tacuerit.

SVMMARIVM.

1 *Feudum receptum ab auo eſt antiquum, & paternum.*

Quando longo tempore poſſeſſum eſt præſumitur antiquum num. 2.

Receptum pro filijs, & deſcendetibus dicitur ex pacto, & prouidentia num. 3.

Maxime, quando non eſt facta mentio hæredum num. 4.

In dubio præſumitur receptum pro filijs, & deſcendentibus num. 5.

6 *Feudum antiquum, & paternum ex pacto, & prouidentia non poteſt, in præiudiciũ deſcendentiũ à primo receptore, de eo diſponi, illudque reſtringi in perſona vnius, alios vocatos priuando.*

7 *Primogenitura in tali feudo conſtitui non poteſt, & num. 19. & quæ ſit ratio num. 8.*

9 *Fideicommiſſum in huiuſmodi feudo induci non poteſt.*

Quæ procedunt etiam ſi Dominus directus conſentiat num. 11. & 25.

Adminiſtratio tamen primogenito reſeruari poteſt num. 16.

Et quæ ſit ratio num. 17.

11 *Dominus directus non poteſt recedere ab antiqua forma inueſtituræ, vbi agitur de præiudicio tertij.*

12 *Primogenituræ erectio reſpicit publicum bonum.*

Tamen non licet eam conſtituere cum præiudicio tertij num. 14. Et de ratione numero. 15.

13 *Iuriſdictio melius per vnum, quam per plures exercetur.*

16 *Auctor conſuluit in cauſa DD. Comitum de Rangonis, in qua etiam conſuluere Menochius, & Oddus.*

20 *Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt præiudicare tertio, & ius quæſitum adimere.*

Quod maximè procedit, quando ius eſt acquiſitum ex facto ipſius Principis nu. 22.

Et id fit ob publicum bonum n. 23.

Et ex clauſa de plenitudine poteſtatis oſtẽdit velle vti non ordinaria, ſed abſoluta poteſtate, & derogare iuri communi num. 21.

Non tamen poteſt ex plenitudine poteſtatis quæ ſecum geſta ſunt per viam contractus reſcindere num. 24.

Si conceſſit feudum Primogenito, non poteſt poſtea illud alijs cõmunicare, etiam ſi id eſſet ex bono publico num. 26.

Nec è cõtra ſi omnibus conceſſeris poteſt ad primogenitum reſtringere num. 27. & 29.

28 *Oppoſitum idem operatur in oppoſito, quod roſitamp*

poſitum in propoſito num.28.

30 *Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt.*

31 *Ratificatio,& renunciatio non inducitur, niſi data ſcientia.*

32 *Scientia regulariter non præſumitur.*

Præſertim in pupillo,& minore num 33.

34 *Secundus genitus permittens Primogenitum adminiſtrare feudum cenſetur id facere in re familiaritatis, non vt renunciet iuribus ſuis.& ſibi præiudicet.*

35 *Poſſeſſio primogeniti in feudo proueniẽs à titulo inualido, & vitioſa ei non prodeſt, licet adſit tollerantia ſecundogeniti.*

36 *Feudum iuriſdictionis, & Comitatus ſolùm ad primogenitum defertur.*

Quod non procedit, quando receptum eſt indefinitè pro filijs,& deſcendentibus num. 37.

Nec de conſuetudine in feudis Italiæ numero 39.

Maximè quando per plures annos fuit inſolidum apud omnes deſcendentes primi receptoris num.41.

38 *In claris non eſt opus coniecturis.*

39 *c.1.§.præterea de prohibit. feud.alien.per Federic.c.1.de feu March c.1.quis dicat.Dux de cõſuetudine nõ ſeruantur in feudis Italia,exceptis certis feudis Ducatus.*

d. §. præterea intellectue aliquorum numero 40.

42 *Quod interpretationem certã ſemper habuit mutan.non eſt.*

43 *Alienatione feudi permiſſa põt in eo conſtitui Primogenitura,& Pater poteſt feudum vni ex filijs relinquere,& alios priuare numero 44.*

45 *Emphiteuſis Eccleſiaſtica ex licentia alienandi efficitur hæreditaria, & tranſitoria ad quoſcunque.*

46 *Limitata diſputatio limitatum producit effectum.*

47 *Actus non operatur vltra intentionem agentis.*

48 *Hæres tenetur factum defuncti ratum habere in totum. ſi non fecit inuentarium, & pro rata hæreditatis, ſi illud fecit.*

Procedit ſolum circa diſpoſita à teſtatore in teſtamẽto non circa facta extra teſtamentum,& de ratione num.49.

Secundo fallit, quando factum teſtatoris eſt nullum inualidum.& à iure improbatum num.50.

Vel ſaltem debet index tale factum reuocare, num.51.

Tertio limitatur in facto, quod tendit ad priuan.hæredem beneficio legis num.52.

53 *Error eſt priuatio veritatis cauſata in intellectu propter falſam imaginat. & errare eſt aliud pro alio putare.*

54 *Erronea diſpoſitio teſtatoris eſt inualida, & nihil operatur.*

Et retractari poteſt ab hærede num.57.

55 *Error impedit conſenſum.*

56 *Præiudicium non patitur,qui non conſentit.*

58 *Teſtator poteſt præcipere filijs, vt ſi contrauenian t eius diſpoſitioni ſolam legitimam habeant.*

De quo tamen dubitatur ab aliquibus DD. num.59.

60 *Pœnalia ſtrictè interpretari debent.*

61 *Cautela accedentes diſpoſitioni erroneæ, & ipſe erroneæ ſunt.*

62 *Diuiſio erronea detecto errore retractari poteſt.*

Licet facta ſit ex certa ſcientia cum clauſulis renunciationis ampliſſimis, & per plures annos fuerit ſeruata num. 64.

Etiam ſi error ſit iuris num.63.

65 *Renunciatio facta à minore eſt nulla, quæ nec Iudicis decreto,nec auctoritate curatoris conualidari poteſt.*

66 *Iudex non poteſt interponere decretum ſuper donatione minores,& de ratione.*

67 *Curator non poteſt interponere auctoritatem ſuper donatione minoris,& de ratione.*

68 *Donare eſt perdere.*

69 *Reſtitutio in integrum datur minori, & ad eam petẽdam ipſe hẽt tempus quatuor annorum poſtquã factus eſt maior nu.70.*

Quod quadriẽnium incipit currere à die ſcientiæ num.70

71 *Ignorantiam iuris dubij præſumitur.*

Vel poteſt probari iuramento nu.72.

73 *Diuiſio, quando continet enormiſſimam læſionem poteſt reſcindi ex l.2.C.de reſcind.vẽdit.*

RESPONSVM I.

1 FEVDVM de quo conſultus ſum, in perſona Illuſtriſſimorum, & Excellentiſſimorum fratrum Franciſci, Camilli, & Alphonſi Comitum Nouariæ, qui in eo conſtituerunt primogenituram de anno 1577. eſt antiquum, & paternum vti receptum à Ioan. Petro eorumdem fratrum auo. *c.vnic. de ſucceſſ.frat.& grad.ſucced in feud. c. 1. de nat.*

nat.ſucceſſ.feud Bald.conſ.337. nu.13.lib.1. Alex.conſ.30.nu.5.& cõſ.29.n.3.lib.1.Bran. cõſ.72.col.1.Soc cõſ 68.n.19 lib.1.& 66.n.1.lib. 3.Iaſ.in prælud.feud.n.85.Cur.iun.de feud in 1.par.prin q.8.col.2.verſ.ſed hac prima Rebuf. in declarat feud. num.9. Clar.in §. feudum q.
2 *8.in princ.*† immo, & in dubio feudum præ-
ſumitur antiquum quando longo tempore poſſeſſum eſt *Bald.in c.pri.ſi de feud.defunct. fuer.contentio inter dom.& agnat.in fine Alex. conſ.15.num.6.& 7.lib.5.Dec. conſ. 269.nu. 5.Ceph.conſ 207 num.30.& 272.n.29.lib.2.*
3 Cumque fuerit receptum † pro filijs,& deſcẽ
dentibus, dicitur ex pacto, & prouidentia. *Iſern in c.1.§.hoc quoque qui feud.dare poſ.Pinel.ad l.1.in 3.par.ſub num.84 verſ.(omniam tamen) C.de bon.mater.Clar.d.§.feudum q.9. verſ. quandoq. Valaſch. de iure emphit.q.43. num. 2.qui ſub num.* 3. ex ſententia plurium
4 firmat,† quod quando non eſt facta mentio
hæredum eſt ex pacto, & prouidentia ad id plura aducens exempla, & *Cacheran. in cõſ. 52.in princ.*vbi quando eſt receptum pro fi-
5 lijs, & deſcendentibus, † & in dubio tale
cenſendum eſt idem *Cacher.deciſ.161.num.13.* Ex quibus conſequitur recepta, & indubita-
6 bilis regula apud Doct. † quod non potuerũt
dicti Illuſtriſſimi fratres in præiuditium filiorum Co: Alphonſi,& deſcendentium à primo receptore,de eo diſponere,& illud reſtringere in perſona vnius, alios vocatos priuando *c.1.in fine prin.de ſucceſ.feud.& ibi Doct. Alexan.conſ.8 num.15.lib.3.Zucchard.conſ.2.nu. 61.Socin.iun.conſ.72.num 33.lib.1.& 160. n. 42.lib. 2. Siluan. qui latè inſiſtit conſ.15.* vbi pro hac parte negatiua,quod non poſſit vaſſallus in feudo paterno,& ex pacto,& prouidentia diſponere ad commodum vnius ex vocatis alijs præiudicãdo,aducit decem,& octo fundamenta, & quamuis pro contrariæ ſexdecim alia fundamenta aducat, tamen *nu.* 31. concludit negatiuam eſſe veriorem. *Bero.cõſ. 70.num.36 lib1. Aflict.deciſ.119.num. 2. & in c.omnes num 3.ſi de feud.fuer.conſ.inter dom. & agnat.& in c.imperialem in punct. num. 33. de prohib. feud. alienat. per Foderic. Decian. conſ 41.num.156.lib.1.Ceph.conſ. 272. nu.29. lib.2.& plenius conſ.302.per totum conſ. lib. 3.Soc.iun.conſ.160.num.42.& ſeq.lib. 2. Bertazol.conſ.ciuil.89.nu.25 & ſeq.Zucchar. d. conſ.52.Pancirol.conſ. 1.per totum Rim. iun. conſ. 18.per totum Iacobin. de feud. verſ. (& cum pacto(il 2.) num.2. Schrader.de feud.par. 7.c 1.num.3.Roſental.de feud. c.7. concluſ 3.*

& ibi in additione ſub litera E, plures allegantur de communi teſtantes, alij allegantur à *Tiraquel.de retract. Lignan §.11.gloſ. 6. num.24.& plenius à Menoch. conſ.161. num. 1. lib.2. Surd.conſ.108.num.17.& ſeq.lib. 1. Clar. in §.feudum q.40.Graſſ. de ſucceſſ §. legatum*
7 *q 14.num.19.* † Et in ſpetie,quod ad prеiuditiũ
vocatorum non poſſit conſtitui primogenitura tenent *Pancirol. Menoch. Ceph Socin.iun. Bertazol.& Cacher.mox citati ac Molin.de primog.hiſp lib.2.c. 10.num.* 71. Pro qua ſententia eſt formalis *tex.in c.1. de ſucceſ feud.in fine princ.* ibi (nulla ordinat one defuncti in feudo manente vel valente,) & quamuis *Caſtr.conſ.179.ſub num 3 in pº. intelliget tex.de ordinat* ad fauorem extranei, hæc intelligentia eſt à Doct.reprobata cum ſine ratione reſtringat *tex.*qui loquitur generaliter, & refertur non tantũ ad id quod filij ſuccedãt,ſed quod æqualiter ſuccedant,ita facta relatione ad omnia præcedentia juxta regulam *l. talis ſcriptura § fin.ff.de leg.1.*non tamen improbãtur ordinationes per quas filij non ſuccederent,vt ait Paul. ſed etiam illæ per quas non ſuccederent æqualiter. *Zuchard.conſ.31.num 14.& 23.*
8 Additur et ratio euidentiſſima, quia cum
deſcendentes recognoſcant feudum à primo acquirente, qui omnes indiſtinctè vocauit non licet poſterioribus eis præiudicare in d. vocatione *l.ſi arrogator in fine ff. de adopt.l. cum qui ff.de interdict.& relegat.l.non tantum §.ſi emancipatus ff.de bon.poſſ cont.tab.& per hos tex.poſt Bal.id probat. Surd.conſ.76.nn.7.*
9 *l.1.Natta conſ.470.n.26 lib.2.* † qua ratione
nec licet feudum antiquum,& ex pacto, & prouidentia ſubijcere ſideicommiſſo *Curt. iun.conſ 171.*qué ſequitur *Surd conſ.305. n.5.*
10 *in 3.*† Et id procedit etiam,quod adſit conſen
ſus domini directi, vt tenent multi ex Doc. citatis,quos ad hoc bene notant. *Menoch. d. conſ.161.lib.2. & Surd. d.conſ.108. lib.1* nimi-
11 rum † quia non licet,domino directo recede-
re ab antiqua forma inueſtituræ, vbi agitur de præiudicio tertij *l perfecta C.de donat. & l ſi donat.C.de renoc.donat. Bal.in l. vnic ſub num.39 C.quando non pet part. pet. accreſc. Soc conſ 38.num.2 lib.4.Gozad. conſ. 84. ſub*
12 *num.8.*ibi(nec potuit princeps,) & † quamuis
erectio primogenituræ reſpiciat publicum
13 bonum † quod iuriſdictio melius per vnum,
quam per plures exerceatur *l.2.§ nouiſſime ff. de orig iur. Bal.conſ.333.col.1.verſ. prætorea. lib 1.Ancharan. conſ.339 ſub nu.1. Dec.conſ.*

14 389.*ſub num. 5.* † tamen non licet id agere
15 cum prǫiudicio tertij† cũ commodè fieri poſ-
ſit reſeruando primogenito ſolam admini-
ſtrationem, remanentibus communibus
emolumentis, vt fuit factum in feudo Luza-
riæ, de quo apud *Soc.iun.d.conſ* 160.*lib.* 1, &
in feudo Dominorum Comitũ de Rangonis
16 in †quo ego alias ſcripſi pro primogenitura,
vna cum celeberrimis uiris *DD. Menoch.*
*conſ.*1094 *& Oddo conſ. incip.* (Præſuponitur
17 in facto)† ſola enim adminiſtratio parũ præ-
iudicat, ideò facilè poteſt admitti primoge-
nitura *Purpurat conſ.* 544 *num.* 6 *lib.* 2 ſecus,
quando concederetur primogenitura, vt to-
tum feudum reſideret in primogenito ple-
no iure, vt hic factum fuit.

In his terminis ſimplicis adminiſtrationis proce
dunt rationes, quæ faciunt pro primogenitu-
18 ra, † & Doct. qui contrariũ tenent loquun-
tur in diuerſis terminis nam *Caſtr. d. conſ.*
179 *lib.* 1. loquitur in caſu, quo non reperie-
batur inueſtitura, & à Doct. reprobatur. *Iaſ.*
in conſ. 236.*nu.* 2. loquit̃ in feudo Mirandulę,
quod eſt vel hæreditarium, vel mixtum, vt
colligitur ex *Menoch. qui in eodem feudo con-*
ſuluit conſ. 401.*in* 1 *dubio lib.* 5. *& conſ.* 504.
lib 6. & in eo caſu poſſeſſores feudi per plura
tempora fuerunt in maxima diſcordia, vt in
princ. illius cõſilij refert. *Iaſ.* & in eodem feu
do cõtra iſtos cõſuluit *Pancirol.conſ* 1. *Rol.cõſ.*
10.*lib.* 3. in feudo hæreditario, *Rurſus conſ* 2.
in feudo Luzariæ hęreditario, in quo primo-
genitura erat reſtricta ad adminiſtrationem
tantũ, & in eodẽ caſu ẽt *Pariſ.cõſ.* 106.*lib.* 1.
cõtra quos ſcripſit *Riminal.iun d.conſ.* 18. *Ru*
beus Alexand.conſ 133. & in eodem caſu *Nat*
ta conſ. 501. *Crauet. conſ.* 624. *&* 674. *lib.* 4.
Ceph.conſ. 3 in feudo Racomiſij nouo, & in
quo *Rubeus* ſupponit conſuetudinem, vt ſo-
lus primogenitus ſuccederet; Pariter, & in
feudo nouo loquitur *Natta conſ.* 475. licet
multi ſint, qui tenent ẽt in feudo nouo, poſt
factam acquiſitionem pro filijs, non licere il-
lud relinquere tantũ primogenito, qui etiã
teſtanr̃ de communi, & magis cõmuni, *Bec in*
conſ. 56 in feudo nouo, & in primogenitura,
q̃ præiudicabat tantum naſcituris non na-
tis, vt hic, & cõtra *Bec. cõſuluit Cephal d conſ.*
302. Idem *conſ.* 12.*lib* 1. in feudo effectuali-
ter nouo etiam præiudicabatur nondum na-
tis, vt ibi *num.* 14. *& ſeqq. Ruin.c.* 2. *lib* 4. lo-
quitur in primogenitura, quo ad adminiſtra-
tionem tantum murcalorum, in feudo con-
ceſſo prius pro primogenito, & conceſſo ad
vſũ Regni, & in feudo nouo, ob q̃ reſpondet
valere primogenituram in *conſ.* 54. nos verò
in feudo paterno, non reſtricto in eius ini-
tio ad primogenitum, & non conceſſo ad v-
ſum Regni. Et tandem obijci non poteſt
conſultatio D. *Menochij* in feudo DD. de
Rangonis *d. conſ.* 1094. quia in eo caſu pri-
mogenitura erat leuis præiuditij, cum eſſet
tantum in adminiſtratione, & idem *Meno-*
ch.conſ. 158. *in* 2. loquitur in primogenitura
introducta, quando adhuc non erat ius,
19 quæſitum alicui. † In feudo autem antiquo,
ſeù paterno, ex pacto, & prouidentiam rece-
ptiſſimum eſt, non poſſe conſtitui talem pri-
mogenituram, ex qua pleno iure conſolide-
tur feudum in perſona primogeniti, & ſi ali-
qui ſentiunt contrarium, perperam ſentiunt,
vt conſtat ex allegatis ſupra, præſertim ex
Siluan. d. conſ. 15. qui leges, & rationes pro
hac parte adducit, quas ſi vellem hic reſcri-
bere facilè mihi eſſet plura folia implere, ſed
quia apud eum videri poſſunt, inſiſtam tantũ
in tollendis illis, quę in caſu noſtro repugna-
re videntur.

Et prius obſtare videtur, qđ ab Imperatore hęc
primogenitura confirmata fuit de plenitudi-
20 ne poteſtatis, † ſecundum quam poteſt prin-
ceps præiudicare tertio, & ius quæſitum adi-
mere. *Soc.conſ.* 272.*num.* 11.*lib.* 2. *Dec. conſ.*
191.*num.* 3. *&* 341.*num* 3. *Rol.conſ.* 91.*num.*
128 *lib.* 1. *Alex. in l. ſi quis iniquum* §. *ſi is pro*
21 *quo num.* 7 *ff quod quiſque iur.* † cõſtat enim
principem vti velle non ordinaria, ſed abſo-
luta poteſtate *Grammat. conſ.* 100. *num.* 23.
& derogare iuri communi *Innocent. in c. in-*
notuit de elect. Alex. conſ. 38. *num.* 10. *lib.* 5.
22 † quod maximè procedit, quando ius eſt ac-
quiſitum ex facto principis, quod etiam faci-
lius tolli poteſt ab eodem principe *l. nihil tã*
naturale ff de reg iur. & l prout quiſque ff. de
23 *ſolut* † maximè cum poſſit dici id factum ob
publicum bonum *Natta conſ.* 501. *num.* 28.
quod conſiſtit in erigenda primogenitura,
vt antea dictum fuit.

Cui tamen argumento prius reſpondetur, illud
non obſtare ob voluntatis defectum, cùm ex
ſerie inueſtituræ Rodulphi euidentiſſimè cõ-
ſtet nõ fuiſſe ſuæ intentionis tollere ius quæ-
ſitum, non enim ipſe introducit primogeni-
turam, ſed ſuppoſito, quod potuerint Fran-
ciſcus, Camillus, & Alphonſus fratres ad de-
corem ſuæ familiæ inducere primogenitram,
eam inductam confirmat, quod ſi ei notum
fuiſſet, vel cogitaſſet primogenituram non
poſ-

poſſe,conſtitui,non ita reſcripſiſſet,& in ſum
ma non fuit ſua intentio quid ad præiudi-
tium tertij inducere,ſed ad inſtantiam partis,
quod inductum erat confirmare.
Et vbi etiam adeſſent verba voluntatem demõ-
24 ſtrantia, deeſt poteſtas, † quia non poteſt
princeps etiam ex plenitudine poteſtatis,quę
ſecum geſta ſunt per viam contractus reſcin-
dere *Caſtr.conſ 317.ad fin.lib.1.& in l. digna*
vox C.de legibus Pariſ.conſ. 11.num. 53.lib.
1.Rubeus Alexand.conſ.50.num.7. Ceph cõſ.
342.nu.97.& 98.in 3.&melius,magiſque ad
caſum noſtrum *in d conſ.302. num. 148.* vbi,
25 † quod cũ omnibus vocatis in inueſtitura ſit
ius quæſitum ex facto , & conceſſione ipſius
principis,non licet ex plenitudine poteſtatis
tollere ius quæſitum conſtituendo primoge-
nituram, qui etiam ſubiungit non obſtare
cauſam quod iuriſdictionalia feuda magis
per vnum,quam per plures rogantur,quia il-
la eſſet alicuius conſiderationis , quando de
ea princeps in prima conceſſione feudi non
potuiſſet cogitare,ſed in conceſſione feudi be
ne potuit priceps animaduertere, feudũ eſſe
iuriſdictionale,& melius per vnum potuiſſe
regi,& tamen illud conceſſit Io. Petro,& om
nibus filijs,& deſcendentibus ſuis, qui facilè
ex temporis progreſſu poterant eſſe plures.
26 † Et quemadmodum princeps, qui conceſſit
feudum primogenito , non poteſt , ad eius
præiudicium alteri id communicare, & ex-
tinguere primogenituram,etiam, quod ei vi-
deretur,id eſſe ex bono publico *c. pri.de vaſ*
ſal.decrepit ętat.c.1.vbi Alvarot.an agnat vel
fil.Crauet.conſ.674.num.44.& 624.num.17
27 *lib.4. Natta conſ.505.num.39.*† ita è contra-
rio,nec poterit princeps feudum competens
pluribus deſcendentibus in aliorum præiu-
ditium reſtringere ad vnum primogenitum,
28 † idem enim operatur oppoſitum in oppoſi-
to,& propoſitũ in propoſito *l.fin. §. fin ff.de*
leg. 3.§.ex contrario Inſt.de leg. His addi poſ-
ſunt plura,quæ pro reſponſione, ad hoc ar-
gumentum ſcripſit *Rim.iun.d.conſ.18 à num.*
95 ad 130. vbi per nouem collumnas latè in-
29 ſiſtit oſtendendo † principem non poſſe præ-
iudicare erigendo primogenituram , & rñdet
ad clauſulas ex certa ſcientia, & de plenitu-
dine poteſtatis vtque apud eum videri poſ-
ſunt.
Obſtat ſecundo quod Illuſtriſſimus Co: Al-
phonſus ſciuit inueſtituram radicatam fuiſſe
29 † in perſona fratris,& nunquam contradixit,
ex quo ſequitur manifeſta ratificatio,cui mo
do non videtur cõtrauenire poſſe : quia quod
30 † ſemel placuit amplius diſplicere non po-
teſt *l. Pomponius ff. de neg.geſt.l.cum mulier ff.*
ſolut.matrim.
Cui argumento reſpondetur, patientiam Co:
Alphonſi arguere,ipſum ſtetiſſe in primoge-
nitura,quatenus de facto eſſet facta,non ve-
rò,vt iuri ſuo renunciaret,quod poterat cre-
31 dere ſibi ſaluum eſſe; † tunc enim inducere-
tur plena ratificatio ad præiuditium,quando
conſtaret D.Co: Alphonſum habuiſſe plenã
notitiam tenoris primogenituræ,conſtitutæ,
& ſciuiſſe à ſua origine feudum conceſſum
fuiſſe omnibus *l. Caius ff. de pignerat.act. l. Ti-*
tius ff. de reſciud.vendit. Zuchard. d. conſ. 2.
nu.118. vbi,q pſeuerat in obſeruatione tran-
ſactionis,per quam natura feudi fuit altera-
ta,non dicitur ratificare tranſactionem *Nat-*
ta conſ 644.num. 11.lib.4. non enim poteſt di
ci ex obſeruantia,&non contradictione,quẽ-
piam renunciaſſe iuri, quod ignorabat ſibi
competere *vul.l.matre decedẽs ff.de inoff. teſt.*
ſcientia autem ſaltem plena non eſt præſu-
32 menda in D.Co: Alphonſo, nedum † quia
regulariter ſcientia non præſuponitur *l. ve-*
rius ff. de prob. cũ ſimil. l. cũ putarẽ ff. fam. erciſ.
33 † ſed etiam quia pupillus erat, quando fuit
erecta,primogenitura,& poſtea fuit minor *l.*
ſi quis patrem verſ. proinde, ff. ad S. C. Maced.
Surd. conſ. 577. num. 37 lib. 4. Menoch. conſ.
158. num. 83. lib. 2. Ros. deciſ. 723. num. 10. p. 2.
recent.
Secundo reſpondetur, quod cum titulus iuriſ-
dictionis feudalis,inſpecta eius origine,reſi-
deret communiter in primogenito,& in alijs
34 † quãuis ſecundogenitus permittat,vt ſolus
primogenitus iuriſdictionem exerceat,id cẽ-
ſeatur feciſſe potius iure familiaritatis bonæ
fraternitatis , & concordiæ , & quia in natu
maiore eſſet maior experientia , quam quod
vellit renunciare iuribus ſuis , & ſibi præiu-
dicare *Caſtr. conſ. 179 nu. 4. verſ. itẽ non obſt.*
lib. 1. & in l qui iure familiaritatis ff. de ac-
quir poſſ. Ruin. conſ. 162. num. 25. lib. 3. Natta
conſ 502. num. 16. lib. 3. Surd conſ. 260. nu 18.
lib. 2 qui aiunt, quod ſi ille,ad quem inſoli-
dum pertinebat feudum iure primogeni-
turæ, permittat alios fratres , ſe ingerere in
exercitio iuriſdictionis , intelligitur id face-
re iure familiaritatis , non vt ſibi præiudi-
cet in iure ſuo, ita è contrario, ſi frater , ad
quem cum alio fratre pertinebat feudum,
permittit , vt maior in eo ſe gerat , ac ſi
eſſet ſolus dominus, ſibi præiudicare non di-

citur *l. & ſi contra ff. de vulg. & pupil.* & ad-
35 di etiam poteſt † poſſeſſionem D.Co:Camil
li,vti prouenientem à titulo inualido, & vi-
tioſam,etiam à fratre hucuſque toleratam,ei
prodeſſe non poſſe *Rim.iun.d.conſ. 18. in fine lib.1.*

Accedit tertio,& hoc, quod dubitationem fa-
36 cit † iſtud non eſſe feudum ſimplicis dignita-
tis, ſed etiam iuriſdictionis, & Comitatus,
quod ſolum ad primogenitum defertur *c. 1.
§.præterea de prohibit.feud.alienat.per Fede-
ric.c.ſt.de feud.March.c. 1.quis dicatur Dux.
Dec.conſ.389.num.6.Crauet.conſ.135. in fine
Curt.iun.de feud.1.par.princ.q.30. num.121.
Afflict.deciſ.165.num.17.* & poſt illos *Ceph.
conſ.3.num.27.lib.1.* Ex quo videtur ſuſtine-
ri poſſe,conſtitutionem primogenituræ,&
eius confirmationem in hoc feudo vti con-
ſequentem ipſius naturam, vel reducentem
feudum ad eius peculiarem naturam *l.ſi vnus
§.pactus ne peteret ff.de pact.gloſ.in c. ſtatutũ
in verbo,numeran. de præbend.in 6.*

37 Cui fundamento reſpondetur, † illud poſſe
procedere,quando non conſtaret,feudum eſ-
ſe receptum indefinitè pro filijs, tunc enim
fieret interpretatio, vt tantum ad primoge-
nitum tranſiret,at quando expreſsè receptũ
38 eſt,ꝑ filijs,& deſcendentib.† in claris non eſt
opus coniecturis *l.ille,aut ille ff.de leg.3.l.cõ-
tinuus §.cum ita ff.de verb.oblig.* cum enim re-
ceptio non ſit ad certum filium, vel deſcen-
dentem relata non eſt, quod ad primogeni-
tum reſtringatur ,nec obſtant textus in con-
39 trarium adducti, † quia de conſuetudine illi
tex. non ſeruantur in feudis Italiæ, exceptis
certis feudis ducatus *Oldrad.conſ. 237. num.
3. Io. And.in addit. ad Specul. Rub. de feud.
verſ.non omittam*, cuius verba formalia re-
fert,& ſequitur *Soc.conſ. 68. num. 25. lib. 1.
Afflict.in d.§.præterea ſub num. 2. Ant. Ceph.
conſ.2.num.13.Pariſ.conſ.10.num. 15.lib.1.*
ſequuntur,& alij,quos refert in puncto quæ-
ſtionis noſtræ *Rimin.iun.d.conſ.18. num. 51.*
& alios *citat. Roſental. de feud.c.9.concl. 55.
40 in apoſtil.ſub litera G. A.* Et cum hoc feudum
à die eius receptionis,quæ fuit de anno 1501
vſque ad annum 1577. continuauerit cum
hac obſeruantia,vt eſſet inſolidum apud om-
41 nes deſcendentes prioris receptoris,† non
erat mutandum id, quod interpretationem
certam ſemper habuit *l.minimè ff. de legibus*
42 † Sunt etiam,qui dicunt *d. §.præterea* proba-
re feudum commitatus non diuidi, ex quo
non ſequitur, quod debeat etiam apud pri-
mogenitum, cum indiuiſibile poſſit manere
apud plures ad illud vocatos *Bal. in auth.ex
teſtamento num.39.C.de collat.Aret.conſ.162.
ſub num.4.verſ.& præſtorum,Natta cõſ.682.
numer.7.Roſental. de feud.cap.9. concluſ. 55.
num.9.*

Quarto addi etiam poſſet contra Co: Alphon-
ſum Dominos Comites conſtitutores primo-
genituræ,& eorum anteceſſores habuiſſe fa-
cultatem alienandi feudum, vt enunciatur in
vltima confirmatione Rodulphi Imperato-
43 ris,† ex quo ſequitur,quod ſi poterant in to-
tum alienare feudum ad præiuditium voca-
torum,quod longè magis potuerint in eo cõ-
ſtituere primogenituram,ceſſat enim tunc di
ſpoſitio *d.c.1.de ſucceſſ.feud.* dum ait(nulla di
ſpoſitione defuncti in feudo manente ſeu va-
lente)etenim ex domini directi voluntate
eſt vaſſallo data licentia diſponendi de feu-
do,nec aliter poteſt in poſteros tranſire, niſi
alienatum non ſit:& in ſpetie, quod ex hac
44 promiſſione alienandi poſſit pater † feudum
vni ex filijs relinquere,& alios priuare *Surd.
conſ.395.num.5.lib.3.* qui ad hoc allegat *Rol.
Marcal.Brun.& Nattam*, vt per eum ita etiã
dicitur de emphiteuſi eccleſiaſtica, quæ ex
45 licentia alienandi efficitur hæreditaria, &
tranſitoria ad quoſcunque *Rota deciſ. 642.
num.11.par.1.recent.& in vna Imolenſ. bonorũ
Veneris 8. Martij 1596.*

Facilimè reſpondetur,hanc alienandi licentiam
reſtrictam fuiſſe ad caſum, quo prorſus eſſet
extincta linea Io. Petri primi inueſtiti, ideò
nihil poteſt operari inter ipſos deſcendentes
46 receptoris,† quia limitata diſpoſitio limita-
tum producit effectum *l. cancellauerat ff. de
his quæ in teſtam.delent.l.ita autem in princ.
47 ff.de admin.tut.*† & non poterit licentia alie
nandi operari vltra intentionem eam conce-
dentis *l. non omnis ff. ſi cert. pet.* operatur au-
tem talis licentia alienandi ad præiuditium
Domini directi, cui finita linea receptoris
feudum eſſet apertum videatur etiam *Rim.d.
conſ.18.num.73.*

Obſtat quinto quod Co. Alphonſus fuit hæres
Co.Alphonſi patris, qui fuit vnus ex illis,
48 qui primogenituram conſtituerunt,† & ideo
tanquam hæres patris tenetur eius factum ra
tum habere in totum,ſi non fecit inuentariũ,
& pro rata hæreditatis ſi illud fecit *vulg. l. cũ
à matre C. de rei vendicat.Pinel.ad l.1.in 3.p.
ſub num.81 ampliat.5.& 7.cap.de bon.mater.
Iſern. Aluarot.& Afflict.in c.1.an agnat. vel
fil.* & præſertim quia etiam in teſtamento pri-
mogeni-

mogenituram confirmauit addendo quod il-
le ex filijs ſuis qui illi contraueniret haberet
ſolam legitimam, quam etiam confirmauit
pariter Co:Camillus patruus eius teſtamẽto,
Imò ad augendã dubitationẽ,addi poteſt, ẽt
Co.Alphonſum approbaſſe hãc primogeni-
turæ,conſtitutionem,& omnia diſpoſita à pa
tre,& patruo in ſuis teſtamẽtis,in inſtrumẽto
.ſ. diuiſionis,ẽt recipiẽdo id,ꝙ ei pater reliqt
ꝓ eo, ꝙ ex primogenitura recipere poſſet, ex
quib.videret res ſatis clara contra eũ præſer
tim quia licet fuerit minor tempore diuiſio-
nis,tamen interuenerunt decretum iudicis,&
alia ſolemnia neceſſaria.
49 Sed,& huic argumento reſpondetur † *reg.l.
cum à matre* tantum procedere circa diſpoſi-
ta à teſtatore in teſtamento non circa facta
extra teſtamẽtũ;alias ſi aditio operaretur ra-
tificationem geſtorum extra teſtamentum,
tunc non tantum approbaret,ſed etiam exten
deret effectum teſtamenti, quod minimè di-
cendum eſt R*uin.conſ.* 48. *num.* 13.*in* 1. *Soc.
iun.conſ.*72.*ſub num.*59.*in* 1.*Gabr.conſ.*85.*n.*
13.*in* 1.
Et licet Co.Alphonſus ſenior in teſtamento di-
ſpoſuerit de feudo,& confirmauerit primo-
geniturã talis diſpoſitio cum ſit inualida re-
pugnante *tex.d.c.*1.*de ſucceſſ.f eud.*eſt ac ſi nõ
eſſet facta *Inſt.de hare.l.qua ab int ſtas.de fer.*
50 *in princ.*† *& reg. l. cum à matre* non includit
factum nullum,& inualidum *Soc.iun.conſ.*79
*nu.*47.*&* 48. *in* 4.*Veni7.conſ.*9.*n.*10. *Afflict.
decif.*240.*num.*8. vbi quod hæres non tene-
tur approbare factum a iure improbatum R*o
ta decif.*110.*num.*1.*par.* 2. *diuerſ.* vbi plures
citantur authores tenentes hanc limitationẽ,
& dicitur communis limitatio.
51 Et vbi etiam factum,fuiſſet ex aditione ap-
probatum,cum nullum illud ſit, & habeat
legis reſiſtentiam iudex deberet illud reuo-
care vt poſt R*uin.ſcribit* Ri*m.iun.d.conſ.*18.
*num.*167.
52 Reſpondetur etiam hæredem non cenſeri ex
aditione approbare factum defuncti, quod
tendit ad priuandum eum beneficio legis *l.* 1.
& 2.*C.ſi quid in fraud.patroni*, & fere in ter-
minis noſtris de hoc habemus doctrinam
Bal. in conſ. 215.*lib.* 2. per quam deciditur
inualidam eſſe reſtrictionem feudi ad maſcu-
los,quod prius fuerat receptum pro maſcu-
lis,& fœminis,& quia in eo caſu fœmina fue-
rat hæres eius, qui feudum reſtrinxerat ad
maſculos in *verſ.tertio reſpondetur ſub num.*
2. ait, poſſe hæredem venire contra factum
defuncti :quod tendit ad fraudandum eum
à beneficio legis *Iaſ.conſ.*56. *num.* 21. *lib.* 3.
*Nat.conſ.*470.*num.*15.*& ſeqq. Afflict.in c.* 1.
num. 117. *de ſucceſſ.feud.* Decif. *Pedemont.*
178.*num.*5. *& de his tractat etiam* R*im. iun.
d.conſ.*18.*num.*165.
Amplius id quod Co. Alphonſus in ſuo teſta-
mento diſpoſuit, tendit ad confirmandam
hanc primogenituræ erectionem, vt manife-
ſte in ipſo teſtamento legitur,iõ dicendum id
diſpoſuiſſe ſuppoſito erectionem de iure eſ-
ſe validam, & pariter Co. Camillus ſuppo
nit,quod de iure potuerit fieri primogenitu-
ra in ea parte in qua iubet Co. Alphonſino,
vt eam ſeruet, & ſupponit adfuiſſe cauſam
ita faciendi,quæ tamen non potuit eſſe, niſi
ratione adminiſtrationis cum primum igitur
conſtat,de iure rem aliter ſe habere, & factũ 10
fuiſſe quod de iure fieri non poterat, diſpoſi-
tio erit eronea *Bald.d.conſ.* 215.*ſub num.* 1.
verſ.& in dubio praſumitur error. lib. 2. eſt
enim error priuatio veritatis cauſata in intel
lectù propter falſam imaginationem, &
erare eſt aliud pro altero putare *Medic. de ca-
ſibus fortuitis par.*1.*q.*2.*num.*2. & proinde v-
ti erronea erit inualida, & nihil operabitur
eius approbatio,vel ſit tacita, vel ſit expreſſa
55 generalis, vel ſpetialis † cum error impediat
conſenſum *l.ſi per errorem ff.de iuriſd.omn. iu*
56 *dic.*† omnino neceſſarium, vt quis præiudi-
cet ſibi in iuribus ſuis *l.mater decedens ff.de
inoffi.teſt. Soc.conſ* 79.*num.* 36.*in fine*, *& nu.*
57 47.*lib.*3.*Burſat.conſ.*2.*num.* 40. † Imo pote-
rit Co.Alphonſus iunior retractare defuncti
erroneam diſpoſitionẽ *Bal in l.Titia* §.*Caius
ff.de leg.*2. *Afflict.decif.* 133.*& Surd dec.*130.
vbi diſputato articulo tãdem reſoluit ſenatũ
in hanc opinionem inclinaſſe.
58 Nec ob.quod Co. Alphonſus in teſtamento
ponat clauſulam quod ſi filij contraueniunt
primogenituræ vt ſolum legitimã habeant, q̃
cautela vr̃ ĩ iure admiſſa *Dec.cõſ.*187.*Cur.iu.
cõſ.*159.*Soc.iun.conſ.*122.*l.*1. *Ceph.conſ.* 153.
*lib.*2.*Surd.conſ.*357.*nu.*32.*&* 33.*lib.*3. R*an-
denſ.de analog.c.*19.*num.*36.
59 Quia reſpondetur primo hanc cautelam eſſe
in iure dubitabilem,vt apud R*im. iun. conſ.*
510.per totum,& præcipue *num.* 64. *libr.* 5.
R*uin.conſ.*149.*ſub num.*13. *lib.*3.*&* 10.ab ea
receſſit *Oddus conſ.*63.*vt in fine d.conſ.*
Secundo dicitur hanc cautelam verſari circa bo-
na paterna iure naturæ debita quantum ad
legitimam,de quibus pater ſine fraude ad li-
bitum diſponere poterat,nos vero tractamus
de

de bonis debitis filijs ex prouiſione anteceſ-
ſorum, de quibus pater viuens diſponere non
poterat, magis igitur filiorum ſunt bona feu-
dalia antiqua ex pacto, & prouidentia, quam
ſit legitima, ob id, licet poſſet ea cautela vin-
culari legitima, non ob id ſequetur, vt idẽ
ſit in bonis his feudalibus.

Tertio maximè animaduertẽdũ eſt teſtatorem,
non vſum fuiſſe hac cautela, niſi caſu quo ali-
quis ex filijs contrauenirer primogenituræ fa
ctæ in perſona Iulij Cæſaris, qui cum deceſſe
rit ſine prole, & deuenerit primogenitura in
Co. Camillum potius ex Cæſarea, quã ex pa-
60 terna diſpoſitione ſequitã vt ceſſet, † q̃ tanq̃
cautela pęnalis conuenit, vt ſtrictè interpre-
tetur tantum procedere in caſibus in quibus
expreſsè loquitur, *c. in pænis. de reg. iur. in 6.*
61 Et q̃ dicitur de teſtamento Co. Alphonſi idẽ
dicitur de teſtamento Co. Camilli ſenioris,
quia quatenus ipſe confirmauit primogenitu
ram erroneè ſuppoſuit illam eſſe validam, &
omnes clauſulæ, & cautelæ poſitę in teſtamen
tis tendentes ad confirmationẽ huius primo-
genituræ, & ipſę erroneę erunt.

Quantum vero ad diuiſionem, quæcũque appro
batio primogenituræ ex ea reſultans eſt erro-
nea cum eo ſuppoſito, quod anteceſſores eam
facere potuiſſent, accedente maximè conſen-
62 ſu ſacræ Maieſtatis, ideò † conſtito de funda
mento erroneo poterit diuiſio in hac parte re
tractari. *l. ſi poſt diuiſionem C. de iuri. & fact.
ignorant. Menoch. conſ. 91. nu. 26. & ſeqq.*
63 Et † quamuis iſte videatur error in his, quæ
iuris ſunt adhuc locus eſt retractationi, vt ex
*Caſtr. Alex. Soc. Dec. Craue. Nat. & pluriб. a-
lijs firmat* Bec. *oĩno viden. in conſ. 90. nu. 9.* vbi
refert plures caſus, in quib. quis errans, ẽt er
rore iuris, credebat aliquã rem, vel eſſe totã
eius, cum quo diuiſit, vel cum eo eſſe cõem,
& cum hoc ſuppoſito diuiſit, in quibus caſib.
reſoluitur diuiſionem retractari, quod etiam
auctoritate *Craueta ductus ſequitur Vrſil. ad
d. deciſ. Afflict. 233.* quæ deciſiones a fortiori
accommodantur ad caſum noſtrum, in quo in
Co. Alphonſo tunc minore facile quilibet er-
64 ror fuit excuſabilis, † & *Bec.* loquitur in diui
ſione facta ex certa ſciã, cũ clauſulis renuncia
tionis ampliſſimis, & q̃ fuit ſeruata per annos
decem, & ſeptem. Imò nedũ retractari poteſt
65 diuiſio, † ſed etiam dici poteſt nulla in ea par
te in qua confirmatur primogenitura: huic. n.
confirmationi ineſt renũciatio iuris, q̃ in feu
do competebat D. Co. Alphonſo, tunc mino-
ri, quæ renunciatio non potuit, nec iudicis de
creto, nec auctoritate curatoris conualidari
vti actus donationis *l. ſi quando §. fin. C. ſi ma-*
66 *ior. fact. alien.* † non. n. põt decretum interpo-
ni ſuper donationes, quia in decreto debet
ſubeſſe iuſta cauſa *l. magis puto §. nõ paſſim ff.
de rebus eorum*, quæ iuſta cauſa regulariter nõ
eſt in donatione *Batrig. in l. 1. C. ſi aduęr. donat.*
67 † nec poteſt dari curator ad auctorandum in
donatione *l. ab agnato, & l. fin. ff. de curat. fur.*
68 debet enim curator iurare vtilia facere, † do
nare autem eſt perdere *l. cõtra iuris ff. de pact.
Alex. conſ. 125. num. 2. lib. 1. Franc. Cald. ad l.
ſi curatorem C. de in integ. reſt. min. verſ. (hunc
cõtractum, ſub nu. 19. ver. ex prędicta gl.) Mon
tan. de iure tutel. c. 33. num. 326. cum ſeq. La-
derch conſ. 139. ſub nu. 3.* Nec dicatur nõ agi
in caſu noſtro de donatione, ſeu renuntiatio-
ne, ſed de diuiſione bonorum, & ratificatione
primogenituræ.

Quia facilè reſpondetur huic ratificationi in-
eſſe renuntiationem partis feudi, quę ipſi re-
nuncianti de iure obueniebat eo, quod con-
ſtitutio primogenituræ erat nulla: Et quando
etiam hęc ratificatio mero iure valeret, quia
prę ſe fert euidentem lęſionem (diſpoſitio enĩ,
per quam feudum applicatur primogenito e-
uidenter pręiudicat alijs filijs. *Seraph. deciſ.*
69 *398. num. 16.*) † daretur reſtitutio D. Co. Al-
phonſo, qui eam fecit in minori ætate *l. 1. &
ibi gl. & Doct. C. de in integr. reſt. minor.* nec no
ceret, quod factus nunc eſſet maior; quia notũ
eſt poſt ętatem minorem etiam dari quadriẽ-
70 nium † ad reſtitutionem petendam *l. fi. C. de
temp. in integ. reſt.* quod cum non curat niſi à
die ſcientiæ *Bal. in l. falſam C. ſi ex falſ. Curt.
iun. conſ. 110. nu. 14. Soc. iun. conſ. 128. nu. 16.
in princip. Oddus ex cõmuni de reſt. in integr.
quæſt. 20 artic. 4. & in conſ. 40. numero 45.*
ſi non conſtat innotuiſſe D. Comiti; quomo-
do concepta eſſet prima inueſtitura, vt credo
non innotuiſſe, cùm ordinariè ſcripturæ reſi-
deant apud fratres maiores, durabit etiam
quadriennium ad reſtitutionem petendam.
Imò etiam, quod conſtaret Co. Alphonſum
vidiſſe inueſtituras, maiorum ſuorum, quia ta
men eſt iuris dubij, an princeps in pręiuditiũ
aliorum poſſit conſtituere primogenituram,
& de hoc ſunt Doct. opiniones hucuſque rela
tæ, & id potiſſimum pendet à diſtinctionib.
an ſit antiquum, vel nouum, an hęreditarium,
vel ex pacto, qui ſunt termini noti tantum iu-
71 riſperitis in Co. Alphonſo, † vel præſumetur
ignorantia *Rot. dec. 268. num. 3. & deciſ. 662.*
72 *n. 7. par. 2. in recent. n. 3.* vel † poterit ipſe vti
quid

quid in animo ſuo conſiſtens eam iuran en-
to proprio probare *capit. ſi verè de ſentent. excom. Glo. in c. ſignificaſti in ver. ſita eſt. de homicid. Bauer. de virtute iuram. ſub nu. 82. & facit tex. in c. cum ſit de decim. Calchan. cõſ. 14. num. 2. in fine*, vbi difficilis reſolutionis id dicitur, in quo ſunt opiniones Doct. & in pũcto, quod hoc caſu ignorantia iuramẽto probetur pluribus probat *Seraph. de iuram. priuileg. 4. num. 15. cum ſeq. Mancin. de iuramento parte 4. effectu* 103. latiſſimè proſequitur *Maſcard. de probat. concluſ.* 881. *Tuſch. in littera* I. *concluſ.* 24.

73 † Et vbi probaretur diuiſionem continere enormiſſimam læſionem (vt ſupponitur) etiã poſſet reſcindi ex remedio *l. 2. C. de reſcind. vendit. l. maiorib. C. com. vt iudic.* & ibi Doct. omnes id notant, *& in d. l. 2. vbi in ſpetie Cagn. num.* 59. & alios plures allegat *Pinel. ad d. l. 2. in 2. parte c. 1. Franch. deciſ.* 675. *parte* 4. ſupponit à diuiſione læſiua recedi cum de modo tractet.

His concludo, de iure, & ex æquitate, audiendũ eſſe D. Co. Alphonſum petentem nunc à fratre emendationem huius læſionis, & quia res agitur inter Illuſtriſſimos, & nobiliſſimos fratres, ſperandum eſt complementum iuſtitiæ ſine ſtrepitu iudiciali.

EPITOME.

Adminiſtratio feudi antiqui ex pacto, & prouidentia, filio primogenito à Patre in teſtamento decreta; accedente aditione hæreditatis facta à minore, & ratificatione teſtamenti, ac taciturnitate per longum tempus, ſuſtinetur, ſine ſpe reſtitutionis, vel ſaltem debetur legatum factum Primogenito, caſu, quo minor nollet illi permittere, vt adminiſtret.

SVMMARIVM.

1 *ADminiſtratiò feudi vt à ſolo fiat, & non à plurib. tendit ad conſeruationẽ dignitatis, & Iuriſdictionis.*

Primogenito decreta a Patre in teſtamẽto tenet numero 2.

Etiam non accedente conſenſu Domini directi, & de ratione nu. 3.

4 *Teſtator in teſtamento poteſt diſponere de re hæredis, & conſequenter de feudo antiquo ex pacto, & prouidentia, & hæres adeundo obligatur ad ſeruandã talem diſpoſitionem num. 5.*

Præſertim, ſi taceat per plures annos permittendo, vt illa ſeruetur num. 12.

Etiam ſi fecerit inuentarium, quatenus tamen patiuntur uires hæreditaria num. 6.

Et affertur ratio num. 9.

Non autem obligatur ſeruare diſpoſita inter viuos circa huiuſmodi feudum num. 8.

7 *Schrader. de feud. p. 7. c. 2. num 5. reprobatur.*

10 *Commodum, qui ſentit, etiam incommodum ſentire debet ex præcepto iuris naturalis.*

11 *Vltimam voluntatem effectum ſortiri publicè intereſt.*

23 *Præſcriptio introducta à iure, & à conſuetudine feudali currit in præiudicium minoris.*

14 *Legatum ſuccedaneum, quod ſit, & quod pœnale, & num 15. & 25.*

15 *Legatum pœnale valet, & num. 26.*

Fallit quando illud tendit ad fraudandum aliquem iure ſibi debito num. 24.

16 *Pater poteſt relinquere magis vni, quam alteri filio, dummodo omnibus relinquat legitimam.*

17 *Aeſtimatio feudi debetur legatario, quando legans ſciebat illud deberi alijs poſt mortem ſuam.*

18 *Patris diſpoſitio quæ relinquit ſolam legitimã filio ſi noluerit ratificare teſtamentũ valet.*

19 *In feudo ordinatio facta à teſtatore non valet.*

20 *Caſtr. intellectus ad c. 1. de ſucceſ. feud. ĩ princ. in conſ. 179. à multis approbatur.*

Dictum c. 1. non habet locum, quando vocatus ad feudum adit hæreditatem, & tacet per aliquod tempus num. 21.

22 *Domini directi conſenſus non eſt neceſſarius in diſpoſitione facta de feudo, quando non agitur de eius præiudicio.*

Et ſi neceſſarius eſſet, ab eo allegari deberet, nõ à tertio num. 23.

27 *Reſtitutio in integrum conceditur minori aduerſus lapſum tẽporis ad impugnandũ actũ, & aduerſus aditionem hæreditatis ſine inuentario ẽt, quod de læſione non doceatur.*

Contrarium eſt verius, vt dicendum ſit de læſione num. 28.

Dummodo non ſit notoria nu 29.

30 *Reſtitutio in integrum non datur aduerſus actum geminatum, & deliberatum, & affertur ratio.*

Nec datur illi, quod renunciauit cum iuramẽto cuicunque priuilegio & iuris auxilio numero 31.

Sicuti non datur propter damnum, quod quis pati-

partitur,quia non ſeruauit voluntatem te ſtatoris.num.32.

33 *Iudex debet reyecere diſpoſitionem teſtatoris inducentem inæqualitatem inter fratres, & ad euitandas fraudes,& ſcandala*

Quod procedit quando diſpoſitio eſt nulla numero 35.

Non tamen poteſt tollere teſtatori facultatem diſponendi de rebus proprijs,& hæredi . numero 34.

36 *Inæqualitas parui momenti inter fratres non eſt habenda in conſideratione.*

37 *Principem voluiſſe reſcribere contra teſtamentum ſine cauſa cognitione credendum non eſt.*

Immo ſi reſcriptum obtentum fuiſſet præſumitur ex nimia inſtantia petentis, non ſecundum voluntatem Principis impetratū fuiſſe num.38.

39 *Poſſeſſor vſq. ad ius cognitum manutenendus eſt in ſua poſſeſſione etiam à* Principe*, & in eius conciſtorio.*

RESPONSVM II.

RECVSAT Illuſtriſs.D.Co. Io.Rangonus obſeruare voluntatem patris diſponentis, adminiſtrationem feudorum in perpetuum pertinere ad primogenitum,& ſecundogenitum reſpectiuè,& ad cuiuslibet eorum lineæ primogenitos,iureq.id poſſe recuſare, putat rationibus adductis in reſponſo Excellentiſs.D.Petrę. Scilicet,quia hæc voluntas patris ſuper feudis antiquis,ex pacto,& prouidentia ſit inualida, & illegitima, maximè non accedente conſenſu directi domini, q a facta ſit ex cauſa erronea,vt effectus ſubſecutus indicauit,& quia fuerit à Sereniſſimo Duce domino directo reiecta,dum mandauit fieri diuiſionē bonorū per verba adeò ampla, vt etiam feudalia comprehenſa fuerint.

Non obſtante,quod ipſe Illuſtriſs.Co. Ioannes fuerit hæres patris,quod tacuerit per longū tempus, quod ratificauerit teſtamentum paternum,& quod in pœnam ſpretæ voluntatis pœnali legato fuerit grauatus: quia his omnibus videtur poſſe reſpōderi, vt inferius opportunius dicetur,etſi hæc obſtarent, non adhuc lapſo trienio poſt 25.annos, eſſet locus reſtitutioni in integrum aduerſus omnia præiudicialia.

Quib.tamen minimè repugnantibus,fouere iuſtiorem cauſam Illuſtriſſimos primogenitos exiſtimo,quorum cauſam defendendo,eorū intentionem comprobo prius,poſtea pro virili ſatisfaciam contrarijs,de quibus in d.cōſultatione d.D.Petræ.

Et primo de validitate diſpoſitionis reſeruātis adminiſtrationem maioribus non videtur dubitandum, nam ſi conſideretur in ſe diſpoſitio facta ſemper dicetur ob cauſam bonam,&
1 à iure probatā,† cum publicè interſit, & tendat ad conſeruationem dignitatis, & iuriſdictionis,vt vnus ſolus adminiſtret, & vnum ſit caput *l.2.§.nouiſſimè ff.de orig. iur. cau. in apib.vbi DD.id notant 7.q.1.*faciunt *not.in c. imperialem §. præterea ducatus de prohibita feudi alienatione per Federic.Oldrad.cōſ. 94. ſub num.8.præcipuè in verſ manifeſtum autem eſt Anchar.conſ.339.ſub num.1.colum 2.* ibi (& hoc operatur bonum publicum) *Alberic. in prohem. Digeſtorum nu.10. Dec.conſ. 189. incip.viſa longa ſerie ſub n.6.*Peregr.*cōſ.10.*
2 *num.5.*† & ita vti facta ex bona cauſa concernente publicum bonum,nulla ratio patitur, quin dicamus eam valere,vt etiā tenuit *Pau. conſ.160.alias conſ.179.vol.1. in nouis quem ſequitur* Felin. *in c.prudentiam in princ.ſub num.7.de off.deleg.*

3 Si præterea conſideretur perſona domini, cum diſpoſitio non efficiat,vt extranei comprehendantur ſub inueſtitura,& aliud præiudiciū non ſentiat dominus,ſed potius commodum, quia melius conſeruatur feudum, & ſeruatur vnio,& pax,non exigebatur eius conſenſus,& ſine eo facta valet *Bart in l.qui Roma §.duo fratres q.10.ff.de verb. oblig.Bal. in l.voluntas num.4.C.de fideicommiſſ. & conſil.300.incip.tex.in c.1.in 2. Afflict. de alien. feud.patern in princ.num.33. alios citat Menoch.conſ.158.num.88. in 2.* quod procedit nedum in diſpoſitione inter viuos,ſed etiam in vltima voluntate *Surd.conſ.305 num.34. in 3.poſt Aim. conſ.713.per totum.* Et ſi conſeruatur diſpoſitio,per quam in totum alienatur feudum,quando non præiudicatur domino *Decian.conſ 55.nu.72.lib.3.* multò magis conſeruabitur hęc diſpoſitio,in qua non agitur de alienando ipſo feudo,ſed de reſtringenda adminiſtratione pro bono pacis.

Si tandem ſpectemus perſonam filiorum ad feudum æqualiter vocatorum,etiam, quod feudum antiquū ſit,& ex pacto,& pouidētia,diſpoſitio tamen facta à patre in teſtamento, in quo fuit hæres inſtitutus ille filius, in cuius præiudicium tendit diſpoſitio vtique valet,

let, ſicut valeret diſpoſitio bonorum aduentitiorum, filij,& aliorum, in quibus nullum ius haberet pater, vel ius, per quod cum eius
4 perſona extingueretur, vulgare enim eſt† in teſtamento poſſe teſtatorem diſponere de re hæredis *l. vnum ex familia § ſi rem tuam ff. de leg. 2. §. non ſolum an prin. Inſtit. de legat. Ant. Gomez var. reſolut. tit de legat. c. 12. num. 14.*
5 quam † diſpoſitione obſeruare tenetur hæres adeſido,& inde eſt, quod in propoſito DD. firmantes regulam, quod pater non poſſit diſponere de feudo antiquo in præiudicium vnius ex filijs, etiam ratione ſimplicis adminiſtrationis, talem regulam limitant, quando diſpoſitio eſt facta in teſtamento,& filius adit hæreditatem, adeundo enim dicitur compro-
6 bare voluntatem patris, nec † ad propoſitum plurimum conferunt, quæ olim inuentario dicuntur, non enim illud tollit, quin hæres teneatur ſeruare voluntatem teſtatoris in eo, quod ipſe potuit facere, quatenus patiuntur vires hæreditariæ *Alex. conſ. 29. num. 14. in 5. Ruin. conſ. 25. num. 10. in 2. optime Peregr. conſil. 10. nu. 7. Ludulph. Schrader. qui plures alios allegat de feud. parte 7. c. 2. nu. 47. Lonaz. conſil. 66. num. 2.*

Et in hoc caſu, ſi vires hæreditatis patiũtur, vt Co. Ioannes ſubeat iſtud onus, parũ refert, quod fecerit, vel non fecerit inuentarium, ſi quidem non facit inuentarium, quin teneatur hæres, etiam in re propria ratam habere voluntatem defuncti, quam ſemel per aditionẽ probauit, dùm ita opulenta ſit hæreditas, vt
7 ſine damno d. voluntatem ſeruare poſſit. † Et licet *Schrader loco mox citato num.* 50. ſentire videatur, ꝙ nõ teneatur hęres cum inuentario ſeruare diſpoſita in teſtamento ſup feudo antiquo ad eum pertinente ex pacto, & prouidentia, tamen auctoritates, quas allegat nempe *Afflict. in c. 1. num 4. an agnat. & decis. 112. num. 2 & Alex. conſ. 124. num. 8. in 4. & ti.*
8 *til. 19 num. 14. & conſ. 26 num. 4. in 5* † procedũt in diſpoſitione feudi facta inter viuos, efficit tunc inuentarium, vt hæres ſeparet diſpoſita in teſtamento à diſpoſitis inter viuos, vt illa poſſit apptobare, iſta verò reprobare, & venire contra factum defuncti, etiam quod hæreditas ſit opulenta, ſecundũ ſententiã multorum.

At in diſpoſitis in teſtamento non legitur, quod aliud faciat inuentarium, niſi quod hęres teneatur approbare diſpoſita à teſtatore, etiam in rebus proprijs ſi vires hæreditatis id patiuntur, aliud non poteſt efficere inuentariũ,
9 † alias nimis abſurdum eſſet, quod daretur remedium, quo quis ſine cauſa poſſet ſcindere vnicam voluntatem teſtatoris, & cã probare, quatenus eum honoraret, & impugnare, quatenus eum oneraret et contra præcepta
10 iuris naturalis, quæ volunt,† vt ſentiens commodum ſentiat, etiam incommodum *l. ſecundũ naturam ff. de reg. iur.* & cõtra publicã vti-
11 litatem dictantem † vltima hominum elogia ſortiri debere effectum *l vel negare ff quem. teſt aper.* Omnia tñ hęc in propoſito ceſſant, quia ſupponitur Illuſtriſs. Co. Ioannem adiuiſſe hæreditatem ſine beneficio inuentarij, & ita ſimpliciter aditione probaſſe teſtũ.

Vltra aditionem adeſt etiam taciturnitas,& permiſſio per plures annos (cum tamen ſufficeret tempus ſolius anni) quibus paſſus fuit maiores iuxta voluntatem patris adminiſtrare, ex quo reſultat efficacior approbatio voluntatis paternæ *c. 1. §. Titius in fin. tit de feud fuer. contineri inter dom & agnat & ibi id not ant Iſern. Bald. in verſ item nota de praſcrip. annali Afflict. in verſ. tertius caſus, & verſ. 3 nota nu. 9. Balzaran. num. 6. & 7. Dec. in cõſ. 389. incip. viſa longa ſerie num. 8.*

13 Quod † tempus anni, cum ſit à conſuetudine feudali inductum, non poteſt dici, quod non currat in pręiudicium minoris, ſicut dicitur de alio tẽpore. præſcripto à iure ſcripto *Oddus de reſt q. 88. art. fi. & q. 89. art. 6 n. 45.*

Sed dato (nunquam tamen conceſſo) quod diſpoſitio feudorum in iure pateretur aliquam difficultatem, clara eſt patris voluntas, quod ſi aliquis ex deſcendentibus ſuis eſſet, qui poſſet de iure violare ſuam voluntatem, & id tentaret, quod primogenito,& ſecundogenito,& alijs, vt in teſtamento, teneretur conſignare bona ſtabilia reditus annui aureorum centum, quos aureos in dicto caſu contrauentionis iure legati, vel fideicommiſſi reliquit ilis, quibus ſecundum ſuam diſpoſitionẽ cõſignandi ſunt, de cuius diſpoſitione concernente bona alodialia, & facta ad conſeruandam voluntatem ipſius teſtatoris, non eſt
14 quod dubitetur, ſiue dicatur, † hoc eſſe legatum ſuccedaneum, id eſt ſubintrans in locum adminiſtrationis feudorum in caſu, quo diſpoſitio ſuper adminiſtratione feudorum iure infringi poſſit, vt credo, quaſi dixerit teſtator ſi non permiſerit maiores adminiſtrare, volo, vt centum des, iuxta notata à *Christophor. Porc. poſt Christoph. Caſtilion in §. ſi in ſi Inſt.*
15 *de legat* ſiue dicatur, † eſſe legatum factum in pœnam non permittentis maiores adminiſtrare

ſtra:c iuxta notata ab omnibus in d·§.ſi. Inſt.
de leg.in l vnic C.de his quæ pœn.nom.& in Ru
br.& l.1 ff.de his quæ pœn.nom.faciunt text.l.
1.§.item ſi ita ff ad l falcid l.1.ff.de pen:leg.l.
3.§.fin.ff.de ann.legat.l.cum tine & l ſi penū
ff.quando dies legati ced l.in teſtamento & l.
multa à contrario ſenſu ff. de cond. & demon.
Emanuel.Coſta ſelect.interpr. lib.1.c.12. Sim.
de Prat.de interpret.vlt.volunt lib.4.dub.1.nu
16 mero 102.fol.468.† Et ſicut abſolutè potuiſ-
ſet teſtator grauare minores filios,ex ſuis por
tionibus conſignare maioribus tot ſtabilia,
quę eſſent reditus centum aureorum, & ita
reddere meliorem conditionem primogeni-
torum,dummodo non lęderetur legitima mi
norum Paul.& Iaſ.in auth.vnde ſi parens C.de
inoff.teſt.in 4.not.Aim.conſ. 193. n.11.verſ.
(ad tertiū)& conſ.256.in prin. Ruin.cōſ.56.n.
9 in 3.ita, & multo magis potuit eos grauare
ſub cōdōne,ſi volūtas ſua nō fuerit ſeruata eo
17 p̄textu quod de iure ſit inualida:† Et ſicut qn̄
ſciēter legatur feudum,licèt illud non ſit prę-
ſtandū,impletur tamen volūtas teſtatoris ſal
tem in eius æſtimatione Bal.in c.1.num.3.de
ſucceſſ.feud. Illuſtriſs.Mantic. de coniect. vlt.
volunt.lib 9.tit.11.num.8.Capyc.deciſ.64.nu
6 iuncto num.fin.Specul.in tit.de locat.§. nunc
aliqua verſ.17. Faber.d.§.non ſolum Inſtitut.
de legat.ad final. Bald.in c.1.in princip de ſuc-
ceſſ feud & in auth.lucrum hoc n.2.C.de ſecun.
nupt.Curt.iun.conſ.30.num.8 Imol & Couar.
in c.filius de teſtam.Molin.de primogen.hiſpan.
lib.2.c.10.num.63. & 70.Menoch. præſumpt.
117.num.6.& 7.& conſ.89.nu.66.& 67.lib.1.
ita & hoc caſu vult teſtator, vt in legato cen-
tum aureorum ſaruetur ſua voluntas reſerua
tionis adminiſtrationis,ſi non poſſit de iure
impleri iuxta ſuum principale inſtitutum, hu
iuſmodi legato, vicem obtinente cuiuſdam
æſtimationis adminiſtrationis relictæ maio-
ribus.

Remanetque iſtud ſine ſcrupulo difficultatis ex
eo,quod Co.Ioannes expreſsè ratificauit te-
ſtūm paternum in vim pręcepti ab eo, facti,
q̄ fuit,vt approbaretur in quacunq.parte,er-
go,& in hac parte,& approbantur inſtitutio-
nes,ſubſtōnes, & fideicōmiſſum ergo, & hęc
pars,quam voluit teſtator valere in vim lega-
ti,vel fideicommiſſi.Nec nocet quod D. Co.
Ioannes ratificet,ſi eſt obligatus ratificare,
18 † quia cum pœnam non ratificationis relin-
quatur ſola legitima, non eſt duditandum ſi
non vult remanere cum ſola legitima, quod
ratificare tenetur Dec.conſ.687.Curt.iun. cō-
ſil.159.Soc.iun conſ.122.in pri. Menoch.conſ.
401.nu.144 in 5.Ceph.conſ.113.in 2. Eugen.
conſ.38.Durant.de artic.teſt.tit.5.cautel.31.
nu.6.Cagnol.in l. papinianus §. meminiſſe ſub
num.7.de inoff.teſtam.Mantic. de coniect. vlt.
volunt.lib.7.tit.8.nu.11.Decian.conſ.32. ſub
num.102.lib.2.Surd deciſ.21. ſub num. 20. &
conſ.215.num.16.ac conſ.357.num.33.Pariſ.
conſ.9 ſub nu.4 lib.3.Peregr.de fideicom.artic.
36.num.62.& 97.& conſ.66.nu.2.lib.4. Rot.
deciſ.200.num.6.& deciſ.206 num.4 par. 1.
recent.Prout,nec etiam obſtat, quod non ra-
tificauerit,niſi in bonis hr̄ditarijs,& de quib.
eius pater diſponere poterat;quia non eſt du
bitandum,quin de iſtis centum aureis dedu-
cendis ex bonis ſuis feudalibus diſponere
potuerit.

Reliquum modo eſt,vt reſpondeatur illis, quæ
exaduersò ſatis cumulatè deducuntur; Non
19 igitur primo obſtat, † quod alteratio feudi
facta in vltima voluntate, vt ſoli primogeni-
ri adminiſtrent,non valeat ad cap.primum de
ſucceſſ.feud.in princ ibi (nulla ordinatione
defuncti in feudo manente,)& in puncto Ale
xand.conſ.29.num.13.in quinto, & quod ſit
adita hæreditas Afflict.poſt 1 ſcrip. in prin. d.c.
1.de ſucceſſ.feud.num.117.

20 Rn̄deri primo poteſt, † à multis ſatis rece-
ptum eſſe intellectum Paul.ad d.c.primum in
conſ.179. ſub num.3. colum.3. verſ.(vel me-
lius pōt) nullam ordinationem teſtatoris in
feudis valere,per quam vocentur illi, qui ex
natura feudi non ſunt vocati, puta extranei,
vel dicant̄ fœminæ cum maſculis,contra diſ-
poſita ī d.c.Paulū ſequūtur Fel.in c prudentiā
ī pri.paulò añ n.8.de off.deleg.Tiraq.de iure pri
mog.q.4.n.14.& ſentit Peregr. conſ.10.ſub n.
10.verſ.hæc tamen intelligenda ſunt.

21 Scd'o † Rn̄detur,ordinationē valere ob ſub-
ſequentem aditionem,vel taciturnitatem, id
enim operari aditionem vtcunque contradi-
cat Afflict.citatus,conſtat ex pluribus antea
citatis,& quæ cumulauit Schrader.d 7.parte,
c.2.num.47. vbi etiam plures allegat, ita vt
conſtet,ita ſe habere cōmunem opinionem,
inter quos etiam connumeratur ipſe Afflict.
Peregrin.conſ.8.num.54.& cōſ.10.num.7.eſt
enim teſtatoris volūtas indiuidua l. cum quis
pro parte ff.de his quibus vt indig. qui adit,
reſpectu ſui commodi,probat teſtantis volun
tatem,oportet propterea,vt etiam quoad cę-
terea eam probet,idem ſentit Peregr. de com-
muni teſtātur de fideicom ar.33.num.11.Zaſ.
de feud.par.11.num.33.cum alys cumulatis à
Io.

Io. Ant. Lanario d. conſ. 66. nu. 2.

Id verò, quod ſubijcitur de defectu conſenſus domini directi ex *Alex. conſ. 18. in princ. in 5. & Affliſt. in c. 1. in princ. nu. 115. de ſucceſ.*
22 † procederet, quando feudum perueniret ad non vocatos, & alios haberet Dominus directus vaſallos, præter eos, quos iure ordinario habere deberet, ſi de tūc cōſēſus eſſet neceſſarius quia de præiudicio Domini ageretur *DD. in c. 1. §. ſed etiam res per quos fit inueſt. Decian. d. conſ. 55. n. 72. lib. 1.* ſed hoc caſu, quod adminiſtratio reſideat apud vnum tantum tendens ad maiorem conſeruationem feudi, non poteſt præiudicare Domino directo, & ad propoſitum ſatis fuit ſupra allegatus *Surd. conſ. 305. nu. 33.*
23 *in tertio.* † Sed & vbi conſenſus Domini neceſſarius fuiſſet, non eſſet talis defectus allegandus a Co. Ioanne, daret enim de iure tertij contra *l. loci corpus §. competit ff. ſi ſeruit. vendic.* ſed à Domino directo, vt pulchrè deducit ipſe *Surdus eodem conſ. 305. ſub numero 49. Verſiculo (porrò id quod) cum numero ſequenti in tertio volumine.*

Nihilque etiam repugnat, quod aditio nihil operatur, quando actus eſt illegitimus; nam ex præcedentibus negatur, actum eſſe illegitimum ex eo ſolo quod de Domini directi conſenſu non apparet, & licet ſit actus nullus, inquantum pater non videtur poſſe ad vnum reſtringere adminiſtrationem; tamen ex mente *Doct.* hæc non eſt nullitas, quæ non poſſit conualidari per aditionem, & taciturnitatem; conſtat.n. apud *Schrader.* antea citatum, regulam communem eſſe, non poſſe patrem de feudo antiquo ex pacto, & prouidentia diſponere ad præiudicium aliquorum filiorum, etiam in teſtamento, & etiam ratione adminiſtrationis duntaxat, & pariter communiter hanc regulam limitari adita hæreditate: quibus communibus aſſertionibus conſtitutis non eſt quod nunc tractetur an filius qui hæreditatem patris adiuit teneatur habere ratum factum patris hoc eſt alienationem feudi ex regula *l. cum à matre Codice de rei vendicat.* & tractemus, an rectius contrà *Iaſ. Grat. & Nattam* ſenſerit *Menochius conſilio 89. numero 109. & ſequ. in prin.* non enim hæc ſunt adeò in terminis, vt eorum veritas nobis ſit nunc diligentiùs indaganda, ſiquidem defenſio noſtra ab hoc potiſſimum pendet, quod pater in eo teſtamento, in quo filios hęredes instituit fortunarum ſuarum, minores grauauit pro bono pacis pati, vt maiores adminiſtrent, & ipſi minores adiuerunt hæreditatem, dicimus, ex hoc eos probaſſe prouidentiam patris, quæ cum indiuidua ſit, ab ijſdem ſcindi non poteſt, ita vt pro parte probetur, & pro parte non.

Quia autem nonnulla etiam tacta fuere de legato cētum aureorum quaſi quod factum ſit in pænam contrariantis voluntati Teſtatoris, & petentis adminiſtrationem iuxta *tex. l. Seius, & Angerius ff. ad l. Falcid. Iaſ. conſ. 124. col. 2.*
24 *in fin. & col. ſeq. in princ. in quarto.* † & ideò non valeat, vti adiectum ad fraudandum filios minores adminiſtratione feudorum illis de iure debita *Bart. in l. 1. & 2. Cod. ſi quid in fraud. patron.*

Ne iſtud ſine reſponſione remaneat primo
25 dicitur, † quod cum legatum aureorum centum ſit factum caſu, quo dicatur de iure non conſiſtere reſeruationem adminiſtrationis; potius dicē legatum ſuccedaneum, quā in pænam, vt ſingulariter declarauit *Criſt. Caſtilion. relatus à Port. in §. ſi nam fin. Inſt. de legat.* quem antea citaui, tunc credidit ipſe, relictum eſſe pænale, quando quis ex eo, quod aliquid non facit priuatur aliquo relicto, vel hęreditate, vel fideicommiſſo, vt in *l. Seius. & Angerius* exhæredatur, & hæreditate priuatur hæres petens falcidiam contra voluntatem teſtatoris, & in caſu *Iaſ.* priuatur hæreditate, qui non recuperauerit bona alienata, & ſocietas diſciplinatorum ſubſtituitur: ſed quando hæres grauatur aliquid dare, facere, vel pati, & ſi illud nolluerit implere, grauatur pecuniam dare, vt in caſu iſto virtualiter grauantur filij minores pati, maiores, & eorum primogenitos adminiſtrare, & ſi noluerint, conſignare maioribus ſtabilia, quæ ſint reditus centum aureorum, tunc cenſet *Caſtilion.* non eſſe legatum in pænam, ſed ſuccedaneum.
26 † At quicquid ſit dato, quod illud ſit in pænam, cum actus patiendi, vt maiores adminiſtrent, non ſit quid probroſum immo pręſeferens publicum bonum, nec a iure prohibitum, quia ſcilicet non prohibent iura, quin minores patiantur maiores adminiſtrare, valebit legatū etiam factum in pænam, vt legitur apertè in *l. vnic. C. de his quæ pæn. nom. & in §. fin. Inſt. de legat. & vtrobique Doct. omnes.* Nec poteſt dici factum ad fraudandum filios, in quorum poteſtate eſt, vel permittere maioribus adminiſtrationem, vel conſignare reditum cētum aureorum facit *tex. in §. quantitas ad fin. verſ. nec ea res Inſt. de leg. falcid.* præterquā quod conſtat de ratione, quæ mouit teſtatorem ita vt pro veritate dici nō poſſit id factū in odium, vel in fraudem alicuius.

27 Addit reſtitutionem in integrum competere in omnē euētū d. D. Com. tùm aduerſus lapſum temporis ad impugnādam adminiſtratio-

Digitized by Google

nẽ maiorũ, tùm aduerſus aditionẽ hæreditatis factam ſine inuentario etiam quod de lęſione non doceatur *Oſaſch. deciſ.* 158. *nu.* 3. *& deciſ.* 181. *nu.* 15.

28 Docendum tamen puto de læſione, quia in reſtitutione id eſt regulare *l. nam & poſtea §. ſi minor ff. de iure iurand. Caldas ad l. ſi curatorem in verbo læſis* vbi latè *C. de in integ. reſt. minor.* & in reſtitutione petita aduerſus lapſum tẽporis tenet ipſe *Oſaſch. d. deciſio.* 158. licet prius per modum dubitandi arguat in contrarium, & eſſe communem opinionem teſtatur *Oddus de reſt. in integr. q.* 36. *ar.* 5. & in inuentarij omiſſione *q.* 89 *art.* 7. *nu.* 58. *Caldas in d. verbo læſis nu.* 54.

29 † Vix enim eſt, vt quandoq; concedatur reſtitutio non docto de læſione, quando ipſa notoria eſt *Belamera in c. auditis num.* 8. *de reſt. in integ.* quem cum alijs ſequitur *Oddus q.* 36. *ar.* 3. *n.* 23. quæ non poteſt dici in hoc caſu notoria, immo de contrario conſtat, attento, quod licet reſeruata ſit adminiſtratio maioribus tamen reſpondendum eſt minoribus de omnibus redditibus feudorum pro eorum portionibus, & attento quod ſi in hoc non ſeruatur voluntas patris, conſignanda erunt ſtabilia reditus centũ aureorum vt in teſtamento, quod vtiq; erit grauius, quam permittere vt maiores adminiſtrent: Amplius cum Co. Ioannes probauerit voluntatem patris aditione & taciturnitate ſubſequenti, patiendo maiores adminiſtrare, & fortè etiam patiendo eos habere duas voces in electione Poteſtatis,

30 & poſtea ratificatione † non eſſet inconueniens dicere, aduerſus actũ ita geminatũ, & deliberatum non dari reſtitutionem, tollitur enim ex tali geminatione illa præſumpta facilitas in minore, ob quam ſolet dari reſtitutio *l.* 1. *§. fin. ff. de minor. l. nam & poſtea §. ſi minor ff. de iure iuran. vbi Iaſ. nu.* 4. *Franc. Caldaſ. in d. l. ſi curatorem in verſ.* ſua facilitate *in princ.*

Præterea ſuppoſito, quod ratificatio etiam extendatur vti generalis ad diſpoſitionem, de qua nos agimus, vel ſaltem ad legatum, ſeu fideicommiſſum centum aureorum, non poteſt peti reſtitutio, quin petatẽ etiã aduerſus d. ratificationẽ ſed aduerſus eam, expeditum eſt, non dari reſtitutionem, quia in ea ratificans renunciat cuicunque priuilegio, & iuris auxilio, & iurat non venturum cõtra aliqua ratione, vel cauſa, qua renunciatione, ſtante iuramento habente vim certificationis, & ſpetialis expreſſionis *Ant. Gabr lib.* 2. *concluſ. tit. de iuretur an. concluſ.* 3. *&* 4. tollitur reſtitutio in integrũ, vt ex communi poſt *Bar.* firmant *DD. in l ſciendum ff. de verb. oblig. & in auth. Sacramenta puberum C. ſi ad. vendit. l.* 1. *C. eod. & l.* 2. *C. de reſcind. vendit. Bertrand. conſ.* 227. *nu.* 1. *lib.* 1. *Socin. Iun. conſ.* 47. *nu.* 18. *lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 97. *nu.* 2. *&* 2. *lib.* 1. *Capyc. deciſ.* 159. *nu.* 27. *Tiraqu. de iur. primog. qu.* 26. *nu.* 6. *& qu.* 28. *nu.* 2.

31 Nec etiam poteſt eo prętextu D. Co. petere reſtit. quod alleget ſentire damnum in conſignandis ſtabilibus reditus centum aureorum

32 † quia cum reſultet iſtud damnum ex eo, quod controuenit voluntati teſtatoris, non dabitur reſtitutio, vt in ſimili caſu de iure conſultus doctiſſimè ex more reſpondit *D. Laderch. Imol. conſ.* 112. Et ſi reſtitutione concederetur confectio inuentarij, perſiſto adhuc in opinione de qua ſupra quod illud non prodeſſet, vt ſine cauſa violaretur voluntas teſtatoris.

33 Subijcitur, iudicem ex officio debere reijcere hanc diſpoſitionem vt inducentem inæqualitatem inter fratres, & ad euitandas fraudes, & ſcandala *Ruin. conſ.* 47. *num.* 10. *in primo.*

Dico quod iudex non debet eſſe clementior

34 lege, nec debet tollere teſtatoribus facultatem diſponendi de rebus proprijs, & hæredis, quam leges ei concedunt, immo conuenit, vt pro lege ſeruent teſtantis voluntatem *l. ſi teſtamentum*

35 *C. de teſtamen. & § diſponat Auth. de nupt.* & *Ruin.* autem loquitur, quãdo euidẽter cõſtat iudici de nullitate actus, quod non conſtat de ordinatione, ſtante aditione, & ſtãte grauamine centum aureorum; Quod hoc tẽderet ad euitãdas fraudes, & ſcandala non poteſt dici, niſi oſtendantur hæ fraudes, & ſcandala immo ex tali ordinatione oritur quies, & pax & euitantur illa incommoda, quæ ex adminiſtrata iuriſditione à multis, ſolent oriri, conſiderata à *Doct.* in principio conſultationis a me adductis: Quod aliqua ſit inæqualitas inter fratres, non eſt habendum in conſideratione, tum, quia id lex permittit patri ex iuſta cauſa, vt antea probaui, tum etiam

36 † quod cum æqualiter ſint communicandi reditus, & fructus adminiſtrationis, hæc nõ eſt inæqualitas digna aliqua conſideratione *l. ſcio ff. de in integ. reſt.*

Secũdo principaliter D. Petra ad inualidandam dictam ordinationem conſiderat, factam fuiſſe ex cauſa erronea, & deductam fuiſſe ad non cauſam, quia non habuit illum exitum pacis, & concordiæ, ob quem facta fuit, nec potuit bonum exitum ſortiri id, quod induxit inæqualitatem matrem diſcordiæ, & proceſſit ſine conſenſu directi Domini, pluraque ad horum probationem allegantur.

Ego quid euenerit ignoro, hoc ſcio, quod leges, & experientia docent peſſimè agi in illis dominijs, in quibus regnant plures Domini,

quo

Digitized by Google

quorum vnus deſtruit id, quod alter quandoq; prudenter aſtruit, & *Doct.* huius inconuenientis rationem adducunt quę apud eos videri poteſt, qui in principio a me citati fuere: Etiam mihi perſuadeo, quod ſi omnes iſti Illuſtriſſimi Fratres voluiſſent ſequi prudẽtiſſimum patris conſilium, quod nihil mali contigiſſet; Inæqualitas, quæ modica eſt, & ad bonum finem non eſt habenda in conſideratione, nec defectus conſenſus Domini, qui non erat neceſſarius ex anteà dictis.

Quod vltimo dicitur de reſcripto Sereniſs. Principis, per quod mandatur, vt ad inſtantiam fratris minoris diuidantur omnia bona cuiuſcunque conditionis, ita vt etiam feudalia includantur, vt pluribus probatur, mihi nihil negotij facere videtur cum enim poſſit facta totali diuiſione bonorum, adhuc ſeruari voluntas teſtatoris, vt adminiſtratio iuriſdictionis ad maiores pertineat, vel ſaltem, vt minores iure fideicommiſſi, vel legati maioribus relaxent bona redditus centum aureorum non agnoſco quomodo ex conceſſione diuiſionis inferatur deſtructio voluntatis teſtatoris, de qua à Sereniſſimo
37 Principe non fuit habitum verbum, † non enim in dubio eſt credẽdum Principem iuris religioſiſſimum ſine cauſæ cognitione voluiſſe reſcribere cõtra teſtamẽtum, dicente Imperatore in *l. ſi teſtam. C. de teſt. (ſi teſtamẽtum iure factum ſit, & hæres ſit capax authoritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet)* quod procedit nedũ in toto teſtamento, ſed, & in qualibet eius parte *Cou. lib. 3. var. reſol. c. 6. ſub nu. 9. verſ. 3. deducitur* facit & *tex. l. ſi quando in princ. C. de inoſ-*
38 *fic. teſt.* † adeò vt reſcriptum obtentum potius præſumatur ex nimia inſtantia petentis impetratum, quam quod ita Princeps voluerit *d. l. ſi quando, & l. 1. C. de pet. bon ſub. lib. 10. c. fin. de reſcript. in ſexto* quod magis conſiderandum eſſet in caſu iſto, in quo fratres maiores ſine cauſæ cognitione priuarentur ſtatu, & poſſeſſione adminiſtrationis iuriſditionis, in qua legitimè per plures annos manſerunt; cum tamen iu-
39 ris ſit, † vt vnuſquiſque in ſtatu, & poſſeſſione ſua vſque ad ius cognitum manuteneatur etiam à Principe, & in eius conciſtorio *Rota dec. 99 par. 1. diuerſ.* quam quod ſtatu ſuo priuetur.

Sed credo hoc reſcriptum inſtãtibus fratribus maioribus modificatum fuiſſe, ideo non eſt vlterius inſiſtendum in eo, ſed concludendum, fouere optimam cauſam hos Illuſtriſſimos fratres prætendentes, ad eos ſpectare adminiſtrationem feudalium, & in defectũ adminiſtrationis eis deberi legatum ſtabilium redditus cẽtum aureorum. *Laus Deo, & Virgini.*

EPITOME.

In eadem cauſa: Princeps Dominus directus, non debet de facto, ſed ſecundum Iura decidere quæſtionem inter vaſallos ſuper feudo ortam.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus eſt Iudex ordinarius inter Vaſalos in lite orta ſuper feudo.*
Et ideo non debet procedere ex libero arbitrio, & eius abſoluta poteſtate, ſed ſecundum Iura, prout faciunt Iudices ordinarij nu. 2.
4 *Princeps ex abſoluta poteſtate omnia poteſt.*
Non tamen debet recedere ab eo quod eſt honeſtum, ſed debet eſſe Iuſtitia plenus, & velle id quod iura volunt nu. 3.
Nec debet vti abſoluta poteſtate, niſi id dictante publica vtilitate nu. 5.
Et rarò ea vti debet nu. 6.
7 *Feudi adminiſtratio vt fiat ab vno, non à pluribus eſt ex publica vtilitate.*
8 *Princeps de plenitudine poteſtatis non ſolet ſine cauſa tollere ius quæſitum.*
Maximè, quando exercitium abſolutæ poteſtatis tendit ad deſtructionem vltimæ voluntatis. num. 9.
Quam ſeruare eſt ex maieſtate Principis, & ex publica vtilitate, potiuſquã contra eam reſcribere nu. 10.
11 *Dominus directus non poteſt eſſe Iudex in cauſa feudi inter ipſum, & vaſallum, ſed negocium defertur ad pares curia de iure decidendum.*
Etiam ſi Dominus ipſe ſit ordinarius in loco num. 12.
13 *Princeps non debet admittere ea, quæ præiudicant eius auctoritati, & ſuperioritati.*

RESPONSVM III.

Auxilium à Domino.

SVppoſitis illis quæ pro conſeruanda iuſta, & rationabili diſpoſitione Illuſtriſs. Co. Fuluij Rangoni circa adminiſtrationem feudorum ſcripſerunt Illuſtriſs. & Excellentiſs. primi nominis Iurecõſulti Dominorũ Menochius, & & Oddus, & quæ ego addidi, perſuaderi mihi non poteſt, quod aliquis teneat non eſſe ex maieſtate Sereniſſimi D. Ducis Mutinæ, vt cauſa

Digitized by Google

hæc in via iuris cognoſcatur, ſed, quod potius
ſit de facto terminãda, & vitiata voluntate Co.
Fuluij ſit adminiſtratio communicanda.

Hac præcipua ratione, quod cum ex diſpoſi-
tione ipſius Comitis nullum ſentiat præiudi-
cium D. Dux, quia nec diminuatur numerus
vaſallorum, nec noui admittantur vaſalli, qui
non comprehendantur ſub inueſtituris, nec ali-
quid fiat contra ea, ad quæ vaſalli tenẽtur Do-
1 mino directo ſequitur, † vt remaneat hæc cauſa
diſcutienda inter ipſos Vaſallos, quo caſu Do-
minus directus eſt iudex ex *ca. caterùm*, & *ca.
nouit.* & ibi *Doct. de iudic. c. pen. in princ. apud
quos cont. feud. diff. deb. c. 1. §. præterea ſi inter,
de prohibit. feud. alienat. Iacob. de feud. verſ. di-
cti vaſalli nu. 1. Curt. iun. de feud. p. 7. in 1. reg.*
& plenè per *Schrader de feud. p. 10. in princ. Ro-
ſental. de feud. capite* 12. *concluſ.* 1. cuiusiuriſdi-
ctionem omnes aiunt eſſe ordinariam in *d. c. ca-
terum Innocent. nu.* 4. *Abb. n.* 1. & 2. *Barbat. nu.*
4. *Butr. nu.* 17. *Cardi.* & *Dec. nu.* 1. *Balzaran. in
c.* 1. *nu.* 11. *apud quem vel quos Marin. Frec. de
ſubfeud. Baron. li.* 2. *author.* 10. & 13. *qui Iſern.*
& alios complures allegat, vt etiam pleniſſimè
allegat *Roſental. d. c.* 12. *concluſ.* 1. *in gloſſa ſub
2 lit. B.* ex quo ſequitur, † vt Dominus directus in
decidenda huiuſmodi cauſa non debeat proce-
dere ex arbitrio ſuo, & ex eius abſoluta pote-
ſtate, ſed per tramites iuris, quemadmodum, &
cæteri iudices ordinarij procedũt, nec erit iſtud
contra maieſtatem ſuæ Sereniſs. Celſitudinis,
3 † cum potius ſit ex maieſtate Principis, vt non
recedat ab eo, quod eſt honeſtum, vt eius actus
reguletũ a iuſtitia fori, & poli, & vt ſit iuſtitiæ
plenus, & vellit id, quod iura volunt *Roland.
conſ.* 70. & *conſ.* 91. *in fin. in ſecundo poſt Mar.
Salomon. in repet. l.* 1. *verſ.* veram ni fallor *nu.* 6.
ff. de iuſt. & *iur.* facit *tex in l. quoties C. de preci-
bus imper. offer. Atm. conſ.* 168. *ſub nu.* 9. *conſ.*
172. *ſub nu.* 1. & *conſ* 293. *nu.* 8.

4 Nec poterit allegari, † ꝙ Princeps ex abſoluta
poteſtate omnia poſſit, nec ſit, qui poſſit ei di-
cere cur ita facis, vt de hoc ſunt iura vulgaria:
Quia non eſt credẽdum quod Princeps Iuſtiſſi-
mus & Religioſiſſimus, qualis eſt Sereniſſimus
D. Dux Mutinæ vellit ſine neceſſitate vti pleni-
tudine ſuæ poteſtatis in caſu, in quo nulla ratio
publicæ vtilitatis dictat vt recedat̃ ab eo, quod
prudentiſſimè ab eius vaſallo diſpoſitum fuit,
5 † non enim permittunt iura vſum abſolutæ po-
teſtatis, niſi id dictante publica vtilitate *Inno-
cent. Abb.* & *alij in c. innotuit de elect.* ſentit &
Bal. in l. 2. *C. de com. rer. alienat. ſub nu* 4. dum
ait, quod Princeps rarò debet vti plenitudine
poteſtatis *Nat. conſ.* 122. *nu.* 15. & *conſ* 402. *n.*
3. & *nu.* 35. optimè *Io. Franc. de Ponte conſ.* 4. *n.*
9. & *ſeq. Teſſaur decіſ.* 91. Sed in noſtro caſu ne-
dum publica vtilitas dictat, vt recedatur ab ad-
7 miniſtratione data primogenitis † immò eſt ex
publica vtilitate, vt ab vno pendeat adminiſtra-
tio *l.* 2. *§. nouiſſimè ff. de orig. iur. Rol. conſ.* 10. *in
princ. in* 3. *Ceph. conſ.* 3. *nu.* 23. *in primo*, & aliàs
plenè probatum fuit.

Minuſque credẽdum eſt quod Princeps vel-
lit vti plenitudine poteſtatis in hoc caſu, in quo
per aditionem hæreditatis Co. Ioannis confir-
mata fuit diſpoſitio paterna, & ab eo approba-
ta, ita conſolidata fuit tota adminiſtratio in pri-
8 mogenitis, & in ea fuit eis ius quæſitũ, † cui re-
gulariter Principes ex eorum abſoluta poteſta-
te ſine cauſa non ſolent præiudicare *Doct. in c.
quæ in Eccleſiarum de conſtitut. Gomez.* latè *ad
reg. primam cancel. q.* 2. *Nat. conſ.* 204. *nu.* 18.

9 Et multo minus, quando exercitium abſolu-
tæ poteſtatis tenderet ad deſtructionem vltimę
10 voluntatis, † quam ſeruare eſt ex maieſtate Prin-
cipis, & ex publica vtilitate *l. vel negare ff quem.
teſt. aper.* potiuſquã cõtra eãm reſcribere *l. ſi te-
ſtamentum Cod. de teſt.* & copioſè proſequitur
Couar. vidend. *lib.* 3. *reſolut. c.* 6. *Fernand. Vaſq.
controuerſ. illuſt. lib.* 1. *ca.* 5. *num.* 22. *Atm. conſ.*
592. *nu.* 53 *conſ.* 669. *nu* 7. *in quarto*, & *conſ.*
976. *nu* 25, *in quinto. Surd. conſ.* 203. *nu.* 25 &
ſeq. in ſecundo & *conſ.* 395. *nu.* 3. *in tertio*.

Sed & ſi Princeps, ex hac reſtrictione admi-
niſtrationis, ſentiret aliquod præiudiciũ, adhuc
non conueniret, vt de facto ex eius abſoluta
11 poteſtate rem decideret, cùm iuris ſit, † vt Do-
minus directus non poſſit eſſe Iudex in cauſa
propria, ſed vt negotium deferratur ad parescu
rię de iure decidẽdũ *l qui iuriſd ff de iuriſd. om.
iud.* & *l. Iulianus ff. de iudic. c.* 1. *an. apud iudic.
vel cur dom. vbi feudiſtæ omnes in princ. Bald.
Laudenſ.* & *Aluarot.* quos ſequitur *Schrader. de
12 feud p.* 10 *ſect.* 2. *nu.* 21. ſubdens *nu* 63. † etiam
id procedere ſi dominus directus ſit ordinarius
in loco allegans *Innocent. Abb.* & *Felin. in c. ca-
terum de iudic.* & alios complures Doct. *Roſen-
tal. d. c.* 12. *concluſ.* 2. *nu.* 38. *cum ſeq.*

Quare ex prædictis concludendum arbitror,
quod licet prudentiſſimè agant illi, qui perſua-
13 dent Sereniſſimo Duci † vt non admittat ea
quæ præiudicant authoritati, & ſuperioritati
ſuæ celſitudinis *Iſern. in c. imperialem verſ.* cir-
ca hoc videtur *de prohibit. feud. alienat. per Fre-
deric. Natta conſ.* 614. *nu.* 12. & 17. Tamen hac
ratione non eſt credendum fore, vt illi perſua-
deãt impedire, ne in hac cauſa diſcutiatur quid
iuſtitia dictet, nã, ex iam allegatis hoc præiudi-
caret ſuperioritati, & religioni Principis. 1603.

EPI.

EPITOME.

Feudatarius habet dominium fluminũ decurrentium per territorium, de quo inueſtitus eſt, & ideò captura facta in flumine ab eius officialibus valet.

Et diſcutitur, quando in cõceſſione feudi intelligantur conceſſa flumina.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius Dominus territorij per quod flumen decurrit habet iuriſdictionem in ipſo flumine & nu.22.*

2 *Territorium vnum, & idem eſt, quod eminet ſuper aquas, & quod immergitur aquis.*

3 *Flumen eſt pars feudi, & de eo iudicatur, vt de qualibet alia re particulari feudi.*

4 *Inueſtituræ tenor eſt attendendus etiam quod recedat ab ordinaria feudi natura & nu.5.*

Præſertim, quando conceſſio eſt plenaria nu.13.

7 *Flumina comprehenduntur in conceſſione feudi, quando conceditur cum aquis, & eorum decurſibus, & nu.23.*

Et tunc flumen nõ dicitur amplius publicum, neque de regalibus, ſed priuatum quoad vtile Dominium nu.23.

Quinimmò flumina comprehenduntur in inueſtitura etiamſi de aquis, vel fluminibus non ſit facta ſpecialis mentio nu 12.

Maximè, quando conceſſa ſunt regalia nu.8.

Quia flumina ſunt de regalibus nu.9.

Intellige, quoad vſum, ſeù Ius portus, peagiorum nauigationis, & ſimilium, non verè quoad proprietatem nu.14.

10 *Dictio* vſque *includit terminum à quo, & terminum ad quem.*

11 *Exceptio declarat regulam, cum ea procedat in terminis regulæ.*

15 *Flumina reſpectu vſus, ſeu Iuris ſunt Principis, reſpectu vere proprietatis ſunt populi, per cuius territorium fluunt.*

Et in vniuerſali ſunt Imperij, in particulari Ciuitatum, per quarum territorium fluunt n.16.

17 *Verba Concedẽtis, quando clara ſunt non eſt dubitandum de eius voluntate.*

18 *Regalia, & flumina in feudum concedi poſſunt.*

19 *Quis non creditur ſibiipſi contrarius.*

Nec velle incontinenti ſe corrigere nu. 20.

21 *Flumen mutato alueo remanet prioris Domini, maximè, quando nouus alueus eſt in ipſius territorio.*

RESPONSVM IV.

Ne auferas Domine de ore meo verbum veritatis.

Opinor nõ eſſe, quòd iure dubitetur de validitate capturę factæ ab officialibus Illuſtriſſimorum Comitum de Rangonibus in aquis Fluminis Panarij noui, ea vel maximè ratione, quod, ſicut non dubitatur de validitate capturæ factæ in terra territorij, & iuriſdictionis
1 ipſorum Illuſtriſ. Comitum, † ita nec eſt, quod dubitetur de captura facta in aquis, cùm, & ad illas extendatur iuriſdictio Domini territorij, per quod aquæ fluunt *Bar. in l. vnic. C. de claſſic. lib.* 11. notando iſtud ex illo tex: & ibi *Luc. de Pen. & Io. à Platea num.* 1. *Angel. in l. inſula ff. de iudic. Rom. in l. Cæſar. nu.5. ff. de publican. gloſ. in c. vbi periculum §. ſanè in verbo territorio de elect. in ſexto & ibi Franc. nu. 7. Iacob. in tract. de feud. in verſ.* (in fluminibus) *num:* 10. cuius rei optimam rationem aſſignat *Bald. in l. ſi plures verſ.* ſed hæc ratio *C. de condut. inſerè*
2 † quia vnum, & idem eſt territorium, quod eminet ſuper aquas, & quod immergitur aquis ſe-
3 quitur *Boer. deciſ.* 352. *ſub nu.* 4. & facit, † quod flumen eſt pars feudi, & de eo iudicatur vt de qualibet alia re particulari feudi *Bim. conſ.* 33. *nu.* 15. *in primo.*

Tota igitur difficultas ad id deducitur, an iſtis Illuſtriſ. Comitibus fuerit a glorioſæ memorię Sereniſſimo Alphonſo Duce Ferrarię conceſſa iuriſdictio, etiam in hoc flumine Panario nouo;
4 † qua in re inſpiciendus eſt tenor inueſtituræ *c. 1. in fin. de duobus Frat. a cap. inueſtit. vbi Bal. Dec. conſ.* 435. *in cauſa mihi commiſſa nu. 4. & conſ.* 614. *in cauſa feudali n.* 3. *Decia. conſ.* 38. *n.*
5 23 *in ſecundo* † etiam quod recederet ab ordinaria feudi natura *Afflict. in cap. vnic. de clericis qui inueſt. fec. n.* 4. *Balzaran. in c.* 1. *§. quin etiam nu.* 3. *Epiſcop. vel Abb. & in c.* 1. *§. & ſimiliter de feu. March. nu.* 7. *Rom. conſ.* 494. *ſub. nu.* 1. *& ibi moderni apoſtil ſub lit. B.*

Attenta autem inueſtitura conſtat, & flumi-
6 nis proprietatem conceſſam eſſe: † Primo quia conceſſio eſt plenaria, ita vt Dominus directus retineat recognitionem, & quędam fluminis iura, & nihil præterea, in qua inueſtitura plenaria etiam contineri flumina, conciliando contrarias opiniones, tenet *Iacob. de feud. in verſ.* in fluminibus *ſub numer.* 5. *Verſic.* (ego in
7 quæſtione facti) Secundo † expreſſè fit inueſtitura de tota, & integra iuriſdictione, & op-

 pido

pido terræ cum aquis, & aquarum decurſibus
ita vt non ſit dubitandum, quin & aqua flumi-
nis Panarij noui in eodem territorio decurrens
conceſſa dicatur; Tertio cōceditur tota iuriſdi-
8 ctio cum regalibus † cumque flumina ſint de re-
galibus c. 1. *quę ſint regal. vbi Iſern. Afflict. Bal-
zaran. & alij Feudiſta in verbo* flumina *Boſſ. in
tract. crimin. Rub. de aquis, & flumin. in princ.*
9 *Myſing. conſ.* 19. *nu.* 4. † ſequitur, vt conceſſis
regalijs etiam intelligantur flumina conceſſa
Zabarel. conſ. 38. *col.* 2. *Boſſ tract. crim. dicta
Rub. de aquis & fluminib' ſub n.* 12 *propè n.* 13.
Quarto in cōſtitutione confiniū expreſſè dicit,
conceſſum quicquid includitur à fundo Pana-
rij veteris, vſque ad fundum Panarij noui in-
cluſiuè ita vt ex illa dictione *incluſiuè* apertè
conſtet, & Panarium nouum eſſe ſub inueſtitu-
ra comprehenſum, cum & in fortioribus termi-
nis, etiā quod nō eſſet adiecta dictio *incluſiuè*,
10 † dicendo *de vno vſq; ad aliud* includeretur flu-
men, à quo & flumen ad quod *Archid. in can. ec-
cleſias* 13. *qu.* 1. *ſub nu.* 4. *Bal. in c.* 1. § *ſi quis de
manſo nu.* 16. *de controuerſ. inueſtitur. & Iacob. de
feud. d. verſ. in fluminibus nu.* 7. quinto non me-
diocriter facit; quod quaſi excipiēdo è conceſ-
ſione Dominus directus, declarat, vt nullo mo-
do liceat in d. flumine Panarij molēdina aliqua
errigere, aut aliqua regalia ſibi vendicare, quę
exceptio indicat, etiam in inueſtitura compræ-
hendi proprietatē fluminis, aliàs nō eſſet, quod
diſponeretur non licere in flumine ædificare
molendina, niſi, & ipſum flumen diceretur con-
11 ceſſum; † conferunt, quæ de exceptione decla-
rante regulam, & procedente in eius terminis
ſcribunt *DD. in l.* 1 *ff. de reg. iur. vbi Dec. nu.* 20.
& Cagn. n. 29. *Conar. lib.* 2. *var. reſ. c.* 5. *n.* 4. *Rau-
denſ. de analog. c.* 35. *nu.* 17. *&* 18. Et hæc ma-
12 ximè procedūt † quia in conceſſione feudi con-
tinentur flumina, etiam quod de illis non ſit fa-
cta ſpecialis mentio *ca.* 1. § *ſi quis de manſo ſi de
feud. fuer. controu. c.* 1. *de capit. qui cur. vend. c.*
1. § *ad hæc de pac. tenend.* & per hæc iura *Marc.
deciſ. delfinal.* 111. *n.* 7. *& deciſ.* 171 *in fin. p.* 2.

Quæ verò in incontrarium intelligo allega-
ri, parum obſtant, primo enim dicitur Sereniſſi-
mum Ducem ſibi reſeruare regalia, ideo non
contineri flumen, quod inter regalia connume-
ratur, vt antea pluribus probatum fuit potiſſi-
mum ex *c. vnic. quæ ſint regal.*

Si primo prætenditur non venire flumina,
quia regulariter in inueſtitura non ſoleant con-
cedi regalia, facilè ex præcedentibus reſpon-
13 detur, † immo, & regalia venire in conceſſione
plenaria, vt antea probaui authoritate *Iacob. de
feud. in verſ. in fluminibus* Præterea in flumini-
bus conſideratur proprietas, & vſus, ſeù ius por-
14 tus, pedagiorum, & ſimilium; † flumina dicun-
tur de regalibus reſpectu ſupremæ poteſtatis,
quam habēt ſupremi Principes in eis reſpectu
vſus nauigandi, tranſeundi, & ſimilium; non ve-
15 rò ratione proprietatis † quia hoc reſpectu flu-
mina non dicuntur eſſe Principis, ſed illius po-
puli, per cuius territorium fluunt, ita optimè de-
clarat *Ioannes Borcholten. in d. c. vnic. quæ ſint
regal. nu.* 31. nec ab hac opinione diſcrepant
16 multi Doctores, qui tenent † flumina in vniuer-
ſali eſſe imperij, in particulari eſſe illarum ci-
uitatum, per quarum territorium tranſeunt *Bal.
in l. ſi plures ſub nu.* 13. *verſ. (ſed hac ratio) C.
de condit. inſert. Mart. de Carazijs in tract. de
Principe q.* 458. *Curt. ſen. conſ.* 56. *nu.* 4. ergo ra-
tione proprietatis flumen non eſt de regalibus,
nos de pertinentibus ad proprietatem agimus,
& ideò nihil obſtat, quod regalia in inueſtitu-
ris non compræhendantur. Sed vtcunque res ſe
habeat, opus non eſt has difficultates deguſta-
re, quia in inueſtitura fit mentio de aquis, & flu-
mine. immo, & de regalijs, ita vt non ſit dubi-
17 tandum, quin hæc conceſſa fuerint † conſtat .n.
de voluntate concedentis ex verbis *l. non aliter
ff. de leg.* 3. *& l. labeo ff. de ſupellect. legat.* & non
18 eſt dubitandum † quod regalia, & flumina in feu-
dum concedi poſſunt *Ludolph. Schrad. in tract.
de feud. p.* 3. *c.* 2. *nu.* 3. *& p.* 4. *c.* 2. *nu* 9. *Iacobin. in
tract. de feud. in verſ. in fluminibus Zaſ. de feud.
p.* 4. *nu.* 2. *& part.* 5. *nu* 12. Si verò ſecūdò præ-
tenditur Principem limitando poteſtatem Co-
mitum declaraſſe, nō licere illis in flumine mo-
lendina erigere, aut aliqua regalia ſibi vendi-
care; pariter reſpondetur primo quod prætẽ-
dere vt liceat capere malefactorem per aquam
fluminis fugientem, non eſſe ſibi vendicare re-
galia, quia pertinet ad proprietatem fluminis,
quo reſpectu ipſum nō dici de regalibus antea
probaui: Reſpondetur & ſecundo loqui Princi-
pem de regalibus vſum cōcernentibus ſcilicet
erigendi molendina, portus, vel pedagia, non
autem ob id Principem ſibi reſeruaſſe regalia,
vt ſibi reſeruauerit flumē, & eius aquas, ita vt in
illarū proprietate feudatarij iuriſdictionē haud
quaquam exercere poſſent: nam iſtud repugna-
ret antea conceſſis, cum priùs fuerit conceſſa
iuriſdictio in aquis, in earum decurſu, & in re-
galijs, & ſtatuendo cōfines territorij etiam flu-
19 mina incluſa fuerint, ita opus eſſet dicere, † vel
Principem ſibi contrarium fuiſſe contra *l. vbi
20 repugnantia ff. de reg. iur.* † vel incontinenti ſe cor-
rexiſſe contra *l. nàm ad ea ff. de condit. & de-
monſt.*

Secundo dicitur obijci in inueſtitura con-

cedi

cedi flumen antiquum Panarij, non nouum.

Veritas autem eſt, conſtare ex lectura inueſtituræ, concedi tàm nouum, quam vetus, & cum concedantur aquæ cum eorum decurſibus, non remanet locus dubitandi, quin omnia flumina vetera, vel noua dicantur conceſſa dummodo per idem territorium fluant; cumque in facto mihi ſupponatur, quod aqua veteris fluminis fuerit conuerſa ad nouum alueum, quis dubita-
21 bit † quin remaneat prioris Domini maximè; quando nouus alueus eſt in eodem territorio *Corn. conſ. 63. n. 7. in ſecundo* Ceſſat autem omnis dificultas, quia verè in inueſtitura eſt facta mentio de flumine nouo.

Tandem non obſtat, quod Princeps retineat dominium fluminis ob ius portus, & tranſeundi: Quia hæc retentio reſpicit vſum illum ex ſuperioritate ad Principem pertinentem, in quo non poterit feudatarius ſe ingerere ob reſeruationem, & ſi iſte qui captus eſſet, deliquiſſet circa ius portus, trãſitus, vel pedagij captura eſſet nulla, vti verſans in illis, quæ Principi fuere reſeruata, ſed cum verſetur circa proprietatem fluminis .ſ. quia delinquens in territorio repertus in flumine fuit repertus in territorio ex allegatis ſupra, & captus fuit ob delictũ, cuius animaduerſio pertinebat ad feudatarium, captura erit valida, vt ſupra probaui allegando *Bartol. Angel. Rom. Franc. Iacob. & alios* quibus & addi poteſt *Io. Ant. Lanar. conſ. 39. ſub nu. 4. 5. & 6.*
22 † qui pluribus probat Barones feudatarios eſſe Dominos fluminum ſcilicet reſpectu vtilis dominij, ſicut etiam ſunt Domini alterius territorij
23 aquis non ſubiecti, & in ſpecie ait, † quod ſi Princeps concedit caſtrum cum aquis, & earum decurſibus (vt factum fuit in caſu noſtro) quod flumen non dicitur amplius publicum, neque de regalibus ſed priuatum quoad vtile dominium Baronis. Ex quibus intrepidè teneo iuſtiſſimam eſſe cauſam Illuſtriſs. DD. Comitum paratus quibuſcunque motiuis excitandis ſatisfacere.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Verba hæc *ita quod d. hæreditas ad deſcẽdentes per lineam maſculinam deueniat* inducunt fideicommiſſum inter deſcendẽtes teſtatoris, quod etiam tenet in feudo hereditario.

Ad feudum antiquum veniunt omnes deſcendentes primi poſſeſſoris etiam ſi ſint in remotiſſimo gradu.

Iura Imperij præſcribuntur tempore immemorabili, quod ſecundum opinionẽ multorum eſt minus centum annorum: Poteſtque ille, qui cepit præſcribere ea ſubijcere fideicõmiſſo Dominium autem vtile ex cauſa feudi præſcribitur ſpacio 30. annorum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum perpetuum inducitur per dictionem* ita quod, *quæ eſt ampliatiua.*

Et per qualitatem maſculinitatis nu. 2.

Et etiam per grauamen ſcriptum in rem nu. 3.

Item per verbum collectiuum deſcendẽtes, *quod denotat tractum ſucceſſiuum nu. 5.*

Et præſumitur etiam inductum ex qualitate bonorum, quam conſeruare in agnatione teſtatores ſtudent nu. 6.

7 *Fideicommiſſum ad quod vocantur deſcendentes extincta vna linea trãſit ad aliam, etiamſi dictum ſit, quod tranſeat de vno deſcendente in alium.*

8 *Fideicõmiſſarius non poteſt ceteris vocatis præiudicare recipiendo rem ſubiectam fideicommiſſo in feudum.*

9 *Feudum poteſt ſupponi fideicommiſſo cõſentientibus vocatis ad ipſum feudum.*

Et quando eſt hereditarium nu. 11. & 33.

Quod in dubio præſumitur nu. 10. & 32.

Et etiam, quãdo ſunt vocati illi, qui in feudo ſuccedunt. nu. 12.

13 *Deſcendentes à primo poſſeſſore feudi ſuccedunt quamuis ſint in remotiſſimo gradu.*

Quod etiam procedit extincta linea iam admiſſa nu. 14.

15 *Hiſtoriarum libri in facto antiquiſſimo probant.*

Et etiam verba enunciatiua nu. 16.

18 *Feudatarius non poteſt in feudo antiquo quidquam agere in præiuditium aliorum vocatorum.*

Et ita non poteſt recipiendo vti primus aquirens ceteris præiudicare nu. 17. & 34.

20 *Dominus poteſt recipere rem ſuam in feudum, & ex tali receptione fit feudum nouum, quamuis inueſtitura fiat de feudo antiquo.*

21 *Imperij iura præſcribuntur tempore immemorabili.*

Quod eſt tempus centum annorum nu. 19.

Multi tenent quod ſufficiat minus tempus n. 22.

23 *Teſtator poteſt ſubijcere fideicommiſſo Caſtrum, quod cepit præſcribere.*

24 *Quilibet poteſt teſtari, & fideicommiſſo ſubijcere ea, in quibus habet Dominium, & quaſi Dominium.*

25 *Qui cepit præſcribere dicitur habere quaſi Dominium.*

26 *Quando finis habet neceſſariam conſequentiam*

à prin-

a principio ipſum attenditur.
Quod habet locum in præſcriptione nu.28.
In qua tempus, quo poſſidet ſucceſſor iungitur cum tempore antecoſſoris nu.27.
39 *Præſcriptio cepta in maiore progreditur in minore ipſius herede, in quo aliàs non incepiſſet.*
30 *Feudum ſuſtinetur, etiamſi de inueſtitura non conſtet, quando eſt præſcriptum ſpatio 30. annorum & nu.31.*
35 *Princeps non creditur ex ſola clauſula* non obſtantibus quibuſcunque *voluiſſe ſine cauſa auferre Ius tertij.*

RESPONSVM V.

Ne auferras Domine de ore meo verbum veritatis.

RESpondendo de iure, iuxta factum mihi propoſitum, arbitror iuſtè prætēdere Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Carolum Appianum dominium ſtatus Plumbini: nam ſi ſupponimus ſtatum liberum, & iure tàm directi, quam vtilis dominij poſſeſſum fuiſſe a primis quatuor Dominis ſcilicet Iacobo primo, Gherardo, Iacobo ſecundo, & Emanuele, intentio ipſius D. Caroli fundata eſt in teſtamento Gherardi ſecundi Domini, qui poſtquā filio ſubſtituit Emanuelem, & Antonium, & ipſis non exiſtentibus eorum filios ſubiunxit hæc verba *itaquod d. hæreditas ad deſcendētes per lineam maſculinam deueniat* ex quibus exiſtimo, teſtatorem voluiſſe inter eius deſcendentes inducere fideicommiſ-
1 ſum; Quod primo colligo ex illis verbis † *ita quod* quorum natura eſt ampliare præcedentia *Curt ſen. conſ.49. ſub nu.40. verſ.* ratio huius fundamenti *Soc. conſ.100. n.8. in 4. Decian. cōſ. 84. nu.27. lib.3. Pariſ. conſ.92. num.33. lib.2. & conſ.1. nu.24. lib.3. Rim. Iun. conſ.739. nu.81. Rot. deciſ.51. p.1. diuerſ.* ad quā ampliationem inducēdam eſt neceſſario dicendum, vt præter ſubſtitutionem filiorum Emanuelis, & Antonij voluerit etiam ſubſtituere perpetuo fideicommiſſo omnes deſcendentes actiuè, & paſſiuè, vt in puncto tenet in ſimili caſu *Pariſ. conſil. 90. num.26. & 27 in ſecundo,* ſequitur *Decian. con.33. n.94. in primo* vbi Teſtator, ſi aliquis ex filijs ſuis decederet ſine filijs alios extātes ſubſtituit de gradu in gradum, poſtea additur *Itaquod hæreditas remaneat, & remanere debeat in eius deſcendētes maſculos* quæ verba ait *Decian.* cùm fuerint expreſſa ad augendum neceſſario ſignificabūt perpetuum fideicommiſſum
2 actiuè, & paſſiuè inter omnes deſcendentes: vt Immò conſiderat etiam in caſu ſuo qualitatem maſculinitatis arguētem deſiderium teſtatoris conſeruandi bona in agnatione in *d. conſ. n.88.* ex qua colligit poſt plures, quos allegat, voluiſſe teſtatorem perpetuo fideicommittere, cum hoc ſit præcipuum remedium conſeruandi bona inter maſculos *Dec. conſ. 226. incip. in caſu ſub nu.6.* & plenè *idem Decian. conſ.84. nu.27. in tertio.*

3 Secundo conſiderandum eſt his verbis *ita quod hæreditas deueniat in deſcendentes per lineam maſculinam* ſignificari grauamē ſcriptum in rem, ita vt ad quoſcunque hæreditas tranſeat cum hoc onere, vt deueniat ad deſcendentes lineæ maſculinæ, igitur primus hæres intelligetur grauatus de reſtituendo, & poſt eum omnes, & proindè inductum dicetur fideicommiſſum perpetuum inter deſcendetes *Bal. in l. precibus ſub n.65. verſ.* tu dic *C. de impub. & al. ſubſtitut.* & clariùs ibi *Salic. ſub nu.26. in fin. verſ. (item tenet Bal.) Curt. ſen. conſ.42. ſub n.8. verſ.* accedat ad præmiſſa *& ſub nu.19. verſ.* ſed Iacobus *Decian. d. conſ.84. nu.28. in tertio.*

4 Tertio obſeruandum eſt teſtatorem in memoratis verbis vſum fuiſſe verbo collectiuo *deſcendentes* per quod denotatur fideicommiſſum perpetuum, quo vnus ex deſcendentibus grauatur alteri reſtituere *Soc. ſen. in l. Gallus §. quidam rectè n.10. & ibi Alciat. nu.62. ff. de lib. & poſthum. per tex. in l. cum ita in §. in fideicommiſſo vbi Paul. Caſt. & in l. peto §. fratre ff. de leg. ſecundo Aim. conſ.22. nu.4. & conſ 131. nu.5. Roland. conſ.70. n.19. in tertio Alba conſ.442. nu.1. & ſeq. in tertio Conar. ad c. Raynutius §.2. nu.7. de teſtament. & in c.38. praticar. quæſt. ſub nu.4. Verſ.* (primum in dicto) Quod vt indubi-
5 tabile † quando nomen collectiuum denotat tractum ſucceſſiuum, vt verbum *deſcendentes,* poſt *Curt. iun. conſ.48. nu.4. & 5.* tenet *Sim. de Pret. de interpretat. vlt. volunt. lib.3. ſol.9. ſub n. 10. fol.281.*

6 Et tanto magis veniendum eſt in hanc ſententiam, quod bona, de quibus agitur talia ſunt quæ conſeruare in agnatione maximè teſtatores ſtudent, ex quo facilius eſt præſumere fideicommiſſum iuxta not. *à gloſ. Cin. & Bald. in l. quoties, C. de fideicommiſſ.*

Itaq; cum D. Carolus ſit ex deſcendentibus teſtatoris iàm deficiente linea Iacobi 4. conuenit, vt iuxta mentem teſtatoris ſtatus Plumbini deueniat ad d. D. Carolum vti ſuccedentem ipſi D. Gherardo teſtatori; licet enim dum durauit linea primogeniti ex Iacobo 3. excluſi fuerint aſcendentes ipſius D. Caroli, nempè pater,

Auus

7 Auus, & Proauus † tamen finita linea vnius deſcendentis fideicommiſſum tranſit ad lineam alterius deſcendentis ex voluntate teſtatoris, licet ita eſſet cõceptum fideicommiſſum vt tranſiret de vno deſcendente, vel hærede in alium *Pariſ. conſ. 55 in ſecundo*, & clarius *conſ. 53. in tertio*, & in puncto *Panciról. conſ. 150. nu. 10.* dicens, quod quando plures vocantur ſub nomine collectiuo, vt ſunt deſcendentes, intelliguntur eſſe vocati, vt in infinitũ vnus veniat poſt mortem alterius ordine ſucceſſiuo, & cenſentur inuicem per fideicommiſſum ſubſtituti, & allegat *Paul. & Ruin.* vt per eum.

Nec his obſtat, quod Iacobus 4. receperit ſtatum Plumbini in feudum à ſacro Imperio:
8 † Quia ſtante memorato fideicommiſſo non licuit ipſi id agere in præiudicium aliorum vocatorum, quod clarum eſt ex notatis in *auth. res q; C. com. de legat.*

Si verò ſupponimus, hunc ſtatum fuiſſe vti feudalem ſacri Imperij poſſeſſum à primis Dominis, magis remanet fundata intentio ipſius Excellentiſs. D. Caroli, ex eadem teſtamẽtaria diſpoſitione, quæ in propoſito potuit valere,
9 † vel, quia ei conſenſiſſe vocatos ad feudum colligo ex facto mihi ſuppoſito *c. 1. de aliena. feud. patern. & ibi Doct. Iſern nu. 3. & 4. Afflict. in*
10 *princ. Roſental. de feud c. 7. concl. 5* † vel quia feudum ſit hæreditarium, iuxta opinionẽ eorum, qui tenent in dubio feudum præſumi hæreditarium *Bal. & Aluarot. in c. 1. an agnat. vel filius Alex. conſ. 18. nu. 7. & conſ 26. nu. 3. in 5. Brun. conſ. 18 nu 14. Rubeu conſ. 84. n 3.* cum alijs de
11 quibus *Hartman. Piſtor. q. 1 ſub n. 56. p 2* † etenim, in feudo hæreditario ſeruari teſtamentariam diſpoſitionem, receptum eſt communiter ex *c. 1. de feud. non habent. propriam natur. gloſ. & Doct. in cap. feudũ ſi de feud. fuer. cont. inter dom. & agnat. Roſental. de feud cap 7. concluſ. 7.*
12 *Schrader de feud. pa 7. c. 2. nu 12.* † vel tandem, quia ad fideicommiſſum, de quo in hoc teſtamẽto illi vocantur, qui ad feudum ſucceſſiſſent etiam nõ vocati, vt inferius probabitur, quo caſu valere vltimã voluntatem, etiam in feudalibus tenent *Iacob. de feud. verſ. & cũ pacto (il terzo) ſub nu. 1. Curt. iun. de feud. par. 4 n. 129. Afflict. deciſ. 129. nu. 5. Schrader de feud. par. 7. c. 2. nu. 18.*

Sed & hac vltima voluntate circumſcripta, idem dicendum erit, cum ſupponatur probatum D. Carolum deſcendere ab illis primis, qui feudum iſtud poſſederunt antequam de eo Ia-
13 cobus 4. inueſtituram reciperet, † quando. n. collaterales probãt deſcẽdere à primis, & antiquis feudi poſſeſſoribus, etiam, quod ſint in admodum diſtanti gradu conſtituti, ſuccedunt, & impediunt feudum aperiri Domino directo *c. 1. §. & quia, cum §. ſeq. de his qui feud. dare poſſ. c. 1. ſi vaſal. feud. priuat. ca. 1. de nat. ſucceſſ. feud. Roſental. de feud. c. 7. q. 56. n. 2. & ibi gloſ. ſub lit. A.* allegat infinitos Doct. eiuſdem ſententiæ, *& q. 58*, vbi latè, & poſt longam diſputationem ita tenet *Hartman. Piſtor. q. 19. n. 26. & 40. par. 2.*
14 *Schrader. de feud. par. 7. c 7. nu. 8.* † in praxique ita pro veritate tenendum, quando primo deuenit feudum in deſcendentes, & poſtea eis deficientibus deuenit in tranſuerſales deſcendentes tamen a primo acquirente *Mynſing. obſerua. 95. centur. 2. And Gail. obſeruat. 150. lib. 2. Borgolten d. de feud. c. 7. n. 93. Herman. Vultei. lib. 1. de feud. c. 9. num. 102. & ſeq. Intrigliol. de feud. centur. 2. artic 3. nu 4. & nu. 8.*

Nec negotium facit, quod Excellentiſs. D. Carolus non deſcẽdat à Iacobo 4. quia præſupponitur conſtare, plures ante eum fuiſſe dominos huius feudi, ita vt licet ipſe receperit inueſtiturã, non propterea fuerit primus acquirens;
15 † hoc enim dicitur conſtare libris hiſtoriarum, qui in facto antiquiſſimo, quale eſt iſtud ſatis optimè probant *l. in quæſtionibus ff. ad l. Iul. Maieſt. & l. 2. §. eo tempor. ff. de orig. iur.* & per hæc iura communiter *Doct. in l. 1. ff. ſi cert. petatur.* Quod etiam certo modo indicat inueſtitura ipſius Iacobi 4. quæ cum ex verbis potiùs ſit confirmatio, quam noua inueſtitura ſupponit aliam inueſtituram præceſſiſſe, immo, & id expræſsè enunciari, mihi ſupponitur, dum dicitur in ea *nõ ob. quod idem Iacobus iuxta priorem no-*
16 *ſtram inueſtiturã* † *&c.* quæ verba licet videantur enunciatiua, in factis tamen antiquiſſimis ſolent præſeferre non modicam fidem *not. in c. cum dilectus de ſucceſſ. ab inteſtat. Doct. in l. cum aliquis. C. de iure delib. Dec. conſ. 146. incip. pro tenui ſub nu. 14. Pariſ. conſ. 104. num. 47. in primo Alba conſ. 83. nu. 3. cum ſeq. in 1.*

Et dato etiã, quod Iacobus quartus recepiſ-
17 ſet inueſtituram, vti primus acquirens, † non potuiſſet præiudicare alijs deſcendẽtibus à pri-
18 mis poſſeſſoribus, † eſt enim receptiſſimum, in feudo antiquo non poſſe feudatarium quidquam agere in præiudicium aliorũ vocatorum *c. 1. de alien. feud. patern c. 1. §. hoc quoq; de ſucceſſ. feud. c. Titius ſi de feud. defunct. contr. fuer. inter dom. & agnat. vaſal. c. 1. §. ſed, & res per quos fiat inueſtit. c. 1. §. porrò qualit. olim feud. propt. alienat & c. 1. §. è contrario de inueſtit. ac re alien. fac.* & per hæc iura vno ore, ita eſſe receptum teſtatur *Hartman. Piſtor. q. 6. nu. 1. cum ſeq. Reuſner. deciſ. 25. num. 16. & ſeq. lib. 3. Zuchard. conſ. 2. n. 61. Decian. conſ. 117. in 3*

Con-

Cōcludendum igitur eſt, hanc Iacobi quarti inueſtitutam nullo modo conſiderandam eſſe ad præiudicium Excellentiſs. D. Caroli;cum enim pro vero ſupponatur anteceſſores Iacobi quarti fuiſſe dominos Plumbini,ſi dicimus fuiſſe dominos directos, inueſtitura non præiudicabit D. Carolo vocato ex fideicommiſſo, de quo in teſtamento Gherardi, ſi dicimus fuiſſe dominos vtiles minus præiudicabit in feudo antiquo, nec efficiet, vt feudum dicatur apertū ſacro Imperio an. 1603.

Adſit Chriſtus.

INtelligo de ijs, quæ ſcripſi pro Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Carolo Appiano D.Plumbini nunc dubitari, vel maximè ex
19 eo, † quod ad præſcribenda iura imperij requiratur tempus centum annorum. *Imol. in l. 1. §. deniq. nu. 17. & Rom. ſub nu. 3. verſ. quadam ſunt, de acq. plu. arc, Abb. in c. cū cōtingat. de for. compet.* quod tempus, cum adhuc non fuerit lapſum tempore, quo Iacobus tertius teſtatus fuit, quod ei nō licuerit de ſtatu Plumbini teſtari ſine licentia Sereniſs. & Inuictiſs. Imperatoris Domini directi, & quod ſub diſpoſitione ſuorū honorum nō contineatur huiuſmodi ſtatus.

Quinimmo, quod cum ſpatium centum annorū completū fuerit in perſona Iacobi quarti
20 quod ipſe fuerit verè dominus ſtatus, † & quod propterea potuerit illum recipere in feudum a ſacratiſſimo Maximiliano Imperatore, & fieri ex tali receptione feudum nouū, de quo propterea potuerit ad libitum diſponere, non obſtante, quod in conceſſione fiat inueſtitura vti de feudo antiquo *Curt. ſen. conſ. 49. n. 69. Aym. conſ. 828. num. 15. Scrader. de feud. parte 2. c. 3. num. 69.*

At hæc non obumbrant iuſtitiam cauſæ D.
21 Caroli, ſi quidem † licet verū ſit, iura Imperij nō pręſcribi niſi tempore immemorabili; vt loquū-
22 tur *Imol & Rom.* † non eſt tamen paſſim receptū, ad immemorabilitatem requiri cētum annos; multi de minori tempore tenent, quorum aliqui teſtantur de veriori opinione *Gabr li. 5. concluſ. tit. de præſcript: concluſ. 1. n. 72. Aym. de antiquit. temp. in 4. parte 2. partis num. 2. & 3. Menoch. de arbit. iudic. caſ. 3. in fin.* quem ſequi etiā videtur *Frideric. Pruehman. conſ. 27. n. 97.* dum ait immemorabilitatē diffiniri annis plus minus centum. *Putens deciſ. 212. num. 6. parte 1.*
23 Sed dato requiri ſpatium centum annorum, hoc ſpatium cum in perſona Iacobi cæperit vel in anteceſſoribus, & in eius perſona exceſſerunt octuaginta anni, & vltra, licet poſtea centuriæ complementum receperit in perſona Iacobi quarti, non ideò minus Iacobus tertius potuit de dominio Plumbini teſtari atq; potuiſſet, ſi, in
24 eius perſona præſcriptio completa fuiſſet † cū quilibet poſſit teſtari, & fideicommiſſo ſubijcere, nedum ea, quorum habet dominium, ſed & quorū habet quaſi dominium *l. ſeruos ff. de leg. 3. Alex. conſ. 171. ſub n. 2. in 6. Sim. de Prat. de interpr. vlt. vol. lib. 3. ſol. 2. ſub n. 1. fol. 344. verſo Petra de fideicōmiſſ. q. 11. & 13. in princ.* dum firmat oportere, fideicōmiſſariū probare rem, quam petit fuiſſe in dominio, vel quaſi teſtato-
25 ris, † & quaſi dominium exemplificat quando teſtator cæpiſſet præſcribere, ita vt ei competierit publiciana in rem; idq; indiſtinctè omnes Doct. ſequuntur. Nec ad rem noſtram accommodari poſſe videtur, quod philoſophi aiūt de vltima guta, quæ lapidem cauat; Quia in via
26 iuris, † quando finis habet neceſſariam conſe-
27 quentiam à principio, vt in præſcriptione, † in qua tēpus, quo poſſidet ſucceſſor iungitur cum tēpore anteceſſoris ad præſcriptionem inducendam. *§. diutina Inſt. de vſucap.* principium inſpicitur *Alberic. in dictionar. in verbo argumē-*
28 *tum a virtute principij*: † Idq; in puncto præſcriptionis reſpectu eius, contra quem currit præſcriptio, quod. ſ. ſpectetur initium ex eo proba-
29 tur, † quod ſi in maiore incipiat currere præſcriptio, & ipſe moriatur relicto hærede minore currit ipſa præſcriptio etiam in perſona minoris, licet alias nō curreret, ſi ab eo cæpiſſet præſcriptio *per l. fin. C. in quibus cauſ. reſt. in integ. non eſt neceſſ.* & id, atento, quod principium præſcriptonis, eſt in maiori. *Paul. in d. l. fin. num. 5. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 10. num. 39. & 41. ex communi Oddus de reſt. in integr. q. 88. artic. 4. & Franc. Cald. ad l. ſi curatorem in verſ. (ſua facilitate) C. de in integ. reſt. min. nu. 48.*

His probatū eſt diſpoſita a Iacobo tertio ſeruanda in dominio Plumbini etiam quod in eius perſona nō fuerit completa præſcriptio immemorabilis temporis.

Sed quia exiſtimo Illuſtriſs. D. Carolum nō prætēdere iura imperij, ſed recognoſcere velle dominium directū ſtatus Plumbini à Sacra Cęſarea maieſtate alia ratione iuſtitia ſuæ cauſę deffendi poteſt. ſ. quod licet in Iacobo tertio ſpatio octuaginta trium annorum nō fuerit prę-
30 ſcriptum liberum dominium ſtatus † fuit ſaltem præſcriptum dominium vtile ex cauſa feudi,
31 quod præſcribitur ſpacio 30. annorum † & feudum ſuſtinetur etiam, quod de inueſtitura non conſtet. *c. 1. §. ſi quis per triginta annos, ſi de feud.* de

deſundt. & ibi Iſern. Aluarot. & alij omnes, quos
plenè cumulauit Roſ in al. de feudi conclus. 77.
nu. 2. & inprimis tribus *gloſ. Vaſq. lib. 2. controu.*
32 *illuſt. c. 62.* † De cuius feudi præſcripti qualita-
te, cum non conſtet niſi quod ſit antiquum prę-
ſumetur hæreditarium, vt in prima ſcriptura
33 comprobaui, † & de eo vti hæreditario potuit Ia-
cobus 3 & quilibet alius vaſallus teſtari etiam
non habita licẽtia à Domino directo, & diſpo-
ſita in d. teſtamento adeò erunt ſeruãda vt non
licuerit Iacobo 4. aliquid moliri in præiudicium
34 vocatorum ex d. Teſtamento. † Et etiam ſemoto
teſtamento ſtante antiquitate feudi iam ple-
nè præſcripti ab anteceſſoribus d. Iacobi 4. nõ
potuit ipſe illud denuo recipiendo in feudum
35 præiudicare alijs vocatis, † nec credendum eſt
ſacratiſſimum Imperatorem iuſtiſſimum Prin-
cipem ex ſola clauſula *non obſtantibus quibuſ-
cumq;* voluiſſe ſine cauſa auferre ius tertij, *Ruin.
conſ. 60. ſub nu. 5. lib. 1. Soc. Iun conſ. 77. n. 105.
lib. 1. Curt. Sen. conſ. 13. ſub n. 22. & 23. Staphil.
de litter. grat. de vi & effect. clauſul. §. de clau-
ſul. non obſtantiarum nu. 2. Rot. in Toletan
admiſſionis 11. Ian. 1608. coram Penia penes
Marcheſan. de commiſſ. aper. oris.*

His paucis motiuo excitato puto eſſe plenè ſatisfactum: In auctoritatibus probantibus, feudum conceſſum vti antiquum in primo acquirente non ideo minus nouum reputari, non eſt quod inſiſtam, cum non præſupponatur ex hac clauſula feudum antiquum, ſed ex veritate facti anno 1606. Maij.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Feudatarius obligatus tradere Domino aliquid ſingulis annis non cadit à feudo, ſi illud non pręſtet, ſicuti, ſi nõ petat renouationem inueſtituræ ex iuſta cauſa.

Agitur de intellectu §. ſed non eſt alia c. 1. quæ fuer. prim. cauſ. benefic. amit.

SVMMARIVM.

1 *INueſtituræ tenor attendendus eſt.*
2 *Feudatarius non ſoluens per plures annos canonem, feudum perdit.*
Contraria opinio eſt verior, & communis nu. 7.
Præſertim, quando ſolutio non eſt cauſa finalis conceſſionis feudi nu. 9.
Et quando ipſe non eſt in poſſeſſione nu. 22.
Et in hoc differt feudum ab emphiteuſi, vt in pluribus alijs nu. 13.
4 *Vaſallus non petẽs inueſtituram feudũ amittit.*
Fallit, quando interuenit iuſta cauſa nu. 17.
Iuſta autem cauſa eſt, quando ipſe non poſſidet nu. 18.
Maximè prohibente Domino nu. 20.
5 *Anteceſſoris delicta ex natura feudi, nocent ſucceſſoribus, maximè in feudo nouo nu. 6.*
Fallit, quando conceſſum eſt aquè principaliter acquirenti, & poſt eum eius poſteris nu. 23.
8 *Pœna priuationis non habet locum, niſi lege cautum ſit.*
10 *Cauſa finalis deſumitur ex proœmio.*
11 *Cauſa principalis, non impulſiua attendenda eſt.*
12 *Feudatarius ceſſans à præſtatione, quæ fieri debet in ſignum ſubiectionis, non dicitur ſpernere ſubiectionem, niſi fuerit requiſitus.*
14 *§. ſed non eſt alia c. 1. quæ fuer. prim. cauſ. benefic. amit. procedit in cauſa, ob quam principaliter conceditur feudum, quod alias conceſſum non fuiſſet.*
Item locum habet ſolum, quando vaſallus interpellatus recuſat præſtare ſeruitium nu. 15.
Et quando præſtan. eſt, quid magnũ, non quando præſtatur aliquod minimum nu. 16.
19 *Caducitas in feudo non incurritur, niſi interuenerit dolus, & contemptus Domini directi.*
21 *Feudum eſt actus reciprocus, in quo ſeruanda eſt regula §. oſterri l. Iulianus ff. de action. empt. & vendit.*
24 *In feudo ex pacto, & prouidentia, etiam nouo, non licet patri aliquid facere in præiudicium filiorum, qui poſt eum vocati ſunt.*

RESPONSVM VI.

Qui via, & veritas eſt, dirigat me in viam veritatis.

CLari, & aperti iuris eſt ad feu-
dum conceſſum ab Illuſtriſs.
& Excellentiſs. Iacobo Sexto
Plumbini Domino, Illuſtriſs.
D. Sfortiæ Aragono Appia-
no vocari filios ipſius D. Sfor-
1 tiæ, † vt ex inueſtituræ tenore potiſſimum ſpe-
ctando, *l. 2. C. de iure emphit. cum vulg.* colli-
gitur ibi, *tibi, & poſteris tuis maſculis in infini-
tum ex legitimo matrimonio deſcendẽtibus, &c.*
Difficultatem tantum facit, quod D. Sfortia ex
duplici cauſa videtur cecidiſſe à cõmodo feu-
di, & illud apertum eſſe Domino directo, ſcili-
2 cet, † quia per multos annos non dedit vitulum,
iuxta tenorem inueſtituræ dandum in ſignum
ſubiectionis, *gloſ. in c. ad apoſtolica, in verbo,*
reprehendi, *de ſent. & re iudic. in 6. Hoſt. in
ſum.*

tit. de feud. §. quibus modis feu. cauſis col. 2 verſ.
quid ſi quis *facit. Bal. in c. quæ in eccleſiarum n.*
13. de conſtit. Alex. conſ. 11. nu. 5. in 5. & quan-
do aliquid ex pacto ſoluitur quolibet anno lo-
cum eſſe caducitati ſentit idem *Alex. conſ. 5. n.*
6. in 5. & videtur extare *tex. in c. 1. §. ſed non eſt*
3 *alia quæ fuer. prima cauſ. in feud.* † quod nõ eſt
cauſa perdendi beneficij iuſtior, quã ſi quis re-
cuſauerit exhibere illud ſeruitium, ob quod be-
neficium conceſſum fuit, atq; hoc caſu videtur
conceſſum beneficium potiſſimum, vt vitulus
detur, qui propterea promittitur in vim ſubie-
ctionis, ergo ſine dificultate per hunc tex. vide-
tur reſoluendum feudum apertum eſſe dire-
cto domino, & in eo tex. id notant *Mart. Lau-*
denſ. & Aluarot. nu. 5. Iaſ. in prælud. feud. n. 65.
4 Secunda eſt cauſa, quia à moderno domino
Plumbini in dominio ſucceſſore D. Sfortia non
petijt inueſtituram offerrendo iuramentum fi-
delitatis *c. 1. in princ. quo temp. mil. & cap. 1. in*
princ. quæ fuer. prim. cauſ. benef. amit; & vtro-
biq; omnes feudiſta.
5 Quæ caducitates D. Sfortiæ, cùm ſint pec-
cata, & delicta ex natura feudi, afficere etiam
6 videntur eius filios, † maximè in feudo nouo ab
ipſo D. Sfortia acquiſito *Bar. in l. 3. nu. 2. ff de in-*
terdict. & relegat. Goz. ad conſ. 46. nu. 13. Alex.
conſ. 30. nu. 9. in 6. teſtans de communi, & alios
allegat *Corbul. de cauſ. priuat. ob canon. non ſo-*
lut. ampliat. 7. nu. 1.
Verùm iſtis, & pluribus alijs ſimilibus, quæ
ex aduerſo adduci poſſent non obſtantibus, in-
trepidè teneo D. Sfortiam non incidiſſe in ca-
ducitatem, & dato, quod inciderit, in hoc eius
omiſſiones non nocere ſuæ poſteritati.
7 Et prius, quantum attinet ad vitulum nõ da-
tum, verior, & magis communis eſt opinio;
quod ſi vaſalus aliquid loco canonis, & in reco-
gnitionẽ domini directi præſtat, ſi ceſſet à præ-
ſtatione, non cadit à feudo, quicquid de em-
phiteuſi dicatur. *Speculat. tit. de emphiteuſi §.*
nunc aliqua verſ. 85. nu. 108. Mart. Laudenſ. &
Aluarot. num. 5. in c. 1. §. ſed nec eſt alia quæ fuit.
1. cauſ. beneſic. amit. Iaſ. in prælud. feud. nu. 57.
cum ſeq. Iacob. de feud. verſ. & cum pacto *nu. 1.*
8 *& 2.* reſpondens contrarijs, † hoc .n. lege non
reperitur cautum, ergo non erit locus penæ
priuationis *§. cum igitur in auth. de non eligend.*
2. nub. mul. optimè *Ludolph. Schrader.* vidend.
9 *de feud. parte 9. c. 6. n. 75. & ſeq.* † Maximè, quia
præſtatio hæc non fuit finalis, & principa-
lis cauſa, ob quam feudum conceſſum fuit, ſed
illa in conceſſione conſiderata, quod reſultabit
commodum, & decus dominij Plumbini, vtili-
tas, & ſecuritas circũcolentibus, ſi in loco con-
ceſſo caſtra erigantur cum vniuerſitatibus, ad
quem effectum conſtat feudũ conceſſum fuiſ-
10 ſe, † hanc fuiſſe cauſam finalem conceſſiõnis ar-
guit, quod expreſſa fuit in procemio conceſſio-
nis *l. fin. ff. de hæred. inſt.* præſtatio verò vituli
eſt quid veniens in conſequentiam in ſignum
debitæ ſubiectionis dependentis ab ipſa con-
11 ceſſione, † id ergo erit cõſideran. quod eſt prin-
cipale, non, quod venit in conſequentiam ha-
bens naturam cauſę impulſiuę *l. ſi quis nec cau-*
ſam ff. ſi cert. pet. l. 1. ff. de author. tutor. l. 2. §. fin.
& ibi gloſ. Bar. & alij ff. de donat. & pluribus pro
ſequitur *Schrader. d. parte 9. c. 6. nu. 76. & ſeq.*
12 Et licet præſtatio ſit in ſignũ ſubiectionis, nõ
tamen ſpreta intelligitur ſubiectio, niſi conſta-
ret D. Sfortiam requiſitum fuiſſe ad præſtatio-
nem vituli, & continuando in poſſeſſione feudi,
illum non præſtitiſſe, vt ex mente *Imol. Mart.*
Laudenſ. & Iaſ. tenet *Siluan. conſ. 42. nu. 4. &*
ſeq. in 1. dum horum Doct. refert varias de hoc
opiniones.
13 Ità, in hoc differt feudum ab emphiteuſi, ſi-
cut, & in alijs pluribus *Euerard. in centur. in lo-*
co à feudo ab emphiteuſim, & loco ſeq. Valaſc. de
iure emphit. q. 39. Cantiuncul. conſ. 35. nu. 61.
Nec ob. tex. in c. 1. §. ſed nõ eſt alia, quod recuſare
præſtare id, propter quod conceſſum eſt be-
neficiũ parit caducitatem, quia primò negatur
beneficium datum ob præſtationem vituli, ſed
tantum, vt caſtra ædificarentur, & vniuerſita-
tes in loco cõgregarentur, vt antea oſtendi hãc
fuiſſe cauſam principalem, & finalem conceſ-
ſionis & proinde ſpectãdã. † Et procedit ille tex.
tantum in eo ob quod principaliter conceditur
beneficium, quod alias conceſſum non fuiſſet
14 *Schrader. de feud. parte 9. c. 9. ſub nu. 9.*
15 Secundo dicitur, illum tex. loqui quando va-
ſallus recuſaret ſeruitium præſtare, ob quod feu-
dum conceſſum fuit, recuſatio autem ſupponit
interpellationẽ, vt in puncto, referendo opinio-
nẽ *Imol.* illũ tex. declarat *Siluan. d. conſ. 42. ſub*
nu. 4. & ſequuntur ibi *feudiſtæ omnes potiſſimùm*
Afflict. nu. 2. & Balzaran ſub nu. 11.
16 Tertio pro reſpõſione ſeruit diſtinctio *Mart.*
laudenſ. in d. c. 1. quæ fuerit prima cauſa col. 3.
relata *à Siluan. d. conſ. 42. num. 5.* aut id, quod
promittitur eſt maximi valoris, ità vt ferè ęqui-
poleat redditibus, qui ex feudo percipiuntur,
& tunc feudatarius promiſſa non ſeruans cadit,
& procedit *d. §. ſed non eſt alia,* aut eſt quid mi-
nimum, magis in ſignum honoris, & ſubiectio-
nis, quam in ſignum præmij, vt eſt enſis, libra
piperis, accipiter, brauium, & quid ſimile *Ant.*
de But. in c. in literis de reſt. ſpoliat. & tunc non
procedit *d. §. ſed non eſt alia,* quia hoc caſu feu-
ne,

Digitized by Google

dum magis innititur gratiæ quã illi promiſſioni, & commodò pecuniario, ideò, licet feudatarius ceſſaret, etiã requiſitus per mille annos, non caderet, tenet ipſe *Laudenſ.* Nos autem in hoc ſecundo, & nõ in primo caſu verſamur, ideò tex. in contrarium citatus nihil prorſus obſtat.

17 Secunda cauſa caducitatis, nec ipſa obſtat, quia iure cautum, & apud Doct. receptum eſt, iuſtam cauſam excuſare à caducitate ob inueſtituram non petitam, vt legitur in *d. c. 1. in princ. quo temp. miles ibi* niſi iuſta cauſa interuenerit, quare non petierit, *& ibi Iſern. nu. 1. Aſ*

18 *flict. in princ. verſ.* quæ fallit *& nu. 34.* † Iuſta autem cauſa non petendi fuit in caſu noſtro, quia D. Sfortia (vt mihi ſupponitur) non erat in poſſeſſione feudi prohibēre ipſo Plumbini domino. *Afflict. in c. 1. in princ. qua fuer. 1. cauſa nu. 7. Aluarot. poſt nu. 11. & Balcaran. col. pen. verſ. reſtringe in eo Bal. in l. ſolemnibus nu. 6. C. de rei vendicat. & in conſ. 423. n. 4. in 1. Caſſan. in conſuet. Burgund. Rub. 3. §. 1 gloſ. 13. num. 24. verſ. pro 6. cauſa Corbul. de cauſ. priuat. ob canon. non ſolut. limit. 14. & limitat. 24. & de cauſ. ob non petit. inueſtituram nu. 35. Clar. in §. feudum*

19 *quaſt. 49. verſ. item quod ſi fortè* † Ratio concludens ab his Doct. adducitur, quia non incurritur caducitas, niſi adſit dolus, & contemptus domini directi, quæ duo prorſus ceſſant, quando vaſſallus non eſt in poſſeſſione; vt pulchrè per *Bal.*

20 *in d. l. ſolemnibus, & Caſſan. d. gloſ. 3.* † Et magis ſi prohibente Domino directo D. Sfortia non potuiſſet poſſidere) vt mihi in facto videtur ſupponi) res tunc eſſet extra omnem difficultatem,

21 † quod ſi promiſſa in conceſſione feudi non fuerunt ſeruata, nec ipſe promiſſa ſeruare tenetur, eſt .n. feudum actus reciprocus, in quo ſeruanda eſt regula *l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. & vendit. Corbul. in d. cauſ. ob non ſolut. can. limit. 14. in fine.*

22 Quæ iuſta cauſa, nedùm excuſat à caducitate ratione inueſtituræ non petitæ, & non præſtiti iuramenti fidelitatis, ſed etiam a non præſtatione vituli, ſi iſte defectus caducitatem induceret (quod tamen iure negatur.)

Dato autem (nunquã tamen conceſſo) quod D. Sfortia fuiſſet priuatus feudo, ex abundanti

23 dicitur, † quod non eſſet apertum domino; ſed de eo filij ipſius eſſent inueſtiendi; verſamur .n. in feudo non hæreditario, ſed ex pacto, & prouidentia, non ſtipulato à D. Sfortia pro ſe, & ſuis poſteris, ità vt delinquendo circa contenta in inueſtitura potuerit præiudicare illis, quibus acquiſiuit, ſed conceſſo à domino æquè principaliter D. Sfortiæ, & poſt eum ſuis poſteris maſculis, vt ex verbis inueſtituræ apertiſſimè conſtat; quo caſu non intrat doctrina *Bart. in l. 3. de interdict. & relegat.* vt poſt *Iſern. Bald. & Aluarot. in tit. ſi vaſſal. feud. priuetur*, ita receptũ eſſe, & nullam habere dubitationem limitando doctrinam *Bar.* tenet *Hartman. q. 16. num. 27. parte 2. & ſub nu. 30. propè nu. 31.*

Et caſu, quo probaretur, D. Sfortiam ſpontè deſeruiſſe poſſeſſionem feudi, adhuc pro filijs

24 dicẽdum eſſet, † quod in feudo ex pacto, & prouidentia, etiam nouo non licuerit patri aliquid facere in præiudicium filiorum vocatorum poſt eum *Iſern. Bal. & Aluarot. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. Afflict.* ex magis cõmuni opinione *in c. 1. in princ. ſub nu. 75. de prohibit. alienat. feud. per Federic. Curt. iun. de feud. p. 4. verſ. ex prædicta regula Arius Pinel. in l. 1. p. 3. nu. 97. C. de bon. matern. Beret. conſ. 51. nu. 5. Panzirol. conſ. 1. nu. 13. Menoch. conſ. 401. nu. 46. in 5.* & poſt iſtos *Surd. conſ. 305. nu. 9. in 3.*

Quare intrepidè teneo filios Illuſtriſs. D. Sfortiæ iure reintegrãdos eſſe ad memoratum feudum, ſaluo tamen iudicio cuiuslibet rectius ſentientis.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

An, & quando liceat Principi Domino directo ponere ſub ſequeſtro bona feudalia, & teneatur, qui feudum prætendit deducere Iura legitima, vel colorata, Et quid quando Dominus ſpoliauit.

Item quando tituli colorati dicantur, & quando non.

Agitur de validitate donationis feudi à Principe in filium facta.

Regula l. Barbarius ff. de offic. Prætor. quando procedat, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Princeps eſt Dominus omnium locorum, quæ ſunt infra territorium ſuum.*

2 *Regalia, & Iuriſdictionalia à priuatis retineri, & poſſideri non poſſunt.*

3 *Adoptiuus eſt feudi incapax.*

4 *Prætendens feudum contra Dominum habentem ſuam intentionem Iure fundatam debet docere de legitimo titulo.*

Et conuenit, vt Iudex illum petat nu. 11.

Sicuti poteſt ex officio petere ſibi illum exhiberi, quando contentio eſt inter priuatos, qui non poſſunt illum petere nu. 10.

5 *Obtinentes plures dignitates, vel plura benefi-*

cia debent ordinario petenti oſtendere diſpenſationem.

6 *Poſſidens beneficium debet oſtendere canonicam inſtitutionem, quando aduerſarius innititur præſumptione Iuris.*

7 *Poſſidens rem certo modo poſſidibilem debet oſtendere legitimum titulum, ſi petat ille, ad quem ſpectat talem modum concedere.*

8 *Argumentum à beneficialibus ad feudalia valet.*

9 *Probationes validiores requiruntur contra eum, qui habet intentionē Iuris præſumptione fundatam.*

12 *Spoliatus tenetur exhibere titulum legitimum, quando ſpoliantis intentio de Iure Communi fundata eſt.*

13 *Poſſidens non ſpoliatur poſſeſſione per ſequeſtrū, quando ipſe non conſenſit ſequeſtrationi.*

14 *Princeps poteſt ex cauſis enumeratis ponere in ſequeſtro res feudales.*

Etiam ſine citatione partium nu. 15.

Quæ non eſt neceſſaria, quando adeſt ſuſpitio, nè pars inſtruatur, vel ſit periculum in mora nu. 16.

17 *Iudicium à præceptis exaudiri poteſt vbi ſubeſt timor tumultus, & armorum.*

18 *Proprietas, & poſſeſſio pro bono pacis per Principe auferri poſſunt.*

1 *Regula Spoliatum ante omnia eſſe reſtituen. non habet locum ob qualitatem fortiliciorum, & locorum, & ob ſuſpicionem tumultus.*

Nec in Iuriſdictionalibus, niſi oſtendatur titulus ſaltem coloratus, quando ordinarius ſuperior ſpoliauit nu. 22.

Et tunc licitū eſt ſuperiori titulos decolorare nu. 24. 27.

19 *Feudū poteſt poni in ſequeſtro, quando vaſſallus decedit relicto filio legitimato, & dubitatur, an legitimatio ſuffragetur ad feuda.*

Sicuti, quando remanet filius adoptiuus, & dubitatur an adoptio proſit ad feuda nu. 21.

23 *Titulus coloratus dicitur, quando datus eſt ab habente poteſtatem, nec vitium extrinſecum contineat.*

25 *In poſſeſſorijs mixtis, quale eſt poſſeſſorium in feudis, licet ſpolianti obijcere omnes exceptiones, quæ impediunt reſtitutionem.*

Et conſequēter opponere ea, ex quibus decoloretur titulus nu. 26.

28 *In ſpolio vxoris docen. eſt de titulo colorato.*

Sed licet reo titulum ipſum decolorare nu. 29.

30 *Si ſtatuto caueatur, vt nulla inſtrumento liquido obijciatur exceptio, poterunt tamen adduci probationes liquidationem deſtruentes.*

31 *Spolians poteſt opponere contra legitimationem productam à ſpoliato.*

32 *Titulus decoloratus habetur pro non titulo.*

Idemq; iudicatur de titulo deducto ad nullitatē, quod iudicatur de titulo à principio nullo nu. 33.

Et ſicut titulus nullus non tribuit colorem, ita titulus ad nullitatem reductus nu. 34.

35 *Electio ſola ius non tribuit*

36 *Titulus decoloratur confeſſione agentis ſpolio.*

37 *Clauſula* Iure antiq; feudi *operatur tantum circa vocatos in inueſtitura.*

38 *Decretum* Meminimus *habet locum in quibuſcumq; infeudationibus.*

39 *Diſpoſitio non debet eſſe otioſa, nec verba debent eſſe ſuperflua.*

40 *Clauſula decreti irritantis maxima eſt virtus ad decoloran. titulum.*

41 *Decretum irritans inducit formam, qua non ſeruata actus remanet decoloratus nu. 42.*

Et conſtat de non Iure talis actus, ex quo reſultat incoloratio nu. 43.

44 *Obreptiones, & ſubreptiones tollūt omnē colorem*

Et efficiunt, vt ſpoliatus non dicatur poſſediſſe ad effectum vt reſtituatur nu. 45.

46 *Tituli infecti, & inualidi non habentur pro titulis, & melius eſt eos non producere.*

47 *Perſonæ ſunt legitimandæ in quocumq; iudicio etiam ſummario.*

48 *Sententia lata per colluſionem eſt nulla.*

49 *Quando actus non procedit ex bona fide colorem non tribuit.*

50 *Colluſionis coniectura in ſententia, eſt, quando prohibetur grauato appellare.*

51 *Cauſa cæteris præiudicialis prius cognoſcēda eſt.*

52 *Principes non ligantur decretis particularibus arctantibus contrahentes ad certam formam.*

54 *Solemnitates loci, in quo celebratur contractus, ſeruare, ſatis eſt.*

55 *Conſenſus Domini non eſt neceſſarius, quando feudum donatur comprehenſo in inueſtitura.*

56 *Reſeruatio conſenſus Domini in alienatione feudi operatur conditionem, quoad euitandam caducitatem, non quoad ipſos contrahentes.*

57 *Titulus proueniens ab eo, qui communiter reputatur Dominus dicitur coloratus.*

58 *Diſpoſitio l. Barbarius ff de offic. prætor procedit, quando geſtum eſt aliquid, quod ſit publicam auctoritate, & vtilitate.*

Et procedit, quando plures actus geſti ſunt nu. 59. Item procedit quoad ſolemnitatem, non quoad ſubſtantialitatem actus nu. 60.

61 *Teſtamentum non annullatur ex eo, quod ſeruus in teſtem adhibitus ſit, ſi communiter reputabatur liber.*

Annullatur vero, ſi teſtator ſit filius familias, quamuis communiter credatur pater familias nu. 62.

63 *Ti-*

63 *Titulus habitus ab eo, qui originaliter poterat concedere, quamuis ex accidenti impediatur, dicitur coloratus, ſecus ſi prorſus ſit priuatus Iure ſuo.*

64 *Feudi donatio cum reſeruatione vſusfructus non valet.*

Intellige, quoad præiudicium Domini ſine eius cōſenſu, ſecus quoad præiudiciū donantis n. 66.

65 *Loffred. conſ. tertium impugnatur.*

67 *Regula vtile per inutile vitiatur, non habet locum in ſeparabilibus, & quando inutile, non eſt ipſo Iure, ſed ex poſt inutile.*

68 *Adminiſtrator non poteſt alienare.*

69 *Donatio facta inter patrem, & filium Principes valet.*

Preſertim, quando pater donat ſub nomine dignitatis, quia tunc dicitur donare vti Princeps nu. 53.

Et maximè tenet, quando eſt facta cauſa contrahendi matrimonij nu. 70.

Nàm, & talis donatio nō confertur cum fratribus nu. 71.

72 *Ex conceſſione conditionali non oritur titulus coloratus.*

Titulus. n. conditionalis dicitur imperfectus nu. 73.

RESPONSVM VII.

Qui veritas eſt dirigat nos in viam veritatis.

CVM in executionem literarum Sereniſs. Felicis memoriæ Alexandri Ducis Parmę, ac Placentiæ capta fuerit tenuta locorum, regaliū, & iuriſdictionum, de quibus agitur, eorumq; poſſeſſio fuerit vti in ſequeſtrum repoſita apud Cameram Ducalem, ſecuta edictorū publicatione, quod ſi quis eſt, qui prætendat ius in dictis locis, & bonis ſequeſtratis compareat, & illud deducat, cōſequens eſt, vt Illuſtriſs. Marchio Pallauicinus comparens, & petens redintegrationē ad hæc bona, oſtendat iura, nedùm colorata, ſed, & iuſta, & legitima; ex eo, quod intentio Principis prætendentis ad ſe pertinere loca ſequeſtrata
1 eſt iure communi fundata, † vt omnia loca infra
2 territorium ſuum ſint ſub eius iuriſdictione, † & quia regalia, & iuriſdictionalia à priuatis retineri, & poſſideri non poſſunt *l. 2. C. de fund. limitroph. lib. 11. & ibi Io. à Plat. in fine*, & clarius *Luc. de Pena col. 2. verſ. cōtra eſt lex iſta, Afflict. in c. 1. in princ. nu. 83. de controuerſ. inueſtit. Io. Igneus in l. 1. §. ſi cū omnes n. 163. ff. ad Senatuſconſ. Syllan. Roland. conſ. 89. n. 21. cum ſeq. in 2. Alciat. conſ. 50. n. 9. in 6. Franc. Marc. deciſ. 80. Decian. conſ. 45. nu. 8. & ſeq. in 1. Iaſ. in prælud. feud. nu. 51. Marin. Frec. de ſubfeud. lib. 2. authorit. 17. nu. 2. & 46. differen. inter feud. regal. &*
3 *alia*, Potiſſimūq; hoc procedit, † quod Illuſtriſs. Pallauicinus vti adoptiuus eſt feudi incapax *c. 1. §. adoptiuus ſi de feud. defunct. fuer. cōtro. inter*
4 *dominum, & agnatos*, † ideò iuſtificandus eſt ab eo legitimus titulus, vt de eccleſia ſcripſit *Affl. ex Iſern. & Alex. in deciſ. 361. nu. 15. & 16.* id .n. quod non operaretur ſola præſumptio pro domino directo, conuenit, vt operentur vincula duo ſimul vnita iuribus vulg. & ſi quando nulla extrat pro domino pręſumptio, vt contingit, quādo vaſſallū ſpoliauit ob aliquā cauſam, ſi recuperare prætēdit poſſeſſionem; oportet, vt doceat de colorato titulo, vt infra dicetur, æquum eſt, vt aliquid addatur, vbi pro domino extat iuris præſumptio, ita tenebitur ad oſtenſionem legitimi tituli, vt exiſtimarūt Doct. iam citati ſi diligenter eorum dicta expendantur.

Cōfirmātur hæc optimo ſimili ex *c. ordinarij*
5 *de offic. ordinarij in 6.* † vbi obtinentes plures dignitates, vel plura beneficia debent ordinario petenti exhibere ſufficientem diſpenſationem, ita legitimum titulum, ad idem facit tex. *in c. ex inſinuat. de procurat. & ibi gloſ. vult.*
6 dicens † ſolam poſſeſſionem in beneficijs non obſtare, vbi aduerſarius præſumptione iuris habet intentionem ſuam fundatam, ſed docen. eſſe de canonica, & ita de legitima, & non tantū colorata inſtitutione, & expræſsè *Ant. à Butrio in c. in litteris col. 6. ſub nu. 24. verſ. Non ob.*
7 *l. cogi. de reſt. ſpoliat.* tenet, † quod vbi res non eſt informiter poſſidibilis, ſed certo tātum modo, & ille petit exhibitionem tituli, ad quem ſpectat illum modū concedere, quòd tunc plenè ſit de tit. docēdū, nec colores ſufficiāt, quem poſt *Io. Andr. Dominic. Anchar. Hoſtienſ. & Felin. in d. c. ordinarij, in c. illud de præſumpt. & in c. licet Heli de ſimonia* ſequitur *Io. Igneus in repet. §. non alias l. neceſſarios nu. 311. ff. ad Senatuſconſ. Syllan.* Quæ omnia ad rem noſtram fa-
8 ciunt † ſumpto argumento a beneficialibus ad
9 feudalia, iuxta ad hoc vulgaria. Dupliciq; ratione id cōfirmari pōt, & primò, † cùm intentio Principis ſit præſumptione iuris fundata, oportet, vt ad eam impugnandam validiores deducantur probationes *l. fin. in princ. & ibi Bar. nu. 1. ff. de eo, quod met. cauſ.* alios allegat *Mēnoch. de præſumptionibus lib. 1. q. 31. in fin.* non ergo ſufficient colores, qui veriſimilem, & non ne-
10 ceſſariam reddēt probationem. † Secundò, vbi contentio eſt cum priuato, dato, quod ipſe priuatus non poſſet petere ſibi exhiberi titulum, nec etiam coloratum, iudex tamē ex officio hu-

iuſmodi titulum petere poteſt *Lap. allegat. 24. alias 25. Prob. ad Menoch. in d. c. ordinarij ſub nu. 39. verſ. in puncto de offic. ordin. in 6. Butr. d. c. in literis col. 5 ſub n. 24. verſ. idem Spec. de re ſ.*
11 *ſpol.* igitur † vbi contentio eſt cum domino edicente, vt prætendentes ius in bonis de iure cõmuni ad eum ſpectantibus illud deducant; cõueniens erit, vt iudices non contenti colorato titulo, verum expoſtulent: eſt. n. paſſim receptũ longè meliorem eſſe conditionem domini cum vaſſallo de feudo contendentis, atq; ſit cõditio priuati. Nec prædictis repugnat, ſi dicatur illa bene procedere, vbi dominus non ſpoliando vaſſallum ab eo titulum peteret, non autem, quando certo modo incipiendo ab executione vaſſallum poſſeſſione priuauit: quia, præterquã
12 quod dici poſſet, † titulum verum eſſe etiam in ſpolio oſtendendum, vbi ſpoliantis intentio de iure communi fundata eſt, quicquid ſit vbi tantum præſumptio eſt contra ſpoliatum, vt euidentiſſimè legitur *in c. ad decimas de reſtit. ſpol. in 6.* & remouendo contraria optimè *Bero. poſt Abb. in d. c. in literis ſub nu. 84 verſ.* & hæc opinio alios quam plures etiam in materia iuriſdictionis, & feudi allegat *Vinc. Caroc. de ſequeſt. parte 1 q. 6. n. 16. cum ſeq.* Dici etiam pro
13 veritate poteſt, † per poſſeſſionem adeptam in vim ſequeſtri, iuxta commiſſionem Sereniſs. Principis, non ſpoliari poſſeſſorem propria poſſeſſione vbi ipſe non cõſenſit ſequeſtrationi, *l. 3. §. fin. ff. de acquir. poſſ. c. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* & per hos tex. *Bar. in l. intereſſe nu. 4. ff. de acquir. poſſ. idem Bar. in l. licet ff. depoſit. DD. in l. vnic. C. de prohibit. ſeq. pec. ſequeſt. l. ac. Butrig. ibi aut ex neceſſitate Salic. ſub num. 2. DD. in c. examinata de iudic. Vueſembec. conſ. 7. ſub num.*
14 *3. in 1.* Nec eſt, quod dubitetur, † quin ob qualitatem bonorum, & locorum, ob potentiam, & diuitias adoleſcentis prætendentis iuſtè poſſidere, & ob funeſta etiam ſimilis occaſionis moderna exempla, licuerit ſapientiſſimo Principi amatori pacis, & quietis ſubditorum ſuorum, & cui in Belgio experientia dictabat, quam bonũ eſſet pacis donum, iubere, vt ſine cuiuſquam præiudicio acciperetur poſſeſſio, & in ſequeſtro poneretur, faciũt optime text. *in l. aquiſ. nam, & quod ibi notant ſcribentes ff. de vſuf. in l. fin. C. de ord. cognit. in l. ordinarij C. de rei vendicat. in c. 2. de vit. & honeſt. cleric. Decian. conſ. 54. n.*
15 *33. in 4.* † nec erat, quod pars citaretur, quia inſtructa potuiſſet parare illos tumultus, ad quos euadendos fiebat ſequeſtrum, conferunt tradita à *Doct. in l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum Bal. n. 1. Alex. nu. 3. Iaſ. nu. 10. Iacobin. ſub nu. 5. ff. qui*
16 *ſatiſd. cogantur.* firmantibus, † quod, vbi adeſt
ſuſpicio, ne pars inſtruatur, vel alias ſit pericu-
17 lum in mora, non eſt citatio neceſſarias: † Ità, licet regulariter non ſit incipien. à præceptis *l. 1. vbi Bar. & cat. C. de execut. rei iud. Alex. Iaſ. & Rom. in l. de pupillo §. meminiſſe ff. de oper. non. nunc.* vbi tamen ſubeſt timor tumultus, & armorum a præceptis iudicium exordiri poteſt. *Ceph. conſ. 507. ſub num. 51. in 4. poſt Curt. ſen. conſ. 60.* habetur plenè per *And. Gail. de pace*
18 *pub. lib. 1. nu. 10.* † & pro bono pacis nedum poſſeſſionem, ſed & proprietatem auferri poſſe facit *tex. in c. in noſtra de iu iur. & alij tex. cumulatiſſimè citati à Roderic. Suarez. allegat. 10.*
19 *n. 1.* † Immo, & fortius, ſi licet ob qualitatẽ fortilitiorum, & locorum, & ob ſuſpicionem tumultus ſpoliare poſſeſſorem; ita vt non intrefauorabile illud dictum, ſpoliatum antea eſſe reſtituendum, ex pluribus *Menoch. de recuperand. remed. 1. nu. 305. q. 29.* quanto magis licebit eadem ratione poſſeſſionem ponere in ſe-
20 queſtro: Ad hoc facit, † quod vbi decedit vaſſallus relicto filio legitimato, & poteſt dubitari, an legitimatio ſuffragetur ad feuda, poteſt feudum poni in ſequeſtro, *Aſſlict. in c. 1. §. illud col. 10. verſ. deinde quæro ſub n. 38. de prohibit. feud. alien. per Federic. Boſſ. de Principe n. 302. Vinc.*
21 *Caroc. de ſequeſt. p. 1. q. 8. ſexta quæſt. princ.* † & in ſimili hic deceſſit Illuſtriſs. Dom. Sfortia relicto filio adoptato, probabiliter, ex infra dictis dubitari poteſt, an adoptio proſit ad feuda, igitur iure potuit iubere iuſtiſſimus Princeps, vt poſſeſſio feudi ſequeſtro ſubijceretur.

His igitur in primo capite cõſultationis concluditur, iure, & ſapienter à ſequeſtratione Principem cæpiſſe, poſtea edictis monuiſſe omnes, quorum intererat, vt iura eorum deducerent, inter quos & Illuſtriſs. Marchio Alexãder comprehendebatur, qui admonitus ex parte domini directi, cuius intẽtio iure communi eſt in ſuo territorio fundata, titulum verum, & legitimum oſtendere debet, alias tantum aberit, vt in eius fauorem reuocetur ſequeſtratio, vt potius ab eo poſſeſſio prorſus auferratur.

Dato autem (licet non conceſſo) quòd D. Marchio diceretur poſſeſſione ſpoliatus, nullaque contra eum faceret præſumptio, nec eſſet Principis fundata intentio, & ei competeret remedium recuperandæ propoſitum; In principio huius ſecundi capitis noſtræ conſultationis, ſit nobis certiſſimam concluſionem, ab eo eſſe docendum de titulo, ſaltèm colorato, & ne ad emendicata ſuffragia confugiamus, omiſſo nouiſſimo argumento a beneficialibus ad feuda, ſufficere putamus pro iuſtificatione huius concluſionis allegare *Affliƈ. deciſ. 310. alias*

quinta

quinta de reſt. ſpol. firmans poſt *Caſſador. deciſ.*
32 *prima de reſt. ſpol.* † in iuriſdictionalibus Do-
minos denegaſſe reſtitutionem abſque titu-
lo colorato, vbi eam peteret ab ordinario ſu-
periori, & idem repetit *in deciſ.* 246. *alias* 20.
ſub tit. de appellat. Contard. ad l. vnic. C. ſi de
moment. poſſeſſ. §. 8. *num.* 34. *Pontan. de ſpol.*
lib. 2. *c.* 16. *nu.* 177. Dato præterea, nō verò ad-
miſſo, ex productis certo modo eſſe coloratos
titulos Illuſtriſſimi Pallauicini, ſaltem attenta
23 † regula illa, † vt coloratus tunc dicatur titulus, v-
bi datus eſt ab habente poteſtatē, nec aliquod
vitium extrinſecum contineat *Cald. Abbas, &*
alij communiter in c. cum noſtris de conceſſ. præ-
bend. Lap. allegat. 103. *alias* 104. *Ferret. cōſ. pri-*
mo nu. 5. *Crot. conſ.* 69 *nu.* 7 *in primo. Gomez. in*
regula de triennali qu. 33. *Rebuff. in tract. de pa-*
cific. poſſeſſor. nu. 32. *& in concordat. Rub. de an-*
natis in 7 *regula verſ. (& iſta coloratio) Coſm.*
Guimer. ad pragmatic. ſanct. de pacif. poſſeſſ. in
verbo (coloratum) verſ. (tertio caſu.)

24 Firmādum etiam eſt, in iure licuiſſe Ser.^mo
Duci, huiuſmodi titulos decolorare, & ad non
titulos deducere, expreſsè *Sarnenſ. in regul. de*
triēnal. q. 18. *in fi. verſ.* breuiter, ratio eſt clara,
25 † quia in illis mixtis poſſeſſorijs, quale eſſe poſ-
ſeſſoriū in feudis cumulatiſs. firmarunt infor-
mantes pro Sereniſſimo, licet ſpolianti omnes
obijcere exceptiones, quæ impediūt reſtitutio-
nem poſſeſſionis *DD. in l. naturaliter* §. *nihil cō-*
mune, vbi Rip. ex communi num. 82. *ff. de acq.*
poſſ. tales autem ſunt, quæ tendant ad incolo-
randum titulum, cuius prętextu prætendit ſpo-
26 liatus reſtituendus, † ergo talia opponi poterūt,
expreſsè hoc tenet *Felin. in c. conſtitutus in*
fine primi notabilis de teſtibus, ſequitur Ripa
in conſ. 10. *ſi ad colorandum ſub nu.* 5. *ſub tit. de*
27 *reſcript. alias eſt conſ.* 17. † Si.n. partes ſpolian-
tis ſunt oſtendere, titulum eſſe incolorarū *Imol.*
in c. cum noſtris n. 27. *de conceſſ. præbend. Coſm.*
Guimer. in d. verbo (coloratum) verſ. (quæritur,
continuabat) non video, qua ratione excluda-
tur ab hac probatione, ex eo, quod actor aliqua
28 deduxerit ad colorem ipſius tituli; † etiam in
ſpoliatoris docendum eſt de titulo prima fa-
cie colorato *ex traſmiſſa, & c. ex parte de reſt.*
29 *ſpoliat.* † Et licet reō incolorare titulum tangen-
do petitorium *v. Dal. Caſtr. conſ.* 277. *quia per pri-*
mum col. 4. *ſub nu.* 9. *verſ. quantum verò au-*
30 *primo Rub. conſ. vlt. nu.* 3. † In ſimili ſtrictiore
caueatur, vt nulla inſtrumento liquido objicia-
tur exceptio, ſicut admittitur actor ad faciēdas
probationes tendentes ad inſtrumenti liquida-
tionem, ita, & reus erit admittendus ad facien-
das probationes liquidationē deſtruentes *Bal.*
in l. 2. *ſub n.* 7. *in fin. C. de execut. rei iudic. Imol.*
in l. ſi n. col. 6. *ſub n.* 2. *verſ. (vnde dicit) ff. à qui-*
31 *bus appel. non lic.* † Hoc etiam expreſsè ſenſit
Cachran. conſ. 67. *ſub nu.* 45 dum vult, vt ad-
uerſui legitimationem ad feuda productam à
ſpoliato in remedio recuperandæ, poſſit à reo
opponi.

His ſuppoſitis, credimus ſufficienter decolo-
ratos titulos productos, & quidem prius, quan-
tum attinet ad antiquas inueſtituras productas,
ſuppoſitis illis, quæ cumulatiſſimo ſtilo in facto
referuntur ab informantibus pro Sereniſſimo,
ad quę ſufficiat remiſſio; attentis ſecundis inue-
ſtituris continentibus qualitates à prima diuer-
ſis, attentaq; aſſerta obſeruantia, apparet pri-
mas inueſtituras reſolutas eſſe per poſterio-
res, ita titulos priores ad non titulos fuiſſe de-
32 ductos; ex quo reſultat decoloratio, † & fit, vt
titulus habeatur pro non titulo *Afflict. deciſ.*
40. *ſub nu.* 4. *Imol. in c. cum noſtris num.* 25. *de*
conceſſ. præbend. in puncto *Eugen. conſ.* 43. *num.*
33 28. *&* 29. † idem.n. iudicatur de titulo deducto
ad nullitatem, quod iudicatur de titulo à prin-
cipio nullo *Rom. conſ.* 454. *col. fin. nu.* 27. & poſt
34 cum *Mazol. cōſ.* 109. *nu.* 40 † ſicut tit. nullus nō
tribuit colorem, ita nec tit. ad nullitatem redu-
ctus, ex eo.n. ius non transfertur, ergo non in-
35 ducit colorem, † conſequentiam quam in ſola
electione, quę ius non tribuit firmat *Gomez. in*
reg. de triennal. q. 35. *verſ. (ex quibus)* Dici etiā
fortè poſſet, ex ſuppoſita obſeruantia, confeſ-
ſione Illuſtriſsimi Palauicini, vel anteceſſo-
rum, fuiſſe titulum prioris inueſtituræ decolo-
36 ratum, † obſeruando.n. poſteriores inueſtituras
diuerſas à primis confitentur, primas prorſus
inualidas, & nullius effectus eſſe, ad ſcripta à
Pontan. de ſpolio lib. 2. *c.* 15. *ſub num.* 142. Nec
ideò tolluntur hæ conſiderationes, quòd in ſecun-
dis inueſtituris reperiatur clauſula *iure antiqui*
feudi, quaſi quod per eam fiat, vt à prima in-
ueſtitura non intelligatur receſſum; quantum
37 ad ſucceſſionem tranſuerſalium, † etenim rece-
ptum eſt huiuſmodi clauſulam operari tantum
circa vocatos in inueſtitura, egregiè *Bec. conſ.*
9 *b. ſub n.* 26. conſimiles authoritates videri
poſſunt in conſilio à Collegio noſtro ſuperiori-
bus menſibus reddito in cauſa Pedemontana.

Fueruntq; etiam harum inueſtiturarum ti-
tuli redacti ad non titulum reſpectu Illuſtriſs.
Pallauicini, qui nō eſt de deſcēdētibus, & lineà
Illuſtriſſimi D. Sfortiæ ob decretum *meminI-*
mus, quo prohibetur ſ ad tranſuerſales feuda
quocunque modo recepta tranſire, quod de-
cretū licet in eius principio videatur reſtrictum
38 ad donationes, & gratuitas conceſſiones, † ex

Digitized by Google

additione poſtea die 13. Nouembris anni
1490. conſtat id dilatari etiam ad infeudatio-
nes quibuſcunq; clauſulis, conditionibus, titu-
lis, & derogationibus fuerint amplificatæ, &
munitæ; non.n.videmus quid illa additio ope-
raretur, niſi decretum ad quaſcunq; inueſtitu-
ras tranferret, & maximè, quia inueſtituræ gra-
tuitæ ſatis erant compræhenſæ ſub nomine
39 generali conceſſionum gratuitarũ: † ſicq; ſem-
per interpretatio, vt diſpoſitio non ſit otioſa,
nec in ea reperiãtur verba ſine effectu *l.3.§.hæc verba, & ibi Dec, nu.1.ff. quod quiſq; iur.*

40 In hocq; decreto obſeruandum eſt, in fine
adeſſe clauſulam decreti irritantis, cuius ad
decolorandum maxima eſt virtus *Achil. deciſ. 106. alias prima de reſt. ſpol. Caſſador. deciſ. 11.*
41 *nu.5. ad reg. cancel.* merito quidem, † quia de-
cretum irritans formam inducit *Fel. in vulg. c.*
42 *cum dilecta in 5. ſigno de reſcript.* † quæ ſi non
ſeruetur actus, remanet decoloratus *Maſcard.*
43 *de probat. concluſ. 1377. num.5. in 3.* † facitq; vt
euidenter appareat de non iure actus in con-
trarium facti, ex quo reſultat incoloratio *Pontan. de ſpolio c.16 ſub nu.164. Marc. deciſ. 928. in prima parte, & deciſ. 50. nu.2. in 2. parte.*

44 Pariterq; ſubreptiones, & obreptiones, de
quibus in bulla Pauli Tertij collegatæ, & ſum-
ptæ ex inueſtituris in Nicolaum Picininum,
Cardinalem Aſcanium, Petrum de Roano, &
Rolandum iuniorem omnem colorem dictæ
bullæ tollunt, *Anchar. conſ. 310. ſub nu.4. Rip. conſ. 2. licet in beneficialibus nu. 4. de cauſ. poſſ. & propriet. Cranet. conſ. 258. ſub n 9. verſ. (ſimi-*
45 *liter contra)* † ſicut.n. huiuſmodi obreptiones, &
ſubreptiones efficiunt, vt quis non dicatur poſ-
ſediſse ad effectũ, vt ſpoliatus reſtituatur *Crot. conſ. vlt. num.5. cum ſeq. in ſecundo*, ità neceſ-
ſariò dicuntur tollere poſſeſſionis, & tituli co-
lorem.

46 Quibus fortè etiã addi poſſent ea, quæ de in-
fectis titulis, & inualidis, quod habeantur pro
non titulis, & melius ſit eos non producere ſcri-
pſerunt *Rol. conſ.9. nu.45. & conſ.41. nu.31. in 3. Burſat. conſ.424. nu.30. in 4. Lancellot. de attentat. p.3. tit. de priuileg. attentat. nu.74. Vin. deciſ.22. nu.8. Afflict. deciſ.228. nu.2.*

Tandem quicquid ſit ad hoc vt inueſtituræ
colorarent prætenſionem Illuſtriſs. Aduerſa-
rij, vt reſtitueretur, vtiq; erat ab eo docendum
ſe fuiſſe de compreheñſis in inueſtituris, & eſſe
legitimum, & naturalem, natumq; de legitimo
matrimonio, quod tantum abeſt fuiſſe doctum,
vt immo de contrario, ſaltem, quantum patitur
47 iudicium poſſeſſorium euidenter conſtet, † eſt,
.n. notiſſimi iuris in iuditio quantuncunq; ſum-
mario, perſonas eſſe legitimandas, *glo. & DD. in l.2. C. de edict. diu. Adr. tollend.*

Secundus titulus deducitur ex ſententia lata
in iudicio diffamationis viuẽte adhuc Illuſtriſs.
D. Sfortia, & Sereniſs. Duce Octauio: Qui, &
48 ipſe tollitur ex his, primò, † quia ſentẽtia vti per
colluſionem lata eſt euidenter inualida, & nul-
la, ideo iuxta antea dicta colorem non tribuit,
49 † vbi.n. actus non proceſſit ex bona fide colo-
rem non tribuit, *Menoch. conſ.199. ſub num. 41. in 2.* coniecturas colluſionis non eſt, quòd
proſequamur cum informantes pro Sereniſs.
Duce octo vrgentes adducant, inter quas ma-
50 ximè nobis videtur vrgere illa, † q̃d procurato-
ri prohibuit Sereniſſimus actum appellandi ad
Molin. lib.4. de Hiſpan. primogen. c.8. nu.10. re-
latus à *Menoch. præſumpt. 26. nu.4. in 5.* Tollitur
etiam color iſtius tituſi, quia non fuit citatus Se-
reniſs. Dux Alexander tunc Princeps proprie-
tarius, ideo non poterit ſententia in eius præ-
iuditium colorem inducere, ad not. *in l. de vno quoq; ff. de re iud.* & quia in ea Illuſtriſs. Palaui-
cinus non eſt nominatus: Quibus reſponſioni-
bus, & illa fortè addi poſſet, quod cum Sere-
niſs. Dux Alexander appellauerit à tali ſenten-
tia, videtur eius effectus prorſus ſuſpenſus, &
licet dicatur ex aduerſo tardam nimis fuiſſe
appellationem poſt ſpolium iam commiſſum,
51 quicquid ſit, † erit prius videndum de meritis
huius appellationis, vti ad cætera præiudicia-
lis *l. ſi ſtatus, & toto tit. C. de ord. cognit.*

Et, quia decoloratio huius tituli potiſſimũ
pendet à donatione à Sereniſs. Patre facta in
perſonam filij, occaſio poſtulat, vt reſpondea-
tur illis dubitationibus, quæ cõtra illã excitan-
tur: Prima, eſt illam reſpicere petitorium, eiuſ-
que rationem non eſſe habendam in hoc iudi-
cio poſſeſſorio: Quæ facilè ex antea dictis tol-
litur, conſtat.n. nos eſſe in poſſeſſorio mixto,
in quo poteſt dari de petitorio ſaltem ad deco-
lorandum.

Secunda eſt difficultas, quod nõ fuit vtrinq;
iurata ad *Plat. in l. ſi quando in fin. C. vnde vi.*

Quia *Plat.* ibi de re hac agere non videtur,
52 pro reſpõſione ſufficiat dicere † decreta parti-
cularia arctantia contrahentes ad certam for-
mam non comprehendere Principes *Bal. in l. Princeps ff. de legibus in l.1. ff. de pact. DD. in c.1. de conſtitut. Oldrad. conſ.231. col.1. paulo poſt. princ.* & in caſu noſtro Sereniſs. Dux Octa-
53 uius, vti Dux filio principi donauit, † quod ex
eo, vel maximè conſtat, quod ſub nomine di-
gnitatis donauit, ad not. *in c. quoniam abbas de offic. del.* Pręterea donatio fuit facta in Regno
Portugalliæ, in quo fortè non viget allegatum

decię-

54 receretur, ideo ſatis fuit ſeruare ſolemnia loci, in quo celebratur contractus *l. ſi fundus de euict. & l. 2. ff. quem teſt. aper. Bar. per hoc iura in l. 1. num. 14. C. de ſum. trinit. & fid. cath.* ſequitur ibidem *Iaſ in prima lect. ſub nu. 17. & in ſecunda lectura nu. 56. Purpurat. poſt. Caſt. & Caccalup. ex communi nu. 49.*

Tertia difficultas eſt; donationem eſſe conditionalem ob conſenſum domini directi reſeruatum, ideo pendente conditione non valere.

Reſpondetur primo, allegata in contrarium procedere in caſibus, in quibus cõſenſus talis eſt 55 neceſſarius, qui cum nõ ſit neceſſarius, vbi donatio ſit comprehenſo ſub inueſtitura *c. 1. §. ſed & res per quos inueſtit. ſi et Rom. conſ. 193. praſens ſtatuti nu. 9. verſ. 2. hoc idem probatur Rol. conſ. 64. nu. 19. in 2. D D. in c. quæ in eccleſiarum de conſt.* ſequitur, vt conditio hæc exprimatur ad abundantiorem cautelam, & proinde, vt non noceat iuribus vulg.

56 Secundo reſpondetur reſeruationem conſenſus directi domini operari conditionem ad caducitatem euitandam, in quam alienans ſine domini conſenſu incurreret, non quod ipſos contrahentes, de qua re videndus eſt *Burſat. conſ. 40. nu. 37.* & melius *ſub nu. 42. in primo.*

Animaduertendum etiã eſt ad donationem conceptam more Neapolitano, vel Hiſpano, an reſeruetur conſenſus, quatenus opus eſſet, quia cum opus non eſſet nulla induceretur cõditio.

57 Quarta difficultas in eo cõſiſtit, quod Sereniſs. Dux Octauius ab omnibus communiter reputabatur Dux occulta manente donatione, ex quo ſequitur, vt actus ab eo geſti valerẽt, & colorati dici poſſent, tanquam facti ab eo, qui haberet authoritatẽ licet ex accidẽti eſſet impeditus ad *l. Barbarius ff. de offic. prætor. Caſſad. in reg. cancel. decis. 7. n. 7. Put. deciſ. 26 lib. 3.*

Quãtũ ad *l. Barbarius* attinet tribus concluſ-58 ſionibus reſpondetur, primo illam, eiuſq; regulam procedere, vbi ab eo, qui communi errore talis reputatur geſtum eſt aliquid, quod eſſet publicum authoritate, & vtilitate, ideoq; tamen ſententia Dux, omnes actus à Barbario valuiſſe ob vtilitate m publicam, quod etiam ſcripſit *Cuiac. lib. 18. obſeruat. c. 33.* ſecus verò vbi geſtum eſſet aliquid, quod eſſet prorſus priuatum, vel authoritate tantum eſſet publicum, & vtilitate priuatum *Soc. in fallẽt. 282. poſt Bal.* quem alleg. ut, nos verò ſumus in ſecũdis terminis, ergo &c. alias vbi aliquis contraheret cũ eo, qui communi opinione reputabatur liber bonorum ſuorum adminiſtrator, licet eſſet grauatus occulto fideicõmiſſo, vel occultè donaſſet, aut eſſet ſimplex vſuſfructuarius, valeret, & teneret contractus, etiam in præiudiciũ fideicommiſſarij donatarij, vel proprietarij, quod minimè dicendũ, eſt: Id verò, quod ſcripſit *Guid. Papa deciſ. 173.* ſpeciali ratione procedit ob bonam fidem ſoluẽtis, & fauorem liberationis.

59 Secundo reſpondetur, quod, vt intraret regula *l. Barbarius*, oporteret probare de pluribus actibus factis à Sereniſs. Duce Octauio præiudicantibus Principi donatario *Innocent. in c. cum dilect. e de reſcript. quem Iaſ. ſequitur in d. l. Barbarius ſub num. 70. in 6. limitat.* quod non facilè erit in facto oſtendere; licet, ni deducantur actus pertinẽtes ad puram adminiſtrationem non fundabunt communem errorem, actibus donatario præiudicantibus, ſolet dici ex diuerſis non inferri *l. papinianus exuli ff. de minor.*

60 Tertio reſpondemus, communem errorem prodeſſe, quoad ſolemnitatem, non quoad actus ſubſtantialitatẽ, in qua nos verſamur *Bal. in l. 2. in fi. C. de ſentẽt. & interlocut. om. iudic. ibi (quaro publica opinio erat) Alex. conſ. 147. n.*

61 *17. in 7.* ſi enim in teſtamento vnus adfuit teſtis, qui communi opinione reputabatur liber, cũ tamen ſit ſeruus, communis ille error conſeruat

62 teſtamentum, quia de ſolemnitate agitur, ſed ſi communiter credatur, Titij patrem eſſe mortuum, vel ipſum eſſe emancipatum, non tamen valet teſtamentum, ſi pater viuat, vel Titius non ſit emancipatus, *Bal. & Alex ſequitur Franc. Nicunit. in repet. rub. ff. de oper. nou. nunc. nu. 284.* Ad propoſitum fortè etiam facere poſſent ea, quæ de delegato reuocato, dixit idem *Bal. in d. l. 2. nu. 8. verſ. (ſed pone) C. de ſent. & interlocut. om. iudic.*

63 Nec reſiſtunt *deciſ. Put. & Caſſador.* loquentes in eo, qui originaliter poteſt quid concedere, ſed ex accidenti impeditur, nos ſumus in caſu, in quo Sereniſsimus Dux Octauius originaliter poterat, ſed ex accidenti donationis nõ ſimpliciter fuit impeditus, ſed prorſus fuit inter id faciẽdi priuatus, in his nã terminis ſentit *Caſſad.* impediri colorem, dum ſubiungit, *dũmodo non ſit tandem à priuatio ipſo facto à iure, vel ab homine* in his terminis titulus non poteſt dici coloratus *Imol. in c. cum noſtris num. 35. de conceſſ. prabend. & in c. literas nu. 18. eod. tit. Coſin. Guymer. in d. verbo (coloratum) verſ. 2. caſu,* & ſiue etiam nõ habeat allegant *Lap. allegat. 103.* firmant quidem hoc caſu poſſeſſionem non dici prorſus incoloratam, ſed ad victoriam iuſtiſſimam ſatis eſt in puncto, vt titulus aduerſarij non ſit coloratus, conferunt, quæ admiſſione

ſione in vicarij contra voluntatem teſtatoris ſcripſerunt *Crot.conſ.319.nu.6.cum ſeq. in 3. Rom. conſ.499. in princ. & per totum*, optimè *Cradet. conſ.258.nu.9.*

64 Quinta difficultas in eo conſiſtit quod donatio feudi cum reſeruatione vſusfructus non valet, vt conſuluit. *Lofred.conſ.3.per totum.*

65 Sed *Lofred.* poſtquam plura inuoluit de vſufructu, quod ſit pars integralis ſubiecti, & quod in caſu ſuo vtile per inutile vitietur, concludit, quod cum non valeat retentio vſuſ. nec valeat feudi donatio, & quod non valeat retentio vſusfructus non video, quod aliud adducat, niſi quòd feudum non alienatur ſine domini aſſenſu; & quod ſeparatio vſuſ. à proprietate præiudicaret domino, nam per culpam vſufructuarij feudum non eſſet domino apertum, vel per proprietarij culpam non eſſet apertum, niſi mortuo fructuario; Rationes, quantum ad rem noſtram maximè fragiles: quia prima ceſſat cum ſimus in caſu, in quo licita eſt alienatio, vt iam ſcriptum eſt & plura allegat *Rol.d.conſ.64. nu.19. in 2.* & concedunt Illuſtriſs. motiuantes, licet id admittant in toto feudo, negent verò in parte aduerſus regulã *l. quæ de tota ff.de rei vendicat.*

66 Secunda ratio leuis ſanè eſt in patre, & filio eandẽ perſonam repræſẽtantibus; & quicquid ſit, ipſa concludit retẽtionem vſuſ. inualidam ob præiudicium domini directi, nec nos negamus ſeparationem huiuſmodi fortè non valere in præiudicium domini non accedente eius cõſenſu; negabimus autem, non valere ad effectũ, vt Seren. donans amplius non ſe ingerat in tangẽtibus proprietatem, ob ius iam donatario in proprietate acquiſitũ, cui non præiudicat; quod dominus adhuc non conſenſerit, vt ex *Burſato* ſup. ſcriptum fuit; Immò eſt cogitãdum, an hoc poſſit retorqueri in fauorem partis noſtræ, quod cum retẽtio vſuſ. ſit nulla, vel (dicemus melius) reſoluta ob conſenſum non præſtitum, vſusfructus conſolidatus fuerit apud donatarium, quo caſu minor fuiſſet ratio, vt de rebus donatis

67 potuerit donans diſponere; non .n. intrare videtur, quòd vtile per inutile vitietur, tùm quia ſumus in ſeparabilibus, tùm etiam, quia, inutile non eſt ipſo iure inutile ob reſeruationẽ conſenſus, ſed ex poſt non accedendo conſenſum redderetur inutile ad trad. ab *Alex. Crot. & alijs in l.1.§.ſed ſi mihi ff.de verb.obligat.*

In vltima difficultate conſiſtente in retentione vſuſ. & adminiſtratione, non eſt quòd inſiſtamus; ſiquidem ipſa concludit licere, ea quæ concernunt adminiſtrationem, non verò licere præiudicare proprietario in iure de proximo querendo per mortem D. Sfortiæ, aliàs ſi donans ea omnia poſſet, quam ante donationẽ poterat, quid donatio operaretur, & quomodo ſatisfactum eſſet Sereniſs. Principibus, qui attẽta donatione nuptialia contraxerunt, quæ fortè

68 alia ratione non contraxiſſent? certi .n. iuris eſt adminiſtratoribus à lege, vel homine cõſtitutis fas non eſſe deuenire ad alienationes maximè præiudiciales *l.1.C.de de bon.mater.* & ibi proſequitur *Pinel.in 3.parte nu.56.cum ſeq.*

69 Donatio igitur hæc valet facta inter patrẽ, & filium Principes, optimè, & in terminis *Vldr.ad.conſ.231. & ibi moderni addentes ad eum Alex.in l.quamquam C.de teſt.milit.nu.3. Iaſ. de feud.in princ.ſub num 15. verſ.* nota etiam;

70 præcipuè, quando eſt facta cauſa contrahendi matrimonij *Decian.conſ.31.num.181 in 1.* quo caſu, ne deluſi certo modo remaneant, qui ad nuptias deuenerunt nedum donatio valet;

71 ſed & euadit cum fratribus, collationẽ, quam alias non euaderet *Surd.conſ.43 ſub num. 33. verſ.6.* aduertendum *in 1.* Et vbi valida donatio reddit decoloratum titulum fundatum in ſententia conſenſu Ducis donantis ratificata; remanent etiam per eam decolorati tituli fundati in teſtamento D. Sfortiæ, & licentia teſtandi; & fundati in adoptione, & facultate adoptandi etiam ad feuda: omnia hæc a Sereniſs. Duce conceſſa fuere poſt donationẽ.

Qui tituli, etiã remanent incolorati ob conditiones, & reſeruationes iurium in illis inſertas, in licentia teſtandi dicitur, *dum tamen ipſe orator ſe ſecetur in compræhenſos in ſucceſſionis, & conceſſionibus, ac iuxta formam iuris, & continentiæ ipſarum inueſtiturarum, ac conceſſionum*, & in licentia adoptandi dicitur *ſine tamen præiudicio iurium cameræ noſtræ, & talis ſubſtituti* verba indicantia licẽtias conceſſas ſub conditione ſi teſtetur in compræhenſos, & ſi licentia adoptandi non redundet in præiuditium Cameræ *Cravet.conſ.931 num.3.*

72 Ergò nullus inde coloratus afficitur titulus *Put.deciſ.63.in 3 parte Sarneuſ.in reg.de tit.e mol.q.27.& 33 Maſcard.concl.1379. alias*

73 1385 *nu.13 in 5.* Hoc reſpexit *Ceph.in conſ. 312 in 139.* dicentis titulum conditionalem eſſe imperfectum *vol.3.*

Vlterius non immoramur, quia nihil informantes pro Sereniſs. Duce intactum reliquerunt; optimè ſatisfaciunt his titulis, & etiam titulo ex poſſeſſione ſumpto, in cæteris ſupplere dignetur Periluſtris, & Excellentiſs. D. Compilator, cui hęc & meliora non ſunt ignota.

Laus Deo, & Virgini.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME.

Edictum, vt ſubditi habitent in propria Ciuitate valet, præſertim, quando illud fuit obſeruatum.

Dominus directus, quando poſſit ſe ingerere in cauſis eorum, qui ſubſunt eius vaſſallis, & quando non.

An, & quando allegari poſſit perhorreſcentia ad recuſandum iudicem: Contumax, quando audiri poſſit, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *SVbditi debent obedire, & non inquirere de meritis iuſſionis Principis.*

2 *Edicto Principis, vt ſubditi habitent in propria Ciuitate obediendum eſt, etiamſi prima facie videatur rigoroſum.*

Quia illud eſt iuſtiſſimum nu. 3. vbi de ratione.

Cùm præcipuè habeat omnia ea, quæ ſunt de eſſentia legis nu. 4.

De eiusq; validitate non dubitant Doctores n. 5.

Et in eo poteſt imponi pœna confiſcationis nu. 6.

7 *Decretum, ne quis extra propriam ciuitatem exerceat mercaturam valet.*

8 *Decretum Principis alias inualidum, tenet, ſi ab eo ſubditi non reclamarunt, & longo tempore illud obſeruarunt.*

Quia obſeruantia reddit validum id, quod erat inualidum nu. 9.

10 *Libera facultas habitandi ob publicam vtilitatem generali lege reſtringi poteſt.*

12 *Dominus directus non poteſt ſe ingerere in cauſis eorum, qui ſubſunt feudatarijs ſuis.*

Aliàs diceretur turbare feudatarium n. 13.

Fallit, quando feudatarius facit iniuſtitiam, vel iuſtitiam non miniſtrat, & alijs ſimilibus cauſis nu. 11. & 12.

14 *Summus Pontifex eſt Dominus ſupremus habẽs poteſtatem nedum ſpiritualem, ſed & temporalem in vniuerſo orbe terrarum.*

Ea tamen vti non ſolet, niſi in caſibus, de quibus num. 15.

16 *Perhorreſcentię cauſa alleganda eſt, quando tractatur de auocatione cauſæ à ſuo iudice.*

Quia metus, & perhorreſcentia non præſumuntur nu. 17.

Sed probari poſſunt iuramento nu. 18.

Quod tamen ſolum procedit, quando agitur de modico præiudicio iudicis recuſati n. 19.

Et quando petita fuit iuſtitia, & manifeſtè denegata nu. 24.

2? *Princeps puniendo iniuriam ſibi notoriè illatã non dicitur in propria, ſed in aliena cauſa iudicare, Et poteſt punire eum, qui edictum ſuum ſpreuit etiam pœnam ſibi applicando n. 23.*

21 *Rebellionis principium eſt ſubtrahere ſe ab obedientia Principis.*

22 *Subditus, qui fingit cauſas perhorreſcentiæ eſt puniendus vti hoſtis, & rebellis Domini ſui.*

24 *Iudex non poteſt recuſari, quia deſperetur de iuſtitia, niſi illa petita fuerit, & manifeſtè denegata.*

25 *Princeps poteſt præſcribere ſubditis certum tempus ad deducenda Iura ſua, itaut eo lapſo amplius non audiatur.*

26 *Condemnatus in contumaciam comparens reſoluit contumaciam.*

Quod locum habet, quando condemnatus eſt ob ſolam contumaciam n. 27.

Non, quando ex actis conſtat de delicto n. 28.

Nec, quando talis condemnatus comparet poſt annum nu. 29.

30 *Princeps non reſcribit contra rem iudicatam.*

31 *Vxor habitans cum viro, quas excuſationes habeat remiſſiuè, eas tamen allegare non poteſt ſi habitet ſeparata à viro.*

RESPONSVM VIII.

Auſpice Christo.

TRia ſunt, quæ nobis diſcutienda proponuntur, vt inſeruiamus Sereniſs. D. Duci Parmæ, & Placẽtiæ, extra quę nobis opus nõ eſſe vagari opinor primum eſt an Iugales de Scotis tenerentur parere iuſſionibus Sanctiſs. D. iubẽtis Co. Albertũ, & vxorẽ coparere ad tribunal D. Ducis; Secundum Cum non obediuerint, ſed contumaces permiſerint labi omnia tempora eis præſcripta ad opponendum, ſint amplius audiendi à Iudicibus ſuę Celſitudinis: Tertium an ſint in ſtatu, vt recurrentes ad Sanctiſs. Dominũ ſint de iure audiendi.

Quantùm ad primum attinet, nulla ſubeſt cauſa, vt iuſſioni Santiſs. Domini obedire non teneantur. Quod, vt facilius oſtendatur, præſupponere neceſſe, eſt, Comitem debuiſſe obedi-
1 re edicto de habitando, † tùm quia ſubditi eſt parere, & nõ inquirere de meritis iuſſionis Principis, cui ipſe obijcere non poteſt cur ita facis *Bal. in præl. ud. feud. ſub n. 34. Alciat. cõſ. 4. in fin. lib. 7. Cacher. conſ. 31. n. 74. Ceph. conſ. 133. nu. 93. in primo & conſ. 304. n. 84. & 86. in. 3. Surd.*
2 *conſ. 574. n. 16. in. 4.* tetiam quod decretum videretur prima facie durum, & rigoroſum *l. proſpexit. ſ. qui & à quibus. Rip. in l. ex facto nu. 46.*

ff. de

3 ff. de vulg. & pupil. † tùm ẽt, quia iuſtiſſimum eſt
decretum, habens pro fine publicam vtilitatẽ,
vt ciuitas plena ſit ciuibus, & cõmodum ciuiũ,
vt pluribus exiſtentibus ferentibus onera ciui-
tatis ſingulis leuiora fiant Ruin. conſ. 202. nu. 6.
4 in primo † quod, cum hac ratione ſit honeſtum,
iuſtum, & poſſibile, & præſertim pro communi
ciuium vtilitate, & ciuitatis ſplendore, & non
pro commodo priuato, non eſt dubitandum,
quin habeat ea omnia, quę eſſe de eſſentia legis
ſcriptum eſt in c. aperte autem lex. 4. diſtinct. D.
Tho. in prima ſecunda q. 90. artic. 2. Sot. de iuſt.
& iur. lib. 1. artic. 2. Io. de Turrecremat. in can.
præterea verſ. ad tertium nu. 8. 4. diſtinct. & ibi
etiam Præpoſit. num. 3. & 6. Abb. & alij in c. cum
5 omnes de conſtit. † Ideo de eius validitate non
dubitarunt maiores noſtri apud Bar. in l. fin. ff.
de decret. ab ord. fac. Abb. in c. venientes ſub nu.
3. ibi nam ciuitas de iure iurand. Soc. iun. cõſ. 76.
n. 34. in tertio Ruin. cõſ. 39. Rubeus Alexandrin.
conſ. 9. nu. 6. & 7. Burſat. conſ. 34. nu. 26. in pri-
6 mo, vbi, † quod etiam imponi poteſt pœna con-
fiſcationis ex communi, & à toto mundo obſer-
uata opinione Bar. in l. prima ff. de bon. damnat.
Rol. conſ. 29. in princ. in tertio. Ceph. conſ. 79. nu.
7 14. in primo † vt & de ſimili decreto, quod extra
propriam ciuitatem quis non exerceat merca-
turam, quod ob publicã vtilitatem valeat ſcri-
8 pſit Natta conſ. 106. num. 5. in 1. † & vbi decre-
tum duritiem aliquam contineret (quod nega-
tur) ex quo ſubditi ab eo non reclamàrunt, ſed
longo tempore illud obſeruarunt, de eius va-
liditate non eſt, quod dubitetur Iacob. de feud.
verſ. & cum, venationibus nu. 2. verſ. cautelã
pro Dominis: Neuiz. conſ. 43. num. 4. Rol. conſ.
9 22. nu. 32. in ſecundo Surd. conſ. 390. n. 30. † hiſt
enim præcipuus effectus obſeruantiæ reddere
validum id, quod alias eſſet inualidum l. quadã
10 mulier ff. fam. ercisc. Aym. conſ. 101. nu. 4. † Nec
ob. quod ob illud reſtringatur libera facultas
habitandi l. Titio centum §. 2. ff. de condit. & de-
monſtrat. quia, cùm ob publicam vtilitatem, &
in vim legis generalis id ſit factum non attẽdi-
tur, quod alicui præiuditium inferratur l. ven-
ditor §. ſi conſtat ff. com. prædiorum l. libertus in
fin. ff. ad municipal. l. Antiochenſium ff. de priui-
leg. creditor. l. 1. C. de vendit. rerum ad ciuit. per-
tinent. lib. 12. & per hac iura Bar. in conſ. 172.
dubia occurentia ſub nu. 1. in d. l. Antiochenſium
nu. 1. & in d. l. venditor §. ſi conſtat ff. cõm. præ-
diorum Felin. in c. cùm omnes ſub n. 4. verſ. hanc
concluſionem, de conſtit. Aym. conſ. 135. nu. 39.

Ex hoc ſuppoſito ita in iure probato dedu-
citur iuſſionem Sum. Pont. vt Comes accederet
ad tribunalia D. Ducis diſceptaturus corã illis
11 de iuribus ſuis iuridicã fuiſſe, † quia ex eo nul-
lam pòt Comes ſubditus prætendere iniuſtitiã,
vel iuſtitiæ defectũ, ob quas cauſas Dom. dire-
ctus ſe ingerere poteſt in cauſis eorum, qui ſub-
ſunt vaſſallis, & feudatarijs ſuis Bald. conſ. 483.
nu. 2. in pri. Natta conſ. 614. nu. 9. & 11. tert.
12 conſ. 81. nu. 18. in primo † Quibus, vel alijs ſimi-
libus grauibus cauſis non exiſtẽtibus Dominus
directus nõ ſe ingerit de huiuſmodi cauſis Bal.
in l. 1. nu. 35. ff. de rerum diuiſ. Felin. in c. paſto-
ralis nu. 3. limit. 6. de offic. ordin. Brun. conſ. 27.
col. 3. verſ. 2. quia certum eſt Pariſ. conſ. 8. num.
30. Rol. conſ. 75. num. 15. in 3. Natta conſ. 408.
num. 1. Schrader de feud. parte 10. ſect. 1. n. 206.
optimè Cagn. in l. conſilij num. 24. ff. de reg. iur.
13 † qui addit quod directus dominus alias dice-
retur turbare feudatarium Roſental. de feud. c.
5. concluſ. 5. nu. 4. & ibi adeſt gloſ. ſub litera C.
quæ infinitos concordantes allegat.

Nec etiam dici poteſt debuiſſe Sum. Pont.
ſe ingerere in hac cauſa, & eam ad ſe auocare,
14 ſi non vti directus Dominus, † ſaltem vti Domi-
nus ſupremus habens poteſtatem, nedum ſpi-
ritualem, ſed & temporalem in vniuerſo orbe
terrarũ, gloſ. & Canoniſtæ omnes in can. omnes
22. diſtinct. & in can. cùm ad verum 96. diſt.
15 & in c. nouit. de iudic. † Siquidem hanc poteſta-
tem non ſolet Sanctiſs. Dominus ad actum de-
ducere, niſi quando Principes ſeculares deue-
niant in eorum regimine ab eo, quod poſtulat
finis ſupranaturalis, & quid operarentur quod
cæderet in detrimentum Eccleſiæ, vel legem
ferrent, quæ cederet in graue detrimentum
ſpirituale proximorum, vel peccata fouerent,
vt pluribus Theologorum authoritatibus pro-
bat Molina è Soc. Ieſu de iuſt. & iure tract. 2.
diſput. 29. in 3. concl. Hoc autem dici non po-
teſt de religioſiſſimo Principe S. Sedis Apoſt.
obſequentiſſimo, & proprijs, Anteceſſorumq;
ſuorum meritis de Repub. Chriſtiana optimè
meritus; nec de lege habitandi, quæ non eſt
nutritiua peccati, nec iniuſta, ſed iuſtiſſima, &
ad commodùm publicum accommodata, vt
antea probaui, & pro ſubleuandis pauperibus
ciuibus præcipuè inducta; nam ipſi, qui ob te-
nuitatem rei familiaris non poſſent è proprijs
laribus recedere, recedentibus ditioribus ma-
gis oneribus Ciuitatis grauarentur; Alias ſi iu-
ſta non fuiſſet talis conſtitutio, cum nõ ſit no-
ua, ſed antiquiſſima, non fuiſſet tanto tempo-
re, & in tot Ciuitatibus tolerata.

Perhorreſcentia etiam quam ſibi confingit
D. Comes non fuit talis, vt de iure potuerit in-
ducere Sanctiſs. D. ad aduocandam cauſam
ad ſe, vt ex pluribus adeò latiſſimè fuit in com-

pendio

Digitized by Google

pendio deductum, vt nihil ferre addi poſſit.
16 Niſi addatur, † quod cum agatur de auocãda
cauſa in totum à iudicibus Sereniſs. Ducis, &
introducenda coram Sanctiſs. D. erat à Comi-
te allegãda cauſa perhorreſcentiæ, & ob quã
à dictis iudicibus non ſperaret complemẽtum
iuſtitiæ *Abb. in c. ſi quis contra cleric. ſub num.*
18. *de for. compet.* quem in his terminis loqui
tenet *Seraph. de iuram. priuileg. 7. ſub num. 7.*
propè nu. 8. poſt Capic. & Marantam, quos alle-
gat. Ex huiuſmodi cauſa erat ab ipſo Comite
17 probanda, † cùm regulariter metus, & perhor-
reſcentia non præſumatur *l. 2. C. de his quæ vi*
met. ve. cauſ. Doct. in c. cauſam matrimonij de
offic. deleg. & in l. interpoſitas C. de tranſact.
18 *cum alijs citatis à Surdo deciſ. 194. n. 22.* † Nec
dicatur id totum iuramento probari poſſe, vt
ſentire videntur *DD. in c. ſtatutũ §. 1. de reſcript.*
19 *in ſexto* † quia premittitur recuſatio iudicis vti
ſuſpecti, & à quo non ſperatur complementum
iuſtitiæ per ſolum iuramentum eo ſolo caſu, quo
agatur de modico præiudicio recuſati iudicis.
Anchar. conſ. 263. Alex conſ. 104. ſub n. 2. in 5.
Hic autem de maximo intereſſe Sereniſs. Du-
cis agitur, quia hoc modo aperta eſſet via ſub-
ditis contemnendi edicta Principis, trahendo
cauſas contrauentionis ad Sanctiſs. D. Imma, &
cuicunq; alio facinoroſo viro id liceret allegã-
do perhorreſcere ſuas defenſiones facere co-
ram ſuo Principe, vel ſuis iudicibus: Accedat
etiam quod ob integritatem, & Religionem
Chriſtianiſſimi Principis, & ob tolerantiam
defectuũ Comitis non adeſt cauſa perhorre-
ſcentiæ, vt latius in compendio deductum eſt:
addendo, quod non poteſt allegare Comes,
quod hęc ſit cauſa ipſius D. Ducis, & quod pro-
pterea difficile ſit ſperare complementum iu-
20 ſtitiæ in cauſa propria: † Quia quã do Princeps
tractat de puniẽda iniuria notorie ei illata, nõ
dicitur iudicare in ſua, ſed in aliena cauſa, vt
pluribus probat *And. Gail. obſeruat. 39. n. 2. in 1.*
prout hoc caſu tractat Princeps de punienda
inobedientia ſubditi notoria, qui dùm ſpernit
edicta Principis non eſt dubium, quod Princi-
21 pem ſpernit, † & quantum ad hunc actum ſub-
trahit ſe ab obedientia, quod eſt principium
rebellionis *Bal. conſ. 135. n. 2. in 5. Silvan. conſ.*
25. nu. 39. idem Bal. conſ. 483. ſub num. 2. in 1.
22 † vbi ait, quod quando ſubditi aſſerendo non
ſperare iuſtitiam à Dom. ſuo fingunt cauſas, vbi
non ſunt, quod puniendi ſunt tanquam hoſtes
& rebelles dominorum ſuorum, agitur; ergo de
23 re graui. † Et etiã quando tractatur de punien-
do eo, qui ſpreuit edictum Principis, quod
poſſit ipſe Princeps eſſe iudex, & punire
ſibi etiam pænam applicãdo ex *Natta & Me-*
24 *noc. dixit Surd. conſ. 301. n. 33. in 3.* † Nõ etiam
eſt cauſa, vt poſſit deſperari de complemento
iuſtitiæ: quia tunc tantum eſt deſperandum,
quando petita fuit iuſtitia, & illa manifeſtè
fuit denegata id enim probandum eſt, & iura-
mentum; non ſufficit, *§. ſi tibi igitur Auth. de*
mandat. Princip. Felin. in c. accedens (el 2.) nu.
13. vt lite non conteſt. And. Gail. obſeruat. 28.
ſub nu. 3. in primo. Hoc autem nec probatum,
nec poteſt probari, ergo &c. Concludamus er-
go, quod nulla fuit cauſa perhorreſcentiæ, &
ſi prætendebatur aliquam iuridicam adeſſe,
id erat à Comite probandum aliter quam per
iuramentum; Ex quibus ſequitur, quod iuſſio
S. D. fuit iuſtiſſima, & quod illi Comes obedi-
re debebat.

Succedit modo ſecundum dubium, cum d.
Comes, & vxor non paruerint, ſed permiſſe-
rint labi tempora præſcripta ad opponendũ,
an amplius ſint audiendi, in quo prius eſt præ-
25 mittendum † licuiſſe Principi præſcribere ſub-
ditis certum tempus ad deducenda iura, ita vt
eo lapſo amplius non audiantur *Pariſ. conſ. 1.*
nu. 38 in 4. Rim. iun. conſ. 54. nu. 14. in primo
conſ. 562. nu. 68. in 5. & conſ. 696. nu. 7. in 6.
Quod tempus cùm fuerit in caſu noſtro præ-
ſcriptum, eo lapſo certum eſt excluſam eſſe rei
26 audientiam † Nec obſtat quod condemnatus
in contumatiam poſſit comparere, & reſolue-
re, contumatiam *Bal. in l. 1. C. de poſtul. Fel. in*
c. ex literis nu. 16. & Dec. n. 22. de conſtitut. ità
vt inde inferratur adhuc licere Comiti, & alijs
comparere, purgare contumaciam, & excuſa-
27 tiones allegare: † Quia hoc procedit, quando
Comes fuiſſet ob ſolam contumaciam con-
demnatus in pænam confiſcationis, tunc per
comparitionem ceſſante contumacia ceſſaret,
& pæna contumaciæ *Tiraquel. in tract. ceſſan-*
28 *te cauſa parte pri. num. 59* † Sed cùm fuerit ob
delictum inobedientiæ, & contrauentionis edi-
cto ſui Principis, de quo notoriè conſtat, con-
demnatus ſententia eſt diffinitiua, & per com-
paritionem non reſoluitur *Fel. in d. c. ex literis*
ſub nu. 20. verſ. (niſi conſtaret) de conſtit. Rota
in vna Romana Secretariatus coram Illuſtriſs.
Seraphino, de qua apud Farinac. deciſ. 84. n. 19.
eadem Rota deciſ. 64. n. 4. parte 1. nouiſs.
29 † Immo, ſi etiam ſententia eſſet talis, quæ
per comparitionẽ reſolueretur, poſt annum
condemnatus non eſt audiendus ad recupera-
tionem bonorum confiſcatorum *l. 1. & 2. C.*
de requir. reis & l. 1. & final. vbi communiter
Doct. ff. de requir. reis Clar. in practic. criminal.
§. fin. q. 44. in fine princ. & proſequitur latiſſi-
me

Digitized by Google

mè *Farinac. quæſt. criminal.* 21. *num.* 83. His concluditur Comitē vlterius non eſſe audiendum, ſed ſententiam, qua condemnatus fuit in confiſcationem bonorum tranſitum feciſſe in rem iudicatā, & factam fuiſſe perpetuam, & irreuocabilem.

Quibus ſtantibus, & vltimo quæſito faciliſſimè reſpondetur, quod ſi d. Comes habebit denuò recurſum ad S.D. creden. eſt fore, vt reijciatur, & nulla ratione audiatur, quemadmodum alias reiectus fuit, & remiſſus ad iudices ſuos, quando nondum lapſum erat biennium
30 poſt ſententiam condemnatoriam; quia iuris eſt, vt cōtra rem iudicatam Princeps non reſcribat *l.* 1. *C. quando prouoc. non eſt neceſſe & l. fin. C. ſent. reſcind. non poſſ. l. cauſas, vel lites C. de tranſact. c. expoſita de arbitr.* & per hæc iura *Decian. conſ.* 55. *nu.* 31. *in primos.*

Hæc quæ cōtra Comitem ſcripta ſunt, etiam procedunt cō. eius vxorem, quia, vt intel-
31 ligo, edictū etiam loquitur de mulieribus, & cum Comitiſſa Sulpitia vxor habitet ſeparatim à viro in ea eadere non poſſunt illæ excuſationes, quæ forte caderent ſi cum viro habitaret, de quibus latè *Boſſ. de public. bonorum nu.* 75. *cum ſeq.* Et, ſi quæ ei competunt excuſationes, debebat per procuratorem eas allegare, quas cum non allegauerit, conſtat eius intentionem fuiſſe ſe ſubtrahere ab obedientia ſui Principis: De ſocru, & filia Comitis non ſumus conſulti, dictum mox de vxore longè magis procedit in ſocru, quæ non eſt ſub obedientia Comitis. De filia ſi haberet bona propria dubitandum eſſet, quia eius eſt obedire patri, cui licet non debeat obedire cōtra Principem, tamen actus iſte alio habitandi non tendit directo cōtra Principem: prætetea & hæc filia fortè eſt minor, & proinde digna illa miſeratione, quæ eſt propria ipſius Sereniſs. Ducis. Plura alia poſsem ſcribere, quæ tamen conſultò omiſi, quia reperij ea cumulatiſsimè in compendio relata.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Conſtare de attentatis, illaq; reuocanda eſſe.

Ex actibus deductis conſtare de ſtatu Superioritatis, in quo illum habens manutenendus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Petitorium non poteſt cum poſſeſſorio cumulari, quando contenditur de eadem quaſi poſſeſſione ſuperioritatis.*

Fallit, quando partes conſentiunt n. 2.

3 *De attentatis prius cognoſcendum eſt, quia ſuſpendunt quodlibet aliud iudicium.*

Etiamſi ſuper poſſeſſorio eſſet ſtructus proceſſus num. 4.

6 *Arbitrator dicitur electus ad componendum & terminandum ex æquo, & bono.*

Et per quæ verba electus intelligatur n. 5.

7 *Dictio* in oltre *eſt continuatiua.*

8 *Compromiſſum eſt ſpecies tranſactionis.*

9 *Attentatur pendente tranſactione.*

Pendenteque compromiſſo n. 10.

Et facilius coram Arbitratore, quam coram Arbitro n. 11.

12 *Poteſt quis habere directum dominium in feudo remanente apud Imperatorem vniuerſali Iuriſdictione.*

Poteſtq; feudatarius Imperij habere ſuperioritatem n. 52.

13 *Iuramentum ligium eſt, quo ſubditi iurant defendere Dominum contra omnes homines de mundo.*

14 *Suſcipere iuramentum ligium eſt actus ſuperioritatis.*

Et ideò, qui recipit tale iuramentum dicitur in ſtatu ſuperioritatis n. 15.

Declara dūmodo exprimatur nomen ligij n. 16.

Contrarium tamen eſt verius, quia ſufficit, vt ſubſtantia exprimatur, licet taceatur nomen num. 19.

Secundo declara, vt ſubijci debeant bona omnia Domino n. 17. Contra, quod nō ſit neceſſe, vt exprimatur ſubiectio bonorum, cùm in conſequentiam intelligantur ſubiecta n. 20.

21 *Recognoſcens feudum ab Imperatore poteſt recipere iuramentum ligium à ſubditis.*

22 *Scientia præſumptiua ſufficit ad leue præiudicium, quod oritur ex ſimplici ſtatu.*

23 *Vniuerſitatis conſenſus dicitur interuenire, quando omnes publicè ſunt vocati.*

Qui conſenſus non requiritur ad acquir. qualem qualem etiam illegitimum ſtatū n. 24.

25 *Quaſi poſſeſſio, & ſtatus non acquiruntur ratione incertitudinis.*

26 *Appellationis cauſas cognoſcere eſt actus ſuperioritatis.*

27 *Conſuetudo debet probari cum requiſitis, de quibus per Iaſ. & Salazar.*

28 *Appellatur facilius ad aliud tribunal, & difficilius ad idem.*

29 *Conſuetudo non habet locum, niſi in ijſdem terminis.*

30 *Admittere ad nouas defenſiones eſt actus ſuperioritatis.*

31 *Actus*

31 *Actus ſubſequentes regulantur à titulo præcedenti.*

32 *Quaſi poſſeſſio in incorporalibus nõ acquiritur ex actibus negatiuis.*

Secus autem ex actibus poſitiuis habentibus annexam qualitatem negatiuam n.33.

34 *Proteſtatio præſeruat Ius in petitorio, ſed non impedit ſtatum ex parte proteſtatis.*

35 *Facilius impeditur faciendum quàm factum tollatur.*

36 *Quaſi poſſeſſio, & ſtatus aquiruntur aduerſus aquieſcentem prohibitioni.*

Et aquiruntur per ſolum actum in his, in quibus Principes non facilè inuicem gratificantur n.37.

Maximè, quando actus ſortitus eſt effectum num.38.

Nec eſt neceſſe, vt prohibens credat ſe iure prohibere n.39.

40 *Magis conſentire dicitur ille, qui aliquid agit, atque faciat ille, qui tacet.*

41 *Vnus ex Dominis loci poteſt altero inuito prouidere tempore peſtis.*

42 *Cuſtodire Ciuitatem eſt actus ſuperioritatis.*

Et cõſtituere Commiſſarios tẽpore peſtis nu.43.

Vel ſaltem ſupremus Dominus eos conſtituere poteſt n.44.

45 *Habens rem communem poteſt ſocio inuito illa vti ad vſum deſtinatum, & facere neceſſaria ad vſum.*

Non poteſt tamen Vnus ex Dominis in iuriſdictione quicquam agere alijs inuitis n.46.

47 *Regula l. qui poteſt inuitis ff. de reg. iur. procedit ſolum, quando ad eum, qui ignorat, negotium non ſpectat, vel aliàs ipſe conſentit, & ibi de ratione.*

Et non habet locum data diuerſitatis ratione num.48.

49 *Mandato conſequenti, & antecedens mandatum nicitur.*

50 *Prætenſio, & voluntas partis non facit ius, nec inducit præſumptionem, niſi ad labia ſua.*

Secus cõcurrente actu poſitiuo aduerſarij n.51.

RESPONSVM VIIII.

Adſit S. Trinitas, & Beata Virgo.

IN cauſa vertente inter Sereniſs. Remp. Ianuenſem actricem, & Sereniſs. D. Ducem Sabaudiæ reum conuentum, pluries auditis partibus, viſiſque, & pro viribus meis diligenter conſideratis rationibus hinc inde in informationibus datis, deductis, veni in eam ſententiam, pronunciandum eſſe extare attentata, & illa ad fauorem D. Ducis reuocanda, eique concedendum mandatum de manutenendo durante lite & ita dedi votum reſolutum, & deciſiuum infraſcriptis iuribus, & rationibus motus.

Exiſtimabam prius quicquid ex aduerſo
1 diceretur † non poſſe petitorium cum poſſeſſorio cumulari, eò quod ex petitione Reip. publicæ, & reſpõſione D. Ducis conſtabat inter partes actum fuiſſe de eadem quaſi poſſeſſione ſuperioritatis, *Doct. in l. naturaliter* §. *nihil commune ff. de acq. poſſ. Bar. n. 16. Aeromb. n. 149. Marmer. nu. 178. Hermaniot. nu. 109. Berengar. in tertia parte n. 47. Aut. de Matheis n. 96. Iaſ. nu. 150. Hercul. ſub nu. 99. verſ.* ſi vero *Ripa n. 164.* & ſentit *Rota deciſ. 349. ſub n. 2. p. 1. & deciſ. 97. n. 3. p. 2. diuerſ.*

Nec pro cumulatione mouebar me *Hon-*
2 *ded. conſ. 84. n. 2.* † quia loquitur in muliere, quæ iam cumulationi conſenſerat, tum obtinendo commiſſionem ſuper vtroque iudicio tum admittendo plura petitorium concernentia.

Cum igitur de petitorio crederem non
3 eſſe agendum, putaui de attẽtatis prius agendum ſuſpendẽtibus quodlibet aliud iudicium, *c. non ſolum in fine de appellat. in 6. Oldrad.*
4 *conſ. 199. in princ. Afflict. dec. 98. n. 5.* † etiam quod ſuper petitorio eſſet ſtructus proceſſus, *Myſinger. conſ. 1. nu 42. & ſeq.*

Et prius, quod acta ab officialibus Reipublicę poſt electionem commiſſariorum, Baratæ ſcilicet, & Lazaniæ, eſſent attentata, potiſſimum id mihi perſuadebat, quod literę patentes Baratæ indicabant primò ipſum habuiſſe ſaltem notionem arbitratoris, *l. item Pomponius* §. *recepiſſe vbi glo. & Bald. ff. de recept. arbitr.* ſecundò notionem, quæ extendebatur ad ſuperioritatem, tertiò ſuperioritatem concernentem locum Pornaſij: † primum
5 colligo ex illis verbis *cognoſcere, terminare, vltimare*, & ex illis, *vi commettiamo, & deputiamo*, & ibi *concordare, & vltimare ragioneuolmente in modo, che reſtino chiare le ragioni dell'vno, & altro Stato, e ſopire per ſempre dette differenze, e terminare bonamente*: verba omnia denotantia, ſi non iuriſdictionem iudi-
6 cis † ſaltem notionem, & officium arbitratoris electi ad componendum, & terminandum ex æquo, & bono, *Mandoſ. commiſſ. 1. in verbo (audiendas) & in verbo committere, Bart. in l. ſi ſocietatem* §. *arbitrorum n. 7 ff. pro ſoc.*

Et licet ex aduerſo diceretur, authoritatem non fuiſſe tributam ambobus deputatis, ſed

tantum D. Barattæ, & ita non eſſe compromiſ-
ſum, videbatur tamen contrarium colligi ex
literis patentibus ibi (*à qual effetto hauendo noi
da deputare perſona, la quale inſieme con il cõ-
miſſario &c.*) ibi (*& vnitamente procedere*) ibi
(*& abocca to, che vi farete con il detto commiſſa-
rio*) ibi (*vltimare ragioneuolmente fra voi doi*)
ibi (*nel che vi adoperarete con eſſo commiſſario*)
& tandem ibi (*aprouando per hora quello, che
ſerà concluſo con il detto commiſſario*)

Quod verò controuerſia ſuperioritatis fue-
rit commiſſa, quam ad fuiſſe non poteſt dubi-
tari, cum ob eã principaliter emanauerint lite-
ræ patẽtes, ego colligebã ex generalitate ipſa-
rũ literarũ ibi (*& terminare tutte le differenze,
che ſono de' confini, & territorij* ibi (*& vltimare
dette differenze de cõfini, & altre ſe vi ſono*) &
ibi (*habiate da chiarire le noſtre autorità, ragio-
ni, e pretẽſioni*; Nec mihi negociũ faciebãt illa
verba (*& in caſo, ch'eſſo meteſſe in dubio la no-
ſtra autorità ſuprema &c.*) quaſi quod D. Dux
noluerit de eius prætẽſa ſuperioritate dubitari
nec cognoſci; Si quidẽ ſatis placuit, verba hæc
habere hunc ſenſum, vt electus à Republica
non reuocaret in dubium ſuperioritatem ad
effectum non reuocandi nouitates prætenſas
à D. Duce, quarũ reuocationem ipſe non com-
promittebat, ſed præcisè inſtabat, vt tolleren-
tur, id oſtendunt verba dum dicitur (*& in ca-
ſo che meteſſe in dubio la noſtra authorità ſu-
prema, e non voleſſe perciò, ò per altra cauſa ri-
dure le coſe nel primo loco eſſere &c.*

Tandem, quod controuerſia ſuperioritatis
in loco Pornaſij fuerit compromiſſa deſume-
bam ex eo, quòd D. Dux committit Barattæ, vt
ſe transferat in Pornaſium, & in alia loca ſub-
dens ſtatim (*chiarire le noſtre authorità ragio-
ni, e pratenſioni*) verba reſpicient a prætenſ-
ſiones Pornaſij, præſcribitur deinde modus
procedendi tam in excuſationem tollendi no-
uitates, quàm cognoſcendi, & terminandi om-
nes differentias, & controuerſias ibi (*compren-
dere riſolutione, che ſia reparato à quello, ch'è at-
tentato, & in oltre concertare le differenze de'
7 cõfini, & ſuddeti* † illa dictio (*in oltre*) continua-
tiua denotat præſcribi modũ diffiniendi diffe-
rentias, tã in loco Pornaſij, quã in quocũq; alio
loco, vt antea generaliter dictũ fuerat, & diffe-
rẽtia ſuperioritatis propriè videbatur in caſu,
de quo agitur.

Ita rem ſe habuiſſe mihi ex his perſuaſi, &
licet Perilluſtris D. Lazania tunc pro Repu-
blica electus præſens diſcuſſioni huius cauſæ,
id inficiaretur, cui maximè puto credendũ, &
quacunq; ratione defferendum, cùm tamen
ipſe cauſam Reipublicæ ageret, & voce, & in
ſcriptis defenderet, dum ego agebam perſo-
nam iudicis non exiſtimaui poſſe recedi ab
eo quod verba literarum productarum indi-
cabant, & maximè, quod procurator Reipu-
blicæ in hac cauſa non ſemel Dominos Bara-
tam, & Lazaniam iudices appellauit *vt fol. 38.
& 39. in ſummario actorum.*

Ex hoc, quod electi eſſent ſaltem arbitrato-
res, deducebatur poſſe dici de attentatis pen-
8 dente compromiſſo, † quia ſit ſpecies tranſa-
9 ctionis §. 1. *auth. vt differentes iudic.* † & quem-
admodum attentatur pendente tranſactione,
*Imol. in clem. 2. ſub nu. 2. propè tertium vt lite
10 pendente* † ſequè, & pẽdente compromiſſo *Lan-
celot. de attentat. p. 2. c. 15. in 1. ampliatione
11 nu. 136.* † & facilius coram arbitratore, quam
coram arbitro *nu. 187.*

Quia autem, vt actus facti à Republica pen-
dente d. compromiſſo attentati dicantur, vti
facti in præiudicium ſuperioritatis à D. Duce
prætenſæ, oportet, vt conſtet de eius ſtatu
in ſuperioritate reſpectu Reipublicæ, exiſti-
maui ex actibus quinque infra memorandis
ſatisſufficienter probari.

Nec ideo minus exiſtimaui ſtandũ eſſe de-
ductis ad probandam ſuperioritatem, quod
procurator D. Ducis cõfeſſus fuerit ipſum re-
cognoſcere partem loci Pornaſij à Sereniſs.
Imperatore, hoc enim, in quo aliqui vim facie-
12 bant, apud me leue erat † cùm duo hæc com-
patibilia ſint, quod D. Dux recognoſcat par-
tem loci Pornaſij in feudum à ſacro Imperio,
& quod prætendat ſuperioritatem, etiam ra-
tione directi dominij, remanente tantum
apud Imperatorẽ vniuerſali iuriſdictione *Bal.
in l. 1. C. vnde legit. n. 3. & 4. Surd. deciſ. 288. n.
19. & ſeq.* Præterea, quicquid ſit, ſatis eſt quod
actus deducti oſtendant ſuperioritatem D.
Ducis reſpectu Reipublicæ, quã in præiudiciũ
huius ſuperioritatis attentaſſe dicitur, licet n.
fateatur ſe feudatarium ſacri Imperij, hoc ni-
hil ad Rempub. vt eius reſpectu actus non poſ-
ſint dici præſeferre ius ſuperioritatis.

Probari igitur ſtatum ſuperioritatis opina-
13 bar quoad origininem, quia conſtat, † Rancam
auctricem D. Ducis recepiſſe à ſubditis iura-
mentum, quod eam defendent contra homi-
nes oẽs de mũdo, & nullũ ei anteponere in fi-
delitate quod eſt iuramẽtũ ligiũ *Iacob. de ſeud.
verſ. in feudum num. 19. verſ. 7. diuiſio Rebuf.
in declarat. feud. diuiſ. 10. num. 21. Caſſan. in
conſuet. Burgund. Rub. 3. §. 3. ſub num. 16. verſ.
14 (& quia dicitur)* † quod iuramentum ſuſcipe-
re, cum ſit ſuperioritatis *Rebuf. & Caſſan. in lo-*

cis iam citatis clem. paſtoralis §. deinde verò, in fine. Afflict. in c. quæ ſint regal. c. 1. num. 108.

15 † ex eo Ranea erat in ſtatu ſuperioritatis *Rotæ deciſ. 17. parte 2. diuerſ. nu.* 1. & hunc ſtatum transtulit poſtea in D. Ducem, cui permutatione mediante aſſignauit partem in Pornaſio, & alia loca in omni ſuperioritate.

16 Contra hoc autem opponebatur, † quod non eſt iuramentum ligium, niſi id exprimatur.

17 † & niſi bona omnia ſubijciantur Domino *Clar. §. feudum q. 11. poſt Curt. iun. quẽ allegat.*

18 Dicebam, † quod cũ ligium dicatur iuramentum, per quos iuratur fidelitas contra omnes homines de mundo *Bal. conſ. 291. num. 1. in 2. Speculat. de feud. §. 1. num. 4. & ſeq.*

19 † ſatis eſſe, quod ſubſtantia exprimatur, licet taceatur nomen argumento §. *nominatim Inſtit. tit. de exhæred. lib.* & ideo verius eſſe contra *Curt. & Clarum* non eſſe neceſſe exprimere nomen ligij dixit *Lodulph. Scrader. de feud. p. 2. c. 4. nu. 2. Roſental. de feud. c. 2. cõcluſ.* 3. qui ibi in apoſtil. ſub litera G. allegat alios eiuſdem opinionis, & contra *Curt. & Clar.* negat contrariã opinionem eſſe communem.

20 Nec magis requiritur, vt exprimatur ſubiectio bonorum, quia cum primum vaſſallus iurat iuramento ligio, & ita perſonam tali iuramento ſubijcit, in conſequentiam etiam bona intelliguntur ſubiecta quamuis id non exprimatur *Io. de Anan. conſ. 7. nu. 9. Iacob. loco antea citato nu. 20. Cacher. deciſ. Pedemont. 163. num. 5.*

Obijcebatur, etiam quod cum Ranea fateatur recognoſcere feudum à ſacro Imperio, quod non poterat recipere iuramẽtum ligium in quo nulla excipitur ſuperioritas.

21 At, ex ſententia Doct. dicebam † etiam recognoſcentes Imperatorem recipere poſſe iuramentum ligium, à quo Imperatoris ſuperioritas ſemper excepta intelligitur, & ad id videbatur mihi deſeruire d. conſiliũ *Bald. 291. in 3. Caſſan. ad conſuet. Burgund. tit. 3. §. 3. nu. 16.*

Actus autem pro parte Ducis deducti ſatis concludenter videbantur mihi ſtatum ſuæ ſuperioritatis probare: Primo etenim conſtat, quod vti ſupremus Dominus publicè intimat ſubditis ſuis permutationem cum Ranea, immo coram illis congregatis legitur inſtrumẽtum permutationis, in quo dicitur Pornaſij partem cum omni ſuperioritate eſſe permutatam, in executionem cuius permutationis ſubditi iurant iuramento pariter ligio. ſ. quo iuratur fidelitas contra omnes, homines de mundo (talia non ſunt iuramenta, quæ quandoq; ſubditi præſtabant feudatarij Reipublicæ, vt probant [illegible] docent) Quis; inficiabitur, quin iſti ſint ſe actus ſuperioritatis, facti ſe D. Duce, vbi ſupremo Domino ſciente etiam ipſa Republica, docet, quod etiam actus publicè ſolemnes, in quantum ipſi iurant D. Duci [illegible] pro tribus partibus, & Praetorem [illegible] tenebat,

22 † ſaltem acquiſiſſent præſumptiuè ſufficientem ad [illegible] quale præiudicium, quale eſt illud, quod ex ſimplici ſtatu infertur *Mantua. deciſ. 26. incip. r. Rotæ deciſ. 28. diuerſ. parte 1. nouiſſ.* quicquid ſit, quando tractaretur de graui præiudicio, vt per eundem. *Puteum deciſ. 95. nu. 7.* [illegible]

Aliqua aduerſus hunc primum actum obijciebantur, quæ non admodum grauia exiſtimabam; primo, quod inter ſubditos iurantis aderant quidam mixti, qui non poterant iurare iuramento ligio D. Duci, vti ſupremo cùm alium recognoſcerent Dominum: ſed dicitur in puris conſeruari actum ſuperioritatis, & proprium iuramentum ligium, etiam quod in mixtis ſupponatur alia ſuperioritas.

Et, & ſecundo vis, quod ſubditi iurant iuxta ſolitum ſupponitur autem, quod non conſueuerint iurare iuramento ligio: Dicitur tamen mo ipſos ſolere iurare tali iuramento, cùm ita iurauerint Raneæ præterquam quòd illa verba *(ſecondo il ſolito)* referuntur ad verba ſubſequentia *(ſi paire come pari, e la meſtà, come miſſi)* non ad illa, in quibus manifeſtè conſtaret iuramentum deuiare à ſolito; alias deſignarent proteſtationem contrariam facto.

Additur tertiò actum hunc non poſſe præiudicare, cum non interuenerit conſenſus vniuerſitatis Pornaſij, nec magiſtratuum eam repreſentantium.

23 Credebam vocatis publicè omnibus ſubditis Pornaſij concernentibus quartam partẽ loci, ſatis dici ad effectum, de quo agitur interueniſſe conſenſum vniuerſitatis allegabam *Brun. conſ. feudali 139.*

24 Addebam etiam parum nocere defectum conſenſus vniuerſitatis, in caſu, in quo non tractabatur de acquirẽda legitima quaſi poſſeſſione, ſed qualiquali etiam illegitimo ſtatu ad *Rotam d. deciſ. 17. n. 7. p. 2. nouiſſ.*

25 Conſiderabatur quartò † quod ratione incertitudinis per hunc actum non erat tranſlata aliqua quaſi poſſeſſio, vel ſtatus, *Pariſ. conſ. 59. n. 15. 17. & 22. in pri. Morot. conſil. 44. num. 5. & ſeq.*

Quod videbatur parum obeſſe, cùm certi eſſent homines, qui Raneæ iuramentum præſtiterant, qui etiam D. Duci iurant. Obſeruabam etiam hæc obiecta, reſpicere tantum a-

C 2 ctum,

ctum, quem faciunt ſubditi iurando, in quo
pro D. Duce non erat, quod fieret maxim
vis, quia eſt extra omnẽ dubitationem, quod
non erat ſubditorum date ſuperioritatis ſta-
tum: Vis maior fiebat in actu publico facto
D. Duce, vti ſupremo Principe in loco Porn
ſij ſciente Republica, & non contradicente.
Secundus actus iuſtificans ſtatum conſi-
26 ſtebat † in appellationibus interpoſitis à Præ-
toribus ad D. Ducem, & non tantum ad Sena-
tum Taurinenſem, vt ex aduerſo prætendeba-
tur quem ſuperioritatis eſſe probare. videntur
allegata pro D. Duce præſertim *Aym. conſ.*
209. nu. 10.
Ad euitandum hunc actum dicebatur con-
ſtare in proceſſu pluries à Prætoribus loci ap-
pellatum fuiſſe ad feudatarios Reipublicæ, ita
vt iſtud potius ex quadam conſuetudine oria-
tur, quam quod arguat ſuperioritatem.
Hoc autem mihi non admodum ſatisfacie-
27 bat, † quia ex caſibus deductis non erat ſatis
probata conſuetudo conſideratis requiſitis ad
eam de quibus *Iaſ. in l. de quibus num. 51. ff de*
legib. & per Pet. Salazar. de vſ. & conſuet. c. 7.
Et quia non erat probata conſuetudo in caſu,
de quo agebatur, quia caſus de quibus in pro-
ceſſu erant appellationes à Prętoribus vniuer-
ſitatis Pornaſij ad feudatarios, ita quando vnũ
erat tribunal iudicis à quo, & aliud iudicis ad
quem, & actus D. Ducis verſabatur in appel-
lationibus interpoſitis à Pretore eiuſdem Du-
28 cis ad ipſum Ducem, ita ad idem tribunal †
hoc ſecundo caſu ob identitatem tribunalis
difficilius prouocari poſſe, & facilius in primo
ſcripſit *Cumar. c. 4. ſub nu. 6. & num. 8. præſtit.*
quæſt. Immo nõ aliter has difficultates ingre-
diendo, videbatur mihi planè reſponderi poſ-
29 ſe, † conſuetudinem non eneruare fundamen-
tum D. Ducis, niſi in ijſdem terminis probetur,
Felin. in c. audites. n. 5. de præſcript. Ancharan.
conſ. 339. nu 8. Caſ. de Graſ. deciſ. 6. nu. 5. de
prabend.
30 Tertius actus eſt admiſſionis ad nouas de-
fenſiones quem ſuperioritatis eſſe admitte-
bant etiam informantes pro Repub.
Contra quem tria dicuntur primo quod ex
hoc actu D. Dux non eſt factus ſuperior.
Parum ſanè ad rem, cum non quæratur an
ſit factus ſuperior, ſed an ſit in ſtatu ſuperio-
ritatis.
Secundo quod admiſſio fuit clàm facta, ſed
minus quid facit, quia conſtat ex productis,
talem admiſſionem poſteà palam fuiſſe exe-
cutam.
Tertio dicebatur, quandoque hæ admiſ-
ſiones fiunt de facto ab inferioribus.
Et hoc debile videbatur, quia præcedente
titulo ſuperioritatis, in perſona Principis ha-
bentis in pluribus locis ſuperioritatem non
31 præſumitur quid de facto factum, ſed potius
legitimè, † cum à titulo præcedenti ſoleant
regulari actus ſubſequentes *gloſ. in l. quadam*
mulier ff. de rei vendicat Alba conſ. 64. nu. 32.
& 75. in 1.
Quartus actus ſatis (ſententia mea) conſi-
derandus eſt, quod D. Dux tempore, quo poſ-
ſedit nunquã recognouit Rempublicam; im-
mo, & eius authores per plures annos etiam
requiſiti, vt recognoſcerent nunquam reco-
gnouerunt.
Nec huic actui obſtare videbatur, quod di-
32 ceretur, † ex actibus negatiuis nõ induci quaſi
poſſeſſionem in incorporalibus: Quia nos
non verſamur in actibus ſimpliciter negati-
33 uis, † ſed in actibus poſitiuis habentibus anne-
xam qualitatem negatiuam, ſcilicet quia D.
Dux, eiuſq; authores exercuerunt iuriſdictio-
nem, & imperium etiam gerendo talia, quæ
ſuperioritatem præſeferrunt ſine Reipublicæ
recognitione cum eius ſcientia, nedum præ-
ſumpta, ſed etiam certa vt denotat actus ab
ea factus de anno 1595. 10. Octob. ad quod
conferunt ſcripta à *Bero in c. 1. num. 209. poſt.*
Doct. quos. allegat de cõſuet. Proteſtatus qui-
34 dem fuit ex parte Reipublicæ; ſed notum eſt
proteſtationem pręſeruare tantum ius in peti-
torio, ſed non impedire ſtatum ex parte pro-
teſtati, quia proteſtatio nihil iuris tribuit, ſed
ſolum conſeruat, illud, quod habetur *l. & ſi*
quis § plerią; ff. de relig. & ſumpt funer. Nat.
conſ. 636. nu. 69.
Prout nec etiam exiſtimabam obſtare, ex
hoc probari D. Ducem eſſe in ſtatu non reco-
gnoſcendi, non in ſtatu ſuperioritatis: Nam
ſtatus prætenſus à Duce eſt, quod quantum ad
Rempub. ſit ſupremus Dominus, & eam non
recognoſcat, & iſte eſt ſtatus (ſi diligenter ad-
uertatur) contra quem prætenditur pro parte
Ducis attentatũ, & in quo petitur manutentio.
Vltimus actus, per quẽ inclinaui in votum
fauorabile ipſi D. Duci eſt quod ſtatus nimus
aperte iuſtificetur ex decreto reuocationis no-
uitatum anni 1586. & quòd ipſe facto poſiti-
uo Reipublicæ, vel eius Commiſſarij canoni-
zetur, & firmetur: Conſtat enim D. Ducem
pretendiſſe reuocationem nouitatum vi ſuę ſu-
perioritatis, quas illi præiudicare prætende-
bat, adeò vt, ſi detrectaretur reuocatio, quia
in dubium reuocaretur ipſa ſuperioritas, vt ad
arma deueniretur: Commiſſarius Reipublicæ
non

non reuocauit in dubiũ ipſam ſuperioritatem,
ſed ſimpliciter reuocauit nouitates, quis poteſt
inficiari, quin actus iſte firmet prætenſum ſta-
tum D. Ducis non turbandum vſq; ad ius co-
gnitum? Amplius ſi acquieſcere prohibitioni
tribuit nõ tantum ſtatum, ſed & poſſeſſionem,
vt probabitur, quanto magis id operabitur a-
ctus remouendi iam factum audita partis in-
35 ſtantia, & prætenſo præiudicio partis? † cum
facilius impediatur faciendum, quam factum
tollatur *l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui*
36 *vel alie. iur.* † quod prohibitio id operetur, ſunt
claræ deciſiones *Abb. in c. abbate ſane nu. 11. de
verb. ſignific. Capic. deciſ. 209. nu. 16.* optimè
Bald. in l. 1. num. 7. C. de ſeruit. & aq. de prohi-
bente vicinum eleuare domum, ex quibus de-
ducitur, quod ſi Reipublicę mittenti Commiſ-
ſarium prohibuiſſet D. Dux, & Commiſſarius
acquieuiſſet prohibitioni, eſſet D. Duci, ſi non
poſſeſſio, ſaltem ſtatus aquiſitus, quare idem
non erit, quando inſtat, vt tollantur nouitates,
& tali inſtantiæ obtemperatur cùm remotio-
ne ipſarum nouitatum.

37 Qui actus, etiam quod eſſet ſolus, cùm ſit de
tangentibus ſuperioritatem, in quibus Prin-
cipes non facile inuicem gratificãtur ipſe ſo-
lus ſufficiet ad ſtatum, ſeù q. poſſeſſionẽ *Abb.
in c. cum Eccleſia Sutrina ſub num. 12. de cauſ.*
38 *poſſeſſ. & propria.* † Et maximè, quando actus
ſortitus eſt effectum *Afflict. poſt Iſern. deciſ.*
39 *282. nu. 2.* † nec in hoc caſu eſt neceſſe, vt pro-
hibens habeat bonam fidem, & credat ſe iu-
re prohibere, vt poſt *Innocent. idem Abb. in
eod. c. num. 26.* quanto magis id procedet in
hoc caſu, in quo D. Dux habet probabilem
cauſam credendi id ſibi licere iure ſuæ ſupe-
rioritatis, ex quo habuerat à Rhanza titulũ cũ
ſuperioritate Et ſi D. Dux propria auctorita-
te ſuſtuliſſet nouitates, ſciente, & patiente
Republica non eſt dubium, quod nedum
ſtatum, ſed & q. poſſeſſionẽ aquiſiuiſſet, quare
non idem, & fortius erit dicendum, quando
Commiſſarius Reipublicæ ipſa permittente
ſuſtulit nouitates, quia in primo caſu poteſt
eſſe patientia, ſed non voluntaria, & in ſecun-
do adeſt patientia voluntaria, & ſolet dici,
40 † quod fortius dicitur conſentire, ille, qui ali-
quid agit, atq; faciat ille, qui ſimpliciter tacet
*l. Paulus reſpondit ff. rem rat. haber. Anch. de
Pont. q. laudem. 16. num. 6.*

Plura pro reſponſione ex aduerſo dicuntur,
quæ, reducam quam breuius fieri poterit ad
quædam capita, Et primo quod reuocatio nõ
tribuit ſtatum, ſed tollendo prætenſam læſio-
nem D. Ducis efficit, vt eius ſtatus remaneat
in terminis, in quibus prius erat ſine læſione,
ſed nõ conſtat prius habuiſſe ſtatum, ergo re-
uocatio non dat.

Atqui reſpondeo, quod ex actibus præce-
dentibus conſtat de aliquo ſtatu D. Ducis, de-
mus, quod ſit prætenſus tantum, ſi hæc reuo-
catio facit, vt remaneat ſine læſione, conue-
nit ergo vt remaneat in eodem ſtatu vſq; ad
ius cognitum, non dico, quod conſolidetur
ſtatus, ita ut quęrẽdum non ſit an ſit legitimus,
& de iure competat, ſed quod interim dum
id cognoſcitur, manuteneatur ſine læſione,
vti per hanc reuocationem conſtitutus eſt, &
hoc ſit tollendo attentata, & nouitates, quæ il-
lum lædunt.

Secundo reſpondetur, appoſitionem ſbarrę
non eſſe actum ſuperioritatis, cùm à quocun-
que inferiori Barone apponi poſſit pro ſalu-
te publica, nec poſſe lædere prætenſam ſupe-
rioritatem D. Ducis, ideò eius remotionem
non tribuere ſtatum, quia tantum dat remo-
tio, quantum abſtulerat appoſitio: addendo,
quod etiam ſi D. Dux habuiſſet ſuperioritatẽ,
41 † non tamen ei præiudicatum fuiſſet ex appo-
ſitione ſbarræ, quæ ab vno ex Dominis, etiam
altero inuito, & inſcio apponi poteſt, ex *not. in
l. ſeruus electione §. labeo ubi Bar. Iaſ. et aly ff. de
leg. 1. iunct. reg. l. qui poteſt inuitis ff. de reg.
iur.* ergo nec remotio eiuſdem ſbarræ aliquid
tribuiſſet.

Reſpondeo in reuocatione non tractari tã-
tum de illis, quę concernebant ſanitatem, ſed
etiã alia reuocata fuere, & præſertim banna
emanata, & licet dicatur, quod omnia concer-
nebant occaſionem peſtis, ab afferente hanc
reſponſionem hoc eſſet probandum, præſer-
tim, quia de contrario conſtat, nàm primò
tolluntur omnia geſta à Commiſſario Sanita-
tis D. Lazania, deinde Commiſſarius D. Du-
cis, & ipſe tollit omnia occaſione peſtis, & ap-
poſitionis ſbarræ facta, & poſtea iterum Do.
Lazania reuocat proclamata, ſignum, quod
illa peſtem non concernebant, nec obſtat,
quod pars D. Ducis debebat talia proclama-
ta producere, quia ſatis erat eius intentio fun-
data in eorum reuocatione, & eam producere
ſatisfuit; qui prætendit ex qualitate procla-
matũ habere reſponſionẽ producere debet.

Secundò reſpondeo, quod, cum ex pro-
ceſſatis non conſtet Rempublicam habuiſſe,
niſi directum dominium in Pornaſio (etiam
quod ibi retinuerit Prætorem, quod poterat
eſſe ob directum) conſequens eſt, vt totum e-
gerit tanquam ſuprema Domina, ideò quoad
effectum, de quo agitur, actus dicetur ſupe-

42 nouitatis: † Addo immò actũ cuſtodiendę Ciuitatis eſſe ſuperioritatis, *Nat. conſil. 672. nu.*
43 *10. in 4.* † & in ſpecie tempore peſtis conſtituere Commiſſarios habentes præambula, vel conſecutiua ad exercitium Iuriſdictionis, *Rip. de peſt. c. de remed. ad conſeru. vbert. nu. 189. ex lege nam ſalutem ff. de offic. Præfect.*
44 *Vrb.* † vel ſaltem id poteſt ſupremus Dominus, *Bald. in l. ſi vt a §. dominus ff. de vſu, & habit, Fulgoſ. in l. Diuus §. licet ff. eod.*

Quod verò vnus ex Dominis id agere poſſit alijs inuitis, ſatis mihi non conſtat ex nota-
45 tis *in l. ſeruus electione §. labeo ff. de leg. 1.* † videntur mihi DD. tantùm determinare, quod vnus habens rem communem, altero ſocio inuito illa poteſt vti ad vſum deſtinatum, &
46 facere neceſſaria ad vſum; † Contrarium autem, quòd vnus ex Dominis non poſſit in Iuriſdictione quidquam agere alijs inuitis ſuadere videntur ſcripta à *Soc. ſen. conſ. 272. ſub n. 5. verſ. 3. principaliter in 2.*

Sed dato, quod inuito altero Domino id fieri poſſit in caſu neceſſitatis, quod ſatis probabile videtur, quod poſſit inſcio, admitten-
47 dum mihi non videtur, † quod intelligam regulam *l. qui poteſt inuitis,* non procedere, niſi, quando ad eum, qui ignorat, negocium non ſpectat, vel aliàs ipſe conſenſit, vt bene ibi diſtinguendo, declarat *Bart.* in voluntate adeſt ratio imminẽtis neceſſitatis, quæ id permittit, ſed non adeſt in ignorantis, maximè, quando in loco eſt officialis, vt aderat Prætor
48 D. Ducis, qui poterat requiri, † & data diuerſitatis ratione non intrat regula *d. l. qui poteſt Cagnol. ibid. ſub nu. 3. & 4.*

Tertio Informantes pro Republica aiunt, in remotione nouitatum, non fuiſſe diſcuſſum de ſuperioritate, quod nec poterat diſcuti, tùm quia actus nõ præiudicabat ſuperioritati, tùm, quia D. Barata non erat Iudex, & nõ erat à D. Duce compromiſſa prætẽſio ſuperioritatis, & in tollẽdis nouitatibus nõ proceſſerunt Commiſſarij ordine iudiciario.

Sed reſpondetur inficiari non poſſe, quin, ſi vnus ex DD. Superioribus in loco faciat quid iuriſdictionem concernens inſcio altero eius ſuperioritatẽ lædat, cum ſe gerat veluti, ſi ipſe ſolus eſſet Superior.

Quod verò in actu tollẽdi nouitates Commiſſarij non eſſent Iudices, ſed meri executores non releuat, quia vt tales poſſunt conſolidare ſtatum; Nec opus erat diſcutere de ſuperioritate ad tollendas nouitates pro manutentione ſtatus, ſatis fuit, quod Cõmiſſarius Reipublicæ intelligebat, id D. Ducẽ prætendere vi ſuæ ſuperioritatis, & à Republica habebat authoritatem pleniſſimam, etiam exequendi.

Quarto Reſpondent Informantes, quod ſi datus fuiſſet ſtatus, etiam datus fuiſſet in partibus ad Rempublicam ſpectantibus.

Replico, id eſſe potuiſſe, quando tantùm ad fauorem D. Ducis eſſent ſublatę nouitates, ſed cùm hincinde remotæ fuerint, vtriuſque ſtatus remanſit ſine læſione, & vti talis conuenit, vt cõſeruetur vſq; ad ius cognitum, nec vni parti licet innouando ius ſibi propria authoritate dicere, vt de his ſunt iura vulgaria.

Quinto Dicitur Commiſſarium Reipublicæ nulliter proceſſiſſe, & nõ more iudiciario, quia vnus ex Commiſſarijs poſt alterum ſuſtulit nouitates.

Atqui maxima erat authoritas Cõmiſſarij Reipublicæ, vt eius literæ indicant, poterat. n. quocunq; modo procedere, & totam ſuam authoritatem Reſpublica in eum trãſtulerat; Et actus tollendi in primis, & ante omnia noui-
49 tates, eſt actus præambulus, † ita vt mandato conſequenti, & antecedẽtis mandatum dicatur *l. 2 ff. de Iuriſdict. omn. Iudic.* Ipſiq; Commiſſarij videntur mihi in remotione nouitatum ſimul conueniſſe, & reuocaſſe, licet poſtea nominatim, & ſeparatim exprimantur, quę ab vnoquoq; reuocantur.

Conſideratur ſexto Reuocationem factam eſſe ſaluis iuribus. Quod nihil facere videtur, cùm dicatur *in cæteris*, nihil reſeruatur de effectu remotionis nouitatum; Et non obſtat, quod dictum ſit, id factum pro bono pacis, & dignis reſpectibus, quia hoc conſentaneum eſt Iuri communi, quod pro bono pacis vult, vt ſublatis nouitatibus, vnuſquiſq; manuteneatur in ſtatu ſuo, & vt pendente lite, compromiſſo, vel tranſactione nihil inouetur; ideò ſummariſſimum manutenendi ab omnibus dicitur inductum, ne ad arma deueniatur.

Dicitur tandem Commiſſarios non ha-
50 buiſſe pręoculis pretenſionem D. Ducis, quia ſuum prætendere, & velle non facit ius, nec inducit pretenſionem, niſi ad labia ſua *Innocẽt. in c. olim el 3. circa princip. de reſtit. ſpoliat.* ſed Deum, & Iuſtitiam, & pacem publicam conſideraſſe.

At replico, quod immo non potuit Commiſſarius Reipublicæ aliquid ob oculos ſibi propoſuiſſe, quàm D. Ducis prætenſionem, ob quam tollit nouitates, quia ità cognouit Iuſtitiam dictare, quam præ oculis habebat, & ſi id fecit pro pace conſeruanda, conſeruabitur itidem, ſi vſq; ad ius cognitum conſer-
51 uabitur idem ſtatus, † & concurrente actu po-

ſitiuo

ſit ſuo remotionis, prætenſio D. Ducis non ſtat in terminis ſtatus ad labia, ſed vlterius progreditur.

Fuit etiam voce dictum, leuationem ſbarræ non potuiſſe inferre ad ſtatū, quia Dominus Dux, fatendo ſe feudatarium Imperij, nō poteſt prætendere ſuperioritatem, & directū dominium.

Sed nec iſtud me mouet, quia ſatis eſt ad ſtatum D. Ducis, quod reſpectu Reipublicæ ſit in ſtatu ſuperioritatis, hoc eſt, quod eam non recognoſcat vti ſuperiorem Dominum, vt ſemper dixit eius Procurator, cui ſtatui, cum præiudicent actus ab ea facti, etiam ad defenſionem Conſulum iure videntur tales actus

52 reuocandi: † Nec implicat contrarietatem, quod D. Dux ſit feudatarius Imperij, & habeat ſuperioritatē, optimè *Surd. d. deciſ. 283. num. 18. & ſeq.*

Et hæc quoad decretum D. Baratæ dicta ſufficiant.

Ita conſolidato ſtatu Sereniſs. D. Ducis, & pro veritate firmato præceſſiſſe compromiſſum, iuris eſt, vt pronuncietur, omnia acta pendente d. compromiſſo à Sereniſs. Republica contra Sereniſs. Ducem, vel eius officiales, tendentia contra hunc ſtatum ſuperioritatis, vel libertatis non recognoſcendi Rempublicam eſſe attentata, & vti talia in primis, & ante omnia reuocanda.

Laus Deo, & Virgini.

Hoc eſt ſuffragium Auctoris in cauſa, quæ indecanda erat à Collegio Iuriſprudentum Bononiæ, in qua conſuluit Gionagnon. conſ. 8. cum pluribus ſequentibus lib. 1.

EPITOME.

Arma exiſtentia in Caſtro feudali, quando tranſeant ad eum, qui ſuccedit in feudo, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Arma poſita in Caſtro feudali, vt ibi perpetuo maneant ad eius munitionem, tranſeunt ad ſucceſſorem in feudo.*

Et ideò legato Caſtro, cenſentur legata arma ibi poſita ad eum defendendum nu. 2.

Si verò poſita ſint in Caſtro, non vt perpetuò ibi permaneant, non debentur ſucceſſori feudi num. 3.

Quæ res, quæ in loco ſunt, vt ibi temporaliter maneant, dicuntur eſſe in loco, in quo perpetuò ſolent manere nu. 4.

Quod procedit tàm in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus ibid.

Arma verò poſita in Caſtro ad vſum familiæ Domini, dicuntur ibi eſſe, nō ad munitionem Caſtri, ſed vt temporaliter ibi maneant nu. 5 & 10.

6 *Teſtator præſumitur ſe conformare cum iure communi.*

Et pariter contrahentes nu. 7.

8 *Incluſio vnius eſt alterius excluſio.*

9 *Voluntas hominis etiam verbis expreſſa, ex natura rerum declaratur & nu. 11.*

Et ex ſubiecta materia, circa quam verſatur nu. 12.

10 *Legato certo numero arundinum ex fundo, non dicitur legata ſeruitus eas incidendi, & de ratione.*

13 *Quod eſt veriſimile attenditur.*

14 *Donatio in dubio non præſumitur.*

15 *Res præſumitur alodialis non feudalis.*

16 *In his quæ pendent à voluntate alicuius ſtandum eſt eius iuramento.*

Quando contra iurantē non adeſt iuris præſumptio ibid.

RESPONSVM X.

Auſpice Chriſto.

1 ARma, quæ à Domino feudi reponuntur in arce, vel in caſtro feudali, vel reponuntur, vt ibi perpetuo maneant, vel ad tempus tantum † primo caſu cenſentur de munitionibus, & pertinentijs, vel inſtrumentis caſtri, & debentur ei, qui, vel titulo vniuerſali ſucceſſionis, vel ſingulari emptionis, vel alterius tituli, ſuccedit ad feudū *Bal. in c. 1. §. ſi quis de manſo nu. 4. & ibi Afflict. nu. 30. de controuerſ. inueſtit. idem Afflict. in c. 1. in princ. nu. 54. de capit. qui cur. vend. Cepol. de ſeruit. ruſt. prædiorum c. 31. n. 12. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. nu. 96. cum ſeq. Anchar. in c. cùm dilecti nu. 9. de donat.* † q. 10. legato caſtro, etiam

2 intelliguntur legata arma, quæ ſunt ad defenſionem caſtri, quod prius conſuluit *Oldrad. conſ. 163. Schrader. de feud. p. 3. c. 4. nu. 9. cum ſeq.*

3 † At ſecundo caſu, quando non ſunt in caſtro, vt ibi perpetuo maneant, ſed ad vſum temporalem, vel ad ornamentum, non debentur ei, ad quem feudum, & caſtrum peruenit *Bal. conſ. 238. num. 1. in 3. Balzaran. de feud. tit. epiſcop.*

vel.

vel Abb. §. quin etiam ſub nu. 8 in fin. ibi (& habet locum in feudo) Roſental. de feud. c. 7. con-
4 *cluſ. 47. nu. 15.* nimirùm, quia † quæ ſunt in
loco, vt ibi temporaliter maneant, in eo loco
non intelliguntur eſſe, ſed in eo, à quo receſſerunt, quaſi, quod locus, qui de præſenti
ea tenet illa mutuatus fuerit á loco, à quo receſſerunt, quod tàm in contractibus, quã in vltimis voluntatibus procedit *l. quaſitum §. ſi quis eodem de fund. inſtruct. l. ex facto 35. §. verum ff. de hared. inſt. l. quaſitum 75. in princ. & §. fin. & l. ſi ita legatam 83. ff. de leg. 3. l. pen. §. cum ita ff de aur. & argent. legat. l. debitor 32. ff. de pignor. l. in pradijs 7. ff. in quib. cauſ. pignor. tacit. contra. l. ita veſtimentum 27 ff. de pecul. & l. fundi 18 §. labeo ff. de act. emp. & vendit* Et hanc iuris communis diſpoſitionem verè reſpexit Illuſtriſs. Marchio Vgo
de Pepulis, quando in permutatione ſibi re-
5 ſeruauit arma ad vſum ſuæ familiæ † intelligitur enim reſeruatio de armis, quæ non ſunt in
caſtro ad eius munitionem, & vt ibi permanerent perpetuò, ſed ad tempus, vt familiæ
6 potius, quam loco deſeruirent, † quia quemadmodum teſtatores præſumuntur ſe conformare cum iure communi *l. haredes mei §. cùm*
7 *ita ff ad S. C. Trebel.* ita † & contrahentes *Bar. in l. vt iuriſiurandi ſub nu. 5. ff. de oper. libert. Zanch. id d §. cùm ita in 9 p. nu. 37.* & dicitur notari in *l. quod dicitur ff. de verb. obligat. Rota deciſ 11. nu. 1. parte 1. nouiſſ.*

Difficultas ergo in eo conſiſtit, an arma, de quibus agitur fuerint in loco, & Caſtro Scurani, vt ibi perpetuo manerent ad eius munitionem, an ad vſum familiæ, vt quandoq; inde amouerentur, vbi ampliùs familia ibi illis non indigeret, quod cùm ex deſtinatione patrisfam. colligatur, vt in iuribus antea citatis, in caſu noſtro neceſſe eſt, vt dicamus, arma reperta in Caſtro Scurani nõ fuiſſe ad munitionem, ſed ad vſum familię, quod colligitur à naturà, qualitate, & quantitate armorum: ſupponitur enim in facto, reperiri in loco tantum decem, & octo armaturas leues cum ſuis Galeis, quæ non ſufficiunt ad inſtruendam aciem pro manutentione fortilitij, vel Caſtri Marchionatus, & pariter tantum quatuor tormenta bellica, vulgo dicta ſpingardæ, quæ, & ipſa non ſufficiunt pro manutentione loci, potius igitur dicendum hæc in loco poſita fuiſſe pro vſu familiæ, & defenſione ipſius D. Marchionis, cùm nec ſufficerent pro armandis excubijs & illis, qui Marchionatus curam gerebant; ab his armis excluſa qualitate muniendi locum, neceſſariò includitur vſus familiæ, ita vt potius ſint inſtrumenta concernentia
perſonam D. Marchionis, quam inſtrumen-
8 ta loci, † facit vulgatis regula *l. cum prator ff. de iudic.*
9 † Et ex natura rerum declarari voluntatem hominis probat *l. cum vſusfruc. 13. ff. de vſuf. legat.* optime *Bar. in l. Caius ff. de ann. legat.*
10 † vbi querit legato certo numero arundinum ex prædio, quare non dicatur legata ſeruitus incidendi arundines, & inter alias rationes hanc adducit, quod natura ſeruitutis eſt, vt ſit ad fundi neceſſitatem, & quia illud legatum non eſt ad neceſſitatem fundi, ideo noluit teſtator legare ſeruitutem: Ita, & hìc, vt arma ſint ad munitionem debent eſſe ad neceſſitatem loci, arma de quibus loquimur non ſunt ad neceſſitatem, ergo non ſunt in loco poſita, vt muniant, ſed potius, vt ornent, vel ſeruiant perſonis familię ipſius D. Marchionis, ſentit idem *Oldrad. conſ 243. ſub num. 1.* ibi *(mens antè colligitur)* alia allegat *Aymon. conſ. 186.*
11 *nu. 5.* vbi latè, † quę voluntas, etiam verbis expreſſa regulatur ſecundum naturam rei de
12 qua diſponitur. Huc tẽdit, † quod talis præſumitur volũtas qualis indicatur à ſubiecta materia, circa quam verſatur *Abb. conſ. 93. col. 2. verſ. (ſed his non obſtantibus) in 2. Menoch. lib. 2. de arbitr caſ. 199. num. 2.* plura cumulauit *Euerard. in loc. à ſubiecta materia*, At arma quę ſunt ſubiecta materia, circa quam verſatur voluntas patris familias, ex iam dictis ob earum quantitatem ſunt magis ad vſum familiæ, quam ad vſum loci, ergo ex hoc declaratur D. Marchionis intentionem præſumi, vt ſeruirent pro vſu familiæ nõ pro tuitione loci.
13 Seruit etiam in propoſito † veriſimilitudo, quæ maximè attendenda eſt iuxta *l. nõ eſt veriſimile ff. de eo quod met. cauſ.* cum alijs, de quibus *Euerard. in loco à veriſimili. Bal. conſ. 343. in princ. in primo. Aym. conſ. 33. nu. 22. Menoch. d. caſ. 199. nu. 3.* At non eſt veriſimile, nec in mente prudentis viri cadere poteſt, quod voluerit D. Marchio tam exiguo numero armorum vti ad muniendum locum, veriſimile autẽ eſt, id voluiſſe ad vſum familiæ ſuæ pro ſua defenſione, ergo deſtinatio erit ad hoc, non ad perpetuam loci defenſionem. Coadiuuatur etiã veriſimilitudo, ex eo, quod armaturæ erant prius Bononię in habitatione ipſius D. Marchionis, & tunc certum eſt, quod non erant ad munitionem, cùm habitationes nobilium, & aliorum ciuium Bononienſium ſatis munitæ ſint à iuſtitia Superiorum, ſed erant, vel ad ornatũ, vel ad vſum familiæ, quapropter veriſimile eſt, quod voluerit D. Mar-

chio

Digitized by Google

ubiq; vt eſſent in Caſtro Marchionatus ad eũdem effectum: Et eſt inueriſimile, & alienum à iuris præſumptione, voluiſſe ipſius arma libera, & allodialia facere certo modo feudalia, & ſubiecta deuolutioni, vt ſunt, quando ad muniendum locum feudalem tendunt, vt antea probaui; hæc enim eſſet ſpecies donatio-
34 nis. † quæ in dubio non præſumitur, vt ſunt iura vulgaria in *l. Campanus ff. de oper. libert. & in alijs*, & inde eſt, quod res ſemper potius præſumitur allodialis, quam feudalis, ità in dubio præſumentur hæc arma in loco, non vt ſint feudalia, vt locus, ſed potius libera, & allodialia, & proinde, vt familiæ deſeruiant, & non loco *Doct. in c. nimis de iure iuran.* & alij, de quibus *Menoch. præſumpt. 91. nu. 1. in 3.*

Tandem, cum hoc, an arma fuerint nec ne poſita in loco, vt ibi perpetuò eſſent, pendeat à ſola voluntate ponentis, ſi non conſtaret de animo D. Marchionis ex ſubiecta materia, & quantitate armorum (vt ego exiſtimo conſta-
36 re) † ſtandũ eſſet aſſertioni ipſius D. Marchionis cum iuramento *Bar. in l. inter omnes §. rectè nu. 3. ff. de furt.* id tenens, quando contra iurantem non adeſt iuris præſumptio *Aymon. conſ. 8. nu. 12. Guid. Pap. deciſ. 205. in fine. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 36. in princ. & ibi adeſt prima additio*, quæ ad hoc allegat bonas gloſſas *Rom. conſ. 76. nu. 5. & conſ. 298. in fine, & ibi Mandoſ. in addit. in verbo (probare) Maſcard. de probat. concl. 951. nu. 5. lib. 2. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 1. n. 14.* Et ita iuramento poterit D. Marchio declarare, qui fuerit animus ſuus, & ſua voluntas, quando iuſſit arma reponi in Caſtro feudali.

Laus Deo, & Virgini.

E P I T O M E.

Poſſeſſorem manutenendum eſſe in poſſeſſione, & deiectum ab ea reſtituendum: Et ex quibus hæres dicatur continuare poſſeſſionem defuncti, vel de nouo eã adipiſci, nec ab ea cecidiſſe preſertim in feudalibus. Quando remedia retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis cumulari poſſint.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſorium retinendæ intentans debet probare de præſenti poſſidere, vel prius poſſediſſe, & n. 2.*

Quia qui prius poſſedit manutenendus eſt nu. 25. vbi de ratione.

Et debet probare poſſeſſionem aduerſarij, quæ dicitur probata, quando aduerſarius ſe opponit, & negat actorem poſſidere nu. 3.

Immo ſufficit ſola diffamatio nu. 23.

4 *Statutum continuans poſſeſſionem defuncti in hæredem procedit etiam in feudalibus præſertim contra alios in feudo prætendentes.*

Et maximè in feudo cum clauſula, quibus dederit *nu. 5.*

6 *Feudum cum d. clauſula*, quibus dederit *efficitur allodiale, ſecundum opinionem* Rolental. & Gabr.

Et ex ea tribuitur libera facultas diſponendi de feudo cauſa mortis, & inter viuos nu. 7.

8 *Poſſeſſio ciuilis continuata in hæredem per ſtatutum ſuſtinetur ex poſſeſſorio retinendæ.*

9 *Poſſeſſorium retinendæ intentat ille, qui poſſidet ciuiliter, etiam ſi turbetur in ſola naturali poſſeſſione.*

10 *Poſſeſſio probatur per inſtrumentũ adeptionis.*

11 *Vectigalia ſunt Iuris feudalis, non priuatorũ.*

12 *Et ideò ſolus Princeps liberat à vectigalibus.*

13 *Actus intelliguntur facti ex titulo præambulo.*

14 *Petitorio ſuſpenſo in eo ſunt ligatæ manus Iudicis.*

15 *Poſſidens feudum pro indiuiſo dicitur facere actus poſſeſſorios in totũ iure familiaritatis.*

16 *Poſſidens, ſi fateatur alium poſſidere, dicitur animo dimiſiſſe poſſeſſionem.*

17 *Confeſſio tutoris non nocet pupillo, niſi ſit facta in iudicio.*

Erronea doctò de errore non nocet nu. 18.

Immo reuocari poteſt nu. 19.

20 *Nihil eſt, quod magis ſit contrarium conſenſui, quàm error.*

21 *Emens cum pacto francandi non dicitur habere Iura in re empta, ſed dicitur verè emere, efficiturq; Dominus.*

Ille verò dicitur habere Iura, qui habet ius francandi nu. 22.

24 *Docens incontinenti de iure ſuo debet obtinere in poſſeſſorio.*

26 *Spoliatus eſt reſtituendus.*

Etiam quod ſpoliatio proueniat à facto tutoris nu. 27.

28 *Remedia retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis ſunt contraria, & ideò non poſſunt ſimul cumulari.*

Fallit, quando ſubordinatè proponuntur, & vnum conditionaliter ad aliud nu. 29.

Præſertim in interdicto vti poſſidetis nu. 30.

31 *Remedia tendentia ad eundem finem cumulari poſſunt.*

32 *Clauſula petens* ſuper prædictis &c. omni meliori

liori modo &c. efficit, vt libellus ſuſtineatur ſecundum illud remedium, quod in iudicio probatum eſt.

Clauſula prædicta non ſinuit periclitari libellum nu. 33.

34 Nouitius eſt ſub Iuriſdictione Epiſcopi, Et ex ſolo habitu gaudet priuilegio clericali.

Eſt ſub Iuriſdictione Eccleſiaſtica, & ideo conueniendus in foro Eccleſiæ nu. 35.

Religioſus dicitur, licet commutabiliter nu. 36.

Renunciationi factæ à Nouitio non poteſt interuenire Iudex laicus, ſed debet interuenire eccleſiaſticus nu. 37.

38 Conſtitutio Mediolanenſis Collegijs prohibet tranſlationem Dominij, & de ea non poteſt opponi in poſſeſſorio.

Non habet locum in Vidua viri Mediolanenſis, etiam ſi recedat à domicilio viri nu. 41.

Nec comprehendit bona extra iuriſdictionem conſtituentium nu. 42.

Multos alios caſus, in quibus non habet locum d. conſtitutio recenſet Flor. nu. 43.

Hæc conſtitutio non poteſt allegari à tertio, ſed debet allegari, vel à fiſco, cui bona alienata applicantur, vel à partibus, inter quas facta fuit alienatio nu. 44.

39 Vidua retinet domicilium mariti.

Quamuis recedat ab habitatione illius nu. 40.

RESPONSVM XI.

SI in patrocinio cauſæ, quam iuſtiſſimè agunt Illuſtriſs. & Excellentiſs. Iugales Comites Nouellariæ, Excellentiſſimaq; Marchioniſſa Vaſti ex ceſſione Filiæ; cum Illuſtriſſimis, & Excellentiſſimis Iugalibus Marchionibus Piſcariæ, inſiſterẽ in ſingulis, quæ hinc inde proponuntur excipiuntur, replicantur, & contrareplicantur, & in ſingulis, quæ ab vtraque parte producta fuerunt, longa ſcriptura grauarem Illuſtriſs. & Excellentiſs D. Iudices, & cauſæ paitum proficeriem: ſcribam propterea ea, quæ cauſæ reſolutionem reſpiciunt, quam in eo exiſtimo conſiſtere, vt remota quacunq; ſuſpenſione exequatur manutentio in poſſeſſione alias prudentiſſimè decreta in fauorem Comitum, & Marchioniſſæ.

Etenim de poſſeſſorio retinendæ agitur, vel ſit ſummariiſſimum, vel potius ordinarium vti

1 poſſidetis, † in quo ille obtinet, qui probat ſe poſſidere, & in poſſeſſione continuare tempore, quo interdictum proponit *Bar. in l. 1. §. vlt. nu. 18. ff. vti poſſid. in l. vnic. §. 1. num. 3. C. eod. Pract. Papienſ. de forma libel. pro turbata poſſ. verſ. (hodie tenent.) in princ. Alex. conſ 92. nu. 4. in 1. Nyhſing. conſ. 71. nu 9. & conſ 16. nu. 5. Euerardus conſ. 34 n. 73. & 74. in 2. Aym. conſ. 568 nu. 29 in 4. D. Menoch. de retinenda*

2 *poſſeſſ. remed. 3. n. 556. cum ſeq.* † & ſatis probatum dicitur de præſenti poſſeſſione, ſi de anteriori probetur, & aſſirmetur poſſideri tempore, quo petita eſt manutentio; præſumitur enim, quem, conſtat prius poſſediſſe, & nunc poſſidere *l. ſiue poſſidetis C. de probat. Cin. & cæteri in l. non ignorabit C. ad exhibendum Practic. Papienſ. in forma libelli turbatæ poſſeſſionis d. verſ. (hodie tenent) num. 2. Capic. deciſ. 209. nu. 2. Bero. conſ. 55. nu. 6. in 3. Surd. conſ. 117. nu. 2. in 1. Rebuf. ad conſt. Gallia tomo 3. tit. de index. poſſeſſor. artic. 2. gloſ. 3. nu. 14.*

3 Oportet etiam, vt agens probet turbationem aduerſarij, quæ ex eo ſatis probata eſt, quod ſe opponit in iudicio, contendendo, ſe eſſe ſolum poſſeſſorem, & actorem non poſſidere *Bero. d. conſ. 55. ſub nu. 5. in 3. Bar. in l. ſi prius in 5. contrario prima partis nu. 3. ff. de oper. non. nunc. Bal. in l. ordinarij verſ. (deinde quæro) C. de rei vendicat. idem Bar. in l. 1. §. huius autem ff. vti poſſidet. & in conſ. 112. nu. 2. p. 1.* & poſt eum, *& Corn.* quos allegat, id plenè comprobat *Ant. Cioph conſ. 21. nu. 15. in 2.*

At pro parte Excellentiſs. D. Comitum omnia hęc ſunt in probatis, vt nunc oſtendemus, conſequens igitur eſt, vt in propoſito obtineant. Prius, quantum attinet ad poſſeſſionẽ ſatis eſt, quod conſtet Illuſtriſs. DD. Catherinam Comitiſſam Nouellariæ, & Mariam, quę ceſſit Marchioniſſę Vaſti matri fuiſſe hæredes patris, ex quo ſequitur, vt in eas pro earum portionibus continuauerit poſſeſſio, quæ erat in Marchione patre virtute Cōſtitutionum loci, quæ mihi ſupponitur ita diſpone-

4 re, † & ſecundum magis communem opinionem, etiam procedunt in feudalibus, præcipuè contra alios in feudo prætendentes *Guliel. Benedict. in c. Raynutius de teſtament. par. 2. verſ. (mortuo itaq; teſtatore &c 2) ſub nu. 70. verſ. (tamen contra) & num. 71. Maſuer. in practic. forenſi tit. de feud. n. 16. & 17. Dec. conſ. 467. incip. (benè & conſultè) ſub nu. 9. verſ. (& iſta concluſio)* plenè *Tiraquel. in tract. le mort. ſaiſit. 5. declarat. nu. 20.* quod indubitatum erit in feudo Caſalis Maioris, quod nec ex eius forma, nec ex cōſuetudine loci excludit fęminas,

5 nec ad primogenitas reſtringitur † Immo cum ſit acquiſitum cum clauſula *(pro quibus dederit)* facilius in eo intrabit d. conſtitutio, licet enim

non

Digitized by Google

andeam affirmare, † hanc clauſulam reddere
6 feudum prorſus allodiale, ac ſi receptum eſſet
pro quibuſcunq; hæredibus ob authoritatem
*Aſſrotal. de feud. c. 9. memb. 1. conclus. 41. nu.
10. cum ſeq. & Gabr. conſ. 84. num. 42. in 2.*
7 tamen, † cum hæc clauſula tribuat feudatario
liberam licentiam alienandi in cauſa mortis, &
inter viuos, quaſi quod in hoc, vel non ſit feu-
dum, vel non habeat naturam feudi *c. 1. de
feudo non habent. prop. nat. feud. Rol. conſ. 42.
in fine in 1. Gabr. d. conſ. 84. nu. 44. cum ſeq.*
efficit etiam, vt in huiuſmodi feudo facilius
mortuus mancipet viuum.

8 Hæcq; poſſeſſio per hanc conſtitutionem
tranſlata admittit quodcunque retinendæ in-
terdictum *to. Fab. in §. ſumma ad fin. & in §.
retinendæ ſub nu. 7. Inſt. de interdict.* quod ab
omnibus nemine reluctante receptum eſſe,
teſtatur *Tiraquel. le mort ſaiſit in 6. parte de-
clarat. 1.* nimirum, quia ex huiuſmodi conſti-
tutione transfertur ciuilis poſſeſſio, *idem Ti-
9 raquel. eod. tract. par. 1. declarat. 7.* † & pro ea
datur interdictum retinendæ, quãdo quis tur-
batur, etiam quod turbaretur in ſola naturali
*l. clam poſſidere §. qui ad nundinas ff. de ac-
quir. poſſ. gloſ. in l. quemadmodum eod. tit. §.
poſſidere Inſtit. de interdict. Bero. d. conſ. 55.
nu. 3. in 3.*

Sed, & vltra d. conſtitutionem cõſtat Ex-
cellentiſs. D. Marchioniſſam vti tutricem om-
nium filiarum, & nomine omnium per procu-
ratorem, & actorem plures feciſſe actus poſ-
ſeſſorios in d. terra Caſalis Maioris, vt locu-
pletiſſimè conſtat publico documento de an-
10 no 1590. 8. Martij. † quod inſtrumentum ſo-
lum ſufficeret ad poſſeſſionem probandam.
*Zuchard. in l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. nu.
433. Soc. conſ. 209. num. 5. in fin. in 2. Ant.
Ceph. d. conſ. 21. nu. 6. in 2.* motus authorita-
te *Pauli in conſ. 234. nu. 3. in 2.* quem actorem
fuiſſe rectè, & ritè conſtitutum a matre,
quæ prius legitimè decreta fuit tutrix conſtat
publicis documentis productis. Sequuntur, &
alij actus poſſeſſorij, vt ſunt plures quietantiæ
factæ nomine omnium ſororũ conductoribus
vectigalium, quæ non tantum redditus, ſed &
11 ius feudale reſpiciunt, † cum vectigalia ad iu-
riſdictionem, & ius feudale, & non ad ius pri-
uatorum pertineãt *Bertach. de gabel. in princ.
prima par. Boſſ. poſt tract. criminal. tit. vectigalia,
qui poſſunt imponere Afflict. de feud. tit.
quæ ſint regal. in verſ. (vectigalia) nu. 3.* con-
ferunt ſcripta à *Pereg. de iure fiſci lib. 6. tit. 5.
12 num. 22,* vbi † quod à Principe tantum datur
liberatio à vectigalibus, & ſi ſola primogenita
fuiſſet in poſſeſſione feudi, vtiq; aliæ ſorores
non ſe ingeſſiſſent in redditibus vectigalium.
Vt pariter eſt lis ſuper oppido Caſalis, mota
à maſculis de Illuſtriſs. Domo de Aualos con-
tra omnes ſorores vti poſſeſſores, & alia plura
ex proceſſu colliguntur, quibus adeo euiden-
ter iuſtificatur Dominarum Sororum poſſeſ-
ſio, vt de ea dubitari non poſſit, vt cum ab ea-
rum procuratore aſſeratur in conteſtatione
litis, & in proponendo remedium retinendæ,
eas poſſidere, à præterito ad præſens ducta
præſumptione ſatis dicitur probatum de præ-
ſenti poſſeſſione ex iam allegatis.

Nec de memoratis actibus poteſt dubita-
ri, quod ſint alia ratione geſti à dictis DD. ſo-
roribus earum tutrice, vel procuratoribus,
quã ratione poſſeſſionis in d. oppido, eo quod
per obitum patris prætendant habere partem
in feudo dicti oppidi.

13 Quia † qui ſequuntur actus intelliguntur ſe-
qui ex præambulo titulo *l. 2. vbi gloſ. C. de
acquir. poſſeſ. gloſ. in l. quadam mulier ff. de rei
vendicat. Rebuf. de mater. poſſeſſor. in præfat.
nu. 123. Bero. conſ. 46. num. 2. in 3. Alba conſ.
64. nu. 32 & 75. Gabr. conſ. 32. num. 2 & conſ.
190. nu. 9. in 1. Surd. d. conſ. 117. nu. 20. in 1.
Rota deciſ. 363. nu. 2. & 549. num. 10. part. 1.
nouiſſ.*

Vt nec dubitari poteſt de præſumpta con-
tinuatione poſſeſſionis, quaſi quod ab actibus
factis ab Excellentiſs. Marchionibus Piſcariæ
ipſa ſit interrupta, primo, quia multa ex dedu-
ctis concernunt petitorium, quod cum ſit da-
tum in ſuſpenſo, nihil poteſt produci, quod
14 ad illud facere poſſit † immo in eo ligatæ ſunt
manus iudicis, & ſuſpenſa iuriſdictio *c. 1. de
reſt. ſpoliat. c. paſtoralis de cauſ. poſſeſſ. & pro-
priet. c. cum eccleſia Sutrina § verùm eod. tit.
gloſ. in c. ex conqueſtione de reſt. ſpoliat. Rot.
deciſ. 16. num. 2. de reſt. ſpoliat. in nouis Veral.
deciſ. 322. parte 2. & deciſ. 143 parte 3.* Secun-
do quia multa ſunt, quæ poſſeſſionẽ non præ-
ſeferunt impedientem poſſeſſionem ciuilem
tranſlatam per cõſtitutionem, vel naturalem,
& ciuilem adeptam per actus poſſeſſorios,
de quibus antea, ſed important nudam turba-
tionem in naturali poſſeſſione, cuius ratio-
ne Illuſtriſſimæ ſorores nunc adiuerunt Excel-
lentiſs. Senatum, vt partes ſuas interponendo,
efficeret, vt Illuſtriſſimi Iugales à dictis mole-
ſtationibus deſiſterẽt; Tertio, quia illis oſten-
ditur quidẽ, Illuſtriſs. D. Iſabellam actus poſ-
ſeſſorios feciſſe in terra Caſalis Maioris, ſed
non in totum, quia ipſa ſola vti domina poſ-
ſideat, ſed pro portione ſua regulando poſſeſ-
ſionem

ſionem à titulo præambulo ex iuribus antea
15 citatis,† Et quando etiam conſtaret actus poſſeſſorios reſpexiſſe totum locum, cùm inter Dominas ſorores poſſideretur pro indiuiſo, & cōſtet de titulo hæreditario, ſcilicet quod feudum eſſet conductum pro hæredibus, & omnes fuerint æqualiter hæredes patris, & nomine omnium adeptam fuiſſe poſſeſſionem, intelligerentur proceſſiſſe iure familiaritatis *l. qui iure familiaritatis, & ibi Bart. Ang. Imol. Rom & Alex. ff. de acquir. poſſ. Aym conſ. 61. n.* 2. & poſt iſtos *Surd. conſ. 6. nu. 10. in fi.* & de fratribus, & ſororibus habentibus rem communem, vt hic *Rol. conſ. 77. ſub num. 26. verſ. (& idem dicit in fratre) in 1. Barz. deciſ. Bonon. 49. num. 13. D. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 160. nu. 15.* qui alios allegat.

16 Nec obſtat, quod Excellentiſſ. mater, & tutrix confeſſa fuerit Illuſtriſſ. D. Iſabellam Marchioniſſam Piſcariæ primogenitam hæredem fuiſſe in feudalibus inter quę in inuentario, cum poſita fuerint iura Caſalis Maioris, videatur animo poſſeſſionem dimiſſam fuiſſe à matre nomine filiarum *l. poſſideri §. ſaltus l. quem. & l. peregre § fin. & l. ſeq. & l. ſi quis §. fin. ff. de acq. poſſ. §. poſſidere autē verſ. (quin etiam) Inſt. de interdict.* Ita vt tota poſſeſſio conſolidetur in ipſa D. Iſabella, vt inde poſtea deducatur, quod poſſederit non iure familiaritatis, ſed iure proprio: Maximè adiunctis ſequeſtrationib. pro alimentis ad inſtantiam DD. ſororum, & epiſtola D. Torrſcis ad Franzinetum, vt ſuper Caſali Maiori adminiſtratio relinquatur Illuſtriſſ. D. Iſabellæ iam conſtitutæ in tali ætate, vt potuerit ex ſe prudenter adminiſtrare.

Siquidem confeſſio neceſſario referenda eſt ad illa feuda, quæ ex ſuâ natura primogenituram continebant, quemadmodum huius conditionis plura reperiebantur, non verò ad feudum Caſalis, quod nec ex qualitate loci, nec ex forma inueſtituræ reſtrictum erat ad primogenituram, ſed receptum pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, omnes hęredes aptum erat includere, Et quatenus iſta confeſſio referretur etiam ad feudum Caſalis (quod
17 nullo modo admittendum, eſt) † illa ſi non fuit facta in contentioſa iuriſdictione non nocet filiabus pupillis *Cyn in l. 1. q. 14. C. de confeſ.* quem citat & ſequitur *Marc. deciſ. Delphinal. 56. nu 2 part. 1. Gutierr. de tutel. & cur. part. 3. c. 1 nu. 79.* qui de cō alios allegat, & ſequitur *Md. in. de confeſſ. c. 9. art. 1. n. 1. & 2.*
18 Et quicquid ſit, † quia ex inſpectione inueſtituræ cōſtat, quod res aliter ſe habet, confeſſio erit erronea, & docto de errore non nocebit *Aym. conſ. 157. nu. 8. Soc. iun. conſ. 180. nu. 85. vol. 2. Belamer. deciſ. 791. fallent. 4. Mancin. de*
19 *confeſſ. c. 7. nu. 2.* † Immo oſtenſo errore reuocari poteſt *idem Mancin. c. 4. Tiſ. in l. error nu. 9. C. de iur. & fact. ignora. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſ. 21. nu. 5. & 6. Gabriel. de confeſſ. concl. 6. nu. 8 & 10.* quos vna cum alijs allegat *Mancin. d. c. 4. in princ.* Et ob hunc notoriū errorē non poteſt reſultare animus dimittendi
20 poſſeſſionem, † quia nihil eſt, quod eo magis ſit contrarium animo deliberato, & conſenſui *vulg. l. ſi per errorem ff. de iuriſd.*

Sequeſtratio autem pro alimentis obtenta in redditibus Caſalis nihil nocet, quia intelligetur pro tertia parte ad ipſam Dom. Iſabellam pertinente; & in ſumma ex productis à parte aduerſa nihil eſt, quo iuſtificetur poſſeſſio in totum, ſed cum ſimpliciter enuncietur D. Iſabellam poſſediſſe, attento præambulo titulo intelligetur pro portione ſua, cum omnia, quæ ſequuntur regulentur à præcedenti titulo, vt iam probatum eſt.

Quod verò obijcitur de epiſtola ad Franzinetum nihil prorſus facit, quia nō poſſeſſionem, ſed ſimplicem adminiſtrationem reſpicit, quæ potuit pro tertia fieri nomine proprio, & pro duabus tertijs nomine ſororum. Et poteſt etiā intelligi epiſtola reſpectu tertiæ partis, in dubioq; ità intelligendum eſſe attenta veritate tituli præcedentis iam demonſtratum eſt. Immo, & hoc fatetur ipſa D. Iſabella, quæ in inuentario, quod confecit non facit mentionem de Caſali Maiori, vt de alijs feudalibus, ſed ſub his verbis *(le ragioni ſopra Caſal Maggiore)* quæ verba, vel ſignificant ius illud, quod ipſa habet in Caſali, quod eſt tertię partis, vel illud ius, quod in alijs duabus partibus prætendit pro ſolutione debitorum cōmunium: Nec poteſt dici ità fuiſſe dictum, quia locus Caſalis venditus erat cum
21 pacto francandi, † nam qui emit cum hoc pacto verè emit, efficiturque dominus, *Tiraq. quæſt. de retract. conuentional. §. 1. gloſ. vnic. nu. 34. & §. 5. gloſ. 2.* & ideò non dicitur ſimpliciter habere iura in re vendita, ſed dicitur
22 eius dominus, † iura habere dicitur ille, apud quem eſt ius francandi *Goz ad. in l. 2. nu. 118. C. de pact. inter empt. & vendit.*

Quare concludendū eſt, poſt tranſlatam, & adeptam poſſeſſionē ab omnibus ſororibus, nullum ſecutum fuiſſe actum impedientem, quin præſumatur eadem poſſeſſio perſeuerata vſque ad conteſtationem in hoc iudicio retinendæ, Et proinde neceſſe eſt, vt dicamus

mus

Digitized by Google

mus pro parte noſtra probatam fuiſſe poſſeſ-
ſionem.

Prout, & turbatio rectè probata eſt ex ex-
ceptionibus, & oppoſitionibus Aduerſantiū,
etiam antea allegatis. quæ à Doct. ſunt adeo
23 probata, vt ſint qui opinentur,† ſolā diffama-
tionē ſufficere Mynſing.conſ.25.nu.14.& 15.
motus authoritate Bart. in l.1.§.hoc autem in-
terdictum ff.vti poſsid.nu.2.& in l.ſi priuſquā
nu.3.ff.de oper.nou.nunc.

His igitur probatis conſequens eſt, vt dica-
tur, rectè iudicatum fuiſſe, DD. ſorores ma-
nutenendas eſſe, & nunc remota ſuſpenſione
ſtandum eſſe in eadē reſolutione, præſertim,
quia nihil noui apparuit, quòd releuet, vt ex
aduerſo prætendebatur.

Et quando etiam ex deductis conſtaret de
aliqua poſſeſſione Illuſtriſſimæ D. Iſabellæ
etiam in portionibus ad ſorores ſpectantibus
24 (quod ſemper negatur)† cum ex inſpectione
inueſtituræ conſtet de defectu iuris ſui, quia
ſola non vocatur, nec de primogenitura fit
mentio non poterit ipſa obtinere, ſed pro ſo-
roribus pronunciandum erit, pulchrè Surd.
conſ.117.ſub num.18.verſ.(quarto reſpondeo)
25 in primo.† Amplius ex continuatione poſſeſ-
ſionis, & poſſeſſione adepta paulò poſt patris
mortē, conſtat in duabus tertijs de antiquiori
poſſeſſione ſororum, ideo ipſæ manutenendę
erunt. c. licet cauſam de probat. Bar. in l.ſi duo ff.
vti poſsid. in l.1. C.eod. & alijs in locis, de qui-
bus plenè Natta conſ.538.nu.3.& Aym. conſ.
566.nu.6.in 4.& vulgò id receptum eſt adeò
à DD. vt in eo probandum non ſit vlterius in-
ſiſtendum, eam adducunt rationem, quod re-
centior poſſeſſio clandeſtina reputatur d. c.
licet cauſam, & quia prior poſſeſſor facit, ne
ſequens poſſidere videatur Bal. in c.ſi diligen-
ti de præſcript. Curt. ſen. conſ.24.in princ. Rau-
denſ. de analog. lib.1.c.40.nu.5.& 6. Nec op-
ponendum eſt, non eſſe pares terminos, &
conſtare de iuſtitia poſſeſſionis D. Iſabellæ,
qua ex præcedentibus conſtat, iuſtitiam poſ-
ſeſſionis in remedio propoſito eſſe apud Do-
minas ſorores, nec diſcerendum quis iuſtius
poſſideat, ſed qui de facto prius poſſideat.

Sed ſi aliquid de intentione partis aduer-
ſæ admittendum eſſet, dato (ſed non conceſ-
ſo) Illuſtriſſimam D. Iſabellam nunc poſſidere
totum locum controuerſum, non inde tolli-
tur, quin euidentiſſimè conſtet, ſorores per
prius poſſediſſe pro portionibus ſuis iuſtiſſi-
mo titulo, vnde obtinebunt neceſſariò in poſ-
ſeſſorio reſtituendæ conſilio, quod prius poſ-
ſidebant vna cum ſorore, & nunc ab ea ſpolia-
26 tæ ſunt, † ſpoliatum enim reſtituendum eſſe,
nec poſſe quempiam ius ſibi dicere notiſſimi
iuris eſt l.ſi quis ad ſe fundum C. ad l. Iul. de vi
27 pub. c. in literis de reſt. ſpoliat. etiam† quod ex
facto D. tutricis proueniret ſpoliatio gloſ. in l.
meminerint in verbo (tutoribus) C. vnde vi Ant.
Gabr. lib.5. concluſ. tit. de reſt. ſpol. concluſ.1.nu.
33. quod remedium ſubordinatè propoſitum
fuit nedum via ordinaria, ſed & ex reſtitutio-
ne in integrum ex edicto minorum, & ex edi-
cto maiorum, ſi qua mihi iuſta cauſa, & omni
alio meliori modo, quo iuſtitiæ complemen-
tum recipi poſſet.

28 Nec obſtat, quod remedium retinendæ,
& recuperandæ ſupponant contraria princi-
pia, & ideò non poſſint cumulari l.1. C. de furt.
Doct. in l. edita C. de edend. in 3. reg. cumulatio-
nis Bar. in l. naturaliter §. nihil commune num.
15. ff. de acquir. poſs.

29 Quia immo cumulari poſſunt, cum ſubor-
dinatè proponantur, & vnum conditionaliter
ad aliud, vt in petitione; ibi (& vbi dici poſſet
eis non competere &c. Bar. in l. ſi expreſſim n.
4. cum ſeq. ff. de appellat. Paul. in l. contra maio-
res ſub nu.3. ibi (conſilium eſt ergò) C. de inoffic.
teſt. Iaſ. in l.1. ſub nu.21. fallent.5. C. de furt.
Franch. in c. dilecto n.56. q.21. vbi, & Dec. nu.
6. verſ. (vltima concluſio) de appellat. Ang. Aret.
in §. ſed iſte nu.7. Inſtit. de act. Doct. in l. edita
30 C. de edend. vbi pulchrè Bolognet. nu.106.† Et
hoc ſine principio difficultatis procedit in in-
terdicto vti poſſidetis, quod dicitur habere
mixtam naturam, retinendæ ſcilicet reſpectu
ciuilis poſſeſſionis, & reintegrandæ reſpectu
naturalis Menoch. remed.3. recuperandæ q.2.
nu.26. Paul. conſ.234. ſub nu.1. verſ. (& primo
ad primum) in 2. Natta conſ.572. num.21.&
22. in 3. Surd. conſ.160. n.72. in 2. Mohed. de-
ciſ.174. alias 11. de cauſ. poſs. & propriet. ſub
n.1. ibi (maximè) quia ſimul, & ſucceſſiuè &c.
& latè proſequitur alios allegando Menoch. d.
remed.3. retinenda q.64. nu.507.& ſeq. Dùm
enim poſſidens ciuiliter agit vt non turbetur
in poſſeſſione ciuili, id agit, vt ei reſtituatur
nālis, quā occupare aliud non eſt, quā turbare
in ciuili, & dum quis agit, vt reſtituatur natu-
ralis, id agit, vt non turbetur in ciuili, quo fit,
31 † vt remedia tendentia ad eūdē finē cumulari
poſſint Bar. in d. l. ſi expreſſim nu.6. ff. de appell.
32 Tandem omnis difficultas ceſſat † ex clau-
ſula petens ſuper prædictis iuſtitiæ cōplementū
nō tantū modo præfato, ſed prout melius cōpetit,
vel competere poterit, & alias omni meliori mo-
do, per quam clauſulam ceſſant omnes diffi-
cultates, & ſuſtinetur libellus ſecundum illud

remediũ, quod in iuditio probatum eſt *Cagn.*
in d. l. edita nu. 218 C. de edend. Dec. conſ. 445.
in caſu ad me tranſmiſſo, nu. 22. & conſ. 683.
in caſu propoſito, nu. 9. Grat. conſ. 79. nu. 18. &
33 *ſeq. in 2.* † non enim ſinũt hæ clauſulæ pericli-
tari libellum dixit *Nouizan. conſ. 97. num. 5.*
Iaſ. in §. omnium num. 147. cum pluribus ſeq.
vſq; ad n. 158. Inſt. de act. Capic. dec. 10 n. 22.

Nec quod dicitur de rationibus ceſſis à
creditoribus paternis officit, ſi quidem id eſt
dare de petitorio, & obijcere exceptionem la-
tiorem poſtulantem ſpeculationem, cum po-
tuerint, vel iura creditorum, vel ceſſiones pati
aliquos notabiles defectus, & poteſt eſſe,
quod fuerint creditores occaſione illorũ feu-
dorum, quæ ad primogenitam ſpectabãt, quæ
omnia in petitorio diſcutienda erunt, & nunc
ſuſpenſo nõ poſſunt impedire adminiſtratio-
nẽ iuſtitiæ in poſſeſſorio, vt iam probatũ eſt.

Tãdem, quia videtur etiam dubitari, quod
Illuſtriſs. D. Lauinia non poſſit eſſe in hoc iu-
dicio vti ceſſionaria Illuſtriſs. D. Mariæ filiæ
ſuæ, quòd nõ valeat ceſſio facta à puella, quæ
nondum profeſſa fuerat cum authoritate Vi-
carij Superioris Eccleſiaſtici, & ſi valet hoc
reſpectu, quod non potuit fieri in Matrem fo-
renſem ex conſtitutione Mediolanen. *Colle-*
gij. Dicitur nec iſta aliquod ne minimũ qui-
dem negotium facere, nam ad primũ reſpon-
34 detur, † quod licet ipſa D. Maria nondum pro-
feſſa fuiſſet, ſed tantũ in habitu monachali no-
uitia, erat tamen ſub iuriſdictione Epiſcopali,
& ex ſolo habitu gaudebat priuilegio clerica-
li, & Eccleſiaſtico *c. religioſo §. 1. de ſent. excõ-*
municat. in 6. & ibi Doct. præcipuè Steph. Co-
35 *ſta qui nam. 14.* † ait nouitios eſſe in foro Ec-
cleſiaſtico conueniendos, & ita eſſe ſub iudi-
ce Eccleſiaſtico *Doct. in c. beneficiũ de regul.*
in 6. Iacob. de Graph. in appẽdice ad deciſ. ſuas
lib. 1 c. 7. nu. 67. vbi, quod nouitius eſt ſub iu-
36 riſdictione, & tuitione Eccleſiæ, † quo reſpe-
ctu dicitur religioſus, licet commutabiliter,
Franch. in d. §. 1. c. religioſo de ſent. excomm.
Gratian. deciſ. 35. num. 15. quod enim ſit ſub
tuitione iudicis Eccleſiaſtici eſt ipſi nouitio
fauorabile, ideò hoc reſpectu religioſus repu
tatur, vt tenere cõmuniter Doct. teſtatur *Rod.*
in quæſt. regular. tom. 1. q. 21. artic. 11. verſ.
(denique) cum ergo D. Maria etiam in noui-
tiatu religioſa reputaretur quoad tuitionẽ, ſe-
quitur, vt † in eius ceſsione nõ potuerit inter-
37 uenire iudex laicus, ſed deberet interuenire
Eccleſiaſticus *Marſ. poſt Anchar. & Dec. quos*
allegat in ſingul. 667. Et omnis difficultas
ceſſat, quia à *ſacroſan. Concil. Trid. ſeſſ. 25.*
de regular. c. 16. diſponitur, vt Epiſcopus, vel
eius Vicarius interuenire debeat in renuncia-
tionibus, & obligationibus, quæ fiunt à noui-
tijs proximè ante profeſſionẽ, Nec obſt quod
in d. ceſſione nulla ſit facta mentio de diſpoſi-
tione Concilij: quia non probatur, pro forma
requiri, vt de Concilio fiat mentio, ſatis eſt,
quod fiat actus ſecundum eius formam.

Quod verò attinet ad conſtitutionem *(Col-*
legij) cum nunc agatur de mero, & ſimplici
38 poſſeſſorio, † nõ eſt quod detur de hac conſti-
tutione prohibente translationem dominij, vt
in ea, ibi (*vendere, nec alienare &c.*) & requi-
rente altiorem indaginem, cùm plures ſint
caſus, in quibus conſtitutio non intrat, de qui-
bus *Plot. conſ. 19* quorum aliqui ſunt in termi-
39 nis noſtris, & pro nunc ſufficiat dicere † Illu-
ſtriſ Marchioniſſam manentem viduam reti-
nere domicilium mariti *l. filij libertorum §. vi-*
dua ff. ad municipal. l. fœminæ ff. de ſenator. Bar.
in l. quoties C. de priuileg. ſcolar lib. 12. Doct.
omnes in l. cum quadam in princ. ff. d. iuriſdict.
40 *om. iudic.* † quod etiam procedere, quando vi-
dua recederet ab habitatione mariti defun-
cti ait *Alex. in d. l. cum quadam ſub num. 10.* ſi
retinet domiciliũ, ergo ſubdita manet, vt erat
41 maritus, † nec erit locus cõſtitutioni, quæ pro-
hibet alienare in perſonam non ſubditã *Car-*
pan. ad d. conſtitutionem Collegij verſ. (huic
dominio non ſubditam.)

42 Præterea conſtitutio non comprehẽdit bo-
na extra iuriſdictionem conſtituentium, idem
Carpan. ad d. conſtitut. verſ. (nobis ſubditi) ſi
Caſalis Maioris oppidum eſt extra iuriſdictio-
nem Ducatus Mediolanenſis, res eſt expedita,
quod non eſt locus conſtitutioni.

43 Amplius ſi caſus eſſet ſub conſtitut. † alle-
gatio expectanda eſſet, vel à fiſco, cui bona
alienata ex forma d. conſtitutionis applicãtur,
vel à partibus, inter quas facta fuiſſet aliena-
tio, non à tertio, vt ex *Dec. Calcan. Alciat. Af-*
flict. & alijs pluribus ſcripſit idem Carpan. ad
d. conſtit. verſ. (non valeant, ſintq́; nullius mo-
menti &c.)

Quare ex omnibus iſtis putarem, partes Ex-
cellentiſs. Senatus eſſe, ſtare in iam decreta
manutẽtione ad fauorem Illuſtriſs. D. Cathe-
rinæ, & Illuſtriſs. Marchioniſſæ eius Matris vti
ceſſionariæ filiæ; ſaluo tamen iuditio cuiuſli-
bet rectius ſentientis, cui hæc omnia, licet ex
iuris veritate (vt opinor) ſcripta, ſobijcio.

Laus Deo, & Virgini.

Digitized by Google

EPITOME.

Conſuetudo trahendi laicos ad forum Eccleſiaſticum ad inſtantiam Clericorum, quādo inducta dicatur, & de eius validitate: Scientia ex quibus præſumatur.

SVMMARIVM.

Verba enunciatiua probant in antiquis.
Et teſtes de auditu nu. 2.
3 *Conſuetudo in genere probatur per teſtes ſingulares.*
4 *Conſuetudo, & præſcriptio probatur per plures actus continuos.*
5 *Conſuetudo trahendi laicos ad forum Eccleſiaſticum ad inſtantiam Clericorum eſt à Iure approbata.*
Et fauorabilis nu. 19.
Ideoq; extendenda nu. 20.
Et in dubio intelligitur acquiſita in omnibus cauſis num. 18.
Ac priuatiuè ad laicos num. 21.
6 *Quaſi poſſeſſio probatur per unicū, vel ad ſummum duplicem actum.*
Satisq; eſt, vt colorato titulo iuſtificetur nu. 7.
Et pro titulo ſeruit tempus immemorabile n. 8.
6 *Ad inducendam conſuetudinem, non eſt neceſſaria iudicialis contradictio, ſed ſufficit extraiudicialis.*
Et ad inducendam conſuetudinem immemorabilem, non eſt neceſſaria ſciētia actuum, ex quibus ea inducitur nu. 14.
10 *Sciētia de præterito præſumitur etiā de præſēti.*
Sicuti etiam præſumitur ex diuturnitate temporis nu. 17.
Et ex actibus publicè celebratis nu. 12.
Sufficitq; ſcientia officialium ad præiudicium principis nu. 13.
15 *Poſſeſſorium ſummariſſimum conceditur ſimplici detentori pro manutentione non tantùm quaſi poſſeſſionis, ſed etiam ſimplicis ſtatus.*
16 *Conſuetudo ab Eccleſia præſcripta non poteſt minui per laicos qualitate adiecta.*
17 *Actus hortandi nō pertinet ad iuriſdictionem, & ſuperioritatem.*

RESPONSVM XII.

Adſumus Beatiſsime Pater, vt noſtrum qualecunq; patrocinium præbeamus in fauorem Eccleſiæ Metropolitanæ Mediolanenſis, & vt libertatem Eccleſiaſticam defendamus.

Fundamentum noſtrum eſt, Eccleſiam præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat, & antiquiſſima conſuetudine acquiſiuiſſe iuriſdictionem trahendi laicos ad inſtantiam clericorum.

Quod primo probamus Decreto Ducis de anno 1389. quo hortatur iudices Eccleſiaſticos, vt laicos relinquant coram ſuis iudicibus, quod minimè neceſſarium erat, ſi conſuetudo hæc tunc non obtinuiſſet: ſecundo commiſſione Innocentij VIII. his verbis *(ad quem ſ. Vicarium, cognitio ſimilium cauſarum, quæ inter ſimiles perſonas de antiqua, & approbata, & vſq; ad hæc tempora pacificè obſeruata conſuetudine pertinet)* & cauſa erat inter clericum actorem, & laicum reum de anno 1487.
1 † verba etiā enunciatiua in antiquis probant *Alex. conſ. 6. col. fin. in 1. Aym. de antiquit. temp. p. 1. ſub nu. 1.*

Adſunt præterea teſtes de ſcientia teſtificantes ab anno 1505. infra, & inde ſupra de auditu, qui examinati ad perpetuam rei memoriam nō leuem probationem faciunt iun-
2 ctis alijs adminiculis, † & licet de auditu reſpectu certi temporis deponant benè admittuntur in antiquis. *DD. in c. licet ex quadam de
3 teſt. Aret. conſ. 37. in 2. dubio,* † eorumq; dicta, etiam ſingularia iunguntur ad probandam conſuetudinem in genere *l. ob carmen §. fin. & ibi gl. & DD. ff. de teſt. Gabr. de teſt. concluſ. 2. nu. 19. 23. & 26.*

Adſunt præterea proceſſus ab anno 1482. ad annum 1567. & ab inde etiam infra vſque ad hæc tempora indicantes actus plures cōti-
4 nuos iuriſdictionales, † quibus conſuetudo, & præſcriptio probatur, *DD. in c. fin. de conſuet. Soc. in c. cum contingat num. 10. de for. compet.* & ſunt opponentibus laicis, reluctantibus, & hortantibus ſecularibus magiſtratibus, in cauſis profanis, & patrimonialibus, quando clerici agebant ex eorum perſona, tanquam ſucceſſores laicorū, & ex laicorū ceſſionibus, ita vt in omni caſu benè de cōſuetudine conſtet.

Ita approbata conſuetudine probabili, lau-
5 dabili, † & à iure approbata *c. ſi clericus de for. compet. gl. 1. c. 2. de alien. iud. mut. cauſ. fact.* ſi in petitorio agatur obtinebit Eccleſia, magis ſi agatur in poſſeſſorio ordinario vti poſſidetis,
6 † in quo ſatis eſt, quod vnico, vel duplici actu ad ſummum probetur quaſi poſſeſſio, *DD. in c. cum Eccl. Sutrina de cauſ. poſſ. & propriet. Alex. conſ. 74. nu. 16. vbi add. in 5. Rom. conſ. 70. n. 13. per tex. in c. 1. §. ſi non vaſſallus, quid
7 ſit inueſtitura in vſ. feud.* † & vt colorato titulo iuſtificetur, *Bal. in l. ordinarij nu. 6. & ibi*

uan l. in fin. C. de rei vendicat. hoc vero caſu
pro titulo ſeruit tempus immemorabile, *l. hoc
iure §. ductus aquæ vbi gl. ff. de aq. quot. & aſt.
Bald. de præſcript. in 2. p. 3. partis princ. q. 6.
nu. 12.* fortius etiam obtinebit, ſi agatur ſum-
mariſſimo poſſeſſorio manutenendæ Eccle-
ſiæ in ſtatu, in quo nunc reperitur.

Obiectiones aduerſariorum nihil nocent,
dum primo negant cõſuetudinem iuridicam,
quia nõ eſt obtenta in contradictorio iudicio,
9 † nõ n. neceſſaria eſt iudicialis cõtradictio, ſed
extraiudicialis, *Cyn. in l. 2. in 9. q. 2. q. princ.
C. quæ ſit long. conſuet. Bar. in l. de quib. in le-
ctura n. 13. & in repet. col. 9. verſ. 2. videamus
ff. de legibus Alex. conſ. 174. col. 2. in 6. Aym. de
antiquit. part. 4. nu. 17.* quæ hoc caſu adfuit
Secundo negant eorum ſcientiam, quam ta-
10 men hortatoriæ indicant, † & quę ſi olim fuit,
& hodie præſumitur, *arg. tradit. in l. ſiue poſſi-
detis C. de probat. vbi Bal. & Bar. idem Bar. in l.
11 Celſus nu. 22. ff. de vſucap.* & quæ præſumitur
ex diuturnitate temporis *Salicet. l. authorita-
tem verſ. quæro de q. facti C. vnde vi Aym. de
12 antiquit. p. 4. num. 131. verſ. eſt verum.* † & ex
natura actuum celebratorũ publicè, vbi plu-
res conueniunt, *Aret. conſ. 41 nu. 5. Corn. conſ.
293. ad fin. in 3. Aym. conſ. 371. ſub n. 8. Corn.
conſ. 268. nu. 12. & ſeq. in 4. Dec. conſ. 85. n. 3.*
13 † & miniſtrorum Regis ſcientia benè ſufficit,
*Bal. conſ. 340. num. 3. in 5. Boer. deciſ. 277. ſub
nu. 7. verſ. (& quod ſufficiat) Aym. de antiquit.
temp. par. 4. num. 130. Bal. de præſcript. in 2.
p. 5. partis princ. q. 3. princ. nu. 19. verſ. ſed du-
14 bitatur Gabr. de præſcrip. concl. 1. nu. 64.* † Im-
mo in conſuetudine, ſeu præſcriptione imme-
morabilis temporis ſcientia non eſt neceſſa-
ria dicitur ex veriori ſententia, *Ang. poſt gl. in
l. hoc iure §. ductus aquæ in fin. ff. de aq. quot. &
æſt. Alex. ex veriori conſil. 16. n. 3. in 1. & conſ.
24. nu. 15. in 5. Dec. conſ. 85. ſub nu. 3. verſ. (&
quod nõ requiratur) Rom. in l. 1. §. denique num.
4. de aq. plu. arcen. & in l. vectigalia in princ.
ſub n. 4. verſ. (opinionem tamen) de publican.
Imol. in c. ſi publicanus §. in omnibus ſub num.
4. verſ. (ſed certe) ff. de publican. Prob. ad Mo-
nach. in c. 1. num. 23. de præſcrip. in 6. Bald. ex
magis communi, & veriori de præſcript. in. 2. p.
3. part. princ. q. 6. verſ. (& ulter. nu. 20. & in
3. par. 4. par. princ. q. 1. n. 4. verſ. (ſed quicquid)
Rui. conſ. 69. col. 3. ſub nu. 5. verſ. nec etiam
in 3. Gabr. de præſcrip. concl. 1. num. 61. & ſeq.*
non in petitorio, nec in ordinario poſſeſſorio
15 minus in ſummariſſimo poſſeſſorio, † quod
conceditur detentori ſimplici pro manuten-
tione, non tamen quaſi poſſeſſionis, ſed e-
tiam ſimplicis ſtatus *Couar. practic. quæſt. c.
17. ſub nu. 5. verſ. ſi ſane Menoch. de retinend.
poſſ. remed. vlt. nu. 18.*

Aiunt cõtradictione interrupiſſe conſuetu-
dinem, ſed licet hortati fuerint non contradi-
xerunt, nec eorum hortatoriæ ſeruatæ fuerũt,
& contradictione non obſtante Eccleſia per-
ſeuerauit in cõſuetudine, ergo cõſuetudo ma-
gis roborata, Præcepta facta Reſtæ ſunt extra
terminos conſuetudinis, facta poſtquam in
prima inſtãtia cauſa deciſa fuerat coram Ec-
cleſiaſtico, vt Reſta non vteretur breui obten-
to ab eo pro commiſſione cauſæ in ſecunda
inſtantia. Carcerationes duæ nihil faciunt, nã
prima fuit facta, vt compeſceret laicos, qui
doloſè renunciauerant in præiudicium tertij
hæreditatem, vt illa accreſceret clerico, ita ex-
tra terminos conſuetudinis, ſecunda captura
facta fuit pendente hac contentione.

Tandem admiſſa conſuetudine, prætẽdunt
eam hortatorijs qualificatam, quod negamus,
16 † quia cũ ante vſum hortatoriarũ cœperit con-
ſuetudo, & præſcripta fuerit, quam cõſtat cœ-
piſſe anno 1482. & ſupponitur antea etiã fuiſ-
ſe, & hortatoriæ cœperint de anno 1505. nõ
potuerunt laici qualitate adiecta minuere iam
obtentam conſuetudinem *Barbat. in c. 1. cle-
17 ricus ſub nu. 13. de for. compet.* † maximè cum
actus hortandi nihil ad iuriſdictionem, & ſupe-
rioritatem pertineat *Felin. in c. præterea col.
3. de ſponſal. Gomeſ. in repet. c. 1. nu. 13. de iu-
dic. in 6. Mandoſ. de inhibit. q. 4. ſub nu. 4.*
Aiunt ante annum 1505. hortatos fuiſſe, ſed
id non probant; Præterea quicquid ſit non
conſtat hortatorias ab Eccleſiaſticis ſeruatas,
immo conſtat ſæpè neglectas; Addatur, quod
ab anno 1571. receſſit ab vſu iſte abuſus hor-
tandi, ita Eccleſia præſcriptione legitima
liberauit iuriſdictionem ab hoc onere, & verè
vſus hortandi erat abuſus, cum laici hortaren-
tur etiam in cauſis merè eccleſiaſticis contra
omnia iura, & præcepta canonum; Nec dicãt
aduerſarij id ignoraſſe, quia (vt iam dictũ eſt)
diuturnitas temporis viginti annorum, & vl-
tra, & qualitas cauſarum, quæ publicè in foro
tractabantur arguit ſcientiam.

18 Hæc autem conſuetudo ſeu præſcriptio in
dubio intelligitur in omnibus cauſis acquiſita
Aym. de antiquit. temp. p. 4. nu. 39. & etiam
quia fauorabilis eſt, fauent. n. clericis, & redu-
cit nos ad ius antiquiſſimum *c. ſi quis preſby-
ter 3. q. 1. vbi gl. & gloſ. in c. ſtatutum in ver-
bo numerandum de præbend. in 6.* probans fa-
uorabile, quod nos reducit ad ius antiquum,
& ita extendenda *gl. in l. illud in fin. C. de ſa-
croſanct.*

Digitized by Google

criſanct. Eccleſ. Iaſ. in l. ſi conſtante col. 13. verſ. (4. limita) ff. ſolut. matrim. & in dubio intelligitur acquiſita priuatiuè ad laicos *c. irrefragabili de offic. ordin. Cardinal. in clem. 1. verſ. (ne igitur) in 2. not. de celeb. miſſ. Felin. d. c. irrefragabili in princ. col. 1. verſ. (de clara prædicta) & in c. paſtoralis num. 5. 8. limit. de offic. ordinar. Butr. & Imol. in c. conquerente col. pen. de offic. ordin. Bal. conſ. 201. in 2. Galderin. conſ. 2. de præſcript. & conſ. 6. de ſentent. excommunic. Balb. de præſcript. 1. part. 5. part. princ. q. 11. num. 8. Ferret. conſ. 142. num. 13.*

Laus Deo, & Virgini.

Hac breui conſultatione Auctor vſus eſt, dum à Federico Card. Borromæo non virtute minus, quam Purpura Clariſſimo Principe Ferrariam accerſitus eſſet, vna cum præſtantiſſimo I. C. Guidone Panzirolo Patauina Academia Primario Iuris profeſſore, vt coram Clemente VIII. Pontifice Maximo Mediolanenſis Eccleſia cauſam tueretur.

EPITOME.

Colones Eccleſiæ à laicis collectari non poſſe.

SVMMARIVM.

1 I*Mmunitas Eccleſiaſtica conceſſa eſt perſonis, & bonis.*
Et tranſit in colonos ad inſtar immunitatis realis nu. 3.
Vel prædium tranſit ad eos cum immunitate num. 4.
Quia, quando terra eſt priuilegiata colonus non tenetur ad onera n. 5.
Et coloni colentes terras immunes, ſunt immunes n. 6.
Siue immunitas competat ex priuilegio particulari, ſiue ex priuilegio Iuris communis nu. n. 7.
8 *Religionis ſemper maxima ratio fuit etiam apud Ethnicos.*
9 *Immunitates conceduntur Clericis ob plura onera, quibus ipſi, non autem laici grauati ſunt, de quibus* Euerard.
10 *Dominus, non colonus tenetur ad collectas indictas perſonis pro rebus.*
Si tamen coloni Eccleſiæ ſoluerent, non poſſent repetere ab Eccleſia, quia eſt immunis n. 11.
12 *Illud, quo contrahentes cum Eccleſia ſiunt deterioris cõditionis, vel redduntur difficiliores ad contrahendum præiudicat libertati Eccleſiaſtica, & non valet, & n. 34.*
13 *Pro eadem re duæ collectæ imponi non poſſunt.*
14 *Collecta non eſt ſoluenda à Domino directo, & à Domino vtili.*
15 *Onus efficit, vt res minus valeat.*
16 *Emens ab Eccleſia non tenetur ſoluere gabellã ex communi.*
17 *Contrahens cum Eccleſia non ſoluit collectã, quãdo ius collectandi naſcitur immediatè ex contractu, ſecus ſi naſcatur ex facto extrinſeco, quod inde ſequatur & nu. 31. 32. 33. & 37.*
18 *Quod offendit libertatem, vel immunitatem Eccleſia, ſiuè directè, ſiuè indirectè reprobatum eſt, etiamſi de Eccleſia non fiat ſpecialis mentio.*
19 Gutierez. & Parlador. *reprobantur.*
20 *Hiſpanorum iura volunt libertatem Eccleſiaſticam ſeruari, & annullant ſtatuta, quæ eam lædunt.*
21 *In conſeruatione immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ conſiſtit vtilitas publica diuina.*
22 *Vtilitas publica diuina anteponitur vtilitati publicæ humanæ.*
23 Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 562. lib. 2. *reprobatur.*
Reſpondetur eius rationibus n. 37.
Referuntur DD. ab eo allegati, qui eius opinionem non probant n. 35.
Et illi, quos omiſit allegare pro contraria opinione n. 36.
24 *Inter Dominum, & colonum partiarium contrahitur ſocietas.*
25 *Immunitates vnius ſocij communicantur alteri.*
Præſertim, quando alias immunis non gauderet ſua immunitate n. 26.
Vel diminutam haberet n. 27.
28 *Clerici non poſſunt cogi ad recipiendos hoſpites in domibus ſuis.*
29 *Onus hoſpitandi milites eſt mixtum, quod perſonis iniungitur pro rebus.*
30 *Non datur qualitas ſine ſubiecto.*
33 Federic. de Sen. conſ. 111. *quomodo procedat.*
38 *Non tenet argumentum de emphiteuta ad colonum, quoad ſolutionem collectarum.*
39 *Reſpondendum eſt rationibus* Theſaur. deciſ. *116. quomodo reſponſum eſt rationibus* Menoch. *j.*
40 *Factum particularium non præiudicat Eccleſia.*
41 *Conſuetudo contra immunitatem Eccleſiaſticam non valet.*

RESPONSVM XIII.

Auſpice Chriſto.

CAuſa, quæ controuertitur inter Miniſtros Catholicę Regiæ Maieſtatis, & Religioſos eſt facilis reſolutionis ad fauorem Religioſorum, vtcunque contradicant illi,
qui (vt ait *text. in cap. Clericis de immunit. Eccleſ. in 6.*) magis timent Maieſtatem humanam, quam diuinam offendere, ſiue in genere quæramus, an Coloni Religioſorum collectari poſſint, ſiue dubium perſtringamus ad illud lucrum, quod Colonis ſupereſt deductis impenſis culturæ, valore maſſaritij, & ſeminibus, ad ſimilitudinem aliorum, qui negotiationem, & mercimonium exercent.
1 Primum illud maximè facit, † quod immunitas Eccleſiaſtica, non tantum eſt ad perſonas, ſed & ad bona Eccleſiarum *c. quamquam de cenſ. in 6. ibi (cum igitur Eccleſia, Eccleſiaſticaq́; perſona, ac res ipſarum)* & per hunc textenent: *omnes Doct. in c. Non minus de immunit. Eccleſiæ*, & in alijs locis citatis ab alijs, qui ante me ſcripſerunt pro libertate Eccleſiaſtica,
2 † vnde cum coloni, vel partiarij, vel ad numos poſsideant Eccleſiæ, & non ſibi ipſis *l. non ſolum §. poſſeſſionem ff. de vſur. & l. certè §. his, qui ff. de precar. Socin. in c. 1. de cauſ. poſſ. & proprie-*
3 *tatis, n. 63* † ad eos neceſſe eſt, vt tranſeat immunitas bonorum ad inſtar immunitatis realis, *l. forma §. quam ſi in ff. de cenſ. l. actionum genera §. 1. ff. de act. & obl. & not. in l. quia tale ff. ſolut. matrim. dym. conſ. 239. ſub nu. 4. Surd. conſ. 525. nu. 26. in 4. Feſtaſ. de collect. par. 4.*
4 *c. 8. num. 2.* † vel rectius dicamus ad colonos tranſire prædia cum immunitate Eccleſiaſtica, cum in Colonia, poſsideant Eccleſię *Abbas in conſ. 9. verſ. (ad ſecundum) in primo*, qui ait,
5 † quod quando terra eſt priuilegiata non tenetur Colonus partiarius ad onera, huc tendit, & id, quod poſt *Bart. & Io. de Plat.* ſcripſit *Na-*
6 *uiſ. conſ. 25. nu. 10. & conſ. 69. nu. 6. in 1.* † Colonos colentes terras immunes, eſſe immunes,
7 & idem in fortioribus terminis ſcribit *Decian. conſ. 6. in 4.* in priuilegio particulari conceſſo intuitu perſonę, magis id erit in priuilegio iu-
8 ris communis conceſſo intuitu Religionis, † cuius etiam apud Ethnicos maxima ſemper ratio fuit *l. ſunt perſonæ ff. de reliq. & ſumpt. fun.*
9 magiſq; id procedit, † quia immunitates conceduntur Clericis, & Religioſis ob plura onera, quibus ipſi ſoli, & non laici grauantur, de
quibus *Euerard. in conſ. 42. num. 15.* & ideo conuenit, vt hæ immunitates; quaſi conceſſæ ex cauſa onteroſa, tranſeant etiam in illas perſonas, quæ non iure ſuo, ſed iure Eccleſiæ fructus percipiunt.
10 Accedit ſecundo, quod cum Coloni non recipiant fructus iure proprio, ſed iure Domini, cui poſſident, cui etiam ſoluunt pretium fructuum, vel nummis, vel actuali cultura, non tenentur ad collectas indictas perſonis pro rebus, ſed ad eas locator tenetur *Bald. in l. 2. ſub nu. 5. C. de annonis, & tributis, lib. 10. Alex. cõſ. 33. ſub n. 12. in 4* & clarius *cõſ. 4. ſub n. 4. in 5. Natta conſ. 36.* & in puncto *conſ. 409.* Vanum igitur eſt iſtud prætẽdere in Colonis Eccleſiarum, aliàs id eſſet tollere his colonis id,
11 quod de iure competit, † & cũ non poſſint huiuſmodi collectas repetere à locatoribus, quia ſunt immunes, quemadmodum poſſent repetere à locatoribus laicis, vt aiũt *Alex. & Natt. citati*, in hoc erunt deterioris conditionis, & reddentur difficiliores ad contrahendum cũ
12 Eccleſia, † quæ omnia præiudicant libertati Eccleſiaſticæ iuxta traditiones *Doct. in c. cum terra de elect. in c. Eccleſia S. Mariæ de conſt. Anchar. conſ. 12. & 13. Alex. conſ. 211 num. 7. in primo.* Nec obſt. quod in hoc Coloni non ſint in conditione deteriores Colonis laicorũ, quia allegare abſurdum non eſt ſoluere difficultatem, eſt enim abſurdũ, & contra iuſtitiã collectare dominos pro prædijs, quod vtiq; intelligitur pro fructibus (quia nimis impium eſſet pro prædijs infructuoſis collectare) & ratione eorundem fructuũ collectare Colonos, præſertim quia vt audio, dum collectantur domini prædiorum non habetur ratio fructuũ pro parte Dominica tantũ, ſed habetur ratio ad menſuram, & quantitatem prædij, quod verò hoc ſit abſurdum, & contra iuſtitiam,
13 † patet eo, quod iure traditum eſt pro eadem re duas collectas imponi non poſſe *Alex. conſ. 78. ſub nu. 2. conſ. 143. nu. 6. & conſ. 148. nu. 1. in 6. Dec. conſ. 248. ſub num. 4. verſ. (Et ex id*
14 *hoc idem)* † & in puncto *Natta conſ. 193.* vbi quod pro eadem re non eſt ſoluenda collecta impoſita pro alendis militibus a Domino directo, & a Domino vtili, & ſi diceretur hanc iniuſtitiam nõ eſſe conſiderandam in Colonis Eccleſiæ, quia Eccleſia non collectatur, facilè poſſe reſponderi, quod collectare Colonos, quia ob immunitatem non poſſunt collectari Eccleſię, eſt per indirectum lędere libertatẽ Eccleſiaſticam, & fraudare immunitatem.
Tertio, ſi hac collecta Coloni grauarentur, minus etiam Eccleſiaſtici locarent, † qui 15

onus

Digitized by Google

ctus efficit, vt res minus valeat, *gloſ. fin. in §. fin. ff. de vſufruct. legat. Oſaſch. deciſ. 83. n. 9.* & patet ad ſenſum, experientiaq; notum eſt, qd qui conducunt, rationem habent onerũ, quibus ſubijciuntur, ex quo ſequetur, quod Eccleſia minus locabit adiecto hoc onere, atque prius ſolita erat locare, & in hoc non dicetur amittere lucrum, ſed pati damnum, quia ità eius reditus diminuentur, & proinde etiam diminuendus eſſet numerus Religioſorum, quod eſſet indirectè offendere libertatem Eccleſiaſticam, & efficere, vt effectualiter Eccleſiaſtici ſentiant diminutionem reditus ob collectam Colonis impoſitam, & vt certo modo collectam ſoluant, hoc manifeſtè reputatur à *Doct.* improbatum, *l. ſi*
16 *venditor ff. de ſeru. export.* † qua ratione magis receptum eſt, vt emens ab Eccleſia non teneatur ad gabellam, quia ex hoc actu geſto cum Eccleſia, ipſa ſentiret damnum, eo quod minus venderet *Bald. conſ. 31. ſub nu. 2. in primo Rol. conſ. 61. nu. 15. in 4. Gabr. conſ. 161. nu. 3. in 2. Rom. iun. conſ. 724. nu. 48. in*
17 *6. Gratian. diſcep. forenſ. lib. 2. c. 390.* † quod iſti DD. reputant indubitatum, quando ius collectandi non naſcitur ex actu ſeparato à contractu geſto cum Eccleſia, & qui contingat poſt contractum cum Eccleſia celebratum, ſed habet dependentiam immediatè ex contractu cum Eccleſia, vt cõtingit in hoc caſu, in quo ius collectandi prætenditur ex eo, quòd Colonus percipit fructus, & non ex aliquo actu ſeparato, quod benè ad cauſam no-
18 ſtram eſt conſiderandũ. † Et quod illud, quod indirectè offendit immunitatẽ, & libertatem Eccleſiæ ſit reprobatum, ac ſi directè offenderet, ab omnibus eſt receptum, etiam quod de Eccleſia non fieret ſpecialis mentio, *c. fin. & ibi gloſ. de immunit. Eccleſ. in 6. c. quanto, de priuileg. c. ſtatutum de hæretic. in 6. Calder. & Collegium noſtrũ Bonon. apud Anchar. conſ. 12. & 13. & Anchar. ipſe conſ. 155. ſub nu. 7. verſ. eiſdem Eccleſijs. Gemin. conſ. 74. col. 1. verſ. (ſicut ergo directè) Grammatic. deciſ. 100. nu. 10. & 14. & alij, de quibus alba conſ. 8. n. 18. & Surd. conſ. 301. num. 75. 76. & 77. in 3.*
19 † & quamuis *Gutterez de gabel. q. 87. nu. 6. & Parlador. lib. 1. quotid. quæſt. c. 3. §. 1. nu. 16.* admittant poſſe Eccleſiam lædi per indirectum ex gabellis impoſitis, ne deneiãt dubitæ obuentiones, & iura Regalia: tamen id ſcripſerunt ex affectione ad Regiam Maieſtatem, & non ex veritate: quia non legitur ex conſeruatione libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ vnquam ſecutam fuiſſe diminutionẽ Maieſtatis Principum, ſed maximè
20 auctam fuiſſe, † ideò religioſiſſimè iura Hiſpanorum volunt libertatem Eccleſiaſticam ſeruari, & annullant Statuta, quæ eam lędant, vel Eccleſiaſticis perſonis præiudicant *Fernã. Vaſq.* id teſtatur *lib. 3. de ſucceſſ. creat. §. 26. nu. 72.* & quando etiam (quod negatur) lędentur in aliquo reditus Regij, in illis con-
21 ſiſtit vtilitas publica humana, † & in cõſeruatione immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticę conſiſtit publica vtilitas diuina, *l. iubemus C.*
22 *de Sacroſanct. Eccleſ.* † quæ anteponitur humanæ *c. bona memoria il primo de poſtul. Prælat. l. ſancimus C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & per hæc iura *Bar. in l. 1. in 4. oppoſit. ſub nu. 26. ff. ſolut. matrim.* & ex ordine literæ facit tex. in *l. 1. §. huius ſtudij ff. de iuſt. & iur.* ibi publicum ius in ſacris in Sacerdotibus, in Magiſtratibus conſiſtit.

23 Ea verò, quæ contra hoc fundamentum ſcripſit *Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. caſ. 562. num. 46.* quod per hoc non ſit inferre damnum, ſed tollere lucrum, & quod per indirectum, & ſecundariò poſſit Eccleſiæ inferri damnum, non ſunt vera, & recepta in iure, vt conſtat ex allegatis antea, & infra dicetur, & cum poſſint diminui reditus Eccleſiæ ſoliti, non eſt amiſſio lucri, ſed illatio damni.

24 His quarto adiungo, inter Colonos partiarios, & dominos geri contractum ſocietatis, in quo dominus ponit prædia, & Colonus operas, & inſtrumenta fundi, vt fructus, qui inde oriuntur, æqualiter diuidantur *Bar. in l. ſi merces §. vis maior ff. locat. Bald. in l. 1.*
25 *C. pro ſoc. in 7. quæſt.* † ſed immunitates vnius ſocij communicantur alteri, *Grat. conſ. 132. n. 6. in primo cum alijs, de quibus Surd. d. conſ.*
26 *301. n. 81. & 82.* ergo, &c. † & licet multi ex *Doct.* loquantur, quando alias immunes non gauderent ſua immunitate, ſeruiunt tamen,
27 † quia ob illud minus, quod offerent Coloni, Eccleſiaſtici non haberent integram immunitatem, quemadmodum haberent, ſi nummis ſuis colerent, & qui colunt ad partem fructuum, poſſunt ob onera minus offerre in pactis, ex quo virtualiter ſemper minueretur commodum, quod religioſi habent ex immunitate.

28 Et res clara magis redditur, dum ſermo reſtringitur ad collectas, quæ exiguntur pro hoſpitatione militum: ſi quidem non tenentur Religioſi in ſuis domibus recipere hoſpites, vt eſt tex. ad literam *in l. 1. C. de Epiſc. & Cleric.* ita nec tenebuntur Coloni, quia habitant domos Religioſorum, & conſequenter,

nec tenebuntur ad id, quod ſoluitur pro ho-
ſpitatione.
29 Tandem, cũ agatur de oneribus mixtis, quę
perſonis iniunguntur pro rebus, quale eſt o-
nus hoſpitandi milites *Natta conſ. 409 nu. 3.*
Lanc. Gallia conſ. 59. num. 73. vt eis ſit locus
oportet, vt adſit proportionabile ſubiectum
30 rei, ob quod imponatur collecta, † nimirum
quia non datur qualitas ſine ſubiecto *l. 2. ff. de*
vſufr. aut igitur miniſtri Regij volunt colle-
ctare colonos pro prædijs, quæ colunt, & non
poſſunt, quia prædia non ſunt eorum, ſed Ec-
cleſiæ, & id eſſet collectare rem Eccleſiaſti-
31 cam, quod non licet. † Aut volunt eos colle-
ctare pro negotiatione, quam gerunt, dum
conducunt prędia colenda, & minus poſſunt,
quia hæc eſt negotiatio, quæ geritur cum Ec-
cleſiaſticis immediate, qui ſunt immunes, &
proinde ſunt, & illi, qui cum illis contrahunt
ex *d. conſ. Bald. 31. in primo; & ex alijs, qui*
eum ſequuntur, de quibus ſupra nu. 16. non
enim in hac negotiatione poteſt ſeparari lai-
cale ab Eccleſiaſtico, cum ſit negotiatio effe-
ctus conductionis; iſti enim ita negotiantur,
quia conductores ſunt, & non poſſunt conſi-
derari vti conductores, niſi ſimul conſide-
rentur Eccleſiaſtici locatores. Aut volunt
eos collectare ratione lucri, quod reſtat de-
ductis impenſis, & hoc lucrum eſt quid incer-
tum, & prorſus imaginarium, quod in Colo-
nis partiarijs ferè nunquam datur, qui omnes
fructus in alimenta penè ſemper erogant, vt
eſt notiſſimum, & præcipuè, quia ſunt (vt ac-
cepi) alijs oneribus grauati, quæ ex varijs oc-
caſionibus ſæpe vireſcunt, & nunquam are-
ſcunt, ideò ſuper re prorſus incerta an ſit, &
quanta ſit, onus conſtitui non põt, præſertim,
quia valdè iniquum eſſet, & contra piam vo-
luntatẽ Principis, vt pauperes collectarentur
pro rebus, quæ eorũ alimentis neceſſaria ſunt.
32 † Et quando etiam daretur hoc lucrum certũ,
cum illud immediatè pendeat à contractu
inito cum Eccleſia, & non naſcatur ex facto
extrinſeco, quod inde ſequatur, ſcilicet quia
illud lucrum colonus contrectare velit; non
poterit collectari, quia per indirectum Ec-
cleſia læderetur, vt antea dixi, ex diſtinct.
Bald. in d. conſ. 31. in primo.
33 Hanc puto eſſe ipſam veritatem, cui non
credo obſtare conſ. *Federic. de Senis 111.* nã
ipſe loquitur, quando pars colonica ratione
gabellæ imponendæ conſideratur, vti pror-
ſus ſeparata à iure Eccleſię, ſcilicet, quia ga-
bella imponitur ratione actus extrinſeci, qui
oritur ſine facto Eccleſiæ, poſtquam pars eſt
facta Coloni, ſcilicet, quia Colonus velit ven-
dere fructus, vel tranſportare de loco in lo-
cum pro venditione, vel tranſportatione ſol-
uet gabellam, quia hi actus nullam depen-
dentiam habent; ſed conſiderare, quod Co-
lonus ſoluto affictu, vel conſignata Eccleſiæ
ſua parte habeat aliquod lucrum, licet illud
ſit laicale, habet dependentiam à contractu
cum Eccleſia inito, & non poterit collectari
ob damnum, quod Eccleſia immediate ſen-
tiret; ita declarat *Menoch. conſ. 130. nu. 19.*
34 *in 2.* vbi plura ad caſum noſtrum refert. † Ac-
cedat etiam, quod quando probaretur in fa-
cto, ex impoſitione fieri, vt Eccleſia difficī-
lius inueniat Colonos *Federic.* faceret pro
nobis, & alia reſponſio ad hoc *conſ. eſt apud*
Nattam d. conſ. 409. nu. 6.
35 Nec etiã obſtat, quod *Menoch. d. caſ. 562.*
lib. 2. de arbit. iudic. referat plures tenentes
hanc opinionem, & pauciores tenentes con-
trariam, quia vt deſeruiat cauſæ pro prima
opinione allegat plures, qui non erant alle-
gandi, & pro ſecunda ommittit plures, qui
poterant allegari, nemo ex allegatis ab eo
contra nos. *Innoc. & Abb.* loquuntur in caſu
particulari aduentus Principis *Salic.* in fiſco,
non in Eccleſia *Io. de Plat.* in gabella ſoluen-
da ex actu extrinſeco poſt acquiſitione m. *Pel.* ſequitur *Federic.* tantum in ſecundo di-
cto, ſcilicet, quod Coloni non teneantur, quã-
do Eccleſia non inueniret colonos *Bertachi.*
Luc. de Penna, & Brun. loquuntur de em-
phiteuta, qui habet ius in re *Rol. in conſ. 66.*
num. 29. in primo in genere firmat Colonos
poſſe collectari, & in ſpetie non loquitur de
colonis Eccleſiæ *Gabr. conſ. 73. nu. 5. in prim.*
apud me de hoc non loquitur *Marcabr.* exa-
minat tãtum *conſ. Anchar. 162.* & inclinat in
contrarium, & alij ſunt, qui loquuntur, vt
Burſat. conſ. 25. num. 3. in gabellis pro refi-
ciendis pontibus, & vijs, pro quibus dicitur
teneri Eccleſiam in ſubſidium laicorum ad
nutum ſui ſuperioris Eccleſiaſtici, ideo nimi-
rũm ſi etiam coloni tenentur.
36 Pro opinione autem noſtra omiſit *Meno-*
ch. allegare *Eugen. conſ. 96. Natta conſ. 409.*
& alios multos, quos allegano *Surd. d. conſ.*
501. nu. 79. in tertio, & Lanc. Gallia d. conſ.
59. nu. 76. & illos, qui tenent emphiteotam
non poſſe collectari, qui in fortioribus ter-
minis faciunt, ita, vt verè potius dici poſſit
pro parte noſtra extare communem opinio-
37 nem, vt teſtatur *Eugen. d. conſ. 96. nu. 8.* † Am-
plius rationes ipſius *Menochy* nõ plurimum
obſtant; quia licet fructus, ſint proprij colo-
no-

Digitized by Google

norum, & ex mutatione perſonæ mutetur conditio bonorum, tamen quatenus hi fructus ſiunt colonorum, & mutatur conditio perſonæ immediatè ex actu geſto cum Eccleſia, non debetur gabella rationibus iam adductis, quando poſtea ſunt apud colonos, ſi contingat eos vendi à colonis, vel aſportari de loco ad locũ, tunc intrat ratio *Menoch.* & ſi ex negotiatione mercium collecta poteſt imponi, id negamus procedere, quando negotiatio eſt cum Eccleſia.

38 Nec licet argumentari de emphiteuta ad colonum, quia emphiteuta eſt dominus proprietatis, & fructuum, & maius ius habet in re, pro qua collecta imponitur *Soc. conſ. 119. in princ. in primo*, nec Eccleſiæ ita ſunt neceſſarij emphiteutę, quemadmodum coloni, nec ita frequentantur locationes ad longum tempus, quemadmodũ locationes ad breue tempus; ideò magis lęditur Eccleſia, ſi coloni grauantur, & minus ſi emphiteuta, ob id de vno

39 ad alium non licebit arguere, † & ita etiam reſpõdetur rationibus *Theſaur. in deciſ. 116.* quia ſunt his ſimiles.

40 Nec negotium facit, quòd aliqui coloni fuerint collectati Eccleſia non repugnante; quia hoc factum particulare quorundam non poteſt præiudicare Eccleſiæ in vniuerſum;

41 † nec in hoc valet conſuetudo contraria *Marcabrun conſ. 18. num. 319. & Ebrard. d. conſ. 42. nu. 38.*

Et hæc ſcripta, ne dum procedunt ad fauorem eorum, qui hanc colonicam portionẽ nunquam ſoluerunt, ſed etiam ad fauorem eorum omnium, qui cum repugnantia, ſeu proteſtationibus ſoluerunt, quia proteſtatio, & repugnantia tollit conſenſum; & de repugnantia conſtat, quia curarunt declarari excommunicatos exactores, prout de facto declarati fuerunt, qui pro ſolutione impetranda ab ipſa excommunicatione malè exacta reſtituerunt, addito iuramento ad talem colonicam nunquam in poſterum exigendam, vt intelligo conſtare apud acta Pænitentiariæ, ſeu Cãcellariarum Epiſcopalium Ciuitatum Status Medíolani *ann.* 1620.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

In eadem Cauſa, De eadem Materia.

SVMMARIVM.

1 *Coloni Eccleſiarum non poſſunt collectari à laicis, quia ex hoc ſequeretur damnum Eccleſia, quæ minoris locaret, & cum grauioribus conditionibus, & n. 25.*

Et ita Eccleſia lædere[t]ur principaliter, non ſecundario, directè, non indirectè n. 2.

Quæ tamen lædi non poteſt, nec eo ſecundario, nec indirectè, nec in modico n. 3.

Et indirectè dicitur offendi, quando, quoquomodò fit, vt effectualiter ea non habeat ſuũ priuilegium n. 17.

Et Bald. conſ. 496. in 4. *vbi videtur admittere id, ex quo ſequitur, vt Eccleſia minori precio vendat, vel locet, opinionem ſuam non firmat, ſed aliam partem firmiter tenet* conſ. 31. in primo *n. 4.*

Ipſaq; Eccleſia læditur, quando difficilius adinuenire poteſt colonos, & ob hoc ſolum non poſſunt collectari à laicis nu. 5.

Sicuti etiam alia ratione, de qua ſub nu. 6.

Non .n. poſſunt collectari ex actu, qui immediatè naſcitur ex contractu initio cum Eccleſia, ſed ſolum ex actu, qui extrinſecus adueniat nu. 6. & 19.

7 *Medici inſeruientes militibus gaudent eorum priuilegio, ad hoc, vt milites alacrius Reipublicæ ſeruiant.*

8 *Coloni Eccleſiarum collectis grauari non poſſunt, præſertim, quãdo extãt tot coloni laicorum, qui ſufficiant ad onera ſuſtinenda.*

9 *Priuilegium conceſſum bonis Eccleſiaſticorum eſt reale.*

Quoad bona remanent Eccleſiaſtica n. 14.

Reprobatur Antonin. Theſaur. *qui tenuit eſſe perſonale Clericorum, & ob perſonas bona habere immunitatem n. 11.*

10 *Qui colit prædium immune, immunis eſt.*

12 *Copula & copulat principaliter, & copula* cum *acceſſorie.*

13 *Perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt immunes, quia ſunt Deo dicatæ, & bona eccleſiaſtica, quia ſunt in dominio Chriſti.*

15 *Coloni partiarij etiam laicorum, qui ſolũ colligunt fructus ad eorum alimenta neceſſarios non poſſunt collectari.*

16 *Priuilegium immunitatis conceſſum Eccleſiaſticis, vel eorum bonis non eſt ſtricti Iuris.*

18 *Negotiantibus cum Eccleſia competit priuilegium Eccleſiæ, ne ipſa lædatur.*

20 *Immunitas Eccleſiaſtica tranſit in emptorem præſertim in oneribus extraordinarijs.*

21 *Priuilegium, quando mutetur mutata conditione perſonæ.*

22 *Emphiteutam Eccleſiæ non teneri ad collectas impoſitas à laicis, eſt verior opinio, licet controuerſa.*

23 *Emphiteuta habet ius in re, ſibi poſſidet, & iure*

re proprio fructus percipit, ſecus eſt de colono.

24 Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 562. *reprobatur.*

26 *Obſeruantia, & conſuetudo contra immunitatem Eccleſiaſticam tanquam corruptela nõ eſt ſeruanda, quia immunitas eſt de iure diuino.*

27 Ioſeph. Ludouic. concl. 38. illat. 78. *quomodo intelligatur.*

28 *Conſuetudo, obſeruantia, & immemorabilis poſſeſſio, cum ſint quid facti, probãda ſunt.*

29 *Quis tenetur probare fundamentum ſuæ intẽtionis, vel concernentia qualitatem neceſſariam ad illud.*

30 *Obſeruantia, & conſuetudo turbida, & cum contradictione nihil operatur.*

Præſertim, quando non fuit obtenta in contradictorio Iudicio n. 31.

RESPONSVM XIV.

Auſpice Chriſto.

NVlla iuris, vel æquitatis ratio patitur, vt fructus, labor, ſeù negociatio, vel vſus animalium colonorum perſonarum Eccleſiaſticarũ poſſint, vel debeant collectari à laicis, quod prius deducitur ex parte Eccleſiæ, deinde ex parte colonorũ, poſtea ex parte miniſtrorum collectantium, & poſtremo ex natura bonorum, quæ coluntur.

1 Ex parte Eccleſiæ duplici ratione. † Primo, quia ex hac collectatione ſequeretur damnũ Eccleſiæ, quod locaret minus, quàm antea *Bald. conſ. 31. in primo.* quem alij prius allegati ſequuntur præſertim *Dec. conſ. 48. col. 2. Rol. conſ. 61. num. 20. Gabriel. conſ. 158. num. 4. & conſ. 160. in 2.* optimè *Purpur. conſ. 59.* licet loquatur, quando ageretur, vt coloni tenerentur ad collectam pro Eccleſia; Nec dicẽdum eſt, hoc non eſſe pati damnum, ſed lucrum perdere, quia immo eſt damnum, cùm diminuantur reditus Eccleſiæ, quæ minoris, & cũ grauioribus conditionibus locabit, & ita Eccleſia nõ perdit lucrum, quod ſperat, ſed perdit id, quod iam acquiſiuit: Nec obijciendũ eſt, damnum eſſe modicum, non offendere Eccleſiam principaliter, & directè, ſed indi-

2 rectè, & ſecũdariò. † Quia immo principaliter læditur Eccleſia, quia coloni minori affictu, & melioribus conditionibus conducendo erunt in cauſa, vt totum damnum ſit Eccleſiæ,

3 † præterquam quod lædi non poteſt Eccleſia, nec etiam in modico, nec principaliter, nec ſecundariò, nec directè, nec indirectè *c. fin. de immunit. Eccleſ. in 6. Mart. de Iuriſd. par. 4.*

4 *cent. 1. caſ. 13. num. 19. 20. 21.* † Et quamuis *Bald. conſ. 496. in 4.* admittere videatur id, ex quo ſequitur, vt Eccleſia minori pretio vẽdat, vel locet; ſubiungit tamen in fine hęc verba: *Hæc tamen opinio aliqualiter me remordet, quia intentio Statuentium eſt implicita ad propria commoda, & Eccleſiarum damna.* Ex quibus verbis conſtat *Bald.* hoc non firmare, firmat autem contrarium reſolutè in *d. conſ. 31.*

5 *in primo.* † Alia ratione ſequeretur damnum, quia cum ſint coloni alijs pluribus oneribus grauati, ſi hoc aliud adiungatur, difficile erit Eccleſiaſticis adinuenire colonos, & ob hoc ſolum laici non poterũt hos colonos collectare *Federic. de Senis conſ. 111. ſub nu. 10. verſ. Verumtamen.* quem alij ſequuntur *Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ n. 99. de conſtit. Io. de Amic. conſ. 18. Burſat. conſ. 42. nu. 19. in primo. Io. Vincent. de Anna ſingul. 99.*

6 Ex parte colonorum, quia ad gabellas, & collectas non tenentur, niſi imponantur ex actu, qui extrinſecus adueniat, & qui cum facto Eccleſiæ nihil commune habeat, non autem ex actu, qui immediatè naſcatur ex contractu innito cũ Eccleſia, diſtinguit ita *Bald. in d. conſ. 31.* cum alijs in informatione allegatis, lucrum autem negotiatio, & vſus animalium immediatè pendent ex contractu geſto cum Eccleſia, & lucrum, ſeu acquiſitio fructuũ eſt effectus eiuſdem contractus, ergo pro his coloni non tenentur ad collectas. Alia etiam ratione, quia, vt dixi in informatione, ipſi nec ſunt Domini, nec poſſeſſores prædiorum, pro quibus ſolent imponi onera mixta, quale dixi eſſe onus hoſpitationis militum, ideò non tenentur

7 Et addo tex. *in l. inter eos in fin. ff. ex quib. cauſ. maior.* vbi Medici, qui inſeruiunt militibus, vt alacrius in Republica ſeruiant, gaudẽt priuilegio militum, ergo idem erit in colonis, qui inſeruiunt Religioſis, vt commodius cultui diuino inſeruire valeant, regulariter enim licet arguere de militibus ad Clericos *DD. in l. Centurio ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* ita arguit *Zuchard. inter cõſilia Rim. Sen. conſ. 739. nu. 9.*

8 Ex parte collectantium, Quia habent Senatus, & Regius Fiſcus laicos colonos ſufficientes ad onera collectarum, dummodo (vt decet) eos grauent tantum pro cauſis neceſſarijs, ideò non conuenit, vt petant auxilium à colonis Eccleſiaſticorum *Gailla conſ. 59. num. 54.*

Digitized by Google

nu n. 9 4.cum allegatis ab eo, quibus addi etiam poteſt *Marta d.caſ.* 13.*in fine.*

9 Tamdem ex parte bonorum, † quia in im-
munitate ſunt cum perſonis clericorum pri-
uilegiata priuilegio reali, vnde ſequitur id,
quod ſcripſit *Decian.conſ.* 51.*num.*14. *in* 3.
10 quod qui colit prædium immune immunis
11 ſit: † Et quamuis *Antonin. Theſaur. in addit.
ad deciſ.patris* 116. teneat priuilegium eſſe
perſonale clericorum, & ob perſonas bona
habere immunitatem, id colligens ex eo,
quod videmus huiuſmodi bona deponere
hoc priuilegium, quando alienantur in lai-
cos, tamen non reſpondet ad *tex.in c.quam-
quam de cenſib. in* 6.in quo copulantur per-
12 ſonæ, & res ad idem priuilegium, † Et natura
copulæ eſt copulare æque principaliter, quo-
niam in ſui natura nõ continet acceſſionem,
vt contingit in copula *(cùm)Bar.in l.*1.*nu.* 2.
*ff.de pecul. legat. Decian.conſ.*1.*nu.*179.*in*
13 1. † Et eſt eadem ratio in bonis, & perſonis,
ideò immunes ſunt perſonæ, quia ſunt Deo
dicatæ, & idem in bonis, quia bona Eccleſia-
ſtica ſunt in dominio Chriſti *Anaſtaſ. Ger-
mon.de ſacro. immunit lib.* 3.*c.*17. *nu.*11.*&*
12.eademque eſt ratio, non per conſequen-
tiam, ſed principaliter, conſequentia tantum
conſiderari poſſet in patrimonialibus cleri-
corum ſecundum opinionem eorum, qui
exiſtimant etiam patrimonialia Clericorum
eſſe immunia, nec ratio conſiderata à *The-
14 ſaur* obſtat, † quia priuilegium bonorum
Eccleſiaſticorum eſt reale, ſed quatenus du-
rant Eccleſiaſtica, quando tranſeunt ad lai-
cos cum debitis ſolemnitatibus deponunt
hanc qualitatem, & proinde etiã deponunt
priuilegium, non ex eo, quod priuilegium
non ſit reale, dum manent Eccleſiaſtica. *De-
ciſi* 1 *autem, Rota*, quam ad hoc *ipſe Theſaur.*
allegat 26.2 *p. nouiſſ.* apud me nihil de hoc
loquitur.

15 Reſoluendum eſt igitur pro colonis, quod
maximam præſefert æquitatem in colonis
partiarijs, qui vt plurimum non colligunt
fructus ad eorum alimenta neceſſarios, hos
non conuenit collectare, etiam quod eſſent
coloni laicorum, vt poſt *Bald.in auth. defun-
cto C.ad Senatus Conſ. Tertul.& gloſ. in l.om-
nis, prima, C.de annon.& tribut.lib.* 10.tenet
*Caroc.de locat.ſub Rub.de Collect.nu.*79.

Ea verò, quæ pro fiſco allegantur, facili-
mè ſoluuntur, quia ad primum dicitur, exẽ-
ptionem Religioſorum non ſolum eſſe per-
ſonarum, ſed etiam rerum, & prædiorum, vt
iam probaui.

Non obſtat ſecũdum, ſcilicet priuilegium
immunitatis, vti ſtricti iuris, ſtricte eſſe intel-
ligendũ, quia id procedit in priuilegio parti-
culari certæ perſonæ vel certo generi perſo-
16 narum competente, † Nos verò verſamur in
priuilegio competẽte in vniuerſum Religio-
ſis omnibus Eccleſiæ ſeruientibus inſertum
in corpore iuris, quod cùm Iure tàm huma-
no, quam diuino concedatur *d.c.quamquam
de cenſibus in* 6. non poteſt dici ſtricti Iuris.
Præterea non prætendimus in defenſione
cauſæ noſtræ tractare de extendendo priui-
legio, ſed de eo conſeruando, ne indirecte
17 offendatur, † & indirecte ſatis dicitur offen-
di, quando quoquomodo fit, vt effectualiter
Eccleſia non habeat ſuum priuilegium *gl. in
c.quanto in verbo(quodammodo) de priuileg.* vt
cõtingeret in hoc caſu, quia Eccleſia, ratione
oneris iniuncti colono, minori affictu locan-
do, effectualiter perſolueret onus.

Non officit tertium, quod fructus ſeparã-
ti à ſolo ſunt colonorum, quorum ratione
poſſunt collectari, quemadmodum etiam
tenentur ad decimas. Iſtud eſt argumentum
Federici de Sen. cui reſpondi in informatio-
ne mea, nec ſimile de decimis quadrat, quia
decimæ propriè afficiunt fructus, cùm ſint
pars, & quota eorum, nos tractamus de one-
re perſonis pro rebus impoſito, quod proba-
ui totum eſſe Domini prædiorum, non colo-
norũ, ne ſequatur, vt ratione eiuſdem rei bis
collecta imponatur, vt latius dixi in infor-
matione: *Doctores* allegati loquuntur quan-
do ſecundum valorem fructuum regulatur
collecta, & in colonis laicorum, qui non poſ-
ſunt ex perſona Dominorũ habere aliquod
Priuilegium, licet *Morot. conſ.*36. apud me,
de hoc non loquatur.

In quarto aduertendum eſt, negociatio-
nem locandi, & conducendi non eſſe prohi-
18 bitam Eccleſiaſticis de bonis Eccleſiæ, vn-
de negociãtibus cum illis competere debet
immunitas, ne Eccleſiaſtici lędantur, vt ſcri-
bit de emptore loquens, *Bald. conſ.*31. *in* 1.
alias allegato, cum alijs, qui eum ſequuntur,
cui non repugnat *Bart. in l. licitatio*, §.*fin.ff.
19 de public.* † quia loquitur de actu extrinſeco,
non habente dependentiam à contractu ge-
ſto cum Eccleſia; ſcilicet de actu tranſporta-
tionis, de quo dixi latius in informatione:
20 Addo, quod in oneribus extraordinarijs,
Bart. tenet contrariũ ſcilicet immunitatem
tranſire in emptorem, *Archid. in c. fin. de
cenſibus in* 6.de hoc non loquitur *Bertachin.
de Gabel.p.*9.*in q.*7.tractat an Clerici teneã-

tur-

Digitized by Google

tur ad collectas, etiam aliqua dicit ſecun-
dum ſenſum, *Federic*, ſed de emente ab Ec-
cleſia nihil.

Quintum fundamentum eſt *d. Federic. de*
ſen. habet propterea eãdem reſponſionem,
& reſoluitur ſecundum diſtinctionem, *Bald.*
21 *in d. conſ.* 31. † ſcilicet quod mutata condi-
tione perſonæ mutatur & conditio rerum
reſpectu eius, quod contingit poſt mutatio-
nẽ, non reſpectu eius, quod immediatè pen-
det ab actu producente hanc mutationem,
& cum hæc collecta hoſpitationis iniunga-
tur ratione prædij, ſpectanda eſſet mutatio
conditionis reſpectu prædij, non reſpectu
fructuum. Accedat, quod hæc mutatio per-
ſonæ cõſideranda eſt quando agitur de per-
ſonali priuilegio, non procedit, quando bo-
na ſunt ex ſe priuilegiata, quia ſunt Deo di-
cata, & ita reſpondet egregiè *Sylnan. in ci-*
tato conſ. 9. n. 22. reſpondendo his, quæ ſcri-
pſerat *ſub n. 5.*

22 Ad ſextum de emphyteuta, dicitur opi-
nionem eſſe valde controuerſam, *Canalos in*
Specul. commun. opin. q. 731. & veriorem
eſſe opinionem emphyteutam non teneri,
Sylnan. d. conſ. 9 Sfort. Odd. conſ. 70. nu. 31.
cum ſeq. ſed quicquid ſit Emphyteutæ caſus
23 eſt in fortioribus terminis, † quia habet ius
in re, ſibi poſſidet, & iure proprio fructus ha-
bet; ſecus in colono, vnde, non procedit ar-
gumentum affirmatiuè, ideſt ita ſeruatur in
emphyteuta, ergo idem in colono, ſed nega-
tiuè tantum.

Ad ſeptimum reſpondetur, immo immu-
nitatem eſſe nedùm perſonalem reſpectu o-
nerum perſonalium, ſed etiam realẽ reſpe-
ctu onerum realium, & eorum, quæ pro re-
bus imponuntur perſonis.

Octauum de ſeparatione fructuum iàm
ſublatum eſt in reſponſione ad tertium.

24 Circa nonũ dicitur, † diſpunctis illis Do-
ctoribus, qui non faciunt, licent citentur à
Menoch. in d. caſu 562. vt in informatione
mea, & additis illis, qui pro colonis ſcribunt,
allegatis *in addit. ad d. deciſ. 116. Theſaur.*
apparebit immo pro parte noſtra extare o-
pinionem communem, vt teſtatur *Natt.*
25 *in conſ. 409.* † *Et Purpurat. conſ. 594.* fa-
cit pro nobis, dum conſiderat rationem,
quòd Eccleſia minori afflictu, & grauioribus
pactis locaret; Et *Antonin. Theſaur.* in hoſpi-
tatione militum tenet pro nobis.

Ad vltimam de obſeruantia reſpondetur,
26 † quod cùm immunitas Eccleſiæ Religioſo-
rum, & bonorum eorum ſit Iuris diuini nulla
obſeruantia, & contraria conſuetudo erit ſer-
uanda, quàm canones damnant, & corrupte-
lam vocant, vt *in d. c. q. quam grand. de cenſib. in*
27 *6* dicitur, & ibi notant *DD.* † *Et Ioſeph Ludo-*
uic. concl. 58 illat. 78. formaliter non loqui-
tur, vt allegatur, ſed ſuppoſito, quod Eccle-
ſia poſſit collectari, quod intelligitur datis
habilibus terminis, ſi dubitetur, an etiam
collectari poſſit pro bonis, quæ poſtea ac-
quirit dicit obſeruantiam id declarare, non
ergo dicit obſeruantiam inducere obliga-
tionem ad collectas, ſed inductam obliga-
tionem declarare, & ita loquitur *Corn. conſ.*
28 *205. nu. 7. in 1.* quem ipſe citat: † Et quate-
nus pars aduerſa allegat conſuetudinem,
obſeruantiam, vel immemorabilem poſſeſ-
ſionem probare tenetur, tùm quia hęc ſunt
facti, & non præſumuntur *l. in bello §. facti ff.*
29 *de captiu. & poſtlim. reuerſ.* † tùm quia ſunt,
vel fundamentum ſuæ intentionis, vel con-
cernunt qualitatem neceſſariam ad funda-
mentum ſuæ intentionis, *l. qui accuſare C. de*
eden. l. ei, qui dicit ff. de probat. Bart. in l. 1. §.
quod autem ff. ne quid in flumin. public. Tira-
quel. de retract. lignagier §. 8. gl. 7. n. 1. Et om-
nia hæc eſſent probãda fuiſſe obſeruata par-
te Eccleſiaſticorum non contradicente.

Et, quando etiã partes noſtræ eſſent pro-
bare negatiuam hanc, ſcilicet non eſſe pro
aduerſarijs obſeruantiam aliquam, ſeù con-
ſuetudinem exigendi has collectas, vel quia
ageretur de ſolo poſſeſſorio, vel alia ratio-
ne, facile probari poterit producendo pro-
ceſſus, & acta, quibus probatur, quod quan-
do pro parte fiſci tentatum fuit exigere, Ec-
cleſiaſtici contradictionem fecerunt etiam
declarãdo excoĩcatos exactores. His liquido
conſtabit, non adeſſe obſeruantiam, & con-
ſuetudinem, niſi turbidam, & cùm contradi-
30 ctione, † quæ nihil operatur *Pereg. conſ. 73.*
ſub nu. 19. verſ. 1. negando in 5. Seraphin de-
31 *ciſ. 381. nu 14.* † Pariter non eſt conſuetudo
ad operationem aliquam, eo quòd quando
datur iudicium (vt datur, quando datur con-
tradictio *c. forus de verb. ſignific.*) non eſt cõ-
ſuetudo, niſi ſecũdum eam ſit obtentũ *Bald.*
conſ 210. in 1. Aret. in §. ex non ſcripto nu. 16.
Inſt. de Iur. natur. Roch. de Curt. de conſuet. n.
361. Menoch. conſ. 187. ſub nu. 57. in 2. Cùm
primum igitur ex proceſſibus productis con-
ſtat non fuiſſe obtentum pro collectis, immo
contra eas, cùm exactum fuerit reſtitutum,
ſatis manifeſtè probata eſt negatiua non
extare obſeruantiam, vel conſuetudinem
deſtruentem intentionem noſtram, immo
conſtare

Digitized by Google

conſtare Eccleſiaſticos eſſe in poſſeſſione, vt eorum coloni non colleĉtentur, & hunc eſſe cauſæ vltimum ſtatum, quia cùm laici contenderent hoſpitari milites apud colonos Eccleſiarum, vel hac ratione aliquid ab illis exigere, idq; vi feciſſent, doluiſſentque de hoc Eccleſiaſtici apud Magiſtratum, reſpõſum fuit hoc non eſſe actum ex intentione ipſius Magiſtratus. Hæc dicta ſunt ex abundanti, tùm quia de hoc ſatis plenè ſcripſit *Eccelentiſſ. Aduocatus D. Michael Angelus Catia in 3. & 4. articulo ſuæ informationis*, tùm quia ex aliàs dictis puto partem noſtrã (maximè dum agitur de petitorio) eſſe ſatis fundatam de iure communi, & ad partem aduerſam pertinere probare contrarium.

Ex his puto cauſam Religioſorum eſſe poſitam in tuto, & quando res eſſet dubia (quod negatur) ita pronunciandũ eſſet, tùm fauore Eccleſiæ, & Religionis, tùm odio collectarum; & ita ſperandum eſt. an. 1620.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Ad onus ſternendæ viæ de nouo apertæ Religioſi non tenentur.

An, & quando Religioſi teneantur ſubire onera a laicis impoſita.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi non ligantur ſtatutis, vel decretis laicorum.*

Ligantur tamen legibus ciuilibus ſpectantibus ad pacem, & tranquilitatem Reipublicæ nu. 3.

2 *Religioſi non tenentur ad onera impoſita à laicis.*

Etiam ſi ex hoc ſequatur maius grauamen laicorum nu. 16.

Præſertim, quando onera ſunt extra ordinaria nu. 2.

Et etiam ſi onera mixta ſint, quæ imponantur perſonis pro rebus nu. 10.

Tenentur tamen ad onera, quæ concernunt publicum commodum, ſi conſentiant ſuperiores Eccleſiaſtici nu. 2. 13. & 15.

Non vero tenentur ad ea, quæ reſpiciunt ornatum Ciuitatis nu. 14.

Sed ad quæ onera teneantur vide nu. 13.

Et quæ concurrere debeant, vt ipſi teneantur num. 15.

4 *Onus quot modis reale dicatur.*

5 *Onus ſoluendum à perſonis, quia propè bona habent, non dicitur reale, ſed mixtum, & num. 7.*

Quamuis imponatur pro modo, & menſura bonorum nu. 8.

6 *Onus reficiendi vias, & pontes eſt reale, & ordinarium, ſed de nouo faciendi eſt mixtum, & extraordinarium & nu. 11. 19. & 20.*

9 *Onus implendum pro modo facultatum dicitur mixtum.*

17 *Res laicorum tranſeunt ad Religioſos cum onere reali, non autem cum alijs oneribus.*

18 *Ad onus ſternendæ viæ perpetuo concurrunt Religioſi ſecundum aliquos.*

Sed conſulto Summo Pontifice nu. 23.

Quod procedit in vijs, quæ ſunt propè eorum prædia Vrbana, vel Ruſtica, non propè Eccleſiam, vel Monaſterium nu. 18. & 22.

Quia hoc ſpectat ad Parochianos n. 19. & 21

24 *Priuilegium reuocatum fauore alicuius loci remanet in ſuo robore quoad alia loca.*

25 *Priuilegium conceſſum Religioni in vniuerſum non tollitur per non vſum aliquorum Religioſorum.*

26 *Priuilegio Religioſis conceſſo non præſcribitur minori ſpacio 40. annorum.*

RESPONSVM XV.

Adſit Chriſto.

EX ſententia mea RR. PP. Conuẽtus Sancti Dominici Mutinæ nõ tenẽtur contribuere ad ſternendam viam exiſtentem propè eorum hortum, & terrenũ eis aliàs conceſſum à Communitate: Non quidem attenta obligatione particulari ſternendi viam, non attenta natura oneris, nec qualitate terreni cõceſſi, ob quæ præſuponitur Conuentũ teneri ad cõtributionem: quicquid ex aduerſo ſatis egregiè ſcripſerint agentes cauſam Communitatis.

Priùs, vel indictum ſit hoc onus ex ſpeciali decreto Sereniſs. Ducis, vel à ſtatutis Mu-
1 tinæ, † illis Religioſi non ligantur *c. Eccleſia. S. Maria, & ibi Scribentes de conſtit. Alb. conſ. 8. n. 18 in 1. Plot. in addit. ad conſ. Garat. 63.*
2 *nu. 10.* † ideò cùm tractaretur de onere concernente publicum commodum, teſtatur *Guid. Pap. deciſ. 78* non aliter fuiſſe indictũ quàm vocatis, & conſentientibus ſuperiori-
3 bus Eccleſiaſticis, † & licet *Franch. deciſ. 9.*

ex Soto in 4. Sentent. diſt. 25. q. 2. art. 2. 4. dicat Clericos ligari legibus loquitur tamen de legibus ſpectantibus ad pacem, & tranquillitatem Reipublicæ. In re hac vti clariſſima vlterius non inſiſto, ſed tranſeo ad qualitatem oneris, quod non poſſe dici reale ſic
4 probo. † quia vt ait *Bart. in l. 1. num. 37. C. de muner. & in quo loc. lib. 10.* triplici ratione munera dicuntur realia, vel quia indicuntur pro eo, quod faciendum erat de re ipſa; vel in ipſa re, vel ſuper eo, quod ex ipſa re percipitur, vel extra rem, quando pro re certa penſio annuatim ſoluitur. Non eſt hoc onus quod pro re annuatim ſoluatur, non de fructibus, & redditibus ex re, nec in ipſa re, tunc .n. diceretur hoc onus in ipſa re, vel ſuper eo, quod ex ipſa re, ſi tractaretur de reficienda via ante domum, vel de purgando puteo, quod eſſet in vicinia; hæc .n. cum rei immediate deſeruiant in ipſa re dicuntur, & à *DD.* munera realia appellantur, ſed cum via de qua agitur, ſupponatur eſſe nō ante, ſed propè, & iuxta hortum Conuentus, non poteſt prætendi, quod Fratres contribuere teneantur, niſi, quia, cum propè habeant Conuentum, contingat eos quandoq; per eam tran-
5 ſeant, † quo reſpectu non poterit dici onus reale, ſed potius mixtum, ſcilicet ſoluendum à perſonis, quia rem, & habitationem propè habent, & hanc *Bart.* doctrinam ſequuntur *omnes in l. placet C. de ſacroſ. Eccleſ. & in c. non minus de immunit. Eccleſ.* vbi formaliter
6 *Abb. num. 6.* † *& idem Bart. in l. ad inſtructiones C. de ſacroſ. Eccleſ. nu. 3.* aperte ait onus reficiendi viis; & pontes eſſe reale, ſed factum de nouo impoſitum perſonis pro rebus,
7 & ita eſſe mixtum notabiliter cum ſit adueſo ſuppo natur ſtatutis Mutinæ caueri, vt ad vias ſternendas teneantur vicini; conſtat onus eſſe vicini, & ita perſonæ ratione rei, quam habet in vicinia, & proinde onus erit mixtū *Syluan.* poſt alios, quos allegat *conſ. 32. n. 13.*
8 † Et licet forte hoc onus imponatur pro modo, & menſura ædium vicinarum, non ideò erit reale; cū ſi materialiter tantum ſit reale;
9 formaliter autem ſit perſonale; † vt de onere implēdo pro modo facultatum ſcripſit *Nat. conſ. 149. num. 4.* qui allegat *Bald. in l. pro- ſter C. qui bon. ced. poſſ.* concludentem, quod concurrente ad huiuſmodi onera materia reſpiciente rem, & forma perſonā, ob id mix-
10 ta dicuntur † quam cū ni imponantur perſonis pro rebus, & perſonæ Eccleſiaſticæ laicorum iuriſdictioni non ſubiaceant, ſequitur, vt de iure Religioſi iſti ad hoc onus non teneantur *Alex. conſ. 68. n. 2. in 2. Burſat. conſ. 342. num. 7. Bello. conſ. 46. nu. 2.* quos vna cum alijs ad rē hanc allegat. *Lancel. Gallia conſ. 59. nu. 12.*
11 Amplius hoc onus non poteſt dici ordinarium, cùm non habeat certam, & perpetuam præſtationem, ſed ex accidenti aperta via impoſitum fuerit *Thomat. de muner. c. 2. inſcrip. realibus munerum Euerard. conſ. 42. nu. 14. Gallia d. conſ. 59. nu. 64.* licet .n. inter munera ordinaria *Tomat. d. cra. ſub n. 24.* ponat eo ratione via ſternendæ, tamen ipſe loquitur de onere perpetuo ſternendæ, & reparandæ viæ, quod tali ē ratione perpetuæ obligationis, licet modo maius, modo minus infugat grauamen, dici poteſt ordinariū, onus autem ſternendæ viæ de nouo apertæ, cùm ſemel tantùm imponatur, & nō habeat perpetuam, & ſucceſſiuam obligationem, im-
12 poſſibile eſt, vt ordinarium dicatur. † Ex hoc ſequitur, vt ad hoc onus vtique extraordinarium Religioſi non teneantur *Bart. conſ. 180. nu. 3. in 1. Abb. conſ. 33. ſub n. 1. verſ.* certum eſt *in 1. & conſ. 13. ſub nu. 2. verſ.* iure autem ciuili *in 2. Ruin. conſ. 117. n. 3. in 4. Abb. conſ. 8. ſub nu. 1. B. ro. conſ. 31. nu. 3. in 1.*
13 Præterea licet Religioſi teneantur ad illa onera, quæ, tum concernant commodum omnium, concernunt etiam commodum conſiderabile ipſorum Religioſorum, vt de onere ſoluendo pro exſiccandis agris & ad cultum redigendis, de quo loquitur *Illuſtriſs. D. meus D. Lancreb. conſ. 145. & ſeq.* pro reparatione Ciuitatis, vel Caſtri, vt loquitur *Rim. Iun. conſ. 2. in 2.* Pro ſoluēdis ſtipendijs Profeſſorum in publicis Gymnaſijs *Decian. conſ. 14. in 1.* & videntur admittere *omnes in l. ad inſtructiones C. de Sacroſ. Eccl.* huiuſmodi non eſt onus, de quo agitur, ſi quidem, vel nullam, vel modicam commoditatem ex eo, quod hæc via ſit ſtrata percipere poſſunt, niſi in tranſeundo, vt quicunque alij priuati, pro qua commoditate ſufficeret, quod via eſſet ſtrata in parte, per quam ho-
14 mines iter habent: † Quod ſi ſtrata in totū, vel eſt ad ornatum Ciuitatis, quo caſu Religioſi non concurrunt *Bald. conſ. 312. nu. 3. in 3.* qui benè probat, quod licet exēpti teneātur ad refectionem murorum, quod fit ex neceſſitate, non tamen tenentur, ſi ciuitas ad pompam, & ornamentum vellet nouos muros facere *Iacob. Butrig. & plures alij in d. l. ad inſtructiones. & in vijs Aret. in fin. Rim. Iun.* loquens in Eccleſia *d. conſ. 2. nu. 11.* vel eſt ad maiorem commoditatem eorum, qui

theca.s

rhedis currentibus vtuntur, quibus Religioſi
regulariter non vtuntur, nec ſine neceſſita-
te vti conuenit.
15 Sed dato etiam, nõ autem conceſſo, quòd
ſternere hanc viam præſeferret commune
commodum, adhuc non eſt ita expeditum,
vt ad id Religioſæ perſonæ teneãtur ex ſim-
plici ordinatione Principis ſecularis, ſed o-
portet conuocare & ſuperiores Eccleſiaſt. &
eos, & cũm eis cõſcare, an id cõter vtile ſit,
vt in neceſſaria refectione murorũ ſeruarum
fuiſſe ait *Guid. Pap. d. deciſ. 78.* Immo, & alia
preterea neceſſaria ſunt, .ſ. quòd adſit ma-
gna neceſſitas, quòd ad huiuſmodi onus lai-
ci non ſufficiant, quæ vtiq; in caſu noſtro non
concurrunt, quæ ſi concurrerent, nec aliquid
fieri poſſet incõſulto Summo Pontifice *Abb.*
d. conſ. 13. n. 2. in 2. 10. de Anan. in c. non mi-
nus num. 3. de immunit. Eccleſ. optimè *Bero.*
conſ. 31. per totum in 1. Euerard. Burſat. & a-
lios allegat Galli. videndus *d. 59. n. 54. & 55.*
& egregiè pluribus proſequitur *Anaſtaſ. Ger-*
16 *mon. de ſacroſanct. immunit. lib. 3. c. 17. n. 32.* †Hinc
fit, vt nihil prorſus moueat illa ratio, quòd
ſi Religioſi non ſoluunt, magis onerãtur lai-
ci, inter quos extant, & miſerabiles perſonæ:
Siquidem illud inſpicitur, an laici valeant
ſoli onus ſubire; & quod ad miſerabiles per-
ſonas attinet, facilè poteſt occurri curando,
vt diuites, & nobiles, qui potiſſimum deſide-
rant has commoditates, & delicias viarum
pro miſerabilibus ſuppleant, præſertim no-
biles matronæ, quibus rhedæ ſunt in vſu quo-
tidiano. Huiuſmodi .n. ratio, quod magis
grauaretur laici, vtpote, quæ aderat, quando
Religioſi à iure redditi fuere immunes, & nõ
fuit habita in conſideratione, nec nunc con-
ſideranda eſt *Alb. d. conſ. 8. nu.* 12 quem ſe-
quitur *Gallia d. conſ. 59 ſub nu. 86.*
17 Tandem, nec dici poteſt ratione terreni
aſſecti prius hoc onere, quòd cum eodem
onere tranſierit ad Eccleſiam, Religioſos
teneri: Quod .n. per huiuſmodi tranſitum te-
neatur Eccleſia, procedit tantum, quando
res quæ tranſit, erat affecta onere reali, & ea
nõ te connumerata inter ea, quæ ſuſtinent ta-
lia onera realia *Guid. Pap. deciſ. 79.* & clarius
d. eiſ. 381. & 382. vbi aſſerit iudicatum
fuiſſe, quod licet bona eſſent regiſtrata inter
ea, quæ ad ſubſidia tenentur, quod dũ tran-
ſeunt ad Religioſos per acquiſitionem, vel
ſucceſſionem mutata perſona, mutetur etiã
bonorum conditio ſcilicet, vt non amplius
ad ſubſidia teneãtur *Gallia d. conſ. 59. n. 30.*
cum ſequen. ſatis latè hoc proſequatur *Theſaur. dec. 254.* etiam teſtans pro Moniali-
bus contra quandam Communitatem iudi-
catum fuiſſe.
18 Nolo etiam omittere, quod ſi ageretur de
ſternenda via publica, per quam ducerẽtur
plauſtra publica Religioſorum, vel via, quæ
in Ciuitate eſſet, & ante domum Religioſo-
rum, in qua retinerentur inquilini, poſſent
inueniri aliqui Doctores tenentes ad expen-
ſam etiam Religioſos contribuere, quorum
multi citantur à *D. Laderchio d. conſil. 145.*
quorum aliqui ſimpliciter loquuntur, & ali-
qui cum temperamento Summi .ſ. Pontifi-
cis, vel alterius Superioris Eccleſiaſtici be-
neplacito: Sed dum agitur de ſternenda
via, quæ ducit ad Eccleſiam, vel Conuentũ,
aliquis non tenet, quod concurrant Religio-
ſi, aliàs etiam Mendicantes concurrerent,
cum & ipſi habeant Eccleſias, Hortos, &
Conuentus, quod tamen omnes inficiuntur
19 † Immo multi ſunt, qui tenent, hoc non eſſe
onus Religioſorum, ſed hominũ Parochiæ
Iac. Butrig. ubi d. l. ad inſtructiones in fin. &
Bald. in nu. 2. ſequitur eum in d. c. non minus
10. de Anan. ſub nu. 6. & Henric. Botob. in
princip.
Hinc tollũtur omnia cõtraria, quibus op-
timè ſatisfacit vir ille doctiſſimus, qui cau à
20 fratrũ agit; non enim dici poteſt, nos verſa-
ri in onere ordinario, nec in opere Pietatis,
quia allegata in contrarium procedunt in
reſtauratione pontium, & viarum, ex qua
reſultat publicum commodum, quod per-
petuam habet cauſam, ſed cum illud onus
viæ ſternendæ naſcatur eo inſtanti, quo ex ac-
cidenti aperta eſt via, ſecundum traditiones
Doctorum impoſſibile eſt, vt dicatur ordi-
narium onus, cumque, quod in totum ſit via
ſtrata (vt experientia oſtendit) non ſit niſi ad
ornatum Ciuitatis, & ad commodum rhe-
darum, non poteſt dici, quod præſeferat
21 pietatem aliquam, †Quod verò hoc futurum
ſit commodum frequentantibus Eccleſiam
non concludit, quod Religioſi, qui Eccleſiæ
inſeruiunt, & Conuentum cum hortis habi-
tant, teneantur ad onus ſternendæ viæ, ſed
potius hoc erit onus Parochianorum, qui ad
Eccleſiam accedunt pro Sacramentis, vt
antea probaui ex *Iacobo Butrig. & Bald.*
22 Quod bona Religioſorum cõnexa, & ad-
hærentia viæ ſint obnoxia oneri ſternendæ
viæ, non procedit in bonis, quæ habitantur
à Religioſis, ſed in prædijs vrbanis, & ruſti-
cis deſeruientibus eorum neceſſitatibus, vt
23 ex *Henric. & alijs* ſupra probatum fuit. † Et

hoc caſu, nec etiam inconſulto Sum. Pontifice, vt probant ſupra allegati, & præſertim *Abb. conſ. 3. in 1.* cui non contradicunt plures allegati à *Præſtantiſs. Dom. Ladercbio d. conſ. 145 ſub. nu. 3.* Quia ipſi benè concludunt, ad conſtructionem murorum, & fortilitiorum concurrere clericos, ſed id inconſulto Sum. Pontifice non affirmant, ſicut nec *Abb.* negat ad illa concurrere Clericos, ſed negat concurrere inconſulto Sum. Pontifice, & in hoc non eſt, qui audeat improbare aperte *Abbatem*; multi autem ſunt, qui eum ſequuntur, vt per *Theſaur. d. deciſ. 134 & Galia d. conſ. 59. ſub num. 53.* Nec obſtat, quod conſenſus Pontificis non ſit neceſſarius in caſibus iure communi expreſſis, quia alias probatum fuit *l. ad inſtructiones* non procedere in vijs ciuitatis, ſed tantùm in publicis itineribus.

Satis igitur ex his firmata eſt intẽtio Reuerendorum Patrum, nec opus eſt de eorũ Priuilegijs agere, de quibus ſi agendum eſſet, facile ad obiecta contraria reſponderi poſſet dicendo, quod poſtquam dicta Priuileg a à Gregorio XIII. fuere deducta ad terminos iuris, à Sixto V. renouata fuere. Nec poſtea à Clemente vulnerata, niſi ad
24 fauorem Bononienſium, † ita reuocatio localis locum nõ excedit argumento *l. in agris ff. de acquir. rer. domin.*

Nec obſtat, quod Bulla Pij V. non fuerit publicata Ferrariæ, quia cùm bulla prędicta nihil diſponeret in vim legis, quo laici ligarentur, opus non fuit aliqua publicatione, ſed ſufficit, quod dato caſu, priuilegiati allegent priuileg um.

Nec pariter obſtat, quod in alijs occaſionibus Religioſi vſi non fuerint hoc priuile-
25 gio, † iſtud. n. non tollit priuilegium conceſſum Religioni in vniuerſum *Archid. in c. neque nu. 2. 16. q. 4. Hoſtienſ. in c. vt priuilegia § illud etiam ad fin. verſ.* (quod puto verum) *de Priuil. Henric. in c. cum acceſſiſſent. nu. 5. verſ.* Et intellige *de conſtit. Gabriel. conſ.*
26 *151. nu. 13. in 2.* † & vna cum non vſu oporteret, quod concurreret pręſcriptio quadraginta annorum *c. accedentibus de priuil. l. non vtilẽ ff. ex quib. cauſ. maior. Bald. in c. ad audientiam nu. 2. de præſcript.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Clericos participare debere de bonis à Cõmunitate in emphiteuſim receptis: Impugnatur conſilium Rimin. Iun. 368.

SVMMARIVM.

1 Clerici non poſſunt mittere eorum animalia in paſcua Communitatis, niſi ſoluta mercede.

Intellige, ſi paſcua ſint Communitatis laicorum, ſecus ſi ſint ſimpliciter Communitatis num. 11.

Clerici non participant in bonis conductis in emphiteuſim à Communitate:

Contrarium verius per totum Conſilium.

3 *Clerici non ſunt ſub iuriſdictione temporali, nec ſubeunt onera Ciuitatis, & ideò indicantur vti forenſes.*

In fauorabilibus tamen dicuntur de Populo, de Cõmunitate, & de Iuriſdictione, & Ciues, ac incolæ dicuntur nu. 47. & 21.

Et etiam in odioſis, quæ reſpiciunt commune bonum nu. 5.

Subeuntq; onera concernentia vtilitatem publicam Clericorum, & laicorum nu. 18.

Et etiam onera realia nu. 15.

Quæ ſi talia ſint, vt non deceat Clericos ea ſubire poterunt explere per interpoſitam perſonam nu. 16.

Et tenentur ad plura onera ſpiritualia num. 19. & 21.

Ob quæ conuenit, vt participent de fauoribus, de quibus laici participant nu. 20.

6 *Statutum compellens Communitatẽ ad emendationem damni comprahendit Clericos.*

8 *Clerici ſuccedunt eorum parentibus.*

9 *In patrimonialibus Clerici non habentur vti Clerici.*

Nec in illis ſunt priuilegiati, niſi in caſibus à Iure communi deciſis nu. 12.

12 Abbas *non ſolet vnquàm recedere ab opinione* Oldradi.

13 Rim. Iun. conſ. 368. *non ſeruatur.*

Eiuſq; rationibus reſpondetur n. 14. & ſeqq.

17 *Clericus eſt capax feudi, quando ſeruitium eſt tale, quod poſſit fieri per interpoſitam perſonam.*

RE-

RESPONSVM XVI.

Sit Chriſtus illuminatio mea.

COnſultos, vt pro veritate
dicerem, an qui in ſortem
Dei electi ſunt in Caſtro S.
Ioannis participare debeãt
de bonis, quæ à Commu-
nitate conducuntur in em-
phiteuſim ab Abbatia Nonantulana, & diui-
duntur inter incolas ipſius Caſtri.

Contra clericos prima conſideratione
non leuem dubitationem faciebant autho-
ritates *Abbatis in conſ. 6. in 1.* reſpondentis
1 † Clericos non poſſe mittere eorum anima-
lia in paſcua Communitatis, niſi ſoluta mer-
cede, & *Rim. Iun conſ. 368. in 4.* reſpõden-
2 tis, † in bonis conductis ab eadem Abbatia
à Communitate Centi, quod Clerici de il-
lis non participent; faciebant etiam dubiũ
rationes, quibus ipſi mouentur, & præcipuè,
3 quòd † cum non ſint Clerici ſub iuriſdictio-
ne temporali eiuſdem Caſtri, & non tenean-
tur ad onera, quemadmodum tenentur ho-
mines laici d. Communis, quod propterea
de illis, vti de forenſibus iudicetur, & pro-
inde, quemadmodum forenſes de his bo-
nis non participant, ita nec Clerici.

Re ipſa tamen maturius conſiderata opi-
nor magis pium, & iuridicum eſſe, vt & Cle-
rici ad diuiſionem horum bonorum admit-
4 tantur, ea præcipuè rõne, † quod in fauora-
bilibus Clerici dicuntur de populo, de Cõi-
tate, & de iuriſdictione, de qua, & laici dicun
tur, nec ipſi ideò minus Ciues, & incolæ di-
cũtur, quod Clerici ſint *Bald. in l. 1. §. huius
ſtudij in fin. ff. de Iuſt. & Iur. Paul. conſ. 292.
n. 3. in 1. Alex. conſ. 41. n. 4. & 5. in 7. Dec. cõſ.
234. incip. pro tenui Alexan. conſ. 9. nu. 40. in
2. Crauet. conſ. 215. n. 16. in 2. & conſ. 293. nu.
27. in 3 Socin. Iun. conſ. 80. nu 15. in 4. Mal-
naſ. conſ. 26 ſub n. 19. Burſat. conſ. 59. num.
31. in 1.* Et quòd gaudeant priuilegijs ciuiũ
Eucrard. conſ. 42. nu. 46. Quod non tum pro-
cedit in mere fauorabilibus, qualis eſt hæc
5 bonorum diſtributio, † ſed etiã in onerosis,
quando cõmune bonum reſpiciunt, vt ſcri-
6 pſit *Burſat. dicto conſ. 59.* † de ſtatuto com-
pellente Communitatem ad emendationẽ
7 damni † in puncto extat *conſ. Oldrad. 32.* in
quo concludit Sacerdotem dici de Vniuer-
ſitate, ex quo infert in fine Conſilij, quod
habet ius paſcendi, quòd competebat illis
de Vniuerſitate.

Magiſq; eſt huic opinioni adhærendum,
quod non agitur de noua acquiſitione, ſed
de transferenda ea de laicis in Clericos, cũ
exiſtimo hæc bona prius competijſſe parẽn-
tibus horum Clericorum, quibus parentibus
mortuis, ſi filij eſſent laici vtiq; ſuccederent
in ius parentum ſuorum, quare modo non
ſuccedant ex eo, quòd ſunt Clerici, nulla ra-
tio eſt, quæ id perſuadeat, quemadmodum
alij incolæ, etiã, quod ſint ex alio priuilegia-
ti, non prohibentur tamen recipere partem
horum bonorum, quia non conuenit, vt eo-
rum priuilegia conuertantur in eorũ odium,
ità ex eo, quod Clerici dicantur ciues, vel in-
colæ priuilegiati non ſunt priuandi commu-
nicatione horũ bonorum, ne eorum priuile-
8 gia in eorum damnum retorqueantur, † &
quemadmodum ſuccedendo parentibus in
alijs bonis, non minus ſuccedunt licet ſint
Clerici, *l. Deo nobis C. de Epiſc. & Cleric.* ità
& in his bonis ſuccedent.

Quæ cum non veniant ab Eccleſia, pote-
runt dici eorũ bona patrimonialia, quorum
ſunt capaces, quia naſcuntur ex patre incola
ipſius Caſtri, & qui erat ex Communitate,
& ideo ſint, vel non ſint Clerici non referret,
9 † cùm in patrimonialibus Clerici nõ habe-
antur vti Clerici, *Plot. conſ. 93. num. 5. & 6.*
10 † Ideo paſſim traditũ eſt, in patrimonialibus
clericum non eſſe priuilegiatum, niſi in caſi-
bus à Iure communi deciſis, *Omnes in c. Ec-
cleſia S. Mariæ de conſtit.* præcipuè *Dec. poſt
Abbatem ſub n. 18 verſ.* in gloſ. 2. *Socin. conſ.
230. ſub n. 8. col. penult. in 2.*

11 Contraria autem nihil obſtant, † ſiquidẽ
in primis *Abb. in conſ. 6.* ita reſpondet ſup-
ponendo, quod paſcua ſint Communitatis
laicorum ibi *Ad primum dicen. quod ſi loca
paſtura eſſe conſueuerunt, & ſunt Vniuerſi-
tatis Communitatis laicorum* aliter reſpon-
diſſet, ſi paſcua fuiſſent ſimpliciter Com-
munitatis, tunc enim Abbas non receſſiſſet
12 ab opinione *Oldradi in d. conſ. 32.* † à qua nõ
ſolet vnquam recedere.

13 Ad *conſ. Rim. Iun.* ſufficeret dicere in
Caſtro Centi ſeruari contra dictum conſi-
lium, vt fides mihi exhibita oſtendit.

14 Sed, & eius rationes ſatis leues ſunt, nam
primo, quod bona emphyteutica non debẽt
tranſire in Clericos perſonas priuilegiatas,
quia deterior fit conditio Domini directi,
continet ius tertij, & procedit, quando ali-
cui priuato laico res locatur, quando verò
Communitati, aut volumus pro veritate te-
nere etiam cõtineri clericos, & tunc res non

Digitized by Google

egreditur terminos ſuos, nec ad priuilegiatos tranſit, cùm conſiderentur Clerici, vti mẽbra ipſius Communitatis, aut volumus Clericos non contineri, quod falſum eſt, *vt antea* probaui, & dum id *Rimi.* ſupponit, quod controuertitur ſupponit.

Addit *Rimi.* quod Clericis aſſignare portionem horum bonorum eſſet alienare bona contra prohibitionem de qua in inueſtitura; Quæ ratio, & ipſa perperam ſupponit ſub Communitate non contineri Clericos, ſi continentur, alienatio non eſt prohibita.

Tandem deducit *Rimi.* ſolidiſſimũ fundamentum ex conſuetudine antiqua, cuius initij memoria non exiſtit: Quæ conſuetudo in caſu noſtro non extat, cum ſupponatur quandoque non adfuiſſe Clericos capaces participationis, tunc non potuit induci conſuetudo in præiudicium Clericorum venturorum, quia non dato caſu non adeſt fundamentum conſuetudinis, & quandoq; adfuiſſe Clericos, qui petierunt, ideò non potuit ſtante tali petitione, induci aliqua conſuetudo, & dato, quod qui petierunt acquieuiſſet, vel loco bonorum aliquid accepiſſent, nec tunc conſuetudo intraret, & in ſumma eſt extra omnem difficultatem, quod vtoriatur conſuetudo, quæ tollat ius Clericis venturis oportet, quod in Iudicio contradictorio ſit obtenta, alias taciturnitas aliquorum non poteſt præiudicare poſteris.

Quod dicitur de oneribus, mihi non videtur obeſſe, quia, aut ſunt onera his bonis communibus adiecta, & non poteſt dici,
15 quod Clerici ea non ſubeant, † tenẽtur enim ſi volunt emolumentum bonorum, etiam onera ſubire bonis annexa *Soc conſ.97.nu.3. in 1 Barſat.d.conſ.59.n.30.* quod apud om-
16 nes eſt receptiſſimum, † & ſi onera eſſent talia, quæ non deceret Clericos perſonaliter ſubire, ea poſſent explere per interpoſi-
17 tam perſonam; † ita dicitur Clericum eſſe capacem feudi, quando per interpoſitam perſonam ſeruire poteſt *Alex. conſ.10.nu. 8.& 9.in 1.* ſcilicet quia ſeruitium ſit tale, quod præſtari poſſit per interpoſitam perſonam, & hoc naturæ feudi conuenit *Iſern. ſi de feud.defunct.fu:r.contro.v.qui clericus nu.6. Rouſentral. de feud.c.7.concl. 30.n.20.*
18 Aut ſunt alia onera; & ſi ſunt talia, quæ concernant vtilitatem publicam laicorum, & Clericorum, ad ea tenetur Clerici *Iacob. de Aren.& Iacob. Butrig in l.ad inſtructionẽ C.de ſacroſ.Eccleſ. Ancharan.conſ.61.verſ.* Præterea *Abb.in c.1.col.1.& 2.de immunit. Eccleſ. Laderch.conſ.145.* Si verò non concernunt vtilitatem publicam laicorum, & Clericorum, licet Clerici ad ea non teneantur
19 † tenẽtur tamẽ ad plura onera ſpiritualia, nã eorũ orationibus, & ſacrificijs laicis auxi-
20 lium præbent *Ancharan.d.conſ.61.* † ob quæ onera conuenit, vt participent de fauoribus, de quibus & laici participant *Dec.conſ.114. col.2.verſ.Ad primum Alciat.conſ.9 nu.40. in 2.*

21 Quod Clerici intelligantur forenſes, in propoſito caſu non eſt verum, quia immo inter ciues connumerantur, vt antea probaui, & rectè firmant *Dec.& Alciat. in conſ. allegatis, & Soc.Iun.conſ.80.n.15. in 4.* dicens, ex magna rationis diuerſitate non licere arguere de forenſibus ad Clericos, qui ſunt ciues ſuæ Ciuitatis, & aliqua ſubeunt onera ſaltem ſpiritualia, quod ſufficit allegãs *Paulum*, vt per eum.

In fauorem igitur Clericorum puto omnino reſpondendum, ſaluo iudicio cuiuſlibet rectius ſentientis.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME

Laicos non poſſe collectare Clericos, nec illorum bona etiam patrimonialia.

Conſtitutionem laicorum, qua cauetur, ne liceat molere, niſi in aliquo molendino non afficere Clericos, neque illis ſeruientes.

SVMMARIVM.

1 *Laici non poſſunt collectare Clericos.*

Nec etiam pro bonis patrimonialibus n. 2. & 6.

Et de ratione n.4. & 5.

Etiamſi bona dum extabant apud laicos ſolita eſſent collectari n.7.

Fallit, quando collecta indicantur ob communem vtilitatem Clericorum, & laicorum in caſu neceſſitatis, conſulto tamen Summo Pontifice, vel Prelato Eccleſiæ nu.9 & 12

Fallit ſecundo in Clerico negociatore, qui ad onera tenetur etiam pro patrimonialibus, ex quibus non fuit negociatus nu.8.

Si laici moniti non deſiſtant à moleſtia illata Clericis, ſeu illis ſeruientibus ſubijciuntur excommunicationi & nu.14.

3 *Clerici gaudent immunitate ab oneribus, quæ imponuntur à laicis perſonis pro rebus.*

5 *Bona patrimonialia Clerici ſunt eius Eccleſiæ obnoxia pro ſua mala adminiſtratione.*

10 *Conſtitutio laicorum, qua cauetur, vt non liceat molere, niſi in tali molendino, non afficit Clericos.*

Nec ſeruientes ipſis nu. 13.

Præſertim, quando verba conſtitutionis ſunt præceptiua nu. 11.

Poteſtque Iudex Eccleſiaſticus cogere conſtituentes ad declarandum talem conſtitutionem non includere Clericos nu. 15.

Neque poſſunt ſuperiores laici vetare Laicis, ne conducant frumenta Clericorũ ad aliud molendinum, quia hoc eſſet per indirectũ lædere Eccleſiaſticam libertatem nu. 17.

16 *Timendum non eſt plus maieſtatem temporalem offendere, quàm æternam.*

RESPONSVM XVII.

Adſis S. Trinitas.

IN re clara, & ferè indubitata, & in qua luculenter ſcripſit Excellentiſs. D. Aduocatus, mihi pluribus non erit immorandum.

Etenim extra omnem

1 dubitationem eſt, † vniuerſitatem laicorum non poſſe collectare Clericos vti non ſubditos ſuæ iuriſdictioni *Bar. in l. vnic. num. 32. C. de muner. & in quo loc. lib. 10. Doct. in c.*

2 *Eccleſia S. Maria de conſtit.* † & ſi collectan do monita non deſtiterit, incidit in excommunicationem *Anaſtaſ. Germon. lib. 3. de ſacro immunit. c. 17. nu. 66* qui allegat *Alex. conſ. 68. in 2. & omnes communiter in d. c. Eccleſia S. Maria.*

3 Immo Clerici vna cùm eorum bonis gaudent omni immunitate ab illis oneribus, quę à laicis imponuntur perſonis pro rebus, vt ſupponuntur eſſe collectas, de quibus agitur *Iaſ. in l. placet in 2. lectu. ſub nu. 20. C. de ſacroſ. Eccleſ. Ruin. conſ. 217. nu. 4. in 4. Natta conſ. 280. nu. 5. Alb. conſ. 8. nu. 1. Lud. Cat. inter conſ. Rim. Sen. conſ. 740. ſub nu. 12. Bello. conſ. 40. nu. 3. Euerard. conſ. 42. nu 25 & ſeq.* allegant ad idem *non minus, & c. aduerſus de immunit. Eccleſ. c. 1. de immunit. Eccleſ. in 6. c. quamquam de cenſib. in 6. & clem. præſenti de cenſib.*

4 Qua immunitate Eccleſiæ gaudent Clerici, nedum ob res Eccleſiæ, ſed etiam ob bona patrimonialia, nam, & in illis viget ratio, quod laici non ligant Clericos ab eorum iuriſdictione exemptos *Omnes in d. c. Eccleſia S. Maria. Butri. nu. 11. Io. Annan. num. 5. Felin. n. 7. Barbat. n. 51* ità concludens poſt longã diſputationem *Dec. n. 18.* qui ſequuntur *gl. 2. ibi, qua id tenet Guliel. de Mõte Landuno in clem. 1. de vit. & honeſt. Cleric nu. 7.* afferunt rationem *ex gl. penul. in c. ex litteris*

5 *de pignor.* † quod bona patrimonialia Clerici ſunt eius Eccleſiæ obnoxia pro ſua mala adminiſtratione, & ideò conuenit, vt gaudeant illis priuilegijs, quibus gaudent bona Eccleſiæ, quam *gl.* in hoc ſequuntur *Io. Andre. nu. 12. Bellamer. ſub nu. 7. Io. de Annan. ſub nu. 5. Imol. nu. 5. in d. c. Eccleſia S. Maria.*

6 Et in ſpecie, quod pro bonis patrimonialibus non valeant laici collectare Clericos *Butri. in c. 1. nu. 5. de conſuet. & Imol. ſub nu. 1. Dec. ſub nu. 18. in d. c. Eccleſia S. Maria. & Felin. nu. 7. Barbat. ſub nu. 46. Rom. in l. ſi publicanus § de rebus n. 3. ff. de publican.* quemadmodum nec ad gabellas Clerici tenentur

7 de rebus proprijs *clem. præſenti de Cenſi.* † Etiam quod bona, dùm extabant apud laicos, ſolita eſſent collectari, nam dum tranſeunt ad Clericos à collectis immunia redduntur *Specul. tit. de Cleric. coniugat. num. 10. verſ.* ad huius tamen articuli *Ferret. conſ. 167. nu.*

8 *11.* † facit, quod in odium Clerici negotiatoris, fit, vt ad onera teneatur etiam pro patrimonialibus, ex quibus non fuit negociatus *Marcabrun. conſ. 18. nu. 245.* qui plures allegat, ergo ceſſante odio negociationis, patrimonialia Clericorum erunt immunia.

9 Adeoque id verum eſt, † quod ſi collectę indicantur ob communem vtilitatem tàm Clericorũ, quàm laicorum non poſſunt laici collectare Clericos, niſi in caſu neceſſitatis conſulto Summo Pontifice, vel Prelato Eccleſiæ *Butri. in c. non minus de immunit. Eccleſ. Guid. Pap. deciſ. 78. Io. de Annan. in d. c. non minus nu. 3. Abb. conſ. 13. nu. 2. in 2. Ferro. conſ. 31. nu. 13. in 1. Galita conſ. 59. nu. 54. & 55. Anaſtaſ. Germon. de ſacro. immunit. d. c. 17. num. 32.* Et hoc ipſum ſenſit *Illuſtriſs. Dominus meus Laderch. in conſ. 245 ſub nu. 4. in fin. penul. col. ibi* (ſed & ſecundo illa capite) alioqui in ista cauſa acerrimus defenſor laicorum.

Quare indubitatum puto, non licere Vniuerſitati ex ſe collectis ſubijcere bona etiam patrimonialia Clerici, & id iuſtitiæ conforme eſſe arbitror.

Quoad ſecundum propoſitorum, clari, & apertu

Digitized by Google

10 aperti iuris eſt, † conſtitutionem, ordinationem, ſeù bannum, quo cauetur, vt non liceat molere, niſi in tali molendino, conditum à laicis non afficere Clericos *auth. caſſa, & ibi DD. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in d. c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, & c. quæ in Eccleſiarum de conſtit. vbi Dec. Felin. & Cardinal. in c. perpendimus de ſenten. excommunic.* & ad id plura allegat *Surd. conſ. 2. nu. 14. in 1. & conſ. 301. nu. 12.*
11 *& ſeq. in 3.* † vbi ait id præcipuè procedere, quando verba ſunt præceptiua, & arctatiua, vt non eſt dubitandum eſſe in caſu noſtro. Accedit, quod (vt ex præcibus porrectis Sereniſſimo glorioſæ Memoriæ Duci Alfonſo) conſtat cauſam finalem concedendi, vt non liceret in alio molendino, quàm ipſius terræ Herberiæ molere, fuiſſe, vt ſubditis facilius
12 eſſet ſubire onera gabellarum, † ad quæ onera, cùm non teneantur Clerici, niſi in certis caſibus, itaut arceantur à ſuperioribus Eccleſiaſticis, nunquàm tamen à laicis *Euerard. d. conſ. 42. n. 5. Lancel. Gallia d. conſ. 59. nu. 53. & 54.* ſequitur, vt nec includantur ſub ordinatione facta pro faciliori ſolutione gabella-
13 rum, † & quemadmodum non licet laicis ſuis conſtitutionibus Clericos, ita nec licet ligare ſeruientes ipſis Clericis *Bald. & Salicet. in l. 1. & 2. C. de Epiſc. & cleric. Oldrad. conſ. 11. Surd. d. conſ. 301. n. 86. Illuſtriſſ. D. Laderch. conſ. 103. in 15.* Immo in propoſito caſu ſatis eſt, quod conſtet frumentum molendum fuiſſe Clerici.

Quod ſi conſtat, vt creditur, ex teſtibus in proceſſu examinatis, conuenit, vt Dominus Iudex laicus deſiſtat monitus à moleſtia, qua afficit colonos, qui inſeruiendo Cleri-
14 co frumentum conducebant, † & ſi monitus non deſiſtit (quod non creditur) ſubijcietur excomunicationi, vti lędens libertatem Eccleſiaſticam *c. fin. & ibi omnes de immunit. Eccleſ. in 6.* Immo *Io. Andr. ibi verſ.* (Nec eſt abſurdum dicere) *col. fin.* ait, iudicem Eccleſiaſticum poſſe cogere ſuperiores laicos, vt declarent, quod ſub conſtitutione generali non includantur Clerici, vel perſonæ Religioſæ, cum ibi ſequuntur *Anchar. col. 2. verſ.* (ſubdit tamen Gemin.) *col. fin. verſ.* (ſi immo non eſſet) *Franch. ſub nu. 2. verſ.* & vltra *Alexand. Anchar. conſ. 135. ſub nu. 8. verſ.* [illegible] & vltimo *Surd. d. conſ. 301. nu. 45.*

15 Ex his ergo deducitur, inſtante R. D. Peregrino pro defenſione Eccleſiaſticę libertatis, vt colono reſtituatur pœna exacta, & id petente à iudice Eccleſiaſtico, vt ipſius muneris ſit, non trepidando, vbi trepidan-
16 dum non eſt, † nec timendo plus maieſtatem temporalem offendere, quam æternam, vt habetur in *c. clericis in fin. princip. de immunit. Eccleſ. in 6.* monere laicum ſuperiorem vt reſtituat ab eo indebitè exactum, & declaret ſub prouiſione de nō molēdo, niſi in molendino Coītatis, non cōprehendi Eccleſias, nec Eccleſiaſticas perſonas, & ipſū contumacē exiſtentem (quod non creditur) excōmunicare, Non obſtante, quod ipſe alleget, poſſe conſtringere laicos, vt non conducant frumenta Clericorum ad aliud molendinum.
17 Quia veritas eſt, quod nec iſtud licet ſub pœna excommunicationis, vti per indirectum lædens libertatem Eccleſiaſticam, vt eſt formalis *tex. in c. fin. de immunit. Eccleſ. in 6. & ibi gl. c. quanto de priuil. & c. ſtatutum de hæretic. in 6. Bald. conſ. 31. ſub nu. 2. verſ.* (Nam aut opus) *in 1.*

Hæc pauca in re ex ſe ſatis clara pro nunc ſufficere arbitror, paratus, ſi quæ in contrarium in iure adducentur ea reſoluere.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME

Legatum de latere poſſe extrahere reos ab Eccleſia, & illos, qui eum impediunt punire. Vbi plura de Legato de latere.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere eſt ordinarius in Prouincia, habetq́; in ea maiorem authoritatē repræſentans perſonam Sanctiſſ. Domini, & Sedem Apoſtolicam.*

Eius authoritas eſt authoritas Papæ nu. 2.

Factum ſuū eſt factum Sedis Apoſtolicæ n. 3.

Poteſtq́; omnia, quæ non ſunt de reſeruatis n. 4.

Etiam quòd eſſent contra Iura nu. 5.

Authoritate eſt ſuperior omnibus Ordinarijs num. 6.

Eius mandata humiliter implenda ſunt nu. 7.

Poteſt punire impedientes exercitium ſuæ iuriſdictionis nu. 8.

In ſpiritualibus repræſentat Summum Pontificem num. 10.

Dicitur Eccleſiarum Patronus ibidem.

Poteſt extrahere ab Eccleſia delinquētes n. 11.

Maximè, quando habet facultatem à Summo Pontifice ſibi conceſſam num. 17.

Præſumitur feciſſe ea, quæ de iure facere poterat nu. 14.

Fiue affectioni ſtandum eſt circa facultates ſibi attributas nu.19.

Et in caſibus, in quibus ipſi non creditur facultates probantur ex regiſtratione literarum in Cancellaria publica nu.20.

9 *Delegatus poteſt punire impedientes exercitium ſuæ Iuriſdictionis.*

11 *Prælati Eccleſiaſtici non poſſunt extrahere delinquentes ab Eccleſia.*

Quod fallit in pluribus caſibus, de quibus remiſſiue nu.13.

15 *Conſtitutio Gregorij XIII. concedens facultatē extrahēdi reos ab Eccleſia ſolū Ordinario habet locū, quando agitur cū ſuperiori tēporali, non cū Legato de latere, qui in ſpiritualibus habet maiorē iuriſdictionem ipſo ordinario.*

16 *Prohœmium oſtendit finalem intentionem ſtatuentis.*

18 *Obſeruantia tollit omnem dubitationem.*

21 *Excommunicans iniuſtè puniendus eſt.*

RESPONSVM XVIII.

Reuer. Pater.

Vicarius Illuſtriſ. Archiepiſcopi Rauennatenſis voluit plus ſapere, quam oportuit, dum incōſiderato zelo tuēdæ immunitatis ſuæ Eccleſiæ ſe oppoſuit miniſtris Illuſtriſ. Cardinalis Caierani in ſpiritualibus, & temporalibus Legati de latere contra iura,
1 & in ſpretū Sedis Apoſtolicæ. † Nam cū Legatus de latere ſit ordinarius in prouincia ei cōmiſſa, habeatq; in ea maiorē authoritatem, repræſentans perſonam Sanctiſs. Domini, & Sedis Apoſtolicæ *c.1. in fin. & c. volentes de offic. leg. c. 2. de offic leg. in 6. Io. Andr. in Rubr. extr. eod. Bal. in l. ſi in aliquam §. cum pleniſs. nu. 3. ff de offic. procon. Abb. in c. cùm Bertoldus nu. 22. de re iudicat. Gambar. de offic. leg.*
2 *lib 2. in princ. num. 2 & ſeq.* † Ita vt ipſius authoritas ſit authoritas Papæ *extrauag. Io. 22.*
3 *de cōſuetud. incip. ſuper gentes,* † & factum ſuum ſit factum ſedis Apoſtolicæ, *idem Gambar. lib. 2 nu. 181. & lib. 5. de poteſt. legat. in eligend. benef. nu. 15.*
4 † Poſſitq; omnia, quæ nō ſunt de reſeruatis *gl. vlt. in c. ſi Abbatem de of-*
5 *fic. legat. in 6.* † etiam quod eſſent contra Iura *Ant. de Burgos in c. ſicut Romana nu. 45. de re-*
6 *ſcript.* † Ad eò vt in authoritate ſit omnibus ordinarijs ſuperior *c. ſi Abbatem §. huiuſmodi de elect. in 6. ibi* (poſt Rom. Pōtificem in prouincia maius omnibus habet imperiū) *Felin. in c. ſuper quæſtionum §. ſi verò nu. 16. de offic. delegat. Barbat. conſ. 44. n. 12. in 2. & in Rub. de offic. legat. nu. 9. Menoch. conſ. 54. nu. 57. Boer. de poteſt. legat. à latere in præalud. nu. 16. Aux de Ramengh. in cau. ideò huic num. 11. 2. q. 6. Nicolao de mil. in verbo Legatus de latere ſtl 21.*) Nō magis potuit Vicarius impedire gerenda ex eius mandato, quam poſſet impedire gerenda ex mandato Sanctiſs. Domini, &
7 Sedis Apoſt. † ſed humiliter tenebatur eius mandata implere *c. cum cōtingat de reſcript. Gambar. d. lib. 2. in princ. nu. 19.*
8 Quinimò tentando impedire, ſtatum Eccleſiæ turbare dicitur, & ea ratione eſt puniendus graui pœna iuxtà qualitatem admiſſi criminis, licet ex arbitrio vel Sanctiſsimi Domini, vel ipſius Illuſtriſ. Domini Legati, qui in hoc non ſuam, ſed Apoſtolicæ Sedis iniuriam proſequitur *Villadieg. de legat. q. 7.*
9 *nu. 37.* quemadmodum; & ſimplex delegatus punire poteſt impediētes exercitium ſuæ iuriſdictionis *c. 1. & ibi omnes de offic. de leg. can. ſi quis autem 94. diſt. vbi Archid. ſub nu. 1.* quem ſequuntur *Bellamer. in fine, & Turrecremat. nu. 3.* & de genere pœnæ *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 458. præſertim nu. 21. cū ſeq.*
Nec aliquam admiſſi criminis, vel leuem
10 habet excuſationem, † Cum .n. de iure communi Illuſtriſ. Legatus in ſpiritualibus repræſentet Summum Pontificem, & dicatur Eccleſiarum patronus *c. primo 94. diſt.* † ſi alicui inferiori à Papa competit Ius extrahendi reos ab eccleſia, id maximè legato de latere cōpetit rationibus iam adductis. Nec obſtat,
12 † quod ex veriori opinione, nec Prælatis Eccleſiaſticis liceat extrahere *Doct. in c. inter alia de immun. Eccleſ. Io. Andr. ſub n 4. Anchar. nu. 9. Cardin ſub num 4. 6. q. & Abb. num. 11.*
13 † Quia (ſi DD. illi loquerentur de Legatis à latere prout non loquuntur) cum plures ſint caſus excepti, de quibus *Ant. Gomez. reſol. tom. 3. c. 10. n. 2. Couar. lib. 2. reſolut. c. 20. nu. 7. Rebuf. ad conſt. Gal. tom. 2. de immun. eccleſ. art. 1. gl. 1. n. 13. Nauar. in manuel. c. 25. num. 20.* Non erāt partes Vicarij actiones Illuſtriſ. Legati longe ſuperioris ſindicare, ſed ſibi perſuadere debebat in caſu licito id fa-
14 ctum fuiſſe, † vt de Iure etiam præſumitur *c. bonæ, il 1. de elect.* & per hunc text. *Calder. cōſ. 6. de offic. legat.*
15 Nec obſtat, quod hæc cognitio ex bulla Gregoriana detur ordinario, quia procedit, quando res agitur cum ſuperiore temporali, non quando cum ſpirituali, qui eandem, & maiorē habet authoritatem ipſo ordinario,
quod

Digitized by Google

quod colligitur nedum ex prohemio conſti-
16 tutionis† quod oſtendit finalem intẽtionem
conſtituentis *l. fin. C. de her. inſtit. cum vulg.*
ib (*complacētibus ſecularibus principibus*) & ibi
(*eorumdem Principum miniſtris*) ſed & in di-
ſpoſitiua ibi (*ne autem curia ſeculares prædi-
cta*) & ibi (*vt curia ſecularis eiuſq; Iudices, &
officiales*)

17 Sed & omnis difficultas ceſſat, † cum ſup-
ponatur à Sanctiſs. Domino conceſſam fuiſſe
Illuſtriſs. Legato facultatem eſtrahendi ab
Eccleſia, nedùm reos maiorum criminum,
ſed etiam non repertos culpabiles cum clau-
ſulà *non obſtantibus quibuſcunq; prædeceſſo-*
18 *rum conſtitutionibus*, † & obſeruantia mihi
oppoſita in tota prouincia legationis, tollit
omnem dubitationem *Aym. conſ. 100. nu. 3.*
Bec. conſ. 96. num. 14.

Nec huius facultatis ignorantiã potuit Vi-
carius prætendere, tùm quia erat ex memo-
rata obſeruantia notoria in prouincia, tùm
etiam, quia vidit mandatum officialium in
19 vim facultatum Illuſtriſs. Legati, † cui à Vica-
rio credendum erat *Io. And. in c. conſtitutus,*
il 1. nu. 4. de appellat. Gemin. in c. nobiliſſimus
ad fin. 97. diſt. Paul. in l. 1. n. 1. C. de mandat.
princip. Felin. in c. quod ſuper his nu. 8. de fide
inſtrum. d. p. allegat. 13 nu. 2. Calder. conſ. 1.
de offic. legat. Rom. conſ. 59 ſub nu. 6. Rota in
antiq. deciſ. 175. alias 2. de offic. leg. Et vbi
etiam eſſemus in caſu, in quo non prorſus
ſtandum eſſet aſſertioni legati, iuxta alle-
20 gata à *Rota deciſ. 134 par. 1. nouiſſ.* † ſatis di-
ceretur probata authoritas, ex oſtenſione
literarum, & earum regiſtratione in cãcella-
ria publica, nam eſt hæc illa probatio, quæ
fit in caſibus, in quibus legato non prorſus
creditur, de qua per *DD. allegatos à d. deciſ.*
134.

Sed etiam placuit, ex abundanti Illuſtriſs.
Legato literas mittere ad ipſum Vicarium, vt
errorem commiſſum corrigeret, qui cum in-
corrigibilis proceſſerit ad vlteriora, multi-
plicando errores, nullâ dignus eſt excuſatio-
ne, quin puniendus ſit de turbata, & impedi-
21 ta iuriſdictione Legati de latere, † & de iniu-
ſta, & iniqua ſententia excõicationis iuxta
terminos *c. ſacro de ſent. excommun. & c. 1. de*
ſent. excommun. in 6. vbi copioſè *DD.* præci-
puè *in d. c. ſacro Socin. nu. 238.*

Hæc in re ratis clara pro nunc ſufficere ar-
bitror, paratus, ſi quid dubitationis, quod nõ
creditur, orietur, ſcribere.

Laus Deo, & Virgini.

ÉPITOME.

Donatis poſſeſſionibus RR. Monachis Cartuſiæ Papiæ, vt quotannis ex redditibus diſtribuant decem mille florenos pauperibus, augmẽtum vltra dd. florenos ſpectat ad Monachos.

Dominium, quando tranſlatum dicatur.

Quando quis dicatur donatarius, ſeù legatarius, & quando nudus miniſter.

SVMMARIVM.

1 D*ominij trãſlationem ſignificat verbum* dare.
Verbum donare *num. 1.*
Item verbum dedicare *nu. 3.*
Et verbum habere *nu. 6.*
A quo regulantur ſequentia verba teneant ga[u]d[e]ant, & poſſideant *vt idem ſignificent num. 7.*
Dominij translationem pariter importat Clauſula Conſtituti nu. 5.
Et datio in dotem num. 10.
2 Doare *eſt dono dare.*
4 *Per dedicationem res incipit eſſe Eccleſiæ, vel in nullius bonis.*
8 *Loco Religioſo ædificando relinqui poteſt.*
Maximè ſtipulante notario pro Eccleſia conſtruenda nu. 9.
11 *Obſeruãtia declarat conceſſiones & tollit omnem ambiguitatem nu. 12.*
13 Ofalch ſecun. 37. *cumulatiſſimè ſcripſit in hac cauſa.*
14 *Fructus rei pertinent ad Dominum ſicuti, & augmentum fructuum nu. 15.*
Quia augmentum eſt illius, cuius eſt res principalis nu. 16.
17 *Quem de euictione tenet actio eundem repellit exceptio.*
18 *Iuratione ſingula ſingulis referenda ſunt.*
19 *Donatarius, non verò nudus miniſter dicitur ille, ad quem verba diſpoſitiua donatoris diriguntur, & nu. ſeqq.*
Et idem, quando precedunt verba diſpoſitiua, ſi concurrant cum executiuis nu. 22.
Hinc eſt, quod vxor, cui relinquitur, vt diſtribuat inter pauperes, non eſt miniſtra, ſed legataria nu. 20.
Et ſi dicatur relinquo Titio decem, quæ volo eum reſtituere Seio Titius eſt legatarius, num. 21.
Quando autem verba diſpoſitiua ſunt relata ad eum, quem teſtator putabat melius exe[cu]turo.

... capturam, quam hæres, dicitur nudus mini-ſter, & non legatarius nu. 22.

Legatarius verò dicitur ſi aliquod commodū recipiat nu. 24.

Etiam ſi illud ſolùm conſiſtat in dilatione one-ris nu. 25.

24 Cuman. *conſ.* 108. *ſub num.* 8. *quomodo pro-cedat.*

26 *Ad eum, qui eſt donatarius, & non nudus mi-niſter, ex mente cōcedentis pertinet id, quod ſupereſt ſatisfactis oneribus.*

27 *Diſtributio plurā reſpiciens determinabilia æqualiter determinat.*

29 *Quis præſumitur ſe conformare cum Iure communi.*

30 *Erectio nouorum titulorum, de qua in* c. cū M. Ferrarienſis de conſtitut. *in quibus caſibus locum non habeat.*

31 *dictis facultatibus magis tenentur Monachi ad Hoſpitalitatem, & pauperum ſubuen-tionem.*

32 *à ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam recedendum non eſt.*

RESPONSVM XIX.

Reuer. Pater.

INſtantia Sacræ Maieſtatis Regis Catholici apud Sanctiſſimum Dominum nemini minus à iuſtitia recedit, ac procedere ex pietate animi ſuæ Maieſtatis Catholicæ credatur, quod vt facilius oſtendam, id prius ſuppono, ex inſtrumentis mihi exhibitis clariſſimè conſtare, dominium poſſeſſionum, de quibus agitur translatum eſſe in monaſterium, & congregationem RR. PP. Cartuſienſium Papiæ, & prius, in inſtrumento de anno 1400. primus Dux Mediolani Io. Galeatius ex donatione inter viuos, dedicatione, & deſignatione, donat, dedicat, & deſignat notario ſtipulanti nomine Fabricæ Monaſterij, & Eccleſiæ Cartuſienſis ædificādi, & ædificandæ, titulus eſt ad dominij translationē aptus, & verba *donat, & dedicat* dominij translatio-

1 nem denotant, † quemadmodū enim verbum *dare* præcedente titulo habili ſignificat dominium transferre *not. in l fin. ff. de condict. cauſ. dat. l. vbi autem* §. *fin. ff. de verb. obligat.* §.

2 *ſic itaq; diſcretis inſt. de act.* † ita, & verbum *donare*, quod aliud non importat, quam donodare *l. ſenatus* §. 1. *ff. de mort. cauſ. donat.* pa-

3 riter † & verbū, *dedicare* neceſſe eſt, vt idem

4 ſignificet, † cum per dedicationem res, quæ prius ratione dominij eſſet in commercio ſingulorum incipiat eſſe Eccleſiæ, vel dicamus in nullius bonis §. *ſacra Inſt. de rerum diuiſ.* conferunt notata à *gl. in l. 3. C. de furt. & ſeruo corrupt.* Adeſt prætereà clauſula conſtituti, non tantū ratione poſſeſſionis, ſed & dominij, cùm Dux conſtituat ſe poſſidere, & concedat licentiam poſſidendi animo tradendi omne dominium, omnemq; poſſeſſionem,

5 quæ manifeſtè importat dominij translationē *Eutrius in c. 2. ſub n. 30. verſ.* (teneas quod primus) *de conſuetud. & in c. cum venifſent ſub n. 13 col. pen. verſ* (ſed puto quod etiā) *de reſt. ſpoliat.* Inſuper dicitur Ducē feciſſe donationē, dedicationē, & aſſignationē, vt Monaci *habeant, teneant, gaudeant, & poſſideant*

6 dictas poſſeſſiones, † verbum *habeant* ſignificat, quoad dominium *l. habere ff. de verb. ſignif. l. ſtipulatio iſta* §. *hac quoq; verſ.* habere *ff. de verb. oblig. & ibi Bar. Paul. & alij Ceph.*

7 *conſ.* 312. *n.* 37. *in* 3. † à quo verbo regulantur conſequentia *teneant, gaudeant, & poſſide int Surd. de alimen. tit. 2 q. 5. num. 3. & nu 23. verſ.* (declaratur tertio) nec obſtat, quod dicatur *vt teneant nomine quo ſupra*, quia ex verbis præcedentibus, de quibus dicam inferius, id intelligitur, nedum nominē pauperū, ſed etiā nomine fabricæ, & monaſterij: Prout nec etiam obſtat, quod Dux actualiter non aſſignauerit omnia hæc bona, cum ex narratis ab eo ſatis conſtet de eius intentione, ſecundum quam conceſſiones, & aſſignationes ſunt intelligendæ, cum factæ ſint ad eius executionem. Nec ideo minus dominium tranſit, quod monaſterium nondum fuerit ædificatum, quando conceſſio facta fuit, quia etiam loco religioſo ædificando certum eſt poſſe relinqui §. *ſi quis ædificatur Auth de Eccleſiaſt. tit. l. c. nos quidem de teſtament. Ang. conſ.* 129. maximè ſtipulante notario pro Eccleſia conſtruenda *Franc in c. Abbate ſanè* §. *allegabatur autem nu. 3 de ſent. & re iudicat.* Hoc poſtea, & in alijs ſcripturis ſupponitur, præſertim in priuilegio immunitatis conceſſo ab eodem primo Duce de anno 1399. expræſsè dicitur *tam tam pro dote, quam pro fabrica Eccleſia, ſeu monaſterio dedimus, & aſſignamus poſſeſſiones &c.* ſi eſt pro dote, ergo in Eccleſiam, & monaſterium eſt translatum dominium irreuocabile *Paul. de Citadin. de iure patronat. in 3. parte ſub num. 74.* Et aduertendum, quod ſemper dicitur aſſignari, & dedicari Eccleſiæ, & Monaſterio, ſeu eius fabricæ, & pro eius dote, & nunquam

dici.

dicitur aſſignari pauperibus, & pro eorum auxilio, & alimentis.

Deinde de anno 1406. aliquæ ex dictis poſſeſſionibus detentæ à quaſi Samaritana à Io. Maria ſecũdo Duce mandantur relaxari Patribus Cartuſiæ, vti donatæ, & aſſignatæ monaſterio, & in alijs ſimilibus ſecundi, & tertij Ducis mandatis, ſemper eadem bona relaxantur, vti donata, & dicata monaſterio, & Eccleſiæ, & de eius dote, & ita vti ratione dominij pertinentia ad ipſum monaſte-
11 rium, † ex quibus oritur obſeruantia declarãs qualis fuerit primi Ducis conceſſio *l. 1. C. qui ac cuſ. nõ poſſ. ibi* (& tunc ex euentu cauſæ) *Mar. Anguiſſ. conſ. 59. nu. 8. Nat. conſ. 227. in fine, & conſ. 661. nu. 28. Eugen. conſ. 92. num.*
12 *24.* † & tollens in hoc omnẽ ambiguitatem, *Aym. conſ. 101. nu. 3. Bec. conſ. 96. n. 14 Gabr. conſ. 66. nu. 24. in 2. Carsar. deciſ. 67. nu. 20.*
13 † His etiam adiungi poſſunt, quæ in eadem cauſa pro Monachis cumulatiſſimè ſcripſit *Oſaſch. conſ. 37.*

Et ex hoc ſuppoſito, quod dominium ſit apud Monaſteriũ, & Reuerendos Cartuſien-
14 ſes, conſequitur, † vt ad eos pertineant fructus, qui ex illis percipiuntur *l. fructus l. in fundo, & l. ex diuerſo ff. de rei vendicat. l. Hærennius ff. de vſur. l. dominium C. de pignor. c. 1. 2. & c. conqueſtus de vſur. Ceph. conſ. 49. nu 13.*
15 *& conſ. 50. num. 3. in 1.* † & proinde etiam, vt ad eoſdem pertineat fructuum, & redituum
16 augmentum; † vtpotè quod eſt illius, cuius eſt res principalis *l. ſi fundus in princ. & §. ſi res l. Paulus §. ſi domus ff. de pignor. l. 2. in fine, & ibi Bart. & Io. à Plat. C. de frument. vrb. Conſtant. lib. 11. Theod. Non. conſ. 92. num. 13.* Nec minus hoc vrgeret, ſi diceretur, non poſſe fructus ſpectare ad Monachos, cũ non ex præcepto concedentis ſint inter pauperes diſtribuendi: Siquidem ex ipſis conceſſionibus colligitur reſponſio concedentem .ſ. nõ iubere diſtribui reditus, fructus, vel introitus, qui ex varietate temporis poſſent augeri, & minui, vt quotidiana experiẽtia docet; ſed iubere diſtribui florenos decem mille ſæpè id repetendo, ita vt non ſint fructus diſtribuendi, ſed contineant fructus onus diſtribuendi quantitatem ex fructibus colligendam. Idq; etiã manifeſtè colligitur ex verbis poſt clauſulam conſtituti adiectis, ibi (*& habeant prædictas poſſeſſ. & ex ipſis pro ſatiſfactione voluntatis prædicti Domini, & pro prædictis denarijs ſingulis annis diſpenſandis, fructus, reditus, prouentus, & obuentiones ipſarum poſſeſſionũ habeant, & percipiant ſine cõtradictione prædicti Domini, eiuſque hæredum, ſed cum ſua ſuorumque hæredũ legitima defenſione*) ergo fructus percipiendi ſunt à Monachis, & non ſunt inter pauperes diſpenſandi, ſed prædicti denarij, & ſic taxatiuè dicti floreni decem, & mille, ita res eſt apertiſſima; immo tãtum abeſt, vt ſua Maieſtas Catholica poſſit nunc inſiſtere, vt fructus auferantur à Monachis, & de illis erigantur noui tituli, vt potius teneatur defendere eoſdem Monachos, & ad
17 euictionem, † quem enim de euictione tenet actio eundem repellit exceptio iuribus vulg.

Nec pariter negotium facit, quod notarius ſtipuletur pro pauperibus, quaſi, quod illis acquiratur: quia notarius ſtipulatur etiam pro Monaſterio, & Eccleſia, ita enim concepta eſt ſtipulatio (*donat mihi notario ſtipulãti vice, & nomine fabricæ Monaſterij, & Eccleſiæ Cartuſien. ædificandi, & ædificandæ in loco, & territorio prædictis, nec non nomine pauperũ, & aliorum habere debentium ab ipſo Domino res*) quæ ſtipulatio eſt intelligenda ſecundũ concedentis in verbis claram .ſ. pro Monaſterio, & Eccleſia ratione dominij, & perceptionis fructuum, & nomine pauperum pro eorum intereſſe ratione ſoluendi memoratos florenos, vti onus fructibus iniũctum; oratio enim coniuncta eſt præcedentibus applicanda,
18 † ità vt ſingula ſingulis referantur *l. eam quã C. de fideicõmiſ. ibi*, ſiue quæſita, ſiue non *l. 1. C. de falſ. l. quoties §. non mutat C. fam. ercisc. gloſ. in l. final. verbo*, vniuerſitatis, *C. de fideicommiſſ. Dec. conſ. 646. incip. in caſu propoſito, in fine ſub nu. 4. verſ.* (ſed in caſu iſto) *Alciat. conſ. 1. incip. cum verba ſtatuti, nu. 48. & 49. in 2. Aym. conſ. 98. nu. 11.*

Nec dici poteſt, potuiſſe Monachos percipere fructus durante fabrica monaſterij, ſecus verò ea finita: nam verba manifeſtè repugnant, cùm fuerint bona aſſignata, etiam pro dote monaſterij, tantum finita fabrica incipit onus diſpenſandi florenos, quod prius ortum non erat.

Aliud præſuppoſitum principale, ex quo deducitur iniuſtitia inſtãtiæ in eo potiſſimum conſiſtit; quod in diſpenſatione Reuerendi Monachi non ſunt nudi miniſtri, ſed miniſtri mixti, vel verius donatarij, quod ex eo; vel maxime colligitur, quod verba diſpoſitiua, non executiua ad eos diriguntur, dùm donatur notario ſtipulanti pro monaſterio, cuius Rectoribus iniungitur poſtea onus diſtribuendi, & licet etiam notarius ſtipuletur pro pauperibus, cùm tamen ipſi recipere debeãt

à ma-

à manu Rectorum Monaſterij, conſtat verba
diſpoſitiua dirigi ad monaſterium, & mona-
chos eius rectores, quod, & manifeſtius legi-
19 tur in codicillis, de quibus ſupra. † Ille verò,
ad quem diriguntur verba diſpoſitiua dona-
tionis, nõ dicitur nudus miniſter, ſed donata-
rius *Doct. in l. ſi quis Titio in princ. ff. de leg. 2.*
vſ. Odofred. ibi, ſed ſi non eſſent miniſtri, *& ad*
20 *finem ibi*, vxori relinquo, † vbi ſi vxori quid
relinquitur, vt pecuniam inter pauperes di-
ſtribuat, vxor non eſt miniſtra, ſed legataria
21 *Bar. ſub nu. 1. verſ.* tu tamen dicas, † ſi dicatur
relinquo Titio decem, quę volo eum reſtitue-
re Seio, Titius eſt legatarius *Bal. n. 2. Florian.*
nu. 25. Paul. ibi, ſed certè non poteſt, *& pau-*
lo infra ſub nu. 2. ibi, aduerte quia vt ſup. dixi.
Imol. à princ. vſq; ad nu. 2. & cæteris latius ibi
Peralta ſub nu. 1. Bar. in l. Lutius §. à te peto, &
Flor. ſub n. 2. ff. eod. de leg. 2. Euerard. conſ. 98.
nu. 1. Alba conſ. 52. n. 12. Ceph. conſ. 359. nu.
16. in 3. Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volũt.
lib. 5. dubit. 2. nu. 43. fol. 487. verſo. Iac. à Ca-
nibus in tract. de execut. vlt. volunt. in 3. parte
22 *princip. nu. 2. Bero. q. 86. n. 2.* † Immo, quando
verba diſpoſitiua concurrerent cùm verbis
executiuis, ſi diſpoſitiua præcederent, vt hic,
idem eſſet *Cum. & Paul. in d. l. Lutius §. à te peto*
ff. de leg. 2.

23 Nec obſtat, quod *Cum. conſ. 108. ſub nu. 2.*
ſcribat, quod licet verba diſpoſitiua ſint rela-
ta ad eum, quem teſtator putabat melius exe-
cuturum ſuam volũtatem, quam hæres, quod
non diceretur legatarius, ſed nudus miniſter:
Quandoquidem reſpondetur de maiori con-
24 fidentia non conſtare in caſu noſtro: † Præ-
terquamquòd *Cum.* loquitur, quando in ali-
quem confidentem dirigerẽtur verba diſpo-
ſitiua, vt tantum diſtribueret ſine vllo ſuo cõ-
modo, ita ipſe loquitur, quando verò ille,
quem verba reſpiciunt ſentire deberet com-
modum aliquod, vt hic non poteſt dici nudus
miniſter argumento *l. ſi mulier (la 1.) & l. Sul-*
pitius, & ibi gloſ. & Odofred. ff. de donat. inter
vir. & vxor. Albric. poſt Din. in d. l. ſi quis
Titio in princ. Aug. conſ. 129. verſ. quia igi-
25 tur, † etiam quod emolumentum, & commo-
dum conſiſteret in dilatione oneris, vt hic
Florian. in d. l. ſi quis Titio num. 25. & 26. ff.
de leg. 2. Bero. quaeſt. 86. nu. 7. qui allegat *Bar.*
26 vt per eum. † Et ex hoc ſuppoſito, quod Mo-
nachi non ſint nudi miniſtri, reſultat clara iu-
ris cõcluſio, quod id, quod ſupereſt deductis
fructibus valoris florenorum decem mill
apud eos remanere debet, eo quod talis cre-
ditur fuiſſe mens Ducis donantis *l. creditor §.*
ſi inter ff. mand. vt ſentit gloſ. in d. l. Lutius §. à
te peto ff. de leg. 2. & ibi Doct. & notant optimè
Peral. in princ. d. l. ſi quis Titio ſub n. 20. verſ.
tertius caſus, *& nu. 21. ff. de leg. 2. Herculan.*
in l. 1. §. fin. col. 3. verſ. ſecus vbi fuit factus,
qui ad id mouetur ex *l. fin. §. fin. ff. de aur. &*
arg. leg. Euerard. in pũcto noſtro *in d. cõſ. 98.*

Hinc prorſus ceſſant, quæ ex aduerſo ſcri-
pta ſunt præcipuè, quod pauperes ſint bono-
rum proprietarij, hoc non legitur in aliqua
parte inſtrumenti, ſed ſemper legitur bona
donata, dedicata, & aſſignata, vt Monachi
eorum dominium conſequantur, & de pau-
peribus non ſit mentio, niſi vt inter eos diſtri-
butio fiat: nec notarius ſtipulatur tantùm
pro pauperibus, vt in Informatione contraria
dicitur, ſed prius pro monaſterio, & Eccleſia
Cartuſienſi, & deinde pro pauperibus, vt
verba oſtendunt à me fideliter antea relata,
prout colligũtur ex inſtrumẽto mihi exhibi-
to, & dũ ſtipulatur notarius pro pauperibus,
neceſſariò id nõ intelligitur ratione proprie-
tatis, cum poſſit intelligi ratione iuris compe-
tentis pro diſtributione conſequenda, alias
eſſent etiam proprietarij creditores D. Ducis,
& omnes, de quorum intereſſe agitur, qui
ponuntur in eadem ſtipulatione cum paupe-
ribus, quod per abſurdum; nec dici poteſt
hanc ſtipulationem reſpectu pauperum re-
ſpicere proprietatem, & reſpectu aliorum
poſitorum in eadem ſtipulatione reſpicere
nudum intereſſe; quia ita offenderetur regu-
27 la † vnius determinationis reſpicientis plura
determinabilia, de qua in *l. iam hoc iure*
ff. de vulg. & pupil. & in l. quãuis C. de impub.
& al. ſubſtit.

Non etiam admittendum eſt, inter pau-
peres redditus, & fructus eſſe diſtribuendos,
quia immo vtcunq; legantur diligenter in-
ſtrumenta de re hac loquentia, ſemper lo-
quuntur de florenis ad eundem certum nu-
merum reſtrictis, nũquam verò de fructibus;
immo inſtrumentum ſupra à me relatum
dicit, vt fructus recipiantur à monachis pro
prædictis pecunijs diſtribuẽdis, & licet pro-
hibeatur bonorum alienatio, vt fructus per-
cipiatur, indeque fructus diſtribuantur ſe-
cundum Ducis iuſtam intentionem, vis ta-
men conſiſtit in cognoſcenda hac intentio-
ne, quæ ſi ex lectura inſtrumenti colligen-
da eſt, ea eſt expreſſa, vt prius erogentur in
fabricam, deinde, vt ex illis habeantur flo-
28 reni diſtribuendi, & ſi aliquid ſupereſt, † quia,
vt dixi, monachi non ſunt nudi miniſtri, aug-
mentum ad eos ex tacita mente concedent

ſpectabit, quę colligi poteſt ex eo, quod conſtituuntur donatarij, non puri executores, & 29 quia ita Ius commune dictat, † cum quo præſumitur concedens ſe conformaſſe *arg. l. heredes mei §. cum ita ff. ad S.C. Trebel.* & quia ita veriſimile eſt, vt ſic inducerentur monachi ad meliorãda, & bonificanda terrena aſſignata: Nec obſtat, quod per D. Ducem iam fuerat prouiſum monachis ex aſſignatione facta de ann. 1396. quia hęc certa, & expreſſa aſſignatio non excludit aliam incertam, & reſultantem ex tacita mente eiuſdem concedentis.

Et quamuis iubeat cõcedens fieri integralem diſtributionem, non intelligitur omniũ fructuum, ſed florenorum decem millium, cũ hæc ſit diſtributio, de qua ſola concedens loquitur ibi *Prior, & monachi ipſi quolibet anno teneantur, & debeant diſtribuere dictos florenos decem mille pro anima prædicti D. Ducis hoc modo, & ordine &c.*

30 Hinc corruit fundamentum præcipuum partis aduerſæ de erectione nouorum titulorum ex ſcriptis à *Doct. in c. cum M. Ferrarienſis de conſtit.* quia hoc non procedit in his fructibus, qui ſunt monachorum ratione dominij, & ex voluntate cõcedentis, qui eos fecit donatarios, & procedit argumentũ, quando extat canonicorum certus numerus; tunc auctis facultatibus noui tituli ſimiles ſcilicet canonicatus, ſunt erigendi, ſed in caſu noſtro non extat certus numerus monachorum; licet enim Dux ſtatuerit in loco morari vigintiquatuor monachos nõ ob id prohibetur augmentum, quod à ſuis ſuperioribus auctis facultatibus fieri poterit: Non intrat etiam prædictum fundamentum, quia illud procedit, vt augmentum conuertatur in pios vſus, quod non eſt in caſu iſto neceſſarium; quia, 31 vtcunq; creſcant bona, tenetur ſemper monaſterium magis ad ſubuentionem pauperum, & hoſpitalitatem *Abb. in c. 1. num. 2. ne ſede vac.* quæ omnia quam copioſè, & perfectè compleantur à Monachis Cartuſiæ Papienſis, vt notorium omnibus liquet.

Ex his igitur cõcludo inſtantiam Catholici Regis non eſſe de Iure admittendam, nec de æquitate, cùm facile poſſit eſſe, quod augmentum redituus prouenerit à cura, & impenſis monachorum, & agentium ſuorum; Et cùm cauſa perfectè cognita ita alias fuerit iudicatum ab Illuſtriſſimis Cardinalibus, quibus erat cauſa delegata, tranſiueritq; eorum 32 ſententia in iudicatum, † non eſt ab ea recedendum *l. ſub ſpecie C. de re iudicat. & l. Imperatores ff. de re iudic.* cum vulg. ann. 1611. menſe Maij.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

An, & quando Clericus poſſit inſtituere, vel ſubſtituere filios legitimos ex filio, vel filia illegitima: Vbi plura ad Bullam Pij V. 120. alias 117.

SVMMARIVM.

1 *Doctores, qui ſcripſerunt ſuper Bulla Pij V. 120.*

2 *Clerici prohibentur inſtituere, & ſubſtituere in bonis cuiuſcunq; conditionis deſcendentes ex filijs illegitimis, etiam in ſtatu ſeculari ſusceptis ex diſpoſitione dictæ Bullæ.*

Rationes prædictæ Bullæ recenſentur num. 15. & 16.

Eadem Bulla non ligat vbi non eſt publicata num. 3.

Solumq; vocationem prohibet, quatenus fieret ex priuilegio, & iure ſpeciali num. 4.

Et dum prohibet relinqui filijs illegitimorum, intelligenda eſt, quando filij, & ipſi ſunt illegitimi nu. 10.

Vel quando filijs legitimis relinqueretur contemplatione parentum illegitimorum num. 12. & 17.

Quod fieri poteſt etiam mortuis ipſis parentibus num. 21.

Et ita Bulla intelligitur ſecũdum Ius commune num. 24.

Eadem Bulla dum prohibet relinqui filijs illegitimorum etiam mortuis parentibus, non loquitur de diſpoſitionibus iam factis n. 19.

Et generaliter non comprahendit teſtamenta, quæ ante ea ſortita fuerunt effectum n. 22.

Diciturq; teſtamentum ſortitum fuiſſe effectũ quãdo eſt adita hæreditas, licet nondũ euenerit caſus reſtitutionis fideicõmiſſi n. 23.

Et tandem Bulla loquitur de Spurijs, non de ſimplicibus naturalibus nu. 24.

5 *Verbũ* prędicti *repetit qualitates præcedentes.*

6 *Clericus poteſt de iure communi hæredem inſtituere nepotem legitimum ex filio illegitimo.*

Præſertim, quando ipſe Auus caret legitima ſobole nu. 7.

Et non eſt contemplata perſona illegitimi, et in dubio præſumitur nu. 8.

Maximè, quãdo inſtitutus eſt filius ex filia illegitima.

legitima, quia ipſa nō habet vſumfructum in bonis filij nu.9.

11 *Vltima verba in oratione referuntur ad omnia præcedentia.*

13 *Quæ iure communi exorbitant ſunt ſtrictè interpretanda, vt minus ius commune lædatur, ac fieri poſſit.*

16 *Prohæmium denotat cauſam finalem.*

18 *Verba ſub eadem determinatione poſita eodem modo intelligenda ſunt.*

20 *Præcedentia magis declarant ſequentia, quam è contra.*

25 Etiam *dictio eſt implicatiua retentis ijſdem qualitatibus.*

RESPONSVM XX.

Auxilium à Domino.

AD materiā extrauagātis Sanctiſs. Pij V. inſcriptę reuocatio facultatum teſtandi &c. quæ in Bullario eſt conſtitutio 120.
1 † ſcripſerunt *Domini de Rota inter nouiſſ. deciſiones part.1. deciſ. 487. & 505. & in 2. parte deciſ. 214. Nauar. poſt tract. de ſpolijs clericorum, quem habuit ad can. nō liceat Papæ 12. q.2. Burſat. conſ. 255. n. 15. in 3. & conſ. 375. ſub nu. 33. in 4. Gabr. in conſ. 83. & 84. in 2. Decian. conſ. 25. num. 10 in 5. Menoch. conſ. 511. in 6. & lib. 4. præſumpt. præſum. 96. Honded. conſ. 37 nu. 22. in 2. & Peregrin. conſ. 11. num. 7. & conſ. 20. nu. 25. in 1. Rot. deciſ. 41. par. 1. in recent. Fachin. conſ. 2. nu. 4. & ſeqq. 31. & ſeqq. lib. 2.*

Quantum ad caſum, qui nunc proponitur, videretur dicēdum fideicommiſſum, de quo in teſtamēto Illuſtriſs. Card. Herculis Gōzaghæ reſtituendum per mortem Illuſtriſs D. Scipionis, filij Illuſtriſs. Co. Federici Maſei natis ex filia naturali ipſius Illuſtriſs. Cardinalis teſtatoris, eſſe vti factum contra for-
2 mam prædictæ bullæ inualidum, † quādoquidem clerici prohibentur, etiam deſcendentes ex filijs illegitimis, nedum inſtituere, ſed & ſubſtituere, & id non tantùm in bonis ex beneficijs prouenientibus, ſed etiam in profanis, & patrimonialibus, vt in alia euidem Pij V. Bulla 152. etiā quod illegitimi eſſent ſuſcepti in ſtatu ſeculari, quæ bulla etiam extenditur ad teſtamenta ante eam confecta, quæ tamen non habuerunt effectum, vt ſupponitur hanc ſubſtitutionem non habuiſſe effectum ante promulgationem dictæ bullę, cùm longo interuallo temporis poſt bullam deceſſerit Illuſtriſs. D. Scipio grauatus, adſuntq; clauſulæ irritantes, & tollentes omnia obſtantia, ita vt videatur res ſatis clara contra prædictos filios Co. Federici.

Sed his non obſtantibus puto locum eſſe reſtitutioni bonorum, nec obſtare memora-
3 tam bullam: † primo, quia ſi non eſt publicata in territorio Mantuæ, ibi non ligat *Burſat. conſ. 200. in 2.* & in puncto huius bullæ *d. cōſ. 255. nu. 15. in 3. & d. conſ. 375. ſub num. 3. verſ.* primo, quia, *in 4.* Et quia non ſum informatus, an d. Bulla nunc ſit publicata, & an ſit in obſeruantia in ditione Mantuana, ideo in hoc fundamento latius non inſiſtam, ſatis erit illud inſinuaſſe.

Et vbi in d. territorio ligaret ſecundo dici-
4 tur † à dicta bulla non prohiberi vocationem illarum perſonarum, de quibus in ea, niſi quatenus vocatio fieret ex priuilegio, & iure ſpeciali, vt eam optimè declarat *Nauar. in commentar. ad eam poſt tract. de ſpolijs not. 9. nu. 9.* quæ declaratio fuit poſtea canonizata à *Rota d. deciſ. 487. p. 1.* quam etiam ſequitur alia *deciſ. 505. ſub num. 3. 10. & 15. p. 1. Burſat. d. conſ. 255. n. 16. in 3.* & verè ex lectura ipſa manifeſtè colligitur, hanc fuiſſe mentē Summi Pont. dum in principio abolet priuilegia, licentias, diſpenſationes, & indulta diſponēdi in fauorem illegitimorum, & quibus ipſi illegitimi fiunt capaces, ita, ſiue ſucceſſio ſit ex priuilegio, vel ex perſona diſponentis, vel eius, in cuius fauorem tendit ſucceſſio, fortè, quia illegitimus ſit legitimatus, & ita iure ſpeciali factus capax ſucceſſionis; Item in ſecunda parte ibi, *ac pariter tollimus,* tollitur omnibus facultas talia priuilegia, & indulta concedendi, prohibeturq; prætextu eorum aliquid quoquomodo diſponi in fauorem illegitimorum, immo, & facta teſtamenta, & diſpoſitiones, prætextu ſcilicet dictorum priuilegiorum, declarantur nulla, & pro infectis, & in tertia parte, dum bulla prohibet in poſterum, pariter in ijſdem terminis loquitur ibi *dehinc prohibemus, ne talia fiant,* & paulò infra ibi *aut illis, ad ipſos quauis diſpenſatione ſuffultos,* [illegible] & in quarta parte, in qua annullantur facta contra ipſam bullam, quæ incipit *quod ſi prædictorum,* idem demōſtratur prius
5 ex illa voce *prædictorum,* † quæ repetit qualitates præcedentes *Bar. in l. 1. §. hoc edicto ff. de poſtulando, & in l. talis ſcriptura §. fin. ff. de leg. 1. Decian. conſ. 17. n. 10. in 1.* & paulo infra ibi *ſicq; diſponens, priuilegio, diſpenſatio-*

Digitized by Google

ne facultate, & indultu, eiuſq; vſu, & commodo, etiam in cæteris omnibus ipſo iure ſit priuatus, & paulò infra, ibi *alias ſub dictis teſtamentis* &c. ponderãdo dictionem, *dictis*, quæ pariter repetendo denotati agi de teſtamentis fundatis in iure priuilegiato, de qui-
6 bus anteà: † At vocatio filiorum Co. Federici vtcunq; natorum ex filia naturali vocantis, non eſt ex priuilegio, nec ex parte vocantis, nec vocati, ſed iure communi ſuffulta eſt, ad *Bar. Imol. Alex. Aret. & alios in l. Gallus §. quod ſi is ff. de lib. & poſthum.* quos diligenter citat *Menoch. d. præſumptio 96. num. 20.* vna cùm pluribus alijs, quos etiam ipſe ſequitur, quibus addendi etiam ſunt illi, quos citat *Graſſ. de ſucceſſ. §. inſtit. q. 7. & Surd. conſ.*
7 *177. ſub n. 1. in 2.* † quod præſertim procedit, quando Auus caret legitima ſobole, vt in noſtro caſu *l. fin. C. de natural. liber. Surd. eodem*
8 *conſ. 177. nu. 2 1.* † & quando nõ eſt contemplata perſona patris illorũ nepotum, quod in dubio non præſumitur *l. fin. C. de vſuf. l. ſi verò §. 1. ff. mand. Doct. in d. §. quod ſi is. l. Gallus ubi Iaſ. de communi teſtatur Graſſ. d. q. 7. nu.*
9 *3.* † & præcipuè in hoc caſu, in, quo cum ſint nepotes ex filia illi vſusfructus nõ acquiritur: Ergo caſus iſte nullo modo erit ſub bulla cõprehenſus.

Tertiò, quatenus d. Bulla prohibet relinqui filijs illegitimorũ, id neceſſariò intelligẽ-
10 dum eſſe arbitror, † de filijs, vel cõſanguineis illegitimorum, qui, & ipſi illegitimi eſſent, quod colligo in verſ. *ac pariter ibi in fauorem illegitimorum, ſiue eorum filiorum, ſiue conſanguineorum, affinimum, ſiue extraneorum, etiam in ſtatu ſeculari procreatorum, ac legitimitati quacunq; auctoritate donatorum, & ad huiuſmodi bo... capacium effectorum* illa ver-
11 ba *etiam in ſta. ſeculari* cum ſeq. † quæ regulariter referuntur ad omnia præcedentia *l. 3. §. filius ff. de lib. & poſt hum. Bar. in l. talis ſcriptura §. fin. nu. 3. ff. de leg. 1.* denotãt, quod omnes, de quibus dicitur, ſunt illegitimi, qui poſſunt eſſe donati legitimitati: ſi enim hæc verba habuiſſent relationem ad ſolos illegitimos poſt illos adiecta fuiſſent, & poſt illa adiecta poſtea fuiſſent ea verba *ſiuè eorum filiorum, ſiue conſanguineorum &c.* nihil enim repugnare mihi videtur, quin referantur ad omnia præcedentia. Immo ita videtur conueniens, quia intelligendo de filijs, & conſanguineis legitimis conſtitutio eſſet irrationabilis, & nimis dura, vt infra dicetur: Si verò intelligimus de filijs legitimis, id accipiendũ
12 erit, † quando vel conſtaret, vel aliqua ratione conijci poſſet factum id fuiſſe contemplatione ipſorum illegitimorum, vel, vt illis per interpoſitam perſonam filiorũ aliquod emolumentum obueniret, in quam ſententiam inducor duplici ratione, prius, quia conueniũt *omnes Doct.* hanc eſſe conſtitutionem à iure communi exhorbitantem reſtringentem facultatem diſponẽdi de bonis ſuis ad libitum
13 † ergo ſtrictè interpretãda erit, vt illa minus, ius commune lædatur, ac fieri poſſit *vulg. l. quod vero contra, & l. ius ſingulare ff. de legibus Abbas, & alij in c. cum dilectus de conſuetud.* Immo in quantum fieri poterit erit ad
14 terminos iuris communis reducenda, † ſed ex iure communi ità demùm prohibetur relinqui filijs ſpuriorum, quatenus id dolo fieret cõtemplatione parentum *d. l. fin. C. de natur. lib.* & latè *Surd. d. conſ. 177. in 2.* quem dolũ ceſſare in caſu noſtro iam diximus; quia matri acquiſitio filiorum nih l emolumenti allatura erat, immo relictum erat factum poſt mortem Illuſtris. Scipionis, quo tempore facilè eſſe poterat, quod non extaret mater dictorum filiorum, immo nec dicti filij, quod etiam ſatis ex eo colligitur, quòd filij non vocantur vti filij D. Iſabellæ, ſed vti filij Comitis Federici, & in dubio tenendam eſſe præſumptionem, vt tantum perſona filiorum contemplata fuerit iam probaui.
15 Accedat etiam, quod eiuſdem Bullæ duplex eſt ratio, vna reſpectu perſonarum eccleſiaſticarum, vt euitetur ſcãdalum, quod oritur ex diſpoſitione clericorum in illegitimos, altera reſpectu bonorum, ne Eccleſiæ bona ab indignis teneantur, quæ ambæ ratio-
16 nes ponuntur in prohęmio bullæ, † denotante cauſam finalem cõſtitutionis *l. fin. ff. de hered. inſt.* vt optimè conſiderat *Rota in d. deciſ. 214. parte 2. ſub nu. 1.* Quatenus bona patrimonialia relinquuntur filijs illegitimorum omni fraude remota, non intrat ſecunda ratio bonorum, quia nõ ſunt eccleſiaſtica, nec prima ſcandali, quia vocantur perſonæ nulla macula affectæ & bonorum capaces, & circa quas diſponens clericus non deliquit, ergo vt intret ſaltem vna ex rationibus, de quibus in bulla, neceſſe eſt eam intelligere, quando conſtaret vocationem filiorum factam fuiſſe
17 contemplatione parentum, † Et ita etiam d. bullam intellexit *Rota in d. deciſ. 487. nu. 8.* quæ etiam in fine ſubdit in hoc bullam eſſe irrationabilem, & nimis duram, ideò in hoc eſſe corrigẽdam. Quod ipſum etiam colligo ex illis verbis *ſiuè eorum filiorum, ſiuè conſanguineorum, affinium, ſiuè extraneorum,*

hæc

hæc vltima verba .ſ. quando eſt relictum ex-
traneis neceſſariò ſunt intelligenda contem-
platione illegitimorum, nec alio modo poſ-
18 ſunt intelligi, † ergò eodem modo erunt in-
telligenda omnia alia verba ſub eadem de-
terminatione poſita *l. iam hoc iure ff. de vulg.
& pupil. & l. quamuis C. de impub. & al. ſub-
ſtit.* Igitur dicendum eſt filios illegitimorum
nō poſſe vocari, nec etiam ad patrimonialia,
quando conſtat contemplatione parentum
id factum fuiſſe, quòd cum in caſu noſtro nō
conſtet, nec in dubio præſumatur, non erimus
in caſu ipſius bullæ: Nec obſtat, quod eadem
conſtitutio prohibeat relinquere filijs, etiam
mortuis ipſis illegitimis in verſ. *dehinc vero*,
ergo etiam procedit non contemplata perſo-
na illegitimorum: Si quidem dupliciter re-
19 ſpondetur † primo, quod in hac parte loqui-
tur bulla de diſpoſitionibus, quæ poſt eam
fierent, deſiderans enim ponere rem in tuto
prohibet abſolutè relinquere filijs, ſed quan-
do loquitur de diſpoſitionibus iam factis, vt
nos loquimur, vel faciendis ex indultis iam
conceſſis ſimpliciter prohibet relinquere fi-
lijs, & non addit etiam mortuis illegitimis,
20 † nec dicta in ſequentibus ita influunt ad de-
clarationem præcedētium, quemadmodum
præcedentia influunt in declarationem ſe-
quētium *gl. in l. filium ff. quand. dies legat. ced.
Bartol. in l. cum ff. de condit. & demonſtr. Alex.
21 conſ. 51 nu. 2 lib.* 3. † Secundo etiam mortuis
parentibus illegitimis poteſt eſſe, quod filijs
ſuis relinquatur eorum contemplatione .ſ. ob
dilectionem, qua diſponens proſequebatur
parentes illegitimos, cùm contemplatio non
à ſolo emolumento, ſed etiam à dilectione
colligatur *Surd. in conſ. 177 nu. 46. in 2.* puta,
quia vocati eſſent filij vti filij ipſius illegiti-
mi eum nominando, quod non fuit factum in
caſu noſtro.

22 Etiam dici poſſet in propoſito caſu non
eſſe locum d. conſtitutioni, quia teſtamen-
ta ante eam facta nō includit, niſi quando lo-
23 cum nō habuerunt, in verſ. *ac etiam nulla.* † In
caſu noſtro teſtamentum conditum fuit ante
bullam, & etiam, vt credo, ante eam fuit ad-
dita hæreditas, & ita locum habuit teſtamen-
tum, & licet nondum venerit caſus reſtitu-
tionis bonorum, cum Illuſtriſs. Scipio deceſ-
ſerit poſt bullam, ſatis tamen quantum ad
diſpoſitionem teſtatoris videretur etiam re-
ſpectu ſubſtitutionis teſtamentum habuiſſe
locum, cùm per aditionem confirmatum
fuerit *l. ſi nemo ff. de teſtamentar. tutel.* & ſe
obligauerit hæres ex quaſi contractu adue-
niente eius morte reſtituere bona, quemad-
modum in teſtamento continebatur *§. hæres
quoq; Inſt. de oblig. quæ ex quaſ. cont. naſc.*

24 Non omitto tandem, quod *Decian. in d.
conſ. 25. in fin. in 5.* tenet dictam bullam pro-
cedere tantum in ſpurijs iuri odioſis, quales
ſunt filij clericorum, & non procedere in na-
turalibus, ſed mihi ſupponitur Illuſtriſs. Car-
dinalem filiam ſuſcepiſſe ex muliere ſoluta,
quando adhuc ipſe non erat ſacris ordinibus
inſignitus, erat ergo pura naturalis, & ideo
in ea non habebit locum cōſtitutio Pij, quip-
pe qui potiſſimum conſiderauit ſcandalum,
quod oriebatur ex eo, quod clerici profiten-
tes caſtitatem filios haberent, & quamuis
ipſa conſtitutio loquatur de illegitimis ſim-
pliciter, ex ſubiecta materia, & à ratione
poterit reſtringi ad ſpurios, vt reſtringitur à
Deciano; & quamuis eadem bulla in verſ. *ac
pariter*, addat illa verba. *etiam in ſtatu ſecu-
lari procreatorum*, tamen non inconuenit, vt
intelligatur de ſpurijs etiam in ſtatu ſeculari
25 procreatis, † cum implicatiua ſit illa dictio *et-
iam, Fulgoſ. in l. qui ſe patris C. vnde li. Dec. in
l. 1. C. qui admit.* quæ ſolet implicare reten-
tis iiſdem qualitatibus, de quibus antea *l. cer-
tam ff. ſolut. matrim. vbi Doct. Decian. conſ.
17. ſub nu. 9. in 1*: Et his puto ſatis confirma-
tam eſſe intētionem ſubſtitutorum, & ſubla-
ta eſſe, quæ ſupra contra adducta fuerunt.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

**Caducato primo gradu ſubſtitutionis vulga-
ris, ſecundus admittitur, quamuis deficiat
conditio; ſub qua primo ſubſtituto facta
fuerat ſubſtitutio, Et quid in ſubſtitutione
pupillari, & in fideicommiſſaria.**

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio non intelligitur, vbi non eſt ex-
preſſa, nec per ſubintelligentias ſunt mul-
tiplicandæ ſubſtitutiones.*

2 *Caducato primo gradu ſubſtitutionis, ſecun-
dus intrat in eius locum.*

*Quia bona remanent apud hæredem cum one-
re reſtituendi ſecundo ſubſtituto nu. 3.*

*Etiam ſi euanuerit conditio, ſub qua facta fuit
vltima ſubſtitutio, dummodo verificetur
conditio; ſub qua inſtituto ſubſtitutum
fuit; quod procedit in vulgari n. 7.*

*Secus in pupillari, & fideicommiſſaria num.
4. 6. & 8.*

Digitized by Google

Et de ratione diuerſitatis n.12. & ſeqq.

Subſtitutus primis ſubſtitutis intelligitur etiam ſubſtitutus inſtituto n. 2. & 14.

Rationes huius regulæ recenſentur n. 13.

3 Oldradi conſ.117. *eſt cõmuniter damnatum.*

5 Tex. in l. qui habebat ff. de vulg. & pupil. *inducitur.*

Et de illius intellectu n.15 & 17.

8 *Subſtitutio vulgaris datur in fideicommiſſo.*

Quæ tantum operatur reſpectu fideicommiſſi, quantum alia vulgaris reſpectu hæreditatis n.9.

10 *Subſtitutio vulgaris per aditionem hæreditatis extinguitur.*

11 Bart. in l. quamdiu ff. de acquir. hæred. *quomodo intelligatur.*

16 *Subſtitutione pupillari extincta extinguitur etiam tacita vulgaris ſub illa contenta.*

18 *Ius accreſcendi inter verbis coniunctos habet locum in fideicommiſſis.*

RESPONSVM XXI.

Auſpice Chriſto.

QVamuis venerabile Hoſpitale S. Mariæ de Miſericordia Senogaliæ non fuerit à D. Aurelio Paſſero ſubſtitutum Illuſtris. Cardinali Cinthio hæredi inſtituto decedenti ſine filijs, ſed tantum Io. Paulo fratri teſtatoris, adeò vt videatur eſſe locum
1 vulgari dicto, † non intelligi ſubſtitutionem, vbi expreſsè non loquitur *Pariſ. conſ.* 86. *nu.* 11. *in* 2. & per ſubintelligentias ſubſtitutiones non eſſe multiplicandas *Aym. conſ.* 161. *nu.*6. & intrare *conſ. Oldrad.* 177. quod probat *Io. And. in addit. ad ſpeculat.* §. 1. *in vlt. addit. verſ.* his occurrit alia quæſtio, & alij ſequuntur, de quibus *Peregrin. conſ.* 40. *ſub nu.* 1. *in* 1.

Tamen pluribus omiſſis, quæ ad pompã ſcribi poſſent, ſum huius opinionis (mea ſententia) veriſſimæ, quod, cùm hæredi inſtituto prædeceſſerint Aurelia prima ſubſtituta, & Io. Paulus ſecundus ſubſtitutus, ita vt gradus harũ ſubſtitutionum facti fuerint caduci, Hoſpitale ſuccedat deficiente Cardinali Cinthio ſine liberis, ac ſi ante eum facti non eſſent præcedentes ſubſtitutionũ gradus, cu-
2 ius intentio optimè innititur regulæ, † quod caducatis prioribus gradibus ſubſtitutionũ ſequens ſubintrat in locum priorum, vel dicamus, ſubſtitutum illis, qui inſtituto fuere ſubſtituti etiam cenſeri ſubſtitutus inſtituto, quamuis vltimo ſubſtituto præcedant plures gradus *l. ſi ititius* 27. & *l. cohæredi* 41. *ff. de vulg. & pupil. l. quamdiu inſtitutus* 68. *verſ.* is autem *ff. de acquir. hæred.* & ibi de hoc adeſt notabilis doctrina *Bar.* quã & alij ſequuntur *Paul. conſ.* 442. *in* 2. *Cum. conſ.* 122. *Dec. conſ.* 237. *proponitur, quod nobilis & conſ.* 447. *licet in caſu Curt, ſen. conſ.* 51. *in vlt. dubio Soc. conſ.* 32. *ſub nu.* 14 *in* 1. *caſu vol.* 1. *Curt. iun. conſ.* 135. *nu.* 3. *Soc. iun. conſ.* 42. & *conſ.* 114. *ſub num.* 24. *in* 1. *Bero. conſ.* 102. *nu.* 32. *in* 2. *Ceph. conſ.* 258. *nu.* 19. *in* 2. *Decian. conſ.* 81. *n.* 2. *in* 2. *Menoch. conſ.* 106. *nu.* 390. *in* 2. *Surd. conſ.* 279. *ſub nu.* 10. *in* 2. & *conſ.* 347. *nu.* 10. *in* 3. *Oddus conſ.* 2. *nu.* 2. *Peregrin conſ.* 40. *ſub nu.* 6. *in* 1. *conſ.* 29. *nu.* 7. & *conſ.* 36. *num.* 25. *in* 3. & *de fideicõmiſſ. artic.* 15. *nu.* 14. *Graſſ. de ſucceſſ.* § *ſubſtitutio q.* 8 1. *n.* 5. *Fab. de Anna conſ.* 9. *nu.* 45. *Zanch. ad vulg.* §. *cùm ita p.* 2. *nu.* 6. & 7. *Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib.* 3. *interpretat.* 3 *dubit.* 4. *ſolut.* 2. *ſub nu.* 1. *fol.* 330. *à tergo Boer. deciſ.* 38. *Guid. Pap. deciſ.* 550. & ibi adſunt additiones alios allegantes *Ranaſchal. ad* 1. *conſ. Alex. in* 1. *vol. verſ. Bart. in l. quamdiu*, quorum plures teſtantur de communi opinione.

Ex quo ſequitur, vt non noua inducatur ſubſtitutio per ſubintelligentias, ſed vt gradus vnius ſubſtitutionis in locũ alterius ſubrogetur, quod cùm veniat ex legis interpretatione ſatis poteſt dici à teſtatore expreſſũ:
3 † Nec obſtat *conſ. Oldrad.* 117. quia illud cõmuniter damnatum *Pereg. conſ.* 40. *ſub nu.* 6. *in primo.*

Illud autem maiorem dubitationem facere poſſet, quod conditio adiecta ſubſtitutioni, qua vocatur hoſpitale ſ. ſi Io. Paulus decederet ſine filijs euanuit, cum deceſſerit
4 cum filijs; † hoc enim caſu non eſſe locũ doctrinæ *Bart. in l. quamdiu*, & textibus antea citatis tenent quamplures, quos plena manu citat *Gabr. conſ.* 95. *n.* 21. *in* 1. *Caſanat. Hiſp. conſ.* 3. vbi latè, & *DD.* veniunt in hanc opi-
5 nionem † ex *l. qui habebat ff. de vulg. & pupil.* vbi filio teſtator pupillariter ſubſtituit filiam, & filiæ, pariter pupillariter, vxorem moritur ante filium inſtitutum filia prima ſubſtituta iam facta pubes, & ita defecta conditione, ſub qua ei vxor ſubſtituitur, deciditur, quod licet poſtea filius moriatur impubes, eius hæreditas nõ pertinet ad vxorem, & ita ſecundus gradus ſubſtitutionis non intrat locũ primi in caſu, quo deficit conditio adie-

Digitized by Google

ſta primo ſubſtituto.

6 Sed, & hæc dubitatio ceſſat, † quia quicquid ſit in fideicommiſſaria ſubſtitutione, in qua multi ex *Doct.* citatis à *Gabr.* loquuntur,
7 & in pupillari, de qua in *l. qui habebat*, † in vulgari magis communiter tenetur, quod licet deficiat cõditio liberorum adiecta ſecundæ ſubſtitutioni, tamen ſubſtitutus vltimus ſubintrat in locum priorum, & ſuccedit inſtituto, dummodo verificetur conditio, ſub qua inſtituto ſubſtitutum fuit (vt hic verificata fuit cum Cinthius ſine filijs deceſſerit) *Paul. conſ.* 152. *in* 1. *Cuman. conſ.* 122. *Dec. conſ.* 237. *proponitur, quod nobilis, & in conſ.* 427. *licet in caſu ſub n.* 9. *Surd. conſ.* 279. *in* 2. *Pariſ. conſ.* 73 *in* 3. *Alciat. conſ.* 116. *ſub num.* 7. *in* 9. Et ferè omnes illi, qui antea fuere allegati ad fundandam intentionem Hoſpitalis, & ità paſſim tenetur à *Doctoribus*, licet aliqui potius ſubtilitati, quàm veritati ſtudendo contradicant.

Quod verò nos verſemur in vulgari ſatis conſtat, quia Io. Paulus ſubſtituitur Aureliæ vulgariter, & per fideicommiſſum, pariter, & Hoſpitale Io. Paulo, & cũ non adita hæreditate ãte inſtitutum deceſſerint Aurelia, & Io. Paulus, quia non poteſt eſſe locus fideicõmiſſariæ, vt ſit locus vulgari neceſſe eſt: Et quãuis reſpectu Cinthij, qui adiuit non poſſit eſſe niſi fideicommiſſaria, reſpectu tamen Aureliæ, & Io. Pauli dicitur eſſe vulgaris in fidei-
8 commiſſo, † in hoc enim caſu etiam vulgarẽ dari probatur in *l. Titius Seius cum l. ſeq. ff. de hæred. inſt. in l. vt hæredibus ff. de leg.* 2. *in l. ſi legata C. de leg.* 1. & per hæc iura *Aym. conſ.* 985. *nu.* 32. *in* 6 *& in conſ.* 183. *col.* 2. *verſ.* ſed in caſu noſtro, *in* 2. *Cum. d. conſ.* 122. *n.* 4. *Corn. conſ.* 35. *col. fin. verſ.* tamen hoc nõ obſtante, *in ſecundo Soc. iun. conſ.* 42. *nu.* 16. *&* 20. *in* 1. *Gabr. conſ.* 117. *n.* 16. *in* 1. *Sim. de interpretat. vlt. volũt. d. ſolut.* 2. *ſub n.* 1. *fol.* 331.
9 à tergo, † quæ vulgaris tãtum operatur reſpectu fideicõmiſſi, quantum alia vulgaris operaretur reſpectu hæreditatis *Surd. conſ.* 347. *ſub num.* 22. *verſ.* per prædicta *in* 3.

Quod autem in vulgari ſufficiat, vt verificetur conditio, qua primus inſtitutus grauatur indubitabile eſt in caſu noſtro, in quo filij Io. Pauli in conditione poſiti ſunt ſine vlla qualitate inferrente ad vocationem; quo caſu illis reſeruatum tãtum intelligitur ius ſuccedendi ab inteſtato, ſecundum opinionem magis communem, & hodie in iudicijs receptiſſimam, maximè in illis, qui non ſunt de liberis teſtatoris; ſed non potuerunt ab inteſtato vti filij Io. Pauli ſuccedere patri, niſi ipſe prius adeat, ergo conditio *ſine liberis* nihil
10 facit ad vulgarem, † quæ per aditionem extinguitur *l. poſt aditam C. de impub. & al.*
11 *ſubſtit. Pariſ. d. conſ.* 73. *n.* 48. *in* 3. † Nec dubitandum, quin *Bar. in d. l. quandiu* habuerit hunc ſenſum, vt quando vltimus ſubſtitutus ſuccedit in locum priorum, ſit, ac ſi non fuiſſent vocati medij gradus, ſed ac ſi vltimus ſubſtitutus, fuiſſet immediatè ſubſtitutus hæredi in primo gradu ſubſtitutionũ; ipſe enim proponit caſum, quo impuberi ſit Titius pupillariter ſubſtitutus, deinde quandocunque deceſſerit Titius ſubſtitutus ſit Sempronius, & decedente Titio, viuente adhuc filio impubere, deciditur Sempronium ei ſuccedere ex pupillari, & tamen, cùm Titius non dicatur fuiſſe impubes, potuit compendioſa, per quam vocatur Sempronius non cõtinere pupillarem, ita ſecundus ſubſtitutus, qui non poterat ſuccedere primo ſubſtituto niſi vulgariter, vel per fideicõmiſſum ſubrogatus in locum primi ſubſtituti ſuccedit inſtituto ex pupillari, ex qua ſubſtitutione non poterat ipſe ſuccedere primo ſubſtituto, itaq; in ſententia *Bar.* non conſideratur exitus, quem habuiſſet ſecunda ſubſtitutio, ſed quem prima habuiſſet, quod etiam colligitur ex eo, quod *Bar.* indiſtinctè reſpondet Sempronium ſuccedere non habira ratione, an Titius primus ſubſtitutus deceſſerit cum liberis, vel ſine liberis.

Nec obijci poteſt conditionem, *ſi ſine liberis* in vnitate orationis reſpicere vulgarem, & fideicommiſſariam, & ideò quemadmodum in fideicommiſſaria ſecundus ſubſtitutus non ſuccederet in locum primi, niſi verificata conditione, qua primus ſubſtitutus eſt grauatus, ita nec in vulgari.

12 Quia facilè reſponderi poteſt, diuerſam eſſe rationem; Quoniam conditio, *ſi ſine liberis*, continendo tantum reſeruationem legitimè ſucceſſionis, benè accommodatur ad fideicommiſſariam, quæ ſupponit aditionem, ex qua poſtea ſit tranſitus legitimæ ſucceſſionis ad filios, ſed non accommodatur ad vulgarem, quæ per aditionem corruit, inde fit, vt non poſſit conditio *ſi ſine liberis* dici conditio vulgaris, quod ſentiſſe etiam videtur *Pariſ. d. conſ.* 73. *nu.* 51. *&* 52. *in* 3.

Alia eſt in hoc manifeſta differentia inter fideicommiſſariam, & vulgarem, nam vt ſecundus ſubſtitutus adm.ttatur ad id, ad quod admitteretur primus, ſi viuus eſſet, duæ ſunt regulæ, quas proſequitur declarando
13 *Zanch. in d. ſecũdo itaio* 2. *parte*, † vna eſt, quia

per

Google

per mortem primi ſubſtituti bona remaneni
apud hæredē libera, niſi primo ſubſtituto ſit
datus alter ſubſtitutus; quoniā tunc bona re-
manent cū onere reſtituendi ſecundo ſubſti-
tuto *l. vnic. §. pro ſecundo C. de cadu. tollend.*
quæ eſt regula fideicommiſſariæ, altera eſt
14 regula, † quod ſubſtitutus primo ſubſtituto
cenſetur etiam ſubſtitutus inſtituto *§. ſed ſi in-
ſtituto Inſt. de vulg. ſubſt. & d. l. ſi itivi, & l.
coheredi ff. de vulg. & pupil.* quæ eſt regula
vulgaris; in regula fideicommiſſariæ con-
ſideratur ſecundus in ſua ſubſtitutione,
quia regula dicit bona remanere libera a-
pud hæredem mortuo primo ſubſtituto, niſi
illi ſit datus ſubſtitutus, eſt ergo ſecunda ſub-
ſtitutio cauſa reſtitutionis, meritò oportet, vt
verificetur eius conditio non .n. hic dicitur
ſecundum gradum ſubſtitutionis effici pri-
mum, nec dici poteſt, quod ſecundus ſubſti-
tutus primo, ſit etiam inſtituto ſubſtitutus;
quia aditio neceſſaria in fideicommiſſaria
impedit, ſed in vulgari ſecundus ſubſtitutus
non ſuccedit ex ſua ſecunda ſubſtitutione
mortuo primo ſubſtituto, ſed ex ſubſtitutio-
ne nata ab illa legis interpretatione, quod
ſubſtitutus primo ſubſtituto intelligitur etiā
ſubſtitutus inſtituto, meritò non eſt hic ſpe-
ctandus euentus conditionis ſecundæ, ſed
primæ ſubſtitutionis, hanc eſſe credo in re
hac ſatis difficili mētam, & puram veritatem.
15 Ad *l. qui habebat ff. de vulg. & pup.* reſpon-
detur illam procedere, quando prima, pari-
ter, & ſecunda ſubſtitutio erant pupillares,
particulari ratione ſcilicet quia ſpes ſubſtitu-
tionis pupillaris non traſmittitur ad ſequen-
tem ſubſtitutum, ideò deficiente primo ſub-
ſtituto iam facto pubere ſpes ſubſtitutionis
pupillaris, quæ erat in primo ſubſtituto non
tranſmittitur in ſecundum ità *Paul. conſ.* 152.
in princ. in 1. *Soc. conſ.* 52. *ſub n.* 14. *in* 2. *ca-
ſu vol.* 1. *Pariſ. d. conſ.* 73. *n.* 40. *in* 3. *Decian.
conſ.* 81. *ſub nu.* 4. *in* 2. *caſu vol.* 2. Vel, & for-
tè melius, dici poteſt, in pupillari ſecundum
ſubſtitutum non ſuccedere in locum primi,
quia non intrat prima regula, quod apud in-
ſtitutū remaneant bona cum onere reſtituen-
di ſecundo quia pupillaris non eſt onus, nec
ſecunda regula, quod ſubſtitutus primo ſub-
ſtituto cenſetur etiam ſubſtitutus inſtituto,
quia id impeditur ab aditione hæreditatis
quæ in pupillari ſupponitur, nec eſt locus iſti
regulæ ex tacita vulgari, quæ continetur in
16 expreſſa pupillari, † quia extincta pupillari
superueniente pubertate etiam extinguitur
tacita vulgaris *Bar. in l.* 1. *q.* 10 *ff. de vulg. &
pup.* nec in pupillari datur caſus vulgaris ſub-
ſtitutionis, quemadmodū datur in fideicom-
miſſaria, hoc etiam ſenſit *Zanch. in d. §. cum
ita in ſecunda parte ſub nu* 88. *verſ.* cæterum
17 Si præterea ad illā *l. qui habebat* tenemus
lecturam florentinam quam refert, & ſequi-
tur *Cuiac. ad tit.* 6. *reſp. Papin. in explicatione
leg.* 1. *ff. de vulg. & pupil.* ſcilicet, vt filia pri-
ma ſubſtituta deceſſerit impubes, ſi vxor ſe-
cunda ſubſtituta non ſuccedit non poteſt eſ-
ſe quòd conditio ſecundæ ſubſtitutionis eua-
nuerit quia immo impleta, & purificata fuit;
ita nō poterit ex ſeruire huic opinioni quod
ſubſtitutus ſecundus non intret locum primi,
ſi conditio deficiat.

Hoſpitale igitur ex iam dictis ſuccedere
debet ſine dubio ad portionem Ioannis Pau-
li, ſed etiam non minus certè ad portionem,
ad quam in codicillis vocatus fuit Aſcanius:
primo quia cum ante Cinthium caduci facti
ſint duo gradus ſubſtitutionum hoſpitale
ſuccedit ex illo gradu, ex quo immediatè ſuc-
cederet Cinthio, ſ. ex gradu Aureliæ; ſed il-
la ſucceſſiſſet ad omnia bona, ergo, & hoſpi-
tale ad omnia, quia ſubrogatus ſapit natu-
&c. ſecūdo ſi etiā hoſpitale ſuccederet ex per-
ſona Io. Pauli idem dicēdum eſſet, quia cùm
mortuus eſſet Aſcanius ante Io. Paulum, ſi
tempore obitus, vel Cinthij, vel Aureliæ
viuus fuiſſet Io. Paulus ipſe habuiſſet etiam
18 portionem Aſcanij; † quia ex verbis Codi-
cillorum mihi ſuppoſitis ibi *ita quod intentio
ipſius teſtatoris &c.* conſtat hos duos fuiſſe
verbis coniunctos ergo inter eos in fideicō-
miſſis fuiſſet locus iuri accreſcendi *l. ſcæuola
ff. ad Trebel.* & per hunc tex. *Pereg. de fideicō-
miſſ. artic.* 1 *n* 8 qui allegat *Bart. in conſ.* 53.
& alios vt per eum, tertio in codicillis vult
codicillans, vt præter additionem vocatio-
nis Aſcanij in cæteris firmum remaneat te-
ſtamentum, ſed in eo ad omnia bona voca-
tur Hoſpitale, ergo etiam vocabitur in co-
dicillis.

Ex his exiſtimo partes Hoſpitalis iure me-
dio defēdi poſſe ſaluo ſemper ſaniori iuditio.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Ius accreſcēdi locum habet in fideicommiſſo
vniuerſali inter verbis coniunctos, & re
non omnino diſiunctos.

In legitimatione ſpurij facta ex præordina-
tione patris, adiectis ampliſſimis clauſulis
nō attēduntur obreptiones, & ſubreptiones.

Natus

Digitized by Google

Natus ex viro coniugato, & muliere ſoluta dicitur ſpurius non naturalis, cui non poteſt à patre relinqui, niſi in cauſam alimentorum.

Filia, & filij ſpurij, quamuis legitimati, ſi excludantur à ſtatuto non faciunt partem in legitima.

Legata vxori ſuperioritate, & regimine domus cenſentur eidem relicta alimenta, quorum legatum non extinguitur etiam ceſſante cauſa talis regiminis abſq; culpa ipſius vxoris.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accreſcendi non habet locum inter fideicommiſſarios vniuerſales, ſed contra nu. 8.*

2 *Ius accreſcendi non obtinet niſi inter verbis coniunctos.*

3 *Coniuncti non dicuntur, qui in diuerſis orationibus ſunt vocati.*

4 *Coniuncti verbis dicũtur quos vnitas copulat orationis.*

5 *Ius accreſcendi videtur excluſum aſſignatis vnicuiq; partibus.*

6 *Ius accreſcendi conceſſum in vna parte, in reliquis cẽſetur prohibitum ſed contra n. 13.*

7 *Ius accreſcendi fundatur in tacita mente defuncti, & præfertur ſucceſſioni à Iure delatæ.*

8 *Ius accreſcendi obtinet etiam in fideicommiſſis vniuerſalibus.*

9 *Coniunctio verbalis non tollitur propter ſubintelligentiam verbi.*

10 *Ius accreſcendi in hereditatibus, & fideicommiſſis inductum eſt diuerſis rationibus.*

11 Gloſ. 1, in l. re coniuncti de leg. 3. *vel eſt reprobata, vel corrupte legitur.*

12 *Iuris accreſcendi prohibitio non arguitur, ex eo quod facta ſit partium diſtributio niſi adſit reſtrictio* vel *taxatiua.*

13 *Nec ex eo, quod teſtator in aliqua parte expreſſerit Ius accreſcendi per formalem ſubſtitutionem.*

14 *Legitimatio eſt nulla, in qua non exprimitur qualitas ſpurietatis.*

15 *Legitimatio in qua ſubticetur exiſtentia filiorum legitimorum eſt ſubreptitia.*

16 *Legitimatio corruit nulla facta mentione matris perſonæ legitimandæ.*

17 *Legitimatus habet intentionem fundatam in ipſa legitimatione pro cuius validitate præſumitur niſi contrariam doceatur.*

18 *Legitimationis ſubreptiones, & obreptiones ſanantur ex clauſulis ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, & non obſtantibus.*

19 *Legitimatio facta cũ cauſa cognitione defenditur ab oppoſitis ſubreptionibus.*

20 *Legitimationis ſubreptio tollitur ex verbis æquipollentibus.*

21 *Legitimatio alias ſubreptitia, ſuſtinetur ſi aliũde conſtet legitimantẽ plenam facti habuiſſe notitiam.*

22 *Naturalium appellatione etiam ſpurij continentur.*

23 *Legitimatio facta de ordine patris ſuſtinetur etiam ſi alioquo ſubreptionis vitio laboraret circa perſonam matris.*

24 *Naturalis dicitur, qui natus eſt ex complexu non damnato, nec recepto à Iure ciuili.*

25 *Spurij dicuntur omnes progeniti ex cõplexibus à Iure per reprobatis.*

26 *Spurius dicitur non naturalis, qui genitus eſt ex coniungato, & ſoluta.*

27 *Spurius nihil ex teſtamento capere poteſt de paternis bonis.*

28 *Spurij incapacitas ceſſat mortuo filio legitimo. Maxima ſi ſpurius eſſet natus ex abiecta muliere.*

29 *Spurio à patre relinqui poteſt vſq; ad alimẽta.*

30. *Executoris teſtamentarij officium eſt curare quod diſpoſita in teſtamento ſuum effectũ ſortiantur.*

31 *Legitima à filio per fideicommiſſum grauato, vel ab eius herede deduci poteſt.*

32 *Imputantur in legitimam omnia obuenta filio ex bonis patris.*

33 *Legitima non detrahitur ex bonis particulari fideicommiſſo ſubiectis.*

34 *Filia à ſtatuto excluſa non facit partem in legitima.*

35 *Filij naturales etiam legitimati, ſi à ſtatuto excludantur in computatione legitimæ non conſiderantur.*

36 *Legitimatus non poteſt dici natus de legitimo matrimonio.*

37 *Filijs ab inteſtato excluſis nulla debetur legitima.*

38 *Filius naturalis qui ex præcepto teſtatoris eſt legitimandus, ſi tempore mortis ipſius patris non eſt legitimatus, legitimam petere non poteſt.*

39 *Legitima eſt tertia pars bonorum deducto ære alieno.*

40 *Dotes relictæ filiabus à ſtatuto excluſis conſiderantur tanquam æs alienum in hereditate patris.*

41 *Legitima debetur filio legitimato.*

42 *Filio ſpurio relictum pro alimentis deducitur vt æs alienum.*

43 *Exe-*

43 *Executorum teſtamentariorum facultas durat donec aliquid ſit ex teſtamento implendum.*

44 *Tutorum & curatorum officium morte pupilli, vel adulti extinguitur.*

45 *Cura finitur ſuperueniente ætate perfecta.*

46 *Compendioſa ſubſtitutio reſoluitur in fideicommiſſariam ſi facta ſit in caſu mortis, & grauatus pubes deceſſit.*

47 *Fideicommiſſarius debet capere bona de manu hæredis grauati.*

48 *Legati cauſa ceſſante, ipſum quoque legatum extingui debet: & plura ponuntur exempla: quod declaratur nu. 52. & ſub nu. 57.*

49 *Legatum ex cauſa neceſſaria factum, tollitur ceſſante neceſſitate.*

50 *Alimenta dicuntur legata, ſi teſtator reliquit regimen, & ſuperioritatem domus.*

51 *Et legatum importat, quod Vxor permaneat in eo ſtatu pro vt erat viuente marito.*

52 *Legati cauſa ceſſante ceſſat legatum ſi illa fuit finalis, ſecus ſi impulſiua.*

53 *Cauſa legandi in dubio præſumitur impulſiua.*

54 *Cauſa legati reſpiciens principaliter fauorem legatarij non dicitur finalis ſed impulſiua.*

55 *Legati cauſa dicitur impulſiua, quando etiam ea ſilente, teſtator reliquiſſet.*

56 *Legatum uxori factum in dubio eſt ampl., & fauorabiliter interpretandum.*

57 *Legatarius ſi abſq; culpa ſua non poſſet implere onus legato adiectum, non ideo tamen amiſit legatum.*

58 *Alimentorum appellatione, quæ comprehendantur remiſſiue.*

RESPONSVM XXII.

Qui vita, & veritas eſt dirigat me in viam veritatis.

NOuem non leuia proponuntur excutienda dubia ex teſtamento Illuſtris D. Raphaelis Odoni Faltiuenſis, quorũ primum atq; principale eſt, ſuppoſita ſubſtitutione his verbis concepta: *Cum declaratione tamen, quod quatenus ipſe Lodoixius hæres, decederet ante ætatem annorum vigintiquinque, ſine filijs aut filiabus legitimis, & naturalibus ſubſtituit D. Marietam eius ſiliã, ſi vixerit pro tertia parte, & D. Andream pro alia tertia parte, & D. Paulum pro reliqua tertia parte &c.* An ex eo, quod viuente adhuc hærede grauato deceſſit Andreas vnus ex ſubſtitutis eius tertia, caducata ſubſtitutione ipſius Andreæ, remaneat libera apud hæredem, ita vt eueniente nunc caſu ſubſtitutionis, quia Lodoixius hæres deceſſit infra ætatẽ vigintiquinq; annorum, debeat ſpectare ad Marietam eius ſororem legitimam hæredem, ita vt tertiam habeat ex ſubſtitutione, & aliam tertiam ab inteſtato, an potius d. portio deficiens pro dimidia accreuerit Marietę, & pro dimidia Paulo altero inſtituto. Et videbatur prima conſideratione reſpondendum totam obuenire debere Marietæ, quia ſcriptũ
1 legitur in † vniuerſalibus fideicõmiſſis, quale
eſt illud, de quo agitur, non eſſe locum iuri
accreſcendi *Caſt. in l. Lucius §. quia habebat. ff. ad S.C. Trebel. Practic. Papienſ. in forma libel. quo agitur ex ſubſtitutione* in quam opinionem etiam inclinat *Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. § 23. num. 103.* & quidem euidenti ratione, quia eſt ius accreſcendi inuentum, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte nõ *contra ius noſtrum ff. de reg. iur. DD. in l. vnic. C. quando non pet. part. pet. accreſc. vbi Dec. nu. 4. in 1. lect. & nu. 16. in 2.* Et in fideicommiſſis iam adita defuncti
hæreditate non eſt periculum, quod quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte non
morito, & ius accreſcendi ceſſare deberet.

Et dato, quod in fideicommiſſaria ſubſtitutione eſſet iuri accreſcẽdi locus, id non pro-
2 cederet, † niſi inter confideicommiſſarios
dari verbali coniunctione *d. l. Lucius §. quia habebat ff. ad Trebel. Bal. & Imol. in l. hæredes ff. de hæred. inſtit. Paul. de Montepic. in Rub. C. quando non pet. part. nu. 2. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 9. nu. 1.* Et in caſu noſtro non
3 videntur fideicommiſſarij coniuncti, † cum
vocati ſint in diuerſis orationibus; quarum quæque a ſuo verbo, vel expreſſo, vel ſubintellecto regitur, cum dixerit teſtator *ſubſtituit d. Marietã pro tertia parte, & d. Andream pro alia tertia parte, & D. Paulum pro reliqua*
4 *tertia parte* nõn. dixit † Marietã, Andream,
& Paulum vnuqueq; pro tertia parte ſubſtituit; tunc. n. coniuncti eſſent verbis *l. triplici ff. de verb. ſign.* in puncto iſtud firmat *gl. 1. in l. re coniuncti ff. de leg. 3.* quam vti veriſſimam ibi ſequuntur *Pet. de Bellis n. 4. & Lancellot. Politian. 20.* ſequi igitur videtur clara concluſio, in terminis noſtris non dari locum iuri accreſcendi; vt in puncto ita tenuit *Crot. conſ. 275. ſub num. 55. verſ. verum præmiſſis* [illegible]

Et vbi regulariter intraret ius accreſcen-
5 di, in propoſito illud ceſſaret, quia tacitè † videtur à teſtatore prohibitum, ex eo; quia

vni-

vnic. ibi: vocato taxauit tertiam partem *Bal. ibi. ſi arrogator ff. de adopt. col. 1. Iaſ. in l. ſi maritus § notab. ff ſolut. matrim. Peregrin. de fid. d. artic. 9. n. 4.* & fortius id apparet, quia
6 caſu, in quo placet teſtatori, vt ſit locus iuri accreſcendi ipſe exprimit, dum diſponit, vt ſi Marieta eſſet mortua ſine filijs, dimidia ſit Pauli, & altera dimidia Andreæ, ſi idem ipſe teſtator voluiſſet, quando Andreas deceſſiſſet, id expreſſiſſet, non expreſſit, ergo noluit *l. vnic. in fin. princ. C. de caduc. tol.* caſum cogitauit teſtator, & non prouidit, igitur non intrat ius accreſcẽdi veniens ex diſpoſitione legis, ita, quando conſtat teſtatorem cogitaſſe de filijs grauati, non prouidendo, & non ponendo eos in conditione, non intrat prouiſio *l. cũ auus ff. de condit. & demonſtrat. & l. cum acutiſſ. C. de fideicommiſſ. Rip. in l. 1. num. 171. ff. de vulg. & pupil. Soc. in d. l. cum auus ſub nu. 79. ff. de cond. & demonſtrat. Tiraquel. ad l. ſi vnquam in præfat. num. 65. C. de reuoc. donat.*

Verùm his, & alijs ſimilibus, quæ allegari poſſent minimè obſtantibus, de iure verius eſſe exiſtimo portionem deficientem in perſona Andreæ pro dimidia ex iure accreſcendi obuenire Paulo, & pro dimidia Marietæ; etenim dubitandum non eſt, quando delatio
7 iuris accreſcendi vti veniens ex tacita mente defuncti *l. ſi Titio, & Meuio § idem Iul. ff. de leg. 2. l. ſi in teſtamento ff. de vulg. & pupil. vbi Alex. in l. ſi mihi, & tibi in princ. & Bal. ff. de leg. 1.* & ex cõmuni firmat *Dec. in rub. C. quãdo non pet. part. pet. accreſc.* anteponatur delationi venienti ex pura legis operatione argumento tex. *l. quandiu (la ſeconda) ff. de acquir. hæred.* & eſt communiter receptum ius accreſcendi eſſe tacitam quandam ſubſtitutionem *Graſſ. de ſucceſſ. § ius accreſc. q. 2.* ſicut ergo delatio, quæ naſcitur ab expreſſa ſubſtitutione impedit delationem legitimam ab inteſtato, ita eandem impediet, & tacita ſubſtitutio ad regulam *l. cùm quid ff. ſi cert. pet.*

8 Et quod etiam † in fideicommiſſis vniuerſalibus ſit locus iuri accreſcendi tenet *Bar. in conſ. 53. incip. Piccardlus per tex. in l. filius fam. § Diui (il primo) ff. de leg. 1. in l. vnic. § hac autem omnia C. de caduc. tollẽd. Curt. iun. conſ. 73. ſub n. 13. verſ.* ego autem *Bero. conſ. 72. nu. 1.* vbi de communi, *& in conſ. 75. in 2. Decian. conſ. 40. in primo, Zanch. d. 45. cum ita l. hæredes mei p. 4. n. 488. ff. ad Trebel. Burſat.* ex magis communi *conſ. 71. nu. 12. in 1. Illuſtriſſ. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 3. n. 1. & ſeq. Sim. de Prat. de interpretat.* vlt. volunt. lib. 3. ſol. 3. nu. 19. fol. 208. *Michael de Graſſ. de ſucceſſ. § ius accreſcendi q. 21. num. 2. Peregrin. de fideicom. art. 9. ſub n. 8.* vbi ait de hoc caſum eſſe in *l. Scæuola ff. ad Trebel.* & alios eiuſdem ſententiæ Doct. citat.

Et hoc paſſim admittunt hi Doct. ſi conſideicommiſſarij fuerint verbis coniũcti, licet & in diſiũctis perperã tamen iudicio meo, id teneat *Ant. Gomez var. reſol. tom. 1. c. 10. de iure ac. ſub n. 23.* In caſu autem noſtro adeſſe coniunctionem verbalem ex eo, vel maximè conſtat, quod oratio, in qua vocatur ſubſtituti regitur ab eodem, & vnico verbo *ſubſtituit*, ergo adeſt coniunctio verbalis *d. l. triplici ff. de verb. ſignificat.* Nec obſtat, quod in vnaquaq; perſona ſubintelligatur verbum *ſubſti-*
9 *tuit*, quia † huiuſmodi verborum ſubintelligẽtiam non impedire verbalem coniunctionem expreſsè tenet *Bal. in l. ſi fortidianum ſub nu. 2. C. de legat.* loquens verè in terminis noſtris, quando præcedit oratio recta à ſuo verbo *relinquo*, deinde ſequuntur aliæ ſubſtitutiones, in quibus idem verbum ſubintelligitur expreſsè dicens; licet tacitè intelligatur repetitum verbum *relinquo*, tamen tacitus conſenſus non attenditur in verbali coniunctione, vel diſiũctione, alias legatarij ſemper eſſent diſiũcti, cùm enumeratione perſonarũ tacitè videatur diuiſum inter eos; & idem ipſe *Bal.* repetijt *in conſ. 362. incip. quæritur à me, ad fin. vol. 1. quem ſequuntur multi in d. l. re coniuncti, & in ſpecie Cum. nu. 2. Pariſ. ſub nu. 7. Rip. nu. 17. Duaren. de iure accreſcendi lib. 1. c. 4. ad fin. Ant. Fum. in tract. de coiunct. in c. de verbali coniunct. Graſſ. d. § ius ac. q. 4. Bero. d. conſ. 75. in 2.*

Cui veritati non reſiſtunt adducta ſupra, nam primò opinio illa *Practica Papienſ.* vt in fideicommiſſis vniuerſalibus non ſit locus
10 iuri accreſcendi, prorſus falſa eſt, & damnata cõmuniter à DD. ſupra relatis vti fundata ſuper debili ratione, quia † regula *l. ius noſtrũ* benè eſt ratio iuris accreſcẽdi inter heredes, ob quam ſit, vt inter eos etiam diſiunctos ſit locus iuri accreſcẽdi, in legatis verò, & fideicommiſſis *DD.* altera ratione concedunt ius accreſcendi. ſ. ob virtutẽ cõiunctionis, quæ vt probatũ eſt adeſt & in caſu noſtro, & *Paul. de Caſt. in l. Lutius in § qui habebat ff. ad Trebel.* non dicit abſolutè, quòd iuri accr. non ſit locus inter fideicommiſſarios vniuerſales; ſed dicit, quod inter illos non eſt ei locus, quando ſunt diſiuncti, licet ſecus ſit in hæredibus, quia in illis ratio, ne teſtator decedat pro parte

teſtatus,

teſtatus, & pro parte inteſtatus efficit, vt indiſtinctè procedat ius accreſcēdi, quæ ratio cū non cadat in fideicommiſſarijs vniuerſalibus ideo inter illos non datur ius accreſcendi, niſi ſint coniuncti.

Non obſtat, quod fideicommiſſarij, de quibus nos loquimur non ſint verbis coniuncti: quia verius eſt, vt probaui, eſſe coniun-
11 ctos, & † *gloſ. 1. in d. l. in coniunctis* à multis vti falſa damnatur, & ab alijs notatur, vti corrupta, quod .ſ. afferrat exemplum duarum orationum rectarum à duobus verbis, ideò aiunt, ſin ea deeſſe vnum verbum *lego Rip. in d. l. re coniuncti n. 17.* authoritas autem *Crot. d. conſ. 375.* non eſt plurimi facienda, quia ex iam traditis conſtat, ipſum contra veras, & receptas traditiones coniunctionis verbalis reſpondiſſe, ideò *Peregr. de fid. artic. 9. ſub n. 2. props nu. 3.* damnauit ipſius *Crot.* conſultationem vti contra communem opinionem.

Tandem nō obſtat, teſtatorem prohibuiſſe tacitè ius ac. quia admitto poteſtatem, ſed
12 inficior voluntatem, ipſa † .n. non colligitur ex eo, quod ſinguli fideicommiſſarij ad tertiam ſunt vocati, quia non eſt ob id per dictiones taxatiuas, vel ex alio ſimili modo loquendi reſtricta vocatio ad tertiam, vt neceſſariò inferratur prohibitio iuris accreſcendi, aliàs ſequeretur, quod ſi fideicommiſſarij eſſent vocati adiecta clauſula *æquis portionibus*, quæ in tribus vocatis idem ſignificat, quod ſignificat vocatio vniuſcuiuſq; ad tertiā inter eos non caderet ius accreſcendi, quod tamen prorſus falſum eſt, & tantum abeſt, vt talis clauſula tollat ius accreſcēdi, vt immo potius illud inducat, ſi .n. illa non eſſet adiecta, vocati eſſent re coniuncti, & haberet locum ius non decreſcendi, ſiuè eſſent re tantum coniuncti *l. vnic. §. vbi autem & §. ſin autem C. de cadu. tollend.* ſiuè eſſent re, & verbis coniuncti, vt ex communi poſt *Rip. Bolognet. Coraſ. Vaſq. & alijs* firmat *Graſ. d. §. ius accreſcendi q. 10.* ea verò, quæ in contrarium allegantur procedunt dūtaxat, quando aſſignationi partis eſt adiecta dictio taxatiua, vel clauſula, vt vocatus habeat pro omni eo, & toto, & nil aliud petere poſſit, vt in puncto ita reſpondēdo ſcripſit *Decian. d. conſ. 49. nu. 25. in primo,* qui etiam *ſub num. 26.* plures allegat, tenentes pariter locum eſſe iuri accreſcendi, quando partes taxatiuè aſſignatæ fuerunt: Nec obeſt coniectura ſumpta ex eo, quod teſtator vult, vt moriēte Marieta ſit locus iuri accre-
13 ſcendi, ergo † cōtrarium dicitur velle in alijs caſibus, in quibus, ſi vellet, pariter expreſſiſſet ad reg. *l. vnic. § ſin autem ad deficiētis in ſin. C. de cadu. tol.* quia præterquamquòd d. regula patitur plures difficultates, vt videre eſt apud *Zanch. ad §. cùm ita in 4. parte num. 313. cū pluribus ſeq.* etiam dicitur, in caſu noſtro nihil operari; quia teſtator caſu, quo Marieta ſit mortua vocat Andreā ad dimidiā, & Paulū ad aliam dimidiā, ex quo ſequitur, vt ambo dimidiā habeāt ab expreſſa vocatione teſtatoris ex ſubſtitutione, inde igitur infertur, ſcilicet quod ſi decedēte Andrea voluiſſet teſtator Marietam, & Paulum habere dimidiam virtute ſubſtitutionis, id expreſſiſſet, vt ſupra fecit, non expreſſit, ergo noluit ſcilicet, vt ſuccederent ex ſubſtitutione, non tamen infertur, quod noluerit eos ad dimidiā deficientem venire ex iure accreſcendi, immo caſus iſte omiſſus remanebit ſub iuris communis diſpoſitione *l. commodiſſimè ff. de lib. & poſth.* quæ dictat, vt data coniunctione habeat locum ius accreſcendi, & in ſumma coniectura benè ſuadet ceſſare voluntatem ſubſtituendi expreſsè, non ſuadet autem ceſſare voluntatem ſe conformandi in iure accreſcendi cum iure communi, & minus nō ſuadet ipſius iuris accreſcēdi prohibitionem. Ea verò quæ notantur in *l. cum annus ff. de condit. & demonſtrat.* nō poſſunt ad caſum noſtrum accōmodari, quia non conſtat vllo modo teſtatorem præcogitaſſe caſum decedentiæ Andreæ, ſi enim conſtaret teſtatorē cogitaſſe caſum præcedentiæ Andreæ, & non diſpoſuiſſet, ſicut diſpoſuit in prædecedentia Marietæ fortè ſaltem per modum dubitationis poſſet præſumi inductam eſſe prohibitionē iuris accreſcendi, & tunc intrarent notata in *d. l. cùm annus*, nos verò non verſamur in hoc caſu, vt iam oſtenſum eſt, meritò ceſſante hoc vltimo fundamento, & ceſſantibus duobus alijs eſt hoc primū punctum, reſoluendum in fauorem Illuſtris D. Pauli.

Secundū dubium eſt, an legitimatio impetrata in perſona eiuſdem D. Pauli reddat eum capacem ad omnia in teſtamento relicta, & præſertim ad ſubſtitutionem, de qua agitur, in quo dubio, poteſtate Illuſtriſſimorum legitimantium ſuppoſita, videretur primo aſpectu dicendum, legimationem, de qua agitur ipſi D. Paulo non prodeſſe, ex eo, vel maximè, quòd obreptitia, & ſubreptitia eſſet, quia narratur D. Paulum eſſe naturalem, ſed tacetur eſſe ſpurium, & adulterinū, procreatum à patre, eo tempore, quò cum
14 vxore viuebat; eſſe autem † in obtinenda legitimationem exprimendam in ſpecie qualitatem

litatem

litatem illegitimitatis ſcripſere Alex.cõſ. 60.
in 2.ſub nu.22. Ruin conſ.73.nu.1.& ſeq. in
3.Goz.ad.conſ.26.nu.20.& conſ.48.n.4.Port.
conſ.106.nu.43.Rim.iun plenè conſ. 194. n.
8.& ſeq & conſ.197.n.40.cum ſeq. Menoch.
conſ.181.nu 5.in 2.& conſ.461.nu.1.2.& 3.
in 5. & plures alij, qui tenent ob hanc ſubre-
ptionem legitimationem vitiari, vt latiſſimè
per eos.

Maximè æque videtur in caſu noſtro vitia-
15 ri; quia † & altera adeſt obreptio, quòd non
narratur extare filium, & filiam patris legiti-
mos, & naturales, quæ, & ipſa maximè ſolet
conſiderari ad impugnandam legitimationẽ
Alex.d.conſ. 60.num. 22.in ſecundo Rim. ſen.
conſ.113.col.2.Ceph.conſ. 166.num.30.in 2.
Rim.iun.d.conſ. 199.nu.17.& conſ.051.nu.
34.& 35. Etenim ſuppoſita ſubreptione, &
obreptione gratioſæ conceſſiones vitantur c.
ad audientiam, & c.caterum vbi Abb. & alij
de reſcript.

16 Deducitur, & † tertia obreptio, quod non
fuit nominata mater legitimandi, vt erat no-
minanda ad validitatem legitimationis, & e-
ius qualitates erant exprimendæ Ruin. conſ.
66 ſub n.26.verſ & ex præmiſſis, in 3. Decian.
conſ.38.nu.36.in 3. Ex quibus quidem ſub-
reptionibus dictam legitimationem corruere
videbatur.

His tamen non repugnantibus exiſtimo eſ-
ſe in fauorem D. Pauli etiam in hoc dubio re-
17 ſpondendum, ex eo, † quod habet intentionẽ
ſuam plenè fundatam in reſcripto legitima-
tionis obtento ex certa ſcientia, de plenitudi-
ne poteſtatis, & non obſtãtibus obſtantijs qui-
buſcunq;, vt dicitur in relatione, ad quam
gratia legitimationis prorſus refertur, per
quod reſcriptum in ſpecie Paulus efficitur le-
gitimus, vt valeat ſuccedere ex ſubſtitutione,
de qua agitur, & poſſit conſequi legatum à
patre ei in teſtamentum relictum, & adeò fun-
data eſt intentio D. Pauli pro validitate ſuæ
legitimationis, vt volens contrarium dicere,
id probare debeat Abb. Imol.& alij in c in præ
ſentia de probat.per illum tex.in verbo conſtet
Goz.ad conſ.48.nu.11. Roland.conſ.12.n.29.
in 4.& in dubio ſemper eſt pronunciandum
pro eo, qui in legitimatione intentionem ſuã
fundat Honded.conſ.89.nu.56.

Tota igitur difficultas reſidet in tollendis
obreptionibus, & ſubreptionibus in contra-
rium allegatis, quibus primo reſpondetur,
18 quodlibet ſubreptionis † vitium ſanari ob il-
las clauſulas, ex certa ſcientia, de plenitudine
poteſtatis, & nõ obſtantibus quibuſcunque ob-
ſtantijs Honded. d.conſ.89. nu. 57. Pariſ.conſ.
15.nu. 60. cum pluribus ſeq. in 2. Manent. de-
ciſ.65.n.37.Marc.deciſ.135.p. 2. præſertim
cùm fuerit deuentũ ad † legitimationem præ-
19 uia cauſæ cognitione eorum, quibus id demã-
datum fuerat Ruin conſ.104. nu.7. in 3. Bero.
conſ.65.nu. 134 in 1. Staſil de liter. grat. &
iuſtic. citatus à Caputaquenſ.deciſ.218.in 3.
parte Decian.conſ.5.nu.46.in 1. Rot.Bonon.di-
uerſ. deciſ. 30.nu.105.& 113.

20 Secundo dicitur ad tollendam ſubreptio-
nem ſatis eſſe, quod virtualiter, & per ver-
ba æquipollẽtia fuit narratum extitiſſe filiam
legitimam teſtatoris, & legitimandum fuiſſe
ſpurium Caputaquenſ.deciſ.222.p.3.& deciſ.
217. eadem par. poſt Caſſador. deciſ. 12. de
prabẽd.Veral.deciſ.232.p.3.Rot. Bonon. deciſ.
30.nu.95. & in hoc caſu verè virtualiter fuit
narratum legitimandum eſſe ſpurium, & ha-
bere ſororem legitimam, quia dùm porri-
guntur preces pro impetranda legitimatione
præſentatur teſtamentum D. Raphaelis, in
quo fit mentio de filio, & filia legitima, &
Paulus nominatur nedum naturalis, ſed etiam
ſpurius.

Hinc, & altera occurrit reſponſio, non
21 vitiare ſubreptionem, quando aliundè con-
ſtat legitimantem veritatis habuiſſe ple-
nam notitiam Bero.conſ.172.n.10.in 2. Ruin.
conſ.124.num. 10. in 4. & poſt iſtos Hon-
ded. conſ. 89. num. 26. Caputaquenſ.deciſ.
221.p.3.

Præterea ad id, quòd non fuit dictum le-
gitimandum fuiſſe ſpurium etiam reſponde-
tur, ſatis fuiſſe narratum ipſum naturalem
22 quia † & ſpurius dicitur naturalis, immo vul-
go omnes ſpurij naturales, ſeù baſtardi dici
ſolent, ita in puncto poſt Bal. in c. dudum (el
ſecondo) de elect.& in conſ.295. in 2. reſpon-
det Pariſ.conſ.15. nu. 56 in 2.& Natta conſ.
623.nu.5.

Inſuper particulariter ad illud, quod non
fuit expreſſum nomen matris, nec fuere eius
qualitates ſignificatæ legitimãtibus, reſpon-
23 detur, † id non eſſe neceſſarium, maximè vbi
ex præcepto patris ſequi debet legitimatio,
qui legitimandum vti proprium filium agno-
uit, tunc.n. de ſuo tantum præiuditio agitur,
ideò non eſt matris neceſſaria notitia Puteus
deciſ.435.par.1. & in legitimatione facta ex
conſenſu paterno probat etiam Vin. deciſ.
339.nu.13. Ceſſante igitur quocunq; ſubre-
ptionis, vel obreptionis vitio teneo D. Pau-
lum capacem eſſe cuiuſcunq; teſtamentariæ
ſucceſſionis.

ſpectabit, quę colligi poteſt ex eo, quod conſtituuntur donatarij, non puri executores, & 29 quia ita ius commune dictat, † cum quo præſumitur concedens ſe conformaſſe *arg. l. heredes mei §. cum ita ff. ad S.C. Trebel.* & quia ita veriſimile eſt, vt ſic inducerentur monachi ad meliorandā, & bonificanda terrena aſſignata: Nec obſtat, quod per D. Ducem iam fuerat prouiſum monachis ex aſſignatione facta de ann. 1396. quia hęc certa, & expreſſa aſſignatio non excludit aliam incertam, & reſultātem ex tacita mente eiuſdem concedentis.

Et quamuis iubeat cōcedens fieri integralem diſtributionem, non intelligitur omniū fructuum, ſed florenorum decem millium, cū hæc fit diſtributio, de qua ſola concedens loquitur ibi *Prior, & monachi ipſi quolibet anno teneantur; & debeant diſtribuere dictos florenos decem mille pro anima prædicti D. Ducis hoc modo, & ordine &c.*

30 Hinc corruit fundamentum præcipuum partis aduerſæ de erectione nouorum titulorum ex ſcriptis à *Doct. in c. cum M. Ferrarienſis de conſtit.* quia hoc non procedit in his fructibus, qui ſunt monachorum ratione dominij, & ex voluntate cōcedentis, qui eos fecit donatarios, & procedit argumentū, quando extat canonicorum certus numerus, tunc auctis facultatibus noui tituli ſimiles ſcilicet canonicatus, ſunt erigendi, ſed in caſu noſtro non extat certus numerus monachorum, licet enim Dux ſtatuerit in loco morari viginti quatuor monachos nō ob id prohibetur augmentum, quod a ſuis ſuperioribus auctis facultatibus fieri poterit: Non intrat etiam prædictum fundamentum, quia illud procedit, vt augmentum conuertatur in pios vſus, quod non eſt in caſu iſto neceſſarium; quia, 31 vtcunq; creſcant bona, tenetur ſemper monaſterium magis ad ſubuentionem pauperum, & hoſpitalitatem *Abb. in c. 1. num. 2. ne ſede vac.* quæ omnia quam copioſè, & perfectè compleantur à Monachis Cartuſiæ Papienſis, vt notorium omnibus liquet.

Ex his igitur cōcludo inſtantiam Catholici Regis non eſſe de iure admittendam, nec de æquitate, cùm facile poſſit eſſe, quod augmentum redditus prouenerit à cura, & impenſis monachorum, & agentium ſuorum; Et cum cauſa perfectè cognita ita alias fuerit iudicatum ab Illuſtriſſimis Cardinalibus, quibus erat cauſa delegata, tranſiueritq; eorum 32 ſententia in iudicatum, † non eſt ab ea recedendum *l. ſub ſpecie C. de re iudic. at. & l. imperatorius ff. de re iudic. cum ſimil.* ann. 1611. menſe Maij.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

An, & quando Clericus poſſit inſtituere, vel ſubſtituere filios legitimos ex filio, vel filia illegitima: Vbi plura ad Bullam Pij V. 126. alias 127.

SVMMARIVM.

1 Doctores, qui ſcripſerunt ſuper Bulla Pij V. 120.

2 *Clerici prohibentur inſtituere, & ſubſtituere in bonis cuiuſcunq; conditionis deſcendentes ex filijs illegitimis, etiam in ſtatu ſeculari ſuſceptis ex diſpoſitione dictæ Bullæ.*

Rationes prædictæ Bullæ recenſentur num. 15. & 16.

Eadem Bulla non ligat vbi non eſt publicata num. 3.

Solumq; vocationem prohibet, quatenus fieret ex priuilegio, & iure ſpeciali num. 4.

Et dum prohibet relinqui filijs illegitimorum, intelligenda eſt, quando filij, & ipſi ſunt illegitimi nu. 10.

Vel quando filijs legitimis relinqueretur contemplatione parentum illegitimorum num. 12. & 17.

Quod fieri poteſt etiam mortuis ipſis parentibus num. 21.

Et ita Bulla intelligitur ſecūdum Ius commune num. 24.

Eadem Bulla dum prohibet relinqui filijs illegitimorum etiam mortuis parentibus, non loquitur de diſpoſitionibus iam factis n. 19.

Et generaliter non comprehendit teſtamenta, quæ ante eā ſortita fuerunt effectum n. 22.

Diciturq; teſtamentum ſortitum fuiſſe effectū quādo eſt adita hæreditas, licet nondū euenerit caſus reſtitutionis fideicommiſſi n. 23.

Et tandem Bulla loquitur de Spurijs, non de ſimplicibus naturalibus nu. 24.

5 *Verbū* prędicti *repetit qualitates præcedentes.*

6 *Clericus poteſt de iure communi hæredem inſtituere nepotem legitimum ex filio illegitimo.*

Præſertim, quando ipſe Auus caret legitima ſobole nu. 7.

Et non eſt contemplata perſona illegitimi, vt in dubio præſumitur nu. 8.

Maximè, quādo inſtitutus eſt filius ex filio illegiti-

legitima, quia ipſa nō habet vſumfructum in bonis filij nu.9.

11 *Vltima verba in oratione referuntur ad omnia præcedentia.*

13 *Quæ à iure communi exorbitant ſunt ſtrictè interpratanda, vt minus ius commune lædatur, ac fieri poſſit.*

16 *Prohamium denotat cauſam finalem.*

18 *Verba ſub eadem determinatione poſita eodem modo intelligenda ſunt.*

20 *Præcedentia magis declarant ſequentia, quam è contra.*

25 Etiam *dictio eſt implicatiua retentis ijſdem qualitatibus.*

RESPONSVM XX.

Auxilium à Domino.

AD materiā extrauagātis Sanctiſs. Pij V. inſcriptę reuocatio facultatum teſtandi &c. quæ in Bullario eſt conſtitutio 120.
1 † ſcripſerunt *Domini de Rota inter nouiſſ. deciſiones part. 1. deciſ. 487. & 505. & in 2. parte deciſ. 214. Nauar. poſt tract. de ſpolijs clericorum, quem habuit ad can. nō liceat Papæ 12. q. 2. Burſat. conſ. 255. n. 15. in 3. & conſ. 375. ſub nu. 13. in 4. Gabr. in conſ. 83. & 84. in 2. Decian. conſ. 25. num. 10 in 3. Menoch. conſ. 511. in 6. & lib. 4. præſumpt. præſum. 96. Honded. conſ. 37. nu. 22. in 2. & Peregrin. conſ. 11. num. 7. & conſ. 20. nu. 25. in 1. Rot. deciſ. 41. par. 1. in recent. Fachin. conſ. 2. nu. 4. & ſeqq. 31. & ſeqq. lib. 2.*

Quantum ad caſum, qui nunc proponitur, videretur dicēdum fideicommiſſum, de quo in teſtamēto Illuſtriſs. Card. Herculis Gōzaghæ reſtituendum per mortem Illuſtriſs D. Scipionis, filij Illuſtriſs. Co. Federici Maffei natis ex filia naturali ipſius Illuſtriſs. Cardinalis teſtatoris, eſſe vti factum contra for-
2 mam prædictæ bullæ inualidum, † quādoquidem clerici prohibentur, etiam deſcendentes ex filijs illegitimis, nedum inſtituere, ſed & ſubſtituere, & id non tantùm in bonis ex beneficijs prouenientibus, ſed etiam in profanis, & patrimonialibus, vt in alia eiuſdem Pij V. Bulla 152. etiā quod illegitimi eſſent ſuſcepti in ſtatu ſeculari, quæ bulla etiam extenditur ad teſtamenta ante eam confecta, quæ tamen non habuerunt effectum, vt ſupponitur hanc ſubſtitutionem non habuiſſe effectum ante promulgationem dictæ bullę, cùm longo interuallo temporis poſt bullam deceſſerit Illuſtriſs. D. Scipio grauatus, adſuntq; clauſulæ irritantes, & tollentes omnia obſtantia, ita vt videatur res ſatis clara contra prædictos filios Co. Federici.

Sed his non obſtantibus puto locum eſſe reſtitutioni bonorum, nec obſtare memora-
3 tam bullam: † primo, quia ſi non eſt publicata in territorio Mantuæ, ibi non ligat *Burſat. conſ. 200. in 2.* & in puncto huius bullæ *d. conſ. 255. nu. 15. in 3. & d. conſ. 375. ſub numero 13. verſ.* primo, quia, *in 4.* Et quia non ſum informatus, an d. Bulla nunc ſit publicata, & an ſit in obſeruantia in ditione Mantuana, ideo in hoc fundamento latius non inſiſtam, ſatis erit illud inſinuaſſe.

Et vbi in d. territorio ligaret ſecundo dici-
4 tur † à dicta bulla non prohiberi vocationem illarum perſonarum, de quibus in ea, niſi quatenus vocatio fieret ex priuilegio, & iure ſpeciali, vt eam optimè declarat *Nauar. in commentar. ad eam poſt tract. de ſpolijs nu. 9. in n. 9.* quæ declaratio fuit poſtea canonizata à *Rota d. deciſ. 487. p. 1.* quam etiam ſequitur alia *deciſ. 505. ſub num. 3. 10. & 15. p. 1. Burſat. d. conſ. 255. n. 16. in 3.* & verè ex lectura ipſa manifeſtè colligitur, hanc fuiſſe mentē Summi Pont. dum in principio abolet priuilegia, licentias, diſpenſationes, & indulta diſponēdi in fauorem illegitimorum, & quibus ipſi illegitimi fiunt capaces, ita, ſiue ſucceſſio ſit ex priuilegio, vel ex perſona diſponentis, vel eius, in cuius fauorem tendit ſucceſſio, fortè; quia illegitimus ſit legitimatus, & ita iure ſpeciali factus capax ſucceſſionis; Item in ſecunda parte ibi, *ac pariter tollimus,* tollitur omnibus facultas talia priuilegia, & indulta concedendi, prohibeturq; præterea eorum aliquid quoquomodo diſponi in fauorem illegitimorum, immo, & facta teſtamenta, & diſpoſitiones, prætextu ſcilicet dictorum priuilegiorum, declarantur nulla, & pro infectis, & in tertia parte, dum bulla prohibet in poſterum, pariter in ijſdem terminis loquitur ibi *dehinc prohibemus, ne talia fiant,* & paulò infra ibi *aut illis, ad ipſos quauis diſpenſatione ſuffultos,* item, & in quarta parte, in qua annullantur facta contra ipſam bullam, quæ incipit *quod ſi prædictorum,* idem demōſtratur prius
5 ex illa voce *prædictorum,* † quæ repetit qualitates præcedentes *Bar. in l. 1. §. hoc edicto ff. de poſtulando, & in l. talis ſcriptura §. fin. ff. de leg. 1. Decian. conſ. 17. n. 10. in 1.* & paulo infra ibi *ſiq; diſponatur, priuilegio, diſpenſatione,*

ne,

ne facultate, & indultu, eiuſq; vſu, & commodo, etiam in cæteris omnibus ipſe iure ſit priuatus, & paulò infra, ibi *alias ſub dictis teſtamentis* &c. ponderãdo dictionem, *dictis*, quæ
pariter repetenda denotari agi de teſtamentis fundatis in iure priuilegiato, de qui-
6 bus antea: † At vocatio filiorum Co. Federici
ci vtcunq; natorum ex filia naturali vocantis,
non eſt ex priuilegio, nec ex parte vocantis,
nec vocati, ſed iure communi ſuffulta eſt, ad
Bar. Imol. Alex. Aret. & alios in l. Gallus §. quod ſi is ff. de lib. & poſthum. quos diligenter citat *Menoch. d. præſumptio 96. num. 20.*
vna cùm pluribus alijs, quos etiam ipſe ſequitur, quibus addendi etiam ſunt illi, quos
citat *Graſſ. de ſucceſſ. §. inſtit. q. 7. & Surd. conſ.*
7 *177. ſub n. 1. in 2.* † quod præſertim procedit,
quando Auus caret legitima ſobole, vt in noſtro caſu *l. fin. C. de natural. liber. Surd. eodem*
8 *conſ. 177. nu. 21.* † & quando nõ eſt contemplata perſona patris illorũ nepotum, quod in
dubio non præſumitur *l. fin. C. de vſuf. l. ſi verò §. 1. ff. mand. Doct. in d. §. quod ſi is. l. Gallus vbi Iaſ. de communi teſtatur Graſſ. d. q. 7. nu.*
9 *2.* † & præcipuè in hoc caſu, in, quo cum ſint
nepotes ex filia illi vſusfructus nõ acquiritur:
Ergo caſus iſte nullo modo erit ſub bulla cõprehenſus.

Tertiò, quatenus d. Bulla prohibet relinqui filijs illegitimorũ, id neceſſariò intelligẽ-
10 dum eſſe arbitror † de filijs, vel cõſanguineis
illegitimorum, qui, & ipſi illegitimi eſſent,
quod colligo in verſ. *ac pariter ibi in fauorem illegitimorum, ſiue eorum filiorum, ſiue conſanguineorum, affiniumue, ſiue extraneorum, etiam in ſtatu ſeculari procreatorum, ac legitimitate quacunq; ac honeſtate donatorum, & ad huiuſmodi be a capacium effectorum* illa ver-
11 ba *etiam in ſta o ſeculari* cum ſeq. † quæ regulariter referuntur ad omnia præcedentia
l. 3. §. filius ff. de lib. & poſthum. Bar. in l. talis ſcriptura §. fin. nu. 3. ff. de leg. 1. denotãt, quod
omnes, de quibus dicitur, ſunt illegitimi, qui
poſſunt eſſe donati legitimitati; ſi enim hæc
verba habuiſſent relationem ad ſolos illegitimos poſt illos adiecta fuiſſent, & poſt illa
adiecta poſtea fuiſſent ea verba *ſiuè eorum filiorum, ſiue conſanguineorum &c.* nihil etiam
repugnare mihi videtur, quin referantur ad
omnia præcedentia, Immo ita videtur conuenientius, quia intelligendo de filijs, & conſanguineis legitimis conſtitutio eſſet irrationabilis, & nimis dura, vt infra dicetur: Si verò
intelligimus de filijs legitimis, id accipiendũ
12 erit, † quando vel conſtaret, vel aliqua ratione conijci poſſet factum id fuiſſe contemplatione ipſorum illegitimorum, vel, vt illis per
interpoſitam perſonam filiorũ aliquod emolumentum obueniret, in quam ſententiam inducor duplici ratione, prius, quia conueniũt
omnes Doct. hanc eſſe conſtitutionem à iure
communi exhorbitantem reſtringentem facultatem diſponẽdi de bonis ſuis ad libitum
13 † ergo ſtrictè interpretãda erit, vt illa minus,
ius commune lædatur, ac fieri poſſit *vulg. l. quod vero contra, & l. ius ſingulare ff. de legibus Abbas, & alij in c. cum dilectus de conſuetud.* Immo in quantum fieri poterit erit ad
14 terminos iuris communis reducenda, † ſed ex
iure communi ità demùm prohibetur relinqui filijs ſpuriorum, quatenus id dolo fieret
cõtemplatione parentum *d. l. fin. C. de natur. lib.* & latè *Surd. d. conſ. 177. in 2.* quem dolũ
ceſſare in caſu noſtro iam diximus; quia matri acquiſitio filiorum nihil emolumenti allatura erat, immo relictum erat factum poſt
mortem Illuſtriſ. Scipionis, quo tempore
facilè eſſe poterat, quod non extaret mater
dictorum filiorum, immo nec dicti filij: quod
etiam ſatis ex eo colligitur, quod filij non vocantur vti filij D. Iſabellæ, ſed vti filij Comitis Federici, & in dubio tenendam eſſe præſumptionem. vt tantum perſona filiorum
contemplata fuerit iam probaui.
15 Accedat etiam, quod eiuſdem Bullæ duplex eſt ratio, vna reſpectu perſonarum
eccleſiaſticarum, vt euitetur ſcãdalum, quod
oritur ex diſpoſitione clericorum in illegitimos, altera reſpectu bonorum, ne Eccleſiæ
bona ab indignis teneantur, quæ ambæ ratio-
16 nes ponuntur in prohemio bullæ, † denotante cauſam finalem cõſtitutionis *l. fin. ff. de hæred. inſt.* vt optimè conſiderat *Rota in d. deciſ. 214. parte 2. ſub nu. 1.* Quatenus bona patrimonialia relinquuntur filijs illegitimorum
omni fraude remota, non intrat ſecunda ratio bonorum, quia nõ ſunt eccleſiaſtica, nec
prima ſcandali, quia vocantur perſonæ nulla
macula affectæ & bonorum capaces, & circa
quas diſponens clericus non deliquit, ergo vt
intret ſaltem vna ex rationibus, de quibus in
bulla, neceſſe eſt eam intelligere, quando
conſtaret vocationem filiorum factam fuiſſe
17 contemplatione parentum. † Et ita etiam
d. bullam intellexit *Rota in d. deciſ. 487. nu. 3.* quæ etiam in fine ſubdit in hoc bullam eſſe irrationabilem, & nimis duram, ideò in
hoc eſſe corrigẽdam. Quod ipſum etiam colligo ex illis verbis *ſiuè eorum filiorum, ſiuè cõſanguineorum, affiniumue, ſiuè extraneorum,*

hæc

hæc vltima verba .ſ. quando eſt relictum extraneis neceſſariò ſunt intelligenda contemplatione illegitimorum, nec alio modo poſ-
18 ſunt intelligi, ergò eodem modo erunt intelligenda omnia alia verba ſub eadem determinatione poſita *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupil. & l. quamuis C. de impub. & al. ſubſtit.* Igitur dicendum eſt filios illegitimorum nō poſſe vocari, nec etiam ad patrimonialia, quando conſtat contemplatione parentum id factum fuiſſe, quòd cum in caſu noſtro nō conſtet, nec in dubio præſumatur, non etiam in caſu ipſius bullæ: Nec obſtat, quod eadem conſtitutio prohibeat relinquere filijs, etiam mortuis ipſis illegitimis in verſ. *dehinc vero*, ergo etiam procedit non contemplata perſona illegitimorum: Si quidem dupliciter re-
19 ſpondetur † primo, quod in hac parte loquitur bulla de diſpoſitionibus, quæ poſt eam fierent, deſiderans enim ponere rem in tuto prohibet abſolutè relinquere filijs, ſed quando loquitur de diſpoſitionibus iam factis, vt nos loquimur, vel faciendis ex indultis iam conceſſis ſimpliciter prohibet relinquere filijs, & non addit etiam mortuis illegitimis,
20 † nec dicta in ſequentibus ita influunt ad declarationem præcedētium, quemadmodum præcedentia influunt in declarationem ſequētium *gl. in l. filiam ff. quand. die legat. ced. Bartol. in l. aut ff. de condit. & demonſtr. Alex.*
21 *conſ. 5 1 nu. 2 lib 3.* † Secundo etiam mortuis parentibus illegitimis poteſt eſſe, quod filijs ſuis relinquatur eorum contemplatione .ſ. ob dilectionem, qua diſponens proſequebatur parentes illegitimos, cùm contemplatio non à ſolo emolumento, ſed etiam à dilectione colligatur *Surd. d. conſ. 177 nu. 46. in 2.* puta, quia vocati eſſent filij vti filij ipſius illegitimi eum nominando, quod non fuit factum in caſu noſtro.

22 Etiam dici poſſet in propoſito caſu non eſſe locum d. conſtitutioni, quia teſtamenta ante eam facta nō includit, niſi quando lo-
23 cum nō habuerunt, in verſ. *ac etiam nulla.* † In caſu noſtro teſtamentum conditum fuit ante bullam, & etiam, vt credo, ante eam fuit addita hæreditas, & ita locum habuit teſtamentum, & licet nondum venerit caſus reſtitutionis bonorum, cum Illuſtriſs. Scipio deceſſerit poſt bullam, ſatis tamen quantum ad diſpoſitionem teſtatoris videretur etiam reſpectu ſubſtitutionis teſtamentum habuiſſe locum, cum per aditionem confirmatum fuerit *l. ſi nemo ff. de teſtamentar. tutel.* & ſe obligauerit hæres ex quaſi contractu adueniente eius morte reſtituere bona, quemadmodum in teſtamento continebatur *§. hæres quoq; inſt. de oblig. quæ ex quaſ. cont. naſc.*

24 Non omitto tandem, quod *Decian. in d. conſ 25. in fin. in 5.* tenet dictam bullam procedere tantum in ſpurijs iuri odioſis, quales ſunt filij clericorum, & non procedere in naturalibus, ſed mihi ſupponitur Illuſtriſs. Cardinalem filiam ſuſcepiſſe ex muliere ſoluta, quando adhùc ipſe non erat ſacris ordinibus inſignitus, erat ergo pura naturalis, & ideo in ea non habebit locum cōſtitutio Pij, quippe qui potiſſimum conſiderauit ſcandalum, quod oriebatur ex eo, quod clerici profitentes caſtitatem filios haberent, & quamuis ipſa conſtitutio loquatur de illegitimis ſimpliciter, ex ſubiecta materia, & à ratione poterit reſtringi ad ſpurios, vt reſtringitur à *Deciano*; & quamuis eadem bulla in verſ. *ac pariter*, addat illa verba, *etiam in ſtatu ſeculari procreatorum*, tamen non inconuenit, vt intelligatur de ſpurijs etiam in ſtatu ſeculari
25 procreatis, † cum implicatiua ſit illa dictio *etiam, Fulgoſ. in l. qui ſe patris C. vnde li. Dec. in l. 1. C. qui admit.* quæ ſolet implicare retentis iiſdem qualitatibus, de quibus antea *l. etiam ff. ſolut. matrim. vbi Doct. Decian. conſ. 17. ſub nu. 9. in 1.* Et his puto ſatis confirmatam eſſe intētionem ſubſtitutorum, & ſublata eſſe, quæ ſupra contra adducta fuerunt.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Caducato primo gradu ſubſtitutionis vulgaris, ſecundus admittitur, quamuis deficiat conditio; ſub qua primo ſubſtituto facta fuerat ſubſtitutio, Et quid in ſubſtitutione pupillari, & in fideicommiſſaria.

SVMMARIVM.

1 *SVbſtitutio non intelligitur, vbi non eſt expreſſa, nec per ſubintelligentias ſunt multiplicandæ ſubſtitutiones.*

2 *Caducato primo gradu ſubſtitutionis, ſecundus intrat in eius locum.*

Quia bona remanent apud hæredem cum onere reſtituendi ſecundo ſubſtituto nu. 3.

Etiam ſi euanuerit conditio, ſub qua facta fuit vltima ſubſtitutio, dummodo verificetur conditio; ſub qua inſtituto ſubſtitutum fuit; quod procedit in vulgari n. 7.

Secus in pupillari, & fideicommiſſaria num. 4. 6. & 15.

Et de ratione diuerſitatis n.12. & ſeqq.

Subſtitutus primis ſubſtituti intelligitur etiam ſubſtituens inſtituto n.2. & 14.

Rationes huius regulæ recenſentur n.13.

3 Oldradi conſ.117. *eſt cõmuniter damnatum.*

5 Tex. in l. qui habebat ff. de vulg. & pupil. *inducitur.*

Et de illius intellectu n.15. & 17.

8 *Subſtitutio vulgaris datur in fideicommiſſo.*

Quæ tantum operatur reſpectu fideicommiſſi, quantum alia vulgaris reſpectu hæreditatis n.9.

10 *Subſtitutio vulgaris per aditionem hæreditatis extinguitur.*

11 Bart. in l. quamdiu ff. de acquir. hæred. *quomodo intelligatur.*

16 *Subſtitutione pupillari extincta extinguitur etiam tacita vulgaris ſub illa contenta.*

18 *Ius accreſcendi inter verbis coniunctos habet locum in fideicommiſſis.*

RESPONSVM XXI.

Auſpice Christo.

QVamuis venerabile Hoſpitale S. Mariæ de Miſericordia Senogaliæ non fuerit à D. Aurelio Paſſero ſubſtitutum Illuſtris. Cardinali Cinthio hæredi inſtituto decedenti ſine filijs, ſed tantum Io. Paulo fratri teſtatoris, adeò vt videatur eſſe locum
1 vulgari dicto, † non intelligi ſubſtitutionem, vbi expreſsè non loquitur *Pariſ. conſ.* 86. *nu.* 31. *in* 2. & per ſubintelligentias ſubſtitutiones non eſſe multiplicandas *Aym. conſ.* 161. *nu.*6. & intrare *conſ. Oldrad.* 177. quod probat *Io. And. in addit. ad ſpecul.* §.1. *in vlt. addit. verſ.* his occurrit alia quæſtio, & alij ſequuntur, de quibus *Peregrin. conſ.* 40. *ſub nu.* 1. *in* 1.

Tamen pluribus omiſſis, quæ ad pompã ſcribi poſſent, ſum huius opinionis (mea ſententia) veriſſimæ, quod, cùm hæredi inſtituto prædeceſſerint Aurelia prima ſubſtituta, & Io. Paulus ſecundus ſubſtitutus, ita vt gradus harũ ſubſtitutionum facti fuerint caduci, Hoſpitale ſuccedat deficiente Cardinali Cinthio ſine liberis, ac ſi ante eum facti non eſſent præcedentes ſubſtitutionũ gradus, cu-
2 ius intentio optimè innititur regulæ, † quod caducatis prioribus gradibus ſubſtitutionũ ſequens ſubintrat in locum priorum, vel dicamus, ſubſtitutum illis, qui inſtituto fuere ſubſtituti etiam cenſeri ſubſtitutus inſtituto, quamuis vltimo ſubſtituto præcedant plures gradus *l. ſi titius* 27. *& l. cohæredi* 41. *ff. de vulg. & pupil. l. quamdiu inſtitutus* 68. *verſ.* is autem *ff. de acquir. hæred.* & ibi de hoc adeſt notabilis doctrina *Bar.* quã & alij ſequuntur *Paul. conſ.* 442. *in* 2. *Cum. conſ.* 122. *Dec. conſ.* 237. *proponitur, quod nobilis & conſ.* 447. *licet in caſu Curt. ſen. conſ.* 51. *in vlt. dubio Soc. conſ.* 52. *ſub nu.* 14 *in* 1. *caſu vol.* 1. *Curtaun. conſ.* 135. *nu.* 3. *Soc. iun. conſ.* 42. *& conſ.* 114. *ſub num.* 24. *in* 1. *Bero. conſ.* 102. *nu.* 32. *in* 2. *Ceph. conſ.* 258. *nu.* 19. *in* 2. *Decian. conſ.* 81. *n.* 2. *in* 2. *Menoch. conſ.* 106. *nu.* 390. *in* 2. *Surd. conſ.* 279. *ſub nu.* 10. *in* 2. *& conſ.* 347. *nu.* 10. *in* 3. *Oddus conſ.* 2. *nu.* 2. *Peregrin conſ.* 40. *ſub nu.* 6. *in* 1. *conſ.* 29. *nu.* 7. *& conſ.* 36. *num.* 25. *in* 3. *& de fideicõmiſſ. artic.* 15. *nu.* 14. *Graſſ. de ſucceſſ.* § *ſubſtitutio q.* 81. *n.* 5. *Fab. de Anna conſ.* 9. *nu.* 45. *Zanch. ad vulg.* §. *cùm ita p.* 2. *nu.* 6. *&* 7. *Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib.* 3. *interpretat.* 3 *dubit.* 4. *ſolut.* 2. *ſub nu.* 1. *fol.* 330. *à tergo Bart. deciſ.* 38. *Guid. Pap. deciſ.* 550. & ibi adſunt additiones alios allegantes *Raueſchal. ad* 1. *conſ. Alex. in* 1. *vol. verſ. Bart. in l. quamdiu*, quorum plures teſtantur de communi opinione.

Ex quo ſequitur, vt non noua inducatur ſubſtitutio per ſubintelligentias, ſed vt gradus vnius ſubſtitutionis in locũ alterius ſubrogetur, quod cùm veniat ex legis interpretatione ſatis poteſt dici à teſtatore expreſſũ:
3 † Nec obſtat *conſ. Oldrad.* 117. quia illud cõmuniter damnatum *Pereg. conſ.* 40. *ſub nu.* 6. *in primo.*

Illud autem maiorem dubitationem facere poſſet, quod conditio adiecta ſubſtitutioni, qua vocatur hoſpitale, ſ. ſi Io. Paulus decederet ſine filijs euanuit, cum deceſſerit
4 cum filijs; † hoc enim caſu non eſſe locũ doctrinæ *Bart. in l. quamdiu*, & textibus antea citatis tenent quamplures, quos plena manu citat *Gabr. conſ.* 95. *n.* 21. *in* 1. *Caſanat. Hiſp. conſ.* 3. vbi latè, & *DD.* veniunt in hanc opi-
5 nionem † ex *l. qui habebat ff. de vulg. & pupil.* vbi filio teſtator pupillariter ſubſtituit filiam, & filiæ, pariter pupillariter, vxorem moritur ante filium inſtitutum filia prima ſubſtituta iam facta pubes, & ita defectu conditione, ſub qua ei vxor ſubſtituitur, deciditur, quod licet poſtea filius moriatur impubes, eius hæreditas nõ pertinet ad vxorem, & ita ſecundus gradus ſubſtitutionis non intrat locũ primi in caſu, quo deficit conditio adiecta

cta

Digitized by Google

cta primo ſubſtituto.
6 Sed, & hæc dubitatio ceſſat, † quia quic-
quid ſit in fideicommiſſaria ſubſtitutione, in
qua multi ex *Doct.* citatis à *Gabr.* loquuntur,
7 & in pupillari, de qua in *l. qui habebat*, † in
vulgari magis communiter tenetur, quod li-
cet deficiat cõditio liberorum adiecta ſecun-
dæ ſubſtitutioni, tamen ſubſtitutus vltimus
ſubintrat in locum priorum, & ſuccedit inſti-
tuto, dummodo verificetur conditio, ſub qua
inſtituto ſubſtitutum fuit (vt hic verificata
fuit cum Cinthius ſine filijs deceſſerit) *Paul.*
conſ. 152. in 1. Cuman. conſ. 122. Dec. conſ.
237. proponitur, quod nobilis, & in conſ. 427.
licet in caſu ſub n. 9. Surd. conſ. 279. in 2. Pa-
riſ. conſ. 73 in 3. Alciat. conſ. 126. ſub num. 7.
in 9. Et ferè omnes illi, qui antea fuere alle-
gati ad fundandam intentionem Hoſpita-
lis, & ità paſſim tenetur à *Doctoribus*, licet ali-
qui potius ſubtilitati, quàm veritati ſtudendo
contradicant.

Quod verò nos verſemur in vulgari ſatis
conſtat, quia Io. Paulus ſubſtituitur Aureliæ
vulgariter, & per fideicommiſſum, pariter, &
Hoſpitale Io. Paulo, & cũ non adita hæredi-
tate ãte inſtitutum deceſſerint Aurelia, & Io.
Paulus, quia non poteſt eſſe locus fideicõmiſ-
ſariæ, vt ſit locus vulgari neceſſe eſt: Et quã-
uis reſpectu Cinthij, qui adiuit non poſſit eſſe
niſi fideicommiſſaria, reſpectu tamen Aure-
liæ, & Io. Pauli dicitur eſſe vulgaris in fidei-
8 commiſſo, † in hoc enim caſu etiam vulgarẽ
dari probatur in *l. Titius Seius cum l. ſeq. ff. de*
hæred. inſt. in l. vt hæredibus ff. de leg. 2. in l. ſi
legata C. de legat. & per hæc iura *Aym. conſ.*
985. nu. 32. in 6 & in conſ. 183. col. 1. verſ.
ſed in caſu noſtro, *in 2. Cuman. d. conſ. 122. n. 4.*
Corn. conſ. 35. col. fin. verſ. tamen hoc nõ ob-
ſtante, *in ſecundo Soc. iun. conſ. 42. nu. 16. &*
20. in 1. Gabr. conſ. 117. n. 16. in 1. Sim. de in-
terpretat. vlt. voiũt. d. ſolut. 2. ſub n. 1. fol. 331.
9 à tergo, † quæ vulgaris tãtum operatur reſpe-
ctu fideicõmiſſi, quantum alia vulgaris ope-
raretur reſpectu hæreditatis *Surd. conſ. 347.*
ſub num. 22. verſ. per prædicta *in 3.*

Quod autem in vulgari ſufficiat, vt verifi-
cetur conditio, qua primus inſtitutus grauá-
tur indubitabile eſt in caſu noſtro, in quo filij
Io. Pauli in conditione poſiti ſunt ſine vlla
qualitate inferrente ad vocationem; quo ca-
ſu illis reſeruatum tãtum intelligitur ius ſuc-
cedendi ab inteſtato, ſecundum opinionem
magis communem, & hodie in iudicijs rece-
ptiſſimam, maximè in illis, qui non ſunt de
liberis teſtatoris; ſed non potuerunt ab inte-
ſtato vti filij Io. Pauli ſuccedere patri, niſi ipſe
prius adeat, ergo conditio *ſine liberis* nihil
10 facit ad vulgarem, † quæ per aditionem
extinguitur *l. poſt aditam C. de impub. & al.*
11 *ſubſtit. Pariſ. d. conſ. 73. n. 48. in 3.* † Nec du-
bitandum, quin *Bar. in d. l. quandiu* habuerit
hunc ſenſum, vt quando vltimus ſubſtitutus
ſuccedit in locum priorum, ſit, ac ſi non fuiſ-
ſent vocati medij gradus, ſed ac ſi vltimus
ſubſtitutus, fuiſſet immediatè ſubſtitutus hæ-
redi in primo gradu ſubſtitutionis; ipſe enim
proponit caſum, quo impuberi ſit Titius pu-
pillariter ſubſtitutus, deinde quandocunque
deceſſerit Titius ſubſtitutus ſit Sempronius,
& decedente Titio, viuente adhuc filio im-
pubere, deciditur Sempronium ei ſuccedere
ex pupillari, & tamen, cùm Titius non dica-
tur fuiſſe impubes, potuit compendioſa, per
quam vocatur Sempronius non cõtinere pu-
pillarem, ita ſecundus ſubſtitutus, qui non po-
terat ſuccedere primo ſubſtituto niſi vulgari-
ter, vel per fideicõmiſſum ſubrogatus in lo-
cum primi ſubſtituti ſuccedit inſtituto ex pu-
pillari, ex qua ſubſtitutione non poterat ipſe
ſuccedere primo ſubſtituto, itaq. in ſententia
Bar. non conſideratur exitus, quem habuiſſet
ſecunda ſubſtitutio, ſed quem prima habuiſ-
ſet, quod etiam colligitur ex eo, quod *Bar.* in-
diſtinctè reſpondet Sempronium ſuccedere
non habita ratione, an Titius primus ſubſti-
tutus deceſſerit cum liberis, vel ſine liberis.

Nec objici poteſt conditionem, *ſi ſine li-*
beris in vnitate orationis reſpicere vulga-
rem, & fideicommiſſariam, & ideò quem-
admodum in fideicommiſſaria ſecundus
ſubſtitutus non ſuccederet in locum primi,
niſi verificata conditione, qua primus ſubſti-
tutus eſt grauatus, ita nec in vulgari.
12 Quia facilè reſponderi poteſt, diuerſam
eſſe rationem; Quoniam conditio, *ſi ſine li-*
beris, continendo tantum reſeruationem le-
gitimè ſucceſſionis, benè accommodatur ad
fideicommiſſariam, quæ ſupponit aditio-
nem, ex qua poſtea fit tranſitus legitimæ ſuc-
ceſſionis ad filios, ſed non accommodatur
ad vulgarem, quæ per aditionem corruit,
inde fit, vt non poſſit conditio *ſi ſine liberis*
dici conditio vulgaris, quod ſentiſſe etiam
videtur *Pariſ. d. conſ. 73. nu. 51. & 52. in 3.*

Alia eſt in hoc manifeſta differentia in-
ter fideicommiſſariam, & vulgarem, nam
vt ſecundus ſubſtitutus admittatur ad id, ad
quod admitteretur primus, ſi viuus eſſet, duæ
ſunt regulæ, quas proſequitur declarando
13 *Zanchan d. Scãm itain 2. parte*, vna eſt, quia
per

Digitized by Google

per mortem primi ſubſtituti bona remanent apud hæredē libera, niſi primo ſubſtituto ſit datus alter ſubſtitutus; quoniā tunc bona remanent cū onere reſtituendi ſecundo ſubſtituto *l. unic. §. profecturnndo C. de cadu. tollend.* quæ eſt regula fideicommiſſariæ, altera eſt
14 regula; † quod ſubſtitutus primo ſubſtituto cēſetur etiam ſubſtitutus inſtituto *§. ſed ſi inſtituto Inſt. de vulg. ſubſt. & d. l. ſi initio, & l. cohæredi ff. de vulg. & pupil.* quæ eſt regula vulgaris: In regula fideicommiſſariæ conſideratur ſecundus in ſua ſubſtitutione, quia regula dicit bona remanere libera apud hæredem mortuo primo ſubſtituto, niſi illi ſit datus ſubſtitutus, eſt ergo ſecunda ſubſtitutio cauſa reſtitutionis, meritò oportet, vt verificetur eius conditio non .n. hic dicitur ſecundum gradum ſubſtitutionis effici primum, nec dici poteſt, quod ſecundus ſubſtitutus primo, ſit etiam inſtituto ſubſtitutus; quia aditio neceſſaria in fideicommiſſaria impedit, ſed in vulgari ſecundus ſubſtitutus non ſuccedit ex ſua ſecunda ſubſtitutione mortuo primo ſubſtituto, ſed ex ſubſtitutione nata ab illa legis interpretatione, quod ſubſtitutus primo ſubſtituto intelligitur etiā ſubſtitutus inſtituto, meritò non eſt hic ſpectandus euentus conditionis ſecundæ, ſed primæ ſubſtitutionis, hanc eſſe credo in hac ſatis difficili materiam, & puram veritatem.
15 Ad *l. qui habebat ff. de vulg. & pup.* reſpondetur illam procedere, quando prima, pariter, & ſecunda ſubſtitutio erant pupillares, particulari ratione ſcilicet quia ſpes ſubſtitutionis pupillaris non traſmittitur ad ſequentem ſubſtitutum, ideò deficiente primo ſubſtituto iam facto pubere ſpes ſubſtitutionis pupillaris, quæ erat in primo ſubſtituto non tranſmittitur in ſecundum ità *Paul. conſ. 1 52. in princ. an 1. Soc. conſ. 52. ſub n. 14. in 2. caſu vol. 1. Pariſ. d. conſ. 73. n. 40. in 3. Deci an. conſ. 81. ſub nu. 4. in 2. caſu vol. 2.* Vel, & fortè melius, dici poteſt, in pupillari ſecundum ſubſtitutum non ſuccedere in locum primi, quia non intrat prima regula, quod apud inſtitutū remaneant bona cum onere reſtituendi ſecundo quia pupillaris non eſt onus, nec ſecunda regula, quod ſubſtitutus primo ſubſtituto cenſetur etiam ſubſtitutus inſtituto, quia id impeditur ab aditione hæreditatis quæ in pupillari ſupponitur, nec eſt locus iſti regulæ ex tacita vulgari, quæ continetur in
16 expreſſa pupillari, † quia extincta pupillari superueniente pubertate etiam extinguitur tacita vulgaris *Bar. in l. 1. q. 10 ff. de vulg. & pup.* nec in pupillari datur caſus vulgaris ſubſtitutionis, quemadmodū datur in fideicommiſſaria, hoc etiam ſenſit *Zanch. in d. §. cum ita in ſecunda parte ſub nu 88. verſ.* cæterum
17 Si præterea ad illā *l. qui habebat* tenemus lecturam florentinam quam refert, & ſequitur *Cuiac. adūt. 6. reſp. Papin. in explicatione l. 41. ff. de vulg. & pupil.* ſcilicet, vt filia prima ſubſtituta deceſſerit impubes, ſi vxor ſecunda ſubſtituta non ſuccedit non poteſt eſſe quòd conditio ſecundæ ſubſtitutionis euanuerit quia immo impleta, & purificata fuit, ita nō poterit tex ſeruire huic opinioni quod ſubſtitutus ſecundus non intret locum primi, ſi conditio deficiat.

Hoſpitale igitur ex iam dictis ſuccedere debet ſine dubio ad portionem Ioannis Pauli, ſed etiam non minus certè ad portionem, ad quam in codicillis vocatus fuit Aſcanius: primo quia cum ante Cinthium caduci facti ſint duo gradus ſubſtitutionum hoſpitale ſuccedit ex illo gradu, ex quo immediatè ſuccederetur Cinthio .l. ex gradu Aureliæ, ſed illa ſucceſiſſet ad omnia bona, ergo, & hoſpitale ad omnia, quia ſubrogatus ſapit natiuā &c. ſecūdo ſi etiā hoſpitale ſuccederet ex perſona Io. Pauli idem dicēdum eſſet, quia cum mortuus eſſet Aſcanius ante Io. Paulum, ſi tempore obitus, vel Cinthij, vel Aureliæ viuus fuiſſet Io. Paulus ipſe habuiſſet etiam
18 portionem Aſcanij, † quia ex verbis Codicillorum mihi ſuppoſitis ibi *ita quod intentio ipſius teſtatoris &c.* conſtat hos duos fuiſſe verbis coniunctos ergo inter eos in fideicōmiſſis fuiſſet locus iuri accreſcendi *l. ſcæuola ff. ad Trebel.* & per hunc tex. *Pereg. de fideicōmiſſ. artic. 1 n 8* qui allegat *Bart. in conſ. 53. & alios vt per eum*, tertio in codicillis vult codicillans, vt præter additionem vocationis Aſcanij in cæteris firmum remaneat teſtamentum, ſed in eo ad omnia bona vocatur Hoſpitale, ergo etiam vocabitur in codicillis.

Ex his exiſtimo partes Hoſpitalis iure medio defēdi poſſe ſaluo ſemper ſaniori iuditio.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Ius accreſcēdi locum habet in fideicommiſſo vniuerſali inter verbis coniunctos, & re non omnino diſiunctos.

In legitimatione ſpurij facta ex præordinatione patris, adiectis ampliſſimis clauſulis nō attēdūtur obreptiones, & ſubreptiones.

Natus

Natus ex viro coniugato, & muliere ſoluta dicitur ſpurius non naturalis, cui non poteſt à patre relinqui, niſi in cauſam alimentorum.

Filia, & filij ſpurij, quamuis legitimati, ſi excludantur a ſtatuto non faciunt partem in legitima.

Legata vxori ſuperioritate, & regimine domus cenſentur eidem relicta alimenta, quorum legatum non extinguitur etiam ceſſante cauſa talis regiminis abſq; culpa ipſius vxoris.

S V M M A R I V M.

1 *IVs accreſcendi non habet locum inter fideicommiſſarios vniuerſales, ſed contra nu. 8.*

2 *Ius accreſcendi non obtinet niſi inter verbis coniunctos.*

3 *Coniuncti non dicuntur, qui in diuerſis orationibus ſunt vocati.*

4 *Coniuncti verbis dicũtur quos vnitas copulat orationis.*

5 *Ius accreſcendi videtur excluſum aſſignatis vnicuiq; partibus.*

6 *Ius accreſcendi conceſſum in vna parte, in reliquis cẽſetur prohibitum, ſed contra n. 13.*

7 *Ius accreſcendi fundatur in tacita mente defuncti, & præfertur ſucceſſioni à Iure delatæ.*

8 *Ius accreſcendi obtinet etiam in fideicommiſſis vniuerſalibus.*

9 *Coniunctio verbalis non tollitur propter ſubintelligentiam verbi.*

10 *Ius accreſcendi in hereditatibus, & fideicommiſſis inductum eſt diuerſis rationibus.*

11 Gloſ. 1. in l. re coniuncti de leg. 3. *vel eſt reprobata, vel corrupte legitur.*

12 *Iuris accreſcendi prohibitio non arguitur ex eo quod facta ſit partium diſtributio niſi adſit reſtrictio* vel *taxatiua.*

13 *Nec ex eo, quod teſtator in aliqua parte expreſſerit Ius accreſcendi per formulam ſubſtitutionem.*

14 *Legitimatio eſt nulla, in qua non exprimitur qualitas ſpurietatis.*

15 *Legitimatio in qua ſubticetur exiſtentia filiorum legitimorum eſt ſubreptitia.*

16 *Legitimatio corruit nulla facta mentione matris perſonæ legitimandi.*

17 *Legitimatus habet intentionem fundatam in ipſa legitimatione pro cuius validitate præſumitur niſi contrarium doceatur.*

18 *Legitimationis ſubreptiones, & obreptiones ſanantur ex clauſula ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, & non obſtantibus.*

19 *Legitimatio facta cũ cauſæ cognitione defenditur ab oppoſitis ſubreptionibus.*

20 *Legitimationis ſubreptio tollitur ex verbis æquipollentibus.*

21 *Legitimatio alias ſubreptitia, ſuſtinetur ſi aliũde conſtet legitimantẽ plenam facti habuiſſe notitiam.*

22 *Naturalium appellatione etiam ſpurij continentur.*

23 *Legitimatio facta de ordine patris ſuſtinetur etiam ſi aliquo ſubreptionis vitio laboraret circa perſonam matris.*

24 *Naturalis dicitur, qui natus eſt ex complexu non damnato, nec recepto à Iure ciuili.*

25 *Spurij dicuntur omnes progeniti ex cõplexibus à Iure reprobatis.*

26 *Spurius dicitur non naturalis, qui genitus eſt ex coniugato, & ſoluta.*

27 *Spurius nihil ex teſtamento capere poteſt de paternis bonis.*

28 *Spurij incapacitas ceſſat mortuo filio legitimo, Maxima ſi ſpurius eſſet natus ex abiecta muliere.*

29 *Spurio à patre relinqui poteſt vſq; ad alimẽta.*

30. *Executoris teſtamentarij officium eſt curare quod diſpoſita in teſtamento ſuum effectũ ſortiantur.*

31 *Legitima à filio per fideicommiſſum grauato, vel ab eius herede deduci poteſt.*

32 *Imputantur in legitimam omnia obuenta filio ex bonis patris.*

33 *Legitima non detrahitur ex bonis particulari fideicommiſſo ſubiectis.*

34 *Filia à ſtatuto excluſa non facit partem in legitima.*

35 *Filij naturales etiam legitimati, ſi à ſtatuto excludantur in computatione legitimæ non conſiderantur.*

36 *Legitimatus non poteſt dici natus de legitimo matrimonio.*

37 *Filijs ab inteſtato excluſis nulla debetur legitima.*

38 *Filius naturalis qui ex præcepto teſtatoris eſt legitimandus, ſi tempore mortis ipſius patris non eſt legitimatus, legitimam petere non poteſt.*

39 *Legitima eſt tertia pars bonorum deducto ære alieno.*

40 *Dotes relictæ filiabus à ſtatuto excluſis conſiderantur tanquam æs alienum in hereditate patris.*

41 *Legitima debetur filio legitimato.*

42 *Filio ſpurio relictum pro alimentis deducitur vti æs alienum.*

43 Exe-

43 *Executorum teſtamentariorum facultas durat donec aliquid ſit ex teſtamento implendum.*

44 *Tutorum & curatorum officium morte pupilli, vel adulti extinguitur.*

45 *Cura finitur ſuperueniente ætate perfecta.*

46 *Compẽdioſa ſubſtitutio reſoluitur in fideicommiſſariam ſi facta ſit in caſu mortis, & grauatus pubes deceſſit.*

47 *Fideicommiſſarius debet capere bona de manu hæredis grauati.*

48 *Legati cauſa ceſſante, ipſum quoque legatum extingui debet: & plura ponuntur exempla: quod declaratur nu. 52. & ſub nu. 57.*

49 *Legatum ex cauſa neceſſaria factum, tollitur ceſſante neceſſitate.*

50 *Alimenta dicuntur legata, ſi teſtator reliquit regimen, & ſuperioritatem domus.*

51 *Et legatum importat, quod Vxor permaneat in eo ſtatu pro vt erat viuente marito.*

52 *Legati cauſa ceſſante ceſſat legatum ſi illa fuit finalis, ſecus ſi impulſiua.*

53 *Cauſa legandi in dubio præſumitur impulſiua.*

54 *Cauſa legati reſpiciens principaliter fauorem legatarij non dicitur finalis ſed impulſiua.*

55 *Legati cauſa dicitur impulſiua, quando etiam ea ſilente, teſtator reliquiſſet.*

56 *Legatum uxori factum in dubio eſt ampl., & fauorabiliter interpretandum.*

57 *Legatarius ſi abſq; culpa ſua non poſſet implere onus legato adiectum, non ideo tamen amittit legatum.*

58 *Alimentorum appellatione, quæ comprehendantur remiſſiue.*

RESPONSVM XXII.

Qui vita, & veritas eſt dirigat me in viam veritatis.

NOuem non leuia proponuntur excutienda dubia ex teſtamento Illuſtris D. Raphaelis Odoni Patauenſis, quorũ primum atq; principale eſt, ſuppoſita ſubſtitutione his verbis concepta: *Cum declaratione tamen, quod quatenus ipſe Lodoixius hæres, decederet ante ætatem annorum vigintiquinq; ſine filijs aut filiabus legitimis, & naturalibus ſubſtituit D. Marietam eius filiã, ſi viua erit pro tertia parte, & D. Andreã pro alia tertia parte, & D. Paulum pro reliqua tertia parte &c.* An ex eo, quod viuente adhuc hærede grauato deceſſit Andreas vnus ex ſubſtitutis eius tertia, caducata ſubſtitutione ipſius Andreæ, remaneat libera apud hæredem, ita vt eueniente nunc caſu ſubſtitutionis, quia Lodoixius hæres deceſſit infra ætatẽ vigintiquinq; annorum, debeat ſpectare ad Marietam eius ſororem legitimam hæredem, ita vt tertiam habeat ex ſubſtitutione, & aliam tertiam ab inteſtato, an potius d. portio deficiens pro dimidia accreuerit Marietæ, & pro dimidia Paulo altero inſtituto. Et videbatur prima conſideratione reſpondendum totam obuenire debere Marietæ, quia ſcriptũ

1 legitur in † vniuerſalibus fideicõmiſſis, quale eſt illud, de quo agitur, non eſſe locum iuri accreſcendi *Caſt. in l. Latius §. quia habebat. ff. ad S.C. Trebel. Practic. Papienſ. in forma libel. quo agitur ex ſubſtitutione* in quam opinionem etiam inclinat *Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. § 23. num. 103.* & quidem euidenti ratione, quia eſt ius accreſcendi inuentum, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte nõ *contra ius noſtrum ff. de reg. iur. DD. in l. vnic. C. quando non pet. part. pet. accreſc. vbi Dec. nu. 4. in 1. lect. & nu. 16. in 2.* Et in fideicommiſſis iam adita defuncti hæreditate non eſt periculum, quod quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte non, e contra, & ius accreſcendi ceſſare deberet.

Et dato, quod in fideicommiſſaria ſubſtitutione eſſet iuri accreſcẽdi locus, id non pro-

2 cederet, † niſi inter confideicommiſſarios eſſet verbalis coniunctione *d. l. Latius §. quia habebat ff. ad Trebel. Bal. & Imol. in l. hæredes ff. de hæred. inſtit. Paul. de Monte pico. in rub. C. quando non pet. part. nu. 2. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 9. nu. 1.* Et in caſu noſtro non

3 videntur fideicommiſſarij coniuncti, † cum vocati ſint in diuerſis orationibus, quarum quæque a ſuo verbo, vel expreſſo, vel ſubintellecto regitur, cum dixerit teſtator *ſubſtituit d. Marietã pro tertia parte, & d. Andream pro alia tertia parte, & D. Paulum pro reliqua*

4 *tertia parte* nõ autẽ dixit † Marietã, Andream, & Paulum vnumquenq; pro tertia parte ſubſtituit; tunc.n. coniuncti eſſent verbis *l. triplici ff. de verb. ſign.* in puncto illud firmat *gl. 1. in l. re coniuncti ff. de leg. 3.* quam vti veriſſimam ibi ſequuntur *Pet. de Bellap. n. 4. & Lancellot. Politian. nu. 20.* ſequi igitur videtur clara concluſio, in terminis noſtris non dari locum iuri accreſcendi, vt in puncto ita tenuit *Crot. conſ. 275. ſub num. 55. verſ. verum præmiſſa non.*

Et vbi regulariter intraret ius accreſcen-

5 di, in propoſito illud ceſſaret, quia tacitè † videtur à teſtatore prohibitum, ex eo, quia

vni-

Digitized by Google

[illegible] taxauit tertiam partem *Bal. in l. [illegible] ff. de adopt. col. 1. Iaſ. in l. ſi mora ſit § notab. ff. ſolut. matrim. Peregrin. de fid. d. artic. 19. n. 4.* & fortius id apparet, quia 6 caſu, in quo placet teſtatori, vt ſit locus iuri accreſcendi ipſe exprimit, dùm diſponit, vt ſi Marieta eſſet mortua ſine filijs, dimidia ſit Pauli, & altera dimidia Andreæ, ſi idem ipſe teſtator voluiſſet, quando Andreas deceſſiſſet, id expreſſiſſet, non expreſſit, ergo noluit *l. vnic. in fin. princ. C. de caduc. tol.* caſum cogitauit teſtator, & non prouidit, igitur non intrat ius accreſcẽdi veniens ex diſpoſitione legis, ita, quando conſtat teſtatorem cogitaſſe de filijs grauati, non prouidendo, & non ponendo eos in conditione, non intrat prouiſio *l. cũ auus ff. de condit. & demonſtrat. & l. cùm acutiſſ. C. de fideicommiſſ. Rip. in l. 1. num. 171. ff. de vulg. & pupil. & in d. l. cùm auus ſub nu. 79. ff. de cond. & demonſtrat. Tiraquel. ad l. ſi vnquam in præfat. num. 65. C. de reuoc. donat.*

Verùm his, & alijs ſimilibus, quæ allegari poſſent minimè obſtantibus, de iure verius eſſe exiſtimo portionem deficientem in perſona Andreæ pro dimidia ex iure accreſcendi obuenire Paulo, & pro dimidia Marietæ; etenim dubitandum non eſt, quando delatio 7 iuris accreſcendi vti veniens ex tacita mente defuncti *l. ſi Titio, & Mæuio § idem Iul. ff. de leg. 2. l. ſi in teſtamento ff. de vulg. & pupil. vbi Alex. in l. ſi mihi, & tibi in princ. & Bal. ff. de leg. 1.* & ex cõmuni firmat *Dec. in rub. C. quãdo non pet. part. pet. accreſc.* anteponatur delationi venienti ex pura legis operatione argumento tex. *l. quandiù (la ſeconda) ff. de acquir. hered.* & eſt communiter receptum ius accreſcendi eſſe tacitam quandam ſubſtitutionem *Graſſ. de ſucceſſ. § ius accreſc. q. 2.* ſicut ergo delatio, quæ naſcitur ab expreſſa ſubſtitutione impedit delationem legitimam ab inteſtato, ita eandem impediet, & tacita ſubſtitutio ad regulam *l. cùm quid ff. ſi cert. pet.*

8 Et quod etiam † in fideicommiſſis vniuerſalibus ſit locus iuri accreſcendi tenet *Bar. in conſ. 53. incip. Piccarellus per tex. in l. filius fam. § Diui (il primo) ff. de leg. 1. in l. vnic. § hac autem omnia C. de caduc. tollẽd. Curt. iun. conſ. 73. ſub n. 13. verſ.* ego autem *Bero. conſ. 72. nu. 1.* vbi de communi, *& in conſ. 75. n. 2. Decian. conſ. 40. in primo, Zaſ. in l. 45. cùm ita l. hæredes mei § 4. n. 488. ff. ad Trebel. Burſat.* ex magis communi *conſ. 71. nu. 12. in 1. Illuſtriſſ. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 3. n. 1. & ſeq. Sim. de Prat. de interpretat. vlt. voluntat. lib. 3. ſol. 3. nu. 39. fol. 208. Michael de Graſſ. de ſucceſſ. § ius accreſcendi q. 21. num. 2. Peregrin. de fideicom. art. 9. ſub n. 8.* vbi ait de hoc caſum eſſe in *l. Scæuola ff. ad Trebel.* & alios eiuſdem ſententiæ Doct. citat.

Et hoc paſſim admittunt hi Doct. ſi confideicommiſſarij fuerint verbis coniuncti, licet et in diſiunctis perperã tamen iudicio meo, id teneat *Ant. Gomez var. reſol. tom. 1. c. 10. de iure ac. ſub n. 23.* In caſu autem noſtro adeſſe coniunctionem verbalem ex eo, vel maximè conſtat, quod oratio, in qua vocatur ſubſtituti regitur ab eodem, & vnico verbo *ſubſtituit*, ergo adeſt coniunctio verbalis *d. l. triplici ff. de verb. ſignificat.* Nec obſtat, quod in vnaquaq; perſona ſubintelligatur verbum *ſubſti-*9 *tuit*, quia † huiuſmodi verborum ſubintelligẽtiam non impedire verbalem coniunctionem expreſsè tenet *Bal. in l. ſi fortidianum ſub nu. 2. C. de legat.* loquens verè in terminis noſtris, quando præcedit oratio recta à ſuo verbo *relinquo*, deinde ſequuntur aliæ ſubſtitutiones, in quibus idem verbum ſubintelligitur expreſsè dicens; licet tacitè intelligatur repetitum verbum *relinquo*, tamen tacitus conſenſus non attenditur in verbali coniunctione, vel diſiunctione, alias legatarij ſemper eſſent diſiuncti, cùm enumeratione perſonarũ tacitè videatur diuiſum inter eos; & idem ipſe *Bal.* repetijt *in conſ. 362. incip. quaeritur à me, ad fin. vol. 1. quem ſequuntur multi in d. l. re coniuncti, & in ſpecie Cum. nu. 2. Pariſ. ſub nu. 7. Rip. nu. 17. Duaren. de iure accreſcendi lib. 1. c. 4. ad fin. Ant. Fab. in tract. de coniunct. in c. de verbali coniunct. Graſſ. d. § ius ac. q. 4. Bero. d. conſ. 75. in 2.*

Cui veritati non reſiſtunt adducta ſupra, nam primo opinio illa *Practica Papienſ.* vt in fideicommiſſis vniuerſalibus non ſit locus 10 iuri accreſcendi, prorſus falſa eſt, & damnata cõmuniter à DD. ſuprà relatis vti fundata ſuper debili ratione, quia † regula *l. ius noſtrum* benè eſt ratio iuris accreſcẽdi inter heredes, ob quam fit, vt inter eos etiam diſiunctos ſit locus iuri accreſcẽdi, in legatis verò, & fideicommiſſis *DD.* altera ratione concedunt ius accreſcendi. ſ. ob virtutẽ cõiunctionis, quæ vt probatũ eſt adeſt et in caſu noſtro, & *Paul. de Caſtr. in l. Lucius in §. qui habebat ff. ad Trebel.* non dicit abſolutè, quòd iuri accr. non ſit locus inter fideicommiſſarios vniuerſales; ſed dicit, quod inter illos non eſt ei locus, quando ſunt diſiuncti, licet ſecus ſit in hæredibus, quia in illis ratio, ne teſtator decedat pro parte

teſtatus,

litatem illegitimitatis ſcripſere *Alex.cōſ. 60. in 2.ſub nu.22. Ruin conſ.73.nu.1.& ſeq. in 3.Gozad.conſ.26.nu.20.& conſ.48.n.4.Parl. conſ.106.nu.43.Rim.iun* plenè *conſ. 194. n. 8.& ſeq & conſ.199.n.40.cum ſeq. Menoch. conſ.181.nu 5.in 2.& conſ.461.nu.1.2.& 3. in 5.* & plures alij, qui tenent ob hanc ſubreptionem legitimationem vitiari, vt latiſſimè per eos.

Maximè æque videtur in caſu noſtro vitia-
15 ri; quia † & altera adeſt obreptio, quòd non narratur extate filium, & filiam patris legitimos, & naturales, quæ, & ipſa maximè ſolet conſiderari ad impugnandam legitimationē *Alex.d.conſ. 60.num. 22.in ſecundo Rim. ſen. conſ.183.col.2.Ceph.conſ.186.num.30.in 2. Rim.iun.d.conſ. 199.nu.17.& conſ.051.nu. 34.& 35.* Etenim ſuppoſita ſubreptione, & obreptione gratioſæ conceſſiones vitantur *c. ad audientiam, & c. caterum vbi Abb. & alij de reſcript.*

16 Deducitur, & † tertia obreptio, quod non fuit nominata mater legitimandi, vt erat nominanda ad validitatem legitimationis, & eius qualitates erant exprimendæ *Ruin. conſ. 66 ſub n.26.verſ* & ex præmiſſis, *in 3. Decian. conſ.38.nu.36.in 3.* Ex quibus quidem ſubreptionibus dictam legitimationem corruere videbatur.

His tamen non repugnantibus exiſtimo eſſe in fauorem D.Pauli etiam in hoc dubio re-
17 ſpondendum, ex eo, † quod habet intentionē ſuam plenè fundatam in reſcripto legitimationis obtento ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, & non obſtātibus obſtantijs quibuſcunq; vt dicitur in relatione, ad quam gratia legitimationis proſus refertur, per quod reſcriptum in ſpecie Paulus efficitur legitimus, vt valeat ſuccedere ex ſubſtitutione, de qua agitur, & poſſit conſequi legatum à patre ei in teſtamentum relictum, & adeò fundata eſt intentio D.Pauli pro validitate ſuæ legitimationis, vt volens contrarium dicere, id probare debeat *Abb.Imol.& alij in c in pręſentia de probat.per illum tex.in verbo* conſtet *Goz.ad conſ.48.nu.11. Roland.conſ.12.n.29. in 4.* & in dubio ſemper eſt pronunciandum pro eo, qui in legitimatione intentionem ſuā fundat *Honded.conſ.89.nu.56.*

Tota igitur difficultas reſidet in tollendis obreptionibus, & ſubreptionibus in contrarium allegatis, quibus primo reſpondetur,
18 quodlibet ſubreptionis † vitium ſanari ob illas clauſulas, *ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, & nō obſtantibus quibuſcunque obſtantijs Honded. d.conſ.89. nu. 57. Pariſ.conſ. 15.nu. 60.cum pluribus ſeq. in 2.Manent. deciſ.65.n.37.Marc.deciſ.135.p.2.* præſertim cùm fuerit deuentū ad † legitimationem præ-
19 uia cauſæ cognitione eorum, quibus id demādatum fuerat *Ruin.conſ.104. nu.7. in 3.Bero. conſ.65.nu. 134 in 1.Staſil de liter. grat. & iuſtic.* citatus à *Caputaqueuſ.deciſ.218.in 3. parte Decian.conſ.5.nu.46.in 1.Rot.Bonon.diuerſ. deciſ. 30.nu.105.& 113.*

20 Secundo dicitur ad tollendam ſubreptionem ſatis eſſe, quod virtualiter, & per verba æquipollētia fuit narratum extitiſſe filiam legitimam teſtatoris, & legitimandum fuiſſe ſpurium *Caputaqueuſ.deciſ.222.p.3.& deciſ. 217. eadem par. poſt Caſſador. deciſ. 12. de prabēd.Veral.deciſ.232.p.3.Rot. Bonon. deciſ. 30.nu.95.* & in hoc caſu verè virtualiter fuit narratum legitimandum eſſe ſpurium, & habere ſororem legitimam, quia dùm porriguntur preces pro impetranda legitimatione præſentatur teſtamentum D. Raphaelis, in quo fit mentio de filio, & filia legitima, & Paulus nominatur nedum naturalis, ſed etiam ſpurius.

Hinc, & altera occurrit reſponſio, non
21 vitiare ſubreptionem, quando aliundè conſtat legitimantem veritatis habuiſſe plenam notitiam *Bero.conſ.172.n.10.in 2.Ruin. conſ.124. num. 10. in 4. & poſt iſtos Honded. conſ. 89. num. 26. Caputaqueuſ.deciſ. 221.p.3.*

Præterea ad id, quòd non fuit dictum legitimandum fuiſſe ſpurium etiam reſpondetur, ſatis fuiſſe narratum ipſum naturalem
22 quia † & ſpurius dicitur naturalis, immo vulgo omnes ſpurij naturales, ſeù baſtardi dici ſolent, ita in puncto poſt *Bal. in c. dudum (el ſecondo) de elect.& in conſ.295. in 2.* reſpondet *Pariſ.conſ.15.nu.56.in 2.& Natta conſ. 623.nu.5.*

Inſuper particulariter ad illud, quod non fuit expreſſum nomen matris, nec fuere eius qualitates ſignificatæ legitimātibus, reſpon-
23 detur, † id non eſſe neceſſarium, maximè vbi ex præcepto patris ſequi debet legitimatio, qui legitimandum vti proprium filium agnouit, tunc.n. de ſuo tantum præiuditio agitur, ideò non eſt matris neceſſaria notitia *Puteus deciſ.435.par.1.* & in legitimatione facta ex conſenſu paterno probat etiam *Vin. deciſ. 339.nu.13.* Ceſſante igitur quocunq; ſubreptionis, vel obreptionis vitio teneo D. Paulum capacem eſſe cuiuſcunq; teſtamentariæ ſucceſſionis.

Digitized by Google

Sequitur tertium dubium, an ſuppoſito,
quod D. Raphael haberet vxorem, quando
ex muliere libera ſuſcepit D. Paulum ipſe di-
cendus ſit purus naturalis, an ſpurius, & an
legitimatione circumſcripta poſſet ex ſubſti-
tutione ſuccedere? Quantum ad primã hu-
ius dubij partem attinet, mea eſt ſententia,
quod ex proprietate ſermonis non poſſit D.
Paulus dici purus naturalis, ſed potius ſpu-
24 rius, nam † hi propriè dicuntur naturales, qui
procreati ſunt ex complexibus, quos iura ci-
uilia, nec damnarunt, nec receperunt, vt ſunt
publicarum meretricum, & concubinarum
complexus habiti à viris ſolutis, ſed ſi ſuppo-
nimus D. Raphaelem vinculo matrimonij
25 innodatum eſſe certo certius † eſt quemlibet
complexum præter vxoris eſſe à iure damna-
tum, quo fit, vt filij ex illis complexibus re-
probati nati potius ſpurij, quã puri naturales
ſint dicendi *§. ſi aduerſus Inſtit. de nupt. Illu-
ſtriſs. Car. Palaot. Archiepiſcopus noſter de
not. & ſpur. c. 16. Benedict. de Barziſ. in tract.
de filijs non legit. natis num.* 4. qui in puncto
26 loquendo firmat, natum ex muliere ſoluta,
& viro coniugato, non naturalem dici, ſed
ſpurium, quia talis dicendus eſt ille, qui na-
ſcitur ex illo, vel illa, cum quo, vel qua non
poteſt eſſe matrimonium tempore natiuita-
tis *Bal. in c. qui clericum ſi de feud. fuer. cont.*
& propterea damnat *Imol. cõtrarium tenen-
tem in l. ex ea parte* §. 1. *ff. de verb. oblig.* licet
apud me de re hac ibi non loquatur *Imol.*

Quantum ad ſecundum huius dubij caput
videtur reſponden. D. Paulum non obtenta
legitimatione, non poſſe ſuccedere, quia
27 ſuppoſito, qđ fuerit ſpurius † ex teſtamento
patris nihil cõſequi poteſt de bonis paternis
*gloſ. in §. vlt. Auth. quibus mod. natur. effic. ſui
Bar. in l. fin. ff. de his, quibus vt indign. nu. 3.
in l. ſi is qui ff. de vulg. & pupil. Anchar. conſ.*
401. *incip. ſi ipoſitus nu. 2. Dec. conſ.* 305. *incip.
in caſu propoſito ſub n.* 5. & in terminis noſtris
Guid Pap. decis. 280. Igitur nec poterit à patre
per fideicommmiſſum ſubſtitui, quia per il-
lud ſucceditur teſtatori *l. cohæredi §. cum filia
ff. de vulg. & pup.* & ita per hanc rationem te-
net *Bart. in l. quod conditionis ſub num. 1. ff. de
mort. cauſ. donat.*

Quibus non attentis poſſet etiam in hoc
pro D. Paulo reſponderi, quod & ſi non eſſet
legitimatus, poſſet venire ex ſubſtitutione,
28 quia † prohibitio illa ſuccedendi patri, per
quam fit, vt non poſſit ſubſtitui per fideicõ-
miſſum ceſſat mortuo filio legitimo, & natu-
rali teſtatoris, optimè ita declarat *Benedict.
de Barziſ. in tract. de fil. non legit. nat. ſub nu.*
25. & minus dubium hoc contineret, ſi Pau-
lus natus fuiſſet ex muliere abiecta, vilis con-
ditionis, & quam pater non retinuiſſet loco
concubinæ iuxta diſtinctionem *Illuſtriſs. Pa-
leot. de not. & ſpur. c. 42. nu. 5. & Dec. d. conſ.*
305. *col. fin. verſ.* & concordando opinio-
nes, licet de eius diſtinctione dubitent ibi
29 *modern. in apoſtil.* Videturque † hæc ſubſtitu-
tio omnino defendi poſſe vſq; ad alimenta,
pro quibus dicitur in teſtamento facta ad
*Lud. Sard. d. tract. de natur. lib. ad fin. in cau-
telis circa legitimationem nu.* 10. *Cepol. cau-
tel.* 38. *col. pen. verſ.* nona cautela; diciturq; n.
facta pro alimẽtis, cùm fuerit facta pro qua-
cunq; cauſa, qua melius, & validius fieri poſ-
ſet, & non eſt aliqua cauſa, qua (circumſcripta
legitimatione) validius poſſit filio relinqui,
quam pro alimentis *c. cum haberet de eo, qui
dux. in mat. eam quam pol. per adulter. Marc.
deciſ.* 89. *p.* 1. *Sard. in tract. de aliment. tit.* 1.
q. 10. *nu.* 10.

Addi etiam poſſent relicta ſuſtineri, quia
dicuntur facta amore Dei, & quæ ſpiritu Dei
aguntur nõ ſunt ſub lege prohibente ſpurijs
relinqui nõ poſſe *c. licet de regularibus c. quæ
ſunt* 19. *q.* 2. Ita in hoc tertio dubio reſpon-
deo potius, vt ſatisfaciam parti conſilium
petenti, quam quòd exiſtimem de his diſſe-
rendum eſſe, cùm D. Paulus ob legitimatio-
nem ſit redditus capax cuiuſcunq; ſucceſſio-
nis, vt in præcedenti dubio concluſum fuit.

Dubitatur quarto, an memorata ſubſtitu-
tio de iure patiatur aliquos defectus: Cui du-
bio breuiter reſpondeo: quod ſi teſtamẽtum
eſt roboratum ſolemnitatibus iuris commu-
nis, & ſtatutorum ciuitatis Ianuæ, quod non
poteſt mihi innoteſcere, quia non habeo ip-
ſius teſtamenti authenticam ſcripturam, non
video, quod ſubſtitutio patiatur aliquos de-
fectus, eſt n. compendioſa facta verbis com-
munibus reſtricta ad ætatem vigintiquinque
annorum, quæ regulariter poteſt à teſtatore
fieri *DD. in d. l. Centurio ff. de vulg. & pup. &
in l. precibus C. de impub. & al. ſub ſtit.*

Prout, nec etiam puto inſiſtẽdum in quin-
to dubio, an legitimatio de D. Paulo ſit ſeruã-
da, & valeat: Pro eius validitate ſufficiunt de-
ducta ſupra in ſecundo dubio, & poterat qui-
dem concedi ad inſtantiam executorum te-
ſtamenti, quia erat expedienda ex præcepto
30 teſtatoris, & ad † executores potiſſimum per-
tinet curare, vt diſpoſita à teſtatore executio-
ni mandentur *Speculat. in tit. de inſtrument. e-
dit. in §. nunc verò aliqua verſ.* 1.

Sexto

Sexto Dubitatur an Marieta vti legitima
hæres Lodoixij poſſit ex perſona fratris reti-
nere legitimã, & quanta ipſa ſit: Quoad pri-
mam partem iſtius dubij clari, & aperti iuris
eſt, quod ſi à Lodoixio nõ fuit deducta legiti-
ma, quod illa nunc eſt deducenda ex illis bo-
ni, in quibus eſt Lodoixius vniuerſaliter inſti-
tutus, & in quibus facta eſt ſubſtitutio, de qua
agitur, eſt .n. omni iure debita legitima filio,
31 † quæ nulli oneri fideicommiſſi ſubijci poteſt
l.fin.§.filia & ibi Bar.ff.de leg.2. l.quoniam in
prioribus C.de inoffic.teſt. DD in auth.res quæ
C.com.de legat. latè ſim. de Prat.de interpret.
vlt.volunt.lib.3.ſol.6.fol.363.Petra de fidei-
commiſſ.q.15. nec .n. dici poteſt Lodoixium
32 † imputare ſibi in ſuam legitimam debere
domus, & apothecas ſitas in Platea noua S.
Ambroſij, cum alioqui ſint in legitimam im-
putanda omnia ex teſtatoris præcepto per-
cepta *l.omnimodo & l.ſcimus C.de inoffic.teſt.*
33 *DD.in l.in quartam ff.ad l.Falcid.* quia † cũ
ſint ſubiectæ particulari oneri primogenitu-
ræ, fideicommiſſo, & prohibitioni alienatio-
nis, ex illis non poteſt retineri legitima *auth.*
ſed & in ea C.ad l.falc.Rota in nouiſſ. decif.
33.nu.2.& 3.p.1.Ant.Gabr.tit.de legit.con-
cluſ.6.Graſſ.§.legitima q.8.Soc.iun.conſ.170.
nu.40.& 41.in 2.& conſ.49.n.18.in 3.Gra-
tian.decif.181.per totam Vin.decif.528.nu.
30.lib.4.Cacheran.decif.33.nu.24.Ludouic.
decif.28 nu.33.& ſeq.

Reſpectu verò quantitatis legitimæ: Reſo-
lutio meo quidem iuditio pendet ab hoc, an
ſit habenda in conſideratione perſona Ma-
rietæ, quaſi, quod faciat partem, licet ad par-
tem non admittatur, & an ſit pariter habẽda
in conſideratione perſona Andreæ, & Pauli.
34 Quantum † ad Marietam à ſtatutis Genuæ
excluſam à ſucceſſione patris, puto ad diju-
dicandam legitimam eius rationem nõ eſſe
habendam, ſed quantum ad hoc haberi pro
mortua, hanc .n. eſſe magis communem ſatis
conſtare videtur ex *Doctorib.cumulatiſſ.cita-*
tis ab Ant.Gabr lib.6.concluſ.tit de legitima
concl.2. quã etiam tenent *Mart.vot.8.n.64.*
vot.47.num.4 & vot.69.n.12.Peregrin.decif.
2.num.13.& ſeqq.decif.87.nu.4. nec in pro-
poſito noſtro poteſt dubitari, quin ſit hæc
verior opinio, quia primo à ſtatuto prorſus
fęminæ excluduntur non habita ratione, an
ſint dotatæ, an non ſint, & ſtatuitur totam hę-
reditatẽ deferri ad liberos maſculos, poſtea
temperando hanc excluſionem ſtatuitur, vt
fæminæ, excluſæ habeant id, quod cauetur
ſtatuto de famin.dotand. quo caſu receptiſſi-
mum eſt, ad dijudicandam legitimam filias
non conſiderari *Pariſ.conſ.36 num.28 in 2.*
Graſſ.de ſucceſſ.§.legitima q.7.ſub nu 4.verſ.
quid dicendum, latiſſimè *Teſaur.per totam*
deciſionem Pedemõt.159. & in ſpecie *nu.12.*
concludens in fine illius deciſionis, poſt lon-
gam contentionem reſolutum fuiſſe, fęminas
non habendas in conſideratione, quando
ita excluduntur à ſtatuto, vt dos eis non ſuc-
cedat in locum legitimæ, vt verè in caſu no-
ſtro ſuccedere non videtur, ex eo, quod ſta-
tutum prorſus filias excludit applicans totã
hæreditatem maſculis, ita vt nec illis rema-
neat ius in legitima, mandaris poſtea illas
habere id, de quo in ſtatuto *de dotand.famin*
quod ſtatutum non habeo.

Quoad fratres illegitimos Lodoixij, di-
cerem, ad computandam legitimam non eſ-
35 ſe conſiderandos, quia † ſtatutum trãſmiſſum
vocans filios maſculos, & in fine diſponens
omnes, & ſingulas diſpoſitiones ſtatuti, & cu-
iuslibet eius partis intelligi de natis de legi-
timo, & vero matrimonio, videtur repellere
36 iſtos legitimatos, † qui nullo modo poſſunt
dici nati de vero, & legitimo matrimonio
c.cum in cunctis iunct.c.innotuit de elect.
Alex.conſ.172.nu.2.in 7. & in ſtatuto *Ruin.*
37 *conſ.103.nu.5.in 3.* Et cum † ſint legitima-
ti excluſi a ſucceſſione ab inteſtato, nec ali-
quam poterunt prætendere legitimam, quæ
eſt pars illius partis, quæ debetur tantum
venientibus ab inteſtato *l.papinianus §.quar-*
ta ff.de inoffic.teſt. Ambroſ.decif.3.num.31.
Mart.vot.23.num.9.& 10.Rot.Bonon.decif.
12.in 5 Et in Andrea res hæc nõ habet dif-
ficultatem, qui habuit legatum pro legitima,
38 & illi exiſtimo acquieuiſſe, Paulus vero † tẽ-
pore, quo moritur pater, & ita tempore quo
legitima incipit deberi erat illegitimus, licet
eſſet legitimandus, vt poſſet obtinere ſuc-
ceſſionem ab inteſtato coniunctorum ſuo-
rum, & vt poſſet conſequi relicta ei in teſta-
39 mento: Quare concluderem Lodoixij † legi-
timam fuiſſe tertiam omnium bonorum,
quę reliquit eius pater tempore mortis, prius
tamẽ ære alieno deducto *§.1.Auth de trient.*
& ſemiſſ. & id notant *DD.in auth.nouiſſ.C.*
40 *de inoffic.teſt.* & appellatione æris alieni pu-
to contineri dotes relictas D. Marietæ, quia
ita etiam putant *Doct.* tenentes filiæ excluſæ
non eſſe in caſu noſtro habendam rationem
ad legitimam taxandam, quos citaui, ſu-
pra quibus addo *Gratian.decif.19.num.8.*
Ludouic.d.decif.38.nu.86.Peregrin.decif.91.
nu.21. vbi dicit ter ita iudicatũ fuiſſe; pariter

dicerem æs alienum dici legatum Andreæ
41 relictum, quod ſeruiebat pro legitima ei † vti
legitimario omnino debita *Cranet. conſ. 450.*
nu. 14. in 3. Menoch. conſ. 89. nu. 7. Vin. deciſ.
213. nu. 5. lib. 2. Peregrin. deciſ. 35. nu. 4. Ea-
42 dem ratione † vti æs alienum exiſtimarem
deducendum eſſe legatum factum ad com-
modum Pauli, quod ſeruiebat pro alimentis
de iure debitis *c. cùm haberet de eo qui dux.*
in vxor. eam quam per adulter. & cæteris de-
bitis deductis, legitima erit tertia omnium
bonorum etiam computatis domibus, & apo-
tecis, in quibus eſt ordinata primogenitura,
licet ex illis non poſſit legitima ipſa deduci,
vt antea probaui.

Dubitatur ſeptimo an executorum officiũ
ſit per mortem Lodoixij extinctum.

Breuibus eſt reſpondendum, quatenus sũt
43 conſtituti executores teſtamenti † durat eo-
rum officium quamdiù agi poſſit de exequẽ-
da, & implenda volũtate teſtatoris, nec mors
Lodoixij poteſt efficere, vt finiatur eorum
officium, quatenus remaneat aliqua pars vo-
luntatis teſtatoris implenda: quatenus verò
44 ſunt † creati tutores, & curatores Lodoixij in-
dubitati iuris eſt morte ipſius Lodoixij finiri
eorum curam, & tutelam eſt tex. expreſſus in
§. ſimili modo Inſt. quibus mod. tutel. fin. &
quod ibi dicitur de tutela, proculdubio etiã
in curatione procedit, quia licet curator de-
tur magis principaliter bonis, quam perſo-
nis, tamen datur bonis contemplatione per-
ſonarum, mortua igitur perſona, ob quam e-
rat data cura bonorum conuenit, vt & offi-
cium curatoris finiatur, quaſi ceſſante ra-
tione finali ipſius officij *l. adigere §. quamuis*
ff. de iure pat. & cum ceſſante de appellat. Nec
remanent executores curatores neq; Mariet-
tæ, neq; Pauli, quia tantum lego in teſtamento
eos conſtitutos curatores Lodoixij, non autẽ
reperio aliorum filiorum factam mẽtionem,
talia .n. leguntur verba *fideicommiſſarios, &*
executores præſentis teſtamenti, & vltimæ vo-
lũtatis, ac tutores, & curatores d. Lodoixij eius
filij, & hæredis, ac dictorum ſuorum bonorum
conſtituit &c. non .n. video, quod filiorum
conſtituantur curatores, vt mihi in propoſi-
tione dubij ſupponitur, & dato, quod aliorum
filiorum eſſent creati curatores eorum offi-
45 cium, quoad Paulum putarem † extinctum,
quia mihi ſupponitur compleuiſſe iam vige-
ſimumquintum ſuæ ætatis annum *Inſt. de cu-*
rat. in princ. vbi expreſsè dicitur puberes ac-
cipere curatores vſque ad 25. annum com-
pletum tantum, pariter quoad Marietam di-
cerem eorũ officium eſſe extinctũ, quia cùm
iam ſit nupta eſt ſub cura mariti, nec alio eget
curatore, ſed opus non eſt iſtud examinare,
quia verè executores non fuere conſtituti cu-
ratores Marietæ.

Hinc conſequitur reſolutio octaui dubij:
An D. Paulus pro conſequenda portione ſibi
ex ſubſtitutione obuenta debeat dirigere
actiones aduerſus executores, an aduerſus
Marietam legitimam fratris hæredem: te-
neo contra Marietam omnino eſſe actiones
dirigendas: ſubſtitutio .n. per quam vocatur
Paulus, quia egreditur ætatem pupillarem
etiam quod ſit reſtricta ad ætatem viginti-
46 quinq; annorum † verè eſt compendioſa fa-
cta per verbum, *ſubſtituit*, quod eſt cõmu-
ne, & cum Lodoixius deceſſerit iam pubes
factus (vt mihi in facto ſupponitur) reſoluitur
in ſubſtitutionem fideicommiſſariam *Doct.*
communiter in l. Centurio ff. de vulg. & pupil.
in l. præcib. C. de impub. & al. ſubſtit. Oddus
de compend. ſubſtit. partic. 5. art. 3. inſpect. 3.
47 *fol. 167.* & receptiſſimum eſt, vocatum † ex
fideicommiſſaria ſubſtitutione recipere de-
bere bona à manu hæredis grauati, niſi con-
trarium teſtator diſponat, quòd non fuit fa-
ctũ in caſu noſtro *l. Paulus ff. ad Trebel. DD.*
in l. reſtituta ff. eod. ad Trebel. & in d. l. Centu-
rio in c. Rainutius de teſtament. & in c. ſi pa-
ter eod. in 6. Michael. de Graſ. de ſucceſſ. § fidei-
commiſſum q. 43. In qua reſtitutione Marie-
ta retinebit legitimã, de qua ſupra locutus
fuit. De trebellianica, de qua conſultus non
ſum, non loquar.

Vltimo quæritur, an mortuo Lodoixio
Nob. D. Hieronymæ vxori teſtatoris debea-
tur legatum alimentorum, & dato, quòd de-
beatur, quid, & quantum debeatur: In prima
parte huius dubij videtur dicendum, quod
cum D. Paulus ſeorſum habitet, Lodoixius
ſit mortuus, & D. Marieta nupta ſit, non ſit
amplius neceſſarium illud regimen, & illa
ſuperioritas familiæ, & domus teſtatoris, ob
quam factum videtur legatum alimentorũ,
48 ex quo ſequi videtur, † vt ceſſante cauſa, ob
quam factum eſt legatum etiam ipſum le-
gatum ceſſet *l. cum tale §. falſam ff. de cond.*
& demonſtrat. l. epiſtolam in princ. ff. ad Tre-
bel. Soc. in l. ſi quis eam in fine ff. de cond. & de
monſtrat. plura de re hac ſcripſit *Illuſtriſs.*
Manlic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 14. nu.
13. ad rem hanc mirificè ſeruire videtur tex.
in l. alumnæ in §. Seia ff. de ademend. legat. vbi
fuerat cuidam pecunia relicta, vt corpus te-
ſtatoris curaret, ſi non curet corpus, quia

aliter

aliter teſtator in codicilis ſanxerit legatum
adēptum intelligitur, facit etiam *l. filio* §. *ma-*
tris ff. eod. quo loci matri erant legata prædia,
vt per fideicommiſſum ea ſocero reſtitueret,
ſi ceſſet fideicommiſſum, quia illud in codi-
cillis ſit ademptum ceſſat, & legatum, ita, cū
hoc caſu videatur factum legatum ob ſupe-
rioritatem, & regimen, ceſſante regimine, &
legatum ceſſat: Addatur, quod alimenta re-
licta videntur, vt poſſet mulier familiam re-
49 gere, & † ita ob neceſſitatem regiminis, qua
neceſſitate ceſſante, & legatū omnino ceſſa-
re videtur *Alba. conſ. 52. nu. 6.*

His tamen ceſſantibus ſentio adhuc vxori
teſtatoris legatum deberi; Primo, quia verè
legato nulla fuit adiecta cauſa; & ſuperiori-
tas, ſeù regimen non fuit cauſa legandi, quod
denotant verba legati, quæ apud me talia
ſunt *ea ſtante in habitu viduali voluit, & de-*
clarauit, ac ordinauit, quod habeat regimen,
& ſuperioritatem domus, & familiæ præfacti
teſtatoris, pro alimentis eius, & filiorū ipſius
teſtatoris, tām victus, quā aliarum quarum-
uis expenſarum domus, & familiæ præfacti
Mag. teſtatoris expendi debeat id, quod fuerit
arbitratum, & declaratum per Mag. Dom.
Vincentium &c. ex quibus verbis cōſtat ſub-
ſtantiam legati in eo conſiſtere, quod vxori
datur regimen, & ſuperioritas domus, quæ
50 verba important † legatum alimentorum,
vt contingit, quando teſtator relinquit vxo-
rem dominā, patronam, & maſſariam *Paul.*
de Monte Pic. in l. Titia cum teſtam. §. Titia,
cùm nuberet, num. 21. verſ. prima eſt ff. de leg.
2. vbi firmat per hęc & ſimilia verba vxorem
15 retineri in eo ſtatu, in quo viuebat cum ma-
rito, & ita, vt alimenta, victus, & veſtitus con-
ſequatur, alios eiuſdē ſententiæ allegat *Sim.*
de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 4. du-
bit. 10. nu. 48. fol. 412. & in puncto *Menoch.*
præſumpt. 139. n. 2. & 3. in 4. & melius *Sur-*
dus in tract. de aliment. tit. 2. q. 6. & 8. vbi ple-
nè citantur omnes *Doct.* tenētes, quod quan-
do alicui eſt relictum regimen domus, quod
intelligantur relicta alimenta, in prædictis
ergo verbis conſiſtit ſubſtantia legati, alia
ſequentia verba *pro alimentis eius &c.* deſi-
gnant modum, & quantitatem alimentorum
per remiſſionem ad arbitrium Mag. D. Vin-
centij: Quo ſtante non eſſet elaborandum
in tollendis contrarijs, ſcilicet quod mortuo
Lodoxio, ceſſet ratio, & neceſſitas legandi:
ſed dato, quod ex verbis depræhenderetur
legata alimenta ea ratione, vt vxor haberet
regimen, & gubernium domus, dico tamen,
52 quod † ceſſante hac ratione non ceſſaret le-
gatum, nam ita demùm ceſſante cauſa, vel
ratione ceſſat legatum, ſi cauſa, vel ratio ſit fi-
nalis & alias teſtator non legaſſet, non etiam,
ſi eſſet impulſiua, & alias teſtator legaſſet la-
tiſſime *Illuſtriſs. Mantic. de coniect. vlt. volūt.*
lib. 6. tit. 14. n. 14. Sim. de Prat. de interpretat.
vlt. volunt. lib. 4. dubit. 6. n. 21. & ſeq. fol. 385.
& eod. lib. in c. incip. ad 7. n. 7. fol. 475. Gramat.
deciſ. 59. n. 51. Cartar. deciſ. 67. n. 64. & 65.
53 In propoſito cauſa nō poteſt dici finalis, † ſed
potius impulſiua, tum, quia talis præſumitur
in dubio *Prat. d. dubit. 6. nu. 21.* tū etiam, quia
iſta cauſa ſuperioritatis, & regiminis reſpicit
principaliter fauorem, & exiſtimationem v-
xoris legatariæ vti factum ob dilectionē, qua
illā proſequebatur teſtator, vt poſt eius mor-
tē viueret in illo ſtatu honorifico, in quo viue-
bat durāte matrimonio, quod maximè ſolent
54 mulieres curare (vt experiētia docet) & † hoc
caſu, quando cauſa cōcernit principaliter fa-
uorē legatarij non dicitur finalis, ſed impulſi-
ua *Bar. in l. 2. §. vlt. ff de donat. in l. libertis nu.*
4. & 5. de alim. & cib. legat. in l. demonſtratio
§. quod autem num. 13. de cond. & demōſtrat.
Mantic. d. tit. 14. nu. 14. Grammat. d. deciſ. 59.
ſub n. 53. Cacheran deciſ. 118. nu. 5. Mars. vot.
55 3. *nu. 12.* erat † etiam alias teſtator relicturus,
quia ita dictat dilectio inter virum, & vxorem
56 ad *Bar. in d. § quod autem nu. 24.* Immo, † &
in dubio hæc capienda eſſet interpretatio,
per quam ampliaretur legatum ad commo-
dum vxoris factum *Bal. conſ. 209. incip. illa*
verba in fin. lib. 3. Aym conſ. 297. ſub nu. 1. Me-
noch. conſ. 142. nu. 27. n. 2. allegant *l. vnum*
ex familia § fin. ff. de legat. ſecundo. Et in ſpe-
cie dato, quod cauſa regendi filios fuiſſet fa-
ctum legatum; etiam, quod vxor illud perde-
ret vbi nollet filiorum curam gerere, vbi au-
57 tem ex † accidentali caſu mortis, vel alio nō
poſſet etiam ſi vellet illos regere, cùm ipſa nō
ſit in culpa ei legatum non eſſet denegādum
formalis eſt tex. vbi id notant *Doct. in l. 1. C.*
de legat. conferunt tradita à *Menoch. cōſ. 146.*
in 2. & præſumpt. 123. in 4. & id ſupponit
Sim. de Prat. d. dubit. 10. num. 63. fol. 413. Et
quod legatum factum vxori, cum onere e-
ducandi filios, & cum illis morandi habeat
locū etiam ſi filij moriātur tenet *Caroc. deciſ.*
17. nu. 16. Franch. deciſ. 58. nu. 3. p. 1. Vin. de-
ciſ. 21. nu. 1. lib. 1. Benintend. deciſ. 98. nu. 5.
Rot. Bonon. diuerſ. deciſ. 6. num. 107. & ſeqq.
Textus autem in contrarium citati in *l. alum-*
na in §. Seia, & in l. filio §. matri ff. de adim.
leg. quicquā nō obſtant, nā procedunt, quādo

ca d. reſpiciebat cō nodum tertij. potius quā legatarij, & procedunt, quando cauſa relinquendi ceſſat ex diſpoſitione eiuſdem teſtatoris, & non ex caſu accidentali, ideò non ſunt in terminis, & *Alba conſultatio* 52. non ad nodum tuta eſt, vt conſtat ex traditis à *Caſt. conſ.* 158. *in* 2 *& à Ceph. conſ.* 81. *in* 1.

In ſecunda verò parte huius dubij, quid .ſ. pro alimentis ſit præſtandum, non eſt, quod pluribus immoret, tùm quia moderni expli-
58 cant latiſſimè, quæ † appellatione alimentorum veniant *Sim. de Prat. d. dubitat*, 10. *n*. 23. *fol*. 409. *Menoch præſumpt*. 157. *in* 4 *Surd. de aliment. tit*. 4. *ferè per omnes quæſtiones illius tituli*; tùm etiam, quia teſtator hoc remittit arbitrio D. Vincentij, quæ voluntas eſſet ſeruanda, & eius arbitrio, iuſto tamen, & honeſto omninò eſſet ſtādum, cui etiam ab eodem teſtatore in primis codicillis datur facultas declarandi eius volūtatem, vbi aliquod dubium naſceretur: His puto plenè, & pro veritate reſponſum pro virili mea omnibus propoſitis dubitationibus.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Proximiores admittūtur ad fideicommiſſum abſolutum, quod inducitur fauore familiæ ex ratione adiecta prohibitioni alienationis; Nec poteſt grauatus eligere remotiores; Reſpondetur *conſ. Gionagnon*. 65. *lib*. 1.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum abſolutum inducitur ex ratione adiecta phohibitioni alienationis non ſimplici, ſecus autem ſi prohibitio ſit nuda nu*. 15.

2 *Ad huiuſmodi fideicommiſſum abſolutum inductum ob fauorem familiæ admittuntur proximiores omnes eiuſdem gradus; Nec poteſt grauatus vnum de familia eligere.*

Fallit primo ſi teſtator diſponat præcidendo viam, qua poſſent bona extra familiam exire Ibid.

Secundo in fideicommiſſo facto tantùm in caſu contrauentionis nu. 6.

Tertio, quando fideicōmiſſum reſultat ex prohibitione alienationis ſimplici, non extra familiam nu. 11. *&* 18.

Quarto, ſi ratio, ex qua inducitur fideicommiſſum non ſit expreſſa, ſed ſubintelligatur num. 16.

Quinto quotieſcunque permiſſa eſt alienatio in familia per dictionem, atſi vel ſimilem num. 17.

3 *Fideicommiſſum dicitur abſolutum, quando non pendet à poteſtate grauati, & eſt inuariabile.*

4 *Genus tantum poteſt in ſuo genere, quantum poteſt ſpecies in ſua ſpecie, vel indiuiduum in indiuiduo.*

5 *Inducta ad augēdum vinculum non debent illud minuere.*

6 Tex. in l. filius familias §. cum pater ff. de leg. 1. *intellectus*.

7 *Verbum* relinquo *eſt proprium vltimæ voluntatis.*

8 Tex. in l. peto §. fratre ff. de leg. ſecundo *intellectus*.

9 Tex. in auth. de reſtit. fideicom. *intellectus*.

10 Peregr. de fideicom. art. 14. nu. 18 *&*
11 Aleiat. in l. filius familias §. Diui ſub nu. 53. ff. de leg. 1. *loquuntur contra communem*.

12 Tex. in l. pater filium §. filiam ff. de leg. 3. *intellectus*.

13 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt nihil operatur.*

Quæ expreſſio ſæpè fit à teſtatoribus, vel notarijs in teſtamentis nu. 14.

19 *Vna pars teſtamenti data rationis identitate aliam declarat.*

RESPONSVM XXIII.

Auſpice Chriſto.

AD tollendam omnem dubitationem in cauſa Excellentiſs. D. Annibalis Spazini requiſitus, vt aliqua ſcribam ſuper prohibitione alienationis, inſiſtam dumtaxat in propoſitionibus Doctorum caſum noſtrum afficientibus, omiſſis illis, quæ non ſunt ad rem, ſuper quibus inſiſtunt Aduocati partis aduerſæ.

Illud prius mihi videtur eſſe extra difficultatem in facto, nos verſari in prohibitione alienationis non ſimplici, ſed extra familiam, concepta amplis verbis ex contractu, vel quaſi, maleficio, vel quaſi, tàm in vltima voluntate, quam inter viuos cum priuatione contrauenientium, & applicatione alijs, adiecta ratione, ſeù cauſa finali expreſſa in prohemialibus verbis d. prohibitionis ibi, *cupiēs bona nō exire de domo ſua, ſiuè familia, ſed*

in

1 *in eis manere , expreſsè prohibuit &c.* † Ex
quò facto reſultat recepta Doctorum con-
cluſio, induci fideicommiſſum non ſolum
in caſu alienationis, ſed & abſolutum ad fa-
uorem familiæ, quia cùm prohibitio extra
familiam ex ſe ſatis veſtita, & valida ſit, præ-
ſertim concurrentibus amplitudine verbo-
rū priuatione, & applicatione, de quibus ſu-
pra, ne contingat rationem adiectam reddi
ſuperfluam contra *l. ſi quando ff. de leg.* 1. ne-
ceſſe eſt dicere, expreſſionem rationis profi-
cere ad inductionem abſoluti fideicommiſſi
*Soc. in l. qui Romæ §. Lucobaredes ſub n. 16. in 3.
caſu ff. de verb. oblig. Curt. iun. conſ. 124. nu.
17. & 18. conſ. 115. nu. 11. & 12. & conſ. 145.
nu. 8. 9. & 10. Dec. conſ. 23. nu. 5. Ruin. conſ.
127. nu. 13. in 2. Rol. conſ. 23 nu. 22. in* 4. qui
ait eſſe concluſionem ab omnibus receptam
Soc. iun. conſ. 140. *nu. 7. in 3. Decian. conſ. 50.
num. 22. in 1. Rim. iun. conſ.* 20. & copioſius
*conſ. 279 nu. 34. & conſ. 531. nu. 4. & 5. Eu-
gen. conſ. 81. nu. 27. cum ſeq. & nu.* 54. pleniſ-
ſime *Veg. conſ. vlt. ſub num. 367. verſ.* tertius
eſt caſus, *cum pluribus ſeq. & per plures col.*
ad hoc inducendo plura *conſ. Soc. Dec. Curt.
iun. & aliorum Alba conſ. 54. in princ.* & ſen-
tit *Ladercb. conſ. 92. ſub nu. 1. Cacher. decis.
49. nu. 14.* & quamuis *Pereg. de fideicommiſ.
artic. 14. nu. 16.* contrarium videatur tenere
fatetur tamen, hanc eſſe communem opinio-
nem, & clarius *conſ. 45. nu. 16. in* 1. & pariter
quamuis *Rip. in l. filius fam. §. Diui ff. de leg.* 1.
repugnet, præſertim impugnando rationem
ſuperfluitatis, de qua antea; tamen ſuis argu-
mentis optimè ſatisfacit *Bolognet. in d. §. Diui.
nu. 306. verſ.* ſed tamen. Et hoc etiam ad-
mittit D. Giouagnonus partis aduerſæ ad-
uocatus.

Tota ergo difficultas ad id deducitur, an
ſuppoſito hoc fideicommiſſo abſoluto licue-
rit Marco inſtituere filios fratris excluſo Ex-
cellentiſs. D. Annibale. D. Giouagnonus pu-
tat potuiſſe authoritatibus, & legibus: quibus
inferius reſpondebo.

Ego contra puto, non potuiſſe; motus pri-
us, quia ſi inducitur fideicommiſſum abſolu-
tum, conſequens eſt, vt in caſu mortis fami-
lia ſit vocata, ad cuius fauorem fideicommiſ-
2 ſum factum eſt, † nam hoc caſu teſtator dici-
tur diſponere ad fauorem familiæ nō ſimpli-
citer amputando viam, qua bona poſſent ex-
tra familiam exire, vt in fideicommiſſo in
caſu contrauentionis tantum, ſe relinquendo
familiæ ſimpliciter, non omnibus de familia,
vt egregiè *Soc. ſen. in allegato conſ. 251. ſub n.
6. in princ. 7. col. verſ* nā tunc *in* 2. quo caſu
clara eſt iuris concluſio, admitti eos de fami-
lia ſecundum eorū proximitatem, & ſi plures
ſunt in eodem gradu omnes admittuntur *l. cū
ita § in fideicommiſſo ff. de leg.* 2. vbi euiden-
tiſſimè inſinuatur, ita teſtatorem ſenſiſſe, niſi
ſpecialiter ad vlteriores voluntatem ſuam ex-
tenderit, & eſt tex in hoc clarus, licet recipiat
aliquam dubitationem circa proximitatem,
an grauati, an grauantis, vt apud *Theſaur. de-
ciſ. 64. nu. 6.*

Secūdo ad idem facit *tex. in l. heredes mei
§. fin. ff. ad S. C. Trebel.* vbi vxor in caſu mor-
tis grauata fuit reſtituere bona filijs, & de-
ciditur, niſi ei data ſit facultas eligēdi, cui vel-
lit dare, nō poſſe eligere, ſed vni tantùm dan-
dum eſſe, ſi vnus tantum ſuperuiuat, aliàs om-
nibus; Quemadmodum ita ibi deciditur in
caſu, quo filijs relictum ſit ſub nomine colle-
ctiuo filiorum, idem dicendum erit, quando
relictum eſt ſub nomine familiæ collectiuo, &
in fine dicitur, non potuiſſe vxorem grauatā
immutare voluntatem teſtatoris præſcriptis
gradibus hic verò ſunt præſcripti gradus pro-
ximiorum ex *d. §. in fideicommiſſo* confor-
mando voluntatem teſtatoris cum iure com-
muni, ergo &c.

Facit etiam *tex. in l. fin. C. de verb. ſign.* vbi
relicto fideicommiſſo familiæ, illud grada-
tim debetur, & vt ait ibi gloſ. prius filij, de-
inde parētes, & tertio collaterales, & ita om-
nes eiuſdem gradus ex voluntate teſtatoris
vocati ſunt, ergo electio dari nō poterit, quia
eſſet contra teſtantis voluntatem.

Extatq; authoritas *gloſ. in §. 1. l. vnum ex
familia ff. de leg. 2. in verbo* vni, quæ ait, ideo
vni ibi deberi, quia electio data fuit, quod ſi
familiæ eſſet relictum non data electione
priores in gradu admitterentur, & ita omnes,
& eam gloſ. ibi ſequuntur Doct. quos alijs et-
iam additis refert *Menoch. conſ. 277. nu. 30.
in* 3. Et quamuis ipſe *Menoch.* & plures, qui
ab eo citantur loquantur, quando ageretur
de eligendo remotiore, mouentur tamen ra-
tione generali, etiam ad caſum noſtrum ac-
commodata, ſcilicet, quia talis eſt voluntas
teſtantis, à qua non eſt recedendū, niſi, quan-
do eſt data electio, quemadmodum, & hoc
caſu præſumitur voluntas, vt omnes eiuſdem
gradus admittantur, à qua propterea non ſit
recedēdum, niſi in caſu, quo electio expreſsè
eſſet conceſſa.

3 Accedat etiam, quod fideicommiſſum
in tantum eſt abſolutum, in quantum non
pendet à poteſtate grauati, & inuariabili-

cā

eſt *Pereg. de fideicommiſſ. artic.* 14. *nu.* 6. allegat *Soc. conſ.* 227. *nu.* 10. *in* 2. ſi igitur reſultat in caſu noſtro fideicommiſſum abſolutũ, per quod omnes proximioris gradus vocantur, ergo non erit in poteſtate grauati illud variare, & in vno tantum ex proximioribus conſtituere.

4 Vltimo facit, quod tantùm poteſt genus in
ſuo genere, quantum poteſt ſpecies in ſua
ſpecie, vel indiuiduum in indiuiduo *l. ſi duo*
ff. de adminiſt. tutor. l. ſi chorus ff. de leg. 3. At
ſi teſtator mortuo Marco vocaſſet ad fideicommiſſum alios ſuos filios, non vtiq; licuiſſet Marco vni tantum filio, & fratri ſuo, vel filijs vnius fratris relinquere, ergo nec id licebit, quando ſub nomine generali eſt fideicommiſſum relictum familiæ, ſub quo nomine priori loco continentur filij teſtatoris.

Præterea hæc prohibitio alienationis eſt
ad ſtringendum fideicommiſſum præcedẽs,
ſecundum quod nõ licet grauatis relinquere
vni ex vocatis, ergo per eam non licebit vni
5 relinquere, quia inducta ad augendũ vinculum illud diminueret *Ceph. cõſ.* 16. *n.* 51. *in* 1.

Et hæc ſententia confirmatur authoritate multorum, quos plena manu citat *Peregrin. de fideicommiſſ. d. artic.* 14. *nu.* 7. *verſ.* At ſecus eſt.

Nec huic opinioni obſtant tex. allegati à
6 D. Gionagnono, prius, † quantum *ad l. filiusfam. §. cum pater ff. de leg.* 1. veritas eſt, quod licet ibi non ſit nudum præceptum, ſed fideicommiſſum, vt tenet ibi *Cuiac.* conſtat tamen, eſſe fideicommiſſum in caſu contrauentionis, non abſolutum, quod apertiſſimè oſtẽdunt illa verba *verum eſt enim in familia reliquiſſe, licet vni reliquiſſet*, quibus aliud non intendit Iuriſconſ. niſi, quod hæres vni relinquendo non contrauenit voluntati teſtatoris: Nec obſtat, quod ibi ſint duo principalia præcepta, vnum, vt hæres fundum non alienaret, & aliud, vt in familia relinqueret, quia inde non ſequitur, vt ex ſecundo præcepto reſultet fideicommiſſum abſolutum, ſed ex vtroq; fideicommiſſum in caſu contrauentionis, quia poterat hæres contrauenire volũtati teſtatoris, vel per alienationem inter viuos, vel per diſpoſitionem teſtamentariam, ideò æquè principaliter teſtator commiſit
fidei hæredis, vt non alienaret .ſ. inter viuos,
7 & vt relinqueret in familia, .ſ. teſtando: † nã
verbum, relinquere, eſt proprium vltimæ voluntatis *§. cæterum Auth. vt cum de appellat. cogn. l. his verbis in princ. vbi gloſ. & Doct. ff. de hæred. inſt. gloſ. in §. ſi verò nulla in verbo relictis, Auth. de hæred. & falcid.* ideò, vel inſtitutionem, vel legatum deſignat, ſecundũ diſtinctionem *Guglielm. ad c. Raynutius par.* 1. *in verbo* reliquit.

Amplius etiam, quod illa verba, *& vt in familia relinquat* principaliter expreſſa ſint, non vt faciant rationem præcedentium, adhuc tamen oſtendunt prohibitionem alienationis non fuiſſe factam tãtum gratia prohibiti, ſed fauore familiæ, & ita ſemper ſequẽtia verba veſtiunt prohibitionem præcedentem, & proinde non inducunt fideicommiſsũ abſolutum, & ob id vni tantum relinqui poteſt, dicere autem, ſupponendum eſſe prohibitionẽ alienationis ex ſe fuiſſe validam, eſt manifeſtè diuinare ad illum tex. qui referendo diſpoſitionem teſtatoris, tantùm dixit fideicommiſiſſe, ne alienaret, quòd alio non addito neceſſariò intelligitur nudè.

8 Eodem modo etiam reſpondetur textui
in *l. peto in §. fratre ff. de leg.* 2. ideo *Soc. & alij qui in l. filiusfam. §. Diui ff. de leg.* 1. *& in l. qui Romæ §. cohæredes ff. de verb. oblig.* formãt varia capita, allegant hunc tex. ad probandũ oriri tãtum fideicommiſſum in caſu contrauentionis, quando prius ſimpliciter eſt prohibita alienatio, & deinde adiectũ eſt quid, quo demõſtratur talem alienationem fuiſſe factam fauore familiæ *Oddus conſ.* 65. *ſub nu.* 20. *Cacher. d. deciſ.* 49 *ſub nu.* 14. & apertiſſimè id tenet *Soc. d. conſ.* 227. *col.* 5 *&* 6. *in* 2.

Amplius (dato nunquam tamen conceſſo loqui tex. de fideicõmiſſo abſoluto) quamuis dicat locum eſſe fideicõmiſſo extero hærede inſtituto, inde non ſequitur, quod non ſit eidem fideicommiſſo locus, ſi inſtituatur vnus ex familia ad præiuditium aliorum eiuſdem gradus, cùm, & id cenſeatur contra voluntatem teſtantis, qui ſemper præſumitur vocare omnes proximiores, vt dicitur in hoc *§. fratre, & in d. l. cum ita §. in fideicommiſſo.*

9 Pariter & tex. *in auth. de reſt. fideicommiſſ.*
non eſt in terminis, quia quantum ad prohibitionem, de qua in teſtamento, illa fuit, ne alienetur extra familiam, neq; ratio adiecta fuit, ideo reſultat fideicommiſſum tantum in caſu alienationis, & poſtea additur formale fideicommiſſum in caſu mortis: In codicillis verò prohibitio fuit ſimplex, cui poſtea fuit addita ratio, qua ſimplex prohibitio veſtitur, & ita poſt *Aug.* illum tex. intellexit *Socin. in d. conſ.* 227. qui propterea eum allegat ad confirmationẽ ſuę conſultationis, in qua tenet rationem adiectam prohibitioni ſimplici non inducere fideicommiſſum

abſo-

abſolutum, ſed tantùm in caſu alienationis,
in quo admittitur, vnum de familia poſſe in-
ſtitui, quia nihil fit cõtra voluntatem teſtato-
ris, eo quod factum eſt fideicommiſſum, am-
putãdo viam, per quã bona familiam exire
poſſunt: Nos verò verſamur in prohibitione
alienandi extra familiam, quæ non eſt nu-
da, ſed veſtita à fauore familiæ, cui, ſi ratio
adiungatur, inducitur fideicommiſſum ab-
ſolutum, per quod illi de familia proximio-
res vocantur, ideò, ſi remotior inſtituatur,
vel vnus ſolus ex proximioribus, ſemper fit
contra voluntatem teſtantis: Itaq; in allega-
tione horum textuum videtur mihi D. Gio-
uagnonum confundere illos terminos, quos
antea rectè, & diligenter diſtinxerat.

Quantum poſtea attinet ad illud, quod
nulla eſt diſcriminis ratio, vel quod teſtator
prohibeat alienationẽ addita ratione, quia
vult bona in familia remanere, vel quod
prohibeat alienationem extra familiam ad-
dita eadem ratione, quia vtroq; caſu ſemper
teſtator conſiderat effectum, vt bona in fa-
milia remaneant.

Reſpondeo, eandem, ratione effectus, eſ-
ſe voluntatem teſtatoris, ſed ratione modi
eſſe diuerſam, in prohibitione ſimplici reſul-
tat effectus, vt bona remaneant in familia,
ſed per amputationem viæ, qua familiam
exirent, in prohibitione veſtita modus non
eſt tantum per viam amputationis, ſed &
vocationis, per quã fit, vt vnus nõ poſſit in-
ſtitui in præiuditium aliorum vocatorum, &
ita reſpondetur huic rationi, quæ fuit *Ruin.
in d. §. Diui nu. 67.*

Pariter, nec obſtat ratio, quam idẽ *Ruin.*
ſubiungit *ibidem nu.* 68. ſcilicet, ſi prohibe-
tur tantùm alienatio extra familiam vnus
de familia poteſt inſtitui, ergo idem, quando
eſt addita ratio, vt bona maneant in familia,
quia hæc ratio non eſt addita ad minuẽdum,
ſed ad augendum ius familiæ.

Etenim reſpondetur augeri ius familiæ
per rationem, quia prius familia erat voca-
ta tantum in caſu alienationis, & per ratio-
nem vocatur etiam in caſu mortis, quod ius
non diminuitur ex eo, quod dicitur; vnum
non poſſe inſtitui, ſed omnes proximiores,
immo cum familia magis per plures, quam
per vnum poſſit conſeruari, magis videtur
ius familiæ augeri, quod plures ſuccedant.
10 Ea verò, quæ ſcribit *Pereg. de fideicom. ar-
tic. 14. num.* 18. tendunt ad probandum, per
formulam, de qua in caſu noſtro non reſulta-
re abſolutum fideicommiſſum, id ò deduci-
tur vni relinqui poſſe, ſed ipſe *Pereg.* fatetur
communiter receptum eſſe, immo induci
abſolutum fideicommiſſum *in d. loco & in d.
conſ. 45. in* 1. ex quo deducitur vni relinqui
non poſſe ſecundum principia eiuſdem *Pe-
reg. eod. artic. 14. nu. 7.*

Quod verò in caſu noſtro non ſit prohi-
bitio cum expreſſa ratione, non poteſt dici,
quia repugnant verba manifeſtè deſignan-
tia finem, & rationem, quæ induxerunt te-
ſtatorem ad prohibendam alienationem, &
ſi quandoq; verba deſignantia deſiderium
conſeruandi bona in familia non inducunt
fideicommiſſum in caſu mortis, vt apud for-
mulas, de quibus *Alciat. in d. §. Diui ſub num.*
11 53. id procedit, † quia præceſſit prohibitio
ſimplex de non alienando, non verò de non
alienando extra familiam, dum poſtea ſequi-
tur *Alciat.* dicendo, idem eſſe, quando præ-
cederet prohibitio de non alienando extra
familiam impugnat opinionem, quam com-
munem *Doct.* dixerunt, & vna cum eis ipſe
D. Giouagnonus, quãdo plures caſus diſtin-
12 xit, dictamq; cõmunem opinionem † *Alciat.*
impugnat *ex l. pater filium §. filiam ff. de leg.*
3. qui tex. potius contrarium probat, quia
præceſſerat prohibitione in illis verbis *vero
ædificium de meo nomine exire*, & additum
erat, *ſed ad vernas meos pertinere volo*, &
dicitur vernas eſſe legatarios, ergo ex illo
modo relinquendi inducitur vocatio, alias
non eſſent ſimpliciter legatarij, & quamuis
non conſtet factam fuiſſe alienationem, ta-
men dicitur ad ſuperuiuentem fundum le-
gatum pertinere, quod non contingeret, ſi
non eſſet abſolutum fideicommiſſum.

Additur deinde ratio, quæ vrgentiſſima
dicitur, in qua concluditur, in prohibitione,
& in ratione potiſſimum ſtuduiſſe teſtatorẽ,
ne bona familiam exirent, & præcipuè illi
cordi fuiſſe, ne ad extraneos tranſirent, ex
quibus deducitur ſatisfactum eſſe teſtatori,
dum bona remanent apud vnum de familia.

Sed ego puto rationem hanc parum vr-
gere, ſi enim ſpectamus ſolum prohibitionẽ,
dummodo non alienetur extra familiam ſa-
tisfactum eſt teſtatori, & ratio intrat, ſed ſi
poſtea ſimul etiam (vt decet) conſideremus
rationem, ex qua inducitur abſolutum fidei-
commiſſum, quia ex eo reſultat vocatio, in-
teorio teſtatoris eſt, vt non exeant bona de
familia, ſed vt maneant apud vocatos, cui
menti non eſt ſatiſfactum, niſi ad vocatos
bona perueniant, & proinde vnum ſolum
ex vocatis inſtituere non eſt ſeruare volun-

taiem

aiem teſtatoris.

Quatenus verò additur, verba *vlterius cupiens d.teſtator &c.* ex ſe nihil diſponere, ſed pendere à prohibitione poſtea ſequenti, & ideò non reſultare fideicommiſſum abſolutum, quemadmodum non reſultaret ſi non præceſſiſſent dicta verba *vlterius d. teſtator cupiens &c.*

Reſpondetur, immo verba præcedentia diſponere, aliud enim non eſt dicere cupiens d.teſtator, quam, quia cupit d.teſtator, ex quo ſequitur ratio, quæ induxit teſtatorē ad prohibitionem, & ſi pendet à prohibitione, pendet vti eius ratio, quæ adiecta prohibitioni veſtitæ importat fideicōmiſſum abſolutum, vt ex communi dictum eſt, & ſi *Doct. in d.* §. *Diui* ſcribūt, rationem vti pendentem à prohibitione non inducere fideicommiſſum abſolutum, loquuntur, quando prohibitio eſt nuda.

Nec *deciſio Rotæ coram Manzanedo inter deciſ. Pereg. poſt deciſ. 134. quæ eſt inter recēt. deciſ. 300. p. 1.* videtur mihi facere ad caſum noſtrum; quia ibi ratio conſeruationis agnationis erat adiecta poſt pręcedentes ſubſtitutiones, & deciditur ad illas reſtringi, & non extendere eas de perſona ad perſonam, quod eſt conforme traditionibus *Doct. vt per Menoch. præſumpt. 73. nu. 5. in 4.* hic autem ratio eſt adiecta poſt prohibitionem veſtitam, ex qua reſultat abſolutum fideicommiſſum ex communi confirmata, & probata etiam *in eadem deciſ. ſub nu. 16. in fine*, cuius abſoluti fideicommiſſi effectus eſt, vt cum plures ſint vocati, vnus ſolus non inſtituatur, vt iam probaui, cui effectui nihil eſt *in d. deciſ.* quod repugnet.

Tandem, nec obſtant conſiderationes poſitæ in fine conſultationis. Prius, dùm dicitur, ſi factum fuiſſet fideicommiſſum abſolutum, non erat, quod in caſu alienationis vocarentur alij inſtituti: Immo dicitur hoc fuiſſe neceſſarium, quia fideicommiſſum abſolutum nō prouidet, niſi in caſu mortis, nec prius alienationes retractari poſſunt, fideicommiſſi autem in caſu contrauentionis caſus venit eo inſtanti, quo eſt alienatum; præterea & melius, vocare alios inſtitutos in caſu alienationis eſt exprimere id, quod tacitè ex le-
13 ge ineſt, † quæ expreſſio nihil operatur *l. 3. ff. de leg. 1.* vel dici poteſt, hoc fuiſſe expreſſum non ad excludendum abſolutum fideicommiſſum, ſed ad tollendam dubitationem, vtrū in caſu alienationis prohibitæ vnà cum inſtitutis ſuccederet Marcus, vel eius filij, qui à teſtatore appellantur ſubſtituti. Secunda ratio fundatur in hoc, quod ſuam ordinationem teſtator ſępè vocat prohibitionem, & nūquam fideicommiſſum, ergo non vult, vt ſit fideicommiſſum abſolutum: Sed hoc non vrget, quia eſt fideicommiſſum reſultans ex prohibitione alienationis, ideò potuit rectè appellari prohibitio, & intelligitur prohibitio talis, quæ inducit fideicommiſſum abſolutum.

Vltima ratio eſt, quod ſi inductum fuiſſet fideicommiſſum in caſum mortis, ſuperfluum fuiſſet addere prohibitionem per vltimam voluntatem. Cui rationi reſpondetur, parum concludere, quia non dicimus ex ſola ratione præcedenti induci fideicommiſſum in caſu mortis, ſed iuncta prohibitione veſtita; ex qua ſola dicimus non induci fideicommiſſum in caſu mortis, ſed adiecta ratione, ne reddatur ſuperflua, tunc dicimus ex prohibitione reſultare fideicōmmiſſum in caſu alienationis, ſi ſimpliciter ipſa conſideretur; & in caſu mortis ob rationē additam: præterquam quod non eſſet inconueniens, quod licet induceretur d. fideicommiſſum in caſu mortis, tamen ad tollendam omnem dubitationem etiam prohibeatur alienatio per vltimā
14 voluntatem, multoties cōtingit, vt teſtatores, ſeù notarij exprimant id, quod tacitè ex expreſſis colligebatur *l. 1. §. ſed ſciendum verſ. ego puto, ff. de ædilit. edict. & per hunc tex. Mātic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 1. n. 15. & clarius lib. 3. tit. 6. ſub num. 7.*

15 Ex authoritatibus autem ad ſententiam ſuam allegatis à D. Giouagnono, illæ, quæ de hoc ex profeſſo, & non incidenter tractant, aut loquuntur in ratione addita poſt prohibitionem nudam, in qua ſimpliciter fuit prohibita alienatio, in his terminis non inducitur fideicommiſſum in caſu mortis, & ideo non eſt mirum ſi vni de familia relinqui poteſt: *Ita Cum. conſ. 114. Bolognet. §. Diui nu. 303. & 307. in fine Pariſ. conſ. 72. in 2. & Ceph. conſ. 16.* Aut ſunt de illis, qui contra communem opinionem tenent, rationem, etiam additam poſt prohibitionem veſtitam non inducere fideicommiſſum in caſu mortis, ita *Ruin. Alciat. & Rip. in d. §. Diui.* Aut mouētur ea ratione, quod relinquendo vni ſatisfactum eſt menti teſtatoris; quod ego ſemper inficiabor, quia īmmo voluit teſtator, vt bona maneant in proximioribus, & in pluribus, ſi plures ſunt, vt ius commune vult, cui voluntati nō eſt ſatisfactum ex eo, quod aliqui tan-
16 tum ex proximioribus inſtituuntur. † Aut loquuntur, quando non eſt expreſſa ratio, vt

bona

bona in famil'a conſeruentur, ſed ſubintelli-
gitur,& colligitur ex illis,quæ prohibitionem
veſtiunt,tunc modo intrat ratio ſuperfluitatis
euitādæ,ita *Decian. conſ.59 n.62.& ſeq.in* 3.
17 Alij loquuntur in caſibus, in quibus permiſſa
eſt alienatio in familia per dictionem, *niſi*,
vel aliam ſimilem, tunc videtur à teſtatore
receſſum ab ordine legis, vt ad proximiores
bona veniant, & id totum reliquiſſe videtur
arbitrio prohibitorum, ità *Decian. conſ.* 78.
num.9.in 3. Alij etiam ſunt, qui de re hac ex
profeſſo non agunt,ſed aliud agendo,ſcilicet
an poſſit alienari conſentientibus alijs de fa-
milia, id dicunt incidenter confirmando eo-
rum opinionem in puncto, de quo principali-
ter agunt, ita *Cum.in l.qui Roma* §. *cohæredes*
num.4.ff.de verb.oblig. & Soc. iun.in d.§.Diui
*num.*46. Reſtat ſolus *Mantic.in lib.8. tit.*12.
*nu.*15.qui tamen ità diſtinguit,aut fideicom-
miſſum ſimpliciter relictum eſt familiæ, &
tunc vni non poteſt relinqui, aut relictum eſt
fideicōmiſſum, vt in familia bona maneant,
& tunc vni poteſt relinqui, ſed non conſtat,
ſub quo capite ponat caſum noſtrum, ex illis,
quæ ipſe allegat in ſecundo caſu,credendum
eſt, eum loqui, quando poſt ſimplicem pro-
hibitionem eſt ratio adiecta, tunc videtur re-
lictum fideicommiſſum, vt in familia relin-
quatur, eſt enim ſatisfactum deſiderio teſta-
toris ex eo ſolo, quod non relinquitur extra
familiam,ſed in caſu noſtro,cùm ex commu-
ni inducatur abſolutū fideicommiſsum, quia
illud eſt per viam vocationis verſamur in pri-
mo capite, quando fideicommiſsum eſt fa-
miliæ relictum.
18 Itaq; ſublatis omnibus fundamentis par-
tis contrariæ puto pro parte noſtra iudican-
dū eſſe & ſi *Dec.in conſ.*217.*in fine* ait, quod
iudicaret pro non abſoluto fideicommiſſo,
ſupponit præceſſiſſe prohibitionem ſimpli-
cem, & ità non veſtitam, & nos verſamur in
prohibitione ex ſe ſatis veſtita ſine ratione.

Et quando etiam ex hac prohibitione re-
ſultaret tantum fideicommiſſum in caſu trā-
ſlationis bonorum in extraneos (quod tamē
vt falsū ſemper negatur) ſaltē nō poterit ne-
gari, quando ex hoc fideicōmiſſo in caſu cō-
trauentionis colligatur, quæ fuerit mens te-
ſtatoris, in fideicommiſſo reciproco antece-
denti; vt quemadmodum in hoc æqualiter
grauatus eſt Marcus, quemadmodum, & alij
filij teſtatoris, ità, & in illo ſit grauatus idem
Marcus reciprocè, quemadmodum alij hæ-
19 redes ſunt grauati, data enim rationis idē-
titate id, quod teſtator ſenſit in vna parte te-
ſtamenti, & in alia ſenſiſſe intelligitur *Alex.
conſ.*35.*nu.3.in* 5.*& alij plures*,quos citat, &
ſequitur *Bec.conſ.*111.*ſub nu.* 40.an.1617.
Martij.

Laus Deo,& Virgini.

EPITOME.

Fideicommiſſum expreſſum nunquid exten-
datur ex ratione generali.
Familiæ nomen in fideicommiſſis, quando
accipi debeat effectiuè, & quando con-
tentiuè.
Impugnatur *Peregr. conſ.*57.*lib.*5.eiuſq; ra-
tionibus reſpondetur.

SVMMARIVM.

1 V*Ox progenies ſignificat deſcendentiam.*
4 *Fideicommiſſa extenduntur ex ratione
generali etiam ad alias perſonas, & nu.*21.
*Quia ratio generalior diſpoſitione eam ampliat
num.* 19.
*Præſertim, ſi ratio ſit deſiderium conſeruandi
bona in familia nu.* 3.5 *&* 9.
Sic etiam ratio reſtringit dictum nu. 22.
*Quando tamen ratio habet relationem ad di-
ctum reſtringitur ad terminos illius nu.* 10.
& 16.
*Eſt autem ratio ordo gerendorum ex cauſa ve-
nientium nu.* 24.
Et ratio non poteſt eſſe ſine cauſa Ibid.
6 *Fideicommiſſum ſub conditione*, ſi hæres de-
ceſſerit ſine filijs, *extinguitur ſi moriatur
cum filio iuxta conſ.* Oldrad 21
*Etiam ſi factum ſit fauore agnationis nu.*7.
*Ab hoc tamen receditur, quando teſtator vult
bona conſeruari in familia nu.*8.
11 *Familia nomen intelligitur effectiuè.*
Præſertim, quando adeſt genitiuus eius *num.*
18.
*Sed verior eſt opinio, vt intelligatur de fami-
lia contentiuè nu.*2.*&* 13.
*Maximè, quando agitur de fideicommiſſo pro
conſeruatione familiæ nu.*13.
*Et, quando adſunt verba inculcata, quæ ſigni-
ficent familiam nu.*15.
*Etiam, ſi teſtator nominauerit ſuam familiam
num.* 17.
12 Peregr.conſ.57.lib.5.*rationibus reſpondetur
& nu.*13.*cum plur. ſeq.*
14 *Verba non debet eſſe ſuperflua.*
18 *Genitiuus* eius *ſignificat cauſam proximam
efficientem.*
20 Rot.deciſ.300.p.1.recent.*in quibus termi-
nis*

nis procedat.

Eius dicta ſub n. 22.*impugnā tur nu.*21.

Bartol. *dictum* in §. fundum l. patris filium ff.
de leg 3. *eſt communiter receptum, & defenditur ab impugnationibus* Rotæ in d.
deciſ. *Ibid.*

23 *Dictum Doctoris eſt intelligendum ſecundum
legem, quam allegat.*

RESPONSVM XXIV.

Auſpice Chriſto.

DIligenter conſiderato, teſtamento Ill.mi Co. Vbertini de
Lãdo, inſpecta voluntate teſtatoris, vt decet, puto pro
ritate dici poſſe, fideicõmiſſum, de quo in d. teſtamẽto
expreſsè factum in caſu, quo aliquis filiorum
inſtitutorum decederet ſine filijs, etiam produci ad caſum, quo ambo filij decederent ſine filijs, vel aliter eorum lineæ extinguerentur, & vocari alios eiuſdem familiæ tranſuerſales teſtatoris, quod manifeſtiſſimè deducitur ex ratione generali adiecta poſt fideicõmiſſum expreſſum his verbis concepta: *Quia intentio mea firmiſſima fuit, & eſt, quod dicta bona mea conſeruentur, & remaneant in domo, & progenie, ac familia mea de Lando*, in qua, cùm teſtator inſinuet nedum deſiderium
1 conſeruandi bona in deſcendentibus ſuis, † vt
denotat vox illa *progenies l fin C de emancip. lib. Franch. in c ſi pater ſub n.* 120.*verſ.(quarto qui) de teſtament. Corn. conſ.* 317. *nu.* 3. *in* 3. *Curt. iun conſ.* 5 *ſub nu.* 40. *Sim. de Prat. cõſ.* 110. *n.* 14 *in* 1. ſed, & in domo, & familia, ſub
2 † quibus verbis certum eſt contineri omnes
de agnatione, etiam tranſuerſales, *Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib.* 3 *ſolut.* 11. *nu.* 22. *& nu.* 25. *fol.* 289. *Peregr. de fideicommiſſ. artic.* 22. *nu* 26. conſequens eſt, vt dicatur velle fideicommiſſum in defectum deſcẽdentium, etiã ad agnatos tranſuerſales exten-
3 di, nimirum, † quia ex deſiderio, vt bona non
ſolùm perueniant ad domum, & familiam, ſed
etiam, vt in ea conſeruentur, & remaneant, vt hic, fideicommiſſa extenduntur, ampliantur, declarantur, & quandoquæ inducuntur *l. & hoc modo, & l. & eo modo ff de leg.* 1. *l. pater filium in princ. l. nomen debitoris* §. *vlt. l. fideicommiſſa* §. *hac verba, & l. Pamphilo in princ. ff de leg.* 3. *Paul. conſ.* 238. *in fin. in* 2. *Decian. conſ.* 33 *ſub n.* 94. *verſ.(5 conſidero) in* 1. *Menoch conſ.* 458. *nu.* 29. *in* 5. *Pariſ conſ.* 1. *n.* 32. *cum ſeq.* præſertim *nu.* 36. *in* 3. *Surd conſ.* 96. *nu.* 42. *& ſeq.* & pleniſſimè *conſ.* 67. *nu.* 20. *cum pluribus ſeq. in* 1. *Rota deciſ.* 640. *nu.* 16.
4 *parte* 1. *diuerſ.* præſertim † quando hoc deſiderium eſt expreſſum in ratione, cuius natura eſt ampliare diſpoſitionem fideicommiſſi, cuius eſt ratio *Bar. in l. pater filium* §. *fundum ff de leg.* 3. *Rom. conſ.* 457. *nu.* 1. *Alba conſ.* 34. *nu.* 4. *in* 1. *Surd. d. conſ.* 67. *nu.* 22. *cum ſeq. in* 1. *Pereg. conſ.* 45 *n.* 13. *& ſeq. in* 1. & clarius *de fideicommiſſ. artic.* 11. *nu.* 54. dicens, quod
5 † quando eſt conſtitutum fideicommiſſum
ſtrictè ad certas perſonas ſubiecta generali ratione apta comprehendere plures perſonas, etiam ad illas fideicommiſſum extenditur, quæ perſonæ vi rationis continẽtur *Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib.* 3 *ſolut.* 11. *in princ. & n.* 64. *fol.* 287. *&* 292. *Petra de fideicommiſſ. q.* 5. *num* 81. *& ſeq.* & plura ad propoſitum congeſſit *Illuſtriſſ. Mãtic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 9. *& ſeq.*

6 Ita etiam, quamuis fideicõmiſſum factum
ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs, adeò intelligatur ad hunc caſum reſtrictum, vt decedente grauato cum filio extinguatur, ſecundum vulgare conſ. *Oldradi* 21.
7 etiam, † quod fauore agnationis ſit factum
Oddus conſ 66. *Surd. conſ.* 448. *in* 3. quando
8 tamen conſtat de voluntate teſtatoris, vt bo-
na ſucceſſiuo tempore ſint in familia, vt hic
conſtat ex verbo *conſeruentur, & remaneant*, extenditur, & producitur etiam mortuo grauato cum filio *Caſanat. conſ.* 20. *num.* 30. *Ruſtic. ad l. cum auus lib.* 4. *c.* 2. *nu.* 13. plenè *Pereg. conſ.* 49. *in* 1.

9 Illud enim videtur eſſe receptiſſimũ, quod
quando teſtator oſtendit ſe deſiderare conſeruari bona non ſolum in deſcendentia, ſed & in familia, & agnatione, vt in hoc caſu, in quo loquitur de progenie, & familia, & id non poteſt ſortiri effectũ, niſi & agnati tranſuerſales ſint vocati tũc ad eos fideicommiſſũ extenditur, ac ſi in verbis ipſi eſſent ſubſtituti *Alba. conſ.* 51. *à nu* 1. *ad* 9. *in* 1. *& conſ* 483 *à nu.* 2 *ad* 5. *in* 3. *Rota deciſ.* 51. *num.* 4. *part.* 1. *diuerſ. Guid. Pap deciſ.* 469.

Et ſi quandoq; euenit, vt ratio reſtringatur
ad terminos dicti, vt apud *Alex. conſ.* 59. *in* 3.
10 id procedit, quando ratio habet relationem
ad diſpoſitionem, cuius eſt ratio *Surd. d. conſ.* 96. *nu.* 40. *& in deciſ.* 85. *ſub nu.* 1. *verſ (ſenatus autem) Oſaſch. deciſ.* 49. *ſub nu.* 12. *verſ. (non obſtat)* & in caſu noſtro non adſunt in ra-

tione

tione verba relatiua ad diſpoſitionē, potius ex eo, quod † in ratione fit mentio non ſolùm de progenie, & deſcendentia, de qua dictum eſt in diſpoſitione, ſed etiam de domo, & familia conſtat rationem nō eſſe relatiuam ad diſpoſitionem.

11 Neque prædictis obſtat, quod † ratio importet fideicommiſſum tantum in familia teſtatoris effectiuè, & ita in deſcendentibus ſuis tantum, quia, & de familia ſua loquitur teſtator cùm pronomine, *mea*, quæ dubitatio ſatis corroboratur ex illis, quæ in cauſa *Bon. de Lambertinis* ſcripſit *Peregr. conſ. 57. in 5.* ſecundum quod conſilium reſolutum fuiſſe in *Rota Romana* idem *Pereg.* teſtatur referendo deciſionem in ſua *deciſ.* 134. quæ eſt inter *recent. deciſ.* 300. *par. 1.*

12 Siquidem rationes, quibus mouetur *Pereg.* pro parte ſunt valdè controuerſæ, & ab eo etiam impugnatæ, & pro parte non accōmodantur ad caſum noſtrum, vt mox oſtendam, nec graue eſt fundamentum, quod fit in *deciſ. Rotæ*, quia alias prius à Rota fuerat reſolutum pro contraria parte, & in caſu reuiſionis coram *D. Manzanedo* omnes Patres non conuenerunt recedendum eſſe à priori deciſione, & (vt credo) eadem cauſa adhuc pēdet in Rota in ſecunda reuiſione eſſet expectanda vltima hæc reſolutio, & in omnem euentum rationes deciſionis non obſtant, vt inferius oſtendam.

Mouetur autem *Pereg.* potiſſimùm ea ratione, quod familia accipitur contentiuè, & effectiuè, & quòd in dubio potius effectiuè, quam contentiuè accipitur ex pluribus, quæ ipſe allegat.

Ad quod reſpondetur veriorem eſſe opi-
13 nionem, † familiam accipi potius contentiuè, quam effectiuè, maximè dum agitur de fideicommiſſo tendente ad conſeruationem familiæ, quod particulari hac ratione dicitur fauorabile *Marzar. in epitom. fideicommiſſ. in 2. parte q. 1. nu. 8.* & quod verior ſit opinio, vt familia contentiuè accipiatur tenet *Illuſtriſs. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. nu. 12.* recedens à *Ruin. in conſ.* 153. *nu. 10. in 2.* & *Manticam* ſequitur *ipſe Peregr. de fideicommiſſ. artic. 22. ſub nu. 26. verſ.* contra verò. & ſi hi Doct. ita tenent, quando teſtator ſimpliciter dixiſſet de familia, quod ad deſcēdentes facilè reſtringi poſſet, multò magis id tenendum in hoc caſu, in quo, cum teſtator locutus fuerit de deſcendentibus in ſpetie, dum de progenie loquitur, neceſſe eſt, vt loquendo de familia non includat deſcendentes, alias nimis abſurdum eſſet, quod teſtator exprimeret tria verba .ſ. domum, progeniem, & familiam, & vellet loqui tantùm de deſcēdentibus, quid enim illa verborum gemina-
14 tio, & triplicatio operaretur? certè nihil, † qđ non eſt dicendum *l. ſi quando ff. de leg. 1. cum*
15 *vulg.* Et in puncto, † quando adeſt iſta inculcatio verborum, quod ſenſus ſit contentiuè, non effectiuè, ne vnum verbum reddatur ſuperfluum, expreſsè tenet *Bald.* vidend. *in cōſ. 334. ſub nu. 7. ibi (ſed iſte ſenſus, & intellectus, &c) in 3.* licet *Pereg. in d. conſ. 57.* illū alleget pro parte, quod verba accipiantur effectiuè.

Secundò, in cauſa de Lambertinis conſi-
16 deratur, † rationem fuiſſe reſtrictā ad diſpoſitionem præcedentem, quia in ea dicebatur de deſcendentibus familiæ, ad quos hæreditas peruenire debebat ex deſiderio teſtatoris, ideò concludit *Pereg.* non poſſe intelligi de tranſuerſalibus, quia id eſſet perſonam extrinſecus ſubintelligere, &. quia ex repetitione deſcendentium conſtat rationem, habere cum præcedentibus continuationem, ideo & ad præcedentes eſt reſtringenda, ex *textibus* ab ipſo *Peregrino* inductis *n. 6 cum ſeq.* quod etiam ego ſupra firmaui, rationem .ſ. relatiuam ad diſpoſitionem, cuius eſt ratio, ad eam reſtringi.

Tota hæc argumentatio ceſſat in caſu noſtro, in quo diſpoſitio eſt de deſcendentibus, & ratio dicit de deſcendentibus, & de familia, & domo, ita eſt ipſa diſpoſitione generalior, non habet relationem, nec continuationem ad præcedentia, ideo poterit fideicommiſſum inter deſcendentes etiam ampliare ad tranſuerſales authoritatibus antea adductis, quod non poterat ratio, de qua in cauſa de Lambertinis.

Tertiò conſiderat *Peregr. ſub num. 9. verſ.* Mouentur autem, teſtatorem facientem mētionem de familia, intelligere ſemper de ſua familia, ad id citando authoritates *Bart. Soc. Curt. & aliorum.* Quod nihil obſtat, quia iſte
17 authoritates cōcludunt, † ſentire teſtatorem de propria ipſius familia .ſ. ſui Colonelli, in qua etiam, & tranſuerſales continētur, & non de familia alterius Colonelli, & ita loquuntur illi *Doct.* qui conſuluerunt in teſtatore diſponente de familia *de Fontana*, quos ipſe *Pereg.* allegat, quibus & addi poteſt *Alba conſ. 483. num. 42. & apud eum Buccabarel. in conſ. ſeq. nu. 76. & 79. & Menoch. conſ. 30. nu. 13. in 1.* vel concludunt ſenſiſſe teſtatorem de ſua familia ad excluſionē familiæ hæredis, vt apud

Menoch.conſ. 124. *nu.*28.*&* 34.*in* 2. non concludunt autem ad incluſionem deſcendentium tantum,& excluſionem tranſuerſalium, qui, & ipſi propriè ſunt de familia teſtatoris.

Ea etiã, quæ idem *Pereg*. addit de verbis, quæ potius in ſpecie, & per prius, quam in genere, & per poſterius accipienda ſunt, & quod ſit ſumenda interpretatio, qua hæres minus grauetur, poſſunt conſiderari in caſu dubio, vt in teſtamento Comitis Lambertini, in quo tantum dicebatur de proximioribus deſcendentibus de caſata, & agnatione, non in noſtro caſu claro, in quo teſtator ſub ratione incluſit, deſcendentes loquendo de progenie, & etiam tranſuerſales addendo de domo, & familia.

18 Quarto conſiderat *Pereg*. genitiuum *eius* demonſtrãtem cauſam proximam efficientem, & proinde familiam effectũ immediatè à teſtatore, & id ait recipere *Gabr.cõſ.* 132. *nu.*60.*in* 1.

Quod nihil ad caſum noſtrum, in quo non adeſt caſus genitiuus, ſed pronomen *meæ*, quod neceſſariò non denotat cauſam efficiẽtem proximam, vt caſus genitiuus, ſed cum dicatur de progenie, hoc eſt de deſcendentia, & ẽt de familia, pronomen eſt adiectum ad excluſionem aliarũ familiarum *de Lando*, ex alia deſcendentia, vel alio colonello, in quibus cum non contineretur teſtator, non poterant dici familiæ ſuæ; Nec reſoluit *Gabr*. vt refertur, ſed ſimpliciter adductis authoritatibus *Baldi*,*&* *Ruini*, ſubſiſtit.

Quintum fundamentum eiuſdem *Pereg*. quod, qui innititur fideicommiſſo, debet probare incumbentia per probationes certas in iure, & in facto non obſtat, quia ſupponere, quod tranſuerſalis agnatus non probet certitudinariè in iure ſe eſſe de vocatis eſt petere principia quæſtionis, & ſupponere id, de quo diſputatur.

Vltima ratio *Pereg*. de clauſula reddente rationem diſpoſitorum, quod à præcedentibus reſtringatur, & moderetur, nihil obſtat in caſu noſtro, quia quicquid ſit in teſtamento Co. Lambertini, in quo ratio (vt antea dixi) refertur ad præcedentia, id non procedit in caſu noſtro, in quo ratio per ſe ſtat, & plura ponit, quæ non ſunt in diſpoſitione, ideò

19 conuenit, † vt ratio generalior diſpoſitione ampliet ipſam diſpoſitionem *vulg. l. cùm pater* §. *dulciſſimis ff. de leg.*2. *cùm authoritatibus ſupra citatis*.

20 Fundamenta autem deciſionis coram D. Manzanedo in eo potiſſimum cõſiſtunt, quod in teſtamento de Lambertinis ratio veniebat conſecutiuè, & relatiuè ad ſubſtitutiones factas, & ideò benè poteſt declarare, & etiam ampliare ſubſtitutiones, ſed inter perſonas deſcendentium, de quibus teſtator cogitauit, non verò ad alias perſonas tranſuerſales etiã in remotis gradibus conſtitutas, de quibus teſtator non cogitauit, nec coniecturis aſſequi poteſt de illis ſenſiſſe.

Quæ caſui noſtro non accommodantur, quia licet poſſit dici, rationem venire conſecutiuè in quantum continet motiuum teſtatoris, & cauſam diſpoſitorum, nullam tamen habet relationem ad ſubſtitutiones præcedentes, ita vt ad perſonas, de quibus in illis, reſtringatur; ſed nedum ex cõiecturis, verum & ex verbis conſtat, teſtatorem non cogitaſſe ſolum de perſonis, de quibus in præcedentibus ſubſtitutionibus, ſed & de alijs, dum de progenie, & familia loquitur; Illud e-

21 tiam eſt veriſſimum, † ſubiectam rationem extendere fideicommiſſum etiam ad alias perſonas fundatum in doctrina *Bar. in l. pater filium in* §. *fundum ff. de leg.* 3. quod dictum eſſe communiter receptum poſt *Pariſ.* teſtatur *Clar. in* §. *teſtamentum q.*76. *verſ. quinimo* & ſequitur *Pereg*. iam allegatus, qui non poſſet clarius loqui *artic.* 11. *nu.*54. Nec pro veritate dici poteſt in hoc à *Bar*. recedere *Albã in conſ.* 361. *nu.* 13. *&* *Bar.* ſibi ipſi fuiſſe contrarium, quia *Alba* recedit à *Bar*. quatenus tenet, enunciatiuam nõ expreſſam per modum rationis non diſponere, vt etiam ab eo in his terminis recedit *Ripa*, qui ab *Alba* allegatur *in l. filiusfam.* §. *Diui num.* 120 *ff. de leg.* 1. quatenus verò tenet enũciatiuam expreſſam per modum cauſæ, vel rationis diſponere, in quo *Bar*. allegatur pro nobis, *Alba* eum non impugnat, nec ab hoc prorſus recedit idem *Bar. in l. qui volebat in fine ff. de hered. inſt. & in l. ſi ſocer Lutius num.*4 *ff. ſolut. matrim*. Dicitur præterea ex *Bar*. ſolum colligi rationem generalem declarare dictum, non illud extẽdere, ſed id facile euitatur, quia qui extendit etiam declarat mentem teſtatoris applicari ad caſum, ad quem fit extenſio,

22 & cum † *Bar*. ad dictum ſuum alleget *l. cum pater* §. *dulciſſimis ff. de leg.* 2. quæ probat ſecundum rationem dictum reſtringi; conſtat ipſum non loqui de ſimplici declaratione ad doctrinam eiuſdem *Bar. in l. non ſolum ff. de lib. legat*.

Additur etiam *Bart*. loqui in ratione, quæ per ſe ſtat principaliter *l.* §. *& ideo feci, qui* volo

vol. &c. ſed nos in ratione, quæ venit conſecutiuè.

Animaduertendum tamen eſt illa verba, *& ideò*, eſſe ex præcedentibus illatiua, ob id non magis facere, vt ratio veniat principaliter, ac ſi ſimpliciter dictum eſſet, *quia volo &c.* nec in hoc *Bart.* eum facit, ſed in eo, quod verba ſint purè enunciatiua, vel expreſſa ſint per modum rationis.

Dum poſtea in eadem *deciſ.* dicitur, tunc rationem ampliare, quādo apponitur principaliter, & diſpoſitiuè, non quando cauſatiuè, & conſecutiuè. Reſpondeo in caſu noſtro, rationem non venire conſecutiuè, cum ex ſe ſtet nullam habens dependentiā, vel relationem ad præcedentia, niſi quatenus eorum rationem exprimit. Quod verò ratio ſtans cauſatiuè non ampliet, non puto iuris eſſe, alias ſequeretur, quod nulla ra-
24 tio generalis ampliaret, quia cum ratio ſit ordo gerendorum ex cauſa venientium, & nō poſſit eſſe ſine cauſa *Io. Monach. in c. vlt. de iuram. calum. in 6.* quem cum alijs ſequitur *Tiraquel. in tract. ceſſante cauſ. in 1. part. nu. 1. cum ſeq.* nulla eſt ratio, quæ non ſtet cauſatiuè.

Tandem in illa cauſa de Lambertinis ratio adiecta ſatis operabatur, & non reddebatur inutilis, etiam quod non extenderet fideicommiſſum ad omnes de agnatione, quod præcipuè cōſideratur in *deciſ. ſub nu. 24.* & in caſu noſtro ratio prorſus redderetur inutilis, ſaltem quatenus vltra progeniē etiam conſiderat familiam, ſi non extenderet fideicōmiſſum ad illos de domo, & familia, qui nō eſſent de progenie, & deſcēdētia.

Quare intrepidè teneo, nec *conſilium Peregr.* nec *deciſ. Rotæ* facere aliquam dubitationem in caſu noſtro, ſaluo ſemper iudicio cuiuslibet rectius ſentientis.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Fideicommiſſum inter omnes de familia teſtatoris contentiuè, quando inductum dicatur: Et quando fideicommiſſum abſolutum inducatur ex ratione adiecta prohibitioni alienationis.

In quibus caſibus non habeat locum *conſ. Oldrad. 21.*

Fœminæ quando non faciant deficere conditionem *ſi ſine filijs.*

SVMMARIVM.

1 *Vna determinatio plura reſpiciens ea æqualiter determinat.*

2 *Ratio conſeruandi bona in familia, ex quibus deſumatur.*

3 *Familia accipitur contentiuè, non effectiuè quando dictum eſt* de Coſtabilis.

Item, quando ſumus in diſpoſitione inducta, vt bona conſeruentur in familia nu. 4.

Præſertim, ſi tranſuerſales nō præferantur deſcendentibus Ibid.

Et maximè, ſi adſint verba omnes de familia includentia nu. 5.

6 *Ratio conſeruandi agnationem adiecta prohibitioni alienationis inducit fideicommiſſū & nu. 7. 10.*

Maximè quando ratio eſt geminata, & deſiderium conſeruandi agnationem eſt reale nu. 35.

Quia volūtas teſtatoris in ratione potiſſimum conſiſtit nu. 18.

Et ideò extenditur iuxta rationem ab eo expreſſam nu. 30.

Siue exprimatur verbis diſpoſitiuis, ſiuè enūciatiuis nu. 7.

Secus autem quando ratio ex coniecturis colligitur nu. 10.

Et quando venit conſecutiuè nu. 22.

8 D. Clemens Merlinus nunc Sacræ Romanæ Rotæ Auditor Decanus *laudatur.*

9 *Voluntas teſtatoris expreſſa magis attenditur, quàm tacita, & veriſimilis.*

Secus autem ſi deducatur ex coniecturis, quæ colligantur ex diſpoſitis in teſtamēto n. 17.

12 *Numerus pluralis non eſt vno contentus.*

13 *Dictio, vt ſupra eſt relatiua præcedentium.*

14 *Dictio* vel *eſt disiunctiua, & alternatiua.*

15 *In alternatiuis ſufficit vnum verificari.*

16 *Conditio in fine poſita refertur ad omnes caſus præcedentes.*

19 *Coniecturæ, quæ ex expreſſis inferuntur, expreſſa dicuntur.*

20 Conſ. Oldrad. 21. *eſt communiter receptum, & à Rota approbatum.*

Etiam, quando teſtator deſiderauit agnationis conſeruationem nu. 21.

Et DD. tenentes hanc opinionem recenſentur num. 27.

Contrarium aſſeritur nu. 26.

Et ideò Auctor diſtinguit plura capita nu. 28.

A d. conſ. Oldrad. *receditur ex coniecturis num. 25.*

Præſertim, quando conſtat teſtatorem velle ſubſtitutiones eſſe perpetuas nu. 26.

23 *Dictio* & ſic *repetit qualitates præcedentes.*
24 *In claris non eſt opus coniecturis.*
29 Peregr. de fideicō. art. 29. ad fin. *reprobatur.*
Et eius rationibus reſpondetur nu. 32. & 33.
31 Alex. cōſ. 139. in 6. *reprobatur* à Rot. *& n. 45.*
33 *Tex.* in §. nos igitur auth. de reſtit. fideicom. *intellectus.*
34 *Tex. in* l. pater filium §. fundum ff. de leg. 3. *intellectus.*
36 *Dictis* quia *eſt redditiua rationis.*
37 *Fideicōmiſſum, quando dicatur reale, & quando perſonale.*
38 *Fœminæ an faciant deficere conditionem* ſi ſine filijs.
Propriè non continentur ſub nomine filiorum, ſed per extenſionem, quæ facilè ex coniecturis impeditur nu. 39.
Coniectura autem principalior eſt, quando teſtator voluit conſeruare agnationem n. 41.
Quod procedit etiam ſi voluntas teſtatoris deſumatur tantùm ex vocatione maſculorum num. 42.
40 *In teſtamentis inhæren. dum eſt proprietati verborum.*
43 *Deciſiones in cauſa* de Maximis *quomodo procedant.*
44 *Diſpoſitio* l. cum auus ff. de condit. & demonſtr. *non habet locum, quando teſtator cogitauit de filijs.*
46 *Deciſio in cauſa* de Lābertinis, *quæ eſt* deciſ. 300. p. 1. recent. *in quibus terminis loquatur.*

RESPONSVM XXV.

Auſpice Chriſto, & Beatiſſima Virgine.

CVM ex ſcriptis à Præſtātiſſ. Aduocatis Carpio, & Cocapanio, ſit plenè fundata intentio Illuſtriſſ. D. Io. Baptiſtę Coſtabilis Ferrarienſis actoris, meæ erūt partes inſeruiendo huic cauſæ inſiſtere tantùm in ſoluendis illis, quæ ex aduersò obijciuntur, quę ni fallor ad duo principalia capita deduci poſſunt: Quorum primum erit, an in teſtamēto D. Marſilij Coſtabilis adſit fideicōmiſſum nedum ad fauorem ſuorum deſcendentium, ſed, & aliorum trāſuerſalium de eadem familia: ſecundum erit, ſi adeſt, an defecerit, vel quia vnus ex primis grauatis deceſſit cum filio maſculo, vel quia ille filius maſculus deceſſit cum filia eiuſdem familiæ.

Reuertendo ad primum, intuendo diligēter verba teſtatoris, neceſſe eſt, vt dicamus adeſſe fideicommiſſum ad fauorem omnium de familia teſtatoris, etiam tranſuerſalium, niſi vellimus ſubtilitate confundere teſtatoris volūtatem; ipſe ita ſubſtituit, *prædictis ſuis filijs deſcendentibus, vel altero ipſorum decedente ſine filijs bona peruenire debeant ad aliū, vel ad alios ſuperſtites &c.* hæc ſubſtitutio aliorum ſuperſtitum, quatenus refertur ad caſum, quo ambo filij teſtatoris morerentur ſine filijs, non poteſt intelligi de alijs à teſtatore deſcendentibus, & de ſuperſtitibus ipſius familiæ effectiuè, quia vocantur in caſu, quo familia effecta à teſtatore extingueretur per mortem filiorum teſtatoris ſine filijs, eodem modo etiam intelligetur, quādo vocatio reſpicit caſum, quo vnus moriatur ſine filijs;
1 vna enim determinatio reſpiciens duo, eaæqualiter determinat *l. iā hoc iure ff. de vulg. & pupil. cum alijs vulg.* ſecundum quam intelligentiā, quia poterat dari caſus, quo dubitaretur, an plures eiuſdem familiæ ſuperſtites admitterentur, immo ad tollēdam omnem dubitationem, teſtator repetendo rationem poſitā ante ſubſtitutiones declarat velle bona ſtare, & remanere in familia proximiorum illorum *de Conſtabilis;* In voluntate clara ſumpta ex verbis non ſunt neceſſariæ coniecturæ, quæ tamen ſi neceſſariæ eſſent,
2 vrget† maximè coniectura, quā Domini Aduocati ſumunt, à ratione conſeruandi bona hæreditatis ipſius teſtatoris in familia ter à teſtatore expreſſa, prius in ſimplici conſeruatione, ſecundo cum qualitate *ſemper, & in perpetuum*, & tertio *vſquequo aliquis eorum de familia fuerit in rerum natura:* nec dicendum, ſenſiſſe teſtatorem de familia effectiuè,
3 quia repugnant illa verba *illorum de Conſtabilis* includentia omnes illius familiæ, in qua teſtator continetur, aliàs de ſua familia teſtator dixiſſet, ſi voluiſſent ſentire de familia ef-
4 fectiuè: †Et quando etiam verba id non ſignificarent ſubiecta materia diſpoſitionis inductæ, vt bona cōſeruentur in familia, ſuaderet nomen familiæ accipi cōtentiuè, præſertim, quando vocatis proximioribus non eſt periculum, vt tranſuerſales præferantur deſcendentibus teſtatoris. *Cum. conſ. 2. Ruin. conſ. 149. nu. 10. in 2. Ceph. conſ. 313. nu. 57. & ſeq. in 3. Gualdenſ. de art. teſt. tit. 5. cautel. 22. in fine,* & poſt hos *Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. fol. 11. num. 43. fol. 291.*
5 † qui aiunt id maximè procedere, quando adſunt verba omnes includentia, vt ad ſunt in caſu noſtro in prohibitione alienationis, dum

Digitized by Google

dum exprimitur deſiderare teſtatorem bona peruenire ad alios *de Conſtabilis* vſque quo alijs eorum fuerit in rerum natura.

Immo, quando etiam fideicommiſſum ad fauorem omnium de familia non induceretur
6 in verbis, † ſatis induceretur ex ratione tàt expreſſa continente deſiderium conſeruandi bona perpetuò in familia, & ob quam alienatio prohibita fuit *l. etiam hoc modo l. & eo modo ff. de leg. 1. l. pater filium in princ. l. nomen debitoris §. fin. l. fideicommiſſa §. hac verba, & l. Pamphilo in princ. ff. de l. 3*, nimirum, quia tale deſideriũ, vt impleatur præſupponit in neceſſariam antecedentiam fideicommiſſum perpetuum inter omnes de familia, & tanto
7 magis vrgent prædicta iura, † quod duo vltima tractant de deſiderio conſeruandi bona in familia expreſſo verbis enunciatiuis, id fortius erit in verbis diſpoſitiuis, & exprimentibus rationem finalem teſtatoris, *Paul. conſ. 238. in fine in 2. Pariſ. conſ. 1. num. 32. cum ſeq.* & præſertim *n. 36. in 3. Decian. conſ. 33. ſub nu. 94. verſ. (quinto conſidero) in 1. Menoch. conſ. 458. nu. 29. in 5.* & pleniſſimè *Surd. conſ. 67. nu. 20. cum pluribus ſeq.* vbi de ratione, vt bona maneant in familia, quæ non reſtringit, ſed ampliat fideicommiſſum illud inducendo in caſibus non expreſſis, *& conſ. 96. nu. 42. & ſeq. in 1. Pereg. conſ. 45. nu. 13. cum ſeq. in 1.* & melius *de fideicommiſſ. artic. 10. nu. 54.* dicens, quod, quando eſt conſtitutum fideicommiſſum ſtrictè ad certas perſonas ſubiecta generali ratione apta comprehendere plures aliàs perſonas extendi fideicommiſſum ad omnes perſonas, quæ vi rationis cõprehendi poſſunt *Sim. de Prat. de interpret. at. vlt. volunt. lib. 3. fol. 11. in princ. & nu. 64. fol. 287. & 292. Petra de fideicommiſſ. q. 5. num. 81. & ſeq. Rota deciſ. 640. ſub nu. 16. verſ. (& verba) part. 1. & diuerſ. deciſ. 489 p. 4. aduerſ.*

His minimè aduerſari arbitror ea, quæ no-
8 uiſſimè ſcripſit † Excellentiſs. Dominus Clemens Merlinus ſingulari facundia, ac doctrina præditus pro D. Iulia Aduerſaria, dũ prius diligenter cumulat regulas illas de re non loquitur ſubſtitutio, & quod non extenditur de caſu ad caſum: Etenim ex verbis, & ratior[illegible] tolluntur: Nec effectum rationis imp[illegible] ior dilectio teſtatoris ad Iuliam d[illegible] tem, quam ad actorem tranſuerſ[illegible] dem no.ı dilexit teſtator deſce[illegible] conſeruationem bonorum i[illegible] cundum hanc dilectionem [illegible] tutius eſt declarare volu[illegible]

ſecundum dilectionem formatum ex capite, & arbitrio voluntatẽ interpretantium, quippè facilè poſſent voluntatem modò huc, modo illuc trahere: vt eis commodius eſſet; Hac dilectione attenta non eſt dubitandum, eos eſſe magis dilectos, qui magis etiam conſeruare poſſunt bona in familia, quales ſunt agnati maſculi, & non deſcendens fœmin[illegible]: Nec me mouet, quod ſi teſtator noluiſſet diligere fœminas ſuæ deſcendentiæ, poſuiſſet filios in conditione cũ qualitate maſculinita-
9 tis, † quia eſſet hęc conſideratio alicuius ponderis, quando ratio conſeruationis familiæ præſumeretur, ſed nullius ponderis eſt, quando talis ratio eſt expreſſa, tunc ceſſat tacita, & veriſimilis voluntas *Bal. in l. in multis ff. de ſtat. hom.* & tantum poteſt expreſſa ratio conſeruandi bona in familia, quantum poteſt expreſſio maſculinitatis ad effectum, vt filiæ non faciant deficere conditionem filiorum, quod oportuniori loco infra demonſtrabi-
10 tur, † & multi DD. ex aduerſo allegati, qui ex ratione conſeruandæ agnationis non extendunt fideicommiſſum, loquuntur quando ratio coniecturis colligitur, quæ vt plurimum fallaces ſunt, ſentientes contrarium, quando ratio eſt expreſſa, vt inter alios manifeſtè ſẽtit *Soraph. in allegata deciſione 1486. nu. 16.*
11 Et quando adeſt ratio ſcripta, quod ex ea extendi poſſit fideicommiſſaria ſubſtitutio, facilè eſſet oſtendere ex allegatis à *Menoch. præſumpt. 73. in 4. & à Surdo d. conſ. 67.* ſed opus nõ eſt verſari in his difficultatibus, quia vocatio omnium eiuſdem nobilis familiæ *de Coſtabilis* eſt in teſtamento expreſſa, vt antea oſtendi.

Quam expreſſionem in vanũ nititur euertere D. Aduocatus aduerſarius, prius ſentit non diuertere teſtatorem ad alios tranſuerſales, niſi caſu, quo ambo ſui filij decederent, ita vt non remaneret perſona ex eorũ deſcendentia, quod non eſt in caſu noſtro, cum reperiatur D. Iulia, quæ ſub nomine filiorum continetur: Quod teſtator non vocet tran[illegible] [illegible] exiſtentibus deſcendenti[illegible] [illegible]d quod Iulia ſub nomine [illegible]uando adeſt deſiderium [illegible] familia nequaquã, quod

[illegible] verſ. *demum* [illegible]litionem *ſi ſi*[illegible] [illegible], quo alter ex [illegible] ſequitur, vt [illegible] filijs, & deſcen[illegible] aliter in tranſ- uerſa-

uerſalibus, & concludit teſtatorem prouidiſſe in caſu, quo alter ex filijs decederet ſine filijs, & in caſu, quo omnes decederent, ſed cum deſcendentibus, omiſiſſe autem tertium caſum, quando ſcilicet vterq; deceſſiſſet ſine filijs, qui caſus eſt propterea pro omiſſo habendus, quia coniecturis non eſt trahenda mens teſtatoris ad id, quod ipſe ex induſtria omiſit, allegando plura ad hoc.

Sed quòd verba *ſi ſine filijs* referantur tãtum ad caſum, quo alter ex filijs decederet ſine filijs, & tertius caſus ſit omiſſus falſum arbitror, verba contrarium manifeſtè id inſinuant, Prius hæres inſtituitur ſolus Brandeliſius filius, & quia grauatur reſtituere dimidiam Philippo alteri filio, intelligitur dictus Philippus ſubſtitutus per fideicommiſſum ad dimidiam, quando erit à banno liberatus, vel dicamus ſub conditione, ſi erit liberatus. Deinde eidem Brandeliſio teſtans ſubſtituit eius filios ſub conditione, ſi eorum pater decederet antequã Philippus reſtitueretur à banno, quod cum contingere potuerit adita, & non adita hæreditate à Brandeliſio, dicuntur eidem filij ſubſtituti per compendioſam conceptam per verbum directum *inſtituit*, & commune *ſubſtituit* iura ſunt hæc vulgaria, & omnibus nota, & ob id putauere eſſe eorum allegationibus nõ grauare Perilluſtres, & Excellentiſs. Dominos Iudices.

Hactenus de ſubſtitutionibus ſimplicibus, & non continentibus ſucceſſiuũ tractum temporis, & per quas curauit teſtator prouidere filijs ſuis, præſertim Philippo, & nihil præterea. Deinde in verſ. *inſuperq;* tranſit ab ſubſtitutiones reciprocas inter eius filios, & ad ſucceſſiuas in perpetuum, per quas intendit conſeruare bona in familia illorum *de Coſtabilis*, & ait *prædictis ſuis filijs, vt ſupra decedentibus* † hæc verba non poſſunt verificari in
12 ſolo Brandeliſio, quia in plurali dicitur *(ſuis filijs) l. vbi numerus ff. de teſtibus*, & particula *(vt ſupra)* non poteſt referri ad decedẽtiam filiorum, quia tantum de decedentia Brandeliſij antea dictum fuit, & non fuit dictum de decedentia ſine filijs, & ideò refertur ad perſonam filiorũ, quaſi dicatur prędictis ſuis filijs, de quibus ſupra ſ. Brandeliſio, & Phi-
13 lippo, † eſt enim particula *vt ſupra* relatiua præcedentium *Bar. in l. 1. §. hoc edicto in fine ff. de poſtuland. Dec. conſ. 226. num. 3.* & ideo non poteſt referre, niſi ea, quæ in præcedentibus continentur, deinde ſequitur teſtator poſtquam de ambobus filijs decedentibus, dixit, & ait, *vel altero ipſorum decedente ſine*
14 *filijs* † dictio, *vel*, eſt diſiunctiua caſuum, & alternatiua *Bar. in l. ſupra iter §. offitium ff. de aq. plu. arcend. Alberic. in dictionario in hoc verbo*, quæ diſiungendo oſtendit voluiſſe teſtatorem prouidere in caſu obitus amborum
15 filiorum, & vnius tantùm, † & vti alternatiua oſtendit ſufficere voluntatem verificari in vno caſu tantum *reg. in alternatiuis de reg.*
16 *iur. in 6.* ex quo ſequitur, † vt conditio *ſine filijs* referatur ad vtrunq; caſum, iuxta doctrinam *Bar. in l. talis ſcriptura in §. fin. nu. 3. ff. de leg. 1.* nec enim eſt ratio, vt magis referatur ad vnum caſum, quam ad alium, & proinde, cùm in his duobus caſibus alij ſubſtituantur, non poteſt dici, tertium caſum, quando ambo filij decederent ſine filijs remanere ſine prouiſione teſtatoris, & ita non tollitur fundatus fundamentum noſtrum, vt teſtator loquendo de alijs, quando non adſunt deſcendentes, neceſſariò intelligat de tranſuerſalibus, prout D. Aduocatus opinatus fuit, ſed inconcuſſum remanet.

Quo fit, vt nobis non ſit inſiſten. in illis, quæ de coniecturis dicuntur nimirum, quia intentio noſtra non coniecturis, ſed expreſſæ vocationi innititur, & quando inniterentur coniecturis facilè euitari poſſent doctiſ-
17 ſimè cumulata à D. Aduocato, † non enim procedunt, quando coniecturæ ex alijs diſpoſitis in teſtamento colliguntur, vt *ex Pariſ. Mar. Zar. & Burſat.* tenet *Graſſ. de ſucceſſ. §. fideicom. q. 4. n. 7.* præcipuè, quãdo verba non
18 repugnant, & colliguntur ex ratione, † in qua potiſſimũ conſiſtit voluntas teſtatoris *l. cum*
19 *pater §. dulciſſimis ff. de leg. 2.* † quæ enim coniecturæ ex expreſſis inferuntur, expreſsè dicuntur *Dec. in l humanitatis n. 7. C. de impub. & al. ſubſtit. Zanch. ad §. cum ita in 4. parte num. 210. & ſeq. cum alijs, de quibus Menoch. de acquir. poſſ. remed. 4. nu. 123.*

Amplector modo ſecundum caput præſentis conſultationis in eo conſiſtens, an defecerit fideicommiſſum, quo vocatus fuit D. Io. Baptiſta: Qui defendunt cauſam D. Iuliæ aiunt illud defeciſſe, quia Brandeliſius deceſſit relicto Io. Baptiſta filio ſuo, & ita defecit illa conditio, ſub qua agnati de familia vocati fuerunt, ſcilicet ſi ambo filij teſtatoris deceſſerint ſine filijs, & quamuis poſtea filius Brandeliſij deceſſerit ſine filijs maſculis, tamen non producitur fideicommiſſum ad grauamẽ dicti filij Brandeliſij, ſed extinctum per exiſtentiam dicti filij, ſemper manet extinctum, ad quod allegatur *vulg. conſ.*

Oldradi

20 *Oldradi* 21.† de quo non eſt dubitandum,
quin ſit communiter receptũ in praxi appro-
batum, & à *Sacra Rota Romana* ſępiſſimè ca-
21 nonizatum † etiam in caſibus, in quibus te-
ſtator affectionem habuerit ad conſeruatio-
nem agnationis, vt in his terminis loqui vide-
tur *Oldrad.* & cumulatiſſimè oſtendunt *Sfort.*
*Oddus conſ.67.& Surd.conſ.*468.aliaq; plura
ad id tendentia cumulatiſſimè allegantur, &
plures deciſiones Rotæ Rom.& præſertim deciſ.
in cauſa de Lambertinis, quæ in multis capiti-
bus ponderatur, & oſtenditur eſſe in puncto,
22 immo, & in fortioribus terminis † pluraq; a-
lia adduntur ad probandum dicta in prohibi-
tione alienationis non extendere fideicom-
miſſum præcedens, maximè, cùm illa ad fi-
deicommiſſum veniat conſecutiuè, vt oſten-
dunt illa participia *prohibens, & omninò ve-
tans &c.* ad quod allegatur receptum *conſ.*
*Dec.*636.quod oſtenditur *à Rota* pluries pro-
batum fuiſſe.

Quæ omnia vera, & recepta ſunt in ſuis
caſibus, ſed nihil ad rem noſtram ex rationi-
bus infraſcriptis Prius obſeruãdum eſt, ver-
ba teſtamenti hæc fuiſſe *iuſſit, voluit, & man-
dauit, quod prædictis eius filijs, vt ſupra dece-
dentibus, vel altero ipſorum decedẽte ſine filijs
bona ipſius teſtatoris peruenire debeant ad a-
lios ſuperſtites, & ſic ſemper, & continuè pro-
cedendo vſq; in infinitum*, illa verba *& ſic ſem-
per procedendo* ſunt relatiua omnium præce-
dentium qualitatum, & intelligenda, *& ſic
ſemper, quando vnus, vel plures deceſſerint ſi-
ne filijs bona perueniant ad alios ſuperſtites,*
23 id operatur ſignificatio illius particulæ, *&
ſic*, quæ vt dixi qualitates præcedentes repe-
tit *Soc.conſ.*151.*nu.*6.*in* 1.*Grat. conſ.*106.*n.*
52.*in* 2. *Ruin.conſ.*170.*nu.*2. *in* 2. *Rol.conſ.*
34.*n.*28.*in* 4. quod etiam admittit D. Con-
tugus aduocatus D.Iulię, dùm in fine ſuæ in-
formationis ait hæc verba *& ſic* accipi ideſt
eodem modo, & forma, quæ præceſſit, ergo in-
telligitur teſtator velle, vt ſemper bona per-
ueniant ad ſuperſtites, quando vnus, vel plu-
res moriuntur ſine filijs, & proinde voluntas
teſtatoris non terminabitur in Brandeliſio
decedente cum filio, ſecundum *conſilium
Oldrad.* ſed vlterius producetur; Nec dicatur
intelligi, quando viuente Bradeliſio vnus ex
agnatis decederet, quod alij ſuperſtites ſuc-
cederent, ſed in caſu, quo Brandeliſius dece-
deret ſine filijs, aliàs mortuo eo cum filijs ex-
tincta prima ſubſtitutione, & cæteræ corruũt,
Quia ſecundum hanc intelligentiam non re-
ctè repeterentur forma, & qualitates præce-
dentes: & repugnat verbum *procedere* ibi, *&
ſic ſemper, & continuè procedendo vſq; in infi-
nitum*, quod denotat tractum ſucceſſiuum ſi-
ne termino, ſed vſq; in infinitum, quod nõ eſ-
ſet ſi talis proceſſus terminaretur per obitum
Brandeliſij; Ex hoc conſtat non eſſe ellabo-
randum in coniecturis, quibus ceſſat conſ. *Ol-
24 drad.*† quia in perſpicua diſpoſitione opus
non eſt coniecturis *l. continuus* §. *cum ita in
fin. ff. de verb. oblig. l. ille aut ille* §. *cum in
verbis ff. de leg.* 3.

25 Sed vbi, etiam hæc verba deficerent, re-
ceptum eſt à *conſ. Oldradi* recedi ex coniectu-
tis *Seraph. deciſ.*1373.*Theſaur. deciſ.*96.*n.*34.
& alij plures, quos in re clara opus non eſt
allegare, & triginta quatuor coniecturas re-
fert *Lud. Caſanat. cõſ.*20.& nouiſſime *Ruſtic.
ad l. cùm anus ff. de cond. & demonſtrat. lib.*4.
*c.*12.*Menoch. præſumpt.*69.*nu.* 4. & facit *l.* 1.
in fine C. de cond. inſert. ibi, *niſi alia defuncti
26 voluntas euidenter probetur*, † & potiſſimũ re-
ceditur, quando conſtat teſtatorem velle ſuas
ſubſtitutiones eſſe perpetuas, & factas ob de-
ſiderium conſeruandi perpetuò bona in fa-
milia, vt tenent plures cumulati à *Pereg. de
fideicommiſſ. artic.* 29. *nu.* 33.ex quibus cõ-
ſtat hãc eſſe opinionem magis communem,
pro qua nõ ſemel etiam teſtãtur pluries fuiſ-
ſe iudicatum *Aym. conſ.*878 *ſub nu.*10. *verſ.*
8.*idem Pereg. conſ.*49.*in* 1.*conſ.*98.*nu.*8.*in* 4.
*& conſ.*47.*ſub nu.*5.*verſ. qua ratione in* 5. vbi
etiam de receptiſſima opinione teſtari vide-
tur *Lud. Caſanat.* qui infinitos modernos alle-
gat *conſ.* 15. *nu.*35.*cùm pluribus ſeq. & conſ.*
20.*nu.*30.*Ruſtic ad d. l. cùm anus lib.* 4. *c.* 2.
*in p.*7. *&* 8.*coniectura Bec. conſ.*159.*ſub nu.*
25.*verſ. præterea, & ſub nu.*26.*verſ. (tertio) in*
2. & multi ex his Doct. loquuntur in caſibus,
in quibus vigebat minor ratio .ſ. quia deſide-
rium conſeruandi agnationem non collige-
batur ex verbis expreſſis, vt hic, ſed ex circũ-
ſtantijs, vel, quia aderat qualitas maſculini-
tatis, vel quia fœminæ erant excluſæ, vel quia
aderat digreſſus ad plures ſubſtitutiones in-
ter agnatos, vel alia ſimilis circumſtantia.

27 Verùm, quia in hac re plures ex modernis
tenent ob rationem agnationis non recedi à
*conſ. Oldradi, vt Bolognet. conſ.*15.*Menoc. conſ.*
760.*in* 8.*Honded. conſ.*60. *Oddus conſ.*66.*&*
67.*Surd. conſ.*448.*& alij plures*, qui ducem
habent *Alex. in conſ.* 39.*in* 6.vt breuiter o-
ſtendatur allegatos nobis non obeſſe, obſer-
28 uandam hanc diſtinctionem propono; † Aut
deſiderium conſeruandi bona in agnatione
non eſt expreſſum in teſtamento, ſed ex cõ-

iecta-

Digitized by Google

iecturis colligitur, & tunc multi ſtant cum
Oldrado, quia non videtur conuenire conie-
cturam ex coniecturis deſumptam talem eſſe
vt à *conſ.* communiter recepto recedatur, ità
Surd.conſ 448 *in* 3.ſed nos non verſamur in
his terminis, Aut deſiderium huiuſmodi eſt
expreſſum, & tunc, aut eſt expreſſum verbis
enunciatiuis, & hoc caſu multi ſtant cum *Ol-
drado* putantes, verbis ad aliud probatis non
licere ab eo, recedere licet habeãt iura cõtra-
ria, de quibus antea, ſed hi nõ ſunt termini no-
ſtri; Aut hoc deſideriũ eſt expreſſum verbis ra
tionem exprimentibus, & tunc, aut illis expri-
mitur deſideriũ ſimplex, & non perpetuũ, &
tũc multi tenent non eſſe recedẽdum à præ-
dicto *conſ.* quia illud deſiderium ſimplex in-
telligitur tãtum in caſibus expreſſis, & dici-
tur teſtatorem deſideraſſe conſeruare agna-
tionem modis, & ſubſtitutionibus ab eo ex-
preſſis, nec hi ſunt termini noſtri; Aut deſi-
deriũ exprimitur cùm verbis denotantibus
perpetuitatẽ, & tũc, aut eſt tantũ expreſſum
poſt ſubſtitutiones, & fideicõmiſſa illatiuè,
& non per modum principalis diſpoſitionis,
& tunc aliqui credunt adhuc tenendum cũ
Oldrado, eo, quod iſtud deſiderium veniat
conſecutiuè, & illatiuè ad ſubſtitutionem
præcedentem, & eam ampliare non poſſit,
ſed iuxta eam reſtringi, vt etiam dicitur de
prohibitione alienationis ex *conſ.Dec.*636.
& in his terminis conſuluerunt *Oddus conſ.*
67.*& Honded.conſ.*60.*in* 1.*& Pereg.conſ.*57.
in 5. *in cauſa de Lambertinis*, nec nos in his
terminis verſamur, quia deſiderium præce-
dit ſubſtitutionem, adeò vt potius ſubſtitu-
tio veniat illatiuè ex deſiderio, & licet quã-
do pręcedit exprimatur ſimpliciter, ſatis eſt,
quod, quando poſtea repetitur additur per-
petuitas, indè ſatis demonſtratur, quod quã-
do præceſſit in mẽte teſtatoris fuit cum qua-
litate perpetuitatis. Et ratio, quæ ſequitur
eſt concepta non illatiuè, ſed diſpoſitiuè,
cùm dicatur, *quia iuſſit, & mandauit.*

Aut deſiderium habet perpetuitatem, &
tunc, aut reſpicit tantum ſubſtitutiones factas
poſt illam, cuius conditio *ſi ſine filijs* defecit,
& ob cuius defectum eſt locus *conſ. Oldradi*,
nec hoc caſu eſt ex mente multorum rece-
dendum ab hoc conſilio ob eam rationem,
quia cum prima ſubſtitutio ſine deſiderio a-
gnationis defecerit, corruunt in cõſequentiã
omnes ſequentes ſubſtitutiones, in quibus a-
deſt deſideriũ agnationis, & hi ſunt termini,
in quibus conſuluit *Alex.d.conſ.*139.*in* 6. &
in quibus reſpondent illi, qui innituntur regu-
læ, quod vna ſubſtitutione præcedente defi-
ciente corruunt omnes aliæ ab ea dependen-
tes, ſed nec hi ſunt termini noſtri. Aut deſi-
derium eſt expreſſum verbis diſpoſitiuis an-
te omnes ſubſtitutiones, ita vt etiam reſpiciat
ſubſtitutionem, in qua dubitatur an ſit locus
conſ.Oldradi, & adeſt qualitas pęrpetuitatis,
& tractus ſucceſſiuus, nec ſubſtitutio habet
verba reſtrictiua *tunc, & eo caſu*, vel ſimilia,
ſed verbis diſpoſitiuis concepta eſt, & iſte eſt
caſus noſter, in quo, ſi aliqui ſunt, qui tenent
29 cum *Oldrado*, † vt videtur fuiſſe *Pereg.d. artic.*
29.*ad fin.* motus duabus rationibus, perperã
loquuntur, quia obſtat axioma illud receptiſ-
30 ſimum, † iuxta rationẽ à teſtatore expreſſam
eius voluntatem extendi *Bar.in l.pater filium*
§.*cum fundum ff. de leg.* 3. *Paul. conſ.*77. *ſub
nu.*5.*verſ.(contrarium dico) Roman.conſ.*457.
*ſub nu.*2.*verſ.(in vnum colligendo) Rota Rom.
deciſ.*698.*nu.*4 *parte* 1.*diuerſ.Gratian.diſcep-
tat.forenſ.c.*104.*nu.*43.*lib.* 1.*& Surd.* quem
31 † ſupra allegaui *in conſ.*67.† Et dum iſti innitũ-
tur præcipuè authoritate *Alex. d. conſ.*139.
eius authoritas improbatur à *Rot.d.deciſ.*698.
num. 11. & non eſt in terminis noſtris, vt mox
32 oſtendi. † Rationes autẽ, quibus mouetur Pe-
reg. non vrgent, quia dum prius conſiderat,
iuris cõſultos nihil dixiſſe de hac coniectura
in locis, in quibus probant dictum *Oldradi*
præcipuè in *l.ex facto in* §.*ſi quis autem*, & ta-
men eorum tempore certum eſt, quod fiebãt
diſpoſitiones pro conſeruatione familiarum.

Reſpondetur, non potuiſſe Iuris conſultos
omnia ſcribere *l. non poſſunt ff. de legibus*, &
ſatis eſt ad fundãdam noſtram intentionem,
quod non firmarunt ex natiuitate filiorum
extingui fideicommiſſum, adeo vt etiam
procederet, quando adeſſet deſiderium per-
petuę conſeruationis ipſius agnationis, immo
I.C. in *l.cum ita in* §.*in fideicommiſſo ff.de leg.*
2. quando eſt factum fideicommiſſum, in quo
familia ſit vocata admittit, illud extẽdi poſ-
ſe, ſi ſpecialiter teſtator ad vlteriores agna-
tos voluntatem ſuam extenderit, ad quos non
poteſt negari, quin ſit ſpetialiter voluntas ex-
tenſa, quando teſtator dixerit velle in perpe-
tuum, & infinitum bona eſſe apud illos, qui
ſunt de familia.

33 Allegat etiã *Pereg.tex.in* §.*nos igitur Auth.
de reſtitut. fideicommiſſ.* quæ verè nihil fa-
cit, loquitur enim de grauamine prohibitio-
nis alienationis, an vltra filios hæredum ex-
tendatur, & in teſtamento, ſuper quo Iuſtin.
reſpondet, quia prohibitio erat facta filijs,
vltra illos non extenditur, in codicillis verò

factis

faƈt is ab eodem teſtatore ſupponitur ſimpli-
citer alienationem fuiſſe prohibitam, vt bo-
na perpetuo manerent in familia, & decidi-
tur talem prohibitionem extendi vſque ad
quartum gradū, de qua re *Mantic. de coniect.*
vlt. volunt. lib. 8. tit. 2. nu. 2 1. & ita illum tex.
ibi intelligunt *Bar. & Angel.* ex quo non po-
teſt vllo modo deduci, quod deſiderium cō-
ſeruandi bona in familia, quando eſt adie-
ƈtum pro ratione vocationis, non poſſit ex-
tendere fideicommiſſum cōtra deciſionem
Oldradi, Immo ille tex. extendit vſque ad
quartam generationem, licet ſupponatur in
codicillis faƈtam ſubſtitutionem ſub condi-
tione *ſi ſine filijs*, vt videri poteſt ex caſu
propoſito ab *Angelo*, & clarius à *Cuiac. ad no-
uel. 159.* In ſumma iſte tex. vel eſt extra quę-
ſtionem noſtram, vel ſi eſt intra terminos
quæſtionis, non negat extenſionē fideicom-
miſſi potius eam concedit vſq; ad quartum
gradum, & ſi negaret extenſionem, non in
punƈto caſus noſtri, quia loquitur in deſide-
rio conſeruandi bona in familia adieƈto poſt
ſubſtitutionem, & in prohibitione aliena-
tionis quaſi illatiuè deduƈtum ex ſubſtitu-
tione.

Allegatur etiam à D. Aduocato *l. pater
filium § fundum ff. de leg. 3.* vbi illa verba *ita
enim fiet, vt fundus de nomine noſtro nunquā
exeat*, nō inducunt fideicommiſſum in caſu
34 mortis † ſed in hoc tex. verba per ſe non di-
ſponunt principaliter, vt in caſu noſtro, ſed
veniunt illatiuè ad præcedentia egregiè ibi
declarat *Bar.* dicens, quod ſi illa verba ratio-
nem ſignificarent, diſpoſitionē ampliarent,
à D. Aduocato pluribus, & quatenus oſten-
ditur, verba præcedentia dicentia de fami-
lia in genere reſtringi ad deſcendentes te-
ſtatoris de quibus infra: Id fruſtra fit, quia
nō conuenit, vt diƈtum rationem reſtringat,
& vocatio aliorū in caſu, quo ambo filij te-
ſtatoris decedāt ſine filijs prorſus repugnat.

Ex hoc diſcurſu à caſu noſtro pro verita-
te excluduntur omnes illi, qui ſtant cum *Ol-
drad.* & pro nobis infortioribus terminis o-
ſtenditur facere eos, qui ab *Oldrado* recedūt;
35 addito etiam, quod in caſu noſtro adeſt ge-
minatio non leuia conſiderationis, & deſi-
derium non eſt perſonale, ſed reale, (vt ex
litteris teſtamenti cōſtat) optimè *Surd. conſ.
315. ſub nu. 19. verſ. (ad id autem) in 3.*

Hinc fit, vt non ſit in vanū laborandū ſu-
per authoritatibus, & deciſionibus, quas Do-
minus Aduocatus ex induſtria cumulat ad
confirmationem *conſ. Dec. 636.* non enim
volumus, rationem, de qua in prohibitione
extendere fideicommiſſum, ſed tantum ſer-
uire ad illuſtrandam enixam mentem de-
funƈti: Nec eſt admittendum, quod dicitur
de conſeruandis bonis in familia eſſe illatio-
nem, & rationem præcedētis fideicommiſſi:
immo fideicommiſſum eſt illatio ex præ-
cedenti ratione conſeruandi bona in fami-
lia, & quando etiam eſſet ratio præceden-
tis fideicommiſſi poſſet illud ampliare ex al-
legatis ſupra, & ex natura rationis: Et quan-
do apud *deciſ.* & *Doƈt.* allegatos colligitur,
quod dicitur de conſeruatione perpetua fa-
miliæ intelligi inter vocatos à teſtatore, & de
familia effeƈtiuè teſtatoris, ea omnia proce-
dunt, quando verba ſubſequētia illatiuè pen-
dent à ſuperioribus, & diſpoſita non repu-
gnant, ſed, vt iam oſtendi diƈta de conſerua-
tione familiæ non veniunt illatiue, ſed ſtant
principaliter, tum, quod de illis per modum
rationis dicitur ante ſubſtitutiones, tum quod
36 id denotat aduerbiū *quia* † quod ſtat princi-
paliter, & rationem reddit *l. hac actio ff. de
calumn. l. demonſtratio §. quod autem ff. de
condit. & demonſtr. Grammatic. deciſ. 59. n. 3.*
& non illatiuè vt faciunt aduerbia *propterea
adeo* & ſimilia, de quibus loquuntur doƈtrinę
ex aduerſo allegatæ. Et hic diſpoſita repu-
gnant, quia ſi teſtator in caſu, quo ambo filij
ſui moriantur ſine filijs, & ita ſit prorſus ex-
tinƈta ſua familia effeƈtiuè etiam vocat alios
ſcilicet de *Coſtabilis* ea ratione, vt bona in
familia remanerent, quomodo poteſt, eſſe
quod hæc diſpoſitio reſtringatur ad deſcen-
dentiam teſtatoris, & eius familiam effeƈti-
uè ſi vocatio fit etiam quando illa familia
eſt extinƈta, & quatenus D. Aduocatus tàm
ſępe inculcat hanc reſtriƈtionem ad præce-
dentia puto, quod facillè colligatur ex ver-
bis teſtamenti quantum à veritate deuiet.

Dùm poſtea admittitur, in caſo noſtro fi-
deicommiſſum eſſe reale, ſed tranſitorium
tantùm ad perſonas vocatas; diƈta hæc re-
37 pugnant, † quia ſi ad perſonas reſtringitur
ergo non reale, & ſi reale ergo tranſito-
rium ad omnes, ad quos bona tranſeunt: vi-
deri poſſunt *Soc. Curt. iun. & Pariſ. quos ad
hoc allegat Surd. d. conſ. 315. ſub nu. 19. verſ.
(ad id autem) Soc. conſ. 62. nu. 10. in 3.*

Dùm poſtea negatur cōiunƈtio plurium,
quia, quæ ſingula non proſunt &c. *Surd. d.
conſ. 315. nu. 57.* opus non eſt cōterere tem-
pus in hoc, quia noſtra intentio non funda-
tur in hac coniunƈtione, & conſideratur cō-
iunƈtio non ad alium effeƈtum, niſi, vt magis
conſtet

Digitized by Google

conſtet de deliberata mente teſtanis, quod non impeditur a regula, quæ ſingula oõ prolunt &c. Eadem ratione non eſt quod inſiſtamus in defendendo argumento, quod ſi ita non dicimus verba eſſent ſuperflua: quia non indigemus hoc auxilio, benè arguimus, ſi ità non dicimus repugnaret voluntaſs, quia quomodo finita ſfamilia teſtatoris ipſe vocat etiam eos de eadem familia qui non ſunt, & quomodo intendit perpetuò conſeruare familiam iam extinctam? Quando vnus ſolus filius teſtatoris deficeret ſine prole tunc vocatio aliorum verificaretur in alio filio, & eius deſcendentia, & ità in familia teſtatoris, quia hi etiam eſſent proximiores, ſed quid modo, quando prorſus eſſet extincta filiorum deſcendentia, in quo caſu etiam teſtator curauit prouidere? qui erit effectus huius prouiſionis ſi tranſuerſales non ſunt vocati?

Accedendo deinde ad quædam fundamenta, quæ grauia reputantur, illa ſanè ſi nõ leuia, ſaltèm non grauia exiſtimanda ſunt: quorum eſt primum in illis verbis, *& ſic procedendo ſemper, & continuè vſq; in infinitum* quæ denotant proceſſum lineæ deſcendentium, non tranſuerſalium, quia id non eſſet recta via progredi, ſed potius retrocedere.

Quod argumentũ eſt ſumma obſeruatione dignum, ſi ſubtilitatem intueamur, non æquè ſi veritatem; in eo prius ſupponitur, teſtatorẽ priùs vocare Philippum, & Brandeliſium, ſi intelligitur æqualiter, non rectè, quia vnus ad legitimam, alter ad alia bona, item vnus ad alia pręter legitimam pure, alius præter legitimam ſub conditione ſi liberatus fuerit, additur ab Aduocato, & poſtea Brãdeliſi filios: ſi tractat de clauſula *in omnibus* rectè ſed ſi tractat de clauſula *inſuperq;* non rectè, quia non ſolùm filij Brandeliſij, ſed, & filij Philippi vocantur, dùm diſponitur, vt altero ex filijs decedente ſine filijs bona perueniant ad aliũ vel alios ſuperſtites, dum poſtea dicitur, in eadem linea in infinitum procedendum, rectè dicitur, quando vnus ſolus decedit ſine filijs, ſed quando ambo filij morerentur ſine filijs, cui caſui etiam prouidetur à teſtatore, non poteſt amplius intelligi de proceſſu ex recta linea, ſed oportet recedẽdo à terminis geometricis tranſire ad ſignificata Iuris conſultorum, & intelligere de proceſſu, hoc eſt progreſſu in ſucceſſione inter eos de familia, in qua placuit teſtatori bona conſeruare, nec oportet terminis matematicis confundere voluntatem teſtatoris, præſertim quia hi termini fortè erant prorſus ignoti teſtatori, & notario, qui eius voluntatem ſcripſit.

Ea verò quæ ſubijciuntur de *conſ. Oldradi* non egent reſponſione quia plenè fuit eis ſatisfactum.

Ad clauſulam *& ſic* pariter ſupra reſponſum fuit, & in ea conſtitutum ſolidum (ni fallor) fundamentum pro perpetuò fideicommiſſo, etenim intelligentiæ D. Aduocati repugnant verba *ſemper, & continuè* continentia tractum ſucceſſiuum.

Et tandem omnibus alijs omiſſis, in quibus cùm repetantur prius ſcripta, etiam ſatisfaciunt reſponſiones de quibus ſupra, concludo me conuenire cum D. Aduocato, deſiderium conſeruandæ agnationis de quo in verſ. *quia* eſſe rationem fideicommiſſi, Item prohibitionẽ alienationis, ex ſe nõ inducere nouum fideicõmiſſum, licẽ quod dũ ſupereſſent filij, & deſcẽdentes ex filijs teſtatoris nõ eſſet locus vocationi tranſuerſalium, & quod inter filios teſtatoris factum fuit expreſſum reciprocum fideicommiſſum, ſed quatenus tenet D. Aduocatus rationẽ conſeruationis agnationis venire illatiuè ad fideicommiſſum, & eum reſtringi ad terminos fideicommiſſi, & totum fideicommiſſum terminari in filijs teſtatoris caſu, quo vnus eorum moriatur cum liberis, hæc non poſſum admittere, quia repugnat modus, quo verba ſunt in teſtamento concepta, ſignificatio verborum, natura rationis, quæ eſt vt non reſtringatur à dicto, & voluntas coniecturata teſtatoris deſumpta ex diſpoſitis: Nec puto in re tam clara dici poſſe, nos eſſe in dubio, ita vt intrent vulgaria illa, quæ cumulantur à D. Aduocato in fine ſuæ conſultationis.

Et quia ſupponitur D. Iuliam facere deficere conditionem *ſi ſine filijs*, ex pluribus allegatis in d. conſultatione paulo poſt princ.
38 verſ. *non obſtaret ſi aduerſarij* † prius aduertendum eſt, id non tranſire ſine maxima controuerſia, quando dictum eſt *ſi ſine filijs* licet facilius admittatur, quando dictum fuiſſet *ſi ſine liberis, aut ſine deſcendentibus*, vt videre eſt apud *Zanch. ad §. cum ita in part.* 10. *n.* 1. *Illuſtris. Mantic. de coniect. lib.* 11. *tit.* 14. *Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib.* 3. *fol.* 2. *n.* 24. *cũ ſeq. fol.* 31. *verſo Brun. de ſtat. excludent. famin. artic.* 5. *num.* 43. *Ant. Gabr. lib.* 4. *concluſ. tit. de ſubſtit. concluſ.* 2. *Arius Pinel. ad l.* 3. *C. de bon. matern. nu.* 24. *Molin. de primogen. lib.* 3. *c.* 5. *& alij de quibus Pereg. de fideicommiſſ. art.* 25. *& Intrigliol. de ſubſtit.*
39 *centur.* 3. *q.* 58. † Illud autem modicam præſefert difficultatem filias fæminas non proprië

Digitized by Google

ptiè contineri ſub nomine filiorum, ſed opus
eſſe extenſione *l. quiſquis ff. de verb. ſignifi-
cat.& ibi Cepol.& Alciat. GoZad.conſ.*20.*nu.*
2.*Oddus conſ.*6.*nu.*6.*& Rota* ex opinione ve-
riori,& magis cõmuni *deciſ.* 125.*n.*8.*part.*2.
nouiſſ. Cui ſententię conſequẽs eſt, vt ex con-
iecturata mente defuncti facilè hæc extenſio
40 impediri poſſit, nimirum,† quia in teſtamen-
tis potiſſimum eſt inhærendum proprietati
41 ſermonis *l.non aliter ff.de leg.*3.† Et inter plu-
res coniecturas; quæ circumferuntur illa eſt
præ cęteris vrgentior, quando teſtator habuit
deſiderium conſeruandi ſuam hæreditatem
apud proximiores de familia, fæminæ enim
licet ſint de familia non ſunt tamen aptæ ad
conſeruanda bona in familia, & minus ad
conſeruandum nomen, & decus ipſius fami-
liæ, vt experientia docet, ideo quando teſta-
tor habuit hoc deſiderium, quod ſub nomine
filiorum filiæ non contineantur tenent *Rhin.
conſ.*146.*nu.*3.*in* 2.*GoZad.conſ.*89 *nu.*5. *Al-
ba conſ.*19.*nu.*11.*Neuiz.conſ.*33.*nu.*11. *Od-
dus conſ.*6. *nu.*22. qui teſtatur hanc eſſe om-
nium opinionem habentem paucos contra-
dictores, & canonizatam à *Rota Romana*, &
loquitur *Oddus*, quando apparet aliquo mo-
do voluiſſe teſtatorem conſeruare bona in
agnatione,& ita etiam, quando id colligitur
ex coniecturis allegat plures tenentes hanc
opinionem etiam ex illis, qui regulariter
tenent filiam facere deficere conditionem
ſi ſine filijs, ſed in caſu noſtro non aliquo
modo, ſed verbis expreſſis de hoc deſiderio
teſtatoris conſtat, ideo exiſtẽtia D. Iuliæ non
poterit efficere, vt deficiat conditio *ſi ſine
42 filijs*,† multos Doctores idem tenentes, etiam
quando tantum ſunt ſubſtituti agnati recen-
ſet *Menoch. conſ.*95.*num.* 90.*in* 1.*conſ.* 150.
*nu.*54.*in* 2.*& conſ.*204.*nu.*46.*in* 3.& ſequi-
tur *in præſumpt.*85.*nu* 8.*&* 9. *Cacher.deciſ.*
127.*nu* 4.*Rota deciſ.*130.132.*ſub n.*1.483.
485.*ad fin.in verſ. præterea part.*4. *diuerſ.* &
ſuperioribus annis ita in *Rota* fuit deciſum *in
vna de Pisanis proponẽte R.P.D. Iuſto* 5.*Iulij*
1604. & quia res hæc magis clara eſt, quam
quod aliqua declaratione egeat vlterius non
inſiſto, paratus ſi ad hoc reduceretur difficul-
tas cauſæ latius ſcribere.

Nouiſſimè, quia inter plures deciſiones,
quas D. Aduocatus adducit potiſſimam vim
facit in deciſionibus de Maximis,& de Lam-
bertinis, neceſſarium eſſe exiſtimaui breuiter
dicere, quãtum hæ deciſiones differant à ter-
minis noſtris in caſu *conſ. Oldradi*,& in voca-
43 tione familiæ;† Prius in caſu noſtro teſtator
præmittit rationem, vt bona conſeruentur in
familia, deinde deuenit ad ſubſtitutiones, per
quas abſolutè alios vocat, non ſtrictè filios,
in caſu deciſionis de Maximis præcedũt ſub-
ſtitutiones, deinde illatiuè infertur eas factas
eſſe, vt ex illis oriatur effectus, vt bona tran-
ſeãt in lineam, & perpetuo maneant in cippo
domus, quòd ex præcedentibus illatum ne-
ceſſariò eſt ad præcedentia, ex quibus infer-
tur reſtringendum eſſe. Deinde in caſu no-
ſtro ratio conſeruãdi familiam eſt generalis
ad ſubſtitutiones, ideò eas facilè extendere
poteſt, in caſu deciſionis ratio, ſeu effectus
conſeruandi, ſi rectè aduertatur refertur par-
ticulariter ad id, vt fæminæ ſint dote conten-
tæ, de quo ſupra proximè. Præterea in caſu
noſtro particula, *& ſic* refertur ad proceſſum
continuum, de quo inferius ſubijcitur, ideò
rectè fuit expoſita, vt conditio *ſi ſine filijs* in-
telligatur repetita in omnibus, qui poſtea
continuè procedendo ſuccedunt, ſed in deci-
ſione particula, *& ſic* refertur ad præceden-
tia, vt ſcilicet in ſuccedendo virtute ſubſtitu-
tionis iam factæ filius intraret in locum pa-
tris,& ita ſeruaretur talis ordo ſucceſſiuus, vt
filius ſuccederet in locum patris, in ſumma
hæc particula in deciſione implicat modum
ſuccedendi in eadem ſubſtitutione facta ſub
conditione *ſi aliqui ex filijs teſtatoris deceſ-
ſerint ſine filijs*, hic verò implicat nouam
ſubſtitutionem,& cõtinuationem in ſucce-
dendo, quia dicitur continuè ità procedi, ſ.
vt vno decedẽte ſine filijs, alius ſuccedat, ad
illum effectum, vt hæreditas perpetuò ſit a-
pud proximiores de familia. Amplius in de-
ciſione prohibitio alienationis reſtricta erat
ad filios inſtituros, vel nepotes, qui in locum
parentum ſuccederẽt, & ita oſtendebat hos
tantum eſſe fideicommiſſo grauatos; vt in
eadem cauſa de Maximis conſiderauit *Rota
deciſ.* 117.*parte* 1.*nouiſſ.* hic verò prohibi-
tio eſt realis. Item in caſu deciſionis fuerat à
teſtatore facta præcipua ſubſtitutio in caſu,
quo contingeret filios decedere cum filijs,
& hi poſtea ſine filijs, vt in teſtamento verſ.
Item ſimiliter poſt vocationem baſtardorũ,
ità conſtat teſtatorem hunc caſum cogitaſ-
ſe, ideò per coniecturas non eſt procedèn-
44 dum, benè conferunt,&† quæ de filijs cogi-
tatis à teſtatore, qui ex coniecturata condi-
tione *legis cum auus ff. de condit.& demon-
ſtrat.* non excludunt ſubſtitutum ſcripſit *Soc.
in d.l.cùm auus ſub nu.*79.*& conſ.*191.*col.*1.
& ſeq.in 2.*Soc.iun.conſ.*102.*num.*41.*& conſ.*
128.*n.*38.*&* 93 *in* 1.*Tiraquel.ad l.ſi vnquã*
in pra:

Digitized by Google

Menoch. conſ. 124. *nu.* 28. *&* 34. *in* 2. non concludunt autem ad incluſionem deſcendentium tantum, & excluſionem tranſuerſalium, qui, & ipſi propriè ſunt de familia teſtatoris.

Ea etiã, quæ idem *Pereg.* addit de verbis, quæ potius in ſpecie, & per prius, quam in genere, & per poſterius accipienda ſunt, & quod ſit ſumenda interpretatio, qua hæres minus grauetur, poſſunt conſiderari in caſu dubio, vt in teſtamento Comitis Lambertini, in quo tantum dicebatur de proximioribus deſcendentibus de caſata, & agnatione, non in noſtro caſu claro, in quo teſtator ſub ratione incluſit deſcendentes loquendo de progenie, & etiam tranſuerſales addendo de domo, & familia.

18 Quarto conſiderat *Pereg.* genitiuum *eius* demonſtrãtem cauſam proximam efficientem, & proinde familiam effectũ immediate à teſtatore, & id ait recipere *Gabr. cõſ.* 132. *nu.* 60. *in* 1.

Quod nihil ad caſum noſtrum, in quo non adeſt caſus genitiuus, ſed pronomen *meæ*, quod neceſſariò non denotat cauſam efficiẽtem proximam, vt caſus genitiuus, ſed cum dicatur de progenie, hoc eſt de deſcendentia, & ẽt de familia, pronomen eſt adiectum ad excluſionem aliarũ familiarum *de Lando*, ex alia deſcendentia, vel alio colonello, in quibus cum non contineretur teſtator, non poterant dici familiæ ſuæ; Nec reſoluit *Gabr.* vt refertur, ſed ſimpliciter adductis authoritatibus *Baldi, &* *Ruini*, ſubſiſtit.

Quintum fundamentum eiuſdem *Pereg.* quod, qui innititur fideicommiſſo, debet probare incumbentia per probationes certas in iure, & in facto non obſtat, quia ſupponere, quod tranſuerſalis agnatus non probet certitudinariè in iure ſe eſſe de vocatis eſt petere principia quæſtionis, & ſupponere id, de quo diſputatur.

Vltima ratio *Pereg.* de clauſula reddente rationem diſpoſitorum, quod a præcedentibus reſtringatur, & moderetur, nihil obſtat in caſu noſtro, quia quicquid ſit in teſtamento Co. Lambertini, in quo ratio (vt antea dixi) refertur ad præcedentia, id non procedit in caſu noſtro, in quo ratio per ſe ſtat, & plura ponit, quæ non ſunt in diſpoſitione, ideò

19 conuenit, † vt ratio generalior diſpoſitione ampliet ipſam diſpoſitionem *vulg. l. cùm pater §. dulciſſimis ff. de leg.* 2. *cùm authoritatibus ſupra citatis.*

20 Fundamenta autem deciſionis coram D. Manzanedo in eo potiſſimum cõſiſtunt, quod in teſtamento de Lambertinis ratio veniebat conſecutiuè, & relatiuè ad ſubſtitutiones factas, & ideò benè poteſt declarare, & etiam ampliare ſubſtitutiones, ſed inter perſonas deſcendentium, de quibus teſtator cogitauit, non verò ad alias perſonas tranſuerſales etiã in remotis gradibus conſtitutas, de quibus teſtator non cogitauit, nec coniecturis aſſequi poteſt de illis ſenſiſſe.

Quæ caſui noſtro non accommodantur, quia licet poſſit dici, rationem venire conſecutiuè in quantum continet motiuum teſtatoris, & cauſam diſpoſitorum, nullam tamen habet relationem ad ſubſtitutiones præcedentes, ita vt ad perſonas, de quibus in illis, reſtringatur; ſed nedum ex cõiecturis, verum & ex verbis conſtat, teſtatorem non cogitaſſe ſolum de perſonis, de quibus in præcedentibus ſubſtitutionibus, ſed & de alijs, dum de progenie, & familia loquitur; Illud e-

21 tiam eſt veriſſimum, † ſubiectam rationem extendere fideicommiſſum etiam ad alias perſonas fundatum in doctrina *Bar. in l. pater filium in §. fundum ff. de leg.* 3. quod dictum eſſe communiter receptum poſt *Pariſ.* teſtatur *Clar. in §. teſtamentum q.* 76. *verſ. quinimo* & ſequitur *Pereg.* iam allegatus, qui non poſſet clarius loqui *artic.* 11. *nu.* 54. Nec pro veritate dici poteſt in hoc à *Bar.* recedere *Albã in conſ.* 361. *nu.* 13. *& Bar.* ſibi ipſi fuiſſe contrarium, quia *Alba* recedit à *Bar.* quatenus tenet, enunciatiuam nõ expreſſam per modum rationis non diſponere, vt etiam ab eo in his terminis recedit *Ripa*, qui ab *Alba* allegatur *in l. filiusfam. §. Diui num.* 120 *ff. de leg.* 1. quatenus verò tenet enũciatiuam expreſſam per modum cauſæ, vel rationis diſponere, in quo *Bar.* allegatur pro nobis, *Alba* eum non impugnat, nec ab hoc prorſus recedit idem *Bar. in l. qui volebat in fine ff. de hered. inſt. & in l. ſi ſocer Lutius num.* 4 *ff. ſolut. matrim.* Dicitur præterea ex *Bar.* ſolum colligi rationem generalem declarare dictum, non illud extẽdere, ſed id facile euitatur, quia qui extendit etiam declarat mentem teſtatoris applicari ad caſum, ad quem fit extenſio,

22 & cum † *Bar.* ad dictum ſuum alleget *l. cum pater §. dulciſſimis ff. de leg.* 2. quæ probat ſecundum rationem dictum reſtringi; conſtat ipſum non loqui de ſimplici declaratione ad doctrinam eiuſdem *Bar. in l. non ſolum ff. de lib. leg.*

Additur etiam *Bart.* loqui in ratione, quæ per ſe ſtat principaliter *ſ. & ideo ſec.* *qui a*

volo

Digitized by Google

volo &c. ſed nos in ratione, quæ venit conſecutiuè.

Animaduertendum tamen eſt illa verba, *& ideò*, eſſe ex præcedentibus illatiua, ob id non magis facere, vt ratio veniat principaliter, ac ſi ſimpliciter dictum eſſet, *quia volo &c.* nec in hoc *Bart.* cum facit, ſed in eo, quod verba ſint purè enunciatiua, vel expreſſa ſint per modum rationis.

Dum poſtea in eadem *deciſ.* dicitur, tunc rationem ampliare, quãdo apponitur principaliter, & diſpoſitiuè, non quando cauſatiuè, & conſecutiuè. Reſpondeo in caſu noſtro, rationem non venire conſecutiuè, cum ex ſe ſtet nullam habens dependentiã, vel relationem ad præcedentia, niſi quatenus eorum rationem exprimit. Quod verò ratio ſtans cauſatiuè non ampliet, non puto iuris eſſe, alias ſequeretur, quod nulla ra-
24 tio generalis ampliaret, quia † cum ratio ſit ordo gerendorum ex cauſa venientium, & nõ poſſit eſſe ſine cauſa *Io. Monach. in c. vlt. de iuram. calum. in 6.* quem cum alijs ſequitur *Tiraquel. in tract. ceſſante cauſ. in 1. part. nu. 1. cum ſeq.* nulla eſt ratio, quæ non ſtet cauſatiuè.

Tandem in illa cauſa de Lambertinis ratio adiecta ſatis operabatur, & non reddebatur inutilis, etiam quod non extenderet fideicommiſſum ad omnes de agnatione, quod præcipuè cõſideratur in *deciſ ſub nu.* 24. & in caſu noſtro ratio prorſus redderetur inutilis, ſaltem quatenus vltra progeniẽ etiam conſiderat familiam, ſi non extenderet fideicõmiſſum ad illos de domo, & familia, qui nõ eſſent de progenie, & deſcẽdẽtia.

Quare intrepidè teneo, nec *conſilium Peregr.* nec *deciſ. Rotæ* facere aliquam dubitationem in caſu noſtro, ſaluo ſemper iudicio cuiuslibet rectius ſentientis.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Fideicommiſſum inter omnes de familia teſtatoris contentiuè, quando inductum dicatur: Et quando fideicommiſſum abſolutum inducatur ex ratione adiecta prohibitioni alienationis.

In quibus caſibus non habeat locum *conſ. Oldrad.* 21.

Fœminæ quando non faciant deficere conditionem *ſi ſine filijs.*

SVMMARIVM.

1 *VNa determinatio plura reſpiciens ea æqualiter determinat.*

2 *Ratio conſeruandi bona in familia, ex quibus deſumatur.*

3 *Familia accipitur contentiuè, non effectiuè quando dictum eſt* de Coſtabilis.

Item, quando ſumus in diſpoſitione inducta, vt bona conſeruentur in familia nu. 4.

Præſertim, ſi tranſuerſales nõ præferantur deſcendentibus Ibid.

Eo maximè, ſi adſint verba omnes de familia includentia nu. 5.

6 *Ratio conſeruandi agnationem adiecta prohibitioni alienationis inducit fideicommiſſũ & nu. 7. 10.*

Maximè quando ratio eſt geminata, & deſiderium conſeruandi agnationem eſt reale nu. 35.

Quia volũtas teſtatoris in ratione potiſſimum conſiſtit nu. 18.

Et ideò extenditur iuxta rationem ab eo expreſſam nu. 30.

Siue exprimatur verbis diſpoſitiuis, ſiuè enũciatiuis nu. 7.

Secus autem quando ratio ex coniecturis colligitur nu. 10.

Et quando venit conſecutiuè nu. 22.

8 D. Clemens Merlinus nunc Sacræ Romanæ Rotæ Auditor Decanus *laudatur.*

9 *Voluntas teſtatoris expreſſa magis attenditur, quàm tacita, & veriſimilis.*

Secus autem ſi deducatur ex coniecturis, quæ colligantur ex diſpoſitis in teſtamẽto n. 17.

12 *Numerus pluralis non eſt vno contentus.*

13 *Dictio,* vt ſupra *eſt relatiua præcedentium.*

14 *Dictio* vel *eſt disiunctiua, & alternatiua.*

15 *In alternatiuis ſufficit vnum verificari.*

16 *Conditio in fine poſita refertur ad omnes caſus præcedentes.*

19 *Coniectura, quæ ex expreſſis inferuntur, expreſſa dicuntur.*

20 Conſ. Oldrad. 21. *eſt communiter receptum, & à Rota approbatum.*

Etiam, quando teſtator deſiderauit agnationis conſeruationem nu. 21.

Et DD. tenentes hanc opinionem recenſentur num. 27.

Contrarium aſſeritur nu. 26.

Et ideò Auctor diſtinguit plura capita nu. 28.

A d. conſ. Oldrad. *receditur ex coniecturis num. 25.*

Præſertim, quando conſtat teſtatorem velle ſubſtitutiones eſſe perpetuas nu. 26.

23 *Dictio* & ſic *reperit qualitates præcedentes.*
24 *In claris non eſt opus coniecturis.*
29 Peregr. de fideicō. art. 29. ad fin. *reprobatur.*
Et eius rationibus reſpondetur nu. 32. & 33.
31 Alex. cōſ. 139. in 6. *reprobatur à* Rot. *& n. 45.*
33 *Tex.* in §. nos igitur auth. de reſtit. fideicom. *intellectus.*
34 *Tex. in* l. pater filium §. fundum ff. de leg. 3. *intellectus.*
36 *Dictio* quia *eſt redditiua rationis.*
37 *Fideicōmiſſum, quando dicatur reale, & quando perſonale.*
38 *Fœminæ an faciant deficere conditionem* ſi ſine filijs.
Propriè non continentur ſub nomine filiorum, ſed per extenſionem, quæ facilè ex coniecturis impeditur nu. 39.
Coniectura autem principalior eſt, quando teſtator voluit conſeruare agnationem n. 41.
Quod procedit etiam ſi voluntas teſtatoris deſumatur tantùm ex vocatione maſculorum num. 42.
40 *In teſtamentis inhæren. dum eſt proprietati verborum.*
43 *Deciſiones in cauſa* de Maximis *quomodo procedant.*
44 *Diſpoſitio* l. cum auus ff. de condit. & demonſtr. *non habet locum, quando teſtator cogitauit de filijs.*
46 *Deciſio in cauſa* de Lābertinis, *quæ eſt* deciſ. 300. p. 1. recent. *in quibus terminis loquatur.*

RESPONSVM XXV.

Auſpice Chriſto, & Beatiſſima Virgine.

CVM ex ſcriptis à Præſtātiſſ. Aduocatis Carpio, & Cocapanio, ſit plenè fundata intentio Illuſtriſſ. D. Io. Baptiſtę Coſtabilis Ferrarienſis actoris, meæ erūt partes inſeruiendo huic cauſæ inſiſtere tantùm in ſoluendis illis, quæ ex aduersò obijciuntur, quę ni fallor ad duo principalia capita deduci poſſunt: Quorum primum erit, an in teſtamēto D. Marſilij Coſtabilis adſit fideicōmiſſum nedum ad fauorem ſuorum deſcendentium, ſed, & aliorum trāſuerſalium de eadem familia: ſecundum erit, ſi adeſt, an defecerit, vel quia vnus ex primis grauatis deceſſit cum filio maſculo, vel quia ille filius maſculus deceſſit cum filia eiuſdem familiæ.

Reuertendo ad primum, intuendo diligēter verba teſtatoris, neceſſe eſt, vt dicamus adeſſe fideicommiſſum ad fauorem omnium de familia teſtatoris, etiam tranſuerſalium, niſi vellimus ſubtilitate confundere teſtatoris volūtatem; ipſe ita ſubſtituit, *prædictis ſuis filijs deſcendentibus, vel altero ipſorum decedente ſine filijs bona peruenire debeant ad aliū, vel ad alios ſuperſtites &c.* hæc ſubſtitutio aliorum ſuperſtitum, quatenus refertur ad caſum, quo ambo filij teſtatoris morerentur ſine filijs, non poteſt intelligi de alijs à teſtatore deſcendentibus, & de ſuperſtitibus ipſius familiæ effectiuè, quia vocantur in caſu, quo familia effecta à teſtatore extingueretur per mortem filiorum teſtatoris ſine filijs, eodem modo etiam intelligetur, quādo vocatio reſpicit caſum, quo vnus moriatur ſine filijs;
1 vna enim determinatio reſpiciens duo, ea æqualiter determinat *l. iā hoc iure ff. de vulg. & pupil. cum alijs vulg.* ſecundum quam intelligentiā, quia poterat dari caſus, quo dubitaretur, an plures eiuſdem familiæ ſuperſtites admitterentur, immo ad tollēdam omnem dubitationem, teſtator repetendo rationem poſitā ante ſubſtitutiones declarat velle bona ſtare, & remanere in familia proximiorum illorum *de Conſtabilis*; In voluntate clara ſumpta ex verbis non ſunt neceſſariæ coniecturæ, quæ tamen ſi neceſſariæ eſſent,
2 vrget † maximè coniectura, quā Domini Aduocati ſumunt, à ratione conſeruandi bona hæreditatis ipſius teſtatoris in familia ter à teſtatore expreſſa, prius in ſimplici conſeruatione, ſecundo cum qualitate *ſemper, & in perpetuum*, & tertio *vſqueque aliquis eorum de familia fuerit in rerum natura*: nec dicendum, ſenſiſſe teſtatorem de familia effectiuè,
3 quia repugnant illa verba *illorum de Conſtabilis* includentia omnes illius familiæ, in qua teſtator continetur, aliàs de ſua familia teſtator dixiſſet, ſi voluiſſent ſentire de familia ef-
4 fectiuè: † Et quando etiam verba id non ſignificarent ſubiecta materia diſpoſitionis inductæ, vt bona cōſeruentur in familia, ſuaderet nomen familiæ accipi cōtentiuè, præſertim, quando vocatis proximioribus non eſt periculum, vt tranſuerſales præferrantur deſcendentibus teſtatoris *Cum. conſ. 2. Ruin. conſ. 149. nu. 10. in 2. Ceph. conſ. 313. nu. 57. & ſeq. in 3. Gualdenſ. de art. teſt. tit. 5. cautel. 22. in fine*, & poſt hos *Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. fol. 11. num. 43. fol. 291.*
5 † qui aiunt id maximè procedere, quando adſunt verba omnes includentia, vt ad ſunt in caſu noſtro in prohibitione alienationis,

dum

Digitized by Google

dum exprimitur deſiderare teſtatorem bona peruenire ad alios *de Conſtabilis* vſque quo alijs eorum fuerit in rerum natura.

Immo, quando etiam fideicommiſſum ad fauorem omnium de familia non induceretur
6 in verbis, † ſatis induceretur ex ratione ter expreſſa continente deſiderium conſeruandi bona perpetuò in familia, & ob quam alienatio prohibita fuit *l. etiam hoc modo l. & eo modo ff. de leg. 1. l. pater filium in princ. l. nomen debitoris* §. *fin. l. fideicommiſſa* §. *hac verba, & l. Pamphilo in princ. ff. de l.* 3. nimirum, quia tale deſideriū, vt impleatur præſupponit in neceſſariam antecedentiam fideicommiſſum perpetuum inter omnes de familia, & tanto
7 magis vrgent prædicta iura, † quod duo vltima tractant de deſiderio conſeruandi bona in familia expreſſo verbis enunciatiuis, id fortius erit in verbis diſpoſitiuis, & exprimentibus rationem finalem teſtatoris, *Paul. conſ.* 238. *in fine in* 2. *Pariſ. conſ.* 1. *num.* 32. *cum ſeq.* & præſertim *n.* 36. *in* 3. *Decian. conſ.* 33. *ſub nu.* 94. *verſ. (quinto conſidero) in* 1. *Menoch. conſ.* 458. *nu.* 29. *in* 5. & pleniſſimè *Surd. conſ.* 67. *nu.* 20. *cum pluribus ſeq.* vbi de ratione, vt bona maneant in familia, quæ non reſtringit, ſed ampliat fideicommiſſum illud inducendo in caſibus non expreſſis, *& conſ.* 96. *nu.* 42. *& ſeq. in* 1. *Pereg. conſ.* 45. *nu.* 13. *cum ſeq. in* 1. & melius *de fideicommiſſ. artic.* 10. *nu.* 54. dicens, quod, quando eſt conſtitutum fideicommiſſum ſtrictè ad certas perſonas ſubiecta generali ratione apta comprehendere plures aliàs perſonas extendi fideicommiſſum ad omnes perſonas, quæ vi rationis cōprehendi poſſunt *Sim. de Præt. de interpretat. vlt. volunt. lib.* 3. *ſol.* 1 1. *in princ. & nu.* 64. *ſol.* 287. *&* 292. *Petra de fideicommiſſ. q.* 5. *num.* 8 1. *& ſeq. Rota deciſ.* 640. *ſub nu.* 16. *verſ. (& verba) part.* 1. *& diuerſ. deciſ.* 489 *p.* 4. *nuer.*

His minimè aduerſari arbitror ea, quæ no-
8 uiſſimè ſcripſit Excellentiſs. Dominus Clemens Merlinus ſingulari facundia, ac doctrina prædītus pro D. Iulia Aduerſaria, dū prius diligenter cumulat regulas illas de re non loquitur ſubſtitutio, & quod non extenditur de caſu ad caſum: Etenim ex verbis, & ratione colluntur: Nec effectum rationis impedit maior dilectio teſtatoris ad Iuliam deſcendentem, quam ad actorem tranſuerſalem: Siquidem non dilexit teſtator deſcendentiam, ſed conſeruationem bonorum in familia, & ſecundum hanc dilectionem ab eo expreſſam tutius eſt declarare voluntatē teſtatoris, quā ſecundum dilectionem formatum ex capite, & arbitrio voluntatē interpretantium, quippè facilè poſſent voluntatem modo huc, modo illuc trahere: vt eis commodiùs eſſet; Hac dilectione attenta non eſt dubitandum, eos eſſe magis dilectos, qui magis etiam conſeruare poſſunt bona in familia, quales ſūnt agnati maſculi, & non deſcendens fæmina.

Nec me mouet, quod ſi teſtator noluiſſet diligere fæminas ſuæ deſcendentiæ, poſuiſſet filios in conditione cū qualitate maſculinita-
9 tis, † quia eſſet hęc conſideratio alicuius ponderis, quando ratio conſeruationis familiæ præſumeretur, ſed nullius ponderis eſt, quando talis ratio eſt expreſſa, tunc ceſſat tacita, & veriſimilis voluntas *Bal. in l. in multis ff. de ſtat. hom.* & tantum poteſt expreſſa ratio conſeruandi bona in familia, quantum poteſt expreſſio maſculinitatis ad effectum, vt filiæ non faciant deficere conditionem filiorum, quod oportuniori loco infra demonſtrabi-
10 tur, † & multi DD. exaduerſo allegati, qui ex ratione conſeruandæ agnationis non extendunt fideicommiſſum, loquuntur quando ratio coniecturis colligitur, quæ vt plurimum fallaces ſunt, ſentientes contrarium, quando ratio eſt expreſſa, vt inter alios manifeſtè ſētit *Seraph. in allegata deciſione* 1486. *nu.* 16.
11 Et quando adeſt ratio ſcripta, quod ex ea extendi poſſit fideicommiſſaria ſubſtitutio, facilè eſſet oſtendere ex allegatis à *Menoch. præſumpt.* 73. *in* 4. *& à Surdo d. conſ.* 67. ſed opus nō eſt verſari in his difficultatibus, quia vocatio omnium eiuſdem nobilis familiæ *de Coſtabilis* eſt in teſtamento expreſſa, vt antea oſtendi.

Quam expreſſionem in vanū nititur euertere D. Aduocatus aduerſarius, prius ſentit non diuertere teſtatorem ad alios tranſuerſales, niſi caſu, quo ambo ſui filij decederent, ita vt non remaneret perſona ex eorū deſcendentia, quod non eſt in caſu noſtro, cum reperiatur D. Iulia, quæ ſub nomine filiorum continetur: Quod teſtator non vocet tranſuerſales niſi non exiſtentibus deſcendentibus poteſt admitti, ſed quod Iulia ſub nomine filiorū contineatur, quando adeſt deſiderium conſeruandi bona in familia nequaquā, quod infrà ſuo loco probabitur.

Alia ſubdit D. Aduocatus in verſ. *demum vt fundatus*, in quibus tenet conditionem *ſi ſine filijs* reſpicere tantum caſum, quo alter ex filijs decederet ſine filijs, ex quo ſequitur, vt vocatio aliorum verificetur in filijs, & deſcendentibus ex alio filio, & non aliter in tranſ-

uerſalibus, & concludit teſtatorem proui-
diſſe in caſu, quo alter ex filijs decederet ſi-
ne filijs, & in caſu, quo omnes decederent,
ſed cum deſcendentibus, omiſiſſe autem
tertium caſum, quando ſcilicet vterq; deceſ-
ſiſſet ſine filijs, qui caſus eſt propterea pro
omiſſo habendus, quia coniecturis non eſt
trahenda mens teſtatoris ad id, quod ipſe
ex induſtria omiſit, allegando plura ad hoc.

Sed quòd verba *ſi ſine filijs* referantur tã-
tum ad caſum, quo alter ex filijs decederet
ſine filijs, & tertius caſus ſit omiſſus falſum
arbitror. verba contrarium manifeſtè id inſi-
nuant, Prius hæres inſtituitur ſolus Brande-
liſius filius, & quia grauatur reſtituere dimi-
diam Philippo alteri filio, intelligitur di-
ctus Philippus ſubſtitutus per fideicom-
miſſum ad dimidiam, quando erit à banno
liberatus, vel dicamus ſub conditione, ſi erit
liberatus. Deinde eidem Brandeliſio teſtans
ſubſtituit eius filios ſub conditione, ſi eorum
pater decederet antequã Philippus reſtitue-
retur à banno, quod cum contingere
potuerit adita, & non adita hæreditate à
Brandeliſio, dicuntur eidem filij ſubſtituti
per compendioſam conceptam per verbum
directum *inſtituit*, & commune *ſubſtituit*
Iura ſunt ad hæc vulgaria, & omnibus nota,
& ob id putaui è re eſſe eorum allegationi-
bus nõ grauare Perilluſtres, & Excellentiſſ.
Dominos Iudices.

Hactenus de ſubſtitutionibus ſimplicibus,
& non continentibus ſucceſſiuũ tractum tem-
poris, & per quas curauit teſtator prouidere
filijs ſuis, præſertim Philippo, & nihil præte-
rea. Deinde in verſ. *inſuperq;* tranſit ab ſub-
ſtitutiones reciprocas inter eius filios, & ad
ſucceſſiuas in perpetuum, per quas intendit
conſeruare bona in familia illorum *ài Coſta-
bilis*, & ait *prædictis ſuis filijs, vt ſupra dece-*
12 *dentibus* † hæc verba non poſſunt verificari in
ſolo Brandeliſio, quia in plurari dicitur *(ſuis
filijs)* *l. vbi numerus ff. de teſtibus*, & particula
(vt ſupra) non poteſt referri ad decedẽtiam
filiorum, quia tantum de decedentia Bran-
deliſij antea dictum fuit, & non fuit dictum
de decedentia ſine filijs, & ideò refertur ad
perſonam filiorũ, quaſi dicatur prędictis ſuis
filijs, de quibus ſupra .ſ. Brandeliſio, & Phi-
13 lippo, † eſt enim particula *vt ſupra* relatiua
præcedentium *Bar. in l. 1. §. hoc edicto in fine
ff. de poſtuland. Dec. conſ. 226. num. 3.* & ideo
non poteſt referre, niſi ea, quæ in præceden-
tibus continentur, deinde ſequitur teſtator
poſtquàm de ambobus filijs decedentibus
dixit, & ait, *vel altero ipſorum decedente ſine*
14 *filijs* † dictio, *vel*, eſt diſiunctiua caſuum, &
alternatiua *Bar. in l. ſupra iter §. offitium ff. de
aq. pluu. arcend. Alberic. in dictionario in hoc
verbo*, quæ diſiungendo oſtendit voluiſſe te-
ſtatorem prouidere in caſu obitus amborum
15 filiorum, & vnius tantùm, † & vti alternatiua
oſtendit ſufficere voluntatem verificari in
vno caſu tantum *reg. in alternatiuis de reg.*
16 *iur. in 6.* ex quo ſequitur, † vt conditio *ſine fi-
lijs* referatur ad vtrunq; caſum, iuxta doctri-
nam *Bar. in l. talis ſcriptura in §. fin. nu. 3. ff.
de leg. 1.* nec enim eſt ratio, vt magis referа-
tur ad vnum caſum, quam ad alium, & pro-
inde, cùm in his duobus caſibus alij ſubſti-
ſtituantur, non poteſt dici, tertium caſum,
quando ambo filij decederent ſine filijs re-
manere ſine prouiſione teſtatoris, & ita non
tollitur funditus fundamentum noſtrum, vt
teſtator loquendo de alijs, quando non ad-
ſunt deſcendentes, neceſſariò intelligat de
trãſuerſalibus, prout D. Aduocatus opinatus
fuit, ſed inconcuſſum remanet.

Quo fit, vt nobis non ſit inſiſten. in illis,
quæ de coniecturis dicuntur nimirum, quia
intentio noſtra non coniecturis, ſed expreſ-
ſæ vocationi innititur, & quando inniterе-
tur coniecturis facilè euitari poſſent doctiſ-
17 ſimè cumulata à D. Aduocato, † non enim
procedunt, quando coniecturæ ex alijs diſ-
poſitis in teſtamento colliguntur, vt *ex Pa-
riſ. Marzar. & Burſat.* tenet *Graſſ. de ſucceſſ. §.
fideicom. q. 4. n. 7.* pręcipuè, quãdo verba non
18 repugant, & colliguntur ex ratione, † in qua
potiſſimũ conſiſtit voluntas teſtatoris *l. cum
19 pater §. dulciſſimis ff. de leg. 2.* † quæ enim con-
iecturæ ex expreſſis inferuntur, expreſſè di-
cuntur *Dec. in l. humanitatis n. 7. C. de impub.
& al. ſubſtit. Zanch. ad §. cum ita in 4. parte
num. 210. & ſeq. cum alijs, de quibus Menoch.
de acquir. poſſ. remed. 4. nu. 123.*

Amplector modo ſecundum caput præ-
ſentis conſultationis in eo conſiſtens, an de-
fecerit fideicommiſſum, quo vocatus fuit D.
Io. Baptiſta: Qui defendunt cauſam D. Iulię
aiunt illud defeciſſe, quia Brandeliſius de-
ceſſit relicto Io. Baptiſta filio ſuo, & ita defe-
cit illa conditio, ſub qua agnati de familia
vocati fuerunt, ſcilicet ſi ambo filij teſtato-
ris deceſſerint ſine filijs, & quamuis poſtea
filius Brandeliſij deceſſerit ſine filijs maſcu-
lis, tamen non producitur fideicommiſſum
ad grauamẽ dicti filij Brandeliſij, ſed extin-
ctum per exiſtentiam dicti filij, ſemper ma-
net extinctum, ad quod allegatur *volg. conſ.
Oldradi*

Digitized by Google

20 *Oldradi* 21.† de quo non eſt dubitandum,
quin ſit communiter receptũ in praxi appro-
batum, & à *Sacra Rota Romana* ſępiſſimè ca-
21 nonizatum † etiam in caſibus, in quibus te-
ſtator affectionem habuerit ad conſeruatio-
nem agnationis, vt in his terminis loqui vide-
tur *Oldrad.* & cumulatiſſimè oſtendunt *Sfort.*
*Oddus conſ.67.& Surd.conſ.*468.aliaq; plura
ad id tendentia cumulatiſſimè allegantur, &
plures deciſiones Rotæ Rom. & præſertim deciſ.
in cauſa de Lambertinis, quæ in multis capiti-
bus ponderatur, & oſtenditur eſſe in puncto,
22 immo, & in fortioribus terminis † pluraq; a-
lia adduntur ad probandum dicta in prohibi-
tione alienationis non extendere fideicom-
miſſum præcedens, maximè, cùm illa ad fi-
deicommiſſum veniat conſecutiuè, vt oſten-
dunt illa participia *prohibens, & omninò ve-
tans &c.* ad quod allegatur receptum *conſ.*
*Dec.*636.quod oſtenditur *à Rota* pluries pro-
batum fuiſſe.

Quæ omnia vera, & recepta ſunt in ſuis
caſibus, ſed nihil ad rem noſtram ex rationi-
bus infraſcriptis Prius obſeruãdum eſt, ver-
ba teſtamenti hæc fuiſſe *iuſſit, voluit, & man-
dauit, quod prædictis eius filijs, vt ſupra dece-
dentibus, vel altero ipſorum decedẽte ſine filijs
bona ipſius teſtatoris peruenire debeant ad a-
lios ſuperſtites, & ſic ſemper, & continuè pro-
cedendo vſq; in infinitum*, illa verba *& ſic ſem-
per procedendo* ſunt relatiua omnium præce-
dentium qualitatum, & intelligenda, *& ſic
ſemper, quando vnus, vel plures deceſſerint ſi-
ne filijs bona perueniant ad alios ſuperſtites,*
23 id operatur ſignificatio illius particulæ, *&
ſic*, quæ vt dixi qualitates præcedentes repe-
tit *Soc.conſ.*151.*nu.6.in 1.Grat. conſ.*106.*n.*
52.*in 2. Ruin.conſ.*170.*nu.2. in 2. Rol.conſ.*
34.*n.*28.*in* 4. quod etiam admittit D. Con-
tugus aduocatus D.Iulię, dùm in fine ſuæ in-
formationis ait hæc verba *& ſic* accipi ideſt
eodem modo, & forma, qua præceſſit, ergo in-
telligitur teſtator velle, vt ſemper bona per-
ueniant ad ſuperſtites, quando vnus, vel plu-
res moriuntur ſine filijs, & proinde voluntas
teſtatoris non terminabitur in Brandeliſio
decedente cum filio, ſecundum *conſilium
Oldrad.* ſed vlterius producetur; Nec dicatur
intelligi, quando viuente Bradeliſio vnus ex
agnatis decederet, quod alij ſuperſtites ſuc-
cederent, ſed in caſu, quo Brandeliſius dece-
deret ſine filijs, aliàs mortuo eo cum filijs ex-
tincta prima ſubſtitutione, & cæteræ corruũt,
Quia ſecundum hanc intelligentiam non re-
ctè repeterentur forma, & qualitates præce-
dentes: & repugnat verbum *procedere* ibi, *&
ſic ſemper, & continuè procedendo vſq; in infi-
nitum*, quod denotat tractum ſucceſſiuum ſi-
ne termino, ſed vſq; in infinitum, quod nõ eſ-
ſet ſi talis proceſſus terminaretur per obitum
Brandeliſij; Ex hoc conſtat non eſſe ellabo-
randum in coniecturis, quibus ceſſat conſ. *Ol-*
24 *drad.*† quia in perſpicua diſpoſitione opus
non eſt coniecturis *l. continuus §. cum ita in
fin. ff. de verb. oblig. l. ille aut ille §. cum in
verbis ff. de leg. 3.*

25 Sed vbi, etiam hæc verba deficerent, re-
ceptum eſt à *conſ. Oldradi* recedi ex coniectu-
ris *Seraph.deciſ.*1373.*Theſaur.deciſ.*96.*n.*34.
& alij plures, quos in re clara opus non eſt
allegare, & triginta quatuor coniecturas re-
fert *Lud.Caſanat.cõſ.*20.& nouiſſime *Ruſtic.
ad l.cùm auus ff. de cond. & demonſtrat.lib.*4.
*c.*12.*Menoch.præſumpt.*69.*nu.* 4. & facit *l.*1.
in fine C. de cond. inſert. ibi, *niſi alia defuncti*
26 *voluntas euidenter probetur*, † & potiſſimũ re-
ceditur, quando conſtat teſtatorem velle ſuas
ſubſtitutiones eſſe perpetuas, & factas ob de-
ſiderium conſeruandi perpetuò bona in fa-
milia, vt tenent plures cumulati à *Pereg. de
fideicommiſſ.artic.* 29. *nu.* 33.ex quibus cõ-
ſtat hãc eſſe opinionem magis communem,
pro qua nõ ſemel etiam teſtãtur pluries fuiſ-
ſe iudicatum *Aym. conſ.*878 *ſub nu.*10. *verſ.*
8.*idem Pereg.conſ.*49.*in* 1.*conſ.*98.*nu.*8.*in* 4.
*& conſ.*47.*ſub nu.*5.*verſ.qua ratione in* 5.vbi
etiam de receptiſſima opinione teſtari vide-
tur *Lud.Caſanat.* qui infinitos modernos alle-
gat *conſ.* 15. *nu.*35.*cùm pluribus ſeq.& conſ.*
20.*nu.*30.*Ruſtic. ad d.l.cùm auus lib.* 4. *c.* 2.
*in p.*7.*&* 8.*coniectura Bec. conſ.*159.*ſub nu.*
25.*verſ.præterea, & ſub nu.*26.*verſ.(tertio) in*
2. & multi ex his Doct. loquuntur in caſibus,
in quibus vigebat minor ratio .ſ. quia deſide-
rium conſeruandi agnationem non collige-
batur ex verbis expreſſis, vt hic, ſed ex circũ-
ſtantijs, vel, quia aderat qualitas maſculini-
tatis, vel quia fæminæ erant excluſæ, vel quia
aderat digreſſus ad plures ſubſtitutiones in-
ter agnatos, vel alia ſimilis circumſtantia.

27 Verùm, quia in hac re plures ex modernis
teneat ob rationem agnationis non recedi à
*conſ. Oldradi, vt Bolognet.conſ.*15.*Menoc.conſ.*
760.*in* 8.*Honded.conſ.*60. *Oddus conſ.*66.*&*
67.*Surd.conſ.*448.*& alij plures*, qui ducem
habent *Alex. in conſ.* 39.*in* 6.vt breuiter o-
ſtendatur allegatos nobis non obeſſe, obſer-
28 uandam hanc diſtinctionem propono; † Aut
deſiderium conſeruandi bona in agnatione
non eſt expreſſum in teſtamento, ſed ex cõ-
iectu-

Digitized by Google

lecturis colligitur, & tunc multi ſtant cum *Oldrado*, quia non videtur conuenire conie-cturam ex coniecturis deſumptam talem eſſe vt à *conſ.* communiter recepto recedatur, ità *Surd.conſ 448 in 3.* ſed nos non verſamur in his terminis, Aut deſiderium huiuſmodi eſt expreſſum, & tunc, aut eſt expreſſum verbis enunciatiuis, & hoc caſu multi ſtant cum *Oldrado* putantes, verbis ad aliud probatis non licere ab eo, recedere licet habeāt iura cōtraria, de quibus antea, ſed hi nō ſunt termini noſtri; Aut hoc deſideriū eſt expreſſum verbis rationem exprimentibus, & tunc, aut illis exprimitur deſideriū ſimplex, & non perpetuū, & tūc multi tenent non eſſe recedēdum à prædicto *conſ.* quia illud deſiderium ſimplex intelligitur tātum in caſibus expreſſis, & dicitur teſtatorem deſideraſſe conſeruare agnationem modis, & ſubſtitutionibus ab eo expreſſis, nec hi ſunt termini noſtri; Aut deſideriū exprimitur cùm verbis denotantibus perpetuitatē, & tūc, aut eſt tantū expreſſum poſt ſubſtitutiones, & fideicōmiſſa illatiuè, & non per modum principalis diſpoſitionis, & tunc aliqui credunt adhuc tenendum cū *Oldrado*, eo, quod iſtud deſiderium veniat conſecutiuè, & illatiuè ad ſubſtitutionem præcedentem, & eam ampliare non poſſit, ſed iuxta eam reſtringi, vt etiam dicitur de prohibitione alienationis ex *conſ.Dec.636.* & in his terminis conſuluerunt *Oddus conſ. 67.& Honded.conſ.60.in 1.& Pereg.conſ.57. in 5. in cauſa de Lambertinis*, nec nos in his terminis verſamur, quia deſiderium præcedit ſubſtitutionem, adeò vt potius ſubſtitutio veniat illatiuè ex deſiderio, & licet quādo præcedit exprimatur ſimpliciter, ſatis eſt, quod, quando poſtea reperitur additur perpetuitas, indè ſatis demonſtratur, quod quādo præceſſit in mēte teſtatoris fuit cum qualitate perpetuitatis. Et ratio, quæ ſequitur eſt concepta non illatiuè, ſed diſpoſitiuè, cùm dicatur, *quia iuſſit, & mandauit.*

Aut deſiderium habet perpetuitatem, & tunc, aut reſpicit tantum ſubſtitutiones factas poſt illam, cuius conditio *ſi ſine filijs* defecit, & ob cuius defectum eſt locus *conſ. Oldradi*, nec hoc caſu eſt ex mente multorum recedendum ab hoc conſilio ob eam rationem, quia cum prima ſubſtitutio ſine deſiderio agnationis defecerit, corruunt in cōſequentiā omnes ſequentes ſubſtitutiones, in quibus adeſt deſideriū agnationis, & hi ſunt termini, in quibus conſuluit *Alex.d.conſ.139.in 6.* & in quibus reſpondent illi, qui innituntur regu-
læ, quod vna ſubſtitutione præcedente deficiente corruunt omnes aliæ ab ea dependentes, ſed nec hi ſunt termini noſtri. Aut deſiderium eſt expreſſum verbis diſpoſitiuis ante omnes ſubſtitutiones, ita vt etiam reſpiciat ſubſtitutionem, in qua dubitatur an ſit locus *conſ.Oldradi*, & adeſt qualitas perpetuitatis, & tractus ſucceſſiuus, nec ſubſtitutio habet verba reſtrictiua *tunc, & eo caſu*, vel ſimilia, ſed verbis diſpoſitiuis concepta eſt, & iſte eſt caſus noſter, in quo, ſi aliqui ſunt, qui tenent
29 cum *Oldrado*, † vt videtur fuiſſe *Pereg.d. artic.*
29.ad fin. motus duabus rationibus, perperā
loquuntur, quia obſtat axioma illud receptiſ-
30 ſimum, † iuxta rationē à teſtatore expreſſam
eius voluntatem extendi *Bar.in l.pater filium*
§.cum fundum ff.de leg. 3. Paul. conſ.77. ſub
nu.5.verſ.(contrarium dico) Roman.conſ.457.
ſub nu.2.verſ.(in vnum colligendo) Rota Rom.
deciſ.698.nu.4 parte 1.diuerſ.Gratian.diſcep-
tat.forenſ.c.104.nu.43.lib.1.& Surd. quem
31 ſupra allegaui *in conſ.67.* † Et dum iſti innitū-
tur præcipuè authoritate *Alex. d. conſ.139.*
eius authoritas improbatur à *Rot.d.deciſ.698.*
num.11. & non eſt in terminis noſtris, vt mox
32 oſtendi. † Rationes autē, quibus mouetur Pe-
reg. non vrgent, quia dum prius conſiderat,
iuris cōſultos nihil dixiſſe de hac coniectura
in locis, in quibus probant dictum *Oldradi*
præcipuè in *l.ex facto in § ſi quis autem*, & ta-
men eorum tempore certum eſt, quod fiebāt
diſpoſitiones pro conſeruatione familiarum.

Reſpondetur, non potuiſſe Iuris conſultos omnia ſcribere *l. non poſſunt ff. de legibus*, & ſatis eſt ad fundādam noſtram intentionem, quod non firmarunt ex natiuitate filiorum extingui fideicommiſſum, adeo vt etiam procederet, quando adeſſet deſiderium perpetuę conſeruationis ipſius agnationis, immo I.C. in *l.cum ita in §.in fideicommiſſo ff.de leg. 2.* quando eſt factum fideicommiſſum, in quo familia ſit vocata admittit, illud extēdi poſſe, ſi ſpecialiter teſtator ad vlteriores agnatos voluntatem ſuam extenderit, ad quos non poteſt negari, quin ſit ſpecialiter voluntas extenſa, quando teſtator dixerit velle in perpetuum, & infinitum bona eſſe apud illos, qui ſunt de familia.

33 Allegat etiā *Pereg.tex.in §.nos igitur Auth.*
de reſtitut. fideicommiſſ. quæ verè nihil fa-
cit, loquitur enim de grauamine prohibitio-
nis alienationis, an vltra filios hæredum ex-
tendatur, & in teſtamento, ſuper quo Iuſtin.
reſpondet, quia prohibitio erat facta filijs,
vltra illos non extenditur, in codicillis verò

factis

Digitized by Google

facta is ab eodem teſtatore ſupponitur ſimpli-
citer alienationem fuiſſe prohibitam, vt bo-
na perpetuo manerent in familia, & decidi-
tur talem prohibitionem extendi vſque ad
quartum gradũ, de qua re *Mantic. de coniect.*
vlt. volunt. lib. 8. tit. 2. nu. 21. & ita illum tex.
ibi intelligunt *Bar. & Angel.* ex quo non po-
teſt vllo modo deduci, quod deſiderium cõ-
ſeruandi bona in familia, quando eſt adie-
ctum pro ratione vocationis, non poſſit ex-
tendere fideicommiſſum cõtra deciſionem
Oldradi, immo ille tex. extendit vſque ad
quartam generationem, licet ſupponatur in
codicillis factam ſubſtitutionem ſub condi-
tione *ſi ſine filijs*, vt videri poteſt ex caſu
propoſito ab *Angelo*, & clarius à *Cuiac. ad no-*
uel. 159. In ſumma iſte tex. vel eſt extra quę-
ſtionem noſtram, vel ſi eſt intra terminos
quæſtionis, non negat extenſionẽ fideicom-
miſſi potius eam concedit vſq; ad quartum
gradum, & ſi negaret extenſionem, non in
puncto caſus noſtri, quia loquitur in deſide-
rio conſeruandi bona in familia adiecto poſt
ſubſtitutionem, & in prohibitione aliena-
tionis quaſi illatiuè deductum ex ſubſtitu-
tione.

Allegatur etiam à D. Aduocato *l. pater*
filium § fundum ff. de leg. 3. vbi illa verba *ita*
enim fiet, vt fundus de nomine noſtro nunquã
exeat, nõ inducunt fideicommiſſum in caſu
34 mortis † ſed in hoc tex. verba per ſe non di-
ſponunt principaliter, vt in caſu noſtro, ſed
veniunt illatiuè ad præcedentia egregiè ibi
declarat *Bar.* dicens, quod ſi illa verba ratio-
nem ſignificarent, diſpoſitionẽ ampliarent,
à D. Aduocato pluribus, & quatenus oſten-
ditur, verba præcedentia dicentia de fami-
lia in genere reſtringi ad deſcendentes te-
ſtatoris de quibus infra: Id fruſtra fit, quia
nõ conuenit, vt dictum rationem reſtringat,
& vocatio aliorũ in caſu, quo ambo filij te-
ſtatoris decedãt ſine filijs prorſus repugnat.

Ex hoc diſcurſu à caſu noſtro pro verita-
te excluduntur omnes illi, qui ſtant cum *Ol-*
drad. & pro nobis infortioribus terminis o-
ſtenditur facere eos, qui ab *Oldrado* recedũt;
35 addito etiam, quod in caſu noſtro adeſt ge-
minatio non leuis conſiderationis, & deſi-
derium non eſt perſonale, ſed reale, (vt ex
litteris teſtamenti cõſtat) optimè *Surd. conſ.*
315. ſub nu. 19. verſ. (ad id autem) in 3.

Hinc fit, vt non ſit in vanũ laborandũ ſu-
per authoritatibus, & deciſionibus, quas Do-
minus Aduocatus ex induſtria cumulat ad
confirmationem *conſ. Dec. 636.* non enim
volumus, rationem, de qua in prohibitione
extendere fideicommiſſum, ſed tantum ſer-
uire ad illuſtrandam eximiam mentem de-
functi: Nec eſt admittendum, quod dicitur
de conſeruandis bonis in familia eſſe illatio-
nem, & rationem præcedẽtis fideicommiſſi:
immo fideicommiſſum eſt illatio ex præ-
cedenti ratione conſeruandi bona in fami-
lia, & quando etiam eſſet ratio præceden-
tis fideicommiſſi poſſet illud ampliare ex al-
legatis ſupra, & ex natura rationis: Et quan-
do apud *deciſ.* & *Doct.* allegatos colligitur,
quod dicitur de conſeruatione perpetua fa-
miliæ intelligi inter vocatos à teſtatore, & de
familia effectiuè teſtatoris, ea omnia proce-
dunt, quando verba ſubſequẽtia illatiuè pen-
dent à ſuperioribus, & diſpoſita non repu-
gnant, ſed, vt iam oſtendi dicta de conſerua-
tione familiæ non veniunt illatiuè, ſed ſtant
principaliter, tum, quod de illis per modum
rationis dicitur ante ſubſtitutiones, tum quod
36 id denotat aduerbiũ *quia* † quod ſtat princi-
paliter, & rationem reddit *l. hac actio ff. de*
calumn. l. demonſtratio §. quod autem ff. de
condit. & demonſtr. Grammatic. deciſ. 59. n. 3.
& non illatiuè vt faciunt aduerbia *propterea*
adeo & ſimilia, de quibus loquuntur doctrinę
ex aduerſo allegatæ. Et hic diſpoſita repu-
gnant, quia ſi teſtator in caſu, quo ambo filij
ſui moriantur ſine filijs, & ita ſit prorſus ex-
tincta ſua familia effectiuè etiam vocat alios
ſcilicet de *Coſtabilis* ea ratione, vt bona in
familia remanerent, quomodo poteſt, eſſe
quod hæc diſpoſitio reſtringatur ad deſcen-
dentiam teſtatoris, & eius familiam effecti-
uè ſi vocatio fit etiam quando illa familia
eſt extincta, & quatenus D. Aduocatus tàm
ſępe inculcat hanc reſtrictionem ad præce-
dentia puto, quod facillè colligatur ex ver-
bis teſtamenti quantum à veritate deuiet.

Dùm poſtea admittitur, in caſo noſtro fi-
deicommiſſum eſſe reale, ſed tranſitorium
tantùm ad perſonas vocatas; dicta hæc re-
37 pugnant, † quia ſi ad perſonas reſtringitur
ergo non reale, & ſi reale ergo tranſito-
rium ad omnes, ad quos bona tranſeunt: vi-
deri poſſunt *Soc. Curt. iun. & Pariſ. quos ad*
hoc allegat Surd. d. conſ. 315. ſub nu. 19. verſ.
(ad id autem) Soc. conſ. 62. nu. 10. in 3.

Dùm poſtea negatur cõiunctio plurium,
quia, quæ ſingula non proſunt &c. *Surd. d.*
conſ. 315. nu. 57. opus non eſt cõterere tem-
pus in hoc, quia noſtra intentio non funda-
tur in hac coniunctione, & conſideratur cõ-
iunctio non ad alium effectum, niſi, vt magis
conſtet

Digitized by Google

conſtet de deliberata mente teſtantis, quod non impeditur a regula, quæ ſingula nõ proſunt &c. Eadem ratione non eſt quod inſiſtamus in defendendo argumento, quod ſi ita non dicimus verba eſſent ſuperflua: quia non indigemus hoc auxilio, benè arguimus, ſi ità non dicimus repugnaret voluntas, quia quomodo finita familia teſtatoris ipſe vocat etiam eos de eadem familia qui non ſunt, & quomodo intendit perpetuò conſeruare familiam iam extinctam? Quando vnus ſolus filius teſtatoris deficeret ſine prole tunc vocatio aliorum verificaretur in alio filio, & eius deſcendentia, & ità in familia teſtatoris, quia hi etiam eſſent proximiores, ſed quid modo, quando prorſus eſſet extincta filiorum deſcendentia, in quo caſu etiam teſtator curauit prouidere? qui erit effectus huius prouiſionis ſi tranſuerſales non ſunt vocati?

Accedendo deinde ad quædam fundamenta, quæ grauia reputantur, illa ſanè ſi nõ leuia, ſaltèm non grauia exiſtimanda ſunt: quorum eſt primum in illis verbis, *& ſic procedendo ſemper, & continuè vſq; in infinitum* quæ denotant proceſſum lineæ deſcendentium, non tranſuerſalium, quia id non eſſet recta via progredi, ſed potius retrocedere.

Quod argumentũ eſt ſumma obſeruatione dignum, ſi ſubtilitatem intueamur, non æquè ſi veritatem; in eo prius ſupponitur, teſtatorẽ priùs vocare Philippum, & Brandeliſium, ſi intelligitur æqualiter, non rectè, quia vnus ad legitimam, alter ad alia bona, item vnus ad alia prȩter legitimam pure, alius præter legitimam ſub conditione ſi liberatus fuerit, additur ab Aduocato, & poſtea Brãdeliſi filios: ſi tractat de clauſula *in omnibus* rectè ſed ſi tractat de clauſula *inſuperq;* non rectè, quia non ſolùm filij Brandeliſij, ſed, & filij Philippi vocantur, dũm diſponitur, vt altero ex filijs decedente ſine filijs bona perueniant ad aliũ vel alios ſuperſtites, dum poſtea dicitur, in eadem linea in infinitum procedendum, rectè dicitur, quando vnus ſolus decedit ſine filijs, ſed quando ambo filij morerentur ſine filijs, cui caſui etiam prouidetur à teſtatore, non poteſt amplius intelligi de proceſſu ex recta linea, ſed oportet recedẽdo à terminis geometricis tranſire ad ſignificata Iuris conſultorum, & intelligere de proceſſu, hoc eſt progreſſu in ſucceſſione inter eos de familia, in qua placuit teſtatori bona conſeruare, nec oportet terminis matematicis confundere voluntatem teſtatoris, præſertim quia hi termini fortè erant prorſus ignoti teſtatori, & notario, qui eius voluntatem ſcripſit.

Ea verò quæ ſubijciuntur de *conſ. Oldradi* non egent reſponſione quia plenè fuit eis ſatisfactum.

Ad clauſulam *& ſic* pariter ſupra reſponſum fuit, & in ea conſtitutum ſolidum (ni fallor) fundamentum pro perpetuò fideicommiſſo, etenim intelligentiæ D. Aduocati repugnant verba *ſemper, & continuè* continentia tractum ſucceſſiuum.

Et tandem omnibus alijs omiſſis, In quibus cùm repetantur prius ſcripta, etiam ſatisfaciunt reſponſiones de quibus ſupra, concludo me conuenire cum D. Aduocato, deſiderium conſeruandæ agnationis de quo in verſ. *quia* eſſe rationem fideicommiſſi, Item prohibitionẽ alienationis, ex ſe nõ inducere nouum fideicõmiſſum, Itẽ quod dũ ſupereſſent filij, & deſcẽdentes ex filijs teſtatoris nõ eſſet locus vocationi tranſuerſalium, & quod inter filios teſtatoris factum fuit expreſſum reciprocum fideicommiſſum, ſed quatenus tenet D. Aduocatus rationẽ conſeruationis agnationis venire illatiuè ad fideicommiſſum, & eum reſtringi ad terminos fideicommiſſi, & totum fideicommiſſum terminari in filijs teſtatoris caſu, quo vnus eorum moriatur cum liberis, hæc non poſſum admittere, quia repugnat modus, quo verba ſunt in teſtamento concepta, ſignificatio verborum, natura rationis, quæ eſt vt non reſtringatur à dicto, & voluntas coniecturata teſtatoris deſumpta ex diſpoſitis: Nec puto in re tam clara dici poſſe, nos eſſe in dubio, ita vt intrent vulgaria illa, quæ cumulantur à D. Aduocato in fine ſuæ conſultationis.

Et quia ſupponitur D. Iuliam facere deficere conditionem *ſi ſine filijs*, ex pluribus allegatis in d. conſultatione paulo poſt princ.
38 verſ. *non obſtaret ſi aduerſarij* † prius aduertendum eſt, id non tranſire ſine maxima controuerſia, quando dictum eſt *ſi ſine filijs* licet facilius admittatur, quando dictum fuiſſet *ſi ſine liberis, aut ſine deſcendentibus*, vt videre eſt apud *Zanch. ad §. cum ita in part. 10. n. 1. Illuſtris. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 14. Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. fol. 2. n. 24. cũ ſeq. fol. 311. verſo Brun. de ſtat. excludent. famin. artic. 5. num. 43. Ant. Gabr. lib. 4. concluſ. tit. de ſubſtit. concluſ. 2. Arius Pinel. ad l. 3. C. de bon. matern. nu. 24. Molin. de primogen. lib. 3. c. 5. & alij de quibus Pereg. de fideicommiſſ. art. 25. & Imriglial. de ſubſtit.*
39 *centur. 3. q. 58.* † Illud autem modicam præ-ſefert difficultatem filias fæminas non pro-

prie

ptiè contineri ſub nomine filiorum, ſed opus
eſſe extenſione *l. quiſquis ff. de verb. ſignifi-
cat. & ibi Cepol. & Alciat. Gez ad. conſ. 20. nu.
2. Oddus conſ. 6. nu. 6. & Rota* ex opinione ve-
riori, & magis cõmuni *deciſ. 125. n. 8. part. 2.
nouiſſ.* Cui ſententię conſequẽs eſt, vt ex con-
iecturata mente defuncti facilè hæc extenſio
40 impediri poſſit, nimirum, † quia in teſtamen-
tis potiſſimum eſt inhærendum proprietati
41 ſermonis *l. non aliter ff. de leg. 3.* † Et inter plu-
res coniecturas; quæ circumferuntur illa eſt
præ cęteris vrgentior, quando teſtator habuit
deſiderium conſeruandi ſuam hæreditatem
apud proximiores de familia, fœminæ enim
licet ſint de familia non ſunt tamen aptæ ad
conſeruanda bona in familia, & minus ad
conſeruandum nomen, & decus ipſius fami-
liæ, vt experientia docet, ideo quando teſta-
tor habuit hoc deſiderium, quod ſub nomine
filiorum filiæ non contineantur tenent *Rhin.
conſ. 146. nu. 3. in 2. Gez ad. conſ. 89 nu. 5. Al-
ba conſ. 19. nu. 11. Nenız. conſ. 33. nu. 11. Od-
dus conſ. 6. nu. 22.* qui teſtatur hanc eſſe om-
nium opinionem habentem paucos contra-
dictores, & canonizatam à *Rota Romana*, &
loquitur *Oddus*, quando apparet aliquo mo-
do voluiſſe teſtatorem conſeruare bona in
agnatione, & ita etiam, quando id colligitur
ex coniecturis allegat plures tenentes hanc
opinionem etiam ex illis, qui regulariter
tenent filiam facere deficere conditionem
ſi ſine filijs, ſed in caſu noſtro non aliquo
modo, ſed verbis expreſſis de hoc deſiderio
teſtatoris conſtat, ideo exiſtẽtia D. Iuliæ non
poterit efficere, vt deficiat conditio *ſi ſine
42 filijs*, † multos Doctores idem tenentes, etiam
quando tantum ſunt ſubſtituti agnati recen-
ſet *Menoch. conſ. 95. num. 90. in 1. conſ 150.
nu. 54. in 2. & conſ. 204. nu. 46. in 3.* & ſequi-
tur *in præſumpt. 85. nu 8. & 9. Cacher. deciſ.
127. nu 4. Rota deciſ. 130. 132. ſub n. 1. 483.
485 ad fin. in verſ. præterea part. 4. diuerſ* &
ſuperioribus annis ita in *Rota* fuit deciſum *in
vna de Pozanis proponẽte R. P. D. Iuſto 5. Iulij
2004.* & quia res hæc magis clara eſt, quam
quod aliqua declaratione egeat vlterius non
inſiſto, paratus ſi ad hoc reduceretur difficul-
tas cauſæ latius ſcribere.

Nouiſſimè, quia inter plures deciſiones,
quas D. Aduocatus adducit potiſſimam vim
facit in deciſionibus de Maximis, & de Lam-
bertinis, neceſſarium eſſe exiſtimaui breuiter
dicere, quãtum hæ deciſiones differant à ter-
minis noſtris in caſu *conſ. oldradi*, & in voca-
43 tione familiæ; † Prius in caſu noſtro teſtator
prę̨mittit rationem, vt bona conſeruentur in
familia, deinde deuenit ad ſubſtitutiones, per
quas abſolutè alios vocat, non ſtrictè filios,
in caſu deciſionis de Maximis præcedũt ſub-
ſtitutiones, deinde illatiuè infertur eas factas
eſſe, vt ex illis oriatur effectus, vt bona tran-
ſeãt in lineam, & perpetuo maneant in cippo
domus, quòd ex præcedentibus illatum ne-
ceſſariò eſt ad præcedentia, ex quibus infer-
tur reſtringendum eſſe. Deinde in caſu no-
ſtro ratio conſeruãdi familiam eſt generalis
ad ſubſtitutiones, ideò eas facilè extendere
poteſt, in caſu deciſionis ratio, ſeu effectus
conſeruandi, ſi rectè aduertatur refertur par-
ticulariter ad id, vt fœminæ ſint dote conten-
tæ, de quo ſupra proximè. Præterea in caſu
noſtro particula, *& ſic* refertur ad proceſſum
continuum, de quo inferius ſubijcitur, ideò
rectè fuit expoſita, vt conditio *ſi ſine filijs* in-
telligatur repetita in omnibus, qui poſtea
continuè procedendo ſuccedunt, ſed in deci-
ſione particula, *& ſic* refertur ad præceden-
tia, vt ſcilicet in ſuccedendo virtute ſubſtitu-
tionis iam factæ filius intraret in locum pa-
tris, & ita ſeruaretur talis ordo ſucceſſiuus, vt
filius ſuccederet in locum patris, in ſumma
hæc particula in deciſione implicat modum
ſuccedendi in eadem ſubſtitutione facta ſub
conditione *ſi aliqui ex filijs teſtatoris deceſ-
ſerint ſine filijs*, hìc verò implicat nouam
ſubſtitutionem, & cõtinuationem in ſucce-
dendo, quia dicitur continuè ità procedẽ. ſ.
vt vno decedẽte ſine filijs, alius ſuccedat, ad
illum effectum, vt hæreditas perpetuò ſit a-
pud proximiores de familia. Amplius in de-
ciſione prohibitio alienationis reſtricta erat
ad filios inſtitutos, vel nepotes, qui in locum
parentum ſuccederẽt, & ita oſtendebat hos
tantum eſſe fideicommiſſo grauatos; vt in
eadem cauſa de Maximis conſiderauit *Rota
deciſ. 117. parte 1. nouiſſ.* hic verò prohibi-
tio eſt realis Item in caſu deciſionis fuerat à
teſtatore facta præcipua ſubſtitutio in caſu,
quo contingeret filios decedere cum filijs,
& hi poſtea ſine filijs, vt in teſtamento verſ.
Item ſimiliter poſt vocationem baſtardorũ,
ità conſtat teſtatorem hunc caſum cogitaſ-
ſe, ideò per coniecturas non eſt procedẽ-
44 dum, benè conferunt, & † quæ de filijs cogi-
tatis à teſtatore, qui ex coniecturata condi-
tione *legis cum annus ff. de condit. & demon-
ſtrat.* non excludunt ſubſtitutum ſcripſit *Soc.
in d. l. cùm annus ſub nu. 79. & conſ. 191. col. 1.
& ſeq. in 2. Soc. iun. conſ. 102. num. 41. & conſ.
128. n. 38. & 93. in 1. Tiraquel. ad l. ſi vnquã*

in præ-

Digitized by Google

in præfat. nu. 65. C. de reuoc. donat. cōterunt, & ſcripta à *Rip. ſub l. 1. ſub nu. 171. ff. de vulg. & pupil.* Sed in caſu noſtro non habemus ſpecialem prouiſionem, quando filij moriūtur ſine filijs, ideò facile confugere poſſumus ad coniecturas ſumptas ex ratione generali. Tandem quicquid ſit, exemplis non eſt iudicandum, & quamuis maxima ſit authoritas Rotæ, tamen Reuerendiſs. Auditores, vt homines potuerunt errare, & quandoq; in ſuis deciſionibus variarunt, vt in cauſa de Lambertinis, & in cauſa de Maximis vim maxi-
45 mam faciunt *in conſ. Alex. 139. in 6.* quod tamen ſpernunt, & reijciunt in *d. deciſ. Rota 698. parte* 1. præſertim, quia non ſatisfacit rationi agnationis.

46 Quātum verò attinet ad *deciſ. in cauſa de Lambertinis, quæ eſt deciſ.* 300. *p. 1. recent.* in ea ſit præcipuum fundamentum, quod ratio conſeruandi bona in familia ſtat cauſaliter, & ex præcedentibus deducitur illatiuè, & conſecutiuè, ſentientes DD. Audit. contrarium dicendum, quando ratio ſtaret diſpoſitiuè, ſed in noſtro caſu ratio ſtāt diſpoſitiuè, cū dicatur, *quia iuſſit, voluit, & mandauit dic. teſtator*, quæ verba diſpoſitionem deſignant, & non dicitur, vt ſtēt bona in familia, vel ad effectum, vt ſtent, quò caſu ratio poſita eſſet cauſaliter, & illatiuè.

Præterea teſtator ibi locutus fuit de familia ſua, & intellexit de deſcendentia ſuorum hæredum, qui erant eiuſdem colonellicùm teſtatore, & deſcendentes ab eodem ſtipite, ad quam familiam deciſio concludit reſtringi deſiderium teſtatoris num. 44. ſed hic teſtator dixit de familia *illorum de Conſtabilis*, & ità deſiderium reſpexit totam familiam, in qua etiam continetur D. Io. Baptiſta actor.

Inſuper onus fideicommiſſi ibi erat perſonale, vt ſub nu. 34. nimirum, ſi reſtringitur ad perſonas deſcendentium Annibalis, hic verò onus eſt reale, cum diſponatur hæreditatem manere apud proximiores de familia.

Vltimo illud, vt bona permanerent perpetuo in familia teſtatoris poterant verificari in agnatis depēdētibus à ſtipite teſtatoris, ideò opus nō erat id extendere ad agnatos alterius ſtipitis, vt nu. 42. ſed hic in caſu, quo facta eſt ſubſtitutio decedentibus omnibus filijs inſtitutis ſine filijs non poteſt verificari, vt hæreditas perpetuò ſtet in familia, hoc eſt deſcendentia teſtatoris, ideò oportet, vt verificetur in familia tranſuerſalium, & dùm in ſubſtitutione alij vocantur intelligatur reſpectiuè, etiam de tranſuerſalibus.

Tandē leue fundamētū poteſt fieri in hac deciſione, quę ante habuit contrariam deciſionem, & aliam deciſionem expectat, quæ facile poſſet conuenire cum prima: Etenim nunc etiam hæc cauſa controuertitur in ſacra Rota.

Hæc arbitror ſufficere ad tollenda omnia dubia, quæ poſſent facere contra D. Actorem, in quibus non potui vti maiori breuitate.

Laus, Deo, & Virgini.

EPITOME.

Vulgaris ſubſtitutio, in quibus caſibus inducta dicatur, & in quibus fideicommiſſaria: Item quando verba directa obliquari poſſint, & quando non.

SVMMARIVM.

1 I*Nſtituto aliquo hærede, & eius deſcendentibus, an dicantur ſimul inſtituti, vel ordine ſucceſſiuo.*

Quando autē inſtituti ſunt deſcendentes mortuo patre dicuntur inſtituti ordine ſucceſſiuo nu. 2.

3 *Verba illa* ſibi hæredem inſtituit reliquit &c. *ſunt directa.*

Licet .n. verbum reliquit *ſit commune efficitur tamē directū adiecto verbo* hęredem *n. 16.*

Quid ſi verbum hæres *poſſit à communi ſignificatione obliqua nu. 17.*

4 *Deſcendentes vocati vna cum patre verbis directis dicuntur vocati per vulgarem.*

Quamuis adſint verba illa, Et eo . . ita functo, *vel* poſt eum, *vel* ſucceſſiuè, *quia intelliguntur de ſecundo gradu vocationis per vulgarem nu. 9. & 11.*

Contrarium autem de verbis poſt eum *n. 40.*

Per vulgarem quoq; ſucceduat, quando pater, cum quo vocati ſunt, poteſt ſolùm directò ſuccedere nu. 7. 10. & 11.

Quia, quæ continentur in eadem oratione iudicantur vti vnum corpus nu. 6.

Et eorum, quæ ſub eadem clauſula ponuntur æqualis debet eſſe determinatio nu. 8.

5 *Verba directa non deflectuntur ad ſenſum obliquum, quando operari poſſunt in ſ directo, de quo vide etiam nu. 25.*

Quandoq; tamen obliquantur in compendioſa ex mente teſtatoris, præſertim, quando vocantur maſculos nu. 26.

12 Bald. conſ. 492. in 2. *in quibus terminis loquatur.*

13 Caſtr. conſ. 370. in 2. & in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & poſthum. *communiter damnatur.*

14 *Ab vſu loquendi notarij interpretatur voluntas teſtatoris.*

15 *Subſtitutio per verba communia valet in vim directa, & fideicommiſſaria.*

17 Odd. de compend. ſubſtit. partic. 5. fol. 173. *loquitur contra communem.*

18 *Subſtitutio eſt fideicommiſſaria, quando concepta eſt per verba tractus ſucceſſiui, & num. 41.*

Quando autem verba dicantur habere tractũ ſucceſſiuum, & quando non latè nu. 19. 20. 21. & 22.

Et præſertim, quando nomina collectiua denotent tractum ſucceſſiuum, & inducant fideicommiſſum, & quando non num. 20. & 21.

At verba in infinitum *reſtricta ad certum caſum non continent tractum ſucceſſiuum num. 22.*

Dicitur etiam fideicommiſſaria, quando vocati ſunt poſiti in conditione, & grauati n. 30. & 31.

Et ex voluntate teſtatoris, quando vocat ſororem, & eius filios, ſi tunc ſoror nupta non erat, nec filios habebat nu. 32.

Maximè ſi ſoror erat grauata fauore quorundam minus dilectorum ipſis filijs nu. 33.

Et eſt fideicommiſſaria, quando plures coniecturæ id ſuadent nu. 34.

Et quotieſcũq; vocatio non eſt reſtricta ad certum tempus nu. 35.

Maximè, quando adſunt verba habentia tractum ſucceſſiuum nu. 41.

Item, quando ſubſtitutio eſt compendioſa num 35.

Et, quando digreſſum eſt ad plures gradus ſubſtitutionum num. 36. & 37.

21 Menoch conſ. 85. & Cephal. conſ. 354. *conſuluerunt in eodem caſu.*

23 *Clauſula Codicillaris, & clauſula* ſola facti veritate inſpecta, *operantur, vt in compendioſa ſubſtitutione contineatur fideicõmiſſaria, non autem in vulgari, & nu. 24.*

25 Leoni. de compend. ſubſtit. n. 332. & ſeq. *loquitur contra communem.*

27 *Deſiderium conſeruandi agnationem non colligitur ex vocatione maſculorum, niſi ſit geminata, & continuata in familia teſtatoris.*

Et tale deſiderium poteſt extendere fideicommiſſum, non autem illud inducere nu. 28.

29 Corn. conſ. 226. in 4. *reprobatur.*

38 Dec. conſ. 431. & Curt. conſ 48. *conſuluerũ in eodem caſu, & contra eos in iiſdem terminis* Ruin. conſ. 99. in 2. & Laderch conſ. 92.

40 *Dictio* poſt, *eſt ſeparatiua.*

RESPONSVM XXVI.

Perilluſtres, & Excellentiſſ. Patres.

SI in teſtamento D. Tadeæ de Carlinis ſimpliciter fuiſſet inſtitutus Cõſtantius, & eius liberi, & deſcendentes, cum inter eos caderet tantum ordo affectionis, poterat, ſi
1 non affirmari, ſaltem dubitari, † quod cum Conſtantio eodem tempore eſſent inſtituti eius deſcendentes, qui tempore mortis teſtatricis reperirentur in rerum natura, ex ſcriptis à *Doct. in §. quidam rectè l. Gallus ff. de lib. & poſthum.* quorum dicta diligenter reaſſumunt *Illuſtriſ. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 7. num. 17. cum ſeq. & Pereg. de fideicommiſ. artic. 17. num. 20. & ſeq.*
2 Ad quam dubitationem tollendam, vel teſtatrix, vel notarius, cui eius voluntas erat nota, addidit illa verba, *& eo vita functo*, denotantia, deſcendentes ordine ſucceſſiuo vocatos eſſe poſt patrem, nec aliud præterea eſt, quod hæc verba operentur *Abb. in c. certificari col. pen. de ſepult. Gemin. in c. ſi Papa de priuil. in 6.*

Reſtabat dubitatio, an deſcendentes poſt Conſtantium vocati eſſent per ſolam vulgarem, an etiam per fideicommiſſariam, quã dubitationem, exprimendo voluntatem teſtatricis, optimè reſoluit notarius per hæc verba *ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit, reliquit, ac ore proprio nominauit, ac eſſe voluit,*
3 quæ omnia relata ad illa *ſibi hæredem* ſunt
4 directa *Gabr. conſ. 169. nu. 47. in 1.* † & deſcendentes vocati ordine ſucceſſiuo poſt patrem verbis directis per vulgarem tantum vocati ſunt *Soc. in d. l. Gallus §. quidam rectè in 2. caſu num. 7.* communiter receptus *Menoch. præ-*
5 *ſumpt. 71. nu. 7. in 4.* † id enim operatur natura verborum directorum, quæ non facilè deflectuntur ad ſenſum obliquum præſertim, cũ operari poſſint in directo *Aret. in d. §. quidam rectè col. 3. verſ. 2. videtur errare*, magis communiter receptus *Aym. conſ 131. ſub nu. 3. Pereg. de fideicom. artic. 18. ſub nu. 5. verſ.*

(in hoc puncto) Rota Rom. apud Barz. deciſ. 10. *nu.* 1. optimè *Couar. ad c. Raynutius* §. 2. *num.* 7. *de teſtam.* quod, quando eſt inſtitutio plurium, quæ intelligitur ordine ſucceſſiuo ſemper intelligitur per vulgarem, ſed hic deſcẽdentes ſunt cum Conſtantio inſtituti, & facti hæredes, ordine tamen ſucceſſiuo ob illa verba *& eo vita functo*, ergo per vulgarem.

Indubitatũq, id mihi videtur ex eo, quòd in eadẽ oratione recta ab iiſdem verbis, vocati ſunt Conſtantius, & eius liberi, & deſcen-
6 dentes, † efficit enim eadem oratio, vt, quæ in ea cõtinentur iudicentur vti vnum corpus *l. vnic.* §. *hoc ita idem variè C. de caduc. tol. ibi (quia coniuncti quidem propter vnitatem ſermonis quaſi in vnũ corpus redacti ſunt) l. plenè in fine princ. ff. de leg.* 1. *Iaſ. in l. huiuſmodi* § *ſi Titio ſub nu.* 8 *ff. de leg.* 1. *Io. Fab. in* §. *ſi eadem ſub n.* 8. *ibi (vnde quaſi vnum corpus) Inſt. de legat.* & poſt iſtos *Ant. Gomez. de iure accreſcend. ſub n.* 38. ex quo deducitur, vt teſtatrix voluerit, eius teſtamentum, & inſtitutionem incipere pariter à Conſtantio, & eius deſcendentibus eo vita functo, ſed à deſcendentibus Conſtantij non poteſt incipere per fideicommiſſariam, ſed per vulgarem tantum *Bar. in l.* 1. *ſub num.* 28. *& ibi alij Doct. ff. de vulg. & pupil.* ergo ſola vulgari ſunt deſcendentes vocati.

7 Amplius † hæc vnitas orationis efficit, vt deſcendentes ſint eodem modo ore proprio inſtituti, relicti, & facti hæredes, quemadmodum, & Conſtantius, ſed iſte non eſt niſi directè, ergo nec iſti niſi directè, qui quatenus vocarentur per fideicommiſſum, nec verè eſſent inſtituti, nec nominati hæredes, & eo-
8 rũ nominatio minimè neceſſaria fuiſſet, † eorum enim, quæ ſub eadem clauſula ponuntur æqualis eſſe debet determinatio *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupil & l. quamuis C. de impub. & al. ſubſti.* ita in puncto arguit *Ruin.*
9 *conſ* 99. *n.* 12. *in* 2. vbi id tenet, † etiam, quod adſint verba, *poſt eam*, dicens, illa denotare tantum ſecundum gradum vocationis, ſimilem tamen primo, quemadmodum, & hic putamus eodem officio fungi illa verba, *& eo vita functo*, immo multo magis habere hunc ſenſum, vt dicemus infra, ſequitur & *Laderch. conſ.* 92, *num.* 6. *cum pluribus ſeq.* in cuius caſu pariter aderant verba & *poſt eam*, & ta-
10 men reſpondet eſſe tantum vulgarem ‡ † Alij etiam ſunt, qui ex eo, quod filij ſunt cum patre vocati, reſponden. eſſe vocatos per vulgarem, vt *Paul. conſ.* 352. *in fine in* 2. vbi, quia filij ſimul inſtituti ſunt cum patre, tenet per vulgarem, & licet in caſu noſtro non fuerint inſtituti cũ patre, ſed ea vita functo hoc nihil refert, quia intelligit *Paul.* ſimul quantum ad vnitatem orationis, vt hic, non quantum ad effectum, ideò vult, vt veniãt per vulgarem, & ita, vel patre mortuo, vel non exiſtente hærede *Soc. ſen. conſ.* 249. *ſub num.* 10. *verſ.* 2. *reg. in* 2. quod de pluribus orationibus poſitis in eadẽ oratione fit idẽ iudiciũ, vt qualitas vnius fit, & alterius ratione, vnitatis cuius ratione ẽt idem dicetur de inſtitutione, & ſubſtitutione poſitis in eadẽ oratione, & rectis ab iiſdẽ verbis; optimè *Soc. iun. conſ.* 180. *nu.* 42. *& ſeq. & nu.* 50. *in* 2. qui etiam tenet, ob vnitatem orationis ſubintelligi aduerbium *tunc*, quod denotat filios, & deſcendentes Conſtantij eſſe vocatos in primo caſu, quemadmodum, & Conſtantius *Decian. conſ.* 26. *nu.* 33. *verſ. (quarto conſidera) in* 2. vbi teſtator quoſdam inſtituerat expreſſis nominibus proprijs nihil dicendo de eorum filijs, poſtea adiecit *item volo, quod bona mea per dictos hæredes, & eorum filios maſculos de eis legitime deſcendentes, & per deſcendentes*
11 *ex ipſis ſucceſſiuè poſſideãtur* reſpondet † *Decian.* quia filij, & deſcendentes ſunt poſiti in eadem oratione, recta ab eodem verbo, vt aduerbium *ſucceſſiuè* intelligatur rãtum per vulgarẽ, & vt deſcendentes vocati ſint directè, quẽadmodum, & primi inſtituti vt latius per eũ, ad quem me refero, qui etiam allegat *Aret. Ruin. Dec. & Pariſ.* vt per eum; & idem *Decian. in conſ.* 1. *nu.* 237. *cum plur. ſeq. in* 1. tenet, quod cum inſtitutio eſt facta cum ſubſtitutione, hæc pendeat ab illa, & ſecundum eius naturam interpretetur, vt ſit vulgaris, ad quod inducit plura *conſ. Dec.* nec non, & *cõſ. Alex. Ang. Cepol. & Corn.* vt per eum, licet ſecus teneat, quando filiorum ſubſtitutio pendet à ſubſtitutione compendioſa continente fideicommiſſariam. Et quamuis dicat *Bal.* contrarium tenere, quando vocati ſunt deſcendentes in *conſ.* 305. *in* 3. in hoc tamen
12 *conſ.* nihil de hoc loquitur *Bal.* † ſed eſt *conſilium* 492 *in* 2. vbi tantum definit *Bal.* deſcẽdentes venire poſt patrem ordine ſucceſſiuo, ſed non determinat, an per vulgarem, vel fideicommiſſariam *Menoc. conſ.* 85. *nu.* 95. *in* 1. & quando etiam id *Bal.* dixiſſet habet plures contradictores, qui pariter loquuntur in liberis, & deſcendentibus, vt *Dec.* in conſilijs allegatis ibi à *Dec.* quibus addi, etiam poteſt *Corn. conſ.* 17. *nu.* 1. *in* 4. qui loquitur, quando vocati ſunt nepotes, & quando vocati ſunt liberi *Bertrand. conſ.* 82. *ſub nu.* 3. *ibi nos au-*

tem

tem loquimur in 2. parte nouiſſimorum Rubeus in d. §. quidam rectè ſub num. 18. vel etiam ſi dicat ſubſtituo liberos, vel ſuos, vel deſcendentes, & quamuis etiam *Decian.* dicat
13 contrarium tenere † *Paul. in conſ.* 370. *in* 2. ipſe loquitur in filijs vocatis cum patre per verbum *inſtituo*, & ſequitur opinionem, quam habuit *in §. quam rectè*, à qua *Aret. Soc. & alij* communiter recedunt.

His authoribus motus teneo deſcendentes Cõſtantij eſſe vocatos tantùm per vulgarem,
14 ad † quod etiam facit vſus loquendi notarij, quod, quando ſentit teſtatricem fecisse cõpendioſam aptam continere fideicommiſſariam, id benè ſcit exprimere extra dentes, vt in legato Dorotheæ Campegię, cui cum velit teſtatrix ſubſtituere eius filiam poſt mortẽ, & poſt agnitionem legati hanc voluntatem his verbis exprimit, *cui D. Dorothea quandocunq; decedẽti ſubſtituit, & inſtituit d. D. Alexandram*, ſi etiam in inſtitutione id voluiſſet teſtatrix eodem modo notarius expreſſiſſet non expreſſit, ergo noluit *l. vinc. §. ſin autem C. de caduc. tol.* Immo, quando notarius vocat plures per idẽ verbum, & in eadem oratione, conſtat, quod eos vocat ſucceſſiuè per vulgarẽ, vt in legato Barbaræ de Cedropianis, in quo vtitur alternatiua, dùm ſcribit *reliquit Barbara ſeù eius filijs*, quem ſenſum etiã habuit, quando dixit (inſtituit Conſtantium, & eo vita functo eius liberos). ſ. Cõſtãtiũ, ſeu eius liberos, inſtitui: vita fũcto ipſo Cõſtãtio.

His non videntur mihi repugnare ea, de quibus acutiſſimè dùbitãt Perill. & Excellentiſs. Domini mei: Etenim dùm prius cõſideratur, vocationem deſcendentium eſſe per
15 verba directa, & communia, † quale eſt verbum *reliquit* demonſtrantia eſſe ſubſtitutionem compendioſam aptam valere in vim directæ, & fideicõmiſſariæ, iuxta doctrinam *Oldrad. conſ.* 125. *in princ. & Bar. in l. Centurio nu.* 38. *ff. de vulg. & pup.*

16 Reſpondetur verbum *reliquit* ob adiectũ *hæredem* eſſe directum *Angel. conſ.* 101. *& in d. l. Centurio Alex. nu.* 93 *verſ. poſſet tamen Claud. ſub nu.* 45. *& Iaſ. ſub nu.* 59. *verſ. limita*, & ſupra allegauit *Gabr. conſ.* 169. *num.* 47.
17 *in* 1. † Et licet *Oddus de compend. ſubſt. par. tit.* 5. *fol.* 173. teneat contrarium, loquitur contra alios, & loquitur, quando verbum *hæres* poteſt accommodari ſignificationis obliquę, quod non poteſt in caſu noſtro.

18 Secundò dicitur, † exiſtentibus verbis tractum ſucceſſiuum denotantibus, etiam intelligi ordine ſucceſſiuo per fideicõmiſſarium, vt omnes tenent in *d. §. quidam rectè*, & inductam cenſeri compendioſam, quæ verba videntur eſſe in caſu noſtro ibi, *& eo vita functo*, & dum per nomina collectiua liberorum, & deſcendentium vocatur poſteritas Conſtantij.

19 Ego verò ſentio, † verba dici habere tractum ſucceſſiuum, quando ſignificant effectum, & executionem ſubſtitutionis non terminari vno actu, ſed porrigi ad plures alios caſus ſucceſſiuos, & poſtquam habuerit executionem in perſona primi vocati, vt poſt *Torniel.* declarat *Pereg. de fideicommiſſ. artic.* 14. *nu.* 18. huiuſmodi non ſunt hæc verba *eo vita functo*, quæ ſi important conditionem mortis, illa terminatur in actu, quo effectuantur verba directa, qui eſt per aditionem, vel non aditionem hæreditatis, cum enim poſt eum, cui eſt adiecta conditio mortis, alij vocentur directè eo modo, quo ipſe vocatur . ſ. directè tantum, conditio mortis non poteſt habere tractum ſucceſſiuum, niſi ab hora, qua fit teſtamentum ad tempus, quo poteſt adiri hæreditas, & ibi conditio terminatur: tunc enim conditio mortis habet tractum ſucceſſiuum, & inducit compendioſam, quãdo euentus mortis poteſt contingere tempore, quo poſſint dari plures ſubſtitutiones, vt ſi dixiſſet teſtator, *inſtituo Conſtantium, & eo vita functo inſtituo, vel ſubſtituo eius liberos*, tunc, quia liberi fuiſſent ſimpliciter inſtituti, & non formaliter eo modo, quo Conſtantius, conditio mortis poteſt verificari ante, & poſt aditam hæreditatem, & ideò compendioſam induceret complectentem plura tempora, ſed quando deſcẽdentes ſunt formaliter ſubſtituti eo modo, quo Conſtantius eſt inſtitutus, vt hic, eorum ſubſtitutio eſt reſtricta ad primum caſum non aditæ hęræditatis ibiq; terminatur, & non habet vlteriorem tractum ſucceſſiuum, non in his, ſed in prioribus terminis loquitur *Roland. conſ.* 25. *nu.* 15. *&* 16. *in* 1. *Rim. iun. conſ.* 23. *nu.* 228. quando dictum eſt, & *decedente Caterina ante, vel poſt mortem teſtatoris*, quia verba, *ante mortem* deſignant vulgarem, neceſſe eſt, vt verba *poſt mortem* fideicommiſſariam indicent, etiam ferè in ijſdem terminis loquitur *Magon. decif. Florent.* 4. vt videre eſt *in princ. decif.* & *Rebuf. conſ.* 176. *num* 16. *& ſeq.* reſpondet in his verbis, *quando filius deceſſerit, vel quandocunq; deceſſerit*, quæ nõ reſtringuntur ad tempus, quo effectuari debet verbum *inſtituit*. Nõ etiam omittendum id, quod ſcripſit *Laderch. d. conſ.* 92. *num.* 12.

quod quando verba ſunt poſita ad aliquam dubitationem tollendam, ſatis eſt, quod id operentur, & non ſunt trahenda ad tractum ſucceſſiuum pro inducẽda fideicommiſſaria.

Quatenus poſtea attinet ad noſtra collectiua *liberorum, & deſcendentium*, quæ cum complectantur plures gradus, dicuntur continere tractum ſucceſſiuum, vt pluribus authoritatibus diligenter cumulatis probatur.

20 Dicitur pariter, allegata procedere, quando de l beris, & deſcendentibus dictum fuiſſet abſolutè in cõpendioſa, ſecus, quando de illis eſt facta mentio in inſtitutione, quia cùm talia nomina reſpiciant momentum illud tẽporis, quo effectuatur verbum *inſtituit*, non poſſunt deſignare tractum ſucceſſiuum, ſed ſignificant illos deſcendentes vocari, qui tunc exiſtent, proximiores ſcilicet inter eos; Et quemadmodum ſi teſtatrix non conſiderata perſona Conſtantij ſimpliciter hæredes inſtituiſſet liberos, & deſcendentes Conſtantij in huiuſmodi verbis nullus poſſet conſiderari tractus temporis ſucceſſiuus non alia ratione, niſi, quia eſſent vocati in caſu vnico momento abſoluendo, eadem ratione, nec poteſt conſiderari, quando vocati ſunt in eo caſu, quo eſt vocatus primus inſtitutus, & per idem verbum: Nec contra facit *deciſio Rotæ 492. part. 4 diuerſ.* quia ſequendo *Oldrad. in conſ.* 21. reſpondet contra fideicomm ſſum, nec admittit tractum ſucceſſiuũ, & multiplicationem ſubſtitutionũ paſſiuè, Et quicquid ſit, ipſa loquitur in caſu, quo filij, & nepos fuerant parentibus ſubſtituti cum dictione, *in infinitum*, vt in caſu, de quo *in princ. deciſ. & in deciſ. ſeq.* filius ſolus in inſtitutione fuit vocatus, & ei in ſeparata ſubſtitutione ſubſtituti filij nepotes, & pronepotes, & alij deſcẽdentes legitimi ex eis per lineam maſculinam ordine ſucceſſiuo, qui, & grauati fuerunt, qui caſus quantum differat a caſu noſtro non eſt, quod explicem viris doctiſſimis, & optimè intelligentibus, & ſi ibi quandoq; cõſideratur natura verbi collectiui ad inducendum tractum ſucceſſiuum, id ſemper conſideratur alijs qualitatibus, & circumſtantijs iunctis; Alij DD. allegati, qui aiunt, quod vocati per nomen collectiuũ, intelliguntur inuicem ſubſtituti reciprocè, & ſucceſſiuè mouentur varijs coniecturis demonſtrantibus deſiderium conſeruandi bona inter illos, qui nomine collectiuo vocati ſunt, quæ non ſunt in caſu noſtro: Præterea eorum ſententia cõcludit fideicommiſſum inter deſcendentes Conſtãtij, quãdo ipſi ſucceſſiſſent ex ſubſtitutione vulgari, qua fuerunt vocati, non concludit autem fideicommiſſum, quo Conſtantius ſit grauatus ad fauorem deſcendentium ſuorum; Aliud enim eſt quærere, quomodo cõpræhenſi in verbo collectiuo inter ſe vocati ſint, in quibus terminis *Alba conſ.* 51. *& alij multi ex allegatis* loquuntur, aliud eſt quærere, quomodo iſti compræhenſi in nomine collectiuo ſint ordine ſucceſſiuo vocati reſpectu hæredis primo loco vocati, qui eſt caſus noſter optime *Aym. conſ.* 31. *ſub nu.* 3.

Amplius multi ex *Doct.* allegatis loquuntur, quando adeſt perpetua prohibitio alienationis, vt bona maneant perpetuò inter deſcendentes, vel quid aliud denotans perpetuam ſucceſſionem tunc facile admitti poteſt nomina collectiua habere tractũ ſucceſſiuum, & deſignare fideicõmiſſum, ſed quando adeſt ſola expreſſio nominum collectiuorum, & nihil præterea, vt in caſu noſtro, non dicuntur habere tractum ſucceſſiuum ad effectum inducendi fideicommiſſariam ſubſtitutionem *Cum. in l cùm ita §. in fideicommiſſo ff. de leg.* 2. qui in his terminis intelligit *tex. d. §. in fideicõmiſſo*, dùm vult, quod ſi teſtator dicat lego familiæ, tantùm debeatur illis, qui eius nominis ſunt tempore, quo moritur teſtator, & his admiſſis, alij non admittantur, quia ſemel tantum familia vocata eſt, ſecus ſi teſtator dixerit relinquere, vt in familia conſeruetur, quia tunc verba habẽt tractum ſucceſſiuum, & in hoc *Cum.* ſequuntur *plures alij*, quos plena manu citat *Menoch. conſ.* 85. *n.* 67. *in* 1. quem plurimum inſeruire cauſæ noſtræ exiſtimo, cum teneat vocationem deſcendẽtium verificari in ſola vulgari, & non habere tractum ſucceſſiuum ad fideicommiſſariam, ad id inducendo textus rationes, & *Doct.* authoritates, & reſpondendo contrarijs authoritatibus, & earum pluribus, quæ contra nos adducuntur, & idem repetit *conſ.* 376. *n.* 10. *in* 4. probans id procedere, nedùm, quando poſiti ſub nomine collectiuo ſunt vocati per verbum directum *inſtituit*, vt hic, ſed, & quãdo vocati eſſent per verbum cõmune *ſubſti-*
21 *tuit*; † Et in eodem caſu cum *Menoch. d. conſ.* 85. reſpondet *Ceph. conſ.* 354 *in* 3. vbi *ſub nu.* 43. firmat, vocatis pluribus ſub nomine collectiuo, ſufficere, quod ſemel admittantur, & quod illis admiſſis, alij remanent excluſi; quia ſola expreſſio nominum collectiuorum non continet tractum ſucceſſiuum, & ſequitur ſententiam *Cum.* pro eo adducendo iura, & cumulando *Doct.* authoritates, reſpondetq; diligentiſſimè omnibus contrarijs.

Reſpe-

Reſpectũ verò illorum verborum, *& in defectum maſculorum fœminas &c.* quæ pariter dicuntur habere tractum ſucceſſiuum, eodem modo reſponderem, id procedere in caſu, quo dicta verba ſint abſolutè poſita, ita vt ſupponãt admiſſionem maſculorum prius, deindè, & fœminarum, vt in caſu *Surdi conſ.* 110. *nu.* 9. *& Rol. conſ.* 39. *nu.* 55. *& ſeq. in* 4. ſed non in caſu, quo verba habeant relationem ad tempus, quo effectuari debent, & quo primus inſtitutus eſt vocatus; tunc enim verba. *Et in defectum maſculorum*, neceſſario non accipiuntur poſt mortẽ maſculorũ, ſed etiam verificari poſſunt in caſu, quo nullus maſculus extaret: Præterea, quicquid ſit, doctrinæ allegatæ ad hoc concludunt fœminas eſſe maſculis ſubſtitutas per fideicommiſſum, quod verò maſculi, & fœminæ maſculis non exiſtentibus ſint Conſtantio patri ſubſtitutæ per fideicommiſſum nequaquam: Veritas igitur eſt in caſu noſtro, fœminas eſſe vocatas eo modo, quo maſculi.ſ. in inſtitutione, caſu, quo tempore eius effectuationis Cõſtantius ſit vita functus, & non extent maſculi: Nec omittendum eſt aliud eſſe dicere, vt *deficientibus maſculis* fœminæ ſint vocatæ; tunc ſupponitur exiſtentia maſculorum, quæ deficiat, & verba poſſunt intelligi poſt eorũ mortem, aliud eſt dicere *in defectum maſculorum*, quia talia verba teſſata ad verbum *inſtituit, & relinquit hæredem*, ſignificant .i. ſi non extiterint maſculi, hoc enim ex notiſſimo communi vſu loquendi Importãt illa verba, *& in defectum.* Et tandem dicta de tractu ſucceſſiuo ceſſant, quia, vt ſupra oſtendi verba, quæ dicuntur habere tractum ſucceſſiuum reſtringuntur ad certum caſum, &
22 tunc deponũt naturam tractus ſucceſſiui vt de verbis *in infinitũ* ſcripſit *Rota deciſ.* 698. *nu.* 16. *p.* 1. *nouiſſ.*

Nõ obſtat etiã quod ſcriptum eſt de clau-
23 ſula codicillari omnes enim aiunt operari in compendioſa, non in ſola vulgari, quam ſi traheret ad fideicommiſſum operaretur pręter mentem teſtatoris *Dec. conſ.* 247. *ſub n.* 5. *verſ.* (2. *non obſtat*) *& conſ.* 290. *ſub num.* 3. *verſ.* (*nec obſtat*) *P. reg. de fideicommiſſ. artic.* 18. *ſub nu.* 6. qui etiam allegat *Rimin. iun.* vt per eum *Rota deciſ.* 492. *verſ. tertio* & plures alij qui paſſim ad id allegantur.

24 Pariter, & virtus clauſulæ *ſola facti veritate inſpecta* de quã in *l. Centurio ff. de vulg. & pupil.* per *Rip. num.* 77. *& Soc. iun. nu.* 224. intrat in compendioſa quę ex mente teſtatoris debebat operari poſt aditam, ideò dicitur per talem clauſulam valere vti fideicommiſſariam poſt impubertatem, quando amplius non poteſt valere vti pupillaris.

25 Quæ ſcripſit *Paul. Leon. de compend. ſubſtit. num.* 332. *& ſeq.* de verbis directis, quæ certo tempore ſtant propriè, & alio impropriè, procedunt in compendioſa, quæ ex mente teſtatoris debebat valere poſt aditam hæreditatem, quæ cùm poſt impubertatem non poſſit valere vti pupillaris valet vti fideicommiſſaria (licet id ſit valde dubitabile, & contra opinionem magis communem) nos verò verſamur in ſubſtitutione, quam non conſtat teſtatorem voluiſſe operari poſt aditam hæreditatem, ideò reſpectu omnium vocatorum verba erunt accipienda propriè, cũ ita cõmodè accipi poſſint.

Non obſtat, quod verba *relinquo hæredem* non ſint directa ciuilia, & ideò nõ impẽdiant quin compendioſa ad fideicommiſſum trahatur *Gabr. conſ.* 169. *nu.* 47. *in* 1. quia, vltra verba *reliquit hæredem* adeſt verbum *inſtituit*, quod eſt directum ciuile: Nec in caſu noſtro eſt de compendioſa tractandum, quia (vt iam dixi) non eſt compẽdioſa, eodem modo reſpondetur ad *Pereg. d. artic.* 18. *n.* 21. *&*
26 *Intrigliol. q.* 11 *centur.* 3. *nu.* 56. loquuntur enim, quando in compendioſa apta continere fideicommiſſariam vocãtur pater, & filius, tunc ex voluntate teſtatoris verba ſimpliciter directa trahantur ad ſenſum obliquum.

Pariter, & in compendioſa procedunt, quæ dicuntur de dilectione maſculorum, quæ trahat diſpoſitionem directam ad obliquum; reſtricta autem voluntate teſtatoris ad aditionem hæreditatis, vt hic, ſatis eſt, quod iſto caſu operetur dilectio.

Coniecturæ contrariæ, nec ipſe obſtant, quod non exiſtimem admittendum, vt ex coniecturis verba directa trahantur ad fideicommiſſum niſi in compendioſa, de quo tamen ſunt qui dubitant. Sed nec ipſe coniecturæ ſingulariter conſideratæ ob-
27 ſtant, nam ad primam reſpondetur, ex vocatione maſculorũ non colligi deſiderium conſeruandi agnationem, niſi ea ſit geminata, & continuata in familia propria teſtatoris *Illuſtriſſ. Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 8. *nu.* 3. *& ſeq. Surd. conſ.* 319. *nu.* 11. *in* 3. Et ſi aliquo modo poſſet arguì deſiderium conſeruandi agnationem Conſtantij
28 (quod ſemper inficior) & id ſi ſufficeret ad extendendum fideicommiſſum, non ſufficit ad illud inducendum *Caph. conſ.* 330. *nu.* 66. *in* 3. *Intrigliol.* autem allegatus *in q.*

... num. 3. loquitur de inducendo fideicommiſſo ſucceſſiuo inter deſcendẽtes vocatos, & quando expreſſa ſunt verba communia, id enim quod ſcribit *num.* 30. venit ad limitationem eorũ, quæ ſcripſerat prius *ſub num.* 21. *in* 4. *caſu*: Minuſq; ad rem noſtram facere videntur, quæ ibidem ſcripſit ipſe *Castrigliol. num.* 16. *&* 17. tùm, quia loquitur in verbo communi *ſubſtituo*, quia loquitur in tertio caſu ab eo propoſito *ſub nu.* 8. tum etiam, quia loquitur in filijs, qui vocati ſunt cum patre ſubſtituto compendioſè, & ita etiam per fideicommiſſum, qui propterea intelliguntur eodem modo, quo pater, ſubſtituti poſt eius mortem, vel ordine ſucceſſiuo, nos verſamur in vocatis cum patre, qui directè tantũ fuit inſtitutus, tum & tertio quia verba *poſt mortem*, & *ordine ſucceſſiuo* non ſunt ita apta reſtringi ad momentum, quo effectuatur verbum inſtituit, quemadmodũ verba *& eo vita functo*, de quibus nos agimus.

Tandem, nec intentioni noſtræ plurimũ
29 nocent authoritates contrariæ. † Et prius *Corn. conſ.* 136. *in* 4. habet duplicem reſpõſionem, nam primo, dum ait, illa verba *ſi non vixerit* eſſe, vt indefinita intelligenda generaliter quocunq; tempore non vixerit, & ita inducere compendioſam, hæc ratio nullo modo ſubſiſtit, quia, ſi ea verba haberent relationem ad illud verbum, quo ſoli ſubſtituti vocati eſſent, & non Dominicus inſtitutus, veluti, quia dictum fuiſſet, *& ſi non vixerit Dominicus, eius filios ſubſtituit*, quia verbum, quo ſubſtituti vocantur, non habet determinatum tempus, quo effectuari debet, ſed totum pendet à morte inſtituti, quę vario tempore poſſet contingere, rectè diceretur verba *ſi non vixerit* eſſe indefinita, ſed cum verba relationem habeant ad illud verbum, quo non tantum filij, ſed & Dominicus vocatur, cum non poſſint intelligi tempore, quo Dominicus inſtituitur, quia tunc certum erat, quod viuebat, neceſſe eſt vt referantur ad tempus, quo effectuatur verbum *inſtituit*, hoc eſt ad tẽpus mortis teſtatoris, ad quod referuntur diſpoſita à teſtatore reſpectu vocationis directę, & ſecundum veritatem potius diceretur teſtatorem inſtituiſſe hæredem Dominicum ſub conditione ſi viueret tempore, quo effectuaretur, & ſub contraria conditione inſtituiſſe filios, quam quod filios patri ſubſtituiſſet ſub cõditione mortis ipſius patris, & ſi res diligenter conſideretur, vt ſperãdum eſt à iudicibus integerrimis, & doctiſſimis, apparebit quam friuola, & inanis ſit ratio *Cornel.*

Secundo hac ſola ratione non mouetur
30 *Corn.* ſed cum ea iungit, † quod ſi filij erant poſiti in conditione, & grauati, nec vim facit in prima ratione, niſi quatenus, & cum his duobus coniungitur, ideo in fine tertiæ col. cõcludit his verbis, *& ideo ex his omnibus ſaltē ſimul iunctis ed. itur concluſio meo iudicio ſatis plana, quod d. nepos fuerit inuitatus à teſtatore poſt mortem d. Dominici*, ſed cùm duæ rationes, quæ primæ efficaciam præbent non intrent in caſu noſtro, nec intrabit authoritas *Cornel.*

Socin. iun. conſ. 40. *lib.* 4. in caſu, in quo inſtituta erat ſoror teſtatoris, & eius filij, prius reſpondet filios eſſe vocatos ſucceſſiuè poſt matrem, & *ſub num.* 6. *&* 7. dubitando, an ſint vocati, etiam per fideicommiſſariam recedit à concluſionibus *Soc. ſen. in § quidam rectè*, quia putat non eſſe neceſſe ingredi difficultates illarum concluſio-
31 num, † nam cum filij ſororis eſſent in conditione poſiti conſtabat voluiſſe teſtatorem poſt mortem ſororis hæreditatem etiam à ſorore aditam peruenire ad eius filios, quæ ratio non intrat in caſu noſtro, Immo *Socin. iun.* in terminis noſtris contrariũ
32 conſuluit, vt eum ſupra allegaui: † Præterea ibi ſoror tempore teſtamenti non habebat filios, immo nec nupta erat, ideò, ne vocatio filiorum reddatur inutilis, interpretatur ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſariam, quia facilè tempore, quo purificaretur caſus vulgaris futurum fuiſſet, vt non eſ-
33 ſent nati filij ſororis: † &, cùm d. ſoror caſu, quo poſt aditam hæreditatem decederet ſine filijs expreſsè grauata fuerat ad fauorem quorundam minus a teſtatore dilectorum, multo magis per fideicommiſſum intelligebatur grauata ad fauorem filiorum ſuorum magis dilectorum, omnes has circumſtantias conſiderat *Soc.* & ſuper illis fundat conſultationem ſuam, quæ non ſunt in caſu noſtro.

Menoch. præſumpt. 71. *num.* 6. *in* 4. allegat *Corn.* cui iam eſt reſponſum *Bal. & Alciat.* qui nihil faciunt ad punctum, vt filij ſint vocati per fideicommiſſarium in terminis noſtris.

Decian. conſ. 1. *in* 1. *ſub nu.* 209. id tantum agit, vt oſtendat filios ordine ſucceſſiuo dici vocatos, & *ſub nu.* 231. incipit agere, an per vulgarem tãtùm, an per fideicommiſſariam
34 etiam † & concludit pro fideicommiſſariam

ex plu-

ex pluribus coniecturis, quæ non ſunt in caſu noſtro, & quia parentes illorum filiorum erant ſubſtituti compendioſè, ita etiam per fideicommiſſum, & ideò reſpondet eodem modo, & patri eſſe filios ſubſtitutos vocatos in eadem oratione cum patre, quod pro nobis retorquetur, vt antea dixi.

Barz. deciſ. 4. nu. 18. loquitur in cauſa de Felicinis à noſtra, lõgè diuerſa in eo potiſſimum inſiſtit, quòd ſub nomine deſcendentium omnes in infinitum contineantur, quod admitto in caſu noſtro, quatenus patitur verbum inſtituit, vt ſcilicet illi ex deſcendentibus ſint hęredes, qui proximiores erunt tempore, quo de inſtitutione erit agendum;

35 Nec in caſu *Barz.* teſtator reſtrinxerat ſe ad certum tempus, vt hic, ſed generaliter dixerat, *ſin autem contigerit vllo tempore nullos deſcendentes &c.*

Idem *Barz. in deciſ. 9.* loquitur in alio te-

36 ſtamento de Felicinis, † in quo, licet inſtituti eſſent filij cum totum parentibus, quia tamen nedum filijs, ſed & eorum deſcendentibus, & vltimo eorum decedenti erat facta ſubſtitutio, neceſſariò inferebatur, vt filij nõ tantum eſſent vocati in caſu, quo eorum parentes non eſſent hæredes, ſed etiam in caſu, quo decederent poſt aditam hæreditatem, nec erat credendum teſtatorem voluiſſe tot gradus ſubſtitutionum ſtudioſè congeſtos euaneſcere ex eo ſolo, quod primi hæredes adiuiſſent, vt verè euanuiſſent, ſi filij eſſent tantùm parentibus vulgariter ſubſtituti, quæ omnia ceſſant in caſu noſtro: Eandem reſponſionem etiam recipit *deciſio Rotæ Rom.* 10. *apud Barz.* quæ

37 eſt in eadem cauſa; in ea † Patres præcipuè vim fecerunt in progreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum, qui non poterat reſtringi ad momentum temporis, immo continebat tractum ſucceſſiuum, qui progreſſus ceſſat in caſu noſtro.

38 Quantùm ad authoritatem *Dec. conſ.* 431. & in eodem caſu *Curt. iun. conſ.* 48. Contra, illos in iiſdem terminis poſt *Rum. conſ.* 99 *in*

39 2. reſpondet *Ladérch. d. conſ.* 91. † Præterea iſti duo conſulentes loquuntur in verbis *poſt eum* quæ relata ad effectuationem verbi *inſtituit* habent hunc ſenſum, vt tempore aditæ hæreditatis poſt inſtitutum ſint vocati filij, & ita tempore aditionis ſeparatur ſubſtitutio filiorum ab inſtitutione patris, & rectè dicetur illa verba *poſt eum* habere tractũ ſucceſſiuum: quia in vno actu non terminãt effectum ſubſtitutionis, ſed eũ vlterius producunt, ſed hæc verba *eo vita functo deſcendentes inſtituit,* relata ad aditionem ſignificant, quod tempore aditionis mortuo patre deſcendentes ſint hæredes, & vno actu terminãt effectum inſtitutionis, nõ aũt eum producunt, vt faciũt verba *poſt eum* † ...itionem, *poſt*, quæ ſeparatiua eſt *l. ſi cui legetur, & ibi Aret. nu. 2. ff. de leg.* 1. Vlterius in illo caſu *Dec. & Curt.* alia poſterior aderat compendioſa, ex qua colligit *Dec.* ſubſtitutionem vocantem filios, & ipſam eſſe compendioſam, vt per eum, quæ compendioſa non eſt in caſu noſtro.

Didac. ad c. Raynutius §. 2. *nu.* 7. loquitur de compendioſa diſtincta ab inſtitutione, dum vero loquitur de ſubſtitutione vnita cùm inſtitutione tenet pro vulgari.

Decian. in conſ. 41. *in* 1. in 2. caſu, qui eſt noſter tenet pro vulgari, in tertio caſu loquitur in verbo ſubſtituo, & in quarto loquitur de compendioſa.

41 *Alciat. reſp. 5. nu. 40. lib.* 4 † loquitur, quãdo expreſſe aderant verba habẽtia tractum ſucceſſiuum, & non reſtricta, ſ. quia dictum fuerat, *inſtituo fratres, & ſucceſſiuè quoſcunq; ſ..ios,* quo tractu ſucceſſiuo ſublato tenet pro vulgari.

His puto pro virili mea ſatisfactum eſſe motiuis cõtrarijs, & authoritatibus, quæ in illis allegantur.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

In eadem cauſa: De eadem materia.

SVMMARIVM.

1 VErba poſt eum *magis ſunt apta comprehendere fideicommiſſum, quam verba* eo vita functo.

2 Anan. conſ. 37. *Contra eum tenent* Rum. conſ. 99. in 2. & Laderch. conſ. 92.

3 *Subſtitutio fideicommiſſaria inducta dicitur, quando aliàs præmiſum eſt expreſsè in caſu vulgaris.*

Et quando vocati, ſunt etiam poſiti in conditione nu. 4.

Et pariter quando ſunt grauati, num. 11. 15. 16. & 18.

Item, quando adeſt verbum commune ſubſtituo nu. 6. & 13.

Et, quando teſtator voluit conſeruare bona in familia nu. 7. 11. & 18.

Prohibuitq; Trebellianica detractionem nu. 8.

Et,

Et quando ſubſtitutio eſt compendioſa, num. 9. & 13.

Quando digreſſum eſt ad plures gradus ſubſtitutionum nu. 11. 16. 17. & 18.

Et quando adſunt verba tractus ſucceſſiui nu. 15. & 16.

5 Caſt. conſ. 455. in 2. & in §. 1. l. Gallus *eſt cõmuniter reprobatus.*

16 Declan. conſ. 84. in 3. *loquutur contra communem.*

Et cum eo in eodem caſu cõſuluerunt Grauet. conſ. 878. & Cephal. conſ. 426. *Vid. num.* 12.

14 *Subſtitutio vulgaris, non fideicommiſſaria inducitur, quando filij vna cum patre vocati ſunt in inſtitutione verbis directis propter vnitatem orationis, & nu.* 18. & 19.

17 *Dictum* Rotæ decis. 579. nu. p. l. diuerſ. *quibus terminis admitti poſſit.*

RESPONSVM XXVII.

Perilluſtres, & Excellentiſſ. Domini.

QVIA ſcripta ab Excellentiſſ. D. Io. Camillo Gargiareo cõtra Illuſtres Dominos de Scappis mihi nõ contemnenda, ſed maximè cõmendanda ſunt, putaui ad defenſionem veritatis neceſſarium eſſe, ſaltem inſiſtendo in authoritatibus ex aduerſo allegatis, aliqua addere prioribus ſcriptis. Etenim vltra ea, quæ contra nos allegantur in dubitationibus excitatis à DD. Iudicibus, quibus credo eſſe plenè ſatisfactum, infraſcripti allegantur.

Primo *Io. de Anan. conſ. 37. in princ.* qui potius præſupponit articulum, de quo nos diſputamus, quam, quod ex profeſſo illum
1 diſcutiat, ſecundo loquitur; † quando dictum eſt *poſt eum*, quæ verba facilius ad fideicommiſſum accommodari, quam verba *eo vita functo*, demonſtraui reſpondendo *Dec. in*
2 *conſ. 431. & Curt. ſun. conſ. 48.* Immo † contra *Anan.* ſentiunt *Ruin. & Laderch.* alias citati, qui rem longe diligentius examinant,
3 atq; faciat *Anan.* Tertio † in ſuo caſu expreſsè prouiſum erat in caſu vulgaris, ideò ne inſtitutio facta poſt eum reddatur otioſa interpretatur per fideicommiſſum ibi *tamen, quia teſtator de hoc prouidit &c.*

Bal. conſ. 189. *in* 1. dubitat, an inſtitutio Pauli, & ſuorum intelligatur de filijs ſimpliciter, an de filijs hæredibus; quomodo filij ſint patri ſubſtituti non diſputatur; eſt verò, quod ipſe præſupponit per fideicõmiſſum, ſed non conſtat, quibus verbis; & an in eadem oratione filij cum patre vocati fuerint, ſed tantum refertur factum, quod fuit inſti-
4 tutio Pauli, & ſuorum hæredum, † & quando etiam conſtaret, vocationem factam fuiſſe in eadem oratione; filij fuerant poſiti in conditione ibi *propter id quod ſequitur, & ſi Paulus decederet ſine filijs &c.* ex quo colligitur coniectura pro fideicommiſſaria, vt apud *Corn. conſ.* 226. *in* 4. quæ poſitio in conditione non eſt in caſu noſtro.

Paul. conſ. 455. *in* 2. nec ipſe examinat, ſed ſimpliciter tenet, eſſe vulgarem, & fideicommiſſariam, referendo ſe ad not. *in §. 1. l. Gallus*, vbi ipſe tenet inſtitutionem patris, & filiorum per verba directa intelligi ordine ſucceſſiuo, etiam per fideicommiſſa-
5 riam, † tamen eſt communiter reprobatus, vt alias probaui.

Ruin. conſ. 158 *ſub num.* 10. *in* 3. reſpondet in caſu, in quo teſtator inſtituit Maynardum, & Andream, & ſuos hæredes, & prædictos hæredes inuicem ſubſtituit, quam vltimam clauſulam refert *Ruin.* ad omnes inſtitutos, ex qua relatione infert, hæredes non tantum eſſe ſubſtitutos per verbum directum, ſed etiam per verbum commune *ſubſtituo*, & propterea *nu.* 11. concludit attento verbo directo eſſe ſubſtitutos vulgari-
6 ter, † & attento verbo *ſubſtituo* ne reddatur ſuperfluum per fideicommiſſum: non ita igitur ſenſiſſet *Ruin.* ſi tantum adfuiſſet verbum directum, vt hic *idem conſ.* eſt repetitum *conſ.* 174. *nu.* 13. *in* 2.

Pariſ. conſ. 41. *in* 2. quærit de reciproca facta per verbum commune, an contineat fideicommiſſariam, & concludit continere, quæſitum à re noſtra alienum, & ſi ſub *num.* 20. ſupponit filios, & deſcendentes omnes inuicem per fideicommiſſum ſubſtitutos, vi-
7 deatur ipſe ſub *nu.* 21. † qui ſupponit conſtare de voluntate teſtatoris ex verbis, vt eius hæreditas vadat vſq; ad tertiam generationem &c. vt per eum, ex quibus colligit deſiderium conſeruandi ſucceſſiuo tractu bo-
8 na in agnatione, † & aderat prohibitio Trebellianicæ, ex quibus omnibus deducit ſub reciproca contineri fideicommiſſariam.

Idem Pariſ. conſ. 93. *eod. lib.* 2. vt refertur à Domino Conſulente fecit ſubſtitutionem diſtinctam prorſus ab inſtitutione ſub conditione decedentiæ ſine filijs, ſimpliciter prolata, non reſtricta ad terminos inſtitutio-

nis,

9 nis. † & cùm ſubſtitutio eſſet manifeſtè com-
pendioſa, concludit in ea contineri fidei-
commiſſariam, & verbũ directum obliqua-
ri, ibi igitur erat compendioſa, & dubium
in eo duntaxat conſiſtebat, an verba directa
impedirent fideicommiſſariam, at hic, non
eſſe vllo modo compendioſam, alias pro-
banimus.

10 *Decian.conſ.84.in 3.* prius fundat ſuam
conſultationem in opinione *Pauli in §.quidã
rectè* communiter damnata, deinde tenet,
ſolam vocationem deſcendentium habere
tractum ſucceſſiuum ad fideicommiſſariam
inducendam, quod haudquaquam verum
eſſe oſtendi in reſponſione ad motiua, Item
ſub *nu* 8. inducit rationem concludentem
ſucceſſiuum fideicommiſſum inter ipſos de-
ſcendentes non reſpectu filiorum inſtituto-
11 rum: † Et in caſu ſuo erant deſcendentes gra
uati cum digreſſu ad varios gradus ſubſtitu-
tionum, cum manifeſto deſiderio conſeruã-
di bona in familia, qui digreſſus facilè eua-
nuiſſet, & deſiderium facilè defraudatum
remanſiſſet, ſi per ſolam aditionem deſcen-
dentes remanſiſſent excluſi, quia extincta
prima ſubſtitutione, & ſequentes ab ea pen-
dentes eſſent extinctæ, & quamuis has ratio-
nes non cõſiderauerit *Decian* id euenit, quia
voluit ex ingenio ſuo aliqua excogitare non
12 tracta ab *Aym. conſ.878.* † *& Caph.conſ.426.*
qui in eodem caſu conſuluerunt, non conſi-
derans, quod alias totum contrarium dixe-
rat in vnitate orationis, prout cum ego alle-
gaui in d. reſponſione.

13 *Ruger.conſ.49.* vt refertur loquitur in cõ-
pendioſa facta per verba directa, & com-
munia, ſcilicet *inſtituit, ſeu ſubſtituit*, in qua,
cum ſoror teſtatoris, & eius filij vocarentur,
quemadmodum ſoror erat inſtituto ſubſti-
tuta, nedum vulgariter, ſed & per fideicom-
miſſum ob naturam compẽdioſæ, & ob ver-
bum *ſubſtituit*, ita, & filij eiuſdem ſororis in
eadem oratione vocati intelligentur matri,
vulgariter, & per fideicommiſſum ſubſtituti,
vt benè conſiderat *Decian.conſ.1.in 1.* con-
14 trarium tenens. † quando filij eſſent cùm pa-
tre vocati in inſtitutione verbis directis; eſt
verum, quod apud me *Ruger.conſ.49.* de
hoc non ſcripſit, errauit propterea ſcriptor
in allegatione.

Pereg. conſ. 54. in 1. dubitat, an inter fi-
lios inſtitutos ſit inducta reciproca, caſum
noſtrum tangit incidenter, quatenus deſer-
uit ſuæ intentioni, & quando illum tangit,
nõ putat ſolam expreſſionem nominis col-
lectiui inducere tractum ſucceſſiuum ſuf-
15 ficientem ad fideicommiſſariam, † ſed per-
pendit verba, *in infinitum*, quæ non ſunt in
caſu noſtro, vt ipſe ſub *nu. 4.* ibi *nam primò
nominatim &c. ad finem tertiæ col.* Item in
caſu *Peregrini* deſcendentes ex inſtitutis e-
rant grauati apertè per fideicommiſſum ad
fauorem fæminarum, quæ non erant ſubſti-
tutæ maſculis eo ſolo verbo, quo inſtituti
vocati erant, & eorum filij vt hic, ſed per
proprium verbum, *ſuccedant*, & in diſtincta
ſubſtitutione, vt videri poteſt in verbis te-
ſtamenti, de quibus in princ. illius conſilij,
quando enim filij vocati cum patre ſunt etiã
per fideicommiſſum grauati oritur cõiectu-
ra, quod ſint etiam eorum patri per fideicõ-
miſſum ſubſtituti, vt apud *Corn.conſ. 226.in
3.* quæ coniectura ceſſat in ſpecie noſtra.

16 *Rota Rom.in nouiſſ.579.p.1.* non ſtat in ſo-
la vocatione deſcendentium per nomina
collectiua, ſed adſũt verba *in infinitum*, quæ
ſunt illa, quæ habent tractum ſucceſſiuum,
Immo etiam ſequuntur alia verba idem
importantia, *& quemlibet eorum per lineam
legitimam, & naturalem &c.* quæ etiam ab
ipſa *Rota* ponderantur ſub *n. 12. verſ. 3. facit*,
& ibi etiam digreſſa fuit teſtatrix ad alios
gradus ſubſtitutionũ poſt deſcendentes, per
quos gradus deſcendẽtes ſunt grauati: Verè
aliud eſt, quod mortuo Cõſtantio ſint inſtitu-
ti eius deſcendentes, tũc enim attento effe-
ctu voitatis orationis cõſumatur volũtas te-
ſtatoris in illis deſcẽdentibus, qui reperiẽtur
tempore quo inſtitutio effectuãda eſt, & ita
tempore mortis teſtatoris, ideò intelligitur
per vulgarem, vt proprietas verborum dire-
ctorum denotat; & aliud quando vocantur
deſcendentes in infinitum tunc conſtat te-
ſtatori non placuiſſe voluntatem conſumari
in ſolis deſcendentibus, qui mortuo hærede
reperiuntur tẽpore aditionis, ſed velle eius
voluntatem vlterius progredi in deſcenden-
tibus, quod non poteſt exequi, niſi per fidei-
commiſſum, ideò quantum ille caſus à no-
17 ſtro differat manifeſtè conſtat, & † quatenus
in hac deciſione dicitur, nomen deſcenden-
tium habere tractum ſucceſſiuum, id intelle-
ctum ſimpliciter negatur, ex alias allegatis
ſed adiunctis alijs verbis producentibus vo-
luntatem teſtatoris ad plures gradus admit-
titur, vt apud *Soc. iun. conſ. 136. in 3.* alle-
gatum à Rota quando teſtator legauit Ti-
tio, & ſuis natis, & naſcituris, ab eo, & de-
ſcendentibus ab eis tunc ex toto hoc modo
loquẽdi naſcitur potius tractus ſucceſſiuus,
quam

quam ex ſola vocatione deſcendentium.

*Iaſ.conſ.*108. *in* 4. nō dubitat principaliter de ſubſtitutione, qua filij ſūt patri ſubſtituti, ſed de ſubſtitutione inter filios inuicē.
18 Item in ſuo caſu aderat grauamen filiorum, digreſſus ad nouem gradus cum prohibitione alienandi, vt bona remanerent in familia; ex quibus *Iaſ.* arguit inductum eſſe fideicōmiſſum, & recedit à doctrina *Alex. in §. quidam rectè l. Gallus .ſ.* vt filij ſint tantùm vulgariter ſubſtituti patri, *in verſ. & inprimis* expreſsè ait, quod, quando ſola eſſet inſtitutio de patre, & filijs procederet ſententia *Alex.* ſed quia in ſuo caſu multa alia concurrunt apta ad inducēdum fideicōmiſſum reciprocum, ideò recedit à dicto *Alexandri.*

*Rota decif.*495*.par.*4*.diuer.* ex cōiecturis, de quibus in ſuo caſu, ſenſit pro fideicommiſſaria, præſertim, quia teſtator vocauit filios naſcituros ex inſtituto, quod intelligebatur de omnibus filijs ex eo naſcituris etiam poſt aditam hæreditatem quia poſtea ipſe inſtitutus grauatus fuit ſi decederet ſine filijs, ita in conditione verificanda poſt aditam, & aliæ coniecturæ ſunt in caſu illius deciſionis, quæ non poſſunt conſiderari in caſu noſtro.

Quare remotis his fundamentis partis aduerſæ præualere mihi videntur authoritates
19 allegatæ pro parte noſtra, † quæ potiſſimum conſiſtunt in vnitate orationis rectæ ab eodem verbo, præſertim authoritas *Soc. iun. conſ.* 180. *in* 2. qui etiam ſub *num.* 64. allegat authoritates *Anchar. Abbatis, & aliorum*, quibus probatur ea verba *eo vita functo* referri ad tempus mortis teſtatoris, quas authoritates nolui tranſcribere in reſponſione ad motiua, ne nimis grauarer Illuſtres, & Excellentiſs. Dominos meos, & præſertim non adeſt authoritas *Anchar.* qui prout ab ipſo *Soc.* allegatur eſt directo contraria *Cumani conſ.* 226. *in* 4. Nec obſtat dicere, quod in caſu *Soc.* aderat aduerbiū *tunc*, quia eius rationes intrant, etiam, quod non adeſſet illud aduerbium; immo putat ob vnitatem orationis ſubintelligi etiam, quod non adeſſet [illegible]

Nec pariter obſtat, ſenſiſſe teſtatricem de obitu Conſtantij poſt aditam hæreditatem, cum eum grauauerit ad quædam legata: Quia prima intentio teſtatricis erat, vt Conſtantius eſſet hæres; ideò eum grauat caſu, quo viueret, & adiret, hinc non tollitur, quin eadem legata voluerit præſtari à ſubſtitutis vulgariter, quemadmodū, & D. Aduocatus reſpondēdo ad onus ſepulturæ, quod cum reſpiciat deſcendentes Conſtantij, videtur inſinuare, illos eſſe à teſtatrice vocatos tempore eius mortis, ait, id intelligi, quando euenirſſet caſus vulgaris, ita dicam ego, ſenſiſſe teſtatricem Conſtantium ſoluere legata, quando viuus eſſet tempore eius mortis, & adiret.

Ad alia præſertim conſiſtentia in tractu ſucceſſiuo puto plenè in alia ſcriptura me ſatisfeciſſe, ideo vlterius in illis non inſiſto; ſicut nec puto neceſſarium inſiſtere in allegationibus, quibus probatur deſcendentes inuicem ſucceſsiuè per fideicommiſſum eſſe grauatos, quia id eſt alterius inueſtigationis à noſtra longè diuerſæ, nihil enim repugnat, quod deſcendentes ſint Conſtantio vulgariter tantum ſubſtituti, & inuicem ſucceſsiuè per fideicommiſſum; puto tamen nec inuicem deſcendentes eſſe ſubſtitutos; quia non adeſt clauſula *in infinitum*, nec dictum de gradu in gradum, vel de deſcēdente in deſcendentem, nec adeſt digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum: nec apparet de deſiderio conſeruandi agnationem, vel bona in ea, inſinuato, vel ex prohibitione alienandi, vel ex alia ſimili diſpoſitione, in quibus terminis loquuntur plures ex illis, qui citantur ad probandum ex vocatione deſcendentium, vel aliorum per nomen collectiuum induci fideicommiſſum.

Hæc pro nunc ſufficere arbitror paratus, ſi quæ orientur nouæ difficultates inſeruire cauſæ.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Vocatis ad fideicommiſſum proximioribus, Quando deficientibus priori loco admiſſis, alij ſucceſſiuè admittantur, & quando non: *Ancharan. conſ.* 27. multipliciter declaratur.

SVMMARIVM.

2 *PRohibitiones alienationis conſecutiuè ad precedētes vocationes, & habentes verba relatiua non multiplicant ſubſtitutiones & num.* 21.
Etiam ſi ratio adiecta prohibitioni ſit generalis, & abſoluta nu. 3.
3 *Fideicommiſſum non extenditur ad alias perſonas, quamuis extendatur fauore expreſsè vocati.*
4 *Subſtitutio non inducitur ad fauorem eius, de quo*

que non loquitur.

5 *Fideicommiſſum perpetuum de proximiore in proximiorem non dicitur inductum, quãdo proximioribus vocatis facta eſt expreſſa ſubſtitutio,* & *nu.*6.& 18.

*Nec inducitur ex vocatione proximiorum, ſed ex vocatione familiæ num.*8.

Dicitur autem inductum, quando vocatio eſt per nomina collectiua, & *verba tractus ſucceſſiui nu.*1.7.25.& 26.

9 *Paria non ſunt vocare genus,* & *parentelam, vel vocare propinquiorem generis in gradu parentelæ.*

10 Anchaſan.conſ.27.*loquitur, quando teſtator impoſuit onus perpetuum,* & *num.*29. & *ſeqq.*

*Quando diſpoſitio teſtatoris non potuit ſortiri effectum num.*11.

*Item procedit in ſubſtitutione vulgari anormala nu.*13.& *ſeqq.*

*Et, quando illis duobus antiquioribus vocatis non eſt facta expreſſa ſubſtitutio nu.*18.

*Et, quando vocatio eſt de antiquioribus, non de proximioribus, inter quæ nomina adeſt differentia nu.*28.

Iſtud conſilium non ſeruatur, niſi, quando abſolutè eſt habita ratio conſeruãda agnationis nu 16.& 33.

DD.ex aduerſo allegati, qui dicuntur probare opinionem An.has. *vel eam non probant, vel mouentur alijs rationibus nu.* 32.

12 *Regula* l.Bouis §.hoc ſermone ff de verb. ſignificat. *non habet locum, quando diſpoſitio non verificatur in primo actu.*

14 *Subſtitutio directa extenditur, quia non continet onus.*

*Non ita fideicommiſſaria, quia eſt onuroſa num.*15.

17 *Deſiderium conſeruandi bona in familia non deducitur ex eo, quod vocentur antiquiores de familia,* & *non nomine proprio.*

*Nec etiam ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum, niſi ad illos vocentur agnati num.*37.

Et attẽditur ſolùm in caſibus, & *perſonis expreſſis num.*24.

19 *Teſtator ſi in aliquo diſponat in alio, de quo non loquitur, non dicitur diſpoſuiſſe.*

*Maximè, quando non extant coniectura in contrarium num.*20.

22 *Dictio,* vt ſupra *reſtringit diſpoſitionem ad ſuperiora.*

23 *Superfluitas non damnatur, ſi ponantur duo ſynonyma, inter quæ ponatur copula.*

25 *Fideicommiſſum inducitur ex coniecturis, quando ſunt plures, probabiles, neceſſariæ* & *ſcriptæ in teſtamento.*

26 Peregr.*dictum* in art.19.ſub num.12.de fideicom. *non eſt receptum.*

30 *Verba* in perpetuum *non reſtringuntur ad vitam, niſi id expoſtulet natura actus.*

31 *Vocati dicuntur illi, qui ſunt grauati.*

34 *Relictum factum agnatis, vel pro conſeruanda agnatione non differt.*

36 *Trebellianicæ prohibitio eſt leuis coniectura ad extendendum fideicommiſſum.*

38 *Fratres patrueles, an ſuccedant in ſtirpes, vel in capita remiſſiuè.*

39 *Furioſus eſt inhabilis ad contrahendum matrimonium.*

Et non poteſt conſeruare agnationem Ibid.

40 *Vocato proximiore, vel primogenito, poſt eum ſuccedunt eius deſcendentes.*

41 *Voluntas teſtatoris colligitur ex dilectione.*

42 *Familiæ appellatione veniunt deſcendentes teſtatoris,* & *illis non extantibus agnati, qui ſunt proprij colonelli teſtatoris.*

43 *Verba magis in genere, quam in ſpecie ſunt accipienda.*

RESPONSVM XXVIII.

Auſpice Chriſto.

DIligentiſſimè perlectis teſtamẽtis Illuſtriſſimorum Dominorum Equitis Bonifacij, & Comitis Pyrrhi de Rugerijs, poſt aliquam animi hæſitationẽ, cùm hinc inde exhibitæ mihi fuerint ſatis copioſæ informationes, reſedi in ea opinione, per obitum Opizonis ſine prole ex defectu vocatorũ extincta eſſe ambo fideicõmiſſa à prædictis teſtatoribus facta, & proinde in vanũ laborare Perill. D.Sertorium, & Ventidiũ prętendentes prædicta fideicommiſſa per obitum d. Opizonis purificata eſſe ad eorum fauorem, quod facilè mihi erit oſtendere cõſideratis diſtinctè diſpoſitis à prædictis teſtatoribus, tàm in vocatione inſtitutorum, & ſubſtitutorum, quam in prohibitionibus alienationum: Incipiendo igitur à teſtamento Equitis Bonifacij, fideicommiſſum eſt ſingulare in duabus poſſeſſionibus della Giarola, in quo, decedente hærede ſine filijs, ſubſtituitur Co.Lelius, & poſt eius mortem eius filij, & deſcendentes in infinitum de primogenito in primogenitum, & illis non extantibus, vel deficientibus ſubſti-

tuuntur

Digitized by Google

tuuntur proximiores agnati, & deſcendentes
eorum cum hac adiectione *vt infra dicetur.*
Poſtea prohibetur alienatio dictarum poſſeſ-
ſionum prohibitione reali, adita ratione,
*quia voluit dictas poſſeſſiones ſemper, & in per-
petuum manere, etiā vltra decimum gradū in
familia, & poſteritate Lelij de primogenito in
primogenitū ordine, & modo, quo ſupra, & li-
nea Lelij deficiente, vel non extante in proxi-
mioribus agnatis, & poſt eos in eorum proxi-
miorum agnatorum deſcendentibus maſculis
in infinitum, ordine ſucceſſiuo*, & poſtea ſub-
ijciuntur verba exprimētia, apud quos teſta-
tor deſiderat dictas poſſeſſiones manere ſē-
per referendo ſe ad vocationes præcedentes
his verbis *in familijs prædictis, ordine prædi-
cto, ac modo, vt ſupra: Item, & quod nunquam
poſſeſſiones exeant ex nominibus, & generatio-
nibus prædictis, vt ſup. & in alios transferan-
tur*, & ibi, *quia vult, vt perpetuo in familijs,
& poſteritatibus prædictis, vt ſupra retinean-
tur &c.*

Ex quibus colligitur prius ſubſtitutio ſuc-
ceſſiua in infinitum inter deſcendentes Lelij
de primogenito in primogenitum, & deficiē-
tibus vel non exiſtentibus dictis deſcenden-
tibus ſub titulo proximiorum agnatorum, &
ſuorum deſcendentium, & quia dubitari po-
terat, an hi deſcendentes eſſent vocati vna
cū proximioribus, vel poſt eos, & ſi poſt eos,
an per vulgarem, an per fideicommiſſariam,
vt apud *Pereg. de fideicommiſ. artic. 17. & 18.*
ideò ſubiunguntur illa verba *vt infra dicetur*
quæ denotant, velle teſtatorem in prohibi-
tione alienationis declarare, quomodo de-
beant hi deſcendentes ſuccedere, vt verè de-
clarat, quia dū in ait, velle poſſeſſiones mane-
re in proximioribus agnatis vno, vel pluri-
bus, & poſt eos in eius, ſeù eorum deſcendē-
tibus, conſtat, quod deſcendentes vocantur
1 poſt proximiores, † & dùm iſti deſcendentes
vocātur per hoc nomen collectiuum, & infe-
rius adſunt verba tractus ſucceſſiui inter hos
deſcendentes tantùm, ſequitur, vt ſint vocati
ordine ſucceſſiuo, & per fideicommiſſariam
inuicem iuxta traditiones *Doct. in l. cum ita §.
in fideicommiſſo ff. de leg. 2.* & in alijs locis, de
quibus *Decian. in conſ. 1. in 1. num. 208.* Aliæ
præterea vocationes, & ſubſtitutiones non le-
2 guntur in hoc teſtamento, ſiquidem † prohi-
bitiones alienationis, & geminatæ, & præciſę
non multiplicant ſubſtitutiones, tùm quia ve-
niunt cōſecutiuè ad præcedentes vocationes,
dum dicitur *prohibens, & omnino vetans*, tùm
quia continent plura verba relatiua, & reſtri-
ctiua ad vocationes præcedentes ad vulgare
*conſ. Dec. 636. Petra de fideicommiſ. q. 6. num.
41. Rota deciſ. 568. ſub nu. 9. par. 1. nouiſs. &
deciſ. 19. par. 1. recent. & in eadem par. deciſ.
44. & 47.* reſoluitur in fortioribus terminis,
3 quod † etiam, quod prohibitio contineat ra-
tionem generalem, & abſolutam, quod ta-
men, dum venit conſecutiuè ad præceden-
tia fideicommiſſa non inducit nouum fidei-
commiſſum, per quod vocētur alij non an-
tea vocati, licet ratione caſus fauore expreſ-
sè vocati extendat fideicommiſſum etiam
recedendo à *conſ. Oldradi 21.* hoc multo mi-
nus procedit in caſu noſtro .ſ. vt inducatur
nouum fideicommiſſum, cum ratio prohibi-
tionis reſtricta ſit ad antea vocatos, quæ o-
ſtendit deſideraſſe teſtatorē conſeruare poſ-
ſeſſiones in Co. Lelio, in eius deſcendenti-
bus, & in illis agnatis, qui eſſent proximiores
tempore quo non extarent, vel deficerent
deſcendentes Co. Lelij, non autem in omni-
bus de agnatione de Rugerijs, vt ex aduerſo
prætenditur.

His pro veritate ſcriptis, conſequens eſt,
vt Dominis Aduerſarijs obſtet illud vulga-
4 re, † quod de illis non loquitur ſubſtitutio a-
liqua, non enim ſunt ſubſtituti hæredi inſti-
tuto, quia eſt ſubſtitutus Co. Lelius, non Co.
Lelio, quia ei ſunt ſubſtituti ſui deſcenden-
tes primogeniti, non dictis deſcendentibus,
quia eis ſunt ſubſtituti tantum illi agnati, qui
erant proximiores in euentu huius caſus, nō
etiam dictis proximioribus, quia eis ſūt ſub-
ſtituti ſui deſcendentes, quales non ſunt dicti
Domini Aduerſarij. Nec poſſunt ſe fundare
in aliquo deſiderio conſeruandi bona per-
petuò in familia, ex quo poſtea in conſequē-
tiam inferātur neceſſario ad vocationem
omnium de familia, quia tale deſiderium
non legitur in teſtamento Equitis Bonifacij;
Nec tādem poſſunt ſe fundare in tacita ſub-
ſtitutione conſiderata à *Doct. in d. l. cùm ita
§. in fideicommiſſo ff. de leg. 2.* quia ibi ſcripta
à *Doct.* non poſſunt accommodari ad caſum
5 noſtrum, in quo † cùm proximiori agnato ſit
facta expreſſa ſubſtitutio ſilet omnis præ-
ſūpta, & tacita ſubſtitutio à lege ſubintelle-
*cta Bald. in l. in multis ff. de ſtat. hom. per tex. in
l. ſi ita ff. de lib. & poſthum. & in l. clemēs ff. de
6 hæred. inſt.* in caſu † enim cogitato, & prouiſo
à teſtatore ceſſant cōiecturæ *Rip. in l. 1. ſub
n. 171. ff. de vulg. & pupil.* cum alijs citatis à
*Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 3.
ſolut. 1. nu. 83. fol. 330.* & certè nimis aude-
ret de voluntate teſtatoris, qui ſubſtitutionē
factam

Digitized by Google

factam expreſsè in vocatione deſcendentiũ
eius, cui fit ſubſtitutio vellet extendere ad
7 tranſuerſales: Præterea † ſubſtitutio de pro-
ximiore in proximiorem de familia per fi-
deicommiſſum, de qua in *d. §. in fideicõmiſſo*
intrat tantùm concurrentibus verbis conti-
nẽtibus tractum ſucceſſiuum, alias verior, &
magis communis cenſetur opinio *Cum.* vt
admiſſo primo proximiore, alij de familia
cenſeãtur excluſi, vt latiſſimè apud *Menoch.*
conſ. 85 *in* 1. & in eodem caſu *Rol. conſ.* 34.
nu. 62. *in* 4. *& Ceph. conſ.* 379. *nu.* 31 *in* 3. &
pleniùs idem *Menoch. conſ.* 328. *in* 4. *in* 2.
dubio n. 43. *& ſeq. ad n.* 48. *& Decian.* ab alijs
ẽt allegatus in *conſ.* 10. *in* 3. *& in conſ.* 37. *in*
4. *Petra de fideicommiſ. q.* 5. *nu.* 148. *&* 149.
Rota deciſ. 357. *par.* 1. *recent.* quæ verba ſuc-
ceſſiua, ſaltem, quæ extendantur ad omnes
agnatos vltra proximiores, & eorum deſcẽ-
dentes non reperiuntur in teſtamẽto de quo
agitur; quamuis enim adſint verba, *ſucceſſi-
uè, in infinitum, ſemper continuo,* & alia plu-
ra, tamen huiuſmodi tractus ſucceſſiuus per
verba *prædictis, & vt ſup.* reſtrictus eſt ad an-
teavocatos *l. qui liberis §. hac verba ff. de vulg.
& pupil. l.* 1. *§. hoc edicto ff. de poſtul. Ruin. cõſ.*
13. *ſub nu.* 8. *in* 1. vnde non operatur effectũ
ſuum, niſi inter deſcendentes Lelij, & deſcẽ-
dẽtes proximioris, qui ſucceſſit, hi. n. ſunt,
qui ſucceſſiuè per fideicommiſſariam intel-
liguntur inuicem ſubſtituti, quia limitata
cauſa limitatum producit effectum *l. cancel-
lauerat ff. de his, quæ in teſt. del. l. in agris ff. de
acquir. rer. dom.*

Addo etiam, quod vt intret coniectura
d. §. in fideicommiſſo, oportet vt illi, qui in-
telliguntur ſucceſſiuè per fideicommiſſum
ſubſtituti, ſint vocati: vt in *d. §.* ſupponitur, fi-
deicommiſſum fuiſſe factum familiæ; tunc
enim intrat ratio ibi conſiderata à Paulo, &
ab alijs, quòd ſi vult teſtator, vt plures ſucce-
dant in diuerſis gradibus conſtituti vſq; ad
vltimum, quia nec conueniens, nec poſſibi-
le eſt, vt omnes ſimul ſuccedant, ideò intel-
liguntur ex mente teſtatoris inuicem per fi-
deicommiſſum ſubſtituti: quia ſi eſſent per
vulgarem tantùm ſubſtituti non omnes ſuc-
cederent, quæ ratio ceſſat, quando non
omnes ſunt vocati: Hæc autem vocatio nõn
adeſt in caſu noſtro, quia, vt optimè ſcripſit
8 Excell. D. Buſana, † non ſunt vocati omnes
de familia per nomen collectiuũ, ſed ſtrictè
ſunt vocati proximiores de familia, quæ vo-
catio reſtricta ad eos, qui eſſent huius quali-
tatis tempore deficientię lineæ Co. Lelij ex-
cludit alios, qui tũc eſſent remotiores *Aym.
conſ.* 161. *nu.* 9. & melius *conſ.* 186. *ſub num.*
9 2. *&* 3. dicens † non eſſe paria dicere, voco
illos de genere, & parẽtela, ſeu voco genus,
& parentelam, & voco propinquiorem mei
generis in gradu parentelæ, quia primò ca-
ſu habetur affectio ad omnes de parentela,
& ſecundo caſu tantum ad proximiores, qui
licet poſſint eſſe plures, ſunt æquales, & con-
currunt eodem tempore, & omnes vocati in-
telliguntur in eodem gradu ſubſtitutionis,
nec eſt locus vocationi ſucceſſiuę, & *Aym.*
ſequitur *Menoch. in d. conſ.* 328. *nu* 50. *in* 4
qui refert eiuſdem ſententiæ, etiam fuiſſe
Alciat. in d. §. in fideicommiſſo num. 14. *verſ.*
qua ratione *ff. de leg.* 2. *& in conſ.* 96. *nu.* 32.
ſecundum impreſſionẽ Lugdunenſem, & hæc
veritas magis ad ſenſum patet, quam quod
egeat vlteriori declaratione, & quamuis a-
pud *Anchar. in conſ.* 27. eſſent vocati tantũ
antiquiores domus, & tamen ipſe credat,
alios poſt eos admitti, eum repudiauerint,
ex quo ipſe ſentit, quod cum non fuerint il-
li antiquiores nominati nomine proprio, vt
dilectio teſtatoris non ſit ad eos reſtricta, ſed
etiam extendatur ad alios de familia, qui &
ipſi propterea intelligantur vocati; Tamen
10 pluribus rationibus hoc conſilium nõ eſt ad
caſum noſtrum, Prius, quia ibi erat adiectũ
onus dandi in perpetuum pauperibus duas
menſuras frumenti, quod onus non poterat
impleri, niſi & alij de familia eſſent vocati,
tale onus non reperitur in caſu noſtro: & ad
hæc benè ſeruiunt ſcripta à *Sim. de Prat. de
interpretat. vlt. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 9. *nu.* 15.
fol. 281. *Rota deciſ.* 282. *in fine part.* 1. *re-
cent.* quæ ſequitur *Nattã, Decian. & Manti-
cam* vt per eam *Decian. conſ.* 91. *num.*
521.

11 Secundo † ibi ob repudiationem duorum
antiquiorum voluntas teſtatoris non potuit
ſortiri effectum, ideò neceſſe fuit deuenire
12 ad alios de familia, quando † enim diſpoſi-
tio non verificatur in primo actu, deueniri
poteſt ad ſecundum, nec intrat regula *l. bo-
nes § hoc ſermone ff. de verb. ſignif.* ita reſpon-
det *Menoch. d. conſ.* 85. *nu.* 124. *& conſ.* 328.
ſub num. 87. ſed in caſu noſtro ſubſtitutio iã
habuit effectũ ſuum in Opizone primo pro-
13 ximiore vocato: Tertio † apud *Anchar.* age-
barur de ſubſtitutione vulgari, ſaltem anor-
mala; quia duo primi antiquiores repudia-
runt, & in ſpecie noſtra agitur de pura fidei-
commiſſaria; vulgaris, etiam anormala non
eſt ita ad onus, quemadmodum pura fidei-

L com-

Digitized by Google

commiſſaria, ideò licet extenſio voluntatis
teſtatoris admittatur apud *Anchar.* non ita
admittenda erit in caſu noſtro, quia onera
14 reſtringuntur, & non extendũtur, hac † ratio-
ne directa ſubſtitutio ex veriori opinion
extenditur de perſona ad perſonã *Menoch.*
15 *præſumpt.* 65. *nu.* 34. *in* 4. non † æquè fidei-
cõmiſſaria, quia onus continet *idem Menoch.*
præſumpt. 73. *n.* 5, *eod. lib.* 4. & hanc diuerſi-
tatem inter caſum noſtrũ, dum de inducẽda
fideicõmiſſaria inter illos de familia tracta-
mus, & caſum *Anchar.* quærentis, an non
admiſſis primis, quia repudiarunt, alij anti-
quiores de familia admittantur ex ſubſtitu-
tione vulgari etiam conſiderauit *Menoch.*
d. conſ. 85. *num.* 123. *& ſeq. & in præſumpt.*
71. *ſub num.* 33. *verſ.* (*tertio adductus*) *in*
quarto.

16 Quarto *conſ. Anchar.* non ſeruatur, niſi,
quando abſolutè eſt habita ratio agnationis
conſeruandæ *Rota d. deciſ.* 282. *nu.* 7. *part.* 1.
recent. Decian. d. conſ. 91. *nu.* 52. *in* 5. *Man-*
tic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8 *tit.* 12. *nu.* 34.
quæ ratio non poteſt in caſu noſtro, in quo,
licet teſtator plures habuerit agnatos, tamen
reſtrinxit vocationem ad deſcendentes Co.
Lelij, & proximioris, ſeu proximiorum, non
contemplando alios agnatos, qui poterant
familiam conſeruare, immo ratio prohibi-
tionis, ex qua ſolet colligi deſiderium cõſer-
uandi agnationem, non eſt generalis ad to-
tam agnationem, ſed reſtricta ad quoſdam,
17 vt antea declaraui, & quamuis † *Anchar.* de-
ducat hoc deſiderium ex eo ſolo, quod vo-
catio non eſt facta nomine proprio, ſed ſub
nomine familiæ, hæc deductio non eſt rece-
pta, vt apud *Aym. d. conſ.* 180. ex ea enim
poſſet ſequi, quod illos antiquiores non vo-
cauit ex eo, quod eorum perſonas diligeret,
ſed quia erãt familiæ antiquiores, non quia
ſimpliciter eſſent de familia, alias nõ reſtrin
xiſſet vocationem ad antiquiores.

18 Tandem non conuenit hoc *conſ.* caſui no-
ſtro, quia in eo nulla facta fuerat expreſſa
ſubſtitutio illis duobus antiquioribus do-
mus, ideò confugit *Anchar.* ad coniecturam,
quod, cùm non fuerit facta vocatio nomine
proprio intelligantur vocati alij antiquio-
res de familia, ad quam coniecturam vtiq;
non cõfugiſſet, quando primis duobus anti-
quiorib. alij eſſent expreſſè ſubſtituti, vt in
caſu noſtro, ſed ſecutus fuiſſet claram diſpo-
ſitionem teſtatoris, quia in claris opus non
eſt coniecturis *l. licet Imperator ff. de leg.* 1. *l.*
ille, aut ille ff. de leg. 3.

Concludo igitur ex ſententia mea, in teſtamento Equitis nullum extare fideicommiſſum, ſuper quo poſſit fundari intentio Dominorum Sertorij, & Ventidij ex nobiliſſima familia de Rugerijs, & proinde non eſſe aſſentiendum Perill. & Excellentiſſ. D. Pyrrho Ponto, quatenus in principio ſuæ informationis exiſtimat, in teſtamẽto Eq. Bonifacij nullam penitus adeſſe difficultatem, niſi intellexerit nullam eſſe difficultatem cõtra Sacrum Montẽ Pietatis, & alios honoratos in teſtamento Illuſtres D. Camillæ Rugeriæ.

Hactenus de teſtamento Equitis Bonifacij; Quantùm modò attinet ad teſtamentum Co. Pyrrhi, in quo habemus conſultationes contrarias Excellentiſſ. DD. Ponti, & Buſanæ, quas, cùm diligenter viderim, probabilior mihi viſa fuit opinio D. Buſanæ, vt fideicommiſſum extinctum ſit in perſona Opizonis, & conſequenter, ex eo nihil prætendere poſſe Dominos Ventidium, & Sertorium rationibus iam deductis, quia decedente proximiore ipſi non ſunt expreſſe vocati, nec tacitè ex coniectura *d.* §. *in fideicommiſſo*, quæ vt intret neceſſe eſt, vt ex verbis teſtamenti colligatur dilectio ad totam familiam, & vt adſit tractus ſucceſſiui temporis reſpiciens totam familiam, vt inducatur perpetua, & ſucceſſiua ſubſtitutio fideicommiſſaria, alias ſequitur, vt teſtator non conſiderauerit omnes de familia, ſed tantum proximiores, & ſi omnes, quod eos tantum conſiderauerit in caſu vulgaris, non fideicommiſſariæ, vt pluribus antea cõcludenter probaui; Quod verò in caſu noſtro teſtator nõ conſiderauerit totã familiã, nec expreſſerit verba denotantia tractum temporis extincta, vel non exiſtente linea Co. Lelij, clarum eſt in vocationibus, quia deficientibus, vel non exiſtẽtibus filijs, & deſcendentibus eiuſdem Co. Lelij ſimpliciter ſubſtituit vnum proximiorem, vel plures, ſi in eodem gradu eſſent plures agnati de parentela illorum de Rugerijs, alij ſucceſſiuè non vocantur, nec adſunt verba tractus ſucceſſiui, quæ tamen adſunt in caſu, in quo vult teſtator vltra priores alios vocare ex ſubſtitutione ſucceſſiua, vt in deſcẽdentia Co. Lelij, in qua ſubſtituuntur non tantùm filij, ſed deſcendentes, & additur in infinitum ordine ſucceſſiuo; hoc ſi teſtator voluiſſet in ſequenti ſubſtitutione, vel ſubſtituiſſet omnes agnatos in infinitum ordine ſucceſſiuo, vel ſubſtituiſſet proximiores agnatos, & poſt eos alios in infinitum, & ordine ſucceſſiuo,

quod

Digitized by Google

19 quod cùm teſtator non fecerit, inditium, eſt,
quod noluerit *l. vnic. §. ſin autem à deficien-
tis in fine C. de caduc. tol.* cùm alijs de quibus
*Tiraquel. ad l. ſi vnquam in verbo libertis, nu.
3. C. de revoc. donat. Ceph.* loquens in puncto
duarum ſubſtitutionum *conſ. 447. nu. 18. in
4.* & præcipuè, quia maior eſt ratio, vt deſi-
deret teſtator ſucceſſiuam ſubſtitutionem in
deſcendentibus Co. Lelij, quam generaliter
in alijs de familia, cum deſcendentes illi eſ-
ſent de eadem proſapia teſtatoris proue-
niente ab Alexandro auo teſtatoris, & illi
de familia facilè poſſent eſſe de alia proſa-
20 pia, & quod † non concurrentibus coniectu-
ris in contrarium, vti verior, & magis com-
munis ſit recepta regula *d. §. ſin autem à deſi-
cientis*, & non regula *l. qui filiabus ff. de leg.
1.* de qua *Abb. conſ. 36. in 1.* tenet *Rota deciſ.
354. nu. 2. parte 2. recent.*

Nec coniectura aliqua vocationis totius
familiæ vltra deſcendentiam Co Lelij colli-
gitur ex prohibitione alienationis adiectã
poſt vocationes, de quo licet concludenter
appareat colligatur ex eo, ꝙ illa verba *pro-
hibens, & omnino vetans* ven ũr conſecutiuè
ad præcedẽtia iuxta allegatũ conſ. *Dec. 636.*
tamẽ ẽt colligitur, diligenter cõſideratis ſin-
gulis partibus ipſius prohibitionis: Prius, di-
citur prohiberi bona alienari à prædictis in-
ſtitutis, & ſubſtitutis, quod non poteſt intelli-
gi, niſi de illis, qui in pręcedenti diſpoſitione
fuerunt inſtituti, vel ſubſtituti, inſtitutus autẽ
fuit Co. Lelius, & ſubſtituti fuerunt eius de-
ſcendentes, & illi de parentela, non quidem
omnes, ſed illi, qui erunt proximiores tem-
pore eueniendis caſus ſuę ſubſtitutionis, ergo
de his tantum ſenſit teſtator; additur, prohi-
beri etiam alienationem poſteris, & deſcen-
dentibus eorum .ſ. inſtitutorum, & ſubſtitu-
torum in perpetuũ, quæ verba, ſi non reſtrin-
guntur ad deſcendentes à Co. Lælio, ſaltẽm
reſtringuntur ad poſteros, & deſcendentes à
d. Co. Lælio, & à proximioribus vocatis, ex
quibus non colligitur deſiderium conſeruã-
di bona, nec tractus temporis in perpetuum,
niſi in deſcendẽtibus Co Lelij. & proximio-
rũ, non autẽ in tranſuerſalibus d. proximio-
rũ, quales ſunt alij de familia, & ſunt D. Ad-
uerſarij: ſequitur teſtator, & reddẽs prohibi-
tionẽ realẽ, ait, vel eoĩa bona eſſe perpetuò
inalienabilia, ſed addens rationẽ, non ait id
facere, vt dicta bona abſolutè maneant in
21 familia, ſed vt perpetuo † permanerẽt in fa-
milia, & poſteritate *vt ſupra* prædicti Lælij,
& cum conditionibus, & per modum, de qui-
bus ſupra, quæ ratio, vel reſtringitur ad fa-
miliam effectiuè Co. Lælij, vel ſi extenditur
ad alios de eadem familia contentiuè, non
extenditur niſi ad proximiores, de quibus
ſupra dictum fuit, quia hoc denotãt illa ver-
ba *vt ſupra* & *ordine, & per modum, & cum
conditionibus de quibus ſupra*, quę verba non
poſsũt verificari, niſi in caſibus antea expreſ
ſis, & in perſonis antea vocatis, quæ ſunt de-
ſcendentes à Co. Lælio, & proximiores, de
alijs non eſt ſupra facta aliqua mentio, ſe-
quitur poſteà idem teſtator dicens *itaquod
ipſa bona ſemper, & cõtinuò in familia, & po-
ſteritate, vt ſupra retineantur, & remaneant,
& nunquam proprietas, & poſſeſſio eorum, è
nomine, & generatione ipſius D. Lelij, & vt
ſupra in alium transferantur.* Pariter, dum
agitur de priuatione alienantium, dicitur, vt
bona transferantur, & perueniant, non ad
alios de familia, de quibus antea non fuerit
facta mentio, ſed ad vocatos poſt eum ſic
contrauenientem ordine, & per modum, de
quibus ſupra.

Et tandem, dum teſtator vult prohibere
Trebellianicam, ait, *& quod dicta bona per-
petuo in familia, & poſteritate prædicta vt ſu-
pra ſucceſsiuè ſuprascriptum ordinem, de quo
ſupra retineantur, vt ſupra integrè, & abſque
detractione &c.* ex quo modo loquendi to-
ties relato ad ſupra diſpoſita, & ad ordines,
& modos de quibus ſupra colligitur, non
fuiſſe teſtatorem huius intentionis, vt fidei-
commiſſa antea facta extẽderentur ad om-
nes de familia, ſed tantum ad illos de qui-
22 bus ſupra, hoc † enim operatur propria vir-
tus dictionis *(vt ſupra Ruin. conſ. 13 ſub nu.
8. in 1. Ceph conſ. 269. nu. 40. in 2. Menoch.
conſ. 379. nu. 32. in 4. Pereg. conſ. 62. num.
12. in 1. Surd. conſ. 362. num. 9. in 3. & in
4. conſ. 448. ſub nu. 25. verſ (minus refra-
gatur) & conſ. 315. num. 53. eod. vol.* & alij,
quæ ab iſtis allegantur, & ſtudioſè teſtator
toties repetijt huiuſmodi dictionem, qua-
ſi præuidens dum fiebat mentio de fami-
lia poſſe dubitari ipſum ſenſiſſe de tota fa-
milia.

Ex his, quæ in teſtamento leguntur ceſ-
ſant præcipua fundamenta Excellentiſs. D.
Ponti, nam dum prius conſiderat, teſtatorẽ
non ſenſiſſe tantum de poſteritate Lælij, ſed
& familia, quod non poteſt reſtringi ad fa-
miliam Co. Lælij effectiue, alias verbum fa-
milia eſſet ſuperfluum; Reſpondetur, quod
cùm teſtator fuerit de eadem familia, de
qua Co. Lælius, non dixiſſet de familia Læ-

lij. ſed de ſua, dicendo enim de familia Læ-
lij. manifeſtè ſenſit de vna familia propria
23 Lælij, nec † aliquid ſuperfluum vitandum
oritur, etiam quod ponantur duo ſynonyma
inter quæ ponatur copula *l. 1. in princ. & ibi
Bart. ff. de pact. Abb. in c. monaſteria de vita,
& honeſt. cleric. nu. 4.* expreſſerat enim nota-
rius de familia, & quia conſiderauit familiã
accipi effectiuè, & contentiuè, vt exprimeret
mẽtem teſtatoris ei notam adiecit vocabu-
lum *poſteritatis*, vt oſtenderet, teſtatorem
ſenſiſſe de familia Lælij effectiuè: Nec ne-
gotium facit, ſi dicamus, ſubſtitutis prohibi-
tum eſt alienare, vt bona remaneant in fa-
milia, ergo non poteſt reſtringi ad poſterita-
tem Lælij cum ſubſtituti non vocentur, niſi
finita dicta poſteritate: Quia hoc obſtaret,
quando non eſſent dati ſubſtituti, niſi finita
dicta poſteritate, ſed & in poſteritate ſunt
dati ſubſtituti, de quibus potuit intelligere
teſtator, quando prohibuit ſubſtitutis alie-
nare; Sed dato etiam, quod vox, *familia* ac-
ciperetur contentiuè, & pro tranſuerſalibus
Lælij, adſunt poſtea verba reſtrictiua *vt ſu-
pra & ordine, & per modum, & cum condi
tionibus, de quibus ſupra*, quę verba conſtrin-
gunt nos intelligere de familia, de qua ſu-
pra, hoc eſt de proximioribus, & de eorum
deſcẽdentibus, quando adfuiſſent, qui poſ-
ſent dici vocati a teſtatore vti ſubſtituti pro-
ximioribus, cum & illis alienatio ſit prohi-
bita; Hinc ceſſant plura, quæ contra allegã-
tur de prohibitione alienationis, quæ ſi non
extendat præcedẽs fideicommiſſum, ſaltem
illud declaret, vt dum vocantur proximio-
res, non intelligatur tantum de primis, ſed
vlterius de proximiore in proximiorem,
procederent enim, quando non adeſſent
verba relatiua, & reſtringentia rationem
ad vocatos antea, & hoc etiam ſine verbis
24 relatiuis eſt regulare, † vt ratio conſeruatio-
nis bonorum in familia attendatur tantum
in caſibus, & perſonis expreſſis *Rim. iun.
conſ. 117. ſub num. 31. in 1. Steph. de Prat. conſ.
90. n. 29. in 1. Mantic. de coniect. vlt. volunt.
lib. 6. c. 15. nu. 6.* & poſt illos *Rota deciſ. 267.
ſub nu. 6. part. 2. recen.* & etiam addi poſſunt
ſcripta latè à *Surd. conſ. 408. in 4.*

Ad fundamenta autem ipſius D. Ponti
non difficulter reſpondetur, nam ad primũ,
25 quod coniecturis inducitur fideicõmiſſum,
dicitur illud procedere, quando ſunt proba-
biles, & neceſſariæ *Iaſ. conſ. 221. nu. 11. in 2.
Alciat. conſ. 36. nu. 25. lib. 9. Surd. conſ. 325.
nu. 55. in 4.* & conueniunt omnes colligi de-
bere ex ſcriptis in teſtamento, & vt ſint plu-
res, quod non eſt in caſu noſtro, in quo ad-
eſt vnica coniectura conſeruandi bona in
familia, quæ non vrget, quia reſtricta eſt
ad vocatos, & patitur difficultates, de qui-
bus antea.

Ad ſecundum fundatum in dictis *Pereg.
de fideicommiſſ. artic. 19. ſub nu. 12.* reſpon-
detur procedere, quando per nomina col-
lectiua vocata eſt familia, vel ſunt vocati
deſcendentes poſteri, vel liberi, & ita dile-
ctio ad omnes refertur, quod non contingit,
quando dilectio reſtricta eſt ad proximio-
res, vt hic, quemadmodum antea probaui,
26 & † quatenus ſentit *Pereg.* hoc procedere
ex eo ſolo, quod vocatio eſt facta nomine
collectiuo, non eſt eius dictum receptum ad
effectum inducendi ſucceſſiuam ſubſtitutio-
nem fideicommiſſariã inter illos de familia,
ſed neceſſe eſt, vt accedant etiam verba
continentia tractum ſucceſſiuum reſpicien-
tem totam familiam, & nulli ex *Doct.* ab ip-
ſo *Pereg.* citatis loquuntur in his terminis, ad
hoc in puncto allegaui *deciſ. Rota 357. parte
1. recent.* in qua reſoluitur vocatos per nomẽ
collectiuum non intelligi per fideicommiſ-
ſum, niſi adſint verba tractus ſucceſſiui *n. 2.*
& per totam deciſionem, ſecundum opinio-
nem *Cum in d. §. in fideicommiſſo*, quam an-
tea probaui eſſe communiter receptam,
quando nõ conſtat de deſiderio conſeruan-
di perpetuò familiam, & addi poteſt. *Surd.
conſ. 315. nu. 14. in 4.* qui etiam adducit au-
thoritatem plurium Aduocatorum Vrbis.

Ad *cõſ. Anchar.* 27. in quo fit maxima vis
iam ſupra reſpõſum eſt, nec ex ſcriptis à *Be-
ret. conſ. 118.* nec ab ipſo D. Ponto tollantur
27 reſponſiones, quatenus † enim ſupponitur,
in eius caſu teſtatorem vſum fuiſſe verbis
collectiuis; (vt etiam animaduertit D. Buſa-
na) eſt prorſus erroneum, quia adiecta qua-
litate proximioritatis, & remotis alijs conie-
cturis, præſertim illa, quæ ſumitur à tractu
temporis, verba non ſunt collectiua, quia
non colligunt plures perſonas diuerſorum
graduum: Præterea nec eſt vis facienda in
eo, quod nõ erant expreſſa nomina propria
antiquorum de familia eo, quia hoc bene
arguit teſtatorem non reſpexiſſe certas per-
ſonas, ſed non arguit, quod non reſpexerit
certas gradus, adeò vt non dilexerit perſo-
nas, ſed familiam, non tamen abſolutè, ſed
ſtrictè cum qualitate antiquioritatis; Præte-
28 rea † maior reſtrictio reſultat ex vocatione
proximiorum, quam ex vocatione antiquio-
rum;

rũ; qui enim vocat antiquiores reſpicit plures gradus familiæ, poſſet enim vnus eſſe in remotiori gradu, & eſſe antiquior, ob id teſtator exprimendo antiquitatem, potuit reſpicere plures gradus familiæ, in quibus poſſet dari maior antiquitas, ſed qui exprimit proximitatẽ, reſtringit ſe ad vnum gradum familiæ, & in eo videtur terminare dilectionem ſuam: Alia etiam reſponſio, quod
29 in caſu *Anchar.* erat adiectum onus perpetuum; optima eſt, quia etiam ipſe *Anchar.* vim facit in hoc onere perpetuo, nec obſtat, quod in perpetuum etiam intelligi poteſt durante vita vocatorum, vt ſcripſit *Bere-*
30 *ta*, quia † perpetuitas non reſtringitur ad vitam; niſi quãdo natura actus ita expoſtulat, vt de ſocietate, quæ non tranſit ad hæredes, eſt tex. *l. 1. ff. de Soc.* in ſubſtitutione, quæ poteſt à teſtatore produci in perpetuum, vox *in perpetuum* erit accipienda in ſuo proprio ſenſu.

Nec admittendum, quod *Anchar.* magis vim fecerit in ratione, quod teſtator dilexerit perſonas, propter agnationem, quam in oneris perpetuitate, quia immo conſtat, æqualiter fundaſſe ſe vtraq; ratione ibi *primò ſine expreſſione nominum, ſecundo ex qualitate oneris*, & licet, poſtea proſequatur primã rationem, id eſt, quia prima ratio egebat probatione, non æque ſecunda, quia de onere perpetuo conſtabat in verbis, & quamuis in caſu noſtro in prohibitione alienationis adſit perpetuitas, illa refertur ad perſonas, de quibus ſupra diſpoſitum fuerat vti inductæ earum fauore.

Et etiam, dùm antea vim faciebam in eo, quod antiquioribus alij non erant ſubſtituti, vt in teſtamento Equitis deſcendentes erãt ſubſtituti proximioribus, accõmodatur opti-
31 mè ad teſtamentũ Co. Pyrrhi, quia † deſcendentes ſubſtitutorum, & ita etiam proximiorum ſunt grauati non alienare, ergo etiã vocati, & ſuis anteceſſoribus ſubſtituti, ad not. in *l. ab eo C. de fideicommiſſ.*
32 Quatenus verò allegãtur plures *Anchar.* ſequentes aduertẽdum, quod aliqui eorum, qui allegantur à *Pereg. artic.* 19. *nu.* 16. non tenent cùm *Anchar.* & multi etiam ſunt, qui tenent contra, vt apud *Menoch. d. conſ.* 85 *&* *conſ.* 97. *nu.* 116. *in* 1. *& d. conſ.* 328 *in* 4. *&* *Decian. d. conſ.* 10. *in* 3. & alij, qui ab his citantur, & præcipuè eſt obſeruandum, contrarium ſenſiſſe *Balan cõſ.* 47. *in* 1. cuius authoritas non cedit authoritati *Ancharan.* & *Crauet. conſ.* 165. *&* 180. Et quamuis *Bere-ta* *conſ.* 118. pro cõfirmanda opinione quã tuetur, vtatur authoritate *Anchar.* tamen caſus ſuæ cõſultationis habebat pro ſe plures côiecturas ab eo conſideratas *ſub num.* 15. *verſ. primũ obſeruatur cùm pluribus numeris ſeq.* quæ reddebant illum caſum ſatis clarum, etiam ſine authoritate *Anchar.* quæ coniecturæ non concurrunt in caſu noſtro, & aderat iſtud, quod primogenitus agnatæ proximioris erat ſubſtituturus, quando nulli reperirentur agnati maſculi cum onere, vt nominaretur de familia Triuultiorum, ex quo datus eſt ſubſtitutus, quando nulli reperirentur agnati, ergo voluit prius, vt omnes agnati ſuc-
33 cederẽt, † quia natos ex agnatis fœminis voluit denominari de familia, conſtat deſideraſſe conſeruare abſolutè familiam, quo deſiderio dato magis receptum eſſe *conſ. Anchar.* dixi antea ex deciſione *Rota* 282. *ſub n.* 2. *parte* 2. *recent.* quod deſiderium nõ eſſe in caſu noſtro, niſi reſtrictum ad vocatos iam plenè oſtendi perpendendo verba reſtrictiua, de quibus in teſtamento.

Dum verò dicitur, habitam eſſe rationem cõſeruandæ agnationis, ex eo, quod teſtator non vocauit ſibi proximiores, ſed proximiorem agnatum de parentela, eſt repetere rationem *Anchar.* vt refertur à *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 15. *nu.* 12. quæ, vt iam dixi, concludit conſeruationem bonorũ apud illos agnatos tantùm, non abſolutè apud omnes, & ideo *Rota in d. deciſ.* 282. non attenta ratione *Anchar.* vult, vt ex alio conſtet de conſeruatione agnationis, & quamuis
34 idem *Mantic. in lib.* 8. *tit.* 12. *nu.* 17. vt allegatur, dixerit nullam eſſe differentiam, an fideicommiſſum ſit relictum agnatis, vel pro conſeruanda agnatione hoc nõ eſt ad caſum noſtrum, in quo fideicommiſſum non eſt abſolutè relictum agnatis, ita, vt omnes contineantur, ſed proximioribus agnatis.

Quod teſtator noluerit fideicommiſſum terminare in proximioribus, quia etiam eorum poſteris prohibuit alienationem, admitto, ſed ex hoc non infertur, quod voluerit illud extendere ad alios tranſuerſales proximiorum, ſed tantùm ad deſcendentes proximiorum, qui cùm non adſint, iam defuncto Opizone ſine prole, caducum factum fuit fideicommiſſum, & bona remanſerunt libera apud Opizonem peruentura ad eius legitimos hæredes, poſtquam ipſe erat in ſtatu, vt nõ poterit teſtari, ſatis eſt, quod alij de familia non ſunt vocati decedente Opizone proximiore ſine filijs, quia huic caſui teſtator

non prouidit.

35 Dictiones *ſemper perpetuo, & in perpetuum* non obſtant, quia ſunt reſtrictæ ad perſonas & ordines ſubſtitutionum, de quibus ſupra, & *DD.* allegati, loquuntur, quando dictæ dictiones non ſunt reſtrictæ, ſed habent tractum in infinitum, quemadmodum hunc tractum habent in caſu noſtro in deſcendentibus Co. Lælij, quia ſunt expreſsè vocati, & forte etiam in deſcendentibus proximiorum, ex quo ſunt grauati, ſed non in infinitum in omnibus agnatis, quia vltra proximiores alij tranſuerſales poſt proximiores non fuerunt, nec expreſsè, nec tacitè vocati, immo excluſi ob qualitatem proximitatis, & ob ſubſtitutionem deſcendentium ex proximioribus, & quod dicta verba referantur ad caſus expreſſos *Sard. conſ. 3 [illegible] num. 53 in 3.* vbi pulchrè, & in terminis loquitur allegat *Alex. conſ. 139. in 6. & [illegible]* vt per eum.

Nec pariter obſtat ratio generalis prohibitioni adiecta, quia, & ipſa reſtringitur à verbis relatiuis, quod etiam ipſe D. Fontus admittit, dum ponderat virtutem dictionis *vt ſupra*, quæ cùm teſtator ad eos, quæ ſupra expreſsè ſunt vocati, ex hoc infert hanc rationem [illegible] reſtringi ad deſcendentes Co. Lælij. Non enim intentionis meæ eſt defendere referri tantum ad ſuos deſcendentes (licet facile defendi poſſet, ſi neceſſarium eſſet) ſed dato, quod referatur ad proximos ſupra, dixi, alios de familia tranſuerſales non eſſe antea vocatos, ergo huiuſmodi ratio eis non prodeſt.

Conſideratur, & tertio detractio Trebellianicæ prohibita ſubſtitutis, & ita proximioribus, qui fuerunt ſubſtituti, ergo etiam fideicommiſſo grauati ſunt, quia hi ſunt, qui Trebellianicam retinent.

Hoc tamẽ facilè tollitur, nam adſunt alij deſcendẽtes Co. Lælij, qui ſunt ſubſtituti, & expreſsè vocati, in quibus poterit verificari hæc prohibitio, licet non verificetur in proximioribus. Etſi verificatur in proximiori, vel proximioribus, hoc nõ arguit, quod ſint grauati reſtituere alijs agnatis tranſuerſalibus, ſed ſuis deſcendentibus, qui in vno teſtamento fuerunt ſubſtituti expreſsè, & in alio tacitè, ex quo eſt adiectũ onus non alie-

36 nandi, & quod prohibitio Trebellianicæ ſit leuis coniectura ad extendendum fideicommiſſum vltra antea vocatos *Sard. d. conſ. 313. ſub num. 54. verſ. [illegible] 3.*

Quod teſtator ſe conformauerit cùm teſtamento Equitis Bonifacij, nihil negotij facit, quia [illegible] oſtendi, nec in teſtamento Equitis aduerſarios fouere iuſtam cauſam.

Conſideratur quintò plures gradus ſubſtitutionũ, ex quibus dicitur colligi affectionem ad familiam, & eius ratione factum fuiſſe perpetuum fideicõmiſſum.

37 Sed hoc procederet, quando hi plures gradus ſubſtitutionum facti fuiſſent inter ipſos agnatos, quod non fuit in hoc caſu, in quo vna ſola fuit ſubſtitutio, per quam non omnes agnati, ſed proximiores tantum vocati fuerunt, quod eſt ſecundum mentem eiſdem *[illegible] conſ. [illegible]* dum allegat *[illegible] conſ. 98.* Nec obſtat, quod teſtator præ oculis habuerit honorem ſuæ familiæ, & ob id voluerit fideicommiſſum terminari in vltimo ex deſcendentibus Lælij magis dilecti, ergo minus credendum eſt vt voluiſſe terminari in propinquioribus ſubrogatis.

Quia immo, ex quo teſtator magis dilexit poſteritatem Lælij cuĩ magis ducauit, vt in eius poſteritate bona conſeruarentur, ideò in eis conſtituit perpetuũ fideicommiſſum, cùm verò non ita diligeret alios de familia, non erat, quòd in illis cõſtitueret perpetuum fideicommiſſum, & ſi nobis ita arguere liceret etiam [illegible] ex [illegible] noſtro multiplicare ſubſtitutiones in infinitum præter [illegible], & dici poteſt, teſtatorem non terminaſſe in perſona proximiorum, ſed eis ſubſtituiſſe eorum deſcendentes, quemadmodum ſubſtituit Co. Lælio, & quia eis non exiſtentibus non eſt progreſſus teſtator ad alias ſubſtitutiones, ideò rectè dictum eſt extinctum eſſe fideicommiſſum.

Hinc etiam tollitur quintum, cùm dici poſſit, etiam proximiores grauatos, licet, non ad fauorem totius familiæ, ſed deſcendẽtium ab illis.

Quantùm ad clauſulam *in ſtirpes, & non in capita*, loquendo ſecundum principia *Beroy. 104.* quem allegat *Petra* (licet cum reſolutè non ſequatur) *de fideicommiſſ. q. 5. nu. 152.* ex eâ deducitur, in proximioribus factam fuiſſe fideicommiſſariam actiuè, ſed non paſſiuè, &c. cùm teſtator vocauerit plures proximiores, ſi extarent, illa verba *in ſtirpes* non poſſunt denotare diuerſitatem in gradibus, quia, & in perſonis eiuſdem gradus, quandoq. dubitatur, an in ſtirpes, vel in

38 capita ſuccedant, vt eſt in fratribus patruelibus, de quibus acerrimè dubitatur apud *Doct.* quomodo ſuccedant *Doct. in auth. ceſſante C. de ſuis, & legit. Graſ. de ſucceſ. §. ſucceſ.*

cõſ. Succeſſio ab inteſtato 30. nume 4. Capriol. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 3. nu. 19. & ſeq. Marzar. in epitom. de fideicom. q. 18. Perigr. de fideicom. art. 30. nu. 25. Forſter. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 8. c. 3. Fachin. controu. iur. lib. 6. c. 3. Theſaur. deciſ. 162. nu. 3.

Prohibitio alienãdi eſt realis, etiam quæ extenditur vltra decimum gradum, vt dicitur in nono fundamento; ſed, & cùm ipſa ſit relatiua ad vexationes, de quibus ſupra, intelligitur facta, vt faueatur ſuprà vocatis ſ. deſcendentibus Co. Lælij, & deſcendentibus proximiorum, in quibus deſcendentibus poterat dari exceſſus vltrà decimum gradũ.

Quatenus vltimo dicitur, fideicommiſſum vti factum fauore familiæ eſſe latè interpretandum: Videtur mihi hoc fundamentum petere principia difficultatis, cum nunc in controuerſiam ducatur, an teſtator voluerit prouidere omnibus de familia, & nos dicimus, ex verbis teſtamẽti apertè colligi fideicommiſſum factum fuiſſe ad fauorem quorundam de agnatione, non ad fauorem omnium,

Stantibus igitur prædictis credere Actores non eſſe in ſtatu, vt poſſint ſperare victoriam extincto iam fideicommiſſo, cui innititur eorum intentio.

Et quando etiam adhuc durarent fideicommiſſa prædicta (quod ſemper negatur) etiam puto ius petendi ex eis non cõpetere Aduerſarijs, quia ſi prætendunt, vt aſſerunt, hoc fideicommiſſum factum fuiſſe pro conſeruatione perpetua totius familiæ, cũ tempore obitus Co. Lælij ſine prole Opizo eſſet
39 furioſus, & ipſe vti non habilis ad contrahendum matrimonium ob dementiam, & defectum cõſenſus neceſſarij in matrimonio *can. neq; furioſus 32. q. 7. c. dilectus de ſponſal. & ibi Prapoſit. in princ. Conar. in epito. ad quartum decretal. parte 2. c. 2. nu. 5. Sanch. Z. de matrim. lib. 1. de ſponſal. diſputat. 8. difficultate 3. num. 15.* non erat habilis ad conſeruationem, & ſi vocatio propinquioris de parentela arguit in teſtatore deſiderium propagandæ agnationis, vt ex aduerſo prætenditur, ergo ex mente teſtatoris non intelligeretur vocatus Opizo, in quo non cadebat hæc qualitas deſiderata à teſtatore, quemadmodum dicitur à D. Ponto hæc fideicommiſſa non tranſire ad fœminas agnatas, quia non ſunt aptæ conſeruare agnationem, & inde eſt, quod *Pariſ. conſ. 99. ſub num. 13. in 2.* ait furioſum non eſſe in conſideratione; ex quibus ſequitur, quod D. Octauius erat proximior tempore obitus Co. Lælij, & ad eum deuoluta erant bona vtriuſq; teſtatoris, & poſt eum ad Dominos Pyrrhum, & Hippolytum eius filios, quia iam oſtendi, filios proximiorum eſſe parentibus ſubſtitutos, &
Domini Aduerſarij remanent prorſus excluſi,
40 omnino, & ita etiam eſſe de iure communi, vt poſt proximiorem agnatum ſuccedant eius deſcendẽtes *Menoch.* tenet in *conſ. 106. nu. 359. in 2.* ad quod allegat in feudis tex. *in c. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* & in vocatione primogeniti *Conar. practic. quæſt. c. 38. ſub num. 6.*

Quando etiam habenda eſſet in conſideratione perſona Opizonis, & poſt eius mortem ſine filijs adhuc fideicommiſſum duraret (quæ omnia negantur) dicendum eſſet ad ipſum fideicommiſſum admittendos eſſe Dominos Pyrrhum, & Hippolytum excluſis Dominis Sartorio, & Ventidio, quia licet omnes ſint de eadem agnatione inſpecta perſona Bonifacij ſenioris, & omnes in eodem gradu, cum tamen d. Bonifacius antiquus tres reliquerit filios, nemo negabit quin familia ducta à d. Bonifacio diuiſa ſit in tres lineas, quia vnuſquiſq; ex filijs ſuam lineam conſtituit, vel dicamus ſuum colonellum, & cum Pyrrhus & Hippolytus ſint de linea, de qua fuerunt duo teſtatores, ſcilicet Opizonis, ſenioris, & Ventidius, & Sartorius ſint de colonello Georgij, præſumendum eſt teſtatorem voluiſſe prius vocare agnatos proximiores de ſuo colonello, & de ſua linea, ad hoc allegatæ ſunt authoritates *Dec. Pariſ. Menoch. Mantica,* & aliorũ ab Excellentiſs. DD. Aduocatis Arlotto, & Patalio, quorũ doctiſſimis dictis, & allegationibus ego non habeo quid addam: Nec Dominus Pontus, dum tentat euadere eorum fundamenta aliquid, quod ea euertat adducit; quia licet fateamur, non ſenſiſſe teſtatores de deſcendentium linea, nec de linea Lælij, dùm propiuquiores vocant, ſed de tranſuerſalibus de agnatione de Rugerijs, & etiam fateamur Dominos Vẽtidium, & Sartorium eſſe de eadem familia, tamen non eſt negandum, quin attẽto eodem colonello magis de eadem familia ſint D. Pyrrhus, & Hippolytus, atq; ſint D. Aduerſarij, & cùm hæc ſit agnatio teſtatoris in genere inſpecto Bonifacio prima origine totius familiæ, & in ſpecie inſpecta formalitate agnationis colonelli Opizonis, credendum eſt, teſtatorem ſenſiſſe potius de hac ſecunda, quam de prima agnatione, & benè ſeruiunt authoritates, quæ

ſatis

Digitized by Google

ſatis ſunt in puncto ad firmandam hanc regulam, vt credatur teſtatorem prius ſenſiſſe de ſua agnatione in ſpecie, quam in genere;
41 Etenim, † cū ex dilectione teſtatoris ſoleamus eius voluntatem metiri *l. capienda §. 1. ff. de reg. iur. & affecte de præſumpt. cum alys de quibus Sim. de Prat. de interpretat. vlt. voluntlib. 1. ſolus. 5. fol. 62.* vtiq; experientia docet, homines inter eos, qui ſunt de familia ſua magis diligere eos, qui ſunt ex ſuo colonello, cum quibus habent particularem, & ſpetialem communis parentis originem, quā eos, qui ſunt ex alio colonello, cum quibus non habent communem parentem conſtituētem primam originem familiæ, & à quo diuerſæ lineæ familiæ dependent, & ratione
42 huius affectionis. † *Bar. in l. peto §. fratre n. 1. ff. de leg. 2. & in l. ſi cognatis nu. 2. ff. de rebus dub.* tenet, teſtatorem facientem mētionē de familia ſentire de propria, & particulari familia ſua, & quemadmodùm, quando teſtator fecit mentionē de familia intelligitur de ſuis deſcendentibus, potiùſquā de tranſuerſalibus, quia deſcendētium familia magis eſt in ſpetie familia teſtatoris *Menoch.* qui alios allegat. *conſ. 233. num. 16. in 3.* ita, quādo remotis deſcendentibus adſunt tantum tranſuerſales, quia illi, qui ſunt de eodem colonello ſunt de eadem familia magis in ſpetie, de illis erit intelligendum, quia
43 adeſt eadem ratio, quod † verba magis in ſpetie quam in genere ſunt accipienda *l. hoc legatum ff. de leg. 3.* & vbi concurrit eadem ratio etiam concurrit eadem diſpoſitio *iuribus vulg.*

Ex his, ſaluo ſaniori iudicio, puto Dominos Pyrrhum, & Hyppolitum, ſeu ſacrum Montem Pietatis fouere iuſtiorem cauſam. *an. 1640. Decembris.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Apellatione Proximiorum de agnatione, & familia in teſtamentaria diſpoſitione quando fœminæ non comprehendantur.
Ex quibus dicatur habita ratio agnationis conſeruandæ.

SVMMARIVM.

1 *MEns teſtatoris ſpectanda eſt, & præcipuè ſi agatur, an in diſpoſitione fœminæ cum maſculis comprehendantur, & n. 2.*
3 *Vocatio teſtatoris includens maſculos, & fœminas in caſu, quo poſſit præſumi teſtatorem conſideraſſe cōſeruationem agnationis, reſtringetur ad maſculos.*
4 *Filia nubens extra familiam patris, eſt principium alterius familiæ.*
5 *Digreſſio ad plures ſubſtitutiones vocādo ſemper vel maſculos natos ex viris de familia, vel proximiores de agnatione, oſtendit deſiderium conſeruādæ ipſius agnationis, & n. 6.*
7 *Teſtator vocādo ſub nomine collectiuo proximiores de agnatione, & familia, non ex ſe, ſed propter agnationē eos dilexiſſe videtur.*
8 *Fœmina agnationem conſeruant, eā accipiendo pro ſanguine coniunctis agnatis, & cognatis.*
9 *Argumentum à ſuperfluitate vitanda poteſt ad mentem teſtatoris illuſtrandam.*
10 *Differentia inter familiam, & agnationem.*
11 *Filij naturales ad agnationem conſeruandam, minimè ſunt apti.*
12 *Nobiles cōſeruationem familiæ, maxime deſiderare ſolent.*
13 *Agnatis maſculis deficientibus, tunc facilius fœminæ comprehenduntur.*
14 *Quādo ſub diſpoſitione non cōprehenditur à teſtatore magis dilecta, veriſimiliter, & minus dilecta cōprehendi nō præſumitur, & n. 15.*
16 *Appellatione agnatorum ad excluſionē aliquarum fœminarum, agnati tantum maſculi veniunt.*
17 *Fœmina, præter matrē, & auiā, tutellæ officio fungi nequeunt.*
18 *Teſtamēti pars, partem aliam declarare ſolet.*
19 *Differētia eſt inter dantem, & recipientem.*
20 *Sub generali vocatione proximiorum, illi non veniunt, quibus particulariter eſt prouiſū, & nu. 21. & 24.*
22 *Clauſula in fine poſita, non refertur ad ea, de quibus ſpecialis eſt facta prouiſio.*
23 *Naturalis legitimatus, cui ſpeciali relicto eſt prouiſum, nō continetur ſub conditione generali, ſi ſine filijs legitimis inſtitutus moriatur, ad excluſionem ſubſtituti, & n. 24.*

RESPONSVM XXIX.

1 REVER. Pater. † Si ſpectemus teſtatoris mētem (vt decet) *l. cū proponebatur. ff. de leg. 2. l. ubi purè. §. primo, & l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. & l. in cōditionibus. ff. de cōd. & demōſt. Dec. conſ. 15. incip. prætenui ſub nu. 2. verſ. ad cuius.* cū pluribus iuribus conſimilibus cumulatis à *Zanch. in*

4. §.

Digitized by Google

d. §. cum ita. p.3. ſub n. 46. & præcipuè quã-
2 do agitur † an in diſpoſitione fœminæ cum
maſculis cõprehendantur; *Gabr. conſ. 132 q.*
4 n.36. Neniz. conſ. 33. nu. 6. Odaus conſ 33.
nu. 2. & ſeq. Molin. de Hiſpan. primogen. lib.
3. c. 4. nu. 38. & ſeq. Vtriq; tenendũ eſt in ſub-
ſtitutione proximiorum teſtatoris in gradu
de agnatione, & familia de Vizanis, nõ cõ-
prehendi Antoniã teſtatoris ex fratre præ-
mortuo neptem.

3 Primũ, quia t vocatio teſtatoris, quæ ſim-
pliciter conſiderata, includit maſculos, &
fœminas, in caſu, quo poſſit præſumi teſtato-
rem conſideraſſe conſeruationem agnatio-
nis, familię, vel domus, reſtringitur ad maſ-
culos, ex ipſius teſtatoris cõiecturata volun-
tate, *Bald. conſ. 473. col. 2. in quinto. Corn. cõſ.*
55. in 1. & conſ. 41. in quarto. Gozad. conſ. 79.
nu 6. Crot. conſ. 48. nu. 39. cum pluribus ſeq. in
1. Aym conſ 180. nu. primo. Grat. conſ. 67. nu.
9 in ſecundo. Alba. conſ 483. nu. 21. in tertio.
Bero. conſ. 82. nu. 2. in ſecundo. Honded. conſ.
75. nu. 14. & ſeq. in 1. Bertazol. conſ. ciuil 98.
num. primo. & ſecundo. Gabr. d. cõſ. 132 q. 4.
nu. 39. in 1 Neniz conſ 33. n. 5. cũ ſeq. Simon.
de Prat. de interpret. vlt. volũt. lib. 3. ſol. 2. nu.
37. fol. 313. verſo. Mantic. de coniect. vlt. volũt.
lib. 8. tit. 12. nu. 16. Marzar. in epitom. fid. q.
45. Didac. Roderic. de coniect. mente defunct.
lib. 2. c. 3. §. 4. nu. 4. & nu. 21. Vin decíſ. 10. in
princ. Cacher. decíſ. 127. nu. 4. decíſ. Camera
Imperialis 15. nu. 27. lib. primo. Sed proba-
bitur pluribus coniecturis preſumi imò, &
certè probari teſtatorẽ de cõſeruatione ag-
nationis anxiũ fuiſſe ſaltem in caſu, de quo
agitur .ſ. decedente eius filia, ſequetur pro-
pterea, vt ſub nomine proximiorum fœmi-
na agnata nõ comprehendatur. Idq; Primo
probatur ex eo, quod iubet filiã ſuã nuptui
collocari cum vno ex familia de Vizanis;
Qui filiam inſtituit, aiunt *Doct.*, non deſide-
rare conſeruationem agnationis, quia potuit
cogitare fore, vt nuberet cum alio alterius
4 familiæ, † quo caſu eſſet pricipium alterius
familiæ, *Aym. conſ. 306 nu. 5 Mantic. de cõie-
ct. vlt. volunt. lib. 6. tit. 15. nu. 9. Honded. conſ.
56. num. 12. & ſeq. in ſecundo.* Cogitauit in
propoſito teſtator, quando inſtituit filiam,
quod nubẽdo extraneo eſſet finis ſuæ agna-
tionis, & principium alterius, iubet vt nubat
vni ex familia, neceſſario ergo deducitur id
agere, vt per filiam agnatio conſeruetur.

Secũdo Caſu, quo eius filia moriatur nu-
pta cũ filijs, ſi illi filij nõ ſint maſculi, ſed fæ-
minę ſint, licet futuræ ſint de agnatione de
Vizanis, quia ſupponitur, q naſcantur ex
matrimonio cõtracto cum vno de Vizanis,
tamen illis anteponit alios proximiores de
agnatione, & familia de Vizanis; quod non
alia ratione factũ fuit à teſtatore, niſi quia
videbat, quòd licet illę neptes eſſẽt ex eius
familia, non tamen erant aptæ eam conſer-
uare, ideo vocat eos, per quos familia con-
ſeruari poteſt, ergo deſiderabat huiuſmodi
familiæ conſeruationem.

Tertiò, de hac affectione conſtat, quòd
familiã ſuam de Vizanis nobilem appellat,
dum grauat filiã nubere in domo, agnatio-
ne, & familia nobiliũ DD. de Vizanis, veri-
ſimile ergo eſt, quòd deſiderauerit conſer-
uationem familiæ nobilis.

Quartò, digreſſus fuit teſtator ad varios
ſubſtitutionum gradus ſemper vocando il-
los de familia. Primò, ſi filia decederet in pu-
pillari ætate. Secundò, ſi ingrederetur Mo-
naſteriũ. Tertiò, ſi decederet ſine filijs maſ-
culis. Quartò, ſi decederet cum filijs maſ-
culis, & illi poſtea decederẽt ſine filijs maſ-
culis, imò & quinto, ſi filia dicederet cũ fi-
lijs maſculis quia nõ credo dubitandũ, quin
filij poſiti in conditione cũ qualitate maſcu-
litatis, & natiuitatis de legitimo matrimo-
nio, & grauati deſcendentesque Teſtatoris,
dici poſſint eorum matri ſubſtituti, ex illis,
quæ communiter ſcribunt *Doct. in l. prima.*
5 *C. de pact.* & in alijs locis vulgaribus nũc ne-
ceſſario non commemorandis. † Talẽ enim
digreſſionẽ ad plures ſubſtitutiones, & pro-
uiſionẽ plurium caſuum, vocando ſemper,
vel maſculos natos ex viris de familia Viza
nia, vel proximiores de agnatione, & fami-
lia, oſtendit deſiderium conſeruandæ ipſius
agnationis, *Surd. conſ 96. ſub nu. 31. ibi (adde
etiam poteſt)* in primo.

Quintò, id oſtenditur, quia, quando de
filijs filiæ habetur mentio, ſemper additur
qualitas maſculinitatis, qua fœminæ etiam
de agnatione excluduntur. † Et demonſtra-
tur deſideriũ agnationem conſeruãdi, *Guid.
Pap. decíſ. 184 Surd. d. conſ. 96. nu. 30. & 31.
Flam de Rub conſ. 3. nu. 110. in 1. Aym. conſ.
984. n. 31. in ſexto. Gabr. conſ. 116. n. 14. in 2.*

Sextò, Nõ vocantur aliqui de agnatione
nomine proprio, ſed ſub nomine collectiuo
7 † vocantur proximiores de familia, & agna-
tione, ita videtur non dilexiſſe perſonas ex
ſe, ſed eas dilixiſſe propter agnationem .ſ.
quia erãt de agnatione, *Anchar. conſ. 27. col.
pen. verſ. (Et primò ſic arguitur.) Ruin. conſ.
24. nu. 6. in ſecundo. Surd. d. conſ. 96. nu. 29.*

Bim. conſ. 134. nu. 27. in ſecundo. Gabr. d. cōſ. 116. num. 17. in ſecundo. Peregr. de fideicom. artic. 25. ſub nu. 47. facit tex. in l. qui habebat ff. de reb. dub. & in ſimili conferunt, quæ traduntur in *c. quoniam. Abbas de offic. deleg.* dū ſit differentia, an ſit expreſſum nomen proprium, an nomen dignitatis.

Septimò, obſeruandū eſt, quòd ſi voluiſſet teſtator ſubſtituere proximiores tā maſculos, quā fœminas, ſatis fuiſſet ei ſubſtituere proximiores de familia, quia per fœmi-
8 nas † etiam familia conſeruatur, accipiendo late familiam pro ſanguine cōiunctis agnatis, & cognatis, *l. cum pater. §. cum inter, & in §. libertis. ff. de leg. ſecundo. l. fin. C. de verb. ſignific. Alciat. in l prouinciale. §. familiæ. in ver. agnatorum ff de verb. ſignifi.* Sed quia vocauit proximiores familiæ, & agnationis, ne expreſſio agnationis ſit prorſus ſuperflua, oportet dicere per eius expreſſionem voluiſſe teſtatorem oſtendere deſiderium, vocandi perſonas non ſolum aptas ad conſeruandam familiam, ſed & agnationem, &
9 ita maſculos tantùm; † argumentū enim ductum ab euitanda ſuperfluitate plurimum poteſt ad illuſtrandam mentem teſtatoris, *Paul. conſ. 22. in ſecundo. Rom. conſ. 56. nu. 4. Nat. conſ. 484. nu. 30. Rol. conſ. 61. nu. 14. in tertio. Mantic. de coniect. vlt. volunt lib. 3. tit. 6. nu. primo.* Et in puncto *Cacher. deciſ. 127. ſub n. 3. verſ. (Tertiò, pro maſculo.) & Neuiz. conſ. 33. nu. 7.* Hinc eſt, quòd ſi ad maioratū ſit vocatus primogenitus de familia, etiam
10 fœmina vocata dicitur, † ſed ſi vocatus ſit primogenitus de familia, & agnatione, ſolus maſculus vocatur, & non fœmina, *Molin. de Hiſpan. primogen lib. 3. c. 4. nu. 8. & ſub nu. 10. in fin. ibi (niſi agnationis verbum proferatur.)*

Octauò, nec illud ommittendum eſt, quòd excluduntur filij naturales, qui non
11 ſunt apti ad agnationem conſeruandam, † *l. ſi ſpurius, & l. hac parte ff. vnde cognati. § per adoptionem. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* Et per hæc iura *Didac. Roderic. de coniectura ta mente defunct. lib. 2. c. 3. §. 4. nu. 27. &* tantū vocātur nati de legitimo matrimonio, apti ad conſeruandam agnationem, ergo eam teſtator reſpexiſſe videtur.

Accedat vltimò, qualitas teſtatoris, viri nobilis, fama, & nomine clari, & inter alios
12 ſuæ pfeſſionis primi nominis; Hi enim † maxime ſolent deſiderare conſeruationem familiarum *Zaſ. conſ. 2. nu. 13. in fin. & nu. 14.* quem in puncto allegat *Mantic. de coniectur vlt. volunt. lib. 6. tit. 15. num. primo.* Multę enim ex his coniecturis tales ſunt, vt non alia poſſit aſſignari ratio diſpoſitorum à teſtatore præter conſeruationem agnationis, ergo habebitur pro expreſſa ad effectum, vt ſub nomine *proximiorum* neptis hæc non comprehendatur, *Molin de Hiſpan. primog. lib. 3. c. 5. nu. 5.* & in puncto *Didac. Roderic. de coniect. mente defunct. lib. 2. c. 3. §. 4. nu. 5.* Et ſi quandoque aliqui, ſtante ratione agnationis, conſuluerunt in fauorem fœminæ loquuti fuere deficientibus maſculis agnatis,
13 tunc † facilius fœminæ ſub diſpoſitione cōprehenduntur, vt per *Didac.* multos allegātem *d. §. 4. nu. 26.* In quibus terminis, & ego quandoq; pro fœminis reſpondi. Nec dicatur teſtatorem non deſideraſſe conſeruationē agnationis, quia non fecit perpetuum fideicommiſſum, ſed tantum deſideraſſe, vt vocati ad fideicommiſſum eſſent de agnatione, & proximiores, quæ duæ qualitates cadunt in hac nepte; Quia concluſiuè reſpōdetur, quòd non tantum deſiderauit, vt qui ſuccederent eſſent agnati, ſed & tales agnati, per quos agnatio conſeruaretur, qd' colligitur ex eo, quod neptes ex filia, quę alioquin futuræ erant de agnatione, quia tamē non poterant conſeruare agnationem, non vocauit, ſed manifeſtè excluſit.

Secundò, principaliter adducitur, quòd fœmina de agnatione, ſub diſpoſitione non comprehēditur, quando ſequitur, vt ſit melioris conditionis, atque ſi aliæ fœminæ
14 † veriſimiliter magis dilectæ à teſtatore, quę excluſæ ſint, vt in argumento facit *tex. in l. ſi viua matre. C. de bon. mater. l. Publius. §. fin. ff de cond. & demonſt. Dec. conſ. 15. incip. pro tenui col. 3. ſub nu. 2. verſ. (Si ergo.) Grat. conſ. 67. nu. 4. in ſecundo. Gabr. d. conſil. 132. q. 4. nu. 46. in 1.* Sed non eſt dubitandū, quin teſtatori magis dilectę fuerint neptes ex propria filia, quæ, & ipſę fuiſſent de Vizanis, cū filia nubenda eſſet in familia, atq; eſſet hæc neptis ex fratre; ſed illę à proximioribus maſculis de familia excludūtur, ſi hec neptis non excluderetur, eſſet melioris cōditionis; quinimò eſſet melioris cōditionis, atque eſſet propria filia teſtatoris, Primò, quia ipſa grauata eſt fideicommiſſo, ſi decedat ſine filijs maſculis, hæc neptis nullo fideicommiſſo grauata fuiſſet. Secundò, filia grauata erat nubere viro de familia, & neptis remanebat libera, ita vt poſſet cui vellet nubere. Tertiò, ſi filia ingrediebatur Monaſteriū, habebat ſolam dotem, & nihil præterea, &

hæc

hæc neptis retineret omnia bona, etiá quòd ingrederetur Monaſteriũ: Quod in his magis dilexerit teſtator neptem tranſuerſalem
15 propria ſobole lineæ ſuæ, † non eſt veriſimile, ergo minimè tenendum, *l. non eſt veriſimile. ff. de eo, qđ met. cauſ. Sim. de Prat. de interpretat. vltim. vol. in lib. primo. interpret. prima dubit. 4. ſol. 2. ſol. 28.* Imo eſt abſurdũ, ergo non admittendum, *l. nam abſurdum. ff. de bon. libert. Sim. d. lib. primo, interpretat. prima. dubit. 4. ſol. 4. ſol 29.*

Additur & tertiò, quod in ſubſtitutione fideicommiſſaria, decedente filia ſine filijs maſculis, dum vocantur proximiores familiæ, & agnationis, intelligitur neceſſario de maſculis tantùm, quia ſi etiam intelligeretur de fœminis, ſub tali ſubſtitutione etiam comprehenderẽtur neptes ex filia, quæ natæ ex viro de familia, eſſent de familia, & quidem proximiores, quod prorſus alienũ fuiſſet à mente ipſius teſtatoris, & regulare
26 eſt, quòd † quãdo vocantur agnati ad excluſionem aliquarum fœminarum veniunt tãtum agnati maſculi, *Io. de Anan. conſ. 4. nu. 2. Dec. in rubr. C. vnde legit. in fi. Soc. Iun. conſ. 29. in 2. Alb. conſ. 371. num. 2. in 2. & conſ. 504. in fin. in 3.* maximè in ſubſtitutione fideicommiſſaria. Idem *Alba. conſ. 366. nu. 4. in ſecundo.* Pariter & dum proximiores de familia creantur tutores, neceſſario intelli-
27 gitur de maſculis, quia fœminæ † præter matrem, & auiam tutelæ officio fungi non poſſũt, *Auth. matri, & auia. C. quando mul. tutel. offic. fung. poſſ.* Si igitur in ſubſtitutione facta in caſu, quo filia decedat iam pubes, facta mentio proximiorum, intelligitur de maſculis, & idem in tutela non eſt ratio, quare in alia ſubſtitutione facta, caſu quo filia decedat impubes, pariter non intelligatur de proximioribus maſculis, non data di-
28 verſitate rationis, † vna pars teſtamenti aliam declarare ſolet, *l. qui filiabus. in princ. vbi Bart. ff. de leg. primo. Ioſ. in l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. primo.* Si enim ad excluſionem neptum ex filia vocatio proximiorum in ſubſtitutione fideicommiſſaria reſtringitur ad maſculos non ſolum eadem ratione, ſed & fortiori eorundem vocatio in pupillari ſubſtitutione reſtringetur ad maſculos ad excluſionem neptis ex fratre, præcipuè quia, vt antea dixi, poterat teſtator ſperare, vt illæ neptes eſſent ex familia, ſtante præcepto facto filiæ de nubendo in familia.

Quartò, maximè conſiderandũ eſt, quòd teſtator recordatus fuit ipſius neptis ex fratre, & confirmauit legatum librarum duodecim milliũ ei à patre ſuo, & fratre ipſius teſtatoris relictum, & iuſſit tempore nuptus, vel religionis ingreſſus illud ſolui per infraſcriptam eius hæredem, quæ erat filia, & per ſubſtitutos ipſi filiæ, ergo apertiſſimè ſenſit teſtator, quòd neptis non ſit filiæ ſubſtituta, aliàs per ſubſtitutos ei non ſolueretur dos,
29 ſed illa ſibi ipſi ſolueret, & † inter dantem, & recipientem nulla eſſet differentia, contra *tex. in c. fin. de inſtit.*

Quintò, vim maximã facio in hoc, quod teſtator habuit particularẽ diſpoſitionem de hac nepte iure legati, confirmando relictum à patre, de quo poterat dubitari, quòd excederet vires paternæ hæreditatis deductis debitis, vt mihi videor intellexiſſe ſatis colligi ex teſtamento patris huius neptis,
30 hæc particularis mentio eſt in cauſa, † vt ipſa non comprehendatur ſub generali vocatione, & ſubſtitutione proximiorum, *l. doli clauſula ff. de verbor. obligat. l. ſanctio legum ff. de pæn. l. alimenta § Baſilica, & l. Sticus in princ. ff. de alimentis, & cibar. legat. Bart. in l. talis ſcriptura ff. de leg. primo. Paul. in l. prima. nu. 6. ff. ſi cert. pet. vldra. conſ 121. n. 14.* aiunt, quòd ſpecialiter prius denegata ex ſequenti clauſula generali conceſſa non dicuntur; & in propoſito in legato particulari conſtat neptem nõ eſſe ſubſtitutam, ergo contrarium non poterit poſtea colligi ex vocatione proximiorum, *Cacheran. deciſ 169. nu. primo.* quod clauſula vniuerſalis de alienãdo feudo pro neceſſitatibus non refertur ad debita, de quibus fuerat facta ſpecialis mentio, *Laurent. à Pinu conſ.*
31 *113. num 5.* † quod ſub generali diſpoſitione non veniant agnati, quibus eſſet ſpecialiter prouiſum. *Surd. conſ. 241. ſub num 28 in ſecundo.* dum ait, quod verba illa teſtatoris *Il parente più propinquo alla mia linea*, non poſſunt referri ad quoſdam deſcendentes, de quibus teſtator particulariter diſpoſuerat, quia clauſula in fine poſita non refertur
32 ad ea, † de quibus facta eſt ſpecialis prouiſio iuribus antea citatis, *Deci. conſ. 283. incip. viſo puncto. ſub nu. 10. verſ. (Quartò ſimpliciter.)* Vult ſub diſpoſitione generali nõ venire filium naturalem legitimatum, qui alias veniret, quia ſpeciali legato prius illi prouiſum fuerat; Quod cum eo etiam ſentit *Cephal. conſ. 188. ſub num. 19. in ſecundo*,
33 quod naturalis legitimatus, † cui de alimentis ſpeciali relicto fuerat prouiſum, nõ continea-

Digitized by Google

tineatur, ſub conditione generali, ſi inſtitutus morietur ſine filijs legitimis ad excluſionem ſubſtituti, *Pariſ. conſil. 3. num. 20. in tertio.* ponit caſum in teſtatore, qui reliquit bona illi, cui de iure ſpectarit, & reſpondet, quod licet de iure bona pertineant ad filias, quòd tamen in eo caſu non pertinent, quia filię prius ſpeciali prouiſione honoratæ fuerãt; & ita poſt *Petr.* firmant communiter *Doct.* quod ſi priori à teſtatore legata fuerit bibilia, & poſtea generaliter omnibus fratribus ſit legata vna capa pro quolibet, quod capa non dicitur legata priori, quia ipſe non continetur ſub legato
43 generali, † cui fuerat ſpecialiter prouiſum, & mouētur ex regula *d. l. doli clauſula. Bart. in l. Titia. §. qui Marco ff. de ann. legat. in l. 4. ff. de ſtipulat. ſeru. in l. quaſitum. §. fin. ſub nu. 13. ff. de fund. inſtruct. in l. fin. ſub nu. 1. ff. ad Trebell. & in d. l. doli clauſula. in fine, vbi etiam Alberic. in fine. Imol. num. 2. Cyn. in l. cum quaſtio. §. fin. ſub num. 6. C. de legat. & ibi etiam Bald. nu. 6 & Alberic. nu. 7. Alex. in l. coharedi §. qui patrem. num. 7. ff. de vulg. & pupill. Hugo Donel. in l. ſtipulationes commodiſſimum ſub nu. 6. ff. de verb. oblig.* & quod ſit opinio *Petr.* cõiter recepta in *d. l. doli clauſula. Iaſ. ſub nu. 4. Imol. in l. cohæredi. §. qui patrem. ſub n. 18. ff. de vulg. & pupill. Salic. in l. cũ quaſtio. nu. 4. C. de legat. & Corn. ſub nu. 3.* Ex quibus infertur neptem, de qua agitur, nullo modo comprehendi in ſubſtitutionibus proximiorum; ſi enim voluiſſet teſtator eam ſubſtituere, quid obſecro in caſu ſubſtitutionum operaretur diſponere, vt de dote ei à ſubſtitutis ſatisfieret, cum ipſa poſſet ſibi ipſi ſatiſfacere?

Et ita intrepidè vnumquemq; pro iuſtitia reſponſurum eſſe teneo. an. 1603.

Laus Deo, & Virgini.

R. P. D. IVSTO.

Bononien. Fideicom. de Vizanis, Lunæ 5. Iulij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione proximiorum de familia veniunt tam fœminæ, quam maſculi.*
2 *Fallit quando conſtat ex coniecturis, quod teſtator habuit rationem agnationis conſeruandæ, quo caſu excluduntur fœminæ.*
3 *Maſculorum appellatio non verificatur in fœmina.*

1 Verum † eſt, quod appellatione proximiorum, & de familia, veniunt tam maſculi, quam fœminæ, *Pariſ. conſ. 35. lib. 3. cum allegatis*; Sed ex coniecturis receditur ab iſta opinione quando conſtat ex eis, quod teſtator habuit rationem conſeruationis agnationis, & ita reſpexit fauo-
2 rem maſculorum; † hoc enim caſu non veniunt fęminæ appellatione proximiorum, *Corn. conſ. 26. nu. 4. vol. 4. Ruin. conſ. 24. nu. 5. vol. 2. Illuſtriſs. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. nu. 8.*

Prima coniectura placuit Dominis, quià teſtator poſuit ſolum maſculos ex Iudith in conditione, ſi ipſa Iudith deceſſerit poſt pupillarem ætatem, vnde fęminæ non excludebant, & cõſequenter non includebantur,
3 cum maſculorum appellatio non verificetur in fęmina, *Abb. conſ. 36. vol. primo. Butr. conſ. 46. Cephal. conſ. 134. num. 10.* licet iſtæ fœminæ ex Iudith deſcenderent ex linea recta, quibus voluit præferri maſculos trãſuerſales, ergo tota diſpoſitio facta fuit fauore maſculorum; & exinde ſequitur, quod multo minus Antonia, filia fratris, poſſit iſtos maſculos excludere.

Secunda coniectura eſt, quia non eſt dubium, quod teſtator voluit facere fideicommiſſum, & tamen intelligẽdo eſſe vocatam Antoniam, ſequeretur deſtructio fideicommiſſi, vt patet, quæ ſufficiunt pro nunc, & alias coniecturas, late deducunt Scribentes in cauſa.

Non obſtat, quod in prima parte, ſi deceſſerit in pupillari ætate, in qua nos verſamur, ſint ſimpliciter ſubſtituti proximiores, nõ maſculi proximiores, & conſequenter videmur eſſe in doctrina ſupra firmata, nam ex alijs partibus teſtamenti apparet, quod teſtator præ oculis habuit conſeruationem bonorum in agnatione maſculorũ, & hoc etiam referri debet ad perſonas primæ ſubſtitutionis, in quibus verificetur intentio teſtatoris, maximè quia ſtatim ſubſequitur conditio de filijs maſculis.

Et ex his, cum alijs deductis per Informantes pro DD. Iaſone, & Pompeio de Vizanis, quia pro D. Antonia non fuit informatum, concluſerunt Domini dictos DD. Iaſonem, & Pompeium eſſe vocatos, & præferendos.

R. P. D. IVSTO.

Bononien. Fideicom. de Vizanis,
Veneris 12. Nouemb. 1604.

SVMMARIVM.

1 *Verba per quæ teſtator in ſecũda ſubſtitutione vocat proximiorem relationẽ habent ad præcedentia.*
2 *Excluſus debet à ſuccedente differre.*
3 *Caput excluſiuum teſtamenti declarat caput incluſiuum.*
4 *Veriſimile non eſt, quod teſtator vocare voluerit, quem non expreſſit.*

PRopoſita cauſa, vtraque parte informante, Domini
ſteterunt in deciſis; Nam
& in prima ſubſtitutione
pupillari directa, & in ſe-
cunda compendioſa, intel-
ligi debet de eodem proximiori, vel proxi-
mioribus maſculis; quamuis enim in prima,
de qua agitur, in hoc caſu non adſit expreſ-
ſa qualitas maſculinitatis, vt in ſecunda, ta-
men hoc ideò eſt, quia ſuccedente obitu in
pupillari ætate Iudith hæredis, non poterat
veriſimiliter habere filias fœminas, vnde nõ
oportebat facere mẽtionem maſculorum,
ad excluſionem fœminarum. In ſecunda
autem fuit neceſſarium, quia poterat ha-
bere maſculos, & fœminas tempore obi-
1 tus, quod benè exprimitur, quia in ſecun-
da ſubſtitutione † vocat proximiorem, *vt
ſupra*, quæ verba habent relationẽ ad præ-
cedentia, *Bart. in l. 1. § hoc edicto. ff. de poſtul.
Dec. conſ.* 181. *Pariſ. cõſ. 19. nu. 69. conſ.* 75.
n. 11. *& conſ.* 48. *n.* 14. *lib.* 2. qui loquitur in
noſtris terminis relationis vnius ad alteram
ſubſtitutionem; vnde iterum Domini con-
cluſerũt vltra coniecturas in prima deciſio-
ne allegatas vocatos eſſe maſculos; nã ha-
bemus verba clara teſtatoris, quod vocatio,
vel ſubſtitutio de proximiori, vel proximio-
ribus facta fuit, ſi Iudith decederet ſine filijs
maſculis, & ſi filij eiuſdem Iudith decede-
rent etiam ſine filijs maſculis: Vnde primò
teſtator prætulit filios maſculos, filiabus fœ-
minis Iudith, & ſic fœminas excluſit; Secũdò
ſubſtituit proximiorem, ſi filij maſculi Iu-
dith decederent ſine filijs maſculis, quapro-
pter excluſit fœminas, & ita remanet voca-
tus proximior, etiam ſi filij maſculi, relictis
ſororibus fœminis, deceſſiſſent, & vbi nõ erat
fauor, & concurſus filiorum Iudith, ſed vbi
agebatur de præiudicio eorundẽ, quia filij
maſculi non poterant habere hæredes filias
fœminas, & conſequenter illa verba, *cum
filijs maſculis*, non poſſunt habere aliũ ſen-
ſum, niſi teſtatorem voluiſſe filias fœminas
non excludere ſubſtitutum. Nec poteſt eſſe
ſimul, quod fœmina nõ poſſit excludere ſub-
ſtitutum proximiorem, & quod ipſa fœmi-
2 na, quæ eſt proximior, poſſit ſuccedere, † vt
faciamus differre excluſum à ſuccedente, vt
in *c. fin. de inſtit.* & præmiſſa procedunt ea
3 ratione, † quia caput excluſiuum teſtamenti,
declarat caput incluſiuum, vt fuit reſolutũ
*in Rota coram Illuſtriſs. Card. Plato in cauſa
Vrbeuetana Caſtrorum* 10. *Iunij* 1588.

Et ex his, quia ſemper ſunt vocati maſcu-
li, & excluſæ fœminæ, ceſſat diſputatio, an
excluſis proximioribus fœminis, cenſeantur
excluſæ remotiores, vt quia ſunt excluſæ fi-
liæ fœminæ à teſtatore in hoc caſu, tãto ma-
gis ſit excluſa Antonia filia fratris, & nihi-
lominus Dominis placuit iſta ratio, ex *l. ſi
viua matre. C. de bon. mat. Caſtr. conſ.* 409. *in-
cip. Caſus iſte frequenter. lib.* 2. comprobãdo,
quia teſtator ſpecialem fecit mentionem de
Antonia, & nihil vltra reliquit, quam quod
teſtatori viſũ fuit ex hæreditate patris An-
toniæ, qui ipſum teſtatorem hæredem relin-
4 querat, & eſt multum veriſimile, † quod ſi il-
lam vocare voluiſſet, id expreſſiſſet, nec fuiſ-
ſet oblitus, ad *Rom. conſ.* 370. *num.* 5.

Nec præmiſſis obſtare poteſt conſilium
Ruin. 152. *nu.* 6. *lib.* 2. vbi expreſsè tenuit,
quod ſi in vna ſubſtitutione eſt facta mentio
maſculinitatis, in alia non; in hac ſecunda
debet haberi pro omiſſo, quia ſequentia nõ
influũt in præcedẽtia, ex deductis per Infor-
mãtes pro Antonia, quia in caſu *Ruini* ade-
runt ſubſtitutiones ſeparatæ, & inter vnam,
& aliam militabat diuerſa ratio, nec erant
cõplicatæ per verba explicita, vt de his ſub-
ſtitutionibus ſupra probatum eſt; nec cõcur-
rebat qualitas excluſionis fœminarũ, ad effe-
ctũ, vt fieret locus vocationi proximioris.

Non obſtat ſtatutum Ciuitatis Bononiæ,
ex cuius diſpoſitione, maſculi agnati præ-
feruntur, ſed non ſororibus defuncti, & fi-
liabus fratrum maſculorum, vnde cenſen-
dũ eſt, quod teſtator voluerit ſe conformare
cum ſtatuto, ex deductis per Informantes;
Nã fuit reſponſum, quod iſta coniectura ſit
leuis ex præmiſſis, & quod immò teſtator ſe
noluit conformare cum ſtatuto, quia exclu-
ſit fœminas, tam Iudith filiæ, quàm filio-
rum eius, ad effectum, vt vocaretur alter,

Digitized by Google

qui ipſas non excluderet ex ſtatuto.

Et ad alia, quæ m[...]itus ſtringunt, fuit reſponſum per Informantes, & ita deciſum.

EPITOME.

Fœminæ, quando non admittantur ad ſubſtitutionem factam de agnatis proximioribus de familia, & Caſata.

Qualitas maſculinitatis, ex quibus repetita dicatur.

SVMMARIVM.

1 *AGnatorum appellatione continentur fœmina, etiam ſi nupta ſint.*
Contrarium verius num. 18. *& ſeq.*
Etiam non extantibus maſculis nu. 21.
Quod maximè procedit, quando fieri debet repetitio maſculinitatis nu. 4. *& ſeq.*
Item, quando vocantur agnati ad excluſionem alicuius fœmina de agnatione nu. 9.
Præterea, quando vocantur agnati proximiores de familia, & Caſata *nu.* 10. *& ſeq.*
Præſertim, quando teſtator non vocat tantum agnatos ſuos, ſed qui ſunt ex eius cognomine, vt de Caſata illorum de Curionibus *num.* 15.
Et tandem, quando teſtator ſtuduit conſeruationi agnationis nu. 16.
2 *Vocatis maſculis fœminæ intelliguntur excluſæ.*
3 *Geminatio oſtendit enixam voluntatem.*
4 *Qualitas maſculinitatis dicitur repetita, quando ſæpè dictum eſt de maſculis.*
Quando conſtat de deſiderio coſeruandi agnationem nu. 5.
Item, ſi alias excluderentur filiæ teſtatoris num. 6. *&* 7.
Et etiam ſtante identitate rationis nu. 7.
8 *Repetitio idem operatur quod expreſſio.*
11 *Verba non debent eſſe ſuperflua.*
12 *Fœmina nupta ex communi vſu loquendi, & conſueto Italiæ non dicuntur de familia, & Caſata Patris.*
13 *Verba teſtatorum, præcipuè ſi ſint idiotæ, intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi.*
14 *Nomẽ* Caſata *ſignificat ſolum illos, qui deferunt eadem inſignia.*
17 *Per fœminas nõ conſeruantur bona in familia.*
19 Conſ. Odd. 46. *impugnatur.*
Et in quibus terminis loquatur nu. 20.

RESPONSVM XXX.

Sit Chriſtus illuminatio mea.

DOm. Hieronymus Blaſij de Curionibus habens Iacobum fratrem, & Io. Iacobum fratrem patruelem, teſtando inſtituit hæredem matrem, cui quandocunq; decedẽti ſubſtituit dictum Iacobum ipſius fratrem, & eiuſdem Iacobi omnes, & quoſcumque filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales in infinitum, & de linea maſculina ipſius Iacobi, donec aliquis reperiretur: Et ſi contingeret præfatum Iacobum ſine liberis, & deſcendentibus maſculis decedere, vel cum filijs, & deſcendentibus maſculis mori; qui poſtea quandoque vnus, ſiue plures deficerent, tunc, & his caſibus, ſeu altero eorum vltimo decedenti ſubſtituit omnes, & quoſcunque agnatos proximiores de familia, & caſata illorum de Curionibus æquis portionibus: addita cõtinuatiuè prohibitione alienãdi ea de cauſa, quia eius expreſſa voluntas eſſet, vt bona, & hæreditas ſine vlla diminutione, & detractione perueniant ad agnatos ſuos, & permaneant in domo, & caſata d. teſtatoris, donec illa durauerit, vt ſupra.

Cuius teſtatoris cum ex ſubſtitutione hæres fuerit Iacobus frater, qui nouiſſimè deceſſit extraneis hæredibus relictis, quæſtionis eſt, an D. Flaminia filia Io Iacobi fratris patruelis teſtatoris vti comprehenſa in ſubſtitutione agnatorum valeat excludere hæredes inſtitutos à Iacobo.

Quod videretur prima facie dicendum cum fuerint vocati ſimpliciter agnati nõ expreſſa qualitate maſculinitatis, quorum appellatione, & fœmina etiam in alia familia nupta continetur *l. fin. C. de verb. ſignif. Alex. conſ.* 56. *nu.* 4. *in* 1. cum pluribus alijs conſulentibus, quos plena manu cumulat *Sfort. Odd. conſ.* 40. *nu.* 39. *& ſeq.* Præcipuè, quãdo nõ extant alij agnati maſculi, qui melius valeãt agnationẽ teſtatoris conſeruare.

Quo tamen non obſtante, teneo in propoſito caſu non extare perſonam ad fideicommiſſum vocatum, & ob id fideicommiſſum euanuiſſe, & potuiſſe Iacobum de bonis ad libitum diſponere.

Quod ex eo vel maximè colligi poteſt, quia in præcedentibus ſubſtitutionibus de deſcendentibus Iacobi, & dum ipſi grauantur,

tur, ter repetita eſt qualitas maſculinitatis
iungendo, etiam, quod deſcendant ex linea
2 maſculina, ex † quo conſtat fęminarum nullam fuiſſe habitam rationem, nec in ſubſidiũ
maſculorum *l.1.C.ad l. Iul.de adulter.gloſ.*
& Doct. in c. Raynaldus, ibi, *ſi abſque filijs*
maſculis de teſtament. Soc.iun.conſ.128.nu.
56.in 1. Pariſ.conſ.18.num.37.in 2. qui ex
mente *Soc.ſen.* & aliorum eam afferunt rationem, quod teſtator exprimendo tantum
de maſculis, voluit in eo tantum caſu prouidere, & ideo lex non ſuppler, vt ſub nomine
maſculino etiam fœminæ contineantur *l.cũ*
prator ff.de iudic. alios allegat *Pereg.de fidei-*
3 *commiſſ. art.25. nu.12.* id † enim magis enixè oſtendit geminatio ad *l. baliſta ff. ad Trebel.* cum alijs vulg. de quibus per *Euerard.in*
loco à vi geminationis, ex quibus deducitur,
quod eadem qualitas maſculinitatis, & repetita dicatur in vocatione agnatorum proxi-
4 miorum: prius † ob geminationem maſculinitatis, de qua in præcedenti ſubſtitutione
Rota deciſ. 374. nu. 5. par. 1. diuerſ. deinde
5 † ob deſiderium conſeruationis familiæ, de
quo ẽt inferius dicetur *Guid.Pap.deciſ.485.*
6 Tertio † etiam, quia aduerſaria ſi contineretur ſub ſubſtitutione proximiorum, excluderet filias Iacobi ipſi teſtatori proximiores, & proinde ab eo magis dilectas, ad
quod abſurdum euitandum fieri repetitionem maſculinitatis pluribus probauit *Pereg.*
de fideicommiſſ. art.25. ſub nu.29.
7 Quartò, † cum teſtator poſt prohibitionẽ
alienationis addiderit rationem conſeruandi agnationem, addita illa clauſula, *vt ſupra*,
quæ habens relationem ad vocationes, de
quibus ſupra *Rain.conſ.13.ſub num.8. in 1.*
Surd.deciſ.169.nu.19. oſtendit omnes ſubſtitutiones præcedentes feciſſe teſtatorem
ob deſiderium conſeruãdi bona in agnatione; in eadem enim ratione repetuntur omnes præcedentes ſubſtitutiones, qua identitate rationis ſtãte, quemadmodum per maſculos tantum teſtator deſiderauit cõſeruationem bonorum in prioribus ſubſtitutionibus, ita eſt, quod credatur idem voluiſſe, &
in ſubſtitutione proximiorum; & hoc eſt id,
quod volunt *Doct.* ex idẽtitate rationis qualitatem maſculinitatis expreſſam in præcedenti etiam intelligi repetitam in ſequenti
ſubſtitutione.

Quibus concluditur in vocatione proximiorũ agnatorum repetitam intelligi qualitatem maſculinitatis, ergo ſub tali vocatione non includetur Flaminia, quemadmodũ
non includeretur, ſi expreſſa eſſet talis qua-
8 litas; tantundem † enim operatur repetitio
quantum expreſſio *Bar.in l.in repetendis ff.*
de leg.3. Iaſ.conſ.207.col.1.verſ.(in primis)
in 2.

Accedit, & aliud fundamentum, quod
9 quando vocantur proximiores agnati ad excluſionem fœminarum etiam de agnatione,
maſculi ſemper vocanti cenſentur non fœminę *Dec. in Rub. C. vnde legit. in fine Alba*
conſ.366.nu.4.in 2. Atque ad excluſionem
filiarum, & deſcendentium fœminarum Iacobi vocantur proximiores agnati, cum vocati ſint ſub conditione, ſi decedat Iacobus
ſine filijs, & deſcendentibus maſculis, ergo
&c.

10 Conſiderandum præterea eſt, quod teſtator nõ ſubſtituit ſimpliciter agnatos proximiores, ſed addidit de *familia, & caſata*
11 *illorũ de Curtonibus*, quæ verba ſi † nolumus
dicere eſſe ſuperflua contra §. *quibus primæ*
conſt.Cod. nõ alia ratione poterunt dici adiecta, niſi vt fœminæ excludantur, *Cacher. de-*
12 *ciſ.127. ſub num.3.verſ. (tertio pro maſculo)*
quæ licet ſint agnatæ, nuptæ † tamẽ non ſunt
de familia, & caſata, ſi non ex ſubtilitate iuris, ſaltem ex communi vſu loquendi, & ex
conſueto totius Italiæ, & præcipuè Bononię
Grat.conſ.67.nu.14. & 19.in 2.Corn. Gozad.
& alias complures allegat *Honded. conſ. 75.*
nu.11. & 12. in 1. & præcipuè, quando fœminæ non ſunt filiæ teſtatoris, ſecundum
13 quem communem vſum loquendi non eſt
dubitandum intelligi vltimas teſtatorum
voluntates, præcipuè, quando teſtatores
idiotæ ſunt *l.cum de lanionis §. aſinam in fin.*
ff. de fund.inſtruct. Illuſtriſs. Mãtic.de cõiect.
vlt.volunt. lib.3. tit.8. Qua in re ponderandam exiſtimo illam geminationem *de familia, & caſata*, quaſi quod teſtator dubitauerit de nomine *familię*, quod de iure videretur includere etiam fœminas nuptas, ideò
ad tollendum omne dubium, vt conſtaret
fęminas eſſe excluſas, additur nomen *caſata*, quod non eſt latinum, ſed potius vulgare,
14 per † quod illi duntaxat ſignificantur, qui
eadem inſignia deferunt *Oddus conſ.46.nu.*
34. quod non contingit in fœminis nuptis,
quę non deferunt ſaltem ſola domus paternæ inſignia, ſed cum inſignijs maritorum,
& communiter non dicuntur de caſata patris, ſed mariti.

15 Aduertendum etiam eſt, quod teſtator
non ſolum vocauit proximiores, qui eſſent
agnationis ſuæ, ſed etiam, qui eſſent ex eius

cognomine ibi *de caſata illorum de Curſonibus*, in quibus terminis ſolos maſculos contineri, non etiam fæminas, pluribus probat *Aym.* videndus *conſ.* 800. *nu.* 7. *in* 5. alios ſcilicet *Ruin. Soc. iun. Grat. Curt. iun. & Gabr.* allegat *Oddus d. conſ.* 46. *nu.* 53.

16 Nouiſſimè, & illud non eſt omittendum,
q̃d teſtator nedum ſtuduit fauori agnationis, & maſculorũ, ſed etiam conſeruationi ipſius agnationis, vt expreſsè proteſtatur in rõne prohibitionis alienationis ibi, *cũ hac fuerit, & ſit eius expreſſa voluntas, quod bona, & hæreditas ſine vlla diminutione, & detractione perueniant ad agnatos ſuos, & permaneant in domo, & caſata dicti teſtatoris donec illa durauerit vt ſupra*, demonſtratur igitur, vocationes ſupra factas in hoc factas fuiſſe non, vt ſolum bona peruenirent ad agnatos, ſed vt permanerent in domo, & caſata, ita ad domus, & caſatæ conſeruationem, in quibus terminis ſub vocatione agnatorum non contineri agnatas fæminas receptiſſimum eſt *Corn. conſ.* 41. *ſub nu.* 6. *&* 7. *in* 4. *Pariſ. conſ.* 63. *nu.* 14. *&* 23. *in* 2. *Aym. conſ.* 180. *nu.* 1. *in* 1. *& conſ.* 800. *nu.* 6 *in* 5. *Gabr. conſ.* 132. *nu.* 38. *cum ſeq. in* 1. *Burſat. conſ.* 228. *nu.* 45. *cum ſeq. in* 3. latiſſimè *Menoch. conſ.* 197. *nu.* 49. *& nu.* 55. *in* 2. *Hondea. conſ.* 75. *nu.* 14. *in*
17 1. *Cacher. d. decis.* 127. *n.* 4. *& ſeq.* nõ † enim
in fæmina poteſt ſeruari præceptum teſtatoris, vt in eius familia bona conſeruentur, quia etiam viuens illa tranſmittit ad alienas familias *Alba conſ.* 54. *nu.* 6. *&* 7. *in* 1. *Oddus conſ.* 33. *nu.* 5. *cum ſeq. Vénius opin.* 850. *nu.* 1. *cum ſeq.* & clarius *in decis.* 10.

His cõſtat facilis reſolutionis ea eſſe, quæ
18 in contrarium adducuntur, & † præſertim
illud, quod fæminæ etiam nuptæ ſint de familia, quia pluribus modis reſpondetur in *d. decis. Oſaſch.* 127. *& Ven.* 10. potiſſimum in eo eſt inſiſtendũ id non procedere, quando extarent coniecturæ ſuadentes repetitionem maſculinitatis, dũ vocantur proximiores de familia, vt extare in caſu noſtro antea oſtendi.

Item quando agnati vocarentur ad excluſionem fæminarum deſcendentium ex vocatis in prima ſubſtitutione, tertio quando ſimpliciter non vocantur agnati, ſed adiecta geminatione de familia, & caſata, quarto quando habita eſt mentio cognominis, & vltimo quando actum fuit de conſeruandis bonis in propria familia, quæ omnia in propoſito caſu concurrere iam ſatis ſupra oſtẽſum fuit.

19 Nec *conſultatio Oddi* 46. plurimum facit
contra ſcripta à tot *Doct.* ſupra relatis, qui etiam alios allegant. In ſpecie autem dici poteſt ſatis diminui de fide illi conſultationi, quod cum tenuerit in illo caſu *Oddus* non extitiſſe fideicommiſſum reciprocum, & in eo potiſſimum elaborauerit, veriſimile eſt, quod poſtea parum diligens fuerit in articulo an fæmina veniret, quippe qui ab eo ex abundanti diſputabatur, & quod verè in eo modicam adhibuerit diligentiam cõſtat ex duobus, quæ aſſerit communiter recepta, ſcilicet, vt fæmina contineatur etiam, quando tractatur de conſeruandis bonis in familia, & quod ex communi vſu loquendi fæminæ nuptæ retineant nomen familiæ patris, quæ ex allegatis conſtat eſſe cõtra com-
20 munes opiniones. In † quo articulo etiam
loquitur extra terminos noſtros, imò, quãdo reſtringit ſe ad terminos, in quibus nos verſamur potius tenet contra fæminam *vt ſub nu.* 53. *& ſub nu.* 62. quando eſt facta in ſpecie mẽtio familiæ, & *nu.* 54. quando dictum fuiſſet *de caſata*, & *nu.* 55. quando in ciuitate extaret ſtatutum excluſiuum fæminarum. Item in ſuo caſu *Oddus* vim facit in eo, quod in aliqua parte teſtamenti non fuit facta mentio maſculorum, cum tamen in caſu noſtro in primis ſubſtitutionibus ſæpè de maſculinitate fuerit facta mentio. Et in ſuo caſu mulier teſtata fuerat; non ſolent enim mulieres ita habere rationem maſculorum, quemadmodum habent viri teſtatores: Etiam fæmina, pro qua conſuluit non erat nupta, in quo inſiſtit ſub *nu.* 60.

21 Illud etiã addendo, quod licet plures ex
citatis *Doct.* loquantur, quando maſculi extant, idem dubio procul etiam procedit non extantibus maſculis, quando ſubintelligitur expreſſio maſculinitatis, ſatis eſt, quod cum fæmina non contineatur ſub ſermone teſtatoris, non poteſt probare ſe eſſe de vocatis ad fideidommiſſum, & proinde non poteſt eripere bona è manu hæredis eius, qui nouiſſimè deceſſit *Soc. conſ.* 63. *nu.* 14. *in* 3. *Decian. conſ.* 12. *num.* 1. *in* 1. *Petra de fideicommiſſ. q.* 11. *in princ.* & ita hi hæredes quoad D. Flaminiam poſſunt dicere liberas ædes habere, quos ex his puto fouere iuſtam cauſam, ſaluo tamen ſemper rectiori cuiuslibet iudicio.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Qualitas maſculinitatis, quando repetita dicatur, & quando non.
Ex quibus deducatur deſiderium cõſeruandi agnationem.
Reſpondetur *conſ. Giouagnon.* 11. *lib.* 2.

SVMMARIVM.

1 *F*Æmina *non veniunt appellatione filiorum, quando adeſt qualitas maſculinitatis, vel expreſſa, vel repetita.*
Nec, quando adeſt deſiderium conſeruandi agnationem Ibid. & nu. 26.
5 *Dictio* alius *eſt nota ſimilitudinis.*
7 *Aduerbia* tam, & quam *requirunt ſimilem concurſum.*
Et actum, ac diſpoſitionem cuilibet enunciato aequaliter tribuunt nu. 8.
9 *Quae ſunt ſub eadem determinatione aequaliter determinantur, & nu.* 20.
15 *Praecedentia declarantur à ſequentibus.*
16 *Media ab extremis declarantur.*
17 *Duo vincula magis operantur, quam vnum.*
21 *Non praeſumitur teſtatorem incontinenti ſe correxiſſe.*
27 *Faemina non ſunt apta ad conſeruanda bona in familia.*
28 *Deſiderium conſeruandi bona in agnatione colligitur ex vocatione agnatorum.*
Maximè in pluribus gradibus ſubſtitutionum nu. 38.
Quia voluntas non minus factis, quam verbis declaratur nu. 29.
Immo magis facto, quam verbis num. 30.
Nec vocationis agnatorum alia poteſt reddi ratio, quam deſiderium conſeruandi bona in familia nu. 31.
Quod tamen non procedit, quando aliqui ſolum agnati ſubſtituti ſunt nu. 55. & 64.
Colligitur etiam tale deſiderium ex vocatione maſculorum nu. 33.
Praeſertim, quando vocantur etiam naſcituri, & in perpetuum nu. 34. 45.
Etiam ſi in aliqua parte teſtamenti vocata ſint faemina nu. 35.
Quod intellige quoad illam partem, ad quam nunquam ſunt vocatae faeminae nu. 36.
Et intellige ad fauorem vocatorum, non autem, vt diſpoſitio extẽdatur ad alias perſonas non vocatas nu. 37.
39 *Vocatis deſcendentibus in infinitum intelliguntur omnes ſubſtituti ſecundum praerogatiuam gradus.*
40 *In dubio pronũciandum eſt pro ſubſtituto fauore agnationis.*
41 *Repetitio maſculinitatis ſecundum opinionẽ* Anan. conſ. 22. *fieri non debet.*
Contra tenet Abb. conſ. 36. lib. 1. nu. 42.
An verò fieri debeat necne pendet à coniecturis nu. 2.
Ea autem fit data rationis identitate n. 3. 43.
Et ſtante dictione alius *nu.* 4. 5.
Et aduerbijs tam & quam *nu.* 6. & *ſeq.*
Item fit repetitio, quando ea non facta ſequeretur abſurdum, vt perſona magis teſtatori dilecta eſſet melioris conditionis, quam perſona minus dilecta nu. 10.
Et pariter fit ob rationem conſeruanda agnationis nu. 11. 43.
Vel ſit talis ratio expreſſa, vel ſubintellecta num. 44.
Et quando adeſt clauſula omni meliori modo *nu.* 12.
Quae declarat dubiam mentem diſponentis num. 13.
Vlterius fit repetitio, quando maſculinitas eſt geminata, poſita ante, & poſt n. 14. & *ſeq.*
Sicuti, quando in alia parte teſtamenti omnes deſcendentes ſimul vocãtur, quorum aliqui ſupra erant nominati cum qualitate maſculinitatis, aliqui non nu. 18.
Et fit, quando ſumus in eadem oratione n. 19.
Et etiam, quando vocati ſunt agnati nu. 22.
Et quando extat ſtatutum fauens agnatis in ſucceſſione, quamuis ſubſtitutus non ſit de vocatis per ſtatutum nu. 50.
Sed haec coniectura ex ſtatuto declarat verba diſpoſitiua, non conditionalia num. 51.
Habet tamẽ locum etiam in conditionalibus, quando alias ſequeretur abſurdum nu. 52.
Eadem coniectura non habet locum, quando grauatus decedit teſtatus nu. 53.
Quod intellige, quando teſtator illi reliquit facultatem teſtandi, non aliter nu. 54.
Item repetitio fit, quando agitur de inducendo onere perſona, quae aequaliter eſt honorata cum perſona, cui iniunctum eſt idem onus nu. 23.
Quia onus regulatur ab honore, & è contra nu. 24.
Et vbi aequalis eſt affectio, aequalis debet eſſe tractatus nu. 25.
46 *Coniectura arbitraria ſunt indici.*
Quae ſumpta ex verbis teſtamenti ſunt caeteris vrgentiores nu. 47.
Et concludentes reputantur, quando colligũtur ex affectione teſtatoris nu. 49.
Quando verò formantur ex capite noſtro le-

nes ſunt nu.48.

56 Ruin.conſ.99.num.16.lib.2. *impugnatur à* Peregr.de fideicom. art.15.num.27.

57 *Subſtitutus vulgariter primo ſubſtituto dicitur etiam ſubſtitutus inſtituto.*

58 *Diſpoſita in agnatis habent locum in illis, qui à teſtatore habiti ſunt pro agnatis.*

59 *Ratio conſeruationis agnationis nihil operatur, niſi ſit expreſſa.*

Sed contra nu.60.& ſeq. *vbi pluribus modis diſtinguitur.*

Nec expreſſa declarat conditionẽ negatiuam ſi ſine filijs, *ſed contra nu.63.*

61 *Expreſſum dicitur, quod venit in conſequentiam expreſſorum.*

Et manifeſtè dicitur conſtare ex ſcriptura, quod virtualiter ex ea elicitur nu.62.

63 Virgil.de Silueſtr.conſ.226.num. 60. inter conſ.Rim. *reprobatur.*

65 *Verba in fine poſita referuntur ad omnia præcedentia.*

66 *Excluſa fæmina propter maſculos omnes ab ea deſcendentes excluduntur.*

RESPONSVM XXXI.

Perill. & Excellentiſs. Domine.

SVppoſito, vt pro regula receptum ſit, maſculinũ concipete fœmininum, & proptetea ſub nomine filiorũ tam in vocatione, quam in conditione cõtineri etiam filias, vt ſupponit Excellentiſs.D.Giouagno-
1 nus; officium † tamen huius regulæ impeditur præcipuè à duobus, à maſculinitate, vel expreſſa, vel repetita, & à deſiderio conſeruandæ agnationis, vel expreſſo, vel ſubintellecto, vt conſentiunt omnes, qui de re hac ſcripſerunt, qui cumulantur à *Molina de hiſpanorum primogen. lib. 3.c.5.nu.39.* quod præcipuè ſenſit *Bal. in l.tres fratres ff.de pac. Bar.in l.hæredes §.cum ita nu.4.ff.ad Trebel. Ruin.conſ.146. num.3. in 2. Goz.ad.conſ.89. nu.5. Alba conſ.19. num.11. Neuiz.conſ.33. nu.11. & alij, de quibus Odd.conſ.6. & Surd. deciſ.66.*

Et prius quoad qualitatem maſculinitatis, ipſa eſt expreſſa in ſubſtitutione facta Margaritæ, per quam Camillus vocatur, & in ſubſtitutione facta Camillo, dum vocantur filij, & deſcendentes Philippi, in conditione autem, ſub qua eſt facta hæc ſubſtitutio tantum dicitur de filijs, ideò videndum eſt, an in hac conditione qualitas maſculini-
2 tatis ſit repetita, & † quia, an ſit, vel non ſit locus repetitioni totum à coniecturis pēdet, ex quibus colligatur præſumpta mens teſtãtis *Bar.in l.Seia §.Caio ff.de fund.inſtruct. nu.2. & in l.in repetendis in princ.ff.de legat. 3. Dec.conſ.189.col.4.verſ.ſeptimo quod dictũ eſt. Aym.conſ.608.nu.9.in 4. Menoch.conſ.117.nu.60.in 2.& præſumpt.180.nu.3.in 4. Sim.de Prat.de interpretat.vlt.volunt.lib.2.fol.2.nu.151.fol.169.à tergo. Peregr.de fideicommiſs.art.16.nu.10. Caſtil.quotid.controuerſ.c.4.nu.68.* Idcircò ea ſunt obſeruanda, quibus facile perſuaderi poteſt hæc repetitio, inter quæ hoc eſt apud me præcipuum, quod licet teſtator ab initio non habuerit intẽtionem ſaltem pro dimidia relinquere bona in familia, in illis inſtituendo filiam, quæ poterat ea transferre ad extraneã familiam; tamen ea decedente ſine filijs ex diſpoſitis cõſtat deſideraſſe, vt hæc dimidia vnita cum alia tranſiret ad perſonam familiæ, & quidem facilius, ac fieri poſſet, ideo *ſi deceſſerit ſine filijs*, addit qualitatẽ maſculinitatis non alia ratione, niſi vt facilius bona in conditione trãſeant ad perſonam familiæ ſuæ; noluit enim, vt fęminæ impedirent hunc tranſitũ, ſed maſculi tantũ, & hæc ſola poteſt reddi ratio, quare nõ eſt ſimpliciter dictum, *ſi ſine filijs*, ſed dictum eſt, *ſi ſine filijs maſculis.* In caſu obitus Camilli pariter conſtat ex diſpoſitis deſiderare teſtatorem, vt bona de Camillo tranſeant in alios viros familiæ ſuę, vigente igitur, & perſeuerante eodem deſiderio teſtatoris, quemadmodum ad facilius implendum hoc ſuum deſiderium in præcedenti conditione adiecta eſt qualitas maſculinitatis, eadem ratione facilius implendũ idem deſiderium repetēda erit qualitas maſculinitatis in conditione ſequentis ſubſtitu-
3 tionis; nimirum, quia † omnes cõueniunt data rationis identitate fieri repetitionem qualitatis præcedentis *l. nihil ff.de coniungend. cum emancip.lib.* & per hunc tex. *Bal.in l.Titius in fine C.de oper.libert.& in conſ.153.in 5.Goz.ad.conſ.4.nu.31.Soc.iun.conſ.77.in fine in 3.Aym. conſ.130.nu.7.& conſ.257.nu.6.Sim.de interpretat.lib.2.fol.2.nu.151.fol.169.verſo.Soc.iun.conſ.158.nu.49.in 2. Illuſtriſs.Mantic. de coniect.vlt.volunt.lib.6.tit.13.nu.8.in fine.Surd.deciſ.322.nu.68.*

4 Secundo obſeruo modum hunc loquendi, *eidem verò Camillo decedenti ſine filijs legitimis, & naturalibus ſubſtituo D.Ioannem eius patrem, & teſtatoris fratrem, & alios filios*

*lios maſculos legitimos, & naturales D. Phi-
lippi*, illa vox *alios* neceſſario refertur ad fi-
lios alios, de quibus antea fuit facta mentio;
aut refertur ad filios Camilli poſitos in con-
ditione, vt credo, & denotat teſtatorem lo-
quentem de filijs Camilli ſenſiſſe de filijs
maſculis, quia illa vox *alij* refert omnes præ-
cedentes tanquam in omnibus ſimiles, cum
5 etiam ſit nota ſimilitudinis *gloſ. in l. ſi fugi-
tiui, vbi Bal. & Salic. C. de ſeruis fugit. Oldrad.
conſ. 8. Decian. conſ. 55. n. 7. & conſ. 123. nu.
51. in 3. &* melius *in conſ. 96. nu. 7. in 2.* vt al-
legat deciſionem *Bar.* probatam ab *Imol.*
qđ ſi dicatur Titius, & alij ſocij, intelligitur
Titius ita ſocius, quemadmodum, & alij, quia
illa vox *alij* æqualitatem denotat, & ſimili-
tudinem inter nominatos prius, & nomina-
tos poſterius, adducit, & alias ſimiles deci-
ſiones, vt per eũ, ex quo ſequitur, quod cum
dicatur de filijs Philippi; ad relationem
filiorum Camilli, vt ſit ſimilitudo, & æquali-
tas, & vt non tribuatur filijs Camilli, plus
quam filijs Philippi, quemadmodum ergo
in filijs Philippi exprimitur de maſculis, ita
intelligetur de filijs Camilli, alias ſi inſtitu-
tum teſtatoris fuiſſet conſtituere differen-
tiam inter filios Camilli, & Philippi, vt pri-
mi eſſent vtriuſque ſexus, & ſecundi ma-
ſculi tantum, ſuperflua fuiſſet illa vox *alios*,
imo, & inepta prorſus, & ſatis fuiſſet dicere
filios maſculos Philippi nõ addita illa voce
alios; Si verò volumus hanc vocem *alios*, re-
ferri ad Camillum, qui fuit filius maſculus
Ioannis, quaſi ſentiat teſtator vocare filios
maſculos Philippi, quemadmodum vocauit
filium maſculum Ioannis, conſtat voluiſſe
bona tranſire de filio maſculo Ioannis, ad
filios maſculos Philippi, ergo conditio *ſi ſi-
ne filijs* eſt intelligenda de maſculis, & fie-
ri debet repetitio maſculinitatis, alias con-
tra voluntatem teſtatoris bona non tranſi-
rent de maſculo in maſculum, ſed etiam
fœminæ includerentur, & ne aliquid ſequa-
tur, quod ſit contra voluntatem teſtantis fiet
repetitio, vt inferius probabitur.

6 Tertio conſiderandum eſt, teſtatorem
Camillo decedenti ſine filijs ſubſtituere,
tam in bonis prælegatis, quam in ſubſtitu-
tione, per quam vocatur Camillus compræ-
7 henſis, illa † aduerbia, *tam et quam* requirũt
ſimilem concurſum vtriuſq; extremi *l. non
ſolum §. ſi mandato ff. de iniur. l. cum oportet
§. vlt. C. de bon. quæ lib. Inſt. de hæred. inſt. in
8 princ.* & † actum, ac diſpoſitionem cuilibet
enunciato æqualiter tribuunt *l. is cui legato-
rum in princ. & ibi not. ff. vt in poſſ. legat. l.
ſancimus* ſecundũ communem intelligen-
tiam *C. de teſtament.* & per hæc iura *Grat.
conſ. 9. nu. 99. in 1. Decian. conſ. 54. nu. 6. in
2.* & ante eos *Alberic. in dictionar. in verbo
(tam)* ſed prælegatum potiſſimum conſiſtit
in domo, in qua neceſſe eſt in conditione
filiorum repetere qualitatem maſculinitatis
alias domus tranſeundo ad filias non mane-
ret perpetuò, & ſemper in familia *de Mora-
tis*, vt vult teſtator, ergo eodem modo re-
ſpectu aliorum bonorum faciẽda, eſt repeti-
tio, vt æqualitas ſeruetur ex natura dictionũ
tam, & quam, vel dicamus in eadem deter-
minatione eiuſdem ſubſtitutionis poni do-
mum prælegatam, & alia bona, ergo quem-
admodum ratione domus intelligitur con-
ditio de filijs maſculis, ita & ratione alio-
9 rum bonorum, vt † eadem determinatio æ-
qualiter determinetur, *l. iam hoc iure ff. de
vulg. & pupil. & l. quamuis C. de impub. & al.
ſubſt.* & vere non poteſt dici conditionem *ſi
ſine filijs*, reſpectu domus intelligi ſi ſine fi-
lijs maſculis, & reſpectu aliorum bonorum
intelligi ſi ſine filijs tam maſculis, quam fœ-
minis.

10 Quarto, Quando non facta repetitione
ſequi poteſt abſurdum, vt perſona veriſimi-
liter magis teſtatori dilecta ſit deterioris
conditionis, & melioris perſona veriſimili-
liter minus dilecta tunc ad vitandum hoc
abſurdum, & ne inducatur quid cõtra men-
tem teſtatoris ſit repetitio qualitatis præce-
dẽtis *Ruin. conſ. 124. n. 4. in 3. Curt. iun. conſ.
114. nu. 19. Grat. conſ. 111. n. 24. in 2. Rubeus
Alex. conſ. 68. in fine Dec. conſ. 15. ſub nu. 2.
ibi (ſi ergo) Natta conſ. 485. nu. 7. Molin. de
Hiſpan. primogen. lib. 3. c. 5. nu. 63* In his ter-
minis nos verſamur; quia ſi non ſit hæc re-
petitio, filiæ Margaritæ, decedente ipſa
Margarita ſine filijs maſculis, remanent ex-
cluſæ, quæ ſunt ex deſcendentibus teſtatoris
in ſecundo gradu, & filiæ Camilli non erunt
excluſæ, quæ ſunt coniunctæ teſtatori in ter-
tio gradu, & ſunt ex tranſuerſalibus teſtato-
ris, & quod magis eſt abſurdũ fœminæ tran-
ſuerſales haberent bona, quibus neptes de-
ſcendentes eſſent priuatæ, ad hoc igitur ab-
ſurdum euitandum repetitio eſt admittẽda.

Quinto Non inficiabitur quis, quin faci-
lius poſſit conſeruari memoria teſtatoris in
pluribus de Moratis, quam in vno ſolo Ca-
millo, ſed vocatur Camillus ſub vna condi-
tione, quæ facile purificari poteſt vti ad ma-
ſculos reſtricta, ergo magis credendum eſt

voluiſſe

Digitized by Google

voluiſſe teſtatorem vocare plures de Mora-
tis ſub eadem conditione, quę facilius puri-
ficari poſſet: cum in illis facilius poſſit con-
ſeruari familia teſtatoris, & probatur hæc
21 coniectura authoritate illorum, qui † tenent
ob rationem conſeruandæ agnationis quali-
tatem expreſſam in præcedentibus repetitã
etiam intelligi in ſequentibus, de quibus *Mo-
lin. de primogen. lib. 3. d. c. 5. n. 58.* qui allegat
Bar. Soc. & alios plures, quem ſequitur *Caſtil.
quot. cõtrouerſ. d. c. 4. n. 76.* Sed de hac ratio-
ne agnationis, quod fuerit à teſtatore præ
oculis habita latius dicam inferius.

22 Addo ſextò, quod in prohibitione alie-
nationis additur ratio, vt bona non tantùm
permaneant, & ſtent apud vocatos, ſed etiã,
vt ad eos perueniãt, dùm dicitur, *cum ea vo-
luit permanere, ſtare, & deuenire debere vt ſu-
pra*, quod vtiq; intelligitur, vt de Margarita
perueniant in Camillum, & de Camillo in
alios vocatos, & additur clauſula *eo meliori,
vtiliori, & fortiori modo, quo potuit, & poteſt*,
at melior modus, quo de Margarita ad Ca-
millum bona poſſent peruenire fuit vocare
Camillum ſub cõditione ad maſculos reſtri-
cta; ergo eodem meliori modo cenſebitur
voluiſſe de Camillo ad alios peruenire bo-
na, nec dubitandum eſt, quin melior, fortior,
& vtilior modus perueniẽdi bona ſit ſub vna
conditione reſtricta ad maſculos, quam ſub
conditione etiam fœminas includente, quia
prima facilius poterit purificari, & poterit
fieri locus peruentioni bonorum, & ſecunda
difficilius poterit purificari, & difficilior red
detur peruentio bonorum; ſi enim dictum
eſſet de maſculis, & fœminis, hæc clauſula,
omni meliori modo, non reſtringeret condi-
tionem ad maſculos, quia ad expreſſa reſtrin
gitur *Rota deciſ. 107. nu. 4. & deciſ. 329. nu.
23 3. par. 1. nouiſſ.* ſed † cum verba ſint dubia,
vt hic, poteſt clauſula declarare mentem di-
ſponentis eſſe in via meliori, & potẽtiori *Bal.
in l. eam quam ſub nu. 36. C. de fideicommiſſ.*
qui ſimile dicit de clauſula *non obſtantium*,
Bero. conſ. 189. nu. 7. in 1. ſequitur *Surd. de-
ciſ. 7. nu. 25.* vbi allegat *Bal. & Soc.* vt per eũ.

24 Addi poteſt, & ſeptimò, quod mẽtio ma-
ſculinitatis non ſolum poſita eſt in præcedẽ-
ti ſubſtitutione, ſed etiam in ſequenti, dùm
vocantur filij, & deſcendentes Philippi, vbi
adeſt maſculinitas geminata, ex quo apertè
deprehenditur teſtatorem maximè ad ma-
ſculinitatem inclinaſſe, & ſi præcedentia
tantum, non poſſent operari repetitionem
eam operabuntur iunctis ſequentibus, à
15 quibus, & præcedentia poſſunt declarari *l.
16 ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de leg. 1.* & † ſub-
ſtitutio in medio poſita facilè ab extremis
poterit declarari *l. duos reos §. fin. ff. de duob.
17 reis*, & † duo vincula poterunt operari, quod
vnum ſolum non operatur *vulg. auth. itaq;
C. com. de ſucceſſ. l. cum in adoptiuis C. de
adopt.*

18 Octauò, & hoc obſeruandum eſſe puto,
quod dum Camillus ſubſtituitur Margaritæ
ipſe ſolus vocatur, & non aliter eius filij, &
deſcendentes, dùm poſtea eidem ſubſtituun-
tur alij de Moratis licet vocentur eorum fi-
lij, & deſcendentes non vocantur filij, & de-
ſcendentes Camilli, ſed ſolum ponuntur in
conditione, vocãtur poſtea inferius in verſ.
voluitq; vna cum deſcendentibus aliorum;
dicitur enim *voluitq; iuſſit, & ordinauit ea
omnia bona integraliter, & perfectè deuenire
debere ad dictos eius hæredes inſtitutos*, & hic
includitur Margarita, & Camillus, *& ſubſti-
tutos, vt ſupra*, & hic includitur Camillus, qui
fuit ſubſtitutus pro dimidia Margaritę, & in-
cluduntur omnes alij ſubſtituti, *eorumq; de-
ſcendentes in infinitum*, & his vltimis verbis
in eadem oratione vocantur deſcendentes
Margaritæ, & Camilli, deſcendentes à filijs
Philippi, deſcendẽtes à filijs Coſtæ, & deſcẽ-
dentes à filijs Stephani, & horum deſcendẽ-
tium de aliquibus certum eſt vocari maſcu-
los tantùm, vt deſcendentes Margaritæ, &
clarius deſcendentes ex filijs Philippi, qui
expreſsè ſunt vocati cum qualitate maſculi-
nitatis, & etiam deſcendentes à Stephano, in
quibus licet nõ exprimatur qualitas maſcu-
linitatis; ipſa tamen ſubintelligitur; quia
19 ſunt in eadem oratione vocati cum deſcen-
dentibus à Philippo ad doctrinam *Bar. in l.
Seia §. Caio ff. de fund. inſtructo* ab alijs rece-
ptam. Vnde, cùm in eadem oratione ſint vo-
cati omnes iſti deſcendentes inſtitutorum;
& ſubſtitutorum, vel dicẽdum eſt, ex his de-
ſcendentibus reſpectu aliquorum teſtatorẽ
vocaſſe maſculos tãtum, & reſpectu aliquo-
rum etiam fæminas, aut dicendum eſt vo-
caſſe indiſtinctè omnes deſcendentes tam
maſculos, quam fæminas, aut dicendum eſt
ſenſiſſe de omnibus maſculis facta repeti-
tione in illis, in quibus eſt neceſſaria, ſed pri-
mum non poteſt dici, quia cum non ſit adie-
cta aliqua dictio diſtributiua, & in eadem
vocatione teſtator vocet omnes deſcenden-
tes, nõ poteſt dici, quod reſpectu aliquorum
vocet maſculos tantum, & reſpectu aliquo-
20 rum etiam fæminas, repugnat † enim regula

l. iam

l.id hoc iure ff.de vulg.& pupil. ſi enim teſta-
tor voluiſſet hanc diſtinctionem facere eam
expreſſiſſet, vel ſi ſuppoſuiſſet, eam ex ſupe-
rioribus colligi poſſe, ad eam facilè ei fuiſ-
ſet ſe referre per dictionem, *vt ſupra*, quę ta-
men nō eſt poſita niſi reſpectu inſtitutorum,
& ſubſtitutorum, non reſpectu deſcenden-
tium ab illis; Non poteſt etiam dici ſecundū,
quia incontinenti teſtator correxiſſet ſe in
deſcendentibus Margaritæ, & Philippi, quo-
rum antea vocauit tantum deſcendētes ma-
21 ſculos, quæ † correctio non eſt in dubio præ-
ſumenda *l.non ad ea ff.de condit.& demonſtr. l.Lucius (prima) ff. de leg. 2. & ibi gloſ. l. 3. ff. de probat. & l. eum qui mutatam ff. eod. Dec. conſ. 189. nu. 6.* Ergo neceſſariò erit dicen-
dum vltimum, vt vocentur tantum deſcen-
dentes maſculi Camilli, & ſi tantum maſculi
vocantur, ergo ex voluntate teſtatoris etiam
tantum deſcendentes maſculi ſunt poſiti in
conditione.

22 Nonò Conſiderādum eſt, quod per illam
ſubſtitutionem factam Camillo, *ſi ſine filijs*,
ſunt vocati agnati teſtatoris, ex quo oritur
coniectura, vt in conditione repetenda ſit
qualitas maſculinitatis, quæ fuerat expreſſa
in alia parte teſtamenti, vt poſt *Dec. Ruin. Rub. Soc. iun. & Mazol.* tenet *Theſaur. deciſ. 188. nu. 3.* Nec obſtat, quod vocentur etiam
filij D. Nanis Coſtæ, qui nō ſunt agnati, quia
ex diſpoſitis in teſtamento conſtat teſtato-
rem eos ita dilexiſſe, vt habuerit in nume-
ro agnatorum, & ad hoc, vt ſub nomine fi-
liorum non contineantur filiæ, ſatis eſt, quod
aliqui agnati ſint vocati, qui ſuadendo repe-
titionem maſculinitatis, excludent filias Ca-
milli etiam ad fauorem filiorum de Coſta.

23 Nouiſſimè addo, quod quemadmodū in
honore parificauit teſtator Margaritam, &
Camillū, ita credendum eſt, quod eos volue-
24 rit parificare in onere, quia † vnum ab alio
25 regulatur ad not. *in l.ab eo C.de fideic.* & † vbi
æqualis eſt affectio, æqualis etiam debet eſſe
tractatus *l. pen. §. 1. ff. de rit. nupt.*: vnde di-
cendum eſt Camillum grauatum reſtituere
etiam, quod decederet cum filiabus, quem-
admodum & Margarita. Nec obſtat, quod
filiæ Camilli eſſent de agnatione, quia vti
non aptæ ad cōſeruandam agnationem non
fuerunt conſideratæ à teſtatore.

Hæ ſunt decem coniecturæ ſumptæ ex di-
ſpoſitis in teſtamento (mea ſententia) non
ſpernendæ, quæ ſingulæ, & magis vnitæ cui-
libet iudici iuſtiſſimo perſuadere poterunt
repetitionem maſculinitatis in conditione
ſubſtitutionis factæ Camillo, per quam re-
petitionem ſubuertitur intētio partis aduer-
ſæ, quatenus innititur regulæ, vt ſub nomine
filiorum, & filiæ contineantur.

26 Vltra autem repetitionem maſculinitatis
adeſt manifeſtum deſiderium conſeruandi
bona in familia, quod eſt in cauſa, vt ſub no-
mine filiorum non contineantur filiæ fœmi-
27 næ; nimirum, quia † non ſunt aptæ ad cōſer-
uanda bona in familia *l. pronunciatio §. fin. ff. de verb. ſign. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 15.*
28 *nu. 3.* & † hoc deſideriū elucet ex diſpoſitis à
teſtatore, qui decedente Margarita ſine filijs
maſculis (vt deceſſit) vocat prius Camillū, &
poſt eum oēs de agnatione, nō habita ratio-
ne, quod eorum aliqui ſint proximiores, &
29 eorum deſcendentes in infinitū, cum † enim
voluntas declaretur non minus verbis, quam
factis *l.reprehendenda C. de inſtit. & ſubſtit.*
30 *l. de quibus in fin. ff. de legib.* imò † magis fa-
cto, quàm verbis *Surd. conſ. 371. num. 65.* ex
hoc facto, quod omnes de agnatione vocā-
tur, & eorum omnes deſcendentes, colligitur
ratio conſeruandi agnationem ac ſi expreſ-
32 ſa eſſet, quia † huius facti hæc ſola, & non a-
lia ratio reddi poteſt *Bar. & alij* in ſimili ca-
ſu ſtatuti firmant hanc propoſitionem in *l. maximum vitium C. de lib. præterit. Molin. li. 3. de primogen. c. 5. nu. 5. Aluarad. de coniect. mente defuncti lib. 2. c. 3. §. 4. nu. 5.*

33 Amplius in iſta vocatione agnatorum de
maſculis deſcendentibus dicitur, ibi *alios fi-
lios maſculos*, & ibi *deſcendentes maſculos*,
quę expreſſio maſculinitatis intelligitur prę-
cipuè facta ob agnationis conſeruationem,
licet potuerit ex alijs cauſis fieri, vt authori-
tate *Ioan. And. Salic. & aliorum Doct.* ex ve-
riori, & communi opinione firmat *Molin. d. c. 5. num. 25* quibus etiam addi poſſunt *Al-
dobrand. conſ. 0. nu. 43. Rauenſ. conſ. 35. nu. 81. & 82. in 1. Alba conſ. 484. n. 39. Menoc. conſ. 95. nu. 51. & ſeq. in 1. Aluarad. de con-
iect. ment. defunct. lib. 2. c. 3. §. 4. nu. 6. & 7. Caſtil. quot. controuerſ. c. 4. nu. 80.* Et quan-
uis multi alij contrarium teneant, tamen ve-
riorem eſſe priorem opinionem teſtatur *Mo-
lin. d. c. 5. ſub nu. 29. verſ. (his autem)* ſaltem
34 non eſt dubitandum adhærendum eſſe huic
opinioni, quando non fit vocatio maſculorū
temporaliter, ſed in perpetuum, vt in hoc ca-
ſu, in quo vocantur deſcendentes maſculi, &
paulo inferius dicitur *in infinitum*, & profi-
tetur teſtator deſiderare, vt bona integrali-
ter permaneant apud ſubſtitutos, & eorum
deſcendentes in infinitum, quod neceſſario
intel-

intelligi de deſcendentibus maſculis antea
probaui.

35 Et quamuis multi ex citatis *Doct.* loquan-
tur, quando nullo modo vocantur fæminæ,
ſentientes ſecus eſſe, quando in aliqua parte
ſunt vocatæ fæminæ, prout hic ad dimidiam
36 vocata fuit filia teſtatoris: Tamen † in dimi-
dia, à qua fuit excluſa filia, nunquam fæminæ
vocantur, ſed tantum maſculi, ideò in hac
parte intrat ratio conſeruandi agnationem:
Præterea hoc ſuadet teſtatorem non conſi-
deraſſe in dimidia cõſeruare in familia bo-
na dum viueret filia, & eius proles maſculi-
na, ſed ea defuncta ſine maſculis potuit cu-
rare, vt bona conſeruarentur in familia, trãſ-
ferendo dimidiam bonorum ad Camillum
prius, deinde ad omnes alios familiæ, & ad
eorum deſcendentes maſculos, diſponendo
etiam, vt bona omnia integraliter peruení-
re deberent ad deſcendentes in infinitum:
Quantum igitur attinet ad caſum noſtrum e-
uenientem per obitũ Camilli, ſatis eſt, quod
in eo ſunt vocati ſoli maſculi, & nunquam
37 fæminæ cum eis, & † ad fauorem perſonarũ
vocatarum operabitur hæc conſeruatio de-
ducta ex maſculinitate, licet non operetur,
vt diſpoſitio extendatur ad alias perſonas
non vocatas ad excluſionem fæminarum, vt
egregiè concordando opiniones contrarias
ſcripſit *Molin. d. c. 5 ſub nu. 50. verſ. (ex qui-
bus) ibi (ſecundo quod cenſeatur.)*

38 Tertio colligitur etiam deſiderium con-
ſeruandæ agnationis, quando teſtator digre-
ditur ad plures gradus ſubſtitutionum, vocã-
do ſemper illos de agnatione *Surd. cõſ. 241.
num. 13. in 2.* quod contingit in caſu noſtro,
39 quia † teſtator vocãdo ſub nomine collecti-
uo deſcendentes maſculos ſubſtitutorum, &
addendo etiam verbum *in infinitum* intelli-
gitur vocare omnes ſub nomine collectiuo
vocatos, ita vt ſequentes vti ſubſtituti ſubin-
trent in gradum præcedẽtium *Paul. in l. cum
ita §. in fideicommiſſo ſub nu. 2. ibi (& ſic vi-
dentur inuicem grauati omnes) ff. de leg. 2. in
l. fin. C. de verb. ſign. Butrig in ſummario Pet.
ibi (cum dicit teſtator) Bal. nu. 2. Corn. ſub nu.
9. verſ. (in tex.) Iaſ. num.* 15. & non habere
contradictorem ait *Per. gr. art. 27. num. 35.*
ergo ex hoc ſatis colligitur deſideriũ agna-
tionis conſeruandæ, & proinde ſumus in ca-
ſu, in quo filiæ fœminæ non facient defice-
re conditionem ſubſtitutionis, qua Camillus
grauatur, & hoc crederem eſſe ex manifeſta
veritate iuris.

40 Et quando etiam res eſſet dubia (quod
prorſus negatur) in dubio eſſet pronuncian-
dum pro agnatis ſubſtitutis *Signorol. Fulgoſ.
Gozad. Curt. iun. & Soc. iun.* quos allegat *Al-
ba d. conſ. 484. nu. 40. in 3.*

His conſtitutis pro fundanda intentione
ſubſtitutorum, reliquum modo eſt, vt reſpõ-
deam allegationibus Excellentiſs. D. Gio-
uagnoni, quatenus contrariari poſſunt illis,
quæ ego ſcripſi, omiſſis illis, quæ concernũt
fundamẽta aliorum, qui pro ſubſtitutis ſcri-
pſerunt.

41 Et prius quantum ad repetitionem quali-
tatis maſculinitatis obijcitur vulgare *conſ.
Anan. 22.* quod innititur regulæ *l. vnic. §. ſin
autem ad deficientis C. de caduc. tol.* quod in-
telligatur teſtator noluiſſe ſentire de maſcu-
lis, niſi id exprimat, quia ſi id voluiſſet ex-
preſſiſſet, quemadmodum expreſſit in alia
parte teſtamenti.

42 Pro reſponſione dicitur, adhuc non eſſe
reſolutum, an magis ſit adhærendum *conſil.
Anan. an Abbatis 36 in 1.* qui putat ex vna
parte teſtamenti aliã declarari, & multi ſunt,
qui tenẽt veriorem eſſe opinionem *Abbatis*,
vt apud *Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt.
lib. 1. ſolut. 3. ſub nu 72. verſ. (alia verò opi-
43 nio) fol.* 147. Sed † quicquid ſit de hoc, certũ
eſt, data identitate rationis, & præſertim
conſeruandæ agnationis eſſe locum *conſilio
44 Abbatis*, vel † ſit talis ratio expreſſa, vel ſub-
intellecta, *Molin. qui alios allegat d. c. 5. lib. 3.
nu. 58. Rota deciſ. 483. 503. & 507. par. 4.
diuerſ.* aliæ autem deciſiones, quæ contra al-
legantur procedunt, quando non colligitur
habitam fuiſſe rationem conſeruandę agna-
tionis, præſertim, quod *deciſ. 485. d. p. 4.* ita
procedat, dicitur in fine *d. deciſ. 503. & 507.*
qua ratione nec ob. *deciſ.* 508. quia ponde-
ratur in ea, quod tantum fœminæ erant ex-
45 cluſæ, & † vocatio maſculorum reſtringeba-
tur ad præſentes, & non extendebatur ad na-
ſcituros ſentiens expreſsè contrarium, quan-
do ad naſcituros extenderetur *nu. 6.* quæ de-
ciſio eſt etiam apud *Seraphin.* 1216 & in
caſu noſtro mortua Margarita ſine maſculis,
excluduntur filiæ ipſius Margaritæ deſcen-
dentes teſtatoris addita qualitate maſculini-
tatis, vt apud *Molin. d. c. 5. nu. 30.* & vocatur
Camillus de agnatione, & poſt eum alij ne-
dum nati, ſed naſcituri in infinitum, ergo cę-
pit teſtator cogitare de conſeruatione agna-
tionis mortua Margarita, ſine filijs maſculis;
adſuntq; aliæ coniecturæ ſupra à me conſi-
deratæ, quæ cum ſint ſumptæ ex verbis te-
ſtatoris, non poterunt dici leues, & ex varijs

homi:

Digitized by Google

hominum moribus, & ingenioſis adinuen-
tionibus prouenientes, vt eſſent, ſi à ſola ve-
riſimilitudine, ſecundum ſenſum meum ex-
46 cogitata, penderent, & † cum qualitas con-
iecturarum arbitraria ſit iudici *Soc. in l. cum*
auus n. 134. *ff. de condit. & demonſtrat. Ruin.*
conſ. 108. *nu.* 11. *& conſ.* 121. *num.* 14. *in* 2.
Rip. in l. Centurio n. 162. *ff. de vulg. & pupil.*
Zanch. ad § cum ita nu. 728. *Menoch* aliquos
allegans *lib.* 2. *de arbitr. iudic. caſ.* 148. &
conferunt ſcripta à *Sim. de Præt. de interpre-*
tat. vlt. volunt. lib. 1. *ſolut.* 12. *fol.* 23. *Rota de-*
ciſ. 266. *ſub nu.* 3. *parte* 1. *recent.* & cauſa co-
gnoſcatur à iudice doctiſſimo, & integerri-
mo, non eſt, quod in hoc vlterius inſiſtam. I
47 illud † enim certum eſt coniecturas ex ver-
bis teſtamenti ſumptas eſſe cęteris vrgentio-
res, & receptas in iure *Bald. in l. vnic. in fin.*
C. de his, qui ante apert. tab. n. 10. *in fin. Man-*
tic. de coniect. lib. 8. *tit.* 1. *ſub nu.* 17. *Ruſtic. de*
lib. in condit. poſit, lib. 2. *c.* 1. *num.* 18. vbi,
48 quod ſunt leues, quando ex capite noſtro
formantur, non quando ex verbis teſtatoris
49 colliguntur, & † pariter ſi colligantur ex af-
fectione teſtatoris, vt aliquæ ex noſtris, &
præſertim vltima, concludentes reputantur
l. ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. cum alijs
autoribus citatis ab eodem *Mantic. de coniect.*
lib. 3. *tit.* 13. *lib.* 1. & clarius *lib.* 6. *tit.* 10. *nu.*
13. vbi quod coniectura ex affectione de-
ducta ſuperat omnes alias, & quod ei verba
cedunt, & hoc maximè procedit in hoc caſu,
in quo affectio æqualis ad Margaritam, &
Camillum non deducitur ex capite noſtro,
ſed ex eo, quod teſtator eos æqualiter inſti-
tuerit, ideò æquale etiam conuenit, vt ſit
onus conditionis adiectæ.

Nec iſtæ coniecturæ eliduntur ex ſcriptis
per D. Giottagnonum, nam prius, dum ait
nõ eſſe curandum de proprietate verbi *filijs*,
cum ex legis diſpoſitione comprehendantur
etiam filiæ: reſpondetur, imò eſſe curandum
ad hunc effectum, quia coniecturæ reddun-
tur fortiores in quantum cõueniunt proprie-
tati verborum.

Quoad coniecturam ſtatuti, dicitur primò
illam non procedere in hoc caſu, in quo ſub-
ſtituti non excluderent ex ſtatuto filias Ca-
50 milli: Replicatur † tamen hoc non facere,
quin coniectura ſit, vt teſtator in genere ſe
conformauerit diſponendo fauore conſeruan-
dæ agnationis, vt hoc deducunt *Mantic. de*
coniect. vlt. volunt. lib. 11. *tit.* 14. *nu.* 16. *&*
Ruſtic. ad l. cum auus lib. 3. *c.* 10. *num.* 121.
quos allegat D. Giottagnonus, ſed illis non

nam

reſpondet, quorum opinio ſi haberet aliquid
difficultatis ob contradicentes, nihil difficul-
tatis debet habere in caſu noſtro, in quo con-
iectura adminiculatur ab alijs ſuadentibus
conſeruationem agnationis, de quibus antea.
51 Dicitur ſecundò coniecturam ſtatuti non
procedere in verbis conditionalibus, ſed di-
ſpoſitiuis, quia cum in conditionibus conſi-
deretur merum factum, etiam quod filiæ nõ
ſuccedant, excludunt tamen ſubſtitutum *Soc.*
in l. hæredes mei §. cum ita in fine ff. ad Trebel.
quem ſequuntur alij, qui allegantur.

Aduertendum tamen eſt in noſtro caſu,
quod illi filij, qui ſunt poſiti in conditione,
qui ſecundũ aduerſarios ſunt omnes deſcen-
dentes (tenent enim ſub nomine filiorum
etiam contineri nepotes) ſunt etiam poſiti in
diſpoſitione, & vocati, in qua vocatione po-
terit eſſe locus coniecturæ ex ſtatuto, quia
prę ſumendũ erit teſtatorem vocaſſe deſcen-
dentes Camilli eo modo, quo ex ſtatuto ſunt
52 vocati, & † ſi per hanc coniecturam ſoli ma-
ſculi ſunt vocati, inconueniens eſſet dicere,
quod in conditione eſſent poſiti tam deſcen-
dentes fœminæ, quam maſculi; ſequeretur
enim, quod maſculi poſiti in conditione eſ-
ſent grauati reſtituere alijs deſcendentibus
poſt eos, quia, vt antea probaui, vocati per
nomen collectiuum dicuntur ordine ſucceſ-
ſiuo ſubſtituti, & deſcendentes fœminæ,
quia non eſſent incluſæ in conditione, non
intelligerentur grauatæ, ita fieret, vt melio-
ris conditionis eſſent perſonæ vocatæ, quam
non vocatæ, ſed poſitæ in conditione, ad quę
abſurda euitanda oportet dicere, quod con-
iectura ſtatuti, quæ ſeruit in capite vocatio-
nis, ſeruiat etiam in capite conditionis.
53 Illud quod ſubijcitur *nu.* 19. coniecturam
ſtatuti non habere locum, quando grauatus
decederet teſtatus, vt in propoſito ex *Soc.*
conſ. 182 *col. pen. verſ. (poſtremo)* & ex alijs,
54 qui allegantur, procederet † tantùm, quãdo
teſtator illi reliquiſſet facultatem teſtandi,
intrat tunc ratio a *Soc.* conſiderata: ſed non
poteſt procedere in caſu, quo teſtator pro-
hibuit grauato facultatem diſponendi de
bonis extra vocatos etiam ex teſtamento, vt
prohibuit in hoc caſu cum ratione, quia vo-
luit bona peruenire, vt ſupra, ſ. ad inſtitutos,
& ſubſtitutos, eorumq; deſcendentes in infi-
nitum, inter quos, cùm non inueniantur filiæ
Camilli ipſe prohibitus erit teſtari ad eorũ
fauorem, vel deſcendentium ab eis.

Aduertendum eſt etiam ſub *nu.* 20. dum
reſpondetur ad tertiam coniecturam, quod
quan-

Digitized by Google

quando teſtator voluit ſub nomine collectiuo includere tam maſculos, quam fœminas vſus fuit genere maſculino, vt inde inferatur, quod quando in cõditione dixit de filijs, quod voluerit intelligere de fœminis, & maſculis: aduertatur inquam, quia ſuppoſitum huius inductionis, quod ſi expreſſum fuerit genus maſculinum non rectè probatur, quia verbum *hæres* eſt commune non tam maſculini, quam fœminini ſexus, quia & fœminæ propriè hæredes dicuntur, nec adeſt proprium nomen, quo fœminæ denominentur, quando ad hæreditatem vocantur: Ad illud poſtea, quod quando teſtator voluit intelligere de maſculis tãtum hoc expreſſetit, quia pendet à *conſil. Anan.* non eſt neceſſe reſpõdere, quia ſupra ſatisfactum fuit.

Ad quartam coniecturam dicitur in filijs diuerſorum non dari repetitionem, & etiam quando non eſt eadem oratio, in qua fiat mentio maſculorum priuatiuè, quæ omnia poſſent admitti, quando non extarent coniecturæ ſuadentes repetitionem, vt extant à me ſupra adductæ, & ſi cõſideremus identitatem orationis in ſola vocatione, vt ego ſupra conſideraui, nõ obſtant hæc ſcripta à D. Giouagnono *nu.* 22. & dùm *nu.* 24. ſubiungit non ſufficere, quod agnati ſint ſubſtituti, vt ſub nomine filiorum filiæ non contineantur *Seraphin. deciſ.* 1216. *n.* 6. *& Barz. deciſ.*
55 11. Reſpondetur † id procedere, quando aliqui agnati tãtum vocantur, ſecus, quando omnes, & nedum exiſtentes, ſed, & naſcituri in infinitum, quia ex tali vocatione reſultat deſiderium conſeruandi agnationem, quo ſtante, ſub cõditione filiorum non continentur filiæ, quæ non ſunt aptæ ad huiuſmodi conſeruationem.

Circa quintam coniecturam dicitur, Camillum fuiſſe inſtitutum in dimidia ob ſolam affectionem; ſed reſpondetur non negari affectionem in Camillum, cum ipſe vocetur ante omnes agnatos, ſed nec negandum eſt deſiderium agnationis conſeruandæ mediante ſua perſona, quod colligitur ex eo, quod domus ei prælegata ex iuſſu teſtatoris debebat remanere perpetuò in agnatione, & ex eo, quod non ſolus Camillus, ſed omnes eius deſcendentes in infinitum vocantur, quod dr maſculis intelligi antea probaui.

Quoad ſextam, & ſeptimam coniecturam quædam dicuntur, quæ obſtare videtur meæ cõiecturæ deductæ ex eo, quod melioris cõditionis eſſent filiæ Camilli, quam filiæ Margaritæ; dicitur enim adeſſe diuerſitatem rationis, quia filiæ Margaritæ poterant honorificè dotari ex bonis paternis, & ex legitima matris, ſecus erat in filiabus Camilli.

Sed verè non adeſt ratio diuerſitatis, quia quando teſtator in conditione adiecit qualitatem maſculinitatis, & hoc modo à conditione excluſit filias Margaritæ, non poteſt dici id factum fuiſſe, quia poterant dotari ab earum parente, nam & filię Camilli ab eo dotari poterant ex bonis paternis, & quamuis, non ita opulenter non refert, quia ſatis eſt, quod poterant ſecundum earum ſtatum dotari: fuit igitur ratio, vt facilius poſt mortem Margaritæ bona peruenirent ad agnatum alijs prædilectum, vt ipſe in agnatione conſeruaret bona, quæ ratio, optimè etiam procedit, quando agitur de excludẽdis filiabus Camilli, conferunt ſcripta ab *Alba d. cõſ.* 484. *nu.* 41. *in* 3 *& à Menoch. conſ.* 95. *num.* 40. *in* 1.

Et quæ ex aduersò allegantur procedunt quãdo teſtator dotaſſet fœminam excluſam tunc præſumitur excluſiſſe ob dotationem, quæ ratio cum nõ vigeret in alia fœmina ab eo non dotata, ea non intelligetur excluſa, ſed hic, vt dixi, non eſt dicendum teſtatorem conſideraſſe dotationem paternam, ſed vt facilius bona recederent à Margarita, & tranſirent ad Camillum electum primum aptum ad conſeruandam agnationem.

Reſponſio ad ſeptimam coniecturam, de qua *nu.* 26. fundata in *conſ. Rain.* 90. *nu.* 16.
56 *in* 2. non ſubſiſtit; quia † ſcripta à *Rain.* impugnantur à *Peregrin. allegato in artic.* 15. *n.* 27. qui ſub eo numero in fine apertè tenet traditionem *Raini* non procedere in vulgari, de qua tamen agitur in hac ſeptima con-
57 iectura, & ratio eſt euidens, quia † in vulgari eſt regula, vt ſubſtitutus ſubſtituto intelligatur etiam ſubſtitutus inſtituto §. *ſed ſi inſtituto ff. de vulg. & pupil. l. Titium, & l. coharedi in princ. ff. eod. Zanch. ad* §. *cum itaq;* 2. *parte num.* 4. hoc enim caſu ſecundus ſubſtitutus intrat in locum primi, & ideò non refert, quod ſubſtitutio ſit facta nominatim Camillo.

Octaua coniectura adducta ab illis, qui ante me ſcripſerunt, conſiſtit in nonnullis abſurdis, quæ ſequerentur, ſi in conditione *ſi ſine filys*, & filiæ continerentur, Cui coniecturæ ex aduerſo reſpondetur, quod imò abſurdum eſſet, quod poſteritas Camilli nõ præponerẽtur ſubſtitutis, quemadmodum præponitur Camillus, præſertim, quia inter ſubſtitutos adſunt filij Coſtæ, qui vti extranei

non deberent præponi filiabus Camilli, quæ
ſunt agnatæ: facilè autem replicatur huic
reſponſioni, eam procedere quoad poſteri-
tatem maſculorum, quia poteſt conſeruare
agnationem, quemadmodum Camillus, at
non æquè id procedit in poſteris fæminis,
quæ cum non ſint aptæ conſeruare agnatio-
nem, abſurdum non eſt, vt poſteritas nõ ap-
ta ad conſeruandam agnationem non præ-
ponatur illis, qui ſunt ad id apti; & quoad fi-
lios Coſtæ dicitur, vt antea, ſatis eſſe, qđ te-
ſtator eos dilexerit vti agnatos, maximè, quia
fęminina poſteritas Camilli non excludere-
tur à filijs Coſtæ, ſed ab agnatis, qui poſtea
ex voluntate teſtatoris communicarent bo-
na pro certa parte cum dictis filijs Coſtæ, &
58 cum teſtator vocauerit iſtos filios vna cum
agnatis, conſtat, quod habuit eos pro agna-
tis, vnde in illis attenta affectione teſtatoris
debent vigere hæ diſpoſitiones, quæ vigent
in agnatis, vt poſt *Decian. Rota deciſ. 266. nu. 7. parte 1. recent.*

Nec magis rectè reſpondetur alteri ab-
ſurdo; quod facilè peruerreretur fideicom-
miſſum tanto apparatu factum; dicendo il-
lud tantum eſſe factum decedente Camillo
ſine filijs: Nam replicatur, quod cum fidei-
commiſſum fuerit factum intuitu familiæ in-
cipit à vocatione Camilli in portione reli-
cta Margaritæ, & inde progreditur ad alios
agnatos, & verum eſt illud eſſe factum de-
cedente Camillo ſine filijs maſculis tantum,
quia ita poſtulat ratio agnationis, ob quam
eſt factum fideicommiſſum.

Tandem, quantum ad agnationis conſer-
uationem multa contra dicuntur *num. 28. & ſeq.* quibus ſigillatim reſpondebo, quatenus
tendunt contra rationes ſupra à me conſi-
deratas pro huiuſmodi conſeruatione; Et
59 prius ſupponitur nihil operari rationem
agnationis conſeruandæ deductam ex argu-
mentis, & non expreſſam in teſtamento *Soc. iun. conſ. 13. nu. 34. in 3.* & alij plures, qui ci-
tantur ſub *nu. 28.* & confirmantur authorita-
te *Rota in recent. deciſ. 316. nu. 5. parte 1. & deciſ. 282. nu. 4. parte 2.*

60 Ad quod reſpondeo, quod aut ratio hæc
deſumitur ex leuibus argumentis, & conie-
cturis, veluti ex eo, quod quidam ex agnatio-
ne ſunt vocati, vel, quia filij maſculi ſunt in-
ſtituti, & ad alios gradus progreſſus non fuit
teſtator, & tunc huiuſmodi ratio non attendi-
tur in his terminis loquuntur *Gabr. conſ. 100. in 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 14. nu. 7. Ceph. d. conſ. 527. in fine, & Rota d. deciſ. 316. in 1. parte.* Aut ratio deducitur ex
expreſſis, & venit in eorum conſequentiam,
& tunc debet aliquid operari, nimirum, quia
61 expreſſum id dicitur, quod venit in conſe-
quentiam eorum, quæ expreſſa ſunt. *Aret. in l. ſi in teſtamento num. 2. ff. de vulg. & pupil. Crot. in l. qui Romæ §. duo fratres nu. 58. ff. de verb. obligat. Dec. in l. humanitatis nu. 7. C. de impub. & al. ſubſt. Felin in c. ſuper quæſtionũ in princ. nu. 3. verſ. (illud dicitur) de offic. de-*
62 *legat.* † qui poſt *Abbatem, & alios* dixit illud
manifeſtè conſtare ex ſcriptura, quod vir-
63 tualiter ex ea elicitur: & † quando tractatur
de inducendo, vel extendendo fideicom-
miſſo, aut de excludenda perſona incluſa,
tunc conſiderari ſolum rationem expreſſam
ſcribunt *Soc. iun. conſ. 13. nu. 34. in 3.* in cuius
caſu aderant verba *hæredes, & poſteri*, quæ
ex eorum proprietate includebãt etiam fæ-
minas, de quarum excluſione propterea a-
gebatur *Virgil. de Silueſt. conſ. 224. num. 58. inter conſ. Rim. Decian. conſ. 1. num. 175. in 2. Burſat. conſ. 300. nu. 64. in 3. Gabr. conſ. 100. nu. 34. in 2.* Sed in caſu noſtro non agitur,
neq; de extendendo, neq; de inducendo fi-
deicommiſſo, neq; de excludendis filiabus
Camilli, quia cum nomen filiorum eis non
conueniat, niſi per interpretationem, & ex-
tenſionem quandam *Pereg. de fideicom. artic. 25. nu. 4.* ex communi non agitur de earum
excluſione, ſed tractatur, an ex voluntate te-
ſtatoris includantur, & de declarando fidei-
commiſſo iam inducto, nõ de eo inducendo,
vel extendendo, neq; vltra perſonas grauа-
tas, neq; vltra vocatas: Et quatenus *Honded. conſ. 57. nu. 67. in 1.* ait, rationem agnatio-
nis ſolum militare inter perſonas expreſſas,
& caſus expreſſos, hoc non offendit partem
noſtram, quia conſeruatio agnationis incipit
in perſona Camilli, & tranſit ad ſuos deſcẽ-
dentes in infinitum, & illis deficientibus ad
alios agnatos, & eorum deſcendentes pari-
ter in infinitum, & ideò ratio agnationis nõ
ſolum eſt conſideranda in agnatis vocatis, ſi
Camillus deceſſerit ſine filijs, vt ex aduerſo
ſupponitur; ſed etiam conſideratur in perſo-
na Camilli vocati præcipuè, & principali-
ter pro conſeruatione agnationis, ideò ei
prælegatur domus, quæ in familia manere
debebat; Et hoc nedũ procedit quoad por-
tionem, in qua eſt ipſe Camillus inſtitutus,
ſed & quoad portionem, in qua eſt inſtituta
Margarita, quia licet in ea ſint poſiti in
conditione filij maſculi Margaritæ, qui non
ſunt de familia teſtatoris, tamen quoad ca-

ſum noſtrum ſatis eſt, quod hoc deſiderium conſeruandæ agnationis incipiat à caſu, quo Margarita decedat ſine filijs maſculis, vt deceſſit.

63 Et quatenus ſub *nu.* 29. dicitur rationem etiam expreſſam agnationis non declarare cõditionem negatiuam *ſi ſine filijs*, reſpondetur hoc eſſe contra ſententiam omnium, & quamuis *Virgil. de Silueſtris* hoc videatur dicere *d. conſ.* 24. *n.* 60. fundat tamen dictũ ſuum ſuper authoritate *Alex. conſ.* 59. *ad fi. in* 3. qui tantum dicit, quod ratio agnationis intelligitur ſecundum conditionem .i. eueniente caſu ſubſtitutionum expreſſarũ, quæ in eo caſu erant claræ, ſi grauatus decederet ſine liberis, vel ſine teſtamento, ad quos caſus claros dicitur reſtringi rationem agnationis, & ita benè dicit, quod dicta ratio non extendit, non dicit autem, quod non poſſit declarare conditionem, quando egeret declaratione, & id dicere nõ erat neceſſe, quia in caſu ſuo conditio erat clara: alij, qui allegantur à D. Giouagnono .ſ. *Decian.* & *Burſat.* id formaliter non dicunt.

Nec obſtat, quod, quando voluit teſtator conſeruare agnationem, expreſſit de maſculis, ergo, quando non expreſſit noluit, quia licet hæc conſideratio poſſet quoquo modo applicari ad caſum, in quo conſuluit *Decian. in conſ.* 1. *in* 3. vbi vndecies dictum erat de filijs ſine maſculinitate, vt ipſe obſeruat ſub *nu.* 174. in caſu noſtro non eſt verum, quod quando vocat agnatos, quæ vocatio potuit eſſe facta pro conſeruatione agnationis ſemper de maſculis dicat, quia modo dicit de deſcendentibus maſculis, modo de deſcendentibus ſimpliciter, licet ex ſupra deductis intelligendum ſit ſẽper ſenſiſſe de maſculis.

64 Amplius ſub *nu.* 31. pluribus rationibus probatur nõ fuiſſe contemplatam agnationem, quibus facilè reſpondetur; nam ad primam dicitur illam procedere, quando certi agnati eſſent vocati, ſecus, quando omnes agnati, & eorum deſcendentes maſculi in infinitum fuut vocati, tunc verè parũ refert, quod ſit vocata familia, vel quod ſint vocatæ omnes perſonæ natæ, & naſcituræ, quæ familiam conſtituere poterant, & hoc probaui ſupra.

Non obſtat, quod teſtator non curauerit ſubſtituere reciprocè filios ſuos, quos poterat ſuſcipere: Quia puto rationem hanc nõ admodum grauem eſſe, eo, quod rarò contingit, vt filij, qui nõn extant, nec ſperantur ſubſtituantur reciprocè, nec credo euidenter notum fuiſſe D. Conſultori, teſtatorem fuiſſe in ſtatu ſuſcipiendi filios, vt ipſe ſupponit, & omnibus his datis, etiam, quod teſtator non habuiſſet rationem grauãdi filios pro conſeruatione agnationis, potuit eam habere, quando deficientibus filijs bona deuenirent ad tranſuerſales, & hic eſt caſus noſter.

Eodem ferè modo reſpondetur ad tertiam, quod licet teſtator, quoad dimidiam bonorum non habuerit præ oculis agnationem, quando Margarita moreretur cum filijs maſculis, ſatis eſt, quod eam conſiderauerit decedente ea ſine filijs maſculis, vt deceſſit. Non obſtat, quod teſtator non curauit ſubſtituere filijs Camilli, vt debebat, ſi volebat conſeruare agnationem: quia imò ſubſtituit, quando inferius dixit velle bona peruenire ad deſcendentes inſtitutorum, & ſubſtitutorum in infinitum, quæ verba, quicquid ex aduerſo dicatur, non referuntur tantum ad deſcendentes ſubſtitutorum, ſed etiam inſtitutorum, quia licet in vocatione dicatur tantum de deſcendentibus ab eis, qui Camillo fuerunt ſubſtituti, tamen inferius in verſ. *voluit*, dicitur bona peruenire ad inſtitutos, & ſubſtitutos, eorumq; deſcenden-

65 tes in infinitum, quæ † verba vltima ex regula iuris ſunt referenda ad omnia præcedentia, & illud relatiuum, *eorum*, commodè refertur nedum ad ſubſtitutos, ſed & ad inſtitutos, cum ad omnia commodè referri poſſit, & nõ ſit ratio, vt magis referatur ad ſubſtitutos, quam ad inſtitutos *l.* 1. *C. de lib. præterit. l.* 3. *§. filius ff. de lib. & poſthum. l.* 1. *in princ. iunct. l.* 2. *§. qui ait prætor de incend. ruin. & nauf. c. olim de reſcriptis, & c. ſecundo requiris de appellat.* & per hæc iura *Alexan. conſ.* 48. *nu.* 1. *vbi addẽtes in* 1. *Doct. in l. talis ſcriptura ff. de leg.* 1. *Ant. Gabr. tit. de clauſul. concluſ.* 9. *Honded. conſ.* 64. *nu.* 7. 15. *& ſeq. in* 2.

Non etiam obſtat quarta ratio, quod ſit in dimidia inſtituta Margarita, quæ non poterat agnationem conſeruare; quia hæc ratio percutit tantum dimidiam Margaritæ, & præterea concludit teſtatorem non conſideraſſe in hac dimidia agnationem dum viueret filia, vel caſu, quo decederet cum filijs maſculis, non tollit tamen, quin eam conſiderauerit moriẽte Margarita ſine filijs maſculis, imò, quod tunc conſiderauerit ex eo, vel maximè conſtat, quod prius vocat Camillum magis dilectum de familia, & eius deſcendentes in infinitum, & poſt eum omnes

nes de familia, & omnes, qui tunc reperiebantur de ſua familia eorum deſcendentes in infinitum. Eodem modo reſpondetur ad quartam rationem, & ad quintam de filijs Coſtæ antea reſponſum eſt.

Nec rectè videatur reſponderi ad ea, ex quibus pro parte noſtra deducitur cõſeruatio agnationis. Replicatur enim ad primam reſponſionem; Camillum ideò fuiſſe prius vocatum, quia erat magis dilectus inter eos, qui poterant agnationem conſeruare, quod ſi non cõſideraſſet teſtator vocaſſet fratrem proximiorem, & proinde veriſimiliter magis dilectũ, ſed, quia Camillus iuuenis magis aptus erat ad propagationẽ, ideò eum ante patrẽ vocauit, & ita maior affectio in eo erat propter deſiderium propagandi familiam.

Quod dicitur reſpectu progreſſus ad diuerſos gradus, non obſtat, quia ſubſtitutio non extinguebatur per exiſtentiam filiorum poſitorum tantũ in conditione, imò protrahebatur deinde ad alios deſcendentes, qui omnes fuerũt vocati in infinitum, & ita non ſolum poſiti in conditione, ad quod faciunt quæ ea ante diximus.

Quod relictum domus non indicet teſtatorem cogitaſſe de conſeruatione familiæ in Camillo, & alijs, non video, quomodo prò veritate dici poſſit, cum adſit particularis diſpoſitio, vt domus ſemper, & in perpetuũ ſtare, & manere debeat in familia de Morattis, & licet filiæ Camilli ſint de familia, vt dicitur *num.* 38. non tamen ſunt aptæ ad conſeruationem perpetuam, de qua teſtator ſenſit.

Quod domus ſit conſeruanda in familia ſolũ deficiẽte Camillo ſine filijs, nõ eſt ex voluntate teſtatoris, quippe qui abſolutè dicẽdo de tali conſeruatione, & in perſonaliter vtique intellexit, vt etiã conſeruaretur exiſtentibus filijs Camilli, maſculis tamen, præſertim, quia & filij erant vocati in vocatione deſcendentium.

Tandem quantum ad dilema de quo in fine informationis D. Albani, veritas eſt, quod filij Camilli ſuccedunt ex vocatione expreſſa in teſtamento in verſ. *volut*, quæ non patitur ſenſum D. Giouagnoni, vt intelligatur modo, quo ſupra, ob illa verba relatiua *dictos*, & *vt ſupra*, quia hæc verba relatiua referuntur ad inſtitutos, & ſubſtitutos nominatim, verba ſequentia vocantia deſcendentes iſtorum non habent relationem aliquam, ſed continent ſimplicem vocationem; vnde teſtator ſciens eos velle inferius vocare, illos poſuit in conditione, & rectè dictum eſt ſupra in conditione poſitos eſſe illos, qui inferius ſunt vocati.

66 Quare ex his concludo, quod ſi filia fæmina Camilli viueret vti non poſita in conditione non excluderet ſubſtitutos, ergo nec eos excludent deſcendentes à d. filia *Bar. in l. 2. §. videndum nu. 2. ff. ad Tertul. & in l. liberorum nu. 14. ff. de verb. ſign. Bal. in l. maximum vitium nu. 7. C. de lib. preterit. Paul. in l. illam n. 8. & 9. C. de collat.* quos *ſequitur Molin. d. lib. 3. primogen. c. 5. n. 41.* an. 1618.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Fæminæ non faciunt deficere conditionem *ſi ſine filijs*, quando teſtator excluſit proprias filias, & extat ſtatutum, vt maſculi excludant fæminas.

SVMMARIVM.

1 *D. qui tractant quæſtionem: An fæminæ faciant deficere conditionem* ſi ſine filijs *enumerantur.*

2 *In hac cauſa ſcripſit* Peregr. conſ. 43. lib. 4.

3 *In conflictu opinionum deferendum eſt Doctoribus diſtinguentibus.*

4 *Fæminæ non faciunt deficere conditionem*, ſi ſine filijs, *quando ſubſtitutus eſt de deſcendentibus, ſecus ſi ſit trãſuerſalis, vel prorſus extraneus.*

Ita mater excluditur per tacitã pupillarem, quando ſunt ſubſtituti deſcendentes nu. 5.

Prædicta controuerſia; Nunquid fæminæ faciant deficere conditionem ſi ſine filijs *ex coniecturata mente teſtatoris deciditur num. 7.*

Præcipua coniectura pro admiſſione ſubſtituti eſt excluſio filiarum facta à teſtatore; Nec obſtant quæ contra eam deducuntur n. 15.

Quæ coniectura fundatur hiſce rationibus, quia non creditur teſtatorem voluiſſe excludere filias, & vocare neptes n. 8.

Et ſicuti in inſtitutione nomen filiorum ad maſculos reſtrinxit, ita creditur voluiſſe in ſubſtitutione nu. 12.

Item, quia dicta excluſio denotat deſiderium conſeruandæ agnationis, quo ſtante in ſupradicta conditione non continentur fæminæ nu. 13.

Altera coniectura pro admiſſione ſubſtituti eſt ſtatutum excluſiuum fæminarum num. 16.

Et attenditur ſtatutum circa ſucceſſionem, teſtatoris non ſubſtituti nu. 17.

Plures verò cõiectura ſimul vnitæ magis excludunt fœminas nu. 19.

6 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando ſunt de deſcendentibus.*

Et quando in conditione ponuntur cum qualitate, vt ſint nati de legitimo matrimonio num. 9.

Item, quando ſunt vocati præmortuo eorum patre nu. 10.

Et quando primi inſtituti ſunt inuicem ſubſtituti Ibid.

In dominio Veneto extat conſuetudo, vt poſiti in conditione cenſeantur vocati num. 11.

14 *Fœminæ non conſeruant familiam.*

18 *Statutum excludens ſorores ab hæreditate fratrum dicuntur etiam excludere neptes ab hæreditate patruorum.*

20 *Filiæ non continentur ſub nomine filiorum ex proprietate ſermonis.*

RESPONSVM XXXII.

Sit Chriſtus illuminatio mea.

FVit ſemper inter maiores
noſtros implacabilis con-
tentio, an fæmina faciat
deficere conditionem *ſi ſi-
ne filijs* ad excluſionem
1 ſubſtituti, vt † videre eſt a-
pud eos, qui opiniones referunt *Illuſtriſs.
Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 14.
Zanch. ad §. cum ità part. 10. nu. 1. Sim. de
Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. ſol. 2.
nu. 24. cum ſeq. ſol. 311. Brun. de ſtatut. ex-
clud. famin. artic. 5. nu. 43. Ant Gabr. lib. 4.
concluſ. tit. de ſubſtit. concluſ. 2. Ant. Gomez.
lib. 1. reſolut. c. 5. nu. 25. MarZar. in epit. fidei-
commiſſ. q. 21. Dilect. de arte teſtand. tit. 5.
cautel. 17. Arius Pinel. ad l. 3. C. de bon. ma-
tern. num. 24. Molin. de primogen. lib. 3. c. 5.
Oddus de compend. ſubſtit. part. 6. q. 2. artic.
4. fol. 194. Graſſ. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum
q. 35. Trentacinq. de ſubſtit. part. 4. c. 7. num.
12. Menoch. præſumpt. 85. in 4. D. Pereg. de
fideicommiſſ. artic. 25.* nouiſſimè *Intrigliol.
de ſubſtit. centur. 3. q. 58.* & ex recentioribus
conſulentibus, qui alios allegant pro fęmina
*MarZar. conſ. 8. Decian. conſ. 1. in 2. Pedroch.
conſ. 5. & Theſaur. deciſ. 188.* pro ſubſtituto
*Ceph. conſ. 306. in 3. Oddus conſ. 6. Menoch.
conſ. 95. in 1. 150. in 2. & 204. in 3. Surd. de-
ciſ. 66.* ex quorum dictis cuilibet conſulenti
facile eſſet plura folia implere.

2 Sed in hac cauſa Muſella, in † qua etiam
ſcripſit Perill. D. *Pereg. conſ. 43. in 4.* mihi
conſulto, vt ſine pompa verborum dicam,
quid pro veritate ſentiam, inſiſtendum erit
dũtaxat in illis fundamentis, quæ ſunt huius
cauſæ præcipua.

Sentio enim ſubſtitutum excludere ne-
3 ptes: Prius, quia † in conflictu opinionum
maximè eſt deferendum Doctoribus diſtin-
guentibus *§. cum ex aliena materia Inſtit. de
rerum diuiſ. Grat. conſ. 30 num. 33. in 1. Soc.
iun. conſ. 39. nu. 78 in 2.* diſtinguit autem
4 *Paul. in conſ. 409. nu. 2. in 2.* aut, ſubſtitutus
eſt de deſcẽdentibus teſtatoris, & pro eo te-
nendum, aut eſt tranſuerſalis, vel prorſus ex-
traneus, & tunc pro fæmina, contentio hìc
eſt inter fæminam & D. Iacobum filium
teſtatoris, ergo pro ipſo Iacobo ſentiẽdum,
quam dictionem *Paul.* infiniti *Doct.* ſequun-
tur teſtantes eam communem, magis com-
munem, veram, canonizatam, & in iudican-
do approbatam *Ceph. conſ. 49. in 1.* vbi et-
iam, quando dictum eſſet *ſine liberis Ant.
Ciople. conſ. 27. nu. 6. Ceph. d. conſ. 306. in 2.*
ferè per totum, & præcipuè *nu. 95. Rub. Ale-
xand. conſ. 62. in fin. Decian. conſ. 74. nu. 27.
in 3. Cephal. d. conſ. 306. nu. 94 Oddus d. conſ.
6. nu. 16 & in tract. de compend. ſubſtit. loco
citato Surd. d. deciſ. 66. ſub nu. 7. Magon. deciſ.
Lucenſ. 7. nu. 24. Marchiſel allegat. 119. nu.
9. Trentacinque de ſubſtit. par. 4. c. 7. ſub nu.
12. verſ. 1. eſt Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ.
29. nu. 46.* Immo, & illi, qui pro fæmina ſcri-
pſerunt ſubſtituto tranſuerſali cedunt, quan-
do ſubſtitutus eſſet deſcendens, præcipuè
Iaſ. conſ. 142 ſub nu. 5. col. 7. verſ. deinde in
caſu *in 2 Pedroch. d. conſ. 5. nu. 87.* dicens eſ-
ſe diſtinctionem percelebrem, & ab omni-
bus ferè receptam. à qua & *Theſaur. d. deciſ.*
188. licet dicat receſſiſſe Senatum, tamen
nu. 10. fatetur ab ea recedere non eſſe in
iure tutum.

Nec nouum eſt, vt in controuerſis articu-
lis reſoluendis diſtinguatur habita ratione
ad affectionem teſtatoris erga deſcenden-
5 tes, vt † in quæſtione; an tacita pupillaris
excludat matrem *gloſ. vlt. in l. precibus C. de
impub. & al. ſubſtit.* vbi poſt alios *Rim. iun.*
qui de communi 621. *Bero. in c. Raynutius
nu. 452. de teſtament. Aym. conſ. 141. nu. 17.
6 Menoch. præſumpt. 39. n. 77. in 4.* Et † in quæ-
ſtione illa, an filij in conditione poſiti vocati
dicantur *Alex. conſ. 185. ſub num. 18. in 2.*
poſt *Salic. in l. 1. C. de condit. inſert. Decian.*

*conſ.9.nu.1.in 3.Mantic.de coniect.vlt. vo-
lunt.lib.11.tit.3.nu.1.cum ſeq.Graſſ.§.fidei-
com.13.n.2.Petr.de fideicom q.9.n.171.Me-
noch.*qui alios allegat *praſūpt.76.n.23 in 4.*
Secundo non eſt dubitandum, quin ſit
hæc controuerſia coniecturis declarantibus
vereſimilem volūtatem teſtatoris reſoluen-
da, vt potè, quæ regulatur à mente teſtato-
ris, etiam quod rigor verborum repugnaret
*l.quiſquis ff. de verb.ſignificat. & ibi Cepol.
& Alciat.*
Hic adſunt non leues cōiecturæ, quarum
aliquæ deducuntur ex eo, quod teſtator in
inſtitutione excluſit proprias ipſius filias, pri
8 ma † eſt, quod non eſt veriſimile teſtatorem
ad ſuam hæreditatem non vocaſſe filias fa-
uore filiarū, & poſtea vocaſſe neptes, etiam
exiſtente vno ex filijs maior affectio ad pro-
ximiores *l.Publius ff.de vſuſ.* hanc veriſimi-
litudinem inſinuat. Nec dicatur, quod te-
ſtator non vocauerit neptes, ſed tantum eas
poſuerit in conditione, reſeruando illis ius
ſuccedendi ab inteſtato earum patri: quia
9 imò, ſi includerentur ſub conditione etiam
vocatæ eſſent ob qualitatē de legitimo ma-
trimonio *Surd.deciſ.162.Ruſtic.de lib.in cō-*
10 *dit.poſit.lib.3.c.3.ad fin.* & † quia, qui ponūtur
in cōditione ēt vocantur præmortuo patre, &
quia primi inſtituti ſunt inuicē ſubſtituti *Me-*
11 *noch.praſumpt.79.n.52.& 56.in 4.* & † quia
in dominio Veneto ſeruatur, vt poſiti in cōdi-
tione vocati dicantur *Pereg.d.artic.25.ſub n.
56.*ibi *augetur argumentum* Id etiam confir-
matur, quia qua ratione prætendunt aduer-
ſariæ contineri ſub conditione *ſi ſine filijs*
prætendere etiam poterunt comprehendi
in vocatione filiorum præmortuis parenti-
bus; At in vocatione nimis abſurdum, & in-
ueriſimile eſſet, quod teſtator excluſerit fi-
lias ab hæreditate propria eis certo modo
debita, & quod vocauerit neptes ad hæredi-
tatem patruorum, vel propriam recipien-
dam à manu patruorum, ergo & abſurdum,
& inueriſimile erit, quod includantur ſub
conditione.
12 Secunda eſt coniectura; teſtator reſtrin-
xit in inſtitutione nomen filiorum ad maſcu-
los excludendo fæminas, ergo & eodem
modo cenſendum eſt in ſubſtitutione voluiſ-
ſe idem verbum reſtringere, declarādo ſub-
ſtitutionem ab inſtitutione *l.i.C.de impub.&
al. ſubſtit.l.qui liberis in fin.ff.de vulg.& pu-
pil.l.Lucius §.pater ff.ad Trebel.Ceph. d.conſ.
306.nu.80.*
31 Tertia coniectura excluſio fæminarum
denotat deſiderium conſeruandę agnationis
ſaltem inter perſonas, quarum contempla-
tione eſt facta excluſio *Surd.d.deciſ. 66.nu.
22.& 23. Odd.d.conſ.6.nu.17.cum ſeq.Rode-
ric.de coniect.ment.defunct.lib.2.c.3.§.4 nu.
4.& 5.*quo deſiderio ſtante ſaltē, quando ex-
tant perſonæ, quæ debent agnationē conſer-
uare ſub conditione filiorū filiæ nō *conſ.89.*
continentur *Ruin conſ.146.nu.3.in 2.Goz.ad.
n.5.Alba conſ.19.nu.11.Nauiz.conſ.33 nu.
11.*cū alijs de quib *Odd.& Surd.*mox citati.
Quarta etiam ex hac excluſione colligi-
tur coniectura, quòd voluit teſtator bona in-
tegraliter conſeruari inter filios ſuos, ideò
eos etiam inuicem vulgariter, & pupillariter
ſubſtituit, & prohibet pro alijs fideiubere,
14 ſed, † cum nihil ſit, quod magis huic conſer-
uationi repugnet, quam quod fęminæ ſucce-
dant, quæ nubendo ad alienigenas transfe-
runt bona, *pronunciatio 195. in fin. ff.de
verb.ſignific.Alb.conſ.482.ſub nu.23. conſ.
484.nu.48.& 49.*inde colligitur certiſſima
coniectura noluiſſe teſtatorem, dùm extat
vnus ex filijs ſuis, vt ſub conditione filiorum,
& filiæ contineantur.
15 Nec negotium facere potuerunt, quæ cō-
tra hanc coniecturam excluſionis filiarum
ſcripſerunt *Marzar. d.conſ 8.& Decian. d.
conſ.1.in 2.*& alij, qui pro fæminis ſcripſerūt
quia facerent dubitationem, quando tantum
conſideraretur illud abſurdum, quod filiæ
eſſent excluſę, & neptes nequaquam nullam
autem, vel ſaltem leuem faciunt dubitatio-
nem, quando neptes eſſent à teſtatore voca-
tæ, vt eſſent in caſu noſtro ex ſupradictis *D.
Pereg.conſ.30.nu.3.& conſ.57.nu.13. in 4.
& in d. artic.25.nu.44.*
16 His omnibus coniecturis, & illa addenda
eſt ab omnibus recepta de ſtatuto admitten-
te maſculos ad ſucceſſionem, & excludente
fæminas, cum quo præſumitur teſtator, ſe
conformaſſe ad not. *in l. hæredes mei §. cum
ita ff.ad Trebel. vbi Bar. Alex. & alij*, quale
eſt *ſtatutum Veronæ in lib. 2. c.82.*
Nec obſtat, quod ſtatutum non excludit
filias Pauli à ſucceſſione patris per exiſten-
tiam Iacobi earum patrui.
17 Quia non perſona earum patris grauata
ſpectāda eſt, ſed Aui grauantis, cui ſuccedi-
tur *l.cohæredi §.cum filia ff de vulg.& pupil.
Surd.d.deciſ.66.*vbi *nu.12.& ſeq.* alios alle-
gat, *& nu.15.* obſeruat *Alex.* allegatum in
contrarium *in conſ. 38.in 6.* non dicere id,
ad quod allegatur *D.Pereg.in d.artic.25.* in
caſu, quem proponit in fine articuli, & ait ita

iudicatum benè *Zuchard.conſ.69.ſub n.* 10. & melius *Decian.d.conſ.*74.*à nu.* 30. *ad* 45. *in* 3. Et hoc magis procedit in hoc caſu, tum quia teſtator non tantum poſuit in conditione filios Pauli, ſed eos etiam vocauit, tùm etiam, quia ſub eadẽ conditione *ſi ſine filijs* in eadẽ determinatione ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum ergo quemadmodũ per vulgarẽ conſiderã eſt filij poſiti in cõditione quomodo ſuccedant Auo, ita, & in fideicommiſſaria *Zuchard. in d.conſ.*69. *num.* 25. poſt *Soc. & Anchar.* vt per eum.

Nec pariter obſtat, quod fœmina excluſa à ſtatuto propter maſculos excludatur tantum à maſculis eiuſdem gradus, vt pluribus
18 probat *Pedroch.conſ.*40.*nu.*352. Quia imò verius eſt ſtante hoc ſtatuto, quod quemadmodum ſoror à fratre excluditur, ita, & neptis à patruo, vt egregiè probat *Oddus d.cõſ.* 6.*nu.*27.*cum ſeq.* reſpondendo illis, qui allegantur *à Pedroch.* Præterea, quicquid ſit in ſtatuto ſimpliciter excludente fœminas, ob maſculos, hoc non habet dubium in ſtatuto Veroneñſi, quo diſponitur, vt extantibus filijs, nepotibus, vel deſcendentibus maſculis, filiæ, neptes, vel deinceps aliæ fœminæ excludantur, linea enim tota maſculorum eſt, quę excludit totam lineam fœminarum.

19 Hæ cõiecturæ ſi ſingulariter conſideratæ paterentur aliquam difficultatem vnitæ operãtur iuridicam fœminarum excluſionem *Ceph.d.conſ.*306.*ſub nu.*85.*verſ.tertio deci-*
20 *mo D.Pereg.artic.*25.*n.*42. Et tanto magis, quia conueniunt cum proprietate ſermonis .ſ. vt ſub nomine filiorum filiæ nõ contineãtur *l. quiſquis, vbi Alciat. ff. de verb. ſign. Gozad.conſ.*20.*nu.*2.*Ceph.d.conſ.*306.*num.* 33.*Odd.d.conſ.*6.*num.* 6.*Decian. d.conſ.*74. *nu.*5.*in* 3. & licet ſint, qui contradicant, ita tamen ſe habet communis opinio *D. Pereg. d.artic.*25 *num.*4. Imò, & magis communis, & verior opinio *Rota deciſ.* 125.*nu.*8.*parte* 2.*nouiſſ.*

21 Nec huic veritati nocent illi, qui pro fœminis reſpondent quotquot ipſi ſint, nam eos videndo conſtabit eorum aliquos loqui in conditione *ſi ſine liberis, vel deſcendentibus, vel hæredibus*, quæ ſunt verba ex ſua ſignificatione tam maſculis, quam fœminis accõmodata, alios, quando non ſunt ſubſtituti deſcendentes, nonnullos, quando filij ſunt ſimpliciter in conditione poſiti non quando etiam vocati, aliquos etiam in terminis iuris communis non exiſtente ſtatuto, vt in caſu noſtro? Et in ſumma, ex ſententia mea nullus reperietur Doctor, qui teneat contra ſubſtitutum in caſu, in quo tot coniecturæ ſimul cumulẽtur, & ita iuris eſſe arbitror. *an.*1609. *Februarij.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Fœminæ in ſubſtitutionibus non veniunt appellatione filiorum etiam deficientibus maſculis.

Verba *ita quod* quando amplient, & quando reſtringant.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione filiorum non veniunt fœminæ, quando extat ſtatutum excluſiuum fœminarum.*

Præſertim, quando vocantur filij deſcendentes à teſtatore, & ex ſtatuto fœminæ excludũtur à ſucceſſione tàm grauati, quàm grauantis nu. 2.

*Nec veniũt, quando illis factum eſt legatum, quod ſi non venirent inutile foret nu.*3.

Nec quando contra eas extat obſeruantia, num. 4.

Nec, quando agitur de ſucceſſione fratris, ſi ſint excluſa à ſucceſſione parentum n. 17.

*Comprehenduntur tamen ſub nomine filiorũ, non extantibus maſculis num.*5.

*Secus, ſi ſemel per maſculos excluſa fuerint nu.*6.

Comprehenduntur etiam, quando verbum filij eſt cum verbis generalibus nu. 8.

Quia verba generalia generaliter operari debent nu. 10.

Quando autem reſtringi debeant nu. 23.

*Et comprehenduntur, quando verba alias eſſent ſuperflua nu.*9.

*Non tamen dicuntur ſuperflua, quando aliquid etiam minimum operantur nu.*26.

Nec quando exprimunt id, quod tacitè inerat num. 27.

12 *Verba* ita quod *regulariter reſtringunt declarando præcedentia, & nu.*29.37 40.

Maximè quando veniũt continuatiuè nu. 14.

Et quando, ſe referũt ad præcedentia intelligitur recentis qualitatibus præcedentibus num. 15.

Quandoq; verò ampliant nu. 11.

*Recentis tamen qualitatibus præcedentibus nu.*32.

*Ampliãt præcipuè, quando clauſula alias eſſet ſuperflua nu.*30.35.41.

Et

Et quando ex pluribus conjecturis conſtat hanc eſſe teſtatoris mentem num. 31. 34. 36. 38.

13 *Non creditur teſtatorem incontinenti mutaſſe voluntatem.*

16 *In quibus terminis non ſit inconueniens teſtatorem ſubſtituere neptes, & excludere filiam.*

17 *Hæreditas patris eſt debita filio.*

18 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*

19 *In dubio non eſt credendum teſtatorem velle priuare aliquem hæreditate ſibi debita.*

20 *Eadem perſona non poteſt eſſe ſibi ſubſtituta.*

21 *Vocatis deſcendentibus in infinitum, an habeat locum repreſentatio remiſſiuè.*

22 *Inducta ad modificandum non debent ampliare.*

24 *Vocatio deſcendentium in infinitum, ſecundū aliquos reſtringitur ad quartum, vel decimum gradum.*

25 *Geminatio oſtendit enixam voluntatem.*

39 *Verba voluntati deſeruire debent.*

RESPONSVM XXXIII.

Qui via, & veritas eſt dirigat me in viam veritatis.

PVtant nonnulli, per obitū D. Accurſij Coltelini ſine filijs maſculis ſuccedere ad bona, quæ fuerunt D. Ioannis Mariæ teſtatoris D. Claudiam ipſius Accurſij ſororem vti vocatam ex fideicommiſſo, de quo in teſtamento d. Io. Mariæ, ſed perperam ni fallor, vt facile oſtendi poteſt inſiſtendo in ſingulis ſubſtitutionibus, de quibus in d. teſtamento.

Prius à teſtatore inſtituto Antonio filio
ei vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum
ſubſtituuntur omnes ipſius Antonij
filij legitimi, & naturales, qui naſcentur ex
legitimo matrimonio, & ita nepotes teſtatoris,
ſub qua ſubſtitutione non contineri
Claudiam filiam ipſius Antonij, ex duobus
1 potiſſimum conſtat, quod † ex diſpoſitione
ſtatuti Bononienſis Claudia ſtantibus maſculis
fratribus ſuis, erat excluſa à ſucceſſione,
& patris, & aui, cum qua diſpoſitione teſtator
ſe conformando intelligetur vocaſſe
duntaxat filios maſculos Antonij, & ita nepotes
ſuos *Alex. conſ. 15. in 4. Rim. ſen. conſ. 36. in 1. Gozad. conſ. 45. num. 11. Brun. de ſtat. excl. fæmin. artic. 5. q. 12.* vbi latè
inſiſtit probando videri teſtatorem ſe conformare
cum ſtatuto ſuæ ciuitatis, & *nu. 24.*
firmat ſub diſpoſitione teſtatoris, & vocatione
filiorū ſtante d. ſtatuto nō includi fæminas,
alios allegant *Gabr. lib. 6. concluſ. tit. de verb. ſign. concluſ. 6. nu. 78. Menoch. præſumpt. 84. nu. 10. in 4. Pereg. de fideicommiſſ. artic. 25. nu. 49. Intrigl. de ſubſtit. centur. 3. q. 58. nu. 19.* Et hi *Doct.* teſtantur hanc eſſe receptiſſimam
opinionem in vocatione filio-
2 rum deſcendentium à teſtatore, quando fæminæ
excluduntur à ſucceſſione tam grauati,
quam grauantis, vt eſt in caſu noſtro.

3 Alterum, quod potiſſimum inducit me
in hanc ſententiam eſt, quod de iſtis filiabus
Antonij, teſtator facit particularem diſpoſitionem,
eis in caſu viduitatis, relinquendo
habitationem, victum, & veſtitum, quod
vtiq; non fuiſſet neceſſarium viuente Antonio
earum patre ad id de iure obligato *l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex ijs ff. de lib. agnoſcēd.*
nec poſt eius mortem, ſi filiæ cum maſculis
eſſent vocatæ *Molin. de iure primogen. lib. 3. c. 5. nu. 55. Menoch. d. præſumpt. 84. num. 9. Dec. conſ. 283. incip. viſo puncto ſub nu. 10. verſ. (quarto ſimpliciter) Ceph. conſ. 188. ſub nu. 19. in 2.* & in puncto filiarum *Parıſ conſ. 3. nu. 20. in 3.* pluri mumq; facit ad mentem
teſtatoris illuſtrandam, quod alias legatum
vict⁹, & habitationis inutile redderetur *Paul. conſ. 22. in 2. Rom. conſ. 56. nu. 4. Rol. conſ. 61. nu. 14. in 3. Illuſtriſs. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 6. nu. 1. Cacher. deciſ. 27. ſub nu. 3.*

Et in his omnis, ſi quæ eſſet, difficultas ceſſat
ex obſeruantia ſubſecuta † ſucceſſerunt
4 enim filij maſculi Antonij, & nequaquam
fæminæ, ita declaratur talem ab initio fuiſſe
teſtatoris mentem *Aym. conſ. 101. nu. 3. Dec. conſ. 96. nu. 14. Gabr. conſ. 66. num. 24. in 2. Nicol. allegat 22.*

Nec pro D. Claudia allegari poteſt, iam
dicta, procedere, dum maſculi extant, ſed eis
deficientibus locum eſſe ſucceſſioni fæminarum,
ceſſante tunc ratione, ob quam fæminæ
nō continebantur ſub nomine filiorū.

5 Reſpōdetur enim, quod hoc procederet,
quando tempore obitus Antonij nō adfuiſſent
maſculi, tunc enim in eorum defectum
fæminæ admitterentur, vel quando maſculi
exiſtentes deceſſiſſent ſine filijs, vel filiabus,
quia ſucceſſio fratrum ad ſorores pertineret
de iure communi ſecundum eam regulando
voluntatem teſtatoris intelligerentur fæminæ
poſt maſculos vocatæ, & certo modo ipſis
maſculis ſubſtitutæ, quaſi in vlteriori gra-

du

Digitized by Google

du poſitæ, vt ex *Ruin. Soc. & alijs* firmat *Pe-*
6 *reg.d.artic.25.ſub nu.49.* At † cum tempore
mortis Antonij maſculi adeſſent, Claudia
ab eis ſemel excluſa perpetuo excluſa re-
manebit *Bal.in auth.ſed & ſi quis col.5.verſ.*
(& per hoc infertur) C.de ſec. nupt. Dec.conſ.
87.incip.pro reſolut.ſub num.1. Nec poterit
ſuccedere vti vocata tacitè à teſtatore poſt
maſculum, quia id benè fortè procederet ſi
Accurſius deceſſiſſet ſine filijs, ſed cum de-
ceſſerit cum filiabus ius ſucceſſionis, cum
quo creditur teſtatorem ſe conformaſſe di-
ctat, vt filiæ in ſucceſſione Accurſij antepo-
nantur Claudiæ eius ſorori; Imò, ſi poſtquã
filij maſculi ſucceſſerũt, admitteretur Clau-
dia, id eſſet neceſſariò ex fideicommiſſaria
facta de fæminis ipſis maſculis, quia vt an-
tea dixi, ſtante ſtatuto fæminarum excluſi-
uo, maſculi dicuntur eſſe in primo gradu, &
fœminæ in ſecundo, ideò neceſſariò maſcu-
li primi gradus grauati dicerentur reſtitue-
re fæminis ſecundi gradus; quod in caſu no-
ſtro eſſe non poteſt, tum, quia filij, ſub qui-
bus prætendit Claudiam ſe contineri, ſunt
ſubſtituti non inuicem ordine ſucceſſiuo, fæ-
minæ ſcilicet poſt maſculos, ſed Antonio eo-
rum patri, tum etiam, quia teſtator expreſsè
ſubſtituit deſcendentes ex filijs Antonij ſuis
parentibus, exprimendo qualitatem maſcu-
linitatis, ita vt non poſſit Claudia fæmina
comprehendi, vt etiam inferius dicetur, &
7 in caſu, in quo adeſt prouiſio expreſſa teſta-
toris, ceſſat omnis tacita diſpoſitio *Bal. in*
l.in multis ff.de ſtat.hom.

Poſt ſubſtitutionem filiorum Antonij po-
ſtea teſtator eiſdem filijs, & nepotibus ſuis
ſubſtituit omnes deſcendentes maſculos, qui
de eorum agnatione naſcentur legitimos, &
naturales, & ex legitimo matrimonio in in-
finitum, ſub qua ſubſtitutione, ob qualitatem
maſculinitatis, certũ eſt non contineri Clau-
diam; Deinde addit teſtator hæc verba, *A*
tal che, fin che ſi trouano perſone legitime, &
naturali, & nati di legitimo matrimonio, ò
che naſceranno di linea maſculina, tutti s'in-
tendano compreſe nel preſente fideicommiſſo,
diuidendo fra loro l'heredità del detto teſta-
tore in ſtirpe, e non in capi. Super quibus ver-
bis intelligo agentes cauſam Claudię maxi-
8 mam vim facere, eo † quod ſint verba apta
etiã complecti fæminas, dũ perſonæ vocan-
tur, & verba ſũt generalia ibi *tutte s'inten-*
dano compreſe &c. nec ſit ratio, vt reſtringã-
tur ſaltem, quando maſculi non extant, ita vt
neceſſarium ſit dicere etiam cõtineri Clau-
diam, quæ eſt perſona legitima, & naturalis,
nata ex legitimo matrimonio, ex linea ma-
ſculina *Intrigliol. de ſubſtit. centur.3.q.73.*
nu.177. Ancbar.conſ.68.n.3. Aym.conſ.155.
nu.4. Iaſ.conſ.43.col.3. in 3. Sim. de Prat. de
interpretat. vlt. volunt. lib.2. interpretat. 4.
dubit.1.nu.66.

9 Conſideratur ſecundo, quod in præce-
dentibus erat ſufficienter prouiſum deſcen-
dentibus maſculis ex filijs Antonij in infini-
tum, ideò, ne verba, quæ adduntur ſint ſu-
perflua, quia apta ſunt complecti fæminas,
oportet dicere exprimi, vt per eas fæminæ
intelligantur vocatæ, ſed in defectum ma-
ſculorum *Corn conſ.203.in 4. Ruin. conſ.*
165.num.9.in 2. Bero.conſ.83.in 2. Sim. de
Prat.de interpret.vlt.volunt.lib.3.interpre-
tat.3.dubit.4.nu.63 fol.320. præcipuè, quia
diuerſarum perſonarum vocatio videtur, cũ
in præcedenti ſubſtitutione vocentur agnati
maſculi, & deinde geniti ab eis ſine qualita-
te maſculinitatis, ad quod ponderantur ſcri-
pta à *Corn.* vbi ſupra.

10 Maximè, quia, ſi dicitur, in verbis ſequen-
tibus repetitam intelligi qualitatem maſcu-
linitatis, intelligetur, quando extant maſcu-
li, ſed non extãtibus vocatæ dicẽtur fæminæ,
vt verba generalia generaliter operentur *l.*
1.§.& generaliter ff.de legat.præſtand.l.Iulia
nus in princ.ff.de leg.3.c.1.19.diſtinct.

Nec videtur, quod verba illa *à tal che* la-
tine *ita quod* ſtent declaratiuè, & reſtrictiuè,
quia præcedentia non egebant aliqua de-
11 claratione, & ideò, quicquid ſit, quã do aliud
ſuadetur à ſubiecta materia, in caſu noſtro
dicta verba habebunt ſenſum ampliatiuum,
Curt.ſen.conſ.49.nu.40. Pariſ.conſ.90. nu.
26.& ſeq.in 2. Soc.ſen.conſ.241.nu.16.in
2. Decian.conſ.33.nu.94.& ſeq. & conſ.57.
nu.34.in 1. & conſ.84. num.27.in 3. Ruin.
conſ.153,n.2.in 2. Menoch.conſ.530.ſub nu.
*33.in 6. Bero.*vidend.*conſ.77.num.16. in 2.*
Purpurat.conſ.203.nu.8.in 1.

Quibus tamen minimè repugnantibus
arbitror, his verbis nullo modo contineri
12 vocationem Claudiæ, quod probatur † in-
hærendo regulę iuris dictãti illa verba *à tal*
che latinè, *ita quod* declarando, præceden-
tia reſtringere *l. Lutius §. qua habebat ff. ad*
Trebel.l.Gallus §.idem credendum in fin. ff. de
lib.& poſthum. Dec. conſ.126. incip. in caſu
ad me tranſmiſſo nu.6. & quod nunquam
amplient, ſed ſemper reſtringant *Alciat.*
conſ.492.num.7. & in puncto, quod reſtrin-
gant fideicommiſſum ad perſonas prius no-
mina-

Digitized by Google

minatas, & nõ aliter extẽdant illud ad alias
perſonas *Rim.iun.conſ.*313.*n.*29.*in* 3.alios
complures eiuſdem ſententiæ commemo-
rat *Surd.* vidend.*conſ.*315.*num.*28. *in* 3.*&*
*conſ.*554.*nu.*31.*cum ſeq.in* 4.ſi reſtringunt
ergo non efficient, vt comprehendatur
Claudia, quæ id præcedentibus non inclu-
debatur.

Secundo conſidero, quod, aut aduerſa-
rij volunt, vt his verbis *à tal che &c.* non
inducatur noua ſubſtitutio, ſed vt duntaxat
fæminæ cum maſculis ſucceſſiue dicantur
13 vocatæ, & † hoc aliud non eſt, quam face-
re vt incontinenti teſtator muret volunta-
tem, cõtra *l.non ad ea ff.de cond.& demonſt.*
& ſcripta à *Sim.de Prat.interp.vlt.volunt.lib.*
1.*interpret.dubit.*4.*ſol.*8.*fol.*32. prius enim
vocando maſculos fideicommiſſum ad eos
reſtrinxerat, excludendo fæminas, poſtea
incontinenti etiam fæminas vocaret: Nec
dicatur teſtatorem non ſe corrigere, quia
prius vocat maſculos, ſi extent, poſtea fæ-
minas illis non exiſtentibus: Quia eſt hæc
mera diuinatio, & cõtra principia ipſorum
aduerſariorum, qui volunt, vt ex natura
nominis *perſonarum*, & ex nota vniuerſa-
li vocatæ ſint fæminæ cum maſculis, ſi po-
ſtea veniunt ordine ſucceſſiuo eſt potius ex
diſpoſitione ſtatuti; quæ ad ſe trahit taci-
tam mentem teſtatoris, quam ex expreſſa
ipſius teſtatoris mente, ita ſemper adeſſet
mutatio voluntatis, vel dicatur clarius,
quando teſtator vocat maſculos prorſus
excludit fæminas, ita vt nec vocatæ dican-
tur in defectum maſculorum, poſtea incon-
tinenti vellet fæminas deficientibus ma-
ſculis vocare, & in ſumma prius dixiſſet, ſub
fideicommiſſo velle comprehendi maſcu-
los tantum, & nullo modo fæminas (nam
id ſignificat qualitas maſculinitatis) poſtea
incontinenti diceret, velle, vt ſub fideicõ-
miſſo etiam fæminæ continerentur. Aut
volunt, vt ſub illis verbis *à tal che*, nouum
inducatur fideicommiſſum, per quod fæmi-
næ vocentur deficientibus maſculis, & hoc
eſſet contra mentem teſtatoris, quem con-
ſtat loqui continuatiuè, & nihil noui indu-
cere, ſed duntaxat determinare ſub fidei-
commiſſo iam ab eo facto comprehendi
perſonas legitimas, natas de legitimo ma-
trimonio, eſſet etiam contra naturam di-
14 ctionis *ita quod*, quæ † quando venit conti-
nuatiuè, vt in caſu noſtro intelligitur ſecũ-
dum præcedentia, & non inducit nouam
diſpoſitionem *Ruin.conſ.*102.*nu.*11.*& ſeq.*
in 2. cum alijs de quibus *Surd. d. conſ.*554.
*nu.*33.*in* 4.

15 Tertio obſeruandum puto, quod modi-
ficet, reſtringat, declaret, vel amplier hæc
dictio *ita quod*, dum ad præcedentia rela-
tionem habet, ſemper ſecundum præcedẽ-
tia intelligatur neceſſe eſt, & ita retentis
qualitatibus præcedentibus *Bar. in l. nihil
ff.de coniung.cum emancip. liber. Ruin. conſ.*
18.*n.*11.*& d.conſ.*102.*n.*12.*&* 13.*in* 2. *Al-
ciat.conſ.*492.*nu.*17.*Rim.iun.conſ.*263.*nu.*
40.*in* 3.*Surd.d.conſ* 315.*nu.*29.*in* 3. & al-
legatur *tex.in* §.*quoniam ſcimus verſ.& ita
Auth.de teſtib.* At clauſula iſta *à tal che* refer-
tur (vt lectura ipſa indicat) ad proximum
præcedens fideicommiſſum, in quo vocan-
tur maſculi, dum ergo in ea dicitur ſub d.
fideicommiſſo contineri omnes perſonas
natas de legitimo matrimonio repetenda
erit qualitas maſculinitatis à teſtatore prius
expreſſa; Et dato etiam (nunquam tamen
conceſſo) quod intelligeretur de maſculis,
& fæminis, erit ſaltem repetendum hoc, vt
intelligatur de fęminis natis ex filijs Anto-
nij mediatè, vel immediatè, quia de illis lo-
quitur fideicommiſſum, ad quod refertur
teſtator, dũ in numero pluraliait *tutti s'in-
tendano compreſi nel preſente fideicommiſſo
&c.* & non aliter Claudia, quæ fuit filia ip-
16 ſius Antonij: Et † ſi diceretur, hoc modo
magis teſtatori fuiſſent dilectæ filiæ Anto-
nij, atq; fuerint propriæ filiæ; Dicerem ex
hoc non reſultare, vel maiorem, vel mino-
rem affectionẽ, ſed eſſe ex eo, quod Clau-
dia iam fuerat excluſa per exiſtentiam ma-
ſculorum, ideò non erat ratio, vt eam de-
nuò teſtator vocaret, præſertim, quia, ei pro-
uiſum fuerat de alimentis, & habitatione in
caſu neceſsitatis, ſed filiæ filiorum Antonij,
vbi maſculi non extarent per finem lineæ
vltimi maſculi ad bona patris ſui de iure
venirent, ideò maxima eſſet iniuria eas ex-
cludere, & in ſumma teſtator non vocando
Claudiam, & vocando filias Accurſij ſe
conformauit cum iure communi, ideò non
eſt, quod conſideretur maior, vel minor af-
fectio, & ad hoc videri poteſt *Decian.* ſatis
in terminis *in conſ.*1.*nu.*186.*in* 2.ſint tamẽ
hæc ex abundanti dicta, quia ex ſententia
mea clauſula *à tal che* nullo modo fæminas
comprehendit.

Arguitur 4.quod quãdo teſtator Antonio
ſubſtituit filios eiuſdem, aut volunt aduerſa-
rij contineri tãtum ſub illa ſubſtitutione filios
maſculos, & non aliter fæminas, nec etiam

in de.

quando teſtator voluit ſub nomine collectiuo includere tam maſculos, quam fœminas vſus fuit genere maſculino, vt inde infcratur, quod quando in cõditione dixit de filijs, quod voluerit intelligere de fœminis, & maſculis: aduertatur inquam, quia ſuppoſitum huius inductionis, quod ſi expreſſum fuerit genus maſculinum non rectè probatur, quia verbum *hæres* eſt commune non tam maſculini, quam fœminini ſexus, quia & fœminæ propriè hæredes dicuntur, nec adeſt proprium nomen, quo fœminæ denominentur, quando ad hæreditatem vocantur: Ad illud poſtea, quod quando teſtator voluit intelligere de maſculis tãtum hoc expreſſerit, quia pendet à *conſil. Anan.* non eſt neceſſe reſpõdere, quia ſupra ſatisfactum fuit.

Ad quartam coniecturam dicitur in filijs diuerſorum non dari repetitionem, & etiam quando non eſt eadem oratio, in qua fiat mentio maſculorum priuatiuè, quæ omnia poſſent admitti, quando non extarent coniecturæ ſuadentes repetitionem, vt extant à me ſupra adductæ, & ſi cõſideremus identitatem orationis in ſola vocatione, vt ego ſupra conſideraui, nõ obſtant hæc ſcripta à D. Giouagnono *nu.* 22. & dũ *nu.* 24. ſubiungit non ſufficere, quod agnati ſint ſubſtituti, vt ſub nomine filiorum filiæ non contineantur *Seraphin. deciſ.* 1216. *n.* 6. *& Barz. deciſ.*
55 11. Reſpondetur † id procedere, quando aliqui agnati tãtum vocantur, ſecus, quando omnes, & nedum exiſtentes, ſed, & naſcituri in infinitum, quia ex tali vocatione reſultat deſiderium conſeruandi agnationem, quo ſtante, ſub cõditione filiorum non continentur filiæ, quæ non ſunt aptæ ad huiuſmodi conſeruationem.

Circa quintam coniecturam dicitur, Camillum fuiſſe inſtitutum in dimidia ob ſolam affectionem; ſed reſpondetur non negari affectionem in Camillum, cum ipſe vocetur ante omnes agnatos, ſed nec negandum eſt deſiderium agnationis conſeruandæ mediante ſua perſona, quod colligitur ex eo, qđ domus ei prælegata ex iuſſu teſtatoris debebat remanere perpetuò in agnatione, & ex eo, quod non ſolus Camillus, ſed omnes eius deſcendentes in infinitum vocantur, quod dr maſculis intelligi antea probaui.

Quoad ſextam, & ſeptimam coniecturam quædam dicuntur, quæ obſtare vidẽtur meæ cõiecturæ deductæ ex eo, quod melioris cõditionis eſſent filiæ Camilli, quam filiæ Margaritæ; dicitur enim adeſſe diuerſitatem rationis, quia filiæ Margaritæ poterant honorificè dotari ex bonis paternis, & ex legitima matris, ſecus erat in filiabus Camilli.

Sed verè non adeſt ratio diuerſitatis, quia quando teſtator in conditione adiecit qualitatem maſculinitatis, & hoc modo à conditione excluſit filias Margaritæ, non poteſt dici id factum fuiſſe, quia poterant dotari ab earum parente, nam & filię Camilli ab eo dotari poterant ex bonis paternis, & quamuis, non ita opulenter non refert, quia ſatis eſt, quod poterant ſecundum earum ſtatum dotari: fuit igitur ratio, vt facilius poſt mortem Margaritæ bona peruenirent ad agnatum alijs prædilectum, vt ipſe in agnatione conſeruaret bona, quæ ratio, optimè etiam procedit, quando agitur de excludẽdis filiabus Camilli conferunt ſcripta ab *Albe d. cõſ.* 484. *nu.* 41. *in* 3 *& à Menoch. conſ.* 95. *num.* 40. *in* 1.

Et quæ ex aduersò allegantur procedunt quãdo teſtator dotaſſet fœminam excluſam tunc præſumitur excluſiſſe ob dotationem, quæ ratio cum non vigeret in alia fœmina ab eo non dotata, ea non intelligetur excluſa, ſed hic, vt dixi, non eſt dicendum teſtatorem conſideraſſe dotationem paternam, ſed vt facilius bona recederent à Margarita, & tranſirent ad Camillum electum primum aptum ad conſeruandam agnationem.

Reſponſio ad ſeptimam coniecturam, de qua *nu.* 26. fundata in *conſ. Ruin.* 96. *nu.* 16.
56 *in* 2. non ſubſiſtit; quia † ſcripta à *Ruin.* impugnantur à *Peregrin. allegato in artic.* 15. *n.* 27. qui ſub eo numero in fine apertè tenet traditionem *Ruini* non procedere in vulgari, de qua tamen agitur in hac ſeptima con-
57 iectura, & ratio eſt euidens, quia † in vulgari eſt regula, vt ſubſtitutus ſubſtituto intelligatur etiam ſubſtitutus inſtituto §. *ſed ſi inſtituto ff. de vulg. & pupil. l. Titium, & l. cohæredi in princ. ff eod. Zanch. ad §. cum tatu* 2. *parte num.* 4. hoc enim caſu ſecundus ſubſtitutus intrat in locum primi, & ideò non refert, quod ſubſtitutio ſit facta nominatim Camillo.

Octaua coniectura adducta ab illis, qui ante me ſcripſerunt, conſiſtit in nonnullis abſurdis, quæ ſequerentur, ſi in conditione *ſi ſine filijs*, & filiæ continerentur, Cui coniecturæ ex aduerſo reſpondetur, quod imò abſurdum eſſet, quod poſteritas Camilli nõ præponeretur ſubſtitutis, quemadmodum præponitur Camillus, præſertim, quia inter ſubſtitutos adſunt filij Coſtæ, qui vti extranei

non deberent præponi filiabus Camilli, quæ ſunt agnatæ: facilè autem replicatur huic reſponſioni, eam procedere quoad poſteritatem maſculorum, quia poteſt conſeruare agnationem, quemadmodum Camillus, at non æquè id procedit in poſteris fœminis, quæ cum non ſint aptæ conſeruare agnationem, abſurdum non eſt, vt poſteritas nō apta ad conſeruandam agnationem non præponatur illis, qui ſunt ad id apti; & quoad filios Coſtæ dicitur, vt antea, ſatis eſſe, qđ teſtator eos dilexerit vti agnatos, maximè, quia fœminina poſteritas Camilli non excluderetur à filijs Coſtæ, ſed ab agnatis, qui poſtea ex voluntate teſtatoris communicarent bona pro certa parte cum dictis filijs Coſtæ, &
58 cum teſtator vocauerit iſtos filios vna cum agnatis, conſtat, quod habuit eos pro agnatis, vnde in illis attenta affectione teſtatoris debent vigere hæ diſpoſitiones, quæ vigent in agnatis, vt poſt *Decian. Rota deciſ. 266. nu. 7. parte 1. recent.*

Nec magis rectè reſpondetur alteri abſurdo; quod facilè peruerteretur fideicommiſſum tanto apparatu factum; dicendo illud tantum eſſe factum decedente Camillo ſine filijs: Nam replicatur, quod cum fideicommiſſum fuerit factum intuitu familiæ incipit à vocatione Camilli in portione relicta Margaritæ, & inde progreditur ad alios agnatos, & verum eſt illud eſſe factum decedente Camillo ſine filijs maſculis tantum, quia ita poſtulat ratio agnationis, ob quam eſt factum fideicommiſſum.

Tandem, quantum ad agnationis conſeruationem multa contra dicuntur *num. 28. & ſeq.* quibus ſigillatim reſpondebo, quatenus tendunt contra rationes ſupra à me conſideratas prò huiuſmodi conſeruatione; Et
59 prius ſupponitur nihil operari rationem agnationis conſeruandæ deductam ex argumentis, & non expreſſam in teſtamento *Soc. iun. conſ. 13. nu. 34. in 3.* & alij plures, qui citantur ſub *nu. 28.* & confirmantur authoritate *Rota in recent. deciſ. 316. nu. 5. parte 1. & deciſ. 282. nu. 4. parte 2.*

60 Ad quod reſpondeo, quod aut ratio hæc deſumitur ex leuibus argumentis, & coniecturis, veluti ex eo, quod quidam ex agnatione ſunt vocati, vel, quia filij maſculi ſunt inſtituti, & ad alios gradus progreſſus non fuit teſtator, & tunc huiuſmodi ratio non attenditur in his terminis loquuntur *Gabr. conſ. 100. in 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 14. nu. 7. Cephal. conſ. 527. in fine, & Rota d. deciſ. 316. in 1. parte.* Aut ratio deducitur ex expreſſis, & venit in eorum conſequentiam, & tunc debet aliquid operari, nimirum, quia
61 expreſſum id dicitur, quod venit in conſequentiam eorum, quæ expreſſa ſunt. *Aret. in l. ſi in teſtamento num. 2. ff. de vulg. & pupil. Crot. in l. qui Romæ §. duo fratres nu. 58. ff. de verb. oblig at. Dec. in l. humanitatis nu. 7. C. de impub. & al. ſubſt. Felin in c. ſuper quaſtionē in princ. nu. 3. verſ. (illud dicitur) de offic. de-*
62 *legat.* qui poſt *Abbatem, & alios* dixit illud manifeſtè conſtare ex ſcriptura, quod vir-
63 tualiter ex ea elicitur: & quando tractatur de inducendo, vel extendendo fideicommiſſo, aut de excludenda perſona incluſa, tunc conſiderari ſolum rationem expreſſam ſcribunt *Soc. iun. conſ. 13. nu. 34. in 3.* in cuius caſu aderant verba *hæredes, & poſteri*, quæ ex eorum proprietate includebāt etiam fœminas, de quarum excluſione proprerea agebatur *Virgil. de Siluest. conſ. 224. num. 58. inter conſ. Rim. Decian. conſ. 1. num. 175. in 2. Burſat. conſ. 300. nu. 64. in 3. Gabr. conſ. 100. nu. 34. in 2.* Sed in caſu noſtro non agitur, neq; de extendendo, neq; de inducendo fideicommiſſo, neq; de excludendis filiabus Camilli, quia cum nomen filiorum eis non conueniat, niſi per interpretationem, & extenſionem quandam *Pereg. de fideicom. artic. 25. nu. 4.* ex communi non agitur de earum excluſione, ſed tractatur, an ex voluntate teſtatoris includantur, & de declarando fideicommiſſo iam inducto, nō de eo inducendo, vel extendendo, neq; vltra perſonas grauatas, neq; vltra vocatas: Et quatenus *Handed. conſ. 57. nu. 67. in 1.* ait, rationem agnationis ſolum militare inter perſonas expreſſas, & caſus expreſſos, hoc non offendit partem noſtram, quia conſeruatio agnationis incipit in perſona Camilli, & tranſit ad ſuos deſcendentes in infinitum, & illis deficientibus ad alios agnatos, & eorum deſcendentes pariter in infinitum, & ideò ratio agnationis nō ſolum eſt conſideranda in agnatis vocatis, ſi Camillus deceſſerit ſine filijs, vt ex aduerſo ſupponitur; ſed etiam conſideratur in perſona Camilli vocati præcipuè, & principaliter pro conſeruatione agnationis, ideò ei prælegatur domus, quæ in familia manere debebat; Et hoc nedū procedit quoad portionem, in qua eſt ipſe Camillus inſtitutus, ſed & quoad portionem, in qua eſt inſtituta Margarita, quia licet in ea ſint poſiti in conditione filij maſculi Margaritæ, qui non ſunt de familia teſtatoris, tamen quoad ca-

ſum noſtrum ſatis eſt, quod hoc deſiderium conſeruandæ agnationis incipiat à caſu, quo Margarita decedat ſine filijs maſculis, vt deceſſit.

63 Et quatenus ſub *nu.29.* dicitur rationem etiam expreſſam agnationis non declarare cõditionem negatiuam *ſi ſine filijs*, reſpondetur hoc eſſe contra ſententiam omnium, & quamuis *Virgil.de Silueſtris* hoc videatur dicere *d conſ.124.n.60.* fundat tamen dictũ ſuum ſuper authoritate *Alex.conſ.59. ad fi. in 3.* qui tantum dicit, quod ratio agnationis intelligitur ſecundum conditionem .i. eueniente caſu ſubſtitutionum expreſſarũ, quæ in eo caſu erant claræ, ſi grauatus decederet ſine liberis, vel ſine teſtamento, ad quos caſus claros dicitur reſtringi rationem agnationis, & ita benè dicit, quod dicta ratio non extendit, non dicit autem, quod non poſſit declarare conditionem, quando egeret declaratione, & id dicere nõ erat neceſſe, quia in caſu ſuo conditio erat clara: alij, qui allegantur à D. Giouagnono .ſ. *Decian.* & *Burſat.* id formaliter non dicunt.

Nec obſtat, quod, quando voluit teſtator conſeruare agnationem, expreſſit de maſculis, ergo, quando non expreſſit noluit, quia licet hæc conſideratio poſſet quoquo modo applicari ad caſum, in quo conſuluit *Decian. in conſ. 1. in 3.* vbi vndecies dictum erat de filijs ſine maſculinitate, vt ipſe obſeruat ſub *nu.174.* in caſu noſtro non eſt verum, quod quando vocat agnatos, quæ vocatio potuit eſſe facta pro conſeruatione agnationis ſemper de maſculis dicat, quia modo dicit de deſcendentibus maſculis, modo de deſcendentibus ſimpliciter, licet ex ſupra deductis intelligendum ſit sẽper ſenſiſſe de maſculis.

64 Amplius ſub *nu.31.* plurlbus rationibus probatur nõ fuiſſe contemplatam agnationem, quibus facilè reſpondetur; nam ad primam dicitur illam procedere, quando certi agnati eſſent vocati, ſecus, quando omnes agnati, & eorum deſcendentes maſculi in infinitum ſunt vocati, tunc verè parũ refert, quod ſit vocata familia, vel quod ſint vocatæ omnes perſonæ natæ, & naſcituræ, quæ familiam conſtituere poterant, & hoc probaui ſupra.

Non obſtat, quod teſtator non curauerit ſubſtituere reciprocè filios ſuos, quos poterat ſuſcipere: Quia puto rationem hanc nõ admodum grauem eſſe, eo, quod rarò contingit, vt filij, qui nõn extant, nec ſperantur ſubſtituantur reciprocè, nec credo euidenter notum fuiſſe D. Conſultori, teſtatorem fuiſſe in ſtatu ſuſcipiendi filios, vt ipſe ſupponit, & omnibus his datis, etiam, quod teſtator non habuiſſet rationem grauãdi filios pro conſeruatione agnationis, potuit eam habere, quando deficientibus filijs bona deuenirent ad tranſuerſales, & hic eſt caſus noſter.

Eodem ferè modo reſpondetur ad tertiam, quod licet teſtator, quoad dimidiam bonorum non habuerit præ oculis agnationem, quando Margarita moreretur cum filijs maſculis, ſatis eſt, quod eam conſiderauerit decedente ea ſine filijs maſculis, vt deceſſit. Non obſtat, quod teſtator non curauit ſubſtituere filijs Camilli, vt debebat, ſi volebat conſeruare agnationem: quia imò ſubſtituit, quando inferius dixit velle bona peruenire ad deſcendentes inſtitutorum, & ſubſtitutorum in infinitum, quæ verba, quicquid ex aduerſo dicatur, non referuntur tantum ad deſcendentes ſubſtitutorum, ſed etiam inſtitutorum, quia licet in vocatione dicatur tantum de deſcendentibus ab eis, qui Camillo fuerunt ſubſtituti, tamen inferius in verſ. *voluit*, dicitur bona peruenire ad inſtitutos, & ſubſtitutos, eorumq; deſcenden-
65 tes in infinitum, quæ † verba vltima ex regula iuris ſunt referenda ad omnia præcedentia, & illud relatiuum, *eorum*, commodè refertur nedum ad ſubſtitutos, ſed & ad inſtitutos, cum ad omnia commodè referri poſſit, & nõ ſit ratio, vt magis referatur ad ſubſtitutos, quam ad inſtitutos *l.1.C. de lib. præterit. l.3. §. filius ff. de lib. & poſthum. l.1. in in princ. innct. l.2. §. qui ait prætor de incend. ruin. & nauf. c. olim de reſcriptis, & c. ſecundo requiris de appellat.* & per hæc iura *Alexan. conſ.48. nu.1. vbi addẽtes in 1. Doct. in l. talis ſcriptura ff. de leg. 1. Ant.Gabr. tit. de clauſul. concluſ.9. Honded. conſ. 64. nu.7.15. & ſeq. in 2.*

Non etiam obſtat quarta ratio, quod ſit in dimidia inſtituta Margarita, quæ non poterat agnationem conſeruare; quia hæc ratio percutit tantum dimidiam Margaritæ, & prȩterea concludit teſtatorem non conſideraſſe in hac dimidia agnationem dum viueret filia, vel caſu, quo decederet cum filijs maſculis, non tollit tamen, quin eam conſiderauerit moriẽte Margarita ſine filijs maſculis, imò, quod tunc conſiderauerit ex eo, vel maximè conſtat, quod prius vocat Camillum magis dilectum de familia, & eius deſcendentes in infinitum, & poſt eum omnes

nes

Digitized by Google

nes de familia, & omnes, qui tunc reperiebantur de ſua familia eorum deſcendentes in infinitum. Eodem modo reſpondetur ad quartam rationem, & ad quintam de filijs Coſtæ antea reſponſum eſt.

Nec rectè videatur reſponderi ad ea, ex quibus pro parte noſtra deducitur cõſeruatio agnationis. Replicatur enim ad primam reſponſionem; Camillum ideò fuiſſe prius vocatum, quia erat magis dilectus inter eos, qui poterant agnationem conſeruare, quod ſi non cõſideraſſet teſtator vocaſſet fratrem proximiorem, & proinde veriſimiliter magis dilectũ, ſed, quia Camillus iuuenis magis aptus erat ad propagationẽ, ideò eum ante patrẽ vocauit, & ita maior affectio in eo erat propter deſiderium propagandi familiam.

Quod dicitur reſpectu progreſſus ad diuerſos gradus, non obſtat, quia ſubſtitutio non extinguebatur per exiſtentiam filiorum poſitorum tantũ in conditione, imò protrahebatur deinde ad alios deſcendentes, qui omnes fuerũt vocati in infinitum, & ita non ſolum poſiti in conditione, ad quod faciunt quæ ea ante diximus.

Quod relictum domus non indicet teſtatorem cogitaſſe de conſeruatione familiæ in Camillo, & alijs, non video, quomodo prò veritate dici poſſit, cum adſit particularis diſpoſitio, vt domus ſemper, & in perpetuũ ſtare, & manere debeat in familia de Morattis, & licet filiæ Camilli ſint de familia, vt dicitur *num.* 38. non tamen ſunt aptæ ad conſeruationem perpetuam, de qua teſtator ſenſit.

Quod domus ſit conſeruanda in familia ſolũ deficiẽte Camillo ſine filijs, nõ eſt ex volũtate teſtatoris, quippe qui abſolutè dicẽdo de tali conſeruatione, & in perſonaliter vtique intellexit, vt etiã conſeruaretur exiſtentibus filijs Camilli, maſculis tamen, præſertim, quia & filij erant vocati in vocatione deſcendentium.

Tandem quantum ad dilema de quo in fine informationis D. Albani, veritas eſt, quod filij Camilli ſuccedunt ex vocatione expreſſa in teſtamento in verſ. *voluit*, quæ non patitur ſenſum D. Giouagnoni, vt intelligatur modo, quo ſupra, ob illa verba relatiua *dictos*, & *vt ſupra*, quia hæc verba relatiua referuntur ad inſtitutos, & ſubſtitutos nominatim, verba ſequentia vocantia deſcendentes iſtorum non habent relationem aliquam, ſed continent ſimplicem vocationem; vnde teſtator ſciens eos velle inferius vocare, illos poſuit in conditione, & rectè dictum eſt ſupra in conditione poſitos eſſe illos, qui inferius ſunt vocati.

66 Quare ex his concludo, quod ſi filia fæmina Camilli viueret vti non poſita in conditione non excluderet ſubſtitutos, ergo nec eos excludent deſcendentes à d. filia *Bar. in l. 2. §. videndum nu. 2. ff. ad Tertul. & in l. liberorum nu. 14. ff. de verb. ſign. Bal. in l. maximum vitium nu. 7. C. de lib. preterit. Paul. in l. illam n. 8. & 9. C. de collat.* quos *ſequitur Molin. d. lib. 3. primogen. c. 5. n. 41.* an. 1618.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Fæminæ non faciunt deficere conditionem *ſi ſine filijs*, quando teſtator excluſit proprias filias, & extat ſtatutum, vt maſculi excludant fæminas.

SVMMARIVM.

1 *D. qui tractant quæſtionem: An fæminæ faciant deficere conditionem* ſi ſine filijs *enumerantur.*

2 *In hac cauſa ſcripſit* Peregr. conſ. 43. lib. 4.

3 *In conflictu opinionum deferendum eſt Doctoribus diſtinguentibus.*

4 *Fæminæ non faciunt deficere conditionem*, ſi ſine filijs, *quando ſubſtitutus eſt de deſcendentibus, ſecus ſi ſit trãſuerſalis, vel prorſus extraneus.*

Ita mater excluditur per tacitã pupillarem, quando ſunt ſubſtituti deſcendentes nu. 5.

Prædicta controuerſia; Nunquid fæminæ faciant deficere conditionem ſi ſine filijs *ex coniecturata mente teſtatoris deciditur num.* 7.

Præcipua coniectura pro admiſſione ſubſtituti eſt excluſio filiarum facta à teſtatore; Nec obſtant quæ contra eam deducuntur n. 15.

Quæ coniectura fundatur hiſce rationibus, quia non creditur teſtatorem voluiſſe excludere filias, & vocare neptes n. 8.

Et ſicuti in inſtitutione nomen filiorum ad maſculos reſtrinxit, ita creditur voluiſſe in ſubſtitutione nu. 12.

Item, quia dicta excluſio denotat deſiderium conſeruandæ agnationis, quo ſtante in ſupradicta conditione non continentur fæminæ nu. 13.

Altera coniectura pro admiſſione ſubſtituti eſt ſtatutum excluſiuum fæminarum num. 16.

Et attenditur ſtatutum circa ſucceſſionem, teſtatoris non ſubſtituti nu. 17.

Plures verò cõiectura ſimul vnita magis excludunt fœminas nu. 19.

6 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando ſunt de deſcendentibus.*

Et quando in conditione ponuntur cum qualitate, vt ſint nati de legitimo matrimonio num. 9.

Item, quando ſunt vocati præmortuo eorum patre nu. 10.

Et quando primi inſtituti ſunt inuicem ſubſtituti Ibid.

In dominio Veneto extat conſuetudo, vt poſiti in conditione cenſeantur vocati num. 11.

14 *Fœminæ non conſeruant familiam.*

18 *Statutum excludens ſorores ab hæreditate fratrum dicuntur etiam excludere neptes ab hæreditate patruorum.*

20 *Filiæ non continentur ſub nomine filiorum ex proprietate ſermonis.*

RESPONSVM XXXII.

Sit Chriſtus illuminatio mea.

FVit ſemper inter maiores
noſtros implacabilis con-
tentio, an fœmina faciat
deficere conditionem *ſi ſi-
ne filijs* ad excluſionem
1 ſubſtituti, vt † videre eſt a-
pud eos, qui opiniones referunt *Illuſtriſſ.
Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 14.
Zanch. ad §. cum ità part. 10. *nu.* 1. *Sim. de
Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib.* 3. *ſol.* 2.
nu. 24. *cum ſeq. ſol.* 311. *Brun. de ſtatut. ex-
clud. famin. artic.* 5. *nu.* 43. *Ant Gabr. lib.* 4.
concluſ. tit. de ſubſtit. concluſ. 2. *Ant. Gomez.
lib.* 1. *reſolut. c.* 5. *nu.* 25. *MarZar. in epit. fidei-
commiſſ. q.* 21. *Dilect. de arte teſtand. tit.* 5.
cautel. 17. *Arius Pinel. ad l.* 3. *C. de bon. ma-
tern. num.* 24. *Molin. de primogen. lib.* 3. *c.* 5.
Oddus de compend. ſubſtit. part. 6. *q.* 2. *artic.*
4. *fol.* 194. *Graſſ. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum
q.* 35. *Trentacinq. de ſubſtit. part.* 4. *c.* 7. *num.*
12. *Menoch. præſumpt.* 85. *in* 4. *D. Pereg. de
fideicommiſſ. artic.* 25. nouiſſimè *Intrigliol.
de ſubſtit. centur.* 3. *q.* 58. & ex recentioribus
conſulentibus, qui alios allegant pro fœmina
MarZar. conſ. 8. *Decian. conſ.* 1. *in* 2. *Pedroch.
conſ.* 5. *& Theſaur. deciſ.* 188. pro ſubſtituto
Ceph. conſ. 306. *in* 3. *Oddus conſ.* 6. *Menoch.
conſ.* 95. *in* 1. 150. *in* 2. *&* 204. *in* 3. *Surd. de-
ciſ.* 66. ex quorum dictis cuilibet conſulenti
facile eſſet plura folia implere.

2 Sed in hac cauſa Muſella, in † qua etiam
ſcripſit Perill. D. *Pereg. conſ.* 43. *in* 4. mihi
conſulto, vt ſine pompa verborum dicam,
quid pro veritate ſentiam, inſiſtendum erit
dũtaxat in illis fundamentis, quæ ſunt huius
cauſæ præcipua.

Sentio enim ſubſtitutum excludere ne-
3 ptes: Prius, quia † in conflictu opinionum
maximè eſt deferendum Doctoribus diſtin-
guentibus *§. cum ex aliena materia Inſtit. de
rerum diuiſ. Grat. conſ.* 30. *num.* 33. *in* 1. *Soc.
iun. conſ.* 39. *nu.* 78. *in* 2. diſtinguit autem
4 *Paul. in conſ.* 409. *nu.* 2. *in* 2. aut ſubſtitutus
eſt de deſcẽdentibus teſtatoris, & pro eo te-
nendum, aut eſt tranſuerſalis, vel prorſus ex-
traneus, & tunc pro fœmina, contentio hìc
eſt inter fœminam & D. Iacobum filium
teſtatoris, ergo pro ipſo Iacobo ſentiẽdum,
quam dictionem *Paul.* infiniti *Doct.* ſequun-
tur teſtantes eam communem, magis com-
munem, veram, canonizatam, & in iudican-
do approbatam *Ceph. conſ.* 49. *in* 1. vbi et-
iam, quando dictum eſſet *ſine liberis Ant.
Cioph. conſ.* 27. *nu.* 6. *Ceph. d. conſ.* 306. *in* 2.
ferè per totum, & præcipuè *nu.* 95. *Rub. Ale-
xand. conſ.* 62. *in fin. Decian. conſ.* 74. *nu.* 27.
in 3. *Cephal. d. conſ.* 306. *nu.* 94. *Oddus d. conſ.*
6. *nu.* 16. *& in tract. de compend. ſubſtit. loco
citato Surd. d. deciſ.* 66. *ſub nu.* 7. *Magon. deciſ.
Lucenſ.* 7. *nu.* 24. *Marchiſel allegat.* 119. *nu.*
9. *Trentacinque de ſubſtit. par.* 4. *c.* 7. *ſub nu.*
12. *verſ.* 1. *eſt Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ.*
29. *nu.* 46. Immo, & illi, qui pro fœmina ſcri-
pſerunt ſubſtituto tranſuerſali cedunt, quan-
do ſubſtitutus eſſet deſcendens, præcipuè
Iaſ. conſ. 142. *ſub nu.* 5. *col.* 7. *verſ.* deinde in
caſu *in* 2. *Pedroch. d. conſ.* 5. *nu.* 87. dicens eſ-
ſe diſtinctionem perecelebrem, & ab omni-
bus ferè receptam. à qua & *Theſaur. d. deciſ.*
188. licet dicat receſſiſſe Senatum, tamen
nu. 10. fatetur ab ea recedere non eſſe in
iure tutum.

Nec nouum eſt, vt in controuerſis articu-
lis reſoluendis diſtinguatur habita ratione
ad affectionem teſtatoris erga deſcenden-
5 tes, vt † in quæſtione; an tacita pupillaris
excludat matrem *gloſ. vlt. in l. precibus C. de
impub. & al. ſubſtit.* vbi poſt alios *Rim. iun.*
qui de communi 621. *Becc. in c. Raynutius
nu.* 452. *de teſtament. Aym. conſ.* 141. *nu.* 17.
6 *Menoch. præſumpt.* 39. *n.* 77. *in* 4. Et † in quæ-
ſtione illa, an filij in conditione poſiti vocati
dicantur *Alex. conſ.* 185. *ſub num.* 18. *in* 2.
poſt *Salic. in l.* 1. *C. de condit. inſert. Decian.*

conſ.

*conſ.9.nu.1.in 3.Mantic.de coniect.vlt.voluntat.lib.11.tit.3.nu.1.cum ſeq.Graſſ.§.fideicom.13.n.2.Petr.de fideicom q.9.n.171.Menoch.*qui alios allegat *præſūpt.76.n.23 in 4.*

Secundo non eſt dubitandum, quin ſit hæc controuerſia coniecturis declarantibus vereſimilem volūtatem teſtatoris reſoluenda, vt potè, quæ regulatur à mente teſtatoris, etiam quod rigor verborum repugnaret *l.quiſquis ff. de verb.ſignificat.& ibi Cepol. & Alciat.*

Hic adſunt non leues cōiecturæ, quarum aliquæ deducuntur ex eo, quod teſtator in inſtitutione excluſit proprias ipſius filias, pri
8 ma † eſt, quod non eſt veriſimile teſtatorem ad ſuam hæreditatem non vocaſſe filias fauore filiarū, & poſtea vocaſſe neptes, etiam exiſtente vno ex filijs maior affectio ad proximiores *l. Publius ff.de uſuf.* hanc veriſimilitudinem inſinuat. Nec dicatur, quod teſtator non vocauerit neptes, ſed tantum eas poſuerit in conditione, reſeruando illis ius ſuccedendi ab inteſtato earum patri: quia
9 imò, ſi includerentur ſub conditione etiam vocatæ eſſent ob qualitatē de legitimo matrimonio *Surd.deciſ.162.Ruſtic.de lib.in cō-*
10 *ditione poſit.lib.3.c.3.ad fin.*& † quia, qui ponūtur in cōditione ēt vocantur pręmortuo patre, & quia primi inſtituti ſunt inuicē ſubſtituti *Me-*
11 *noch. præſumpt.79.n.52.& 56 in 4.*& † quia in dominio Veneto ſeruatur, vt poſiti in cōditione vocati dicantur *Pereg.d.artic.25.ſub n. 56.*ibi *augetur argumentum* Id etiam confirmatur, quia qua ratione prætendunt aduerſariæ contineri ſub conditione *ſi ſine filijs* prætendere etiam poterunt comprehendi in vocatione filiorum præmortuis parentibus; At in vocatione nimis abſurdum, & inueriſimile eſſet, quod teſtator excluſerit filias ab hæreditate propria eis certo modo debita, & quod vocauerit neptes ad hæreditatem patruorum, vel propriam recipiendam à manu patruorum, ergo & abſurdum, & inueriſimile erit, quod includantur ſub conditione.
12 Secunda eſt coniectura; teſtator reſtrinxit in inſtitutione nomen filiorum ad maſculos excludendo fæminas, ergo & eodem modo cenſendum eſt in ſubſtitutione voluiſſe idem verbum reſtringere, declarādo ſubſtitutionem ab inſtitutione *l.1.C.de impub.& al. ſubſtit.l.qui liberis in fin.ff.de vulg.& pupil.l.Lucius §.pater ff.ad Trebel.Ceph. d.conſ. 306.nu.80.*
13 Tertia coniectura excluſio fæminarum denotat deſiderium conſeruandę agnationis ſaltem inter perſonas, quarum contemplatione eſt facta excluſio *Surd.d.deciſ. 66.nu. 22.& 23. Odd.d.conſ.6.nu.17.cum ſeq. Roderic.de coniect.ment.defunct.lib.2.c.3.§.4 nu. 4.& 5.*quo deſiderio ſtante ſaltē, quando extant perſonæ, quæ debent agnationē conſeruare ſub conditione filiorū filiæ nō *conſ.89.* continentur *Ruin conſ.146.nu.3.in 2.Goz ad. n.5.Alba conſ.19.nu.11.Nauiz.conſ.33 nu. 11.*cū alijs de quib *Odd.& Surd.*mox citati.

Quarta etiam ex hac excluſione colligitur coniectura, quòd voluit teſtator bona integraliter conſeruari inter filios ſuosq́, ideò eos etiam inuicem vulgariter, & pupillariter ſubſtituit, & prohibet pro alijs fideiubere,
14 ſed, † cum nihil ſit, quod magis huic conſeruationi repugnet, quam quod fęminæ ſuccedant, quæ nubendo ad alienigenas transferunt bona, *pronunciatio 195. in fin. ff.de verb.ſignific.Alb.conſ.482.ſub nu.23.conſ. 484.nu.48.& 49.*inde colligitur certiſſima coniectura noluiſſe teſtatorem, dùm extat vnus ex filijs ſuis, vt ſub conditione filiorum, & filiæ contineantur.
15 Nec negotium facere potuerunt, quæ cōtra hanc coniecturam excluſionis filiarum ſcripſerunt *Marzar. d.conſ 8.& Decian. d. conſ.1.in 2.*& alij, qui pro fæminis ſcripſerūt quia facerent dubitationem, quando tantum conſideraretur illud abſurdum, quod filiæ eſſent excluſę, & neptes nequaquam nullam autem, vel ſaltem leuem faciunt dubitationem, quando neptes eſſent à teſtatore vocatæ, vt eſſent in caſu noſtro ex ſupradictis *D. Pereg.conſ.30.nu.3.& conſ.57.nu.13. in 4. & in d. artic.25.nu.44.*
16 His omnibus coniecturis, & illa addenda eſt ab omnibus recepta de ſtatuto admittente maſculos ad ſucceſſionem, & excludente fæminas, cum quo præſumitur teſtator, ſe conformaſſe ad not. *in l. hæredes mei §. cum ita ff.ad Trebel. vbi Bar. Alex. & alij*, quale eſt *ſtatutum Veronæ in lib. 2. c.82.*

Nec obſtat, quod ſtatutum non excludit filias Pauli à ſucceſſione patris per exiſtentiam Iacobi earum patrui.
17 Quia non perſona earum patris grauata ſpectāda eſt, ſed Aui grauantis, cui ſucceditur *l. cohæredi §. cum filiæ ff de vulg. & pupil. Surd.d.deciſ.66.*vbi *nu.12.& ſeq.* alios allegat, *& nu.15.* obſeruat *Alex.* allegatum in contrarium *in conſ. 38.in 6.* non dicere id, ad quod allegatur *D.Pereg.in d.artic.25.* in caſu, quem proponit in fine articuli, & ait ita

iudicatum benè *Zuchard.conſ.69.ſub n.* 10. & melius *Decian. d.conſ.* 74. *à nu.* 30. *ad* 45. *in* 3. Et hoc magis procedit in hoc caſu, tum quia teſtator non tantum poſuit in conditione filios Pauli, ſed eos etiam vocauit, tum etiam, quia ſub eadẽ conditione *ſi ſine filijs* in eadẽ determinatione ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum ergo quemadmodũ per vulgarẽ conſiderã eſt filij poſiti in cõditione quomodo ſuccedant Auo, ita, & in fideicommiſſaria *Zuchard. in d.conſ.* 69. *num.* 25. poſt *Soc. & Anchar.* vt per eum.

Nec pariter obſtat, quod fœmina excluſa à ſtatuto propter maſculos excludatur tantum à maſculis eiuſdem gradus, vt pluribus
18 probat *Pedroch. conſ.* 40. *nu.* 352. Quia imò verius eſt ſtante hoc ſtatuto, quod quemadmodum ſoror à fratre excluditur, ita, & neptis à patruo, vt egregiè probat *Oddus d.cõſ.* 6. *nu.* 27. *cum ſeq.* reſpondendo illis, qui allegantur *à Pedroch.* Præterea, quicquid ſit in ſtatuto ſimpliciter excludente fœminas, ob maſculos, hoc non habet dubium in ſtatuto Veronẽſi, quo diſponitur, vt extantibus filijs, nepotibus, vel deſcendentibus maſculis, filiæ, neptes, vel deinceps aliæ fœminæ excludantur, linea enim tota maſculorum eſt, quę excludit totam lineam fœminarum.

19 Hæ cõiecturæ ſi ſingulariter conſideratæ paterentur aliquam difficultatem vnitæ operãtur iuridicam fœminarum excluſionem *Ceph. d.conſ.* 306. *ſub nu.* 85. *verſ. tertio deci-*
20 *mo D. Pereg. artic.* 25. *n.* 42. Et tanto magis, quia conueniunt cum proprietate ſermonis ſ. vt ſub nomine filiorum filiæ nõ contineãtur *l. quiſquis, vbi Alciat. ff. de verb. ſign. Gozad. conſ.* 20. *nu.* 2. *Ceph. d. conſ.* 306. *num.* 33. *Odd. d.conſ.* 6. *num.* 6. *Decian. d.conſ.* 74. *nu.* 5. *in* 3. & licet ſint, qui contradicant, ita tamen ſe habet communis opinio *D. Pereg. d. artic.* 25 *num.* 4. Imò, & magis communis, & verior opinio *Rota decıſ.* 125. *nu.* 8. *parte* 2. *nouiſſ.*

21 Nec huic veritati nocent illi, qui pro fœminis reſpondent quotquot ipſi ſint, nam eos videndo conſtabit eorum aliquos loqui in conditione *ſi ſine liberis, vel deſcendentibus, vel hæredibus*, quæ ſunt verba ex ſua ſignificatione tam maſculis, quam fœminis accõmodata, alios, quando non ſunt ſubſtituti deſcendentes, nonnullos, quando filij ſunt ſimpliciter in conditione poſiti non quando etiam vocati, aliquos etiam in terminis iuris communis non exiſtente ſtatuto, vt in caſu noſtro? Et in ſumma, ex ſententia mea nullus reperietur Doctor, qui teneat contra ſubſtitutum in caſu, in quo tot coniecturæ ſimul cumulẽtur, & ita iuris eſſe arbitror. *an.* 1609. *Februarij.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Fœminæ in ſubſtitutionibus non veniunt appellatione filiorum etiam deficientibus maſculis.

Verba *ita quod* quando amplient, & quando reſtringant.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione filiorum non veniunt fæminæ, quando extat ſtatutum excluſiuum fæminarum.*

Præſertim, quando vocantur filij deſcendentes à teſtatore, & ex ſtatuto fæminæ excludũtur à ſucceſſione tàm grauati, quàm grauantis nu. 2.

Nec veniũt, quando illis factum eſt legatum, quod ſi non venirent inutile foret nu. 3.

Nec quando contra eas extat obſeruantia, num. 4.

Nec, quando agitur de ſucceſſione fratris, ſi ſint excluſa à ſucceſſione parentum n. 17.

Comprehenduntur tamen ſub nomine filiorũ, non extantibus maſculis num. 5.

Secus, ſi ſemel per maſculos excluſa fuerint nu. 6.

Comprehenduntur etiam, quando verbum filij eſt cum verbis generalibus nu. 8.

Quia verba generalia generaliter operari debent nu. 10.

Quando autem reſtringi debeant nu. 23.

Et comprehenduntur, quando verba alias eſſent ſuperflua nu. 9.

Non tamen dicuntur ſuperflua, quando aliquid etiam minimum operantur nu. 26.

Nec quando exprimunt id, quod tacitè inerat num. 27.

12 *Verba* ita quod *regulariter reſtringunt declarando præcedentia, & nu.* 29. 37 40.

Maximè quando veniũt continuatiuè nu. 14.

Et quando, ſe referũt ad præcedentia intelligitur recentis qualitatibus præcedentibus num. 15.

Quandoq; verò ampliant nu. 11.

Retentis tamen qualitatibus præcedentibus nu. 32.

Ampliãt præcipuè, quando clauſula alias eſſet ſuperflua nu. 30. 35. 41.

Et

Et quando ex pluribus coniecturis conſtat hanc eſſe teſtatoris mentem num. 31. 34. 36. 38.
13 *Non creditur teſtatorem incontinenti mutaſſe voluntatem.*
16 *In quibus terminis non ſit inconueniens teſtatorem ſubſtituere neptes, & excludere filiam.*
17 *Hæreditas patris eſt debita filio.*
18 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*
19 *In dubio non eſt credendum teſtatorem velle priuare aliquem hæreditate ſibi debita.*
20 *Eadem perſona non poteſt eſſe ſibi ſubſtituta.*
21 *Vocatis deſcendentibus in infinitum, an habeat locum repreſentatio remiſſiuè.*
22 *Inducta ad modificandum non debent ampliare.*
24 *Vocatio deſcendentium in infinitum, ſecundū aliquos reſtringitur ad quartum, vel decimum gradum.*
25 *Geminatio oſtendit enixam voluntatem.*
39 *Verba voluntati deſeruire debent.*

RESPONSVM XXXIII.

Qui via, & veritas eſt dirigat me in viam veritatis.

PVtant nonnulli, per obitū D. Accurſij Coltelini ſine filijs maſculis ſuccedere ad bona, quæ fuerunt D. Ioannis Mariæ teſtatoris D. Claudiam ipſius Accurſij ſororem vti vocatam ex fideicommiſſo, de quo in teſtamento d. Io. Mariæ, ſed perperam ni fallor, vt facile oſtendi poteſt inſiſtendo in ſingulis ſubſtitutionibus, de quibus in d. teſtamento.

Prius à teſtatore inſtituto Antonio filio ei vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituuntur omnes ipſius Antonij filij legitimi, & naturales, qui naſcentur ex legitimo matrimonio, & ita nepotes teſtatoris, ſub qua ſubſtitutione non contineri Claudiam filiam ipſius Antonij, ex duobus
1 potiſſimum conſtat, quod † ex diſpoſitione ſtatuti Bononienſis Claudia ſtantibus maſculis fratribus ſuis, erat excluſa à ſucceſſione. & patris, & aui, cum qua diſpoſitione teſtator ſe conformando intelligetur vocaſſe duntaxat filios maſculos Antonij, & ita nepotes ſuos *Alex. conſ. 15. in 4. Rim. ſen. conſ. 36. in 1. Gozad. conſ. 45. num. 11. Brun. de ſtat. exclud. famin. artic. 5. q. 12.* vbi latè inſiſtit probando videri teſtatorem ſe conformare cum ſtatuto ſuæ ciuitatis, & *nn. 24.* firmat ſub diſpoſitione teſtatoris, & vocatione filiorū ſtante d. ſtatuto nō includi fæminas, alios allegant *Gabr. lib. 6. concluſ. tit. de verb. ſign. concluſ. 6. nn. 78. Menoch. præſumpt. 84. nu. 10. in 4. Pereg. de fideicommiſſ. artic. 25. nu. 49. Intrigl. de ſubſtit. centur. 3. q. 58. nu. 19.* Et hi *Doct.* teſtantur hanc eſſe receptiſſimam opinionem in vocatione filio-
2 rum deſcendentium à teſtatore, quando fœminæ excluduntur à ſucceſſione tam grauati, quam grauantis, vt eſt in caſu noſtro.

3 Alterum, quod potiſſimum inducit me in hanc ſententiam eſt, quod de iſtis filiabus Antonij, teſtator facit particularem diſpoſitionem, eis in caſu viduitatis, relinquendo habitationem, victum, & veſtitum, quod vtiq; non fuiſſet neceſſarium viuente Antonio earum patre ad id de iure obligato *l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex iis ff. de lib. agnoſcēd.* nec poſt eius mortem, ſi filiæ cum maſculis eſſent vocatæ *Molin. de iure primogen. lib. 3. c. 5. nu. 55. Menoch. d. præſumpt. 84. num. 9. Dec conſ. 283. incip. viſo puncto ſub nu. 10. verſ. (quarto ſimpliciter) Ceph. conſ. 188 ſub nu. 19. in 2.* & in puncto filiarum *Parıſ conſ. 3. nu. 20. in 3.* plurimumq; facit ad mentem teſtatoris illuſtrandam, quod alias legatum vict⁹, & habitationis inutile redderetur *Paul. conſ. 22. in 2. Rom. conſ. 56. nu. 4. Rol. conſ. 61. nu. 14. in 3. Illuſtriſs. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 6. nu. 1. Cacher. deciſ. 27. ſub nu. 3.*

Et in his omnis, ſi quæ eſſet, difficultas ceſſat ex obſeruantia ſubſecuta † ſucceſſerunt
4 enim filij maſculi Antonij, & nequaquam fæminæ, ita declaratur talem ab initio fuiſſe teſtatoris mentem *Aym. conſ. 101. nu. 3. Bec. conſ. 96. nu. 14. Gabr. conſ. 66. num. 24. in 2. Nicol. allegat 22.*

Nec pro D. Claudia allegari poteſt, iam dicta, procedere, dum maſculi extant, ſed eis deficientibus locum eſſe ſucceſſioni fæminarum, ceſſante tunc ratione, ob quam fæminæ nō continebantur ſub nomine filiorū.

5 Reſpōdetur enim, quod hoc procederet, quando tempore obitus Antonij nō adfuiſſent maſculi, tunc enim in eorum defectum fæminæ admitterentur, vel quando maſculi exiſtentes deceſſiſſent ſine filijs, vel filiabus, quia ſucceſſio fratrum ad ſorores pertineret de iure communi ſecundum eam regulando voluntatem teſtatoris intelligerentur fæminæ poſt maſculos vocatæ, & certo modo ipſis maſculis ſubſtitutæ, quaſi in vlteriori gra-

du

du poſitæ, vt ex *Ruin. Soc. & alijs* firmat *Pe-*
6 *reg.d.artic.* 25.*ſub nu.*49. At † cum tempore mortis Antonij maſculi adeſſent, Claudia ab eis ſemel excluſa perpetuo excluſa remanebit *Bal.in auth.ſed & ſi quis col.*5.*verſ.* (*& per hoc infertur*) *C.de ſec. nupt. Dec.conſ.* 87.*incip.pro reſolut.ſub num.*1. Nec poterit ſuccedere vti vocata tacitè à teſtatore poſt maſculum, quia id benè fortè procederet ſi Accurſius deceſſiſſet ſine filijs, ſed cum deceſſerit cum filiabus ius ſucceſſionis, cum quo creditur teſtatorem ſe conformaſſe dictat, vt filiæ in ſucceſſione Accurſij anteponantur Claudiæ eius ſorori; Imò, ſi poſtquã filij maſculi ſucceſſerũt, admitteretur Claudia, id eſſet neceſſariò ex fideicommiſſaria facta de fæminis ipſis maſculis, quia vt antea dixi, ſtante ſtatuto fæminarum excluſiuo, maſculi dicuntur eſſe in primo gradu, & fœminæ in ſecundo, ideò neceſſariò maſculi primi gradus grauati dicerentur reſtituere fæminis ſecundi gradus; quod in caſu noſtro eſſe non poteſt, tum, quia filij, ſub quibus prætendit Claudiam ſe contineri, ſunt ſubſtituti non inuicem ordine ſucceſſiuo, fæminæ ſcilicet poſt maſculos, ſed Antonio eorum patri, tum etiam, quia teſtator expreſsè ſubſtituit deſcendentes ex filijs Antonij ſuis parentibus, exprimendo qualitatem maſculinitatis, ita vt non poſſit Claudia fæmina comprehendi, vt etiam inferius dicetur, &
7 in caſu, in quo adeſt prouiſio expreſſa teſtatoris, ceſſat omnis tacita diſpoſitio *Bal. in l.in multis ff.de ſtat.hom.*

Poſt ſubſtitutionem filiorum Antonij poſtea teſtator eiſdem filijs, & nepotibus ſuis ſubſtituit omnes deſcendentes maſculos, qui de eorum agnatione naſcentur legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio in infinitum, ſub qua ſubſtitutione, ob qualitatem maſculinitatis, certũ eſt non contineri Claudiam; Deinde addit teſtator hæc verba, *A tal che, ſin che ſi trouano perſone legitime, & naturali, & nati di legitimo matrimonio, ò che naſceranno di linea maſculina, tutti s'intendano compreſe nel preſente fideicommiſſo, diuidendo fra loro l'heredità del detto teſtatore in ſtirpe, e non in capi.* Super quibus verbis intelligo agentes cauſam Claudię maxi-
8 mam vim facere, eo † quod ſint verba apta etiã complecti fæminas, dũ perſonæ vocantur, & verba sũt generalia ibi *tutte s'intendano compreſe &c.* nec ſit ratio, vt reſtringãtur ſaltem, quando maſculi non extant, ita vt neceſſarium ſit dicere etiam cõtineri Claudiam, quæ eſt perſona legitima, & naturalis, nata ex legitimo matrimonio, ex linea maſculina *Intrigliol. de ſubſtit. centur.*3.*q.*73. *nu.*177. *Ancharr.conſ.*68.*n.*3. *Aym.conſ.*155. *nu.*4. *Iaſ.conſ.*43.*col.*3.*in* 3. *Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib.*2. *interpretat.* 4. *dubit.*1.*nu.*66.

9 Conſideratur ſecundo, quod in præcedentibus erat ſufficienter prouiſum deſcendentibus maſculis ex filijs Antonij in infinitum, ideò, ne verba, quæ adduntur ſint ſuperflua, quia apta ſunt complecti fæminas, oportet dicere exprimi, vt per eas fæminæ intelligantur vocatæ, ſed in defectum maſculorum *Corn. conſ.* 203. *in* 4. *Ruin. conſ.* 165.*num.*9.*in* 2. *Bero.conſ.*83.*in* 2. *Sim. de Prat.de interpret.vlt. volunt. lib.*3. *interpretat.*3.*dubit.*4.*nu.*63 *fol.*320. præcipuè, quia diuerſarum perſonarum vocatio videtur, cũ in præcedenti ſubſtitutione vocentur agnati maſculi, & deinde geniti ab eis ſine qualitate maſculinitatis, ad quod ponderantur ſcripta à *Corn.* vbi ſupra.

10 Maximè, quia, ſi dicitur, in verbis ſequentibus repetitam intelligi qualitatem maſculinitatis, intelligetur, quando extant maſculi, ſed non extãtibus vocatæ dicẽtur fæminæ, vt verba generalia generaliter operentur *l.* 1.*S.& generaliter ff.de legat.præſtand.l.Iulianus in princ.ff.de leg.*3.*c.*1.19.*diſtinct.*

Nec videtur, quod verba illa *à tal che* latine *ita quod* ſtent declaratiuè, & reſtrictiuè, quia præcedentia non egebant aliqua de-
11 claratione, & ideò, quicquid ſit, quãdo aliud ſuadetur à ſubiecta materia, in caſu noſtro dicta verba habebunt ſenſum ampliatiuum, *Curt.ſen.conſ.*49.*nu.*40. *Pariſ.conſ.*90. *nu.* 26.*& ſeq.in* 2.*Soc.ſen.conſ.*241.*nu.*16.*in* 2.*Decian.conſ.*33.*nu.*94.*& ſeq. & conſ.*57. *nu.*34.*in* 1.*& conſ.*84. *num.*27.*in* 3. *Ruin. conſ.*153.*n.*2.*in* 2. *Menoch.conſ.*530.*ſub nu.* 33.*in* 6.*Bero.* vidend.*conſ.*77.*num.*16. *in* 2. *Purpurat.conſ.*203.*nu.*8.*in* 1.

Quibus tamen minimè repugnantibus arbitror, his verbis nullo modo contineri
12 vocationem Claudiæ, quod probatur † inhærendo regulę iuris dictãti illa verba *à tal che* latinè, *ita quod* declarando, præcedentia reſtringere *l. Lucius* §. *qua habebat ff. ad Trebel.l.Gallus* §.*idem credendum in fin. ff. de lib.& poſthum. Dec. conſ.*126. *incip. in caſu ad me tranſmiſſo nu.*6. & quod nunquam amplient, ſed ſemper reſtringant *Alciat. conſ.*492.*num.*7. & in puncto, quod reſtringant fideicommiſſum ad perſonas prius nomina-

minatas, & nō aliter extēdant illud ad alias
perſonas *Rim.iun.conſ.*313.*n.*29.*in* 3.alios
complures eiuſdem ſententiæ commemo-
rat *Surd.* vidend.*conſ.*315.*num.*28. *in* 3.*&*
*conſ.*554.*nu.*31.*cum ſeq.in* 4.ſi reſtringunt
ergo non efficient, vt comprehendatur
Claudia, quæ id præcedentibus non inclu-
debatur.

Secundo conſidero, quod, aut aduerſa-
rij volunt, vt his verbis *à tal che &c.* non
inducatur noua ſubſtitutio, ſed vt duntaxat
fœminæ cum maſculis ſucceſſiue dicantur
13 vocatæ, & † hoc aliud non eſt, quam face-
re vt incontinenti teſtator mutet volunta-
tem, cōtra *l.non ad ea ff.de cond.& demonſt.*
& ſcripta à *Sim.de Prat.interp.vlt.volunt.lib.*
1 *interpret.dubit.*4.*ſol.*8.*fol.*32. prius enim
vocando maſculos fideicommiſſum ad eos
reſtrinxerat, excludendo fœminas, poſtea
incontinenti etiam fœminas vocaret: Nec
dicatur teſtatorem non ſe corrigere, quia
prius vocat maſculos, ſi extent, poſtea fœ-
minas illis non exiſtentibus: Quia eſt hæc
mera diuinatio, & cōtra principia ipſorum
aduerſariorum, qui volunt, vt ex natura
nominis *perſonarum*, & ex nota vniuerſa-
li vocatæ ſint fœminæ cum maſculis, ſi po-
ſtea veniunt ordine ſucceſſiuo eſt potius ex
diſpoſitione ſtatuti; quæ ad ſe trahit taci-
tam mentem teſtatoris, quam ex expreſſa
ipſius teſtatoris mente, ita ſemper adeſſet
mutatio voluntatis, vel dicatur clarius,
quando teſtator vocat maſculos prorſus
excludit fœminas, ita vt nec vocatæ dican-
tur in defectum maſculorum, poſtea incon-
tinenti vellet fœminas deficientibus ma-
ſculis vocare, & in ſumma prius dixiſſet, ſub
fideicommiſſo velle compræhendi maſcu-
los tantum, & nullo modo fœminas (nam
id ſignificat qualitas maſculinitatis) poſtea
incontinenti diceret, velle, vt ſub fideicō-
miſſo etiam fœminæ continerentur. Aut
volunt, vt ſub illis verbis *à tal che*, nouum
inducatur fideicommiſſum, per quod fœmi-
næ vocentur deficientibus maſculis, & hoc
eſſet contra mentem teſtatoris, quem con-
ſtat loqui continuatiuè, & nihil noui indu-
cere, ſed duntaxat determinare ſub fidei-
commiſſo iam ab eo facto comprehendi
perſonas legitimas, natas de legitimo ma-
trimonio, eſſet etiam contra naturam di-
14 ctionis *ita quod*, quæ † quando venit conti-
nuatiuè, vt in caſu noſtro intelligitur ſecū-
dum præcedentia, & non inducit nouam
diſpoſitionem *Ruin.conſ.*102.*nu.*11.*& ſeq.*
in 2. cum alijs de quibus *Surd. d. conſ.*554.
*nu.*33.*in* 4.

15 Tertio obſeruandum puto, quod modi-
ficet, reſtringat, declaret, vel ampliet hæc
dictio *ita quod*, dum ad præcedentia rela-
tionem habet, ſemper ſecundum præcedē-
tia intelligatur neceſſe eſt, & ita retentis
qualitatibus præcedentibus *Bar. in l. nubil*
ff. de coniung. cum emancip. liber. Ruin. conſ.
18.*n.*11.*& d.conſ.*102.*n.*12.*&* 13.*in* 2. *Al-*
*ciat.conſ.*492.*nu.*17.*Rim.iun.conſ.*263.*nu.*
40.*in* 3.*Surd.d.conſ.*315.*nu.*29.*in* 3. & al-
legatur *tex.in* §.*quoniam ſcimus verſ. & ita*
Auth.de.teſtib. At clauſula iſta *à tal che* refer-
tur (vt lectura ipſa indicat) ad proximum
præcedens fideicommiſſum, in quo vocan-
tur maſculi, dum ergo in ea dicitur ſub d.
fideicommiſſo contineri omnes perſonas
natas de legitimo matrimonio repetenda
erit qualitas maſculinitatis à teſtatore prius
expreſſa; Et dato etiam (nunquam tamen
conceſſo) quod intelligeretur de maſculis,
& fœminis, erit ſaltem repetendum hoc, vt
intelligatur de fœminis natis ex filijs Anto-
nij mediatè, vel immediatè, quia de illis lo-
quitur fideicommiſſum, ad quod refertur
teſtator, dū in numero plurali ait *tutti s'in-*
tendano compreſi nel preſente fideicommiſſo
&c. & non aliter Claudia, quæ fuit filia ip-
16 ſius Antonij: Et † ſi diceretur, hoc modo
magis teſtatori fuiſſent dilectæ filiæ Anto-
nij, atq; fuerint propriæ filiæ; Dicerem ex
hoc non reſultare, vel maiorem, vel mino-
rem affectionē, ſed eſſe ex eo, quod Clau-
dia iam fuerat excluſa per exiſtentiam ma-
ſculorum, ideò non erat ratio, vt eam de-
nuò teſtator vocaret, præſertim, quia, ei pro-
uiſum fuerat de alimentis, & habitatione in
caſu neceſsitatis, ſed filiæ filiorum Antonij,
vbi maſculi non extarent per finem lineæ
vltimi maſculi ad bona patris ſui de iure
venirent, ideò maxima eſſet iniuria eas ex-
cludere, & in ſumma teſtator non vocando
Claudiam, & vocando filias Accurſij ſe
conformauit cum iure communi, ideò non
eſt, quod conſideretur maior, vel minor af-
fectio, & ad hoc videri poteſt *Decian.* ſatis
in terminis *in conſ.*1.*nu.*186.*in* 2. ſint tamē
hæc ex abundanti dicta, quia ex ſententia
mea clauſula *à tal che* nullo modo fœminas
comprehendit.

Arguitur 4. quod quādo teſtator Antonio
ſubſtituit filios eiuſdem, aut volunt aduerſa-
rij contineri tātum ſub illa ſubſtitutione filios
maſculos, & non aliter fœminas, nec etiam
inde-

in defectum maſculorum, hoc eſt maſculis
deficientibus, aut volunt, quod filiæ etiam
ſub d. ſubſtitutione contineantur maſculis
deficientibus, & ita etiam Claudia: ſi † vo-
17 lunt primum, neceſſe eſt, vt dicamus, quod
quemadmodum teſtator Claudiam non
vocauit deficientibus maſculis ad hære-
ditatem patris ei debitam *l. cùm ratio ff.
de bon. damnat.* quod multo minus eam
voluerit in ſecunda ſubſtitutione ad hæredi-
tatem fratris ſui non ita ei debitam illam vo-
care, etiam quod in ipſa ſecunda ſubſtitutio-
ne ſimpliciter vocarentur perſonæ natæ ex
18 legitimo matrimonio, ex † vna .n. parte te-
ſtamenti exiſtente eadem, vel maiori ratio-
ne declaratur, quæ fuerit voluntas teſtatoris
in alia parte *l. vtrum vbi Ang. ff. de petit. hæ-
red. Ruin. conſ. 93. ſub n. 15. in 2. Decian. conſ.*
19 86. *nu. 26. in* 3. & † minus id eſt dicendum,
quia, præterquamquod Claudia veniret ad
hæreditatem ſibi non debitam etiam exclu-
deret filias Antonij ſaltem pro parte ab hæ-
reditate illis debita, quod vti iniquum, & in-
humanum non eſt credendũ teſtatorem vo-
luiſſe *argumento l. ſi ita ſcriptum in princ. ff.
de lib. & poſthum. l. hoc articulo ff. de hæred.
inſtit. & l. Paulo* §. 1. *ff. de leg.* 3. Aut volunt,
quod ſub prima ſubſtitutione nepotum te-
ſtatoris etiam contineatur Claudia neptis
ſaltem deficientibus maſculis, & tunc non
video, quomodo in ſecunda ſubſtitutione fa-
cta nepotibus teſtatoris, & neptibus, ma-
ſculis deficientibus ibi, *alli quali ſuoi nepoti*
20 poſſit contineri Claudia; eadem † enim per-
ſona ſibi ipſi ſubſtituta eſſet, quòd non eſt di-
cendum *c. fin. de inſt.*

Quinto nec omittendum puto illius clau-
ſulæ *à talche, finche ſi troua* vltima verba *di-
uidendo frà loro l'heredità del detto teſtatore
in ſtirpe, e non in capi* demonſtrare, ad quem
finem principaliter d. clauſula à teſtatore
fuerit expreſſa .ſ. ad præſcribendum ſubſti-
tutis modum ſuccedendi, qui prius non fue-
21 rat præſcriptus, quæ † præſcriptio erat ne-
ceſſaria ad tollendas dubitationes, quæ poſ-
ſent occurrere circa repræſẽtationem in plu
ribus deſcendentibus in infinitum vocatis
Decian. conſ. 14. *nu.* 15. *&* 16. *in* 5. Dùm
22 igitur nobis cõſtat clauſulam *à talche* adie-
ctam fuiſſe ad modificandam præcedentem
obligationem, & ſubſtitutionem eam am-
pliare non debet, nec ex ſe nouam inducere
diſpoſitionem *l. legata inutiliter ff. de leg.* 1.
Surd. d. conſ. 554. *nu.* 34. *in* 4.

23 His ita conſtitutis, non erit difficile re-
ſpondere contrarijs, nam prius, licet ſub
nomine *perſona* etiam fæminæ cõtineatur
præcipuè, quando verba ſunt generalia: Ta-
men in propoſito ex natura dictionis *ita
quod* ex qualitate maſculinitatis expreſſa
in ſubſtitutione, ad quam relationem habet
diſpoſitio, quæ de perſonis generaliter lo-
quitur, & ex natura ipſius ſubſtitutionis, de
qua ſupra in quarto fundamento, neceſſa-
rium eſt dicere, generalia verba ad maſcu-
los referri, ſunt hæc media, quibus quæli-
bet generalitas reſtringitur, vt pluribus ſcri
pſit *Alex. Raudenſ. de analog. c.* 22. *nu.* 19. 48.
210. *&* 213. ſatis enim verba accipiuntur
generaliter, dùm comprehendunt omnes
perſonas, de quibus teſtator ſenſit.

Secundo nõ obſtat, quod ſi aliter dicere-
tur clauſula *à talche* ſuperflua eſſet, & nihil
operaretur: Siquidem reſpondetur ſatis o-
perari, dùm repetit ſuperius, dicta, vt adda-
tur modus ſuccedendi in ſtirpes, & non in
24 capita, operatur etiam, quia † licet in ſub-
ſtitutione eſſent vocati deſcendentes in in-
finitum, poterat adhuc dubitari an fideicõ-
miſſum reſtringeretur ad quartum, vel de-
cimum gradum deſcendentium per tex. in
§. 1. *Auth. de reſtit. fideicommiſſ.* & fuit quo-
rundam ſingularis opinio *Io. Crot. in l. filius
familias* §. *Diui num.* 174. *ff. de leg.* 1. ideò ad
tollendũ prorſus hoc dubium adduntur a-
lia verba geminantia tractum ſucceſſiuum
ibi *à talche, fin che ſi trouano perſone legiti-*
25 *me, & naturali, &c.* geminatio † autem apta
ad enixè docendum de mente diſponentis
l. baliſta ff. ad Trebel. non poterit dici ſuper-
flua; Amplius, quia in ſubſtitutione dice-
batur de deſcendentibus naſcituris, poterat
fortè dubitari, an, & id procederet in iam
natis, tollitur hoc dubium per ſequentem
clauſulam, in qua habetur mentio de natis,
& naſcituris: Vlterius, cum in ſubſtitutio-
ne ſimpliciter deſcendentes eſſent in infi-
nitum ſubſtituti videbatur probabiliter di-
ci poſſe inductum fideicommiſſum inter
ipſos deſcendentes ex filijs Antonij ordine
ſucceſsiuo, non autem reciproce inter eos,
quatenus iungerentur gradu tranſuerſa-
li: ex ſequenti clauſula, in qua dicitur,
quod quatenus reperiantur perſonæ natę,
aut naſciturę de legitimo matrimonio om-
nes includantur ſub fideicommiſſo, non
aliter facta mentione de deſcendentibus,
tollitur omne dubium, & ſatis videtur con-
ſtare intet omnes, natos tam ẽ ex filijs An-
tonij, & maſculos, reciprocũ eſſe fideicom-

miſſum

miſſum etiã, quod non ſint inuicem deſcendentes, ſed tranſuerſales.

Cum hos effectus hæc clauſula operetur, non eſt, quod dicatur per eam ampliari præ-
26 cedentem ſubſtitutionem, ſufficit enim, vt quid, vel minimum operetur, vt ſuperflua non dicatur *gloſ. in l. raptores C. de rapt. virg.*
28 & † ſufficit, quod exprimat id, quod tacitè inerat *Io. And. in c. ſolita de maiorit. & obedient.* & in puncto optimè *Surd.* vidend. *d. conſ.* 315. *nu.* 30. *& ſeq. in* 3.

Hinc ceſſat, & tertium principale fundamentum, quod præcedentia erant ſatis clara, ideo, quod non poteſt ſequens clauſula eſſe ad declarationem, quia imò ex iam dictis conſtat opus fuiſſe declaratione.

29 Nec reſiſtunt authoritates contrariæ, quibus probatur dictionem, *ita quod* ampliare, nam omnibus ferè, varijs modis reſpondet *Surd. d. conſ.* 315. *à num.* 27. *ad* 41. ad quem me referre ſufficiat præſertim firmat, regu-
30 lariter hanc diſtinctionẽ reſtringere id plurib. authoritatib. probans, & † in ſpecie *Curt. iun. nu.* 49. *col.* 5. *verſ. confirmantur præmiſſa in fine* loquitur in caſu, quo clauſula eſſet ſu-
31 perflua † *Pariſ. conſ.* 90. *in* 2. loquitur in caſu, in quo ex pluribus cõiecturis ex teſtamẽto ſumptis colligitur, teſtatorem voluiſſe inducere perpetuum fideicõmiſſum pro conſeruatione agnationis, vt latè *ſub num.* 14. *& ſeq.* & concludit dictionem *ita quod* ampliare ad effectum, vt contineat id, quod ex dictis coniecturis colligebatur eſſe ex intentione teſtatoris, ſed in propoſito noſtro nihil eſt, quod perſuadeat, teſtatorem voluiſſe incontinẽti ſub ſubſtitutione comprehendere etiam fœminas, ſub qua paulò ante tantum maſculos comprehenderat, imò quoad Claudiam adſunt cõtrariæ coniecturæ, vt antea dixi.

32 Præterea *Pariſ.* admittit dictionem *ita quod* ampliare, ſed retentis qualitatibus præcedentibus, vt benè ex eius dictis colligitur, & in propoſito ampliabit, ſed in maſculis, vel in deſcendentibus tantum ex filijs
33 Antonij, non vero in tranſuerſalibus, & ita non in Claudia *Soc.* † *ſen. conſ.* 241. *num.* 16. *in* 2. ſentit verbum *ita quod* poſitum in clauſula ampliatiua non reſtringere, ſed potius ampliare iuxta naturam clauſulæ, cui adiungitur, & id colligitur ex hoc modo loquendi *Soc.* dum ait *quod potius ſit ampliatiuò, & ſic non habeat reſtringere diſpoſitionẽ præcedentem* ſentit ergo verbum *ita quod* dici ampliare quatenus non reſtringit, & id etiam oſtendunt authoritates *Gagl. & Ang.* ab eo allegatæ, quæ in his terminis loquuntur, quatenus, ergo conſtaret, teſtatorem augere voluiſſe præcedentem ſubſtitutionem dictio *ita quod*, & ipſa augeret, & non reſtringeret contra mentem teſtatoris, ſed de hoc in caſu noſtro nullo modo conſtat, ſed benè conſtat, ad quem finem fuit d. clauſula adiecta, ſcilicet vt dictum antea repeteretur, ad hoc vt adderetur modus ſuccedendi in ſtirpes, & ſi fuit addita ad ampliandum, non ad correctionem voluntatis præcedentis, ſed ad inducendum fideicommiſſum inter deſcendentes ex filijs inuicẽ collaterales, & nedum inter naſcituros, ſed etiã inter natos *Decian.*
34 *in conſ.* 33. *nu.* 94. *in* 1. *& conſ.* 84. *n.* 27. *in* 3. loquitur in caſibus, in quibus ex coniecturis, & alijs in teſtam. diſpoſitis conſtabat, teſtatorem voluiſſe inducere perpetuum fideicommiſſum, & nullo modo voluiſſe bona ad extraneos peruenire, quod poſtea confirmat ex natura dictionis *ita quod*, quę eſt ampliare ſcilicet iuxta voluntatem teſtatoris, ita & ipſe (vt plures alij) ſentit, quod hæc dictio ampliet, hoc eſt, quod non reſtringat, quando conſtat teſtatorem ampliare voluiſſe, in quibus terminis nos non verſari reſpectu
35 Claudiæ dictum, & probatum fuit, & ſi † rectè conſideretur, loquitur *Decian.* in caſibus, in quibus alias clauſula fuiſſet ſuperflua,
36 Idem † *Decian. in conſ.* 57. *in* 1. pariter ſupponit, quod ex pluribus vocabulis, quibus lingua materna vſus fuerat teſtator, appareat prohibuiſſe generaliter quacũq; moleſtia iuſta, vel iniuſta affici vxorẽ ſuam, & poſtea iuxta hanc voluntatem cõcludit dictionem, *ita quod* ſtare ad augmentum, & non
37 ad diminutionẽ, alias † quando ipſe *Decian.* conſiderat ſolam naturam huius dictionis ſimpliciter, ait, eam eſſe præcedentiũ reſtrictiuam, vt in *conſ.* 7. *num.* 62. *vol.* 1. *& conſ.* 3. *nu.* 141. *eod. vol.* ait, hanc dictionem eſſe modificatiuam, & declaratiuam, & non ait ampliatiuam, & in *conſ.* 114. *nu.* 2. *& ſub nu.* 19. *verſ. non obſtat ſecundum* apertè tenet
38 eſſe dictionem reſtrictiuã: pariter, † quando conſtat de voluntate teſtatoris, vel coniecturis, vel verbis loquuntur *Ruin. conſ.* 153. *n.* 2. *in* 2 *& Bero. conſ.* 77. *n.* 16. *in* 2. quod tũc dictio, *ita quod*, non reſtringit, ſed ampliat,
39 ſ. iuxta mentem, & meritò, cũm † verba voluntati deſeruire debeant §. *noſtra autem*
40 *Inſt. de legat.* alias, † dùm conſiderant naturã huius dictionis in ſe, aiunt eſſe limitatiuam, & reſtrictiuam, nempè *Ruin. conſ.* 18. *nu.* 11. *in* 2.

41 *in 2. Bero. conſ.* 102. *nu.* 27. *in* 2. † *Purpurat. cõſ.* 203. *n.* 8 *in* 1. loquitur, quãdo huiuſmodi dictio, & eius clauſula remaneret ſine effectu operãdi, qđ non eſſe in caſu noſtro iam oſtẽdi: In ſumma intẽtio noſtra fundata eſt, quia regula eſt, vt dictio *ita quod* declaret reſtringendo, & retinendo qualitates præcedentes, vt per *Surd. in duobus conſ. ſupra cit.* quæ limitatur, niſi ampliet ex manifeſta voluntate teſtatoris, vel niſi ſit otioſa, in quibus terminis nos non verſari iam oſtendimus, ita credimus perfectè reſoluta omnia, quæ facere poſſent pro D. Claudia cõtra Dominas filias D. Accurſij, & quidem ni fallor pro veritate. *an.* 1606. *Martij.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Nunquid filiarum appellatione in ſubſtitutionibus veniant nepotes ex eis.

Quando ſit locus tranſmiſsioni ſubſtitutionis & quando non.

Renunciatio quibus caſibus valida ſit, & quibus non.

SVMMARIVM.

1 *AD ſubſtitutionem non admittitur qui non eſt vocatus.*

2 *Filiorum appellatione comprehenduntur nepotes.*

Non tamen appellatione filiarum nu. 3.

Nec, quando filij nominati ſunt nominibus proprijs nu. 5.

4 *Dictio* dictus *reſtringit ſermonem ad ſuperius nominatum.*

6 *In fideicommiſſis non eſt permiſſa extenſio de perſona ad perſonam.*

Quia ea eſt odioſa num. 7.

Præſertim, quando vocatio eſt facta per nomina propria, & verba reſtrictiua nu 8.

Permittitur tamen, quando conſtat teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem nu. 9.

Se à perpetuò nu. 11.

10 *Illud, quod reſpondiſſet teſtator, ſi fuiſſet interrogatus habetur pro diſpoſito.*

Quæ regula non habet locum multis caſibus num. 12.

13 *Vocatus ad fideicommiſſum decedens pendente conditione non tranſmittit illud ad ſuos deſcendentes, etiam ſi ſint de liberis teſtatoris.*

Contrarium nu. 19.

Sed prima opinio eſt magis communis nu. 21.

Quia conditio dum pendet nihil ponit in eſſe, & non entis nulla ſunt qualitates nu. 14.

Tranſmiſſioq; multo minus fieri poteſt, quando ſubſtituti vocati ſunt nomine proprio num. 15.

Vel certa qualitate eorum propria nu. 16.

Vel quando vocati ſunt verbis directis n. 17.

Item, quando ex teſtamento conſtat, teſtatorem voluiſſe alios vocatos tranſmittere ad ſuos, & de his non conſtat nu. 18.

Tranſmiſſionis materia pendet à coniecturis num. 24.

Quæ tamen ſint concludentes, & à Doctoribus receptæ nu. 36.

Pro tranſmiſſione prima coniectura eſt affectio teſtatoris ad deſcendentes nu. 25.

Quæ colligitur ex reciproca ſubſtitutione inter illos nu. 26.

Secunda, quando cum ſubſtitutione coniunctum eſt ius accreſcendi nu. 28. *&* 29.

Sed coniectura hæc non eſt approbata nu. 38.

Et ſaltem non intrat in ſubſtitutione fideicommiſſaria nu. 39.

Nec ad fauorem eius, qui nullam partem habet nu. 40.

Quia per ius accreſcendi vna portio alteri accedit nu. 41.

Tertio, quando aliqui ſunt poſiti in conditione ad illos ſit tranſmiſſio nu. 30.

Quod tamen à pluribus improbatur nu. 42.

Quarta coniectura pro tranſmiſſione eſt, ſi in alia parte teſtamenti ad alios permiſſa ſit tranſmiſſio nu. 31.

Dummodo in omnibus ſit eadem ratio nu. 44.

Quia data diuerſitatis ratione dictum in vna parte teſtamenti non intelligitur repetitum in alia num. 45.

Sicuti nec locus eſt repetitioni in odioſis, vt eſt tranſmiſſio nu. 46.

Quinta coniectura eſt, quando ius commune aliquibus defert ſucceſſionem quia ad illos ſit tranſmiſſio nu. 32. *& ſeq.*

Sed hoc quomodo procedat nu. 47.

Iſtaq; coniectura, ſimul vnita magis arguunt tranſmiſſionem nu. 35.

21 Soc. in l. hæredes mei §. cum ita nu. 9. ff. ad Trebel. *loquitur contra communem.*

22 *Intellectus* l. vnic. C. de his, qui ant. apert. Tabul.

Odd. de compend. ſubſt. partic. 6. q. 1. art. 2. verſ. (lege quidem) *circa inductionem* d. tex. *improbatur ibid.*

Idem Odd. *laudatur nu.* 23.

26 *Subſtitutio reciproca dicitur inducta ex grauamine iniuncto vltimo decedenti.*

27 *Fa-*

Digitized by Google

27 *Fœmina nupta ſunt principium alterius familiæ.*

29 *Inter coniunctos re, & verbis habet locum ius accreſcendi.*

33 *Teſtator præſumitur ſe conformare cum iure communi.*

Sed hæc præſumptio eſt leuis nu.48.

Et quomodo procedat num.47.

34 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt nihil operatur.*

Hoc tamen procedit in expreſſis per modum conditionis, non per modum diſpoſitionis num.50.

Et quando, quæ tacitè inſunt eo modo exprimuntur, quo inſunt nu.51.

35 *Quæ ſingula non proſunt vnita iuuant.*

Quæ regula quomodo procedat nu.52.

43 *Specialia, & ſubſtitutiones non ſunt multiplicanda.*

49 *Nepotes de iure communi in fideicõmiſſis non admittuntur cũ amita nominatim vocata.*

53 *Renunciari non poteſt iuri futuro pendente conditione & nu.56.*

Quod intelligitur de repudiatione nu.82.

Quia conditio nihil ponit in eſſe nu 54.

Et non entis nullæ ſunt qualitates nu.52.

Poteſt tamen pacto renunciari iuri futuro cõpetenti ex cauſa de præſenti num.73.76. & 84.

Et ideò pacto poteſt renunciari fideicommiſſo num.72. & 75.

Et iuri conditionali num.74.

Cum ſpes etiam donari, legari, & vendi poſſit num.83.

Quando verò renunciari poteſt iuri futuro de iuramento fieri debet n.58.

Cũ renunciatio ad illud non extẽdatur n.59.

Etiam ſi generalis ſit num.60.

Quia renunciatio eſt ſtricti iuris, et ideo non extenditur ad non expreſſa, & interpretatur, vt minus noceat, ac fieri poſſit nu.61.

Sed quomodo id intelligatur n.88.

Contrarium tamen, quòd renunciatio verbis generalibus concepta comprehendat fideicommiſſum n.80.

Præſertim quando verba ſint geminata n.81.

Quæ autem ſint verba comprahendentia ius futurum n.87.

Et etiam ſub renunciatione comprahenditur fideicommiſſum, quando renuncians ſibi reſeruauit aliquod ius competens ex teſtamento n.79.

Sicuti comprehenditur, ac ſi de eo in indiuiduo fuiſſet facta mentio, quando nullum aliud aderat ius nu.77.

Et ſi renuncians dicat aliud adeſſe ab eo probandum eſt nu.78.

Item renunciatio futuri iuris non valet, niſi renuncians de illo ſit informatus nu.62.

Sicuti in renunciatione fideicommiſſi requiritur particularis illius notitia nu.64.

Ita & renunciatio eorũ, quæ ex teſtamento cõpetunt, non valet niſi inſpectis, & cognitis verbis teſtamẽti ex l.de his ff.de trãſ.*n.63.*

Nec d.l.de his *etiam iuramento renunciari poteſt nu.65.*

Non tamen neceſſarium eſt ſeruare formam d.l.*quando conſtat contrahentes ſciuiſſe tenorem teſtamenti num.89. & 90.*

Rationes d.l.de his *recenſentur nu.90.*

57 *Priuatio ſupponit habitum.*

66 *Renunciatio ob maximã læſionem non valet.*

Præcipuè ſi ſit facta à muliere, & minore n.67

Sed in iure quærendo pendente à futuro euentu non cadit læſio nu.91.

Nec tenet renũciatio ſine inſinuatione n.69.

Quæ tamen non requiritur in iure quærendo num.95.

Et iuramentum ſupplet eius defectum nu.96.

Renunciatio facta ad fauorem fratrum illis mortuis reſoluitur nu.70.

Quod fallit quando eſt roborata pacto, vel ſtipulatione fratrum, & facta ex cauſa iam adimpleta nu.98.

Et quando eſt facta mentio hæredum ipſorum fratrum num.92.

68 *Minores non poſſunt renunciare immobilia ſine cauſa, & decreto iudicis.*

Sed intelligitur quoad iam quæſita nu.93.

Et ſi facti maiores tacuerint dicuntur renunciationem ratificaſſe nu.94.

71 *Ad iura renunciata non datur regreſſus.*

92 *Iuramentũ ſupplet defectum certiorationis.*

RESPONSVM XXXIV.

Ne auferas Domine de ore meo verbum veritatis.

DVæ mihi proponuntur excutiendæ nõ leues difficultates ex teſtamento Illuſtriſ. D. Co. Alberti de Benedictis Mediolanenſis qui inſtitutis filijs maſculis vltimò eorum ſubſtituit his verbis, *& eo caſu, videlicet vbi dicti omnes eius filij hæredes inſtituti decederent ſine filijs vt ſupra ſibi, & vltimò morienti in tota eius hæreditate inſtituit, & ſubſtituit hæredes dictas eiuſdem teſtatoris filias,*

filias, tàm nuptas, quam nubendas &c.

Prima difficultas eſt, quod cum D. Barbara filia teſtatoris deceſſerit viuẽte adhuc Illuſtriſ. Co. Hermete vltimo ex filijs inſtitutis, An caſu quo ipſe Co. Hermes decederet ſine filijs, quemadmodũ alij eius fratres deceſſerunt, ad bona d. teſtatoris admittatur D. Aurelius Arengherius filius eiuſdem D. Barbaræ prædefunctæ.

1 Non admitti exiſtimo, quia non poteſt
probare ſe vocatum eſſe, & de eo aliquam ſubſtitutionem loqui *Gozad. conſ. 29. num. 13. Honded. conſ. 78. nu. 8. ad 13. in 1. Pereg. de fideicommiſſ. artic 19. nu. 1. Ruſtic. in conſ. impreſſo poſt tract. de liber. in condit. poſit. n. 9.* faciunt *tex. l. Titia §. Caius, & l. Lutius Titius §. pen. vbi Doct. ff. de leg. 2. Camer. Imperial. deciſ. 6. nu. 5. parte 1.*

Nec ex verbis, nec per extenſionem, nec per tranſmiſſionem.

Quãtum ad verba res eſt clara, cum ſubſtitutio loquatur de filiabus, & nõ de earum
2 filijs *Honded. conſ. 56. ſub nu. 6. in 2.* & † licet
quandoq; ſub nomine filiorum, & nepotes contineantur *l. liberorum § ſed, & Papirius l. iuſta, & l. filij ff. de verb. ſign. l. Senatus conſulto ff. de rit. nupt. Gabr. de verb. ſignificat. cõ-*
3 *cluſ. 1.* Id † tamen quandoq; procedit, quãdo
de filijs eſt facta mentio in genere maſculino, etiam apto concipere fœmininum, ſed quãdo de filiabus eſt facta mentio, vt etiam veniant ex eis deſcendentes præſertim maſculi hoc apud aliquam legem, neq; iuris authorem ſcriptum reperitur.

Præterea illæ qualitates expreſſæ, *tam nuptas, quam nubendas*, prorſus excludunt deſcendentes maſculos ex filiabus.

Accedat, quod cum teſtator voce dictas filias, quas (vt credo) in alijs partibus nomi-
4 nibus proprijs nominauit, conſtat † per illud
nomen, *dictas*, teſtatorem reſtringere ſermonem ſuum ad filias prius nominatas. *Bar. in l. qui liberis §. fin. in fin. ff. de vulg. & pupil. Dec. conſ. 465. ſub num. 8. Aym conſ. 98. nu. 6. Roſa deciſ 49 p. 1. num. 3. in nouiſſ.* quo
5 caſu ſub nomine filiarum non poſſunt venire
nepotes ex eis *Bar. & alij in l. Gallus §. inſtituens ff. de lib. & poſthum.* & *in l. liberorum ff. de verb. ſign. Alex. conſ. 140. ſub nu. 3. verſ. item etiam in 6. Gozad. conſ. 29. n. 14. & 15. Ant. Gabr. de verb. ſignific. concluſ. 1. nu. 58. 70. & 84. Pereg. de fideicommiſſ. artic. 22. num. 47.*

6 At nec per extenſionem id eſſe poteſt,
quia in fideicommiſſis regulariter non eſt permiſſa de perſona ad perſonam *l. pater §. quindecim ff. de leg. 3. Dec. conſ. 211. nu. 5. & 377. nu. 3. Surd. conſ. 559. nu. 12. in 4. Rim. iun. conſ. 535 nu. 69. in 5. Menoch. præſumpt. 72. nu. 5. Molin. de Hiſpan. primogen. l. 1. c. 4. nu. 4. Camer. Imperial. d. deciſ. 6. nu. 41. cum*
7 *ſeq & nu. 79. parte 1.* nimirum, † quia ſimilis
extenſio eſt odioſa *Petr. de fideicommiſſ. q. 5.*
8 *nu. 59.* pręcipuè † prohibitam eſſe extenſio-
nem, quando vocatio eſt facta per nomina propria, & verba reſtrictiua, ſcripſit *Surd. d. conſ. 559. num. 12.* vt in ſpecie noſtra eſt, & nomine proprio ex relatione, & verbis reſtrictiuis facta ſubſtitutio, vt antea probaui. Et magis, quia vltra verba reſtrictiua, eſt etiam expreſſa qualitas nuptiarum, quæ non conuenit filijs filiarum.

Nec obſtaret, ſi diceretur, hanc eſſe extẽſionem, ex mente teſtatoris deſiderantis conſeruare bona in deſcẽdẽtia ſua, vt oſtendit ſtudioſa multiplicatio ſubſtitutionum in caſu, quo poſſet bona peruenire ad fiſcũ, vel ad extraneos aliquo ex deſcẽdentibus moriente ſine filijs, & ideo de iure eſſe permiſ-
9 ſam, vt † & quãdo conſtat teſtatorẽ in agna-
tione voluiſſe bona conſeruare. *Pariſ. conſ. 30. nu. 55. in 3. Rim. iun. conſ. 21. nu. 65. in*
10 *1.* & id videtur tale de quo, ſi interrogatus
fuiſſet teſtator, voluiſſe veriſimile eſt, & ob id habebitur pro diſpoſito *l. tale pactum §. fin ff. de pact. Ant. Gabr. tit. de reg. iur. concluſ. 10. nu. 6.*

11 Reſponderetur enim, quod id fortè pro-
cederet quando cõſideraſſet teſtator perpetuam conſeruationem bonorum in deſcendentia, ne redderetur talis voluntas eluſoria, facilè fideicommiſſum extenderetur ad filios filiarum: nam talis extenſio eſſet ex veriſimili mente teſtantis, ita loquũtur *Doct.* quando adeſt conſeruatio agnationis; id non contingit in caſu noſtro, in quo tantum conſtat de deſiderio conſeruandi bona in certis deſcendentibus vocatis, non vero in deſcendentia abſolutè, ideò non vocauit filios, & omnes deſcendentes filiorum, ſed tantum poſuit filios filiorũ in conditione, qui etiam quod eſſent vocati, non eſſent poſtea vlterius grauati, & ſolas filias poſt eos nominatim vocauit, & niſi aliud ſit in teſtamento, ſ. vel prohibitio alienationis, vel quid aliud, quod oſtendat hoc abſolutum deſiderium conſeruandi bona in tota deſcendentia, non erit ratio, vt fideicommiſſum extendatur, nec reſultat aliquid, quod ſit ex veriſimili mente teſtatoris, vt intret regula *d. l. tale pactum*

Digitized by Google

12 *pactum*, Præterquam † quod non eſt locus
huic regulæ in caſu prorſus omiſſo, qualis
eſt vocatio nepotum ex filiabus: nec in caſu,
in quo ſunt verba reſtrictiua, vt hic; nec quã-
do verba non conueniunt, vt in propoſito
nepotibus ex filiabus non conueniunt illa
verba *tam nuptas, quã nubendas*, nec, (& hoc
magis ad rem facit) quando agitur de fidei-
commiſſo extendendo *Sim. de Prat. de inter-
pretat. vlt. volunt. lib. 3. ſol. 1. nu. 81. 87. 90.
& 93. fol. 330.*

Tandem nec poterit prætendere filius
D. Barbaræ bona fideicommiſſi per trãſmiſ-
13 ſionem, quia † eius mater erat ſubſtituta illi
ex fratribus ſuis, qui vltimus decederet ſine
filijs, & ita ſub conditione incerta, quando,
& an, ob qualitatem filiorum, quæ Barbara
cum deceſſerit viuente adhuc vltimo fra-
tre, & ita pendente conditione remanſe-
runt bona fideicommiſſi apud fratrem libe-
ra, & omne fideicommiſſum extinctũ erit,
nec locus erit tranſmiſſioni, etiam quod D.
Aurelius ſit de liberis D. Barbaræ, & ipſius
teſtatoris *l. vnic. §. ſin autem ſub conditione
C. de caduc. tollend. l. ſi pecunia §. qui ita ff.
de leg. 2. l. quibus diebus §. quidam Titio l. hæ-
res meus in princ. & l. intercedit ff. de condit.
& demonſt. l. ſi cum hæres ff. quando dies leg.
ced. in l. ſi ex pluribus in fin ff. de ſuis & le-
git. & per hæc iura Bal. in l. vnic. num. 9. &
Odofred. ſub nu. 2. C. de his, qui ante apert. tab.
& omnes in §. cum ita l. hæredes mei ff. ad
Trebel.* vbi latiſſimè *Zanch. in 4. parte Alex.
conſ. 165. nu. 4. in 5. & conſ. 206. nu. 2. in 6.
Decian. conſ. 129. nu. 29. in 3. Honded. conſ.
56. nu. 9. & 10. in 2.* in puncto *Eugen. conſ.
61. per totum* præcipuè *nu. 25. Ladercb. conſ.
142. n. 6. Ant. Gomez. reſ. tom. 1. c. 5. de fidei-
commiſſ. ſubſtit. nu. 9. Tiraquel. de retract. li-
gnag. §. 1. gloſ. 2. nu. 25. Ant. Gabr. de hæred.
inſt. concluſ. 2. Vaſq. de ſucceſſ. progreſ. lib.
1. § 7. num. 52. Illuſtriſ. Mantic. de coniect.
lib. 11, tit. 20. Sim. de Prat. de interpratat. vlt.
volunt. lib. 3. ſol. 3. nu. 2. ſol. 370. Graff. de ſuc-
ceſſ. fideicom. q. 67. ſub n. 6. verſ. (ſecundus
caſus) Pereg. de fideicõ. art. 31. nu. 6. Roderic.
de coniect. mente def. lib. 3. c. 1. nu. 15. Marc.
deciſ. 78. nu. 8. par. 2. Gama deciſ. 160. nu. 1.
Vin. deciſ. 300. nu. 4. 301. nu. 2. & 398. in
princ. Medic. deciſ. 24. Franch. deciſ. 525. nu.
2. Veral. deciſ. 21. part. 2. Rota in nouiſſ. deciſ.
782. nu. 1.* Qui omnes vna cum infinitis alijs,
quos data opera prætereo, teſtantur hanc eſ-
ſe communẽ, & receptiſſimam opinionem,
14 & pro ea ſæpè iudicatum fuiſſe, cum † enim
conditio nihil ponat in eſſe dum pendet *l.
cedere diem ff. de verb. ſign.* non poteſt tran-
ſmitti, quod non eſt, quia non entis non dan-
tur qualitates *l. eius qui ff. ſi cert. pet.*

Quæ opinio in propoſito ex nonnullis red-
15 ditur indubitata: Primò, quia † ob dictionem
relatiuam, *dictas*, filiæ ſunt vocatæ nomini-
bus proprijs *Menoch. conſ. 200. nu. 96. 97.
& 98. in 2. Rota deciſ. 49. num. 3. p. 1* Item
16 & ſecundo ſunt vocatæ cum certa qualitate,
& circumſtantia earum propria *Rota d. de-
17 ciſ. 782. nu. 12. p. 1.* Tertiò, quia † vocatæ
ſunt verbis directis ibi, *in tota eius hæredita-
te inſtituit, Rota ead. deciſ. 782. n. 20.* Quar-
18 tò, † cum prius teſtator mentionem fecerit
de filijs filiorum, ſaltem eos ponendo in cõ-
ditione, ex quo oritur cõiectura velle filios
ſuos trãſmittere in eorum deſcendẽtes ſpem
ſubſtitutionis fideicommiſſariæ reciprocæ
inter eos tacitè inductæ ex illis verbis, *in to-
ta, & vltimo decedenti*, ita è contra vocando
filias, nulla de earum filijs mentione facta,
intelligitur nolle ipſas tranſmittere poſſe,
hoc genere arguendi vtitur *Decian. d. conſ.
129. nu. 38. in 3.* allegat *Bal. Paul. Oldrad.
Ruin. Soc. & Dec. vt per eum.*

Duo autem ſunt, quæ prima conſidera-
tione perturbare videntur hanc veram opi-
19 nionem in caſu noſtro, vnum † eſt, prædi-
ctam opinionem procedere abſolutè in ex-
traneis, ſecus verò in deſcendentibus teſta-
toris, ad quos fieri tranſmiſſionem, niſi con-
ſtet de contraria mente teſtantis tenet *gloſ.
in l. ſi in perſonam in verbo vtiliter C. de fidei-
commiſſ. & in l. is cui ff. de act. & oblig. ex §. in
nouiſſimo l. vnic. C. de caduc. tol* quam poſt
Petr. ſequitur *Soc. in §. cum ita l. hæredes mei
nu. 9. ff. ad Trebel. Oddus*, qui dicit eſſe de iu-
re veriorem opinionem huius *gloſ. in tract.
compend. ſubſt. partic. 6. q. 1. artic. 2. verſ.
(Contrarium igitur) & conſ. 37. nu. 3. & conſ.
54. n. 8.* & iſti varijs modis inducunt *l. vnic.
C. de his, qui ante apert. tab.*

20 Sed opinio magis communis approbata
ab infinitis *Doct.* dictat, imò, nec ad deſcen-
dentes fideicõmiſſum conditionale decedẽ-
te vocato pendente conditione tranſmitti,
eo quod ratio illa, quod nihil ſit in eſſe, ita
intrat in deſcendentibus, quemadmodum, &
in extraneis *Rip. in l. Centurio nu. 159. Doct.
in d. §. cum ita* præcipuè *Zanch in 4. parte nu.
96.* qui & *ſub nu. 99. verſ. quibus tamen* re-
fert *Alciat. Ruin. Crot. Soc. iun. & Io. Ant. Rub.*
in conſilijs ab eo citatis reſpondiſſe funda-
21 mentis *Soc.* Quod † ſit contra *Soc.* verior opi-

nio communis, & in iudicando ſæpè recepta
*Mantic. d. lib. 11. tit. 2. ſub num. 1. Graſſ. §.
fideicommiſſum d. q. 67. ſub n. 6. Medic. deciſ.
34. nu. 3. Franc. deciſ. 525. n. 2.* & nouiſſimè
Pereg. conſ. 33. nu. 6. vol. 4. Imò ipſemet *Od-
dus* locis antea citatis non audet inficiari,
quin hæc ſit communis opinio, ideò in caſi-
bus ſuis non inſiſtens in opinione *gloſ. & Soc.*
tranſit ad coniecturas, & in ſumma omnes,
qui ſupra citati ſunt pro non tranſmiſſione
etiã loquuntur in deſcendentibus; Quæ opi-
nio, quando etiam haberet maiorem dubi-
tationem, quam re vera habeat, totá ceſſaret
ex coniecturis antea conſideratis diſſuaden-
22 tibus tranſmiſſionem: Nec † ponderatio *d.
l. vnic. C. de his, qui ant. apert. tab.* de qua *Odd.
in d. tract. compend. ſub d. nu. 13. verſ. lege
quidem* alioquin ſubtilis quicquã facit, dum
ait, quod minus dubitabile ſit, an tranſmitta-
tur ſubſtitutio, quando adeſt, quam an tranſ-
mittatur hæreditas, ſed hæreditas tranſmit-
titur ad filios, ergo &c. primò, quia ex vera
ſignificatione verborum deducitur, quod
minor eſt dubitatio, an ad poſteros hæredi-
tas tranſmittatur, quando poſteri ſunt ſubſti-
tuti, quam quando non ſunt ſubſtituti, nam
primo caſu certum eſt, tranſire hęreditatem
ob ſubſtitutionem, & eius virtute tranſmitti,
in ſecundo verò caſu nõ ita facilis eſt tranſi-
tus hæreditatis; non verò deducitur facilius
tranſmitti ſubſtitutionem, quã hæreditatem.

Secundo ille tex. non loquitur de ſubſtitu-
tione non fideicõmiſſaria, ſed vulgari, cuius
conditio purificatur, quando primus hæres
non adit hæreditatem, & ait ſiue adſit, ſiue
non adſit vulgaris ſubſtitutio, qua inſtituti
ſint inuicem ſubſtituti eſt locus trãſmiſſioni,
& ita ibi intelligit *Paul.* Et in ſumma quæ-
cunq; ſit ſubſtitutio, de qua in eo tex. oportet
ſupponere eius conditionem purificatam
fuiſſe, ideò ſola ratio dubitandi, an fuerit lo-
cus tranſmiſſioni ea fuit, quia vocatus mor-
tuus eſt nondum apertis tabulis, qui eſt pro-
prius caſus, quo relictum fiebat caducum, in
quibus terminis intelligi *d. l. vnic.* manifeſtè
ſenſit *Cuiac. in §. in nouiſſ. l. vnic. C. de caduc.
tol.* non autem eſt, quia pendente conditione
ſubſtitutus deceſſerit.

Tertio dato, quod *tex.* ille probaret, vt ſẽ-
ſit *Oddus* ſubſtitutionem pendente conditio-
ne tranſmitti ad liberos, procederet tantum
in reciproca ſubſtitutione, non in ſimplici,
qualis eſt illa, per quam Barbara vocata
fuit, & ratio differentiæ eſt, quia in reciproca
facta inter liberos, quæ eſt paſſiuè in vno-
quoq; ex liberis neceſſariò filij eius, cui facta
eſt ſubſtitutio ſaltem ſunt tacitè poſiti in cõ-
ditione ex *l. cũ auus ff. de cond. & demonſtrat.*
ex qua poſitione in conditione oritur conie-
ctura pro tranſmiſſione, de qua *Gabr. de hæ-
red. inſt. d. concl. 2. nu. 35.* ſed quando ſubſti-
tutio eſt ſimplex vocans aliquem, vt hic vo-
cat Barbaram, filij non ſubintelliguntur niſi
expreſsè vocentur, ideò non ita facilè indu-
cetur tranſmiſſio: His modis euitari poteſt
23 inductio huius † noſtræ ætatis celeberrimi
Iuriſconſ. in qua ſola mihi puto eſſe inſiſtẽn-
dum, quia ei nullus (quod videũ) ſatisfacit
Soc. verò rõnibus ſatisfaciunt *Doct.* antea cit.

Alterum, quod opinioni communi, vt nõ
ſit locus tranſmiſſioni, obſtat, eſt, receptiſſi-
24 mum † eſſe, materiam tranſmiſſionis regula-
ri à voluntate teſtatoris, & ſecundum eam
tranſmiſſibile fieri non tranſmiſſibile, &
non tranſmiſſibile fieri tranſmiſſibile, & to-
tum hoc pendere à coniecturis *Bal. in l. ſi pa-
ter ſub nu. 4. C. de inſt. & ſubſtit. Zanch. ad d.
§. cum ita 4. parte nu. 103. Doctor Maria vo-
to 85. nu. 1. Peregrin. conſ. 63. ſub n. 25. in 2.*
& plenius *conſ. 69. n. 20. in 3. Zuchard cõſ.
74. n. 8.* & alij oẽs, qui de tranſmiſſione ſcri-
bunt; In caſu aũt noſtro videntur cõcurrere
plures cõiecturæ ꝓ tranſmiſſione, ergo &c.
25 Prima Affectio teſtatoris ad deſcenden-
26 tes ſuos, dum voluit, vt † filij maſculi eſſent
inuicem reciprocè ſubſtituti, ſubſtitutione
tacita ex grauamine iniuncto vltimo dece-
denti, & in tota ex communi opinione *Doct.
in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebel.* &
dum deficientibus maſculis, & fæminas vo-
cauit, Imò videtur, & magis dilexiſſe deſcẽ-
dentiam, quam agnationem, cum fæminas
vocauerit etiam, quando eſſent nuptæ, quo
27 caſu de alia familia participant, & ſunt prin-
cipium lineæ alterius familiæ *Pereg. d. conſ.
69. ſub num. 20. verſ. (dua tamen) in 3.*
28 Secunda, quia cum ſubſtitutione, qua
Barbara, & Syluia ſorores vocantur, eſt cõ-
iunctum ius accreſcendi, nam cum ita vo-
centur, *ſubſtituit hæredes dictas eiuſdem te-
ſtatoris filias, tam nuptas, quam nubendas,*
ſunt iunctæ rei, & verborũ complexu, *l. tri-
29 plici ff. de verb. ſign.* † & proinde eſt locus iuri
accreſcendi *l. re coniuncti,* & ibi poſt *Bar. alij
ff. de leg. 3.* quando verò cum ſubſtitutione
eſt vnitum ius accreſcendi, quod ſit locus
tranſmiſſioni, tenent *Bar. & alij in l. qui pa-
tri ff. de acquir. hæred. Ant. Gabr. de hæred. in-
ſtit. d. concluſ. 2. nu. 43. Vin. deciſ. 393. n. 15.
Bal. conſ. 9. nu. 1. in 2. Odd. conſ. 37. nu. 10.*

Ter-

30 Tertia, quia in vocatione filiorum eſt lo-
cus tranſmiſſioni, cum in ea filij ſint poſiti in
conditione, & propterea ad eos tranſmitti
poteſt *Bal. in d. l. vnic. in fin. C. de his qui an-
te apert. tab. Grat. conſ.* 101 *nu.* 2 *in* 2. *Aym.
conſ.* 306. *ſub nu.* 3. *verſ. (coniectura autem)*
31 ergo † & eidem erit locus in vocatione filia-
rum declarando mentem teſtatoris ab alia
parte teſtamenti *Gabr. d. concluſ.* 2. *de hæred.
inſt. n.* 34. Quod & ſẽſit *Odd. d. conſ.* 37. *n.* 10.
addens, quod quemadmodum voluit tran-
ſmitti ad filios filiorum ſit veriſimile, etiam
voluiſſe tranſmitti ad filios filiarum, quas
amauit veluti amauit maſculos ipſis maſcu-
lis deficientibus.

32 Quarta eſt coniectura, quia ab inteſtato
de iure communi, vel ſpectemus D. Herme-
tem fratrem Barbaræ, & Syluiæ, vel teſta-
torem earum patrem, filius Barbaræ ſucce-
deret cum Syluia matertera prædefuncta
33 Barbara, cum hoc † iure communi præſu-
mendum eſt teſtatorem voluiſſe ſe confor-
mare *l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebel.* &
ita voluiſſe bona peruenire ad filium Bar-
baræ, ſaltem in eum tranſmittendo virtu-
tem ſubſtitutionis: Imò dici poſſet, vocare
has mulieres poſt mortem vltimi ſine filijs
eſſe exprimere id, quod à lege iam erat in-
34 ductum, quæ † expreſſio cum nihil operari
debeat *l.* 3. *ff. de leg.* 1. nec poterit impedi-
re tranſmiſſionem: ita in his terminis hanc
coniecturam deducit *Eugen. conſ.* 61. *n.* 10.
& 11.

35 Et ſi hæ coniecturæ ſingulariter conſi-
deratæ non iuuarent ad perſuadendam
tranſmiſſionem vnitæ iuuabunt *l. ſpadonem
§. qui iura multa ff. de excuſat. tutor.* præſer-
tim in deſcendentibus, vt idem etiam pro-
batur in coniecturis, quibus poſiti in con-
ditione vocati dicuntur *Petra de fideicom-
miſſ. q.* 9. *nu.* 190.

Sed nec iſtud obſtare exiſtimo: quia da-
to, quod coniecturis collectis ex teſtamen-
to perſuadeatur tranſmiſſio; conueniunt
36 tamen *omnes* oportere tales coniecturas
concludere, receptaſq; eſſe, & arbitrium
iudicis regulari debere à iure communi, &
traditionibus communibus *Doct. Zanch. in
d.* 4. *part. n.* 186. non enim conuenit, iudicẽ
recipere coniecturam à *Doct.* improbatam,
vel cui iura reſiſtant, aut, quæ in caſu pro-
poſito nihil concludat.

Coniecturæ autem deductæ, vel in pun-
cto nihil faciunt, vel ſunt reprobatæ, ergo
illis nihil tribuendum erit, Prima de affe-
ctione ad deſcendentiam non obſtat; quia
ex teſtamento non colligitur abſoluta di-
lectio ad deſcẽdentiam, ſed dilectio reſtri-
cta ad filias ob relationem ad nomen pro-
prium, verba reſtrictiua, & qualitates filia-
bus tantum cõuenientes, de quibus antea,
ideò non poterit colligi dilectio deſcẽden-
37 tiæ, niſi in perſonis vocatis: quia † limitata
cauſa limitatũ producit effectum *l. in agris
ff. de acquir. rerum dom.*

Secunda coniectura de vnione iuris ac-
38 creſcendi non obſtat prius; quia eſt conie-
ctura reprobata, vt latè proſequitur *Zanch.*
reſpondendo contrarijs in *d.* 4. *parte num.*
39 275. Secũdo, † quia quicquid ſit in pupilla-
ri, de qua loquitur *l. qui patri ff. de acquir.
hæred.* in fideicommiſſaria nõ intrat *Zanch.
nu.* 280. *Gabr. conſ.* 91. *nu.* 22. *in* 2. *Ludercb.
conſ.* 142. *ſub n.* 7. *Alciat. in l. venire nu.* 52.
ff. de acq. hæred. & in cõſ. 117. *nu.* 15. *lib.* 9.
40 *Mãt. d. tit.* 20. *lib.* 11. *ſub n.* 13. Tertio Con-
iectura iuris accreſcendi intraret, quando
Barbara, & Syluia fuiſſent reciprocè ſubſti-
tutæ, tũc, ſi poſt acquiſitã ſuam portionem
Barbara viuente adhuc Syluia decederet,
quemádmodũ ius accreſcẽdi, quod ei com-
petere poterat, ſi Syluia repudiaſſet, tranſit
ad hæredes Barbaræ, ita tranſit, & fideicõ-
41 miſſaria ſubſtitutio, quia † in perſona Bar-
baræ, & poſt eam filiorũ ſuorũ extat portio
hęreditatis, cui ſm̃ regulas iuris accreſcẽdi
altera portio accedere poteſt *l. ſi totam ff. de
acquir. hæred.* & in iſtis terminis procedit *l.
qui patri*: Sed in caſu noſtro, in quo Barba-
ra, & Syluia ſunt ſimpliciter ſubſtitutæ vl-
timo decedenti, moriente Barbara ante
grauatum nullũ ius accreſcendi intrat, quia
nulla eſt portio, cui accreſcat, & ideò nõn
eſt tractandum, quod ex tranſitu iuris ac-
creſcendi etiam tranſeat ſubſtitutio ei vni-
ta: Quod verò dictum fuit de coniunctione
operante ius accreſcẽdi inter ſorores iſtas,
operaretur, quando Barbara ſuperuixiſſet
vltimo decedenti, & ſucceſſiſſet, & decede-
ret antequam Syluia pro parte ſua adiret
tunc ad filios ſuos, quemadmodum tranſ-
mitteret portionem ſuam adeptã, ita tranſ-
mitteret ius accreſcẽdi ad portionem Syl-
uiæ: Sed hæc omnia ſunt à propoſito caſu
extranea, quia mortua Barbara, antequam
aliquid acquiſiuerit, non eſt tractandum de
iure accreſcendi, & ſi de eo eſſet tractandũ,
potius eſſet ad commodum Syluiæ, niſi ei
obſtaret renunciatio, de qua dicemus in-
ferius.

Quantum ad tertiam coniecturam atti-
net, dicitur, in ea ſupponi in tacita ſubſtitu-
tione reciproca filiorum eſſe locum tranſ-
42 miſſioni, quod † eſt controuerſum, & à plu-
tibus improbatum *Gabr. d. conſ. 91. nu. 12.
cum ſeq.* Et ſi procederet in reciproca ex-
preſſa, non facilè procederet in tacita, quia
oporteret præſumere, teſtatorem voluiſſe
filios ſuos inuicem ſubſtituere, & poſtea
præſumere talem tacitam ſubſtitutionem
voluiſſe ad filios filiorum poſitos in condi-
43 tione tranſmittere, quod † eſſet certo modo
multiplicare ſpecialia, & præſumptiones
contra l. 1. C. de dot. promiſſ.

Secundò etiam, quod teſtator voluiſſet
reciprocam tranſmitti ad filios filiorũ non
eſſet repetenda eadem tranſmiſſio in filijs
filiarum, tum quia repeti ſolet, quod in alia
parte teſtamenti eſt expreſſum, non quod
tacitè colligitur, tum quia in filijs filiarum
non datur eadem ratio, quia ipſi non ſunt
poſiti in conditione, quemadmodum ſunt
poſiti filij filiorum, quod eſt fundamentum
tranſmiſſionis in eis, & quia filij filiorum
ſunt de agnatione teſtatoris, filij filiarum
44 nequaquam, & † non data identitatis ratio-
ne nõ eſt locus præſumptioni, quod quem-
admodum in vna parte voluit teſtator id
45 cenſeatur, & in alia parte voluiſſe, ſed † po-
tius intrat altera contraria, quod ſi in filia-
bus teſtator voluiſſet tranſmiſſionẽ, quem-
admodum voluit in filijs filiorum, & de filijs
filiarum aliquam mentionem feciſſet, non
fecit, ergo noluit, *l. vnic. §. ſin autem ad de-
ficientis in fin. C. de caduc. tollen. Ceph. conſ.
53. nu. 113. in 1. Sim. de Prat. de interpretat.
vlt. volunt. lib. 2. ſolut. 2. nu. 151. fol. 169.
46 verſo.* Præterea † dicitur, tranſmittere eſſe
extẽdere fideicõmiſſum, quod eſt odioſum,
vti tendens ad augẽdum grauamen, & ideo
in eo non eſſe locum repetitioni, quæ in
materia odioſa non facilè admittitur, *Dec.
conſ. 577. nu. 7.* Hinc etiam ceſſat veriſimi-
litudo, quod teſtator amauerit filios filia-
rum, quemadmodum filios filiorũ: eſt enim
hæc veriſimilitudo ſine fundamento, cum
filij filiorum ſint de agnatione, & nõ æquè
filij filiarum.

47 Non etiam obſtat vltima coniectura; ſi
quidem præſumitur teſtator ſe conformare
cum iure communi, quando in eius diſpo-
ſitione expreſſa cadit aliqua dubitatio, pu-
ta quando vocat plures, & non exprimit,
quo ordine, & ad quam portionem eos vo-
cet; At quando aliquos nullo modo vocat
nõ intrat huiuſmodi præſumptio, alias quę-
cunque diſpoſitio, & vocatio teſtatoris ex-
tenderetur in perpetuum ad quoſcunque à
lege vocatos, quod minimè dicendum eſt,
48 ideò † ab hac pręſumptione vti leui facilè
receditur *Aym. conſ. 250. poſt nu. 2.* Imò hęc
49 coniectura retorqueri poſſet, quia † cũ ſint
nominatim vocatæ Barbara, & Syluia ad
fideicommiſſum, de iure communi nepotes
non admittuntur in fideicommiſſis cũ ami-
ta, quãdo vocatio eſt facta nominibus pro-
prijs, *Eugen.* vidend. *d. conſ. 61. nu.* 38. Qui
etiam ſatisfacit regulæ *l. 3. ff. de leg. 1.* quod
50 procedat in expreſsis per modum condi-
tionis, non in expreſſis per modum diſpoſi-
51 tionis, & † quãdo, quæ tacitè inſunt eo mo-
do exprimuntur, quo inſunt, ſecus, ſi alio
modo exprimantur, videatur ipſe *in eodem
conſ. nu. 34. cum ſeq.*

52 Tandem, nec obſtat regula, quæ ſingula
non proſunt &c. quia illa procedit, quando
plura ſingulariter conſiderata erant in ſuo
eſſe perfecta tendentia ad effectum, de quo
agebatur, ſed leuia erant, ſecus quãdo non
erant in ſuo eſſe perfecta, & nihil cõferen-
tia ad effectum, de quo agitur *Iaſ. in l. admo-
nendi nu. 253. in repet. ff de iureiurand. Eu-
gen. conſ. 27. nu. 61. conſ. 63. nu. 71.* & me-
lius *in conſ. 95. in fine nu. 63.*

Et hæc quo ad primam difficultatem di-
cta ſufficiant, in qua ſi aliquid omiſi, quod
ex teſtamẽto colligi poterat, vel in aliquo
dixi contra diſpoſita in teſtamento, id mihi
non erit imputandum, quia non fuit exhi-
bitum totum teſtamentum, ſed tantum ab
inſtitutione vſq; ad ſubſtitutionem filiarũ.

Altera, & ſecunda eſt difficultas concer-
nens perſonam D. Syluiæ alterius filiæ teſta-
toris, pariter vltimo ex fratribus decedenti
ſine filijs ſubſtitutæ, quæ cum renunciauerit
ad fauorem D. Co. Hermetis ſtipulãtis pro
ſe, & fratribus, omnibus, & quibuſcunq; bo-
nis, tàm paternis, quàm maternis, ita vt nihil
amplius ſuper dictis bonis petere, aut con-
ſequi, vel habere poſſit quouis colore, & ti-
tulo, vel iure legitimæ, falcidiæ, ſeù Trebel-
lianicæ, ſeù dotis, ſeù eius dotis ſupplemen-
ti, ſeù quouis alio colore, ſeù iure, & ex quo-
uis titulo, etiam ex teſtamento paterno; &
etiam ex quacunq; alia cauſa, quæ dici poſſit,
vel excogitari modo aliquo, cauſa, vel inge-
nio in iudicio, & extra, ita vt renũciatio, ſeù
ceſſio ſit ampla, generalis, & generaliſſima,
ſpecialis, & ſpecialiſſima; Meritò nũc quæri-
tur, an vid. renũciationis excluſa ſit adeò, vt
mo-

Digitized by Google

moriente d. Co. Hermete ſine filijs nihil pe-
tere valeat ratione fideicommiſſi, de quo in
teſtamento paterno.

Videretur prima conſideratione dicen-
dũ à petitione fideicommiſſi excluſam non
eſſe.

53 Prius, quia pendente conditione ius fu-
turum repudiari non poteſt, nimirum, quia
54 pendente conditione nihil eſt in eſſe poſitũ
l. cedere diem ff. de verb. ſign §. ex conditionali
Inſt. de verb. oblig. & iuri, quod non eſt in
eſſe, non videtur poſſe renunciari, quia
55 non entis nullæ ſunt qualitates *l. 2. ff. de vſuf.*
& l. eius qui in prouinciam ff. ſi cert. pet. &
56 quod renunciatione ius futurum non tolla-
tur tenent *Doct. omnes in l. 1. C. de pact. vbi*
Iaſ. nu. 17. Dec. nu. 32. Zuchard. nu 159. Rip.
nu. 26. Goz. ad. n. 7. Eſt enim renunciatio pri-
uatiua, & abdicatiua iuris competentis, pri-
57 uatioq; † ex neceſſitate ſupponit habitum
Bal. in l. ſi ita ſcriptum §. ſi ſub conditione ff.
de leg. 2. Pereg. de fideicommiſſ. artic. 52. nu.
10. Gratian. deciſ. 3. nu. 6. & ſeq.

58 Imò, & ſi fieri poſſet, de iure futuro eſſet
habenda mentio *Bar. in l. 1. nu. 3. C. de pact.*
Surd. conſ. 267. num. 5. in 2. quæ hic non fuit
59 habita, alias † ad ius futurum, renunciatio nõ
extenditur *Surd.* qui alios allegat *conſ. 70. n.*
7. cũ ſeq in 1. & non cõpræhendit ius, quod
poſtea accedit, *Frideric. Pruchman. conſ. 5.*
60 *n. 35. & ſeq & cõſ. 8. n. 58.* vbi, † qđ renuncia-
tio quãtumuis verbis generalibus concepta
nõ extẽditur ad ius futurũ, & quod poſtea
61 competit: nempe, † quia renunciatio eſt
ſtricti iuris, & non extenditur ad non ex-
preſſa, imò interpretanda eſt, vt minus no-
ceat; ac fieri poſſit *l. emptor §. Lucius ff. de*
pact. l. ſi ex pluribus in princip. ff. de ſolut.
Surd. conſ. 431. nu. 20. in 3. & conſ. 522. nu.
18. & ſeq. in 4. Pruchman. d. conſ. 5. num. 35.
Tiraquel. ad l. ſi vnquam in præfat. nu. 128.
C. de reuoc. donat. Gail. obſeruat. 77. n. 5. in 2.

Et dato, quod renũciatio ex eius natura,
vel generalitate verborum includeret ius
62 futurum, oporter, † quod de illo iure ſit re-
nuncians informatus, alioquin non intelli-
gitur quiſpiam renunciare iuri, quod igno-
rat ſibi competere *l. mater decedens ff. de in-*
offic. teſt. Surd. conſ. 418. num. 26. & plenius
conſ. 295. nu. 23. in 3. vbi, quod ab eo; qui
ſe fundat in renunciatione probanda eſt
ſcientia renunciantis.

63 Et id generale eſt in quacumq; renun-
ciatione eorum, quæ ex teſtamento com-
petunt, vt non valeat, niſi inſpectis, & co-
gnitis verbis teſtamenti, etiam per vulga-
rizationem, vbi opus eſt *l. de his & ibi Doct.*
omnes ff. de tranſact.

Nec obſtat, quod ſatisfactum videatur
formæ *d. l. de his* quia renuncians fatetur ſe
teſtamenti paterni habuiſſe plenam noti-
tiam, & exquiſitam ſcientiam ſine aliqua
64 notarij certioratione: Quia † in caſu, quo
renunciandum ſit fideicommiſſo oportet
habere particularem notitiã fideicommiſſi,
cui renunciatur *Cacher. decif. 112. num. 6.*
Gratian. decif. 3. num. 14. Bec. conſ. 111. ſub
n. 20. verſ. (rurſus) Pereg. de fideicommiſſ. ar-
tic. 52. nu. 20. Pariſ. conſ. 95. nu. 23. in 3. &
eſt ex mente omnium *in l. qui Romæ in §.*
duo fratres ff. de verb. oblig. Nec † formæ *d.*
65 *l. de his* renunciari poteſt etiam cum iura-
mento *Seraph. de privileg. iuram. privileg.*
100. vbi *ſub nu. 3.* teſtatur de magis cõi.

66 Et quando etiam conſtaret de ſcientia,
adhuc videretur dicendũ renunciationem
non valere, vel ſaltem retractari poſſe ob
maximam læſionem, quia Syluia pro modi-
co exceſſu dotis ſororis, renũciat omnibus
bonis paternis, & maternis, ad quæ voca-
ta erat *Calder. conſ. 8. de iure iurand. Natta*
conſ. 166. & 167. Honded. conſ. 29. num. 42.
in 1. Decian. conſ. 16. nu. 9. in 5. Cui læſioni
nõ poteſt dici, quod Syluia renunciauerit,
quia nec conſtat fuiſſe certioratam de va-
67 lore bonorum, quibus renunciatiquæ † ma-
gis vrgent, quando mulier, & minor renun-
ciat *Honded. d. conſ. 29. ſub nu. 43.*

Vbi autem non adeſſet læſio, ex alio ca-
68 pite inutilis eſſet renunciatio, quia † in bo-
nis renunciatis non eſt dubium, quin &
immobilia reperiantur, ob quæ neceſſa-
rium erat iudicis decretum, à quo talis alie-
natio per renunciationem permitteretur,
& pariter cauſa alienãdi *l. ob æs. C. de prædys*
min. l. magis puto ff. de rebus eorum Decian.
69 *d. conſ. 16. nu. 37. & ſeq. in 5.* Quinimò † &
inſinuatio neceſſaria erat *Pruchman. d. cõſ.*
5. nu. 50. cum ſeq. quę non interuenerunt in
caſu noſtro; meritò renunciatio dici poteſt
inualida, & licet interuenerit præſentia iu-
dicis, & quoddam eius decretum non con-
ſtat, quod fuerit informatus, nec decretum
interponitur in forma inſinuationis, vel li-
centiæ alienandi.

70 Nouiſſimè data validitate renunciatio-
nis, cum facta fuerit fauore fratrum renun-
ciantis: præmortuis illis videtur dicendum
illam reſolui ex illis, quæ ſcripſerunt *Doct.*
in l. pactum dotali C. de collat. & ſatis copioſè

ad

ad id plura allegat *Hondcd. d.conſ. 29.num.*
79.in 1.
Sed his omnibus minimè repugnanti-
bus, exiſtimo, quod ſi Co. Hermes ſine filijs
ſorori Syluiæ prædeceſſerit, quòd nulla fi-
deicommiſſi paterni prætenſio poterit ipſi
71 D. Syluiæ competere, quia † viuens ei re-
nunciauerit, & ad iura renunciata regulari-
ter nō datur regreſſus *l. quaritur §. ſi vendi-
tor ff. de adilit. edict. l. Herenius in princ. ff.
de euict. gl. in l. quoties ab omnibus C. de fidei-
commiſſ. & can. quam ſit periculoſum 7. q. 1.
Dec. conſ. 445. incip. in caſu ſub nu. 56. propè
nu. 57. Aym. conſ. 24. nu 4. Menoch. conſ. 1. n.
209. Surd. conſ. 183. nu. 20.*
72 De validitate autem renunciationis non
eſt dubitandum, cùm adſit formalis *tex.* de-
cidens, licere renunciare fideicommiſſo, etiā
non reciproco pendente conditione, quan-
do renunciatio valet in vim pacti, vt in caſu
noſtro, in quo Co. Hermes præſens ſtipula-
tus fuit pro ſe, & fratribus *l. 1. C. de pact. &*
73 *ibi Doct. omnes* id tenent, ratio † eſt, quia iuri
futuro competenti ex cauſa de præſenti pa-
cto renunciari poteſt *Bar. in l. haredem nu. 2.
ff. mand. gl. 2. in c. ex multiplici, & ibi Abb.
nu. 7. de decim. & in c. ad apoſtolicam nu. 6. de*
74 *regular.* cum † & iuri conditionali pacto re-
nuncietur *l. quoties ff. de nouat. & l. ſub con-
dit. ff. de ſolut. Rom. conſ. 22. nu. 3. Soc. conſ.
34. nu. 5. in 4. Pariſ. conſ. 26. nu. 44. & ſeq. &
conſ. 69. nu. 65. & ſeq. in 3. Soc. iun. conſ. 50.
nu. 3. in 2. Grammat. deciſ. 57. nu. 42. Tauriſ.
deciſ. 1. nu. 2. par. 2. Gratian. d. deciſ. 3. nu. 5.*
75 & † alij infiniti in renunciatione fideicom-
miſſi id tenentes videri poſſunt apud *Don
Garziam Maſtril. in deciſ. 63. ſub nu. 4. verſ.
(Sed ex aduerſo) Seraphin. de priuileg. iuram.
priuileg. 109. ſub nu. 3. verſ. (& aduertendū
eſt) Gutierez. de iurament. confirmatorio lib.
1. c. 25. in princ.* Quod maximè procedit in
caſu noſtro, in quo verba ampliſſima adſūt,
etiam futurum tempus reſpicientia, præſer-
tim ibi, *Ita vt præfata Ill. D. Syluia nihil am-
plius in, & ſuper dictis bonis petere, aut con-
ſequi, vel habere poſſit,* quæ verba habēt tra-
ctum in futurum, vt apud *Soc. & Pariſ. mox
allegatos,* & alij plures ſunt allegati in infor-
matione trāſmiſſa, qui cum in ea videri poſ-
76 ſint à me omittuntur, vbi † enim verba reſpi-
ciunt futurum ius competens ex cauſa de
præſenti receptiſſimum eſt valere renūcia-
tionem præſeferētem formam pacti *Capic.
deciſ. 159. nu. 17.*
77 Magis iſtud procedit, quia Syluia renun-
ciauit iuribus competentibus ex teſtamento
paterno, ex quo teſtamento non creditur ad
fuiſſe aliud ius, quod poſſet in futurum com-
petere præter fideicommiſſum, de quo agi-
tur, illi igitur renunciaſſe intelligitur non
minus, ac ſi de eo in indiuiduo mentionem
fuiſſet *Bar. in l. qui Roma §. duo fratres q. 6. ff.
de verb. oblig.* ad id allegans *l. 2. ff. de lib. &
poſthum.* quem communiter alij ibi ſequun-
tur dicentes, quod in caſu, in quo eſſet faciē-
da ſpecialis mentio de fideicommiſſo ſuffi-
ceret generalis, ſi ad fideicommiſſum tātam
referri poteſt *Iaſ. nu. 69. Rip. nu. 79. Crot. nu.
127. Pariſ. conſ. 71. nu. 15. in 3. Caſſan. conſ.
3. ſub nu. 10. verſ. ex quibus verbis. Aym. in
conſ. pro genero nu. 343. Ceph. conſ. 228. nu.
39. verſ. (& cum) in 2. Math. Brun. conſ. 43.
nu. 1. Surd. conſ. 112. nu. 20. in 1. conſ. 267.
nu. 30. in 2. Tiraquel. de legibus connub. gloſ.
7. nu. 134. Ant. Gabr. tit. de fideicommiſſ. con-
cl. 1. nu. 7.*
78 Et ſi diceretur aliud ius competere vltra
fideicommiſſum id non præſumeretur, ſed à
renunciante eſſet probandum *Surd. d. conſ.
267. n. 33. in 2.* nouiſsimè *Peregrin. conſ. 19.
ſub nu. 4. verſ. ex his in 4.*
Et vbi vltra fideicommiſſum, & alia con-
tinerentur in teſtamento, ex quibus aliquid
renuncianti competeret omnibus intellige-
retur renunciatum, nedum ex verbis ampliſ-
79 ſimis, quibus renuncians vtitur: ſed † potiſ-
ſimum ex eo, quod ſibi reſeruat tantum ius
reſidui dotis *Caſſan. d. conſ. 3. ſub nu. 10.* &
80 de verbis generalibus, quod operentur id,
quod alias non operarentur, præſertim de
verbis ſimilibus illis, quæ ſunt in renūciatio-
ne noſtra plura videri poſsūt in terminis no-
ſtris apud *Menoch. conſ. 289. n. 5. in 3.* qui in-
finitos allegat tenentes, verba generalia re-
nunciationis, vel tranſactionis efficere, vt
diſpoſitio extendatur ad fideicommiſſum, &
vt ei formaliter renunciatum dicatur, *Surd.
d. conſ. 267. nu. 21.*
81 His omnibus accedit, quod, cum D. Syl-
uia non ſemel geminauerit eandem renun-
ciationem, inde colligitur eius deliberata
intentio renunciandi illis omnibus iuribus,
quæ ei competere poterant ex teſtamento
paterno, & præcipuè fideicōmiſſo, ad quod
conferunt plura ſcripta ab *Euerard. in loco
à vi geminat. ad vulg. tex. l. baliſta ff. ad Tre-
bel. Surd. d. conſ. 267. n. 21.* qui allegat *Caſt.
Zucharch. Dec. & alios in l. 1. C. de pact.*
Hæc ſufficere arbitror ad rem alioquin
ex ſe ſatis claram illuſtrandam, quæ & ma-

gis

giſ confirmabitur ex reſolutione contrariorum.

Non igitur primo obſtat, quod iuri futuro non renunciatur: quia pluribus modis re-
82 ſpondetur, Primo id procedere in repudiatione; ea enim non cadit, niſi in iure adeo delato, vt acquiri poſſit, non verò in eo iure, quod licet habeat cauſam de præſenti, nondum tamen acquiri poteſt, quia eſt exſpectanda conditionis purificatio, vel alius futurus euentus, in tali enim iure cadit ſola renunciatio, non repudiatio *l. 1. §. decretalis ff. de ſucceſſ. edict.* quem tex. ad hoc inducit *Io. Bolognet. in l. 1. nu. 8. C. de pact. Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 109. num. 40* poſt *Corn.* quem allegat *conſ. 271. vol. 2. in 3.* quatenus igitur renunciatio accipitur pro repudiatione non cadit in iure futuro, quia nihil eſt in eſſe, quod repudiari poſſit, de qua repudiatione loquitur *Gratian. d. deciſ. 3.* dum firmat, in iure futuro nõ cadere repudiationem, ea ratione, quia conditio nihil ponit in eſſe; renunciatio verò propriè cadit in iure, quod ſit in ſpe ob cauſam de
83 præſenti, non enim poteſt inficiari, quin ſpei renunciari poſſit, cùm, & donari *l. ſpem C. de donat.* & legari *§. ex quoq; tex. inſt. de legat.* & vendi poſſit *l. nil hoc modo ff. de hæred. vel act. vendit.* nos verò verſamur in renunciatione, non in repudiatione.

84 Secundo, Id, quod dicitur iuri futuro non renunciari, ex ſententia *Iaſ. Dec. Zuchard. Rip. & Gozad. in d. l. prima. C. de pact.* procedit in ſimplici renunciatione; non in ea, quæ ob partis ſtipulationem, & acceptationem tranſit in pactum, vt eſt noſtra renunciatio, in hoc communiter omnes tenent contineri, & ius futurum; imò *tex.* id manifeſtè dicit in *d. l. 1. C. de pact.* & ſi aliqui ſunt, qui dicunt renunciationem etiam vim pacti habentem non continere ius futurum, illi loquuntur in iure competenti ex cauſa de futuro, quod cum nullo modo ſit in eſſe, nec recipere poteſt aliquam qualitatem renunciationis, quamuis aliqui teneant etiam hoc ius contineri, vel quando verba eſſent ampliſſima, vel ad aliud non poſſent referri *Dec. in d. l. 1. num. 32.* quod nobis non eſt diſcutiendum, cum verſemur in iure quærendo in futurum ex cauſa de præſenti, quæ ſeruit pro habitu ſuppoſito à priuatione, quæ renunciationi ineſt, *Bal. in l. ſi ita ſcriptum §. ſi ſub cõditione ff. de leg. 2.* non obſtat, quia loquitur in repudiatione, vel ſaltem in ſimplici renunciatione, in iiſdem terminis etiam loquitur *Pereg. de fideicom. ar. 5. 21. nu. 10.* & ideò ſtatim addit limitationem, quando renunciatio tranſiret in pactum.

85 Ad id, quod de iure futuro ſit habenda mentio, reſpondetur procedere tantum in iure futuro competenti ex cauſa de præterito, non vero competenti ex cauſa de præſenti; præterea *Surd. & Fruchman.* qui allegantur ex aduerſo loquuntur in ſimplici renunciatione. Imò ad tollendum omne dubium dicitur, & in caſu noſtro fat. a expreſſum ius
86 futurum, vel quia non poſſit verificari renunciatio niſi in iure futuro per *tex. in l. 2. ff. de lib. & poſthum.* & per alia ſupra allegata, vel:
87 quia adſunt verba ex ſua proprietate id ſignificantia, præſertim illa *aut habere, vel conſequi poſſit,* vt de hoc verbo, *poſſit,* quod habeat tractum in futurum *Soc. d. conſ. 34. n. 5. in 4.* aliiſq; plures qui citati ſunt in informatione mihi exhibita *nu. 124.* præſertim *Bar. in l. qui Romæ §. duo fratres ſub nu. 19. ff. de verb. oblig.* & illa *vllo vnquam futuro tempore non moleſtare &c.* iunctis præcedentibus, *quouis titulo, quouis colore, & quacunq; alia cauſa, quæ dici poſſet, vel excogitari modo aliquo, cauſa, vel ingenio,* quæ habent hunc ſenſum, quod renũcians promittit ex quacunq; cauſa, quæ dici, & excogitari poſſit, quouis titulo, & quouis colore non moleſtare futuro tempore, ergo & de iure intelligitur, quod competere poſſet futuro tempore: Adſunt etiam illa verba, ita vt præſens renunciatio ſit generalis, & generaliſſima, ſpecialis, & ſpecialiſſima, quæ aliud non important, quã quod in renũciatione intelligatur facta ſpecialis mentio in his caſibus, in quibus neceſſaria eſt.

Minus etiam obſtat, quod renunciatio ſit
88 ſtricti iuris, & non extendatur, quia id procedit tantum, quando dubitaretur, an ad aliquẽ caſum extenderetur *Bar. Zius deciſ. 103. nu. 19.* At in caſu noſtro verba multum ampla conſiderata ſupra non admittunt aliquam, vel minimam dubitationem, nec agitur de extendenda renunciatione ad caſum non expreſſum, ſed de ea interpretanda, vt contineat caſum ſub eius verbis comprehenſum.

Non etiam negotium facit, quod oporteat renunciationem fuiſſe informatam ſpecialiter de iure ei competenti ex teſtamẽto, præſertim ex *l. de his ff. de tranſact.*

Quia (ommiſſis pluribus, quæ de forma *l. de his* dici poſſent, an ei poſſet renun-

ciati,

ciari, quomodo poſſet renunciari, & quid,
quando adeſſet iuramentum, quòd non
credam eorum diſcuſſionem in præſenti cõ-
ſultatione neceſſariam eſſe, breuiter dicitur,
89 quòd cum renuncians fateatur ſe ha-
buiſſe de teſtamento paterno plenam, & ex-
quiſitam ſcientiam, cõfitetur etiam ſe habe-
re notitiam omnium, quæ in eo continebantur,
tur, alias plena, & exquiſita non fuiſſet noti-
tia: præſertim, quia erat fideicommiſſum,
quod clarè ex verbis colligebatur, ita vt à
quocunq; idiota facilè intelligi poſſet, nec
opus eſſet à coniecturis illud colligere, vel
aliter ex interpretatione tacitæ voluntatis
teſtatoris, vt quandoq; in fideicommiſſis cõ-
tingit, licet autem notarius non legerit, &
vulgari ſermone expoſuerit contenta in te-
ſtamento, vt dicitur in d. l. de his id non re-
fert, quia non eſt neceſſarium, quando pro-
batur contrahentes ſciuiſſe tenorem teſta-
menti *Bar. in d. l. de his nu. 6.* dicit eſſe com-
munem opinionem ibidem *Iaſ. nu. 15.* & ſe-
quitur *Caleſat. num. 64. idem Bar. in d. §. duo
fratres q. 4. ſub n. 27. d. l. qui Romæ ff. de verbo.
oblig. Alex. conſ. 12. nu. 13. in 2. & conſ. 76. n.
14. in 3. Pariſ. conſ. 46. nu. 20. in 2.* Triplex
90 enim eſt ratio formæ *d. l. de his*, vel vt ſerue-
tur voluntas teſtatoris, quod publicè intereſt
l. vel negare ff. quem. teſt. aper. quæ facilius
ſeruari poterit cognita eiuſdem teſtatoris
mente, vel in odium heredum occultãtium
teſtamentũ *Iaſ. in d. l. de his nu. 1. & Caleſat.
n. 7. poſt antiquiores Doct. Guigl. Benedict. in
c. Raynutius extra de teſtament. par. 2. verſ. (ſi
abſque liberis moreretur) (il ſecondo) in mate-
ria fideicommiſſaria ſubſtitutionis nu. 121.*
Vel vt ait Mantua, vt eſſent tranſigẽtes cer-
ti, de qua re tranſigerent, & cui iuri renũcia-
rent, cuicunq; harum rationi ſatisfactum eſt,
quando propria confeſſione renunciãtis cõ-
ſtat ei notam eſſe teſtatoris volũtatem, ideo
opus non erit lectura teſtamenti.

Minus obſtare opinor, quod dicitur de
91 læſione, quia in iure quærendo, quod non
erat certum, ſed pendebat à futuro, & incer-
to euentu, non cadit læſio *l. de fideicommiſſo,
& ibi omnes id notant C. de tranſact. Rub.
Alexand. conſ. 12. nu. 6. & ſeq. Dec. cõſ. 616.
ad fin. Decian. conſ. 6. num. 52. in 1.* & tantò
minus de læſione dicendum eſt, quia, vt in
informatione data obſeruaui *num. 76.* vnus
ex fratribus renũciãtis iam filios ſuſceperat.

Quod verò dicitur, debuiſſe D. Syluiam
reddi certam de valore bonorum, non eſt in
puncto; quia procedit, quãdo renunciaretur
iam quæſitis, ſed in pendentibus à futuro
euentu, quia id, cui renunciatur, eſt ſpes ip-
ſa, ſatis eſt, vt intelligatur qualitas, & condi-
tio illius ſpei, & an ius futurum ſit proximum
euentui, an remotum, quia in hoc poteſt cõ-
tingere læſio, quando ius pendens eſſet pro-
ximum euentui, & ei renunciaretur conſide-
rate valorem bonorum pertinet tantum ad
læſionem, quando bona fuiſſent acquiſita,
tunc ad cognoſcendam læſionem ſpectãdus
eſſet eorum valor, qualis autem fuerit ſpes,
& euentus benè renunciãs cognoſcebat, quæ
fatetur habuiſſe notitiã perfectã teſtamenti.
92 . Præterea ſtante iuramento, quo renun-
ciatio præſens eſt roborata, non eſt dicendũ
de defectu certiorationis, quia cum præſu-
matur quiſq; deliberatè venire ad iurãdum,
etiam præſumitur ſatis certior redditus *Go-
zad. conſ. 88. nu. 19. Tiraquel. ad l. ſi vnquam
nu. 133. in præfat. C. de reuoc. donat. Gabr. tit.
de iure iurand. concluſ. 3.* vbi in fine teſtatur
de magis communi *Gutierez de iuramẽt. con-
firmat. lib. 1. c. 20. nu. 2. Seraph. de priuileg.
iurament. priuileg. 63. Mancin. de iurament.
par. 4. effectu 1. q. 13. nu. 21. verſ. (contraria
autem opinio) Ceual. in ſpecul. com. opin. cõtra
com. q. 723. vbi nu. 9.* firmat propoſitionem
hanc, quod iuramentum habet vim certio-
rationis, allegando ad hoc *Bar. in l. ſi quis
pro eo nu. 11. ff. de fideiuſſ. Abb. & Felin. in c.
ex reſcripto num. 15. de iure iurand.* & alios
plures teſtantes de communi, qui etiam lo-
quuntur in muliere, & minore.
93 . Ceſſat etiam allegatus defectus decreti,
& inſinuationis, nam hæc neceſſaria non
ſunt in iure quærendo, in ſpecie decretum
eſt neceſſarium, quando minor vult à ſe ab-
dicare ſtabilia, ſed in quærendis non cadit
iſta abdicatio, longè differunt alienare, &
non acquirere, vel renunciare quærendis,
*l. fin. in fin. C. de repud. hæred. & l. 2. C. vt ab
hæred. ſe abſtin.* & per hos tex. *Rub. Alexan.
conſ. 12. ſub nu. 6.*
94 . Et quãdo decretum fuiſſet neceſſarium,
cum D. Syluia iam per plures, & plures an-
nos facta fuerit maior, & ſemper retinuerit
dotem datam excedẽtem dotem ſororis in
premium dictæ renunciationis, & nunquam
tentauerit eam declarari nullam ab illis, ad
quorum iuriſdictionem id ſpectabat, dici-
tur eam ratificaſſe *l. vnic. C. ſi maior fact.
Alex. conſ. 117. nu. 2. in 5. Pariſ. conſ. 33. nu.
29. in 1. Alba conſ. 51. ſub nu. 19. in 4.*
95 Quod dicitur de inſinuatione minus ne-
gotium facit, quia non eſt neceſſaria in re-

nun-

nunciatione iuris quærẽdi *Bal. in l. illud q. 3. C. de ſacroſanct. Eccl.* & poſt eum *Tiraquel. ad d. l. ſi vnquam verſ. (donatione largitur)*
96 *nu.* 180. Et† ſi neceſſaria eſſet inſinuatio, iuramentum suppleret eius defectum, in puncto remiſſionis fideicommiſſi *Decian. conſ. 39. ſub nu. 25. verſ. (quo vero) in 2.*

97 Tandem nullum negotium facit id, quod dicitur de reſolutione renunciationis per mortem fratrum, quia non intrat in hoc caſu, in quo eſt facta mẽtio de hæredibus fratrum, vt obſeruatur in informatione exhibita *nu. 36. & 37.* cum enim promittat Syluia non moleſtare pro iuribus renunciatis, nec fratres, nec eorum quoſcunq; hæredes, quia viuentis non dantur hæredes ſatis intelligitur velle renunciationem ſeruare etiam, quod fratres præmoriantur; Præterea
98 quicquid fit in ſimplici renunciatione, in renunciatione roborata pacto, & ſtipulatione fratrum, in quorum fauorem facta eſt, & facta ex cauſa, quæ fuit impleta, veritas eſt, præmortuis fratribus non retractari, nec eſſe locum traditis à *Doct. in l. pactum dotali C. de donat. Rom. d. conſ. 22. ſub nu. 3. Soc. d. conſ. 34. n. 5. in 4.* quos ſequitur *Minadous conſ. 22. ſub num. 3.* quibus ego addo *Pariſ. conſ. 26. nu. 45. in 3.*

Concludo igitur & D. Syluiam ob renũciationem fore excluſam à petitione fideicommiſſi, ſi ſuperuixerit Co. Hermeti morienti ſine filijs. *anno* 1609.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

In eadem cauſa: De eadem materia.
Reſpondetur *conſ. Sacca* 118 *lib. 2.*

SVMMARIVM.

2 *Appellatione filiorum non veniunt nepotes, quando filij vocantur tali demonſtratione reſtrictiua, quæ fungatur vice nominis proprij.*

Quia paria ſunt eſſe vocatum nomine proprio, vel tali demonſtratione, quæ fungatur vice nominis proprij nu. 1. & 3.

Demonſtrationes autem reſtrictiuæ, ex quibus elicientur coniecturæ, vt filiorum appellatione non contineantur nepotes, ſunt, quando teſtator vocauit filios natos nu. 5.

Quando vocauit filias, quas iuſſit dotari ad arbitrium earum matris, quia reſpectu nepotum non eſt mater, & nepotibus non competit qualitas dotationis nu. 6.

Quando adeſt dictio ex qua denotat cauſam immediatam nu. 7.

Item ſtante dictione dicti *nu. 8. & ſub nu. 9.*

Et dictione ipſe *nu. 9.*

Quæ coniecturæ maximè operantur, quando agitur de grauandis filijs teſtatoris num. 10. & 14.

Quandoque tamen ſub nomine filiarum continentur nepotes nu. 11.

Nunquam tamen continentur nepotes nu. 12. & 16.

Præſertim quando qualitates attributæ filiabus non conueniunt nepotibus nu. 15.

Et quando in alia parte teſtamenti nominati fuere ſeparatim filiæ, & nepotes nu. 17.

Nepotes verò continentur appellatione filiorum, quando ſubſtitutio facta eſt in futurо euentu nu. 18.

Sed hoc eſt improbatum nu. 21.

Vel ſaltem non procedit, quando filij nominantur cum aliqua reſtrictione nu. 19.

Nec in nepotibus conceptis, & natis poſt mortem teſtatoris nu. 20.

Secundo nepotes continẽtur ſub nomine filiorum in caſu, quo admitterentur de iure communi nu. 22.

Tertio, quando in defectum filiorum maſculorum vocantur filiæ tunc veniunt nepotes ex illis nu. 26.

Quarto, quando vocantur tàm nati, quam naſcituri nu. 29.

Coniecturæ verò, ex quibus deducitur comprehenſio nepotum debent eſſe violentæ, & non æquiuocæ nu. 30.

Quæ etiam tolluntur contrarijs coniecturis vrgentioribus nu. 31.

4 *Nihil refert quod ex æquipollentibus fiat.*

13 *Nõ vocatus à teſtatore nõ dicitur ſubſtitutus.*

22 *Præſumitur teſtator ſe conformare cum iure communi.*

Ab hac regula facilè receditur nu. 23.

Et præſertim, quando verba, & ratio recti ſermonis repugnant nu. 24.

Et, quando teſtator non diſponit ex neceſſitate num. 25.

28 *Receditur à proprietate verborum quãdo euidenter conſtat de teſtatoris voluntate.*

32 *Regula, vt habeatur pro diſpoſito id, de quo, ſi fuiſſet interrogatus teſtator ita reſpondiſſet, eſt leuis, & non procedit in caſu reſtrictiuè expreſſo.*

33 *Vocatus ad fideicommiſſum conuentionale decedens ante grauatũ non tranſmittit illud ad ſuos.*

Conie-

Coniectura pro tranſmiſſione debẽt eſſe valde vrgẽtes ſumpta ex verbis teſtamẽti n. 34.

Praſertim, quando vocatio facta eſt cum qualitatibus æquipollẽtibus nominib. proprijs nu. 35.

Coniectura pro tranſmiſsione eſt, quando extranei antepeneŕẽtur deſcẽdentibus n. 36.

Sed illa reprobatur, quando dilectio maior in deſcendentes non colligitur ex teſtamento num. 37.

Altera coniectura eſt, ne contingat inæqualitas inter filios inſtitutos nu. 38.

Sed quando adſit inæqualitas, & quando non num. 39.

Fideicommiſſum tranſmitti poteſt, quia poteſt cedi nu. 40.

Sed contra nu. 41.

Quando autem fideicommiſſum cedi poſsit, & quando non nu. 42.

RESPONSVM XXXV.

Auſpice Christo.

IAM nonnullis ab hinc annis ſcripſi ſuper teſtamento Illuſtriſs. D. Co. Alberti de Benedictis, & credidi futurum, vt per obitum Co. Hermetis non extendatur fideicommiſſum, de quo in d. teſtamento ad pronepotes teſtatoris deſcẽdentes ab eius filia Barbara, oſtendendo pronepotes non poſſe ad illud aſpirare, nec ex vocatione, nec ex tranſmiſſione, & rationes, quibus tunc mouebar, nunc etiam videntur mihi ſubſiſtere, à quibus non puto eſſe recedendum, quod tunc non inſpectis verbis teſtamenti ſuppoſuerim filias teſtatoris fuiſſe nominibus proprijs expreſſis ſſubſtitutas in caſu, quo omnes filij maſculi decederent ſine filijs: Quantum † enim ad id, de quo agitur parum refert, quod filiæ, vel ſint vocatæ nomine proprio, vel ſub tali demonſtratione, quæ fungatur vice nominis proprij *l. certũ ff. ſi cert. petd. n. & 3. ff. de lib. & poſthum. l. poſthumis nominatim ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſt. §. nominatim Inſt. de exhæred. lib.* Et † in pſcto, de quo agitur, quod paria ſint, vel, quod filiarum exprimatur nomen proprium, vel adijciãtur certę demonſtrationes, & qualitates reſtrictiuæ tenent expreſsè *Bal. in conſ. 302. in 4. Alex conſ. 123. ſub n. 2. verſ. (ſic etiam) in 1. Ant. Gabr. de verb. ſignificat. concluſ. 1. nu. 73. Pereg. de fideicommiſſ. artic. 22. num. 42. in fine Ruſtic. ad l. cum auus lib. 6. col. 4. nu. 13. & ſub nu. 54. verſ. (tertio idem) Sim. de Prat. de interpratat. vlt. volunt. lib. 3. ſol. 2. ſub nu. 39. & num. 45. & 46. ſol. 326.* Etenim † quando filij ſunt vocati nomine proprio non aliter continentur nepotes, niſi, quia expreſſio nominis proprij reſtringit, & certam perſonã deſignat, vt *ex Ruin. Dec. Curt. iun. Ant. Gabr. & Zanch.* tenet *Menoch. præſumpt. 94. n. 5. in 4.* Sed eadem reſtrictio inducitur etiam ex qualitatibus conuenientibus tantum filijs, ergo eadem etiam debet eſſe iuris diſpoſitio, quia † nihil refert quid ex æquipollentibus fiat *l. qui per ſalutem ff. de iureiurand. cum vulgar.* Reſtrictio autem in caſu noſtro colligitur prius ex eo, quod loquitur teſtator de filiabus natis, ergo non de deſcẽdentibus ab eis, qui nondum nati erant *Bal. d. conſ. 302. in 4.* qui expreſsè tenet, quod ſermo teſtatoris de præſentibus filijs non cõtinet futuros, qui ſunt nepotes naſcituri, & allegat *l. qui filiabus in princ. ff. de leg. 1.* vbi ſub nomine filiarum non continentur poſthumæ, niſi de eis in alia parte teſtamenti ſit facta mentio; Præterea † additur qualitas, quod dotentur ad arbitrium earum matris, quæ non conuenit, niſi filiabus, quarũ correlatiuè dicitur mater, & nullo modo conuenit nepotibus, quorum vxor teſtatoris non eſt mater, ſed auia, & in nepotib⁹ maſculis, de quibus nos loquimur nullo modo cadit qualitas dotationis; adiungitur † et dictio *ex*, ibi (*nata ex prædicto teſtatore, & præfata eius vxore*) quæ cũ denotent cauſam immediatã *l. 1. §. ex incendio ff. de incend. ruin. & naufr.* reſtringit ſermonem teſtatoris ad ſolas filias, quę immediatè à teſtatore naſcuntur *Rota deciſ. 507. n. 10. part. 2. recent.* Nec † obſtat, quod hæ qualitates non legantur in ſubſtitutione, qua filiæ vocantur: quia licet non adſint in indiuiduo expreſsè, ſunt repetitæ ob dictionem *dictas*, vt eſt notiſſimum, & alias probaui; Adeſt præterea pronomen *ipſæ* dũ in d. ſubſtitutione additur, quod ipſæ filiæ teneantur ad legatum viginti quinque millium, quod pronomen cum ſit perſonaliſſimũ reſtringit diſpoſitionẽ ad perſonas demonſtratas per tale pronomen, *eadem Rota d. deciſ. 507. nu. 9.* quæ etiam loquitur de dictione repetitiua *dicta*. Et ſunt hæ qualitates reſtrictiuæ conſideratæ vti coniecturæ ſuadentes teſtatorem noluiſſe ſub nomine filiorum contineri nepotes in *d. deciſ.* 507 maxi-

10 maximè † cum agatur de grauãdis filijs te-
ſtatoris, quo caſu nominatio filiotum re-
ſtringitur ad deſcendentes primi gradus,
iuxta proprietatem ſermonis, & commu-
nem vſum loquendi *Ceph. conſ. 107. nu. 17.
in 1. Rota d. deciſ. 507. in princ. & deciſ. 667.
nu. 2. part. 2. recent.*

Et quando etiam continerentur ſub no-
mine filiarum alij deſcendentes vltra filias
11 quod ſemper negatur, continerentur † tan-
tum neptes ſub nomine filiarum, & ita de-
ſcendentes fæminæ *Ant. Gabr. de verb. ſign.
12 d. quæſt. 1. nu. 43.* & † nullo modo nepotes,
quia regulariter licet maſculinum conci-
piat fæmininum, tamen nunquam reperi-
tur, quod fæmininum concipiat maſculinũ
*l. ſi ita ſcriptum ff. de leg. 2. Bar. in l. liberorũ
nu. 14. ff. de verb. ſign. gloſ. 2. in §. fin. Inſt. qui
teſt. tut. dari poſſ. Imol. in l. ſi ita ſcriptum 46.
ff. de leg. 2. ſub num 9. Pereg. de fideicommiſſ.
artic. 26. ſub nu. 29.* Et ſi ſub nomine filiarũ
continerentur nepotes, duæ ſequerentur
improprietates, vna, quod fęmininum con-
ciperet maſculinum, altera, quod ſub no-
mine filiatum continerentur deſcendentes
vlterioris gradus, qui concurſus nullo mo-
do eſt admittendus *Rim. iun. conſ. 246. nu.
40. & 41. in 3.*

His accedat etiam pro confirmatione
huius opinionis aperta *deciſio Rotæ* in ter-
minis noſtris apud *Seraph. deciſ. 1486.* cu-
ius deciſionis caſus eſt, quod Octauius Vr-
ſinus fecit fideicommiſſum, in quo in defe-
ctum lineæ maſculinæ vocauit filias, dum-
modo maritarentur in vno ex familia de
Vrſinis, vt hic etiam deficientibus omni-
bus maſculis vocantur dictæ filiæ, hoc eſt
dotatæ iuxta arbitrium matris, & tam nu-
ptæ quam nubendæ, & quæritur, nunquid
ad dictum fideicommiſſum præmortuæ
Virginia filia teſtatoris admittantur eius
filij, quemadmodum etiam hic quæritur, an
admittantur filij Dominarum Barbaræ,
& Syluiæ filiarum teſtatoris, vel earum ne-
potes, & deciditur de vocatione expreſſa
13 non eſſe agendum, quia † in nulla parte te-
ſtamenti ſunt neptes vocatæ, vnde intrat
vulgare illud dictum, vt ad excluſionem
ſufficiat dicere, teſtamentum de te non lo-
quitur, quod fundamentum bene ſeruit in
caſu noſtro: Subiungit deciſio, confugien-
dum propterea eſſe ad coniecturas, & in
illo caſu refertur pro vocatione primo fun-
damentum, quod in fideicommiſſis, quan-
do agitur de fauore nepotum ipſi conti-
nentur ſub nomine filiorum, quod etiam
in caſu noſtro facit pro vocatione; colli-
gũtur deinde coniecturæ ſatis graues, quod
voluerit teſtator per vocationem filiarum
ſtudere conſeruationi familiæ, prius, quia
eas teſtator vocauit, ſi nuptæ eſſent in fa-
milia de Vrſinis; deinde quia filiam nuptã
in domo de Sabellis excluſit, & poſtremo,
quia perpetuò prohibetur bonorum alie-
natio, quæ coniecturæ, & qualitates, cum
non concurrant in caſu noſtro efficiunt, vt
deciſio ſeruiat in fortioribus terminis: quia
talibus coniecturis non obſtantibus dici-
tur, Dominos Auditores magna cõſenſio-
ne vnanimiter cẽſuiſſe filios Virginiæ nul-
lo modo vocatos eſſe his rationibus, quia
14 appellatione filiorum non cõtinentur ne-
potes, quando ex hoc induceretur maius
grauamen filijs grauatis ex ſententia mul-
torum, qui ibi citantur *ſub nu. 9.* quod caſui
noſtro optimè accommodatur, quia indu-
ceretur maius grauamen in D. Co. Herme-
te, qui vltimus decederet ſine prole.

15 Secundo, † quia in deciſione qualitas
adiecta filiabus nõ conuenit nepotibus ex
allegatis *ſub nu. 10.* & in caſu noſtro quali-
tates, quod filiæ ſint dotatæ arbitrio earum
matris non conueniunt nepotibus.

16 Tertio, † quia ſub nomine filiarum non
continentur filij maſculi, cum fæmininum
non concipiat maſculinum, vt antea pro-
baui, ergo eadem ratione non continen-
tur nepotes maſculi: quod & caſui noſtro
ſeruit.

17 Quarto, † quia in alia parte teſtamenti de
filijs, & nepotibus ſeparatim dictum fuerat,
quod licet non verificetur in caſu noſtro
quãtum potui colligere ex ſerie teſtamen-
ti mihi exhibita, ſatis eſt, quod tres aliæ ra-
tiones, & coniecturæ conueniunt.

Itaque non recedo à ſententia prius à
me ſatis latè confirmata, cui exiſtimo non
obſtare coniecturas ſubtiliter excogitatas
à Perilluſt. & Excellentiſs. Domino Sacca,
qui doctiſſimè ſcripſit pro vocatione nepo-
tum.

18 Quarum prima eſt, quod ſubſtitutio fa-
cta eſt in euentu futuro, quando vltimus
ex filijs teſtatoris decederet ſine filijs, in
quo caſu poſſet eſſe, quod non reperiren-
tur filiæ, ſed nepotes, vt eueniet in caſu
noſtro, in hoc enim euentu *multi ex Doct.*
allegatis tenent ſub nomine filiorum con-
tineri nepotes.

19 Cui coniecturæ reſpondetur, illam poſſe

Digitized by Google

procedere, quando ſimpliciter vocati ſunt filij, & conſtat teſtatorem velle omnino ſubſtitutionem ſemper ſubſiſtere ita allegati *Doct.* loquuntur, ſed quando teſtator loquitur de filijs reſtrictiuè, vel expreſſo nomine proprio, vel alia qualitate equipollenti, tunc licet teſtator conferat ſubſtitutionem ad futurum euentum, tamen intelligitur ſubſtituere, dummodo exiſtant illi, qui, vel nominatim, vel expreſſa certa qualitate fuerunt vocati, aliàs ipſis nõ exiſtentibus, conformando ſe cum iure communi intelligetur velle caducam fieri ſubſtitutionem, vt diſponit tex. *in l. vnic. §. ſin autem C. de caduc. tol.* conſtat enim ita voluiſſe teſtatorem, eo quod reſtrinxit vocationem ad filios cum certa qualitate, & ſi aliter diceretur id eſſet extendere fideicommiſſum & grauamen iniunctum filio vltimo decedenti, quod non permittitur *Rota d. decis. 507. ſub nu. 3 part. 2. recent. & decis. 667. à princ. ad num. 4. eadem part. 2. Seraph. decis. 1023. nu. 5.*

20 Secundo hæc conſideratio futuri euentus nõ eſt recepta in nepotibus conceptis, & natis poſt mortem teſtatoris, vt pluribus authoritatibus probat *Rim. iun. conſ. 246. nu. 43. in 3.*

21 Sed quicquid ſit, veritas eſt hanc coniecturam vti erroneam eſſe magis reiectam, quã receptam, vt per *Marchabrun. conſ. 61. nu. 97. & latius Menoch.* vidend. *conſ. 215. n. 100. in 3.* & quod magis me mouet eam improbat *Rota in d. decis. 507. num. 14. parte 2.* quæ teſtatur opinionem tenentium contra hanc coniecturam eſſe magis communem, limitare enim regulam dictantem ſub nomine filiorum non contineri nepotes, in diſpoſitione collata in futurum euentum, eſt, eam deſtruere in ſubſtitutionibus, quia omnes conferuntur poſt futurum euẽtum.

22 Secunda coniectura continet, quod de iure communi ad ſucceſſionem aui ſuccederent nepotes ex Barbara, vna cum Syluia eorum matertera, vnde teſtator ſe conformãdo cum hoc iure intelligitur ſub nomine filiarum etiam velle includere nepotes ex illis.

Cui reſpondetur illam concludere, quãdo ſequeretur, vt filia ſola ſuccederet excluſo nepote ex alia filia, tunc, vt nepos ſubintret in locum matris, & à matertera non excludatur ſub nomine filiarum, & nepotes contineantur, in quibus terminis nos non verſamur, quia iam defuncta eſt altera teſtatoris filia Syluia, ſed nunc quærendum eſt, an tempore obitus Co. Hermetis ſubſtitutio fideicõmiſſaria aperiatur ad fauorem nepotum ex filiabus, in quo caſu non poteſt conſiderari, quod deficientibus filiabus nepotes ab inteſtato ſuccederent auo teſtatori, aliàs deſtrueretur regula, & ſine vlla coniectura appellatione filiorum ſemper continerentur nepotes, quod non admittitur vti contra proprietatem ſermonis, & contra communem vſum loquendi *Rota in d. decis. 507. nu. 2. & 3 parte 2.*

Et in ſpecie ad regulam, quod præſumitur teſtator ſe conformare cum iure cõi,
quæ eſt fundamẽtum huius coniecturæ, re-
23 ſpõdetur † Primò, ab hac regula facile re-
cedi, vt per *Zanch. ad §. cum ita parte 9. n. 43.*
poſt *Corn. & Cranet.* quos allegat, adeò vt
facilè ab ea recedatur in caſu noſtro ob ra-
24 tiones antea adductas. Secundo † d. regula
non procedit, quando verba repugnant, &
ratio recti ſermonis id non patitur *Zanch.*
in d. 9. parte nu. 41. Et ex antea dictis conſtat, verba concepta eſſe in genere fæminino, quod non concipit genus maſculinum, & ex qualitatibus adiectis conſtare, ſenſiſſe teſtatorem de filiabus, & de fæminis tantum, igitur non poteſt eſſe locus dictæ regulæ, quia verba, & ratio rectis ſermonis repugnant.

25 Tertio † reſpondeo d. regulam procedere tantum, quando teſtator diſponit ex neceſſitate, non quando diſponit ex voluntate (vt hic) *Bero. conſ. 140. nu. 40. in 2. Ioſeph. Ludouic. decis. Peruſ. 61. nu. 46.*

26 Tertia † cõiectura in eo fundatur, quod teſtator in defectu filiorum maſculorum vocat filias; quia hoc caſu intelligitur etiã vocare filiorum filios iuxta *conſ. Ceph. 262. in 2.*

27 Sed † reſpondetur *Ceph.* habere contradictores, vt per *Menoch. d. conſ. 215. in 3.* qui latius hunc articulum tractat, & caſus deciſus à *Ceph.* non eſt ad caſum noſtrũ; nam ibi quærebatur, cum eſſent vocati filij ſororis, & adeſſet vnus filius, & ex altero filio præmortuo nepos, an iſte cum filio concurreret, & reſpondetur concurrere, quia teſtator de filijs locutus eſt in numero plurali, vnde nõ poteſt verificari in vnico filio; Sed hic iam defuncta Syluia non quæritur, an nepos ex Barbara ſuccedat, vt fortè poterat quæri, quando Excel. D. Sacca conſuluit, ſed quæritur, ex quo tempore purificatæ conditionis omnes filiæ eſſent defunctæ,

Digitized by Google

an ſubſtitutio eſſet caducata, vel continuaret ad fauorem nepotum, in quà quæſtione nihil facit ratio *Ceph.* quod dictũ fuiſſet de filijs in numero plurali: Nec etiam quicquã facit alia ratio eiuſdẽ *Ceph. n.* 10. .ſ. quod in caſu, in quo ſub nomine filiorũ cõtinentur filiæ et continentur nepotes, & ita in caſu, quo maſculinũ concipit fœmininum, qđ nõ procedit in hoc caſu, in quo filiæ ſunt vocatæ, nec pôt fœmininum concipere maſculinũ: Præterea caſus *Ceph.* conſiſtebat in nuda vocatione filiorum, cui facilè potuit accõmodari veriſimilis voluntas teſtãtis, quia verba non repugnabant: ſed in caſu noſtro vocatio filiarũ eſt adeò qualitatibus reſtricta, vt cõſtet teſtatorem reſtrinxiſſe diſpoſitionẽ ad filias primi gradus: quemadmodũ antea probaui, nec aliter poſſumus dicere
28 teſtatorem ſenſiſſe; Et, † ſi quandoq; volũtas teſtatoris ſuperat proprietatem verborum id contingit, quando euidenter de tali voluntate conſtat *l. non aliter ff de leg.* 3. de qua hic non cõſtat, ſed potius de voluntate reſtricta ad filias; nec dicendum eſt, teſtatorem eandem affectionem habuiſſe ad nepotes ex filiabus de alijs familijs, quem habuit ad filias ex lũbis ſuis procreatas quicquid ſit in nepotibus ex filijs maſculis, qui ſunt eiuſdem familiæ.

Ad quartam coniecturam non eſt quod reſpondeam, quia pendet à præcedente.

29 In quinta dicitur, quod cùm teſtator inſtituerit filias tàm nuptas, quam nubendas, quod inſtituit tàm natas, quam naſcituras, ex quo deducitur teſtatorem parem affectionem habuiſſe ad natas, & naſcituras, & ita etiam ad nepotes ex filiabus, qui naſcituri erant, quemadmodũ contingit in fideicommiſſo, in quo vocantur tàm nati, quam naſcituri; ad quod nedum filij nati, ſed etiã nepotes naſcituri vocati dicuntur *l. Lutius ſecunda ff. de hared. inſt. Soc. iun. conſ.* 146. *num.* 6. *in* 2.

Reſpõdetur teſtatorem ſolum cogitaſſe de filiabus natis, quæ poterant eſſe nuptæ, & nubendæ dotatæ, & dotandæ, adeo vt nõ teneat conſequentia teſtator inſtituit filias tàm nuptas, quam nubendas, ergo reſpexit ad perſonas non exiſtentes; Imò, quod reſpexerit tantùm ad natas colligitur ex verbis, quia prius teſtator ordinat, quod filiæ eius natæ ex ſe, & eius vxore dotentur, vt in teſtamento, & quando poſtea filiæ vocantur, vel in caſu commiſſi delicti, vel finitæ lineæ maſculinæ vocantur cum hoc adiuncto *prædicta, & dicta filia*, quod adiunctum oſtẽdit teſtatorem loqui de filiabus, de quibus antea, ſed antea dixit de natis, ergo, & in vocatione loquitur de iã natis, & ita non continẽtur illæ, quæ poſt teſtamentũ naſcerẽtur, ſicq; diſpoſuit teſtator, quia fortè erat in tali ſtatu, vt non ſperaret de filijs naſcituris; Quod ſi de filiabus naſcituris cogitaſſet, intelligeretur de filiabus immediatè naſcituris ex ſe, & vxore ſua, vt oſtendit dictio, *ex* ponderata ſupra, & non de nepotibus, qui non immediatè naſcebãtur ex ſe, & vxore ſua, & minus de nepotibus maſculis, in quibus non poterat cadere qualitas dotationis.

Adiungitur, & ſexta ratio æquitatis, & æqualitatis, ne vna ſola filia haberet omnia bona, & illa ad filios ſuos traſmitteret, & deſcẽdentes ex alia filia nihil haberent.

Quod tamen facile euitatur, quia cum conſtet, teſtatorem reſtrinxiſſe vocationem ad ſuas filias, quæ erant ex ſua familia, & quas tenebatur dotare, nõ eſt, quod nos ex conficta æquitate extendamus eius voluntatem ad perſonas, quas eum vocare potuerit non vocauit: Præterea hæc ratio æquitatis non eſt alicuius conſiderationis in hoc caſu, quo ambæ filiæ prædeceſſerunt grauato.

Et eadem reſponſio etiam accommodatur ad vltimam coniecturam; non enim conſiderari poteſt affectio ad nepotes ex filiabus, in quibus non propagatur familia teſtatoris, & eius memoria non conſeruatur; Nec poteſt dici carius fuiſſe teſtatori, vt poſt obitum Co. Hermetis ſuccedat nepos maſculus ex filia, eo quod in habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus: quia, ſi id ei carius fuiſſet, & ſimilitudinem ſexus conſideraſſet, non ſubſtituiſſet filias fœminas, vt ſubſtituit.

30 Conſtat igitur ex his, coniecturas ex aduerſo deductas nõ eſſe violentas, & ex quibus clarè, & non æquiuocè voluntas teſtatoris colligatur, vt eſſe debent illæ, per quas fit, vt ſub nomine filiorum contineantur nepotes *Rota deciſ.* 667. *nu.* 4. *part.* 2. *recent.*

31 Et † habent coniecturas contrarias reſtringentes fideicommiſſum inductum ad grauamen filiorum, quæ propterea præferuntur, vt in *d. deciſ.* 667. *in fine* & apud *Seraph. allegata deciſ.* 1486.

32 Ex quibus ſequitur, vt etiam ceſſet regula, ſi teſtator fuiſſet interrogatus ita reſpondiſſet, quæ in vltimis voluntatibus re-

putatur leuis, & in caſu reſtrictiuè expreſſo à teſtatore non procedit, præſertim, quando fideicommiſſum prouiſum in vna perſona vocata extenditur ad aliam *Sim. de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. ſol. 1. nu. 76. 86. 87. & 93. fol. 329. & 330. & poſt Bero. Honded. & Surd. Rota deciſ. 486. in fin. p. 1. recent.*

Hactenus de vocatione, tranſeundo modo ad tranſmiſſionem (cum de repræſentatione agẽdum non ſit iam defuncta Syluia) illud eſt communiter receptum, decedente vocato ante grauatum fideicommiſſum conditionale non tranſmitti ad ſuos hæredes, etiam quod ſint filij, vt alia informatione pleniſſimè comprobaui plures authoritates allegando, quibus nunc addo *Rotam deciſ. 100. part. 1. & deciſ. 59. & 380 part. 2. recent. & apud Card. Seraphin. deciſ. 1014. & 1479. nu. 6. & apud Card. Mantic. deciſ. 125. nu. 6.* Et quamuis D. Sacca poſt *Odd. de compend. ſubſt. partic. 6. artic. 2.* In cõtrarium inducat *l. vnic. C. de his, qui ante apert. tab.* tamẽ huic inductioni ego reſpondi in priori informatione, & quicquid ſit, certum eſt ex ſubtili inductione *Odd.* non eſſe recedendum ab opinione communi toties à *Rota* approbata.

34 Laborandum eſt tantum in coniecturis, quę prętenduntur ſuadere tranſmiſſionem, quæ debent eſſe valdè vrgentes ſumptæ ex verbis teſtamenti *Seraphin. d. deciſ. 1014. & deciſ. 1479. & in p. 1. recent. d. deciſ. 100. nu.*
35 2. & † præſertim, cum vocatio facta fuerit cum qualitatibus æquipollentibus nominibus proprijs *Seraph. d. deciſ. 1479. nu. 9.* tales non eſſe coniecturas excogitatas a Perilluſtri D. Sacca nunc oſtendam, omittendo tamen illas, quibus in alia informatione reſpondi.

Prima coniectura eſt, quod filiæ nõ ſunt vocatæ ſub nomine proprio, ſed appellatiuo: Quæ procedit, quando adeſt ſolum nomen appellatiuũ, non reſtrictum ab adiunctis qualitatibus, hoc enim caſu nomen appellatiuum efficitur proprium, vt probaui ſupra in articulo vocationis.

Ad ſecundam coniecturam reſpondi in priori informatione in ordine tertiæ coniecturæ.

36 Tertia coniectura continet, quod ſit locus tranſmiſſioni, ne D. Brunorius extraneus, & alij fortè à Co. Hermere inſtituendi anteponantur filijs Barbaræ, qui ſunt ex deſcendentibus teſtatoris, & conſequenter ab eo magis dilecti *Bero. conſ. 110. n. 50. in 2.*

37 Quam coniecturam puto, non eſſe ſatis vrgentem, vt ſupponitur, quia illa procedit, quando maior, & minor dilectio colligitur, ex diſpoſitis à teſtatore, quam maior dilectio in nepotibus non poteſt colligi, cũ ipſi nullo modo ſint vocati, & Brunorius ſit expreſsè honoratus à teſtatore, alias ſi vera eſſet hæc coniectura, ex eo ſolo, quod extraneo eſſet factum legatum, fideicommiſſum tranſmitteretur ad filios, & fortius eo ipſo, quod grauatus caducato fideicommiſſo poſſet extraneũ inſtituere fideicommiſſum tranſmitteretur, & quia ſemper hoc poſſet contingere ſemper tranſmitteretur, & regula deſtrueretur, nõ enim ex alio colligitur maior dilectio in nepotibus, niſi, quia ſunt de deſcẽdentibus teſtatoris, quod ſi attenderetur deſtrueretur regula; quod fideicõmiſſum conditionale non tranſmittatur, nec etiam ad deſcẽdentes, & ita huic coniecturæ reſpondet *Seraph. d. deciſ. 1014. n. 5.* cum enim hæc dilectio non colligatur ex diſpoſitis in teſtamento, non facit coniecturam ſufficientem ad tranſmiſſionem, vt conſtat ex illis, quæ ſupra allegaui.

Ad quartam coniecturam de iure accreſcendi, vel nõ decreſcendi vnito cum ſubſtitutione plenè, & ni fallor concludenter ſatisfacio in mea informatione, & ad ibi dicta me refero.

38 Succedit quinta fundata in æqualitate inter filias teſtatoris, quam credendum eſt teſtatorem præ oculis habuiſſe, quæ non ſeruaretur ſi defuncta Barbara, remota trãſmiſſione, omnia bona tranſirẽt ad Syluiam, & inde ad eius filios, & filij Barbaræ nihil conſequerentur.

39 Reſpondeo, quod cum euentus mortis ſit incertus, ſcilicet an prior Barbara, vel Syluia decedat, nulla adeſt inæqualitas, & ſi contingit, vt Syluia habeat omnia bona non eſt inæqualitas adſcribenda teſtatori, ſed euentui mortis, ex quo teſtator ambas filias ſubſtituit, ſatis inter eas æqualitatem ſeruauit, de earum filijs non cogitauit, nec cogitare tenebatur; Et quia hæc coniectura fundatur in *conſ. Ruin. 145. nu. 6. & conſ. 178. n. 7. in 2.* dicitur hęc cõſilia nõ obſtare, quia in illis ſupponitur, filios vnius ex ſubſtitutis eſſe vocatos, vel ſaltem poſitos in conditione, & propterea deciditur ad euitandam inæqualitatem voluiſſe teſtatorem filios alterius ex ſubſtitutis venire ad hæreditatem, qui cum non poſſint venire per vocationem capitur interpretatio, vt veniant

per

per tranſmiſſionem, in his terminis intrat hæc coniectura, ſed nihil facit ad caſum noſtrum, in quo filij filiarum nec vocati, nec in conditione poſiti fuerunt.

Ad ſextam coniecturam, ſi teſtator interrogatus fuiſſet pro trãſmiſſione reſpondiſſet; iam ſatisfeci ſupra, & à ſuperioribus coniecturis pendet, ideò alijs ſublatis, & hæc, quæ non eſt noua coniectura, ſed eſt eadem cum prioribus eſt ſublata, & illa regula ſi interrogatus &c. vt dixi antea, leuis eſt.

40 Vltimo additur, fideicommiſſum hoc fuiſſe ceſſibile, ergo, & tranſmiſſibile, quia quod eſt ceſſibile eſt etiam tranſmiſſibile, ex pluribus quæ allegantur.

41 Quod fundamentum non puto eſſe tutum, quia intelligitur, quod eſt ceſſibile eſſe etiam tranſmiſſibile, concurrentibus qualitatibus ad trãſmiſſionem neceſſarijs, ſcilicet vrgentibus, & cõcludentibus coniecturis, alias, ſi ita ſimpliciter intelligeretur regula, quod eſt ceſſibile eſt etiam trãſmiſſibile, deſtrueretur regula negatiua trãſmiſſionis, quia cum fideicommiſſum conditionale pendente conditione cedi, & remitti poſſit, ſequeretur, quod etiam poſſet tranſmitti; eſt ergo intelligendum retentis habilibus terminis ad tranſmiſſionem ad *l. qui teſtamento ff. de teſtament.*

42 Præterea, quæ allegantur notata *à Doct. in l. 1. C. de pact.* non tractant de ceſſione fideicommiſſi eo modo, quo ſpes cedi poteſt, ſed de renunciatione fideicommiſſi, quæ non eſt tranſmiſſio iuris ſui in alium (vt eſſe deberet ad effectum, vt teneret conſequentia eſt ceſſibile, ergo, & tranſmiſſibile, &, vt loquitur *Pereg. artic.* 31. *num.* 29.) ſed eſt renunciatio, ſeu repudiatio iuris, quod poſſet cõpetere; & ſi à fideicommiſſario cedi poſſet ſpes fideicommiſſi, non poſſet cedi, niſi quatenus ipſi fideicommiſſario competeret, quia nemo plus iuris in alium transferre poteſt, ac ipſe habeat *l. nemo plus iuris ff. de reg. iur.* competit autem fideicommiſſario, quatenus viuus ſit tempore purificati fideicommiſſi, & non aliter ipſo præmoriente, eodem etiam modo cedi poteſt; ex quo ſequitur, vt fideicommiſſum, quod cedi poteſt viuo exiſtente fideicommiſſario tempore purificatæ conditionis, eodem modo etiam tranſmitti poſſit, & non aliter.

Et ita ſentio ſecundum veritatem iuris eſſe reſpondendum. ſ. nepotes, & pronepotes teſtatoris ex eius filiabus nõ poſſe aſpirare ad hoc fideicommiſſum, ſed illud extinctum fuiſſe per obitum filiarũ ſemperq; ita iudicarem, & quamuis apud me plurimũ poſſit authoritas celeberrimi Iuriſc. D. Seccæ, tamen plus poteſt authoritas eius, quod credo eſſe verum: Non poſſum tamen non maximè probare eius conſilium, vt ad ſedandas lites futuras inueniretur aliqua honeſta compoſitio.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Filiorum appellatione, quando comprehẽdantur nepotes, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione propriè non veniunt nepotes.*

DD. tenentes hanc opinionem recenſentur num. 9.

Quod maximè procedit in inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus nu. 2.

Et in fideicommiſſis nu. 3.

Quia in vltimis voluntatibus non receditur à proprietate ſermonis nu. 6.

Ita ſub nomine nepotum non continentur pronepotes ſub nu. 2.

Et legatum factum filijs non debetur poſthumis nu. 4.

Quod appellatione filiorum nõ veniant nepotes eo magis procedit, quando teſtator in alia parte teſtamenti vocauit deſcendentes num. 10.

Præſertim in diſpoſitione conditionali num. 11.

Cõtrarium, quod appellatione filiorum nepotes contineantur num. 14. & ſeqq.

Maximè in diſpoſitione legis nu. 5.

In diſpoſitione facta ab aſcendente n. 7.

Et in diſpoſitionibus conditionalibus n. 8.

Item, quando vocantur filij deſcẽdentes n. 18. & ſeqq.

Quia eſt ac ſi dictum fuiſſet filij, & deſcendentes, cùm punctus fungatur vice copula num. 19.

Et etiam veniunt nepotes, quando eſt habita ratio conſeruandi agnationem n. 21.

Quia fauore agnationis extenditur fideicommiſſum de perſona ad perſonam nu. 22.

Præcipuè ſtante eadem ratione nu. 24.

Vocatio autem geminata maſculorum in infi-

Digitized by Google

nitum oſtendit deſiderium conſeruandi agnationem nu.20.

Pariter nepotes comprehenduntur ſub nomine filiorum, quando vocatio confertur in futurum incertum euentum ex communi opinione nu.25.

Et ideò errauit Menoch. conſ. 105. in 3. afferens opinionem cōtrariam eſſe communem num. 26.

DD. qui contrarium affirmant in quibus terminis procedant num.27.

12 *Verba teſtatoris intelligi debent immediatè.*

13 *Dictum in vna parte teſtamenti repetitur in alia, quando extat eadem ratio, ſecus, ſi nō extet & nu. 22. & 28.*

15 *Legata ſtrictè interpretari debent.*

16 *Dictio ſæpè ſignificat regulariter.*

RESPONSVM XXXVI.

Sit Chriſtus illuminatio mea.

SVpponitur, quod Ill. D. Syluius teſtator legaſſet quaſdam poſſeſſiones Alexandro nepoti ex fratre cum prohibitione alienationis; *quia vult eas peruenire ad deſcendentes maſculos ipſius Alexandri in infinitum*, & deficientibus quibuſcunq; deſcendentibus maſculis ex dicto Alexandro voluit dictas poſſeſſiones peruenire ad filios maſculos deſcēdentes ex Flaminio eius nepote hærede inſtituto. Et dubitatur eueniente, quod finiatur linea Alexandri per obitum Alexandri iunioris ſine deſcendentibus maſculis, an nepotes ex filijs Flaminij, qui nunc ſoli reperiuntur ex linea ipſius Flaminij vti vocati venire poſſint ad fideicommiſſum dictarum poſſeſſionum.

Videretur prima conſideratione dicendum, aliter non venire nepotes, eo quod ad fideicommiſſum filij tantùm Flaminij fuerint vocati, dùm mentio habetur de filijs de-
1 ſcendentibus, nàm † ſub nomine filiorum in vocatione propriè veniunt ſolùm deſcendentes primi gradus, & non aliter nepotes, *l. quod ſi nepotes ff. de teſtamēt. tutel. §. ſi quis filiabus Inſt. qui teſt. tut. dar. poſſ.* qui *tex.* cū probent aliter filios, aliter nepotes appellari, diſtinguunt vocabula, ita vt non fuerit in poteſtate teſtatoris illa alterare, quia immutabilia ſunt *l. ſi quis in fundi vocabulo ff. de leg. 1. l. ſi alij ff de vſuf. leg. & l. ſi idem C. de codicil.*

Et in vltimis voluntatibus, quod ſub nomine filiorum non contineantur nepotes,
2 conſtat † in inſtitutionibus, & exhæredationibus in *l. ſi quis poſthumus §. ſi filium, & per totam l. Gallus ff. de lib. & poſtum.* & præſertim in *§. inſtituens* vbi ſub nomine nepotum non continentur pronepotes, & tamen maior conformitas eſt inter nepotes, & pronepotes, atq; ſit inter filios, & nepotes, vt con-
3 ſiderauit *Alex. conſ. 145. nu. 2.* In † fideicommiſſis videntur *tex. in l. cum pater §. hæreditatem ff. de leg. 2.* vbi quis rogatus fuit filijs ſuis reſtituere, vel cui ex illis elegiſſet, & dicitur filios tantū, & non alios eligere poſſe, *in l. hæredes mei §. fin. ff. ad Trebel.* vbi nepotibus ſit reſtitutio, quia expreſsè dixerat teſtator; vt filijs, vel nepotibus reſtitueretur:
4 facit † & *l. qui filiabus ff. de leg. 1.* vbi legatū factum filiabus non extenditur ad poſthumas, & tamen facilius eſt, vt nomen filiorū extendatur ad poſthumos, quam ad nepotes *l. ſi quis filiabus, & l. ſeq. ff. de teſtament. tu-*
5 *tel.* Et † licet in *l. filij in l. iuſta, & in l. liberorum §. præter hæc ff. de verb. ſign. & in l. Lutius (la ſeconda) ff. de hæred. inſt.* probari videatur ſub nomine filiorum, & nepotes contineri, vel id procedit in diſpoſitione legis, quę publica ratione inducta ex identitate rationis facilè extenditur de perſona ad
6 perſonam, at † non æquè id dicendum in vltimis voluntatibus, in quibus non receditur a proprietate ſermonis, niſi euidens ſit voluntas in contrarium *l. non aliter ff. de leg.*
7 *3.* & ita procedunt *l. filij & l. iuſta*, vel † id procedit in aſcendentibus, qui ratione affectionis omnes deſcēdentes filios appellant, vt in *d. §. præter l. liberorū*, & nos verſamur in
8 tranſuerſalibus, Vel † in ordinatione conditionali non diſpoſitiua, vt eſt hæc, de qua loquimur, nimirum, quia negatiua potentius negat, quam affirmatiua affirmet *l. hoc genus ff. de condit. & demonſtr.* & ita procedit *d. l. Lutius Bar. in d. l. liberorum*, qui eſt communiter receptus ibi ab alijs, & in *d. l. Gallus §. inſtituens.*

9 Accedat † tandem, quod multi ſunt tenētes hāc opinionē, vt ſub nomine filiorum nō contineantur nepotes, adeò vt dubitandum non videatur, quin in ordinatione diſpoſitiua ſit verior, & magis communis opinio, vt apud *Illuſtriſſ. Mātic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 8. Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. ſolut. 1. ſub nu. 36. fol. 326. Menoch. præſumpt. 94. num. 2. in 4. Decian. conſ. 47. ſub nu. 10. cum pluribus ſeq. in 3. Pereg. conſ.*

conſ.67.nu.5.in 2. & alij plures, qui ab iſtis
citantur.
10 Et tanto magis procedere videtur in caſu
noſtro, in quo, quando teſtator ſubſtituen-
do Alexandro voluit vocare alios deſcen-
dentes vltra filios, non nominauit *filios*, ſed
ſimpliciter *deſcendentes*, item *quoſcunq; de-
ſcendentes*, item, & addendo aduerbium *in
infinitum*, ſtudioſa iſta geminatio, & tripli-
catio verborum producentium diſpoſitionẽ
ad nepotes, quorum verborum vnum ſolum
ſufficiebat, indicat, quod teſtator vocando
filios Flaminij non intellexit de nepotibus,
alias vſus fuiſſet eodem modo loquendi, de
quo in deſcendentibus Alexandri facit re-
gula *l.vnic.§.ſin autem ad deficientis C.de
11 cadu.tol.* quod, ſi voluiſſet dixiſſet, Imò, † ſi
id dixit in ordinatione conditionali, magis
id dixiſſet in diſpoſitiua, in qua magis ne-
ceſſarium erat, ex ſcriptis à *Doct.in d.l.libe-
rorum, & d.§.inſtituens l.Gallus*. Quinimò
potius contrarium dixit vocando filios de-
ſcendentes, non autem filios, & deſcenden-
tes; dicendo enim filios deſcendentes vi-
detur vocaſſe filios cum hac qualitate, vt ex
12 Flaminio deſcenderent, & † quidem imme-
diatè ad *l.qui liberis §.hac verba ff. de vulg.
& pupil.* ergo non nepotes, qui immediatè
non deſcendunt ex Flaminio.
13 Nec vocatio deſcendentium Alexandri
poteſt dici tacitè repetita in vocatione de-
ſcendentium Flaminij, quia non eſt eadem
ratio, eo quod Alexander cum eius ſtirpe
erat magis dilectus vti prius vocatus *l. quo-
ties ff.de vſuf.*
His tamen haudquaquam repugnãtibus
contraria opinio in puncto propoſito nedũ
verior mihi videtur, ſed etiam extra omnẽ
dubitationem.
14 Prius, quia, & verior, & magis recepta eſt
opinio, vt ẽt in ordinationibus diſpoſitiuis,
ẽt à tranſuerſalibus teſtatoribus factis ad fa-
uorem filiorum alicuius ſub ſimplici men-
tione filiorum, etiam contineantur nepotes,
& alij deſcendentes non aliter, ac continen-
tur ſub nomine liberorum ex *tex.* apertiſſi-
mo in *d.l.liberorum §.ſed & Papirius*, vbi le-
gato prædio cum villico, & filijs, etiam ne-
15 potes cõtinentur (& † tamen videretur ſtri-
ctè intelligendum legatum, vt tantum filij
primi gradus continerentur *l. nummis ff. de
leg.1.*) ea nimirum ratione, quod filiorum
appellatione ſæpè nepotes continentur, ſi
16 ſæpè ergo regulariter *§.in fraudem verſ.(ſa-
pe) Inſt. quib. ex cauſ.man. non lic.* vt etiam
contingit in aduerbio *plerunque*, & non ra-
tione, quod dura ſit ſeparatio, nepotum ab
auo, quam quidam adducunt recedendo à
ratione Iuriſconſ.
17 Hanc eſſe, & veriorem, & magis commu-
nem opinionem ſatis conſtare poteſt ex al-
legatis ab *Ant.Gabr.tit.de verb.ſign.concl.1.*
quam ſequitur *Perég.de fideicommiſſ.art.22.
nu.61.Gruſſ.de ſucceſſ.§.fideicom.q.10.* poſt-
quam fautores plures vnius, & alterius opi-
nionis allegauit *ſub nu.5.* tandem concludit
non eſſe dubitandum, quin magis commu-
nis ſit opinio *Bar.* quæ fuit in fideicommiſ-
ſis, ad quos vocantur filij, ſub nomine filio-
rum, & nepotes contineri, idem apertiſſimè
ſentit *Decian. conſ.88. nu.54. cum ſeq.in 2.*
complures eiuſdem opinionis citando.
Nec relinquitur locus dubitandi, quin in
propoſito caſu hæc ſit vera opinio, quia cõ-
currunt quędam circumſtantiæ, & coniectu-
ræ, in quibus *omnes Doct.* conueniunt, vt ſub
nomine filiorum, & nepotes contineantur.
18 Prius perpendendum eſt, teſtatorem (de-
ficientibus quibuſcunq; deſcendentibus ex
Alexandro) velle, quod dictæ poſſeſſiones
perueniant ad filios maſculos deſcendentes
ex Flaminio: ſi nolumus illud verbũ *deſcen-
dentes*, eſſe prorſus ſuperfluum, neceſſe eſt
dicere, per illud teſtatorem voluiſſe vocare
alios deſcendentes Flaminij vltra filios; nõ
enim poteſt huiuſmodi verbum reſtringere
diſpoſitionem ad immediatè deſcendentes
ex Flaminio, quaſi quod ſentiens ſub nomi-
ne filiorum contineri omnes deſcendentes
voluerit diſpoſitionẽ reſtringere ad deſcen-
dentes primi gradus, quia verba nõ ſunt ita
concepta, vt id ſignificare poſſint; Imò eſt,
ac ſi dictum fuiſſet *perueniant ad filios, &
19 deſcendentes*, nam † punctus cadens inter fi-
lios, & deſcendentes fungitur officio copulæ
*gloſ. in l. cum duobus §. ſi in coeunda in verbo
pretiũ ff. pro ſoc. & Bar. ibi nu.1.* præſertim,
quia *deſcendentes* exprimit id, quod inclu-
debatur ſub nomine illo, *filios*, eo enim ip-
ſo, quod ſunt filij, ſunt etiam deſcendentes
Decian. in puncto conſ. 30. nu. 28. in 3. qui
loquitur de decreto, quo filiæ fœminæ ex-
cludebãtur; Quia filiæ ex eo, quod ſunt filiæ,
ſunt etiam fœminæ, cum fœmininum non
cõcipiat maſculinum, ne nomen fœminæ ſit
otioſum ait, quod pũctus inter nomen filiæ,
& nomen fœminæ fungitur officio copulæ,
& eſt, ac ſi decretum dixiſſet, quod filiæ, &
fœminæ ſint excluſæ, & concludit, tale de-
cretum extendi ad alias fœminas præter fi-
lias,

Digitized by Google

lias, & ita etiam ad collaterales:Hoc ipſum
in terminis iſtis tenet *Pereg.de fideicommiſſ.*
d.art.22 nu. 54. quod, quando vocati ſunt
filij deſcendentes, veniant etiam nepotes,
& licet dicat, præſertim id procedere,quã-
do aditum eſt *in perpetuum* vel *in infinitum*
tamen ex modo loquendi conſtat idem te-
nere, quando non eſſet dictum *in perpetuũ.*
30 Secundo ſatis certum mihi eſſe videtur,
teſtatorem deſideraſſe conſeruare poſſeſ-
ſiones legatas in eius agnatione,& familia;
quod ex eo vel maximè colligitur, quod
prohibet alienationem,quia vult poſſeſſio-
nes permanere apud deſcendentes maſcu-
los, quos, & cum eadem qualitate maſculi-
nitatis in conditione ponit, vocando alios
ſemper cum qualitate maſculinitatis, ita
geminando vocationem maſculorum de
ſua familia, etiam vocando maſculos in in-
finitum, quæ omnia denotant teſtatorem
legaſſe gratia, & fauore conſeruãdæ agna-
tionis, & familiæ ſuæ *Socin.conſ.73 nu.11.*
in 4.Dec.conſ.15.pro tenui facultate ſub nu.
2.col.3.verſ.(teſtator ergò) Ceph.conſ.16.n.
44.in 1. alios complures allegat *Sim. de*
Prat.de interpratat. vlt volunt.lib.3.inter-
pratat.3.dubit.1.fol.11.nu.5.& nu.65.fol.
287.& 292 verſo Surd conſ 443.nu.16.in
3. Rota deciſ. 698. nu.2. par.1. nouiſ., & ſi
haberetur teſtamentum integrum fortè, &
aliæ colligeretur coniecturæ id ipſum
ſuadentes.
31 Quando† verò eſt habita ratio conſer-
uandi agnationem ſub nomine filiorum
cõtineri nepotes receptum eſt *Iaſ.conſ.52.*
in 3.Ant.Gabr.d.concl.1.de verb.ſign,nu.37.
Mantic.lib.8.de coniect. vlt.volunt. tit.8.n°
17.Sim.de interpratat.vlt.volunt.lib.3.in-
terpratat.3.dubit.4.fol.1.num.53.fol.327.
verſ.Graſſ.§.fideicommiſſum d.q.10.num.8.
Menoch.præſumpt.94.nu.25. in 4. & iſti a-
32 lios allegant: ea† nimirum ratione, quia,
quicquid ſit, quando agitur de inducendo
fideicommiſſo, quando agitur de eo iam
inducto extendendo receptum eſt factum
fauore agnationis extendi de perſona ad
perſonam, præcipuè reſpectu vocatorum
ad illud *Sim. d.ſolut.11. in princ: fol. 287.*
33 Hinc deducitur, & tertium fundamen-
tum, quod cum teſtator vocauerit quoſ-
cumq; deſcendentes Alexandri in infinitũ
ratione conſeruandi bona legata, in agna-
tione, & eadem ratio etiam vigeat in de-
ſcendentibus Flaminij, imò,& maior,quia
abſolutè fuit Flaminius magis dilectus, qui
ſolus(vt ex caſu propoſito percipio)fuit hę-
res inſtitutus, ſequitur, vt verba (de quibus
in vocatione deſcendentiũ Alexandri)ſua-
dẽtia vocationem omnium deſcendentiũ,
etiam repetita ſint in vocatione filiorum
Flaminij,præſertim verbum illud, *quoſcun-*
que, & illud *in infinitum*, & vt non intret
reg.§.*ſin autem ad deficientis l. vnic. C.de*
caduc. toll. ſed potius regula *l. qui filiabus*
ff. de leg. 1. ſcilicet, vt dicta in vna parte te-
ſtamenti, & in alia repetita dicantur *Aym.*
conſ.62.nu.14.130.nu.7.& 257.ſub nu.
6.verſ.(rurſus regula) ibi *(ſimiliter quia*
militat) Bec.conſ.112.ſub nu.40. verſ.(ſe-
cundo reſpondetur) GoZad.conſ 4.ſub nu.31.
24 Vel† dicamus, quod ratio vocãdi filios ma-
ſculos Flaminij fuit fauor agnationis,vt de-
notat qualitas maſculinitatis, & quod vo-
cantur, linea Alexandri prorſus deficiente,
quæ ratio conſeruationis, & fauoris fami-
liæ, cum vigeat etiam in nepotibus ipſius
Flaminij, & ad ipſos fideicõmiſſum exten-
detur *Rom.conſ.129. Pariſ.conſ.75. n.67.*
in 2. Surd.deciſ.73.nu.6.
25 Nouiſſimè putarem maximè conſiderã-
dum eſſe, teſtatorem prius ad poſſeſſiones
vocare omnes deſcendentes Alexandri in
infinitum, & deficientibus quibuſcunq; de-
ſcendentibus Alexandri, quos prius in infi-
nitum vocauerat, ſubſtituit filios deſcen-
dentes Flaminij, ita potuit facilè teſtator
præuidere, quod in caſu, quo deficeret de-
ſcendentia Alexandri poterant non adeſſe
filij Flaminij primi gradus, ſed nepotes,
quo caſu ſubſtitutis filijs in futurum, & in-
certum hunc euentum conueniunt Doct.
communiter ſub nomine filiorum, & nepo-
tes contineri *Imol. in l. Gallus §. inſtituens*
col.fin.verſ.(vel potes) ff de lib & poſthum. &
ibi etiam *Alex. Soc Iaſ.& alij plures Alex.*
conſ.37.ſub nu.15.verſ.(ſeptimo non obſtat)
in 6.Ruin.cõſ.101.nu.9.in 2.Soc.conſ.1.n.
38 in 3.GoZad. conſ.4 ſub nu. 31.Sim. de
Prat.conſ.56.ſub nu.7.verſ.(his verò) Surd.
conſ.336 ſub n.9.in 3. dicens hanc opinio-
nem de plano procedere *Ant.Gabr.d.con-*
cluſ.1.de verb.ſignific.nu.36. qui licet alle-
get quoſdam tenentes contrarium, conſtat
tamen ex numero allegatorum, hanc eſſe
communem *Sim.de Prat. d.ſolut.1. nu.57.*
fol. 328. Graſſ. d. q.10.§. fideicommiſſum
num. 6. vbi teſtatur hanc veriorem, & ma-
gis communem eſſe opinionem *Pereg. d.*
artic. 22. num. 50. qui, & alios allegat de
26 communi teſtantes, ex† quibus prorſus

ſus

fuſe erraſſe videtur *Menoch. conſ.* 215. *n.* 105. *in* 3. dũ dixit opinionem contra *Imol.* eſſe 27 magis communem, præcipuè, † quia illi, qui contra *Imolam* allegantur ab ipſo *Menoch.* parum obſtant; eorum enim aliqui nõ id deliberatè reſoluũt, vt *Aret. conſ.* 115. qui principaliter contra *Imol.* allegatur, ipſe in *fine conſ.* reſpondet, ſe nihil affirmare ob breuitatem temporis, ſed velle melius cogitare; Alij loquuntur, quando cum filijs etiam cõcurrunt nepotes, & ab inteſtato nepotes ſuccedendo teſtatori non concurrerent cum filijs, in quibus terminis reſpondit *Menoch. d. conſ.* 215. *&* *Goz ad. conſ.* 36. hoc enim caſu, cùm diſpoſitio verificari poſſit in filijs, non eſt, quod ad nepotes trahatur, iuxta opinionem *Iac. ab Aren.* relatam à *Doct. in d. §. instituens*, ita conſuluit *Soc. cõſ.* 73. *ſub n.* 19. *verſ.* (*tertio loco*) ibi (*ſed in caſu noſtro extabant*) *in* 4. & huc tendit intelligẽtia, de qua *Mantic. d. tit.* 8. *nu.* 15. *& n.* 20. *in fin.* At in caſu noſtro ſupponitur futurum, vt tempore mortis nepotis Alexandri, & finitæ eius lineæ extet ſolus nepos ex Flaminio, qui ſi non vocatur, neceſſe eſt, vt in prædictis poſſeſſionibus anteponantur extranei (forte hæredes inſtituti ab vltimo ex linea Alexandri) illis, qui ſunt de familia teſtatoris contra eius claram mentem; loquuntur etiam *Doct.* allegati contra *Imol.* quando futurus euentus erat talis, in quo veriſimiliter poterant adeſſe filij .ſ. quia iſte euẽtus erat reſtrictus ad certam perſonam, ſi decederet ſine filijs, tunc poteſt dici, quod ſub nomine filiorum non contineantur nepotes, quia ſit veriſimile, quod teſtator cogitauerit tempore huius euentus poſſe reperiri filios; & ita reſpondent *Rom. conſ.* 438. *in vlt. dubio Alciat. conſ.* 69. *lib.* 9. *incip. fideicommiſſi verba, alias conſ.* 526 *&* *Soc. iun. conſ.* 30. *in* 3. ſed hic teſtator ſubſtituit decedentibus quibuſcunq; deſcẽdentibus ex Alexandro, quos in infinitum vocauerat, & ita etiam decedẽte deſcendente in vlteriori, & remoto gradu ab Alexãdro, quo tẽpore ſciebat teſtator futurum non eſſe, vt reperirẽtur filij Flaminij, ideo quemadmodum teſtator grauauit non ſolum Alexandrum, vel eius filios, ſed omnes deſcendentes in infinitum, ita etiam dicendũ eſt vocare voluiſſe omnes deſcẽdentes Flaminij, qui reperirẽtur, quando daretur caſus fideicommiſſi: Multi præterea, & omnes *Doct.* allegati contra *Imolam* loquuntur, quando ſimpliciter vocati ſunt filij, ſed hic vocati ſunt filij deſcendentes; Inſuper dicti *Doct.* loquuntur, quando non extant coniecturæ mentis teſtatoris in contrariũ, alias extantibus coniecturis profitentur tenere nepotes venire ſub nomine filiorum, vt *Aret. in d. conſ.* 145. *in fin.* & hic, ſi non alia, ſaltem extat coniectura ſumpta ex deſiderio conſeruandi has poſſeſſiones in maſculis familiæ teſtatoris; Nonnulli etiam ſunt, qui licet impugnent opinionẽ *Imolæ* de futuro euentu ad intelligentiam *l. Lucius ff. de hæred. inſt.* tamen abſolutè tenent, & indiſtinctè, quod ſub nomine filiorũ contineantur nepotes, & iſti non poſſunt notari vt contrarij opinioni, quam tuemur, vt *Ruin. in d. §. instituens ſub nu.* 15. Etiam ſunt, qui reſpondent in caſu, in quo ex alijs diſpoſitis conſtabat teſtatorem ſe reſtrinxiſſe ad filios, vt apud *Alciat. conſ.* 2. *incip. donationis verba lib.* 8. *alias conſ.* 98 *ſub nu.* 21. *propè* 22. Sunt etiam, qui loquuntur, quãdo iam diſpoſitio ſortita fuit effectum in filijs alicuius, & poſt eorum mortem nepotes nati ex filijs volunt ad idem emolumentum venire, vtiq; eſt reſpondendũ non venire, cùm iam in prima vice diſpoſitio ſortita fuerit effectum in filijs, ita reſpondent *Dec. conſ.* 95. *incip. & pro tenui*, qui propterea rectè reprehenditur ab *apoſtillatore in epitome conſilij*, *& Rim. iun. conſ.* 173. *in* 2. Præterquamquod ipſe *Rim.* loquitur in caſu, in quo nomen filiorum erat certis coniecturis reſtrictum, quibus fiebat, vt nepotes contineri non poterint, ſed in noſtro caſu adhuc diſpoſitio teſtatoris ſortita non fuit effectũ, ideò eueniente caſu ab eo conſiderato cõuenit, vt ſortiatur effectum in illis, qui tunc reperientur: Tandem inſpectis illis Doctoribus, quos pro *Imola* citant *Sim. de Prat. &* *Peregrin.* in locis iam adductis, conſtabit, quod plures ex citatis in contrarium *à Menoch.* ſunt inuicem cõtrarij, quibus propterea parum eſt deferẽdum, vt vterq; *Socinus*, *Ruin. Dec. & Goz ad* citati à *Simone d. fol.* 1. *nu.* 57. *fol.* 328. *& Graſſ. d. q.* 10. *num.* 6. & de *Rim. iun.* apparet *in conſ.* 23. *num.* 66. *in* 1. quemadmodum etiam exiſtimo parum deferendum illis, qui exactè articulum non examinant, ſed perfunctoriè, & quaſi aliud agendo referunt quoſdam tenentes contra *Imolam*, ſed tacent tenentes pro eo, vt *Marcãbrun. conſ.* 61. *nu.* 97.

His pro hac veritate adductis facillimũ eſt oſtendere contraria non obſtare, & prius leges probantes ſub nomine filiorum non

con-

contineri nepotes, & authoritates *Doct.* procedunt in diſpoſitione legis, & in vltimis voluntatibus, ſed in caſibus, in quibus receptũ eſt ſub nomine filiorum non contineri ipſos nepotes, de quibus *Sim. de Prat. Menoch. Pereg. & Graſſ. locis antea citatis*, in quibus nos non verſamur; ſed in caſibus contrarijs, & in quibus tacita voluntas dictat contineri; ſecundum quam reſoluendum eſſe hunc articulum tenent *omnes*, in ſpetie *Cuiac. in l. filij appellatione in fine ff. de verb. ſign.*

28 Regula *l. vnic. §. ſin autem ad deficientis C. de caduc. tol.* ceſſat data identitate rationis, vt antea oſtendi.

Quod non ſit dictum filios, & deſcendentes, ſed filios deſcendentes, parum refert, quia dictum eſt, & probatum copulam ſubintelligi.

Et quòd fuerit Alexander magis dilectus, admittitur in re legata, dùm durabat eius linea, ea tamen extincta, in eadem re legata in caſu, quo vocabatur linea Flaminij, ipſa cenſenda eſt magis dilecta, quia, & magis dilectus fuerat Flaminius, qui ſolus (vt credimus) fuit hæres inſtitutus.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Subſtitutio reciproca, quando inducta dicatur, & quando non.

In quibus caſibus pluralitas reſoluatur in ſingularitates, & in quibus non.

Quando locus ſit *conſ. Oldrad.* 21. & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio reciproca inducitur, quando ſubſtituitur vltimo decedenti in omnibus bonis.*

Non autem inducitur ex ſola ratione conſeruandi bona in familia nu. 2.

Nec, quando vnuſquiſque vocatus eſt ad certa bona nu. 8.

Neque, ſi in vno ex vocatis talis ſubſtitutio locum habere non poſſet nu. 10.

3 *Pluralis locutio duobus eſt contenta.*

4 *Verbum* prædicti *verificatur in expreſſis, non in tacitis.*

Et refertur ad omnia præcedentia nu. 12.

Decian. conſ. 1. nu 273 & 275. lib. 1. *in quibus terminis loquatur.*

6 *Coniectura illa, quod habetur pro diſpoſito id, quod diſpoſuiſſet teſtator, ſi fuiſſet interrogatus eſt leuis, & fragilis.*

Et non habet locum, quando adſunt verba reſtrictiua tunc, & eo caſu *nu. 7.*

9 *Diſpoſitio expreſſa teſtatoris facit ceſſare tacitam.*

Quia in claris non attenduntur coniecturæ num. 41.

11 *Voluntas teſtatoris deducitur ex coniecturis deſumptis ex verbis, & ex veriſimili.*

Etiam quod repugnet verborum proprietas Ibidem.

Et declaratur ex ratione nu. 13.

14 *Pluralitas reſoluitur in ſingularitates.*

Præſertim in fideicommiſſis nu. 15.

Regula hæc procedit ſolùm concurrentibus infraſcriptis, quando conditio, ſub qua facta eſt vocatio locum habet in vltimo decedente nu. 17.

Secundo, quando ille, qui prætendit talem reſolutionem eſt de liberis Ibid.

Tertio ſi ratio, ob quam illi, qui vocantur duobus decedentibus, viget etiam vno decedente nu. 18.

Quartò ſi pluribus ſit facta ſubſtitutio nomine collectiuo, ſecus, ſi facta ſit vnicuique mediante copula & nu. 21.

Pluralitas reſoluitur in ſingularitates, quando ſequeretur abſurdum ſi non reſolueretur num. 26.

Non reſoluitur autem, quando adeſt perſona, quæ ex veriſimili mẽte teſtatoris ſubſtitutum excludit nu. 19.

Et quæ ſit talis perſona nu. 20.

Nec, quãdo pluralitas eſt expreſſa per modum conditionis, quæ formam deſignet nu. 23.

Nec etiam, quando apparet teſtatorem de reſolutione pluralitatis cogitaſſe, & non diſpoſuiſſe nu. 24.

Sicut, nec quando adſunt verba tunc, & eo caſu *nu. 25.*

16 *Fideicommiſſum inducitur ex ratione à teſtatore expreſſa, vt bona conſeruentur in familia & nu. 40.*

Et ex ipſius dilectione nu. 33.

Affectio autem teſtatoris erga aliquẽ ex quibus deducatur nu 28. cum pluribus ſeqq.

22 *Copula & requirit concurſum copulatorum.*

27 *Legitimati conſeruant familiam.*

31 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*

32 *Quod reus edat actori eſt contra Ius naturale, & ciuile.*

34 *Voluntas teſtatoris teſtibus probari poteſt.*

35 Oldrad. conſ. 21. *eſt communiter receptum.*

Et præcipuè locum habet ſtantibus verbis re-

ſtri-

ſtrictiuis nn. 41.

Ab illa tamen receditur, quando factum eſt fideicommiſſum pro conſeruatione agnationis nu. 36.

Et, quando agnati ſunt vocati nu. 37.

Dũmodo fauor agnationis nõ ſit reſtrictus ad ſubſtitutiones expreſſas nu. 42.

Item, quando agitur de bonis illuſtribus n. 38.

Secundum declarationem, de qua nu. 43.

Et, quando grauati ſunt filij teſtatoris nu. 39.

Contrarium nu. 44.

RESPONSVM XXXVII.

Ne auferas Domine de ore meo verbum veritatis.

TEſtatur Nobilis D. Ioannes Ponzonus, & D. Io. Baptiſtæ ex fratre nepoti in omnibus bonis inſtituto decedenti ſine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis ſubſtituit in bonis Luſignani diſtrictus Cremonæ, & in domo D. Camillum eius filium naturalem, & in bonis ſitis in loco nuncupato omnium Sanctorum Primogenitum ex nobili D. Canino de Cauciis, & eius vxore ipſius teſtatoris ſorore; Et vbi D. Camillus, & d. Primogenitus decederent abſq; filijs, tunc & eo caſu per verbũ *ſuccedant* ſubſtituit quoſdã fratres de Ponzonis filios generoſi Equitis D. Lazari, adiecta ratione, *quõa mens, & intentio finalis ipſius eſt, vt bona remaneant, & conſeruentur in caſibus prædictis in agnatione maſculina familiæ Ponzonorum*: Diem functo teſtatore D. Ioan. Baptiſta primus hæres adit hæreditatem, & cum deceſſerit ſine filijs fit locus ſubſtitutioni, per quam vocantur D. Camillus, & d. Primogenitus, & eis obueniunt bona, ad quæ vocantur in teſtamento: Nunc defuncto Primogenito ſine filijs, cum non poſſint bona peruenire ad eius hæredes legitimos ob rationem conſeruandi bona in familia, dubitatur, an illa pertineant ad D. Camillum alterum ſubſtitutum, an ad fratres de Ponzonis.

Et licet mihi perſuadere non poſſim, D. Camillum ſuccedere ex reciproca inter ipſum, & primogenitum ob rationes, quas nũc adducam, puto tamen eſſe ex voluntate teſtatoris, vt D. Camillus præponatur dictis DD. Fratribus, & rationes adducam, cum primum retulero rationes, quibus exiſtimo
reſpondendum eſſe, non adeſſe tacitam reciprocam.

Quarum ea eſt prima, quod eſt magis
communiter receptum, non aliter inter plures
grauatos induci fideicommiſſum reciprocum,
ſeu ſubſtitutionem fideicommiſſariam
reciprocam, niſi ſit facta ſubſtitutio vltimo
decedenti, & in omnibus bonis expreſſè,
& in ſpecie, & non per generalia verba,
1 ita vt (quamuis nonnulli contradicant) non
ſufficiat, vt vnum concurrat, hoc eſt, quod
ſit facta tantum vltimo decedenti, vel tantum
in omnibus bonis, vt tenent plures Doctores,
quos cumulatiſſimè citauit *Menoch.
præſumpt. 62. nu. 30. in 4. & Ant. Gabr. lib. 4.
concluſ. tit. de ſubſtit. concluſ.* 1. quibus etiam
addi poteſt *Alex. conſ. 91. in 1. Pariſ. conſ.
72. in 3. Iaſ. conſ. 41. in 1. Alciat. conſ. 51. in
9. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 5.
nu. 9. Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt.
lib. 3. ſol. 1. nu. 27. 28. & 29. fol. 323. Honded.
conſ. 6. nu. 40. & conſ. 60. nu. 50. Oddus conſ.
65. nu. 51. cum ſeq.*

Et licet, vt ex mente multorũ ait *Menoch.
loco iam citato*, recedatur ab hac communi
opinione ex coniecturis pluribus ab eo enumeratis,
nulla tamen earum intrare videtur,
Quia prima fundata in fauore conſeruandi
bona in familia concluderet, vbi ſi non ſubintelligeretur
reciproca bona familiam
egrederentur, quam tamen non egrediuntur,
etiam quod non ſubintelligatur ipſa reciproca,
& in ſumma ſtare ſimul hæc poſſunt,
quod voluerit teſtator poſt mortem Primogeniti
admitti fratres de Põzonis, & conſeruare
hoc modo bona in ſua familia. Quinimo,
2 † quod ſola ratione conſeruandi bona
in familia non inducatur inter grauatos fideicommiſſum
reciprocum per *tex. in l. pater
filium §. filiam ff. de leg. 3.* confutata ibi
gloſ. expreſsè tenet *Sforz. Odd. in d. conſ. 65.
ſub nu. 32. verſ. (quæro vlterius.)* Nec plurimum
facere videtur ſecunda coniectura,
quod teſtator mandauerit D. Camillum legitimari,
vt ei poſſet ſuccedere in caſibus
ſupradictis; Quia iſti caſus ſupradicti reſoluuntur
in caſum decedentiæ D. Io. Baptiſtæ
3 ſine filijs, & in caſu rebellionis; pluralis † .n.
locutio, vt eſt notiſſimum, in duobus etiam
verificatur *l. vbi numerus ff. de teſtibus l. libertas
§. fin. ff. de manumiſ. teſt.* & ſi diceretur
excedendum eſſe duos caſus ob dictionem
omnibus; Reſponderetur excedi duos caſus,
quia etiam comprehenduntur caſus infraſcripti,
ad quos etiam illa dictio refertur. Immo,

mo, cum dicatur † *in caſibus prædictis* non
poſſet compræhendi caſus reciprocæ, quia
cum ſit prorſus tacitus, & nullo modo dictus
à teſtatore, vt in teſtamento legatur, ſed tan-
tum per coniecturas veniat, non poterit dici
caſus prædictus, cōfert id, quod ſcripſit *Bar.*
in lege quiſquis §. hæc verba ſub num. 7. ff.
de vulg. & pupil. & in l. vnic. ff. ſi tab. teſt.
extab. Imol. in l. ſi quis filius familias §. fin.
in fin. ff. de acquir. hæred. In tertia conie-
ctura non eſt quod inſiſtam, quia pendet à
5 prima, & † *Decian.* qui citatur *in conſ. 1. num.*
273. & 275. in 1. loquitur, quando plures
per nomen collectiuum ſunt grauati reſti-
tuere illa bona, ad quæ erant vocati nō facta
reali aſſignatione diſtributiua, inter quos
concurrentibus alijs coniecturis, de quibus
ibi per ipſum *Decian.* fortè facilè conce-
deretur inductio reciproci fideicommiſſi,
non ita facilè id contingere poterit in caſu
noſtro, vbi grauamen eſt iniunctum expreſ-
ſis nominibus proprijs in bonis, quorum
certa pars vni, & alia alteri fuit aſſignata, &
in quo non concurrunt aliæ præterea conie-
cturæ, quæ plurimum vrgeant, loquitur er-
go *Decian.* in alijs terminis in loco citato, &
ſub *n. 266.* in quo loco ponderatur in quar-
ta coniectura de digreſſione ad plures gra-
dus ſubſtitutionum, ſi conferamus ſubſtitu-
tiones ibi à *Decian* memoratas cū illis, quæ
in teſtamento noſtro reperiuntur videbimus
in caſu noſtro non poſſe dici teſtatorem di-
greſſum fuiſſe ad plures gradus ſubſtitutio-
num ſaltem ad effectum, vt inter D. Camil-
lum, & Primogenitum reciproca inducatur,
quippe qui inuicem non ſubſtituit deſcen-
dentes omnes in infinitum D. Ioannis Ba-
ptiſtæ primi hæredis, nec ipſorum D. Camil-
li, & Primogeniti ſubſtitutorum, vt factum
fuit in caſu, in quo de iure conſultus reſpon-
dit *Decian.*

6 Quantum ad quintam coniecturam atti-
net, quod habeatur pro diſpoſito id, quod
teſtator interrogatus diſpoſuiſſet, ſufficiat
dicere, hanc leuem, & fragilem eſſe conie-
cturam, in qua ſola fieri non poteſt ſolidum
fundamentum ad declarandam voluntatem
teſtatoris, vt poſt *Bero.* ſcripſit *Sim. de Prat.*
de interpret. vlt. volunt. lib. 3. ſolut. 1. n. 76.
7 *fol. 329 vbi ſeq. fol. nu. 87.* declarat, † conie-
cturam hanc non procedere, quando adſunt
verba reſtrictiua *tunc & eo caſu*, hic adſunt
iſta verba, ergo coniectura non adaptatur.

Sed vbi etiam aliquæ coniecturæ nos re-
mouerēt à memorata magis communi opi-
nione, ex alio ſecundo fundamento inter D.
Camillum; & Primogenitum non cenſere-
tur inductum reciprocum fideicommiſſum,
8 ſcilicet † quia vnuſquiſq; eorum ad certam
partem, & certa bona vocatus eſt, ita poſt
Soc. ſen. & Rip. ſcripſit *Zāch. in l. hæredes mei*
§. cùm ita in 6. parte num. 170. ff. ad Trebel.
& nouiſſimè ſequitur *Odd. in conſ. 44. nu. 50.*

Tertio animaduertēdum eſt ad vnū, quod
in hac re iudicio meo tollit omnē difficulta-
tem, .ſ. quod caſu, quo D. Camillus mortuus
fuiſſet ſine filijs primogenitus nō potuiſſet ei
ſuccedere, qa teſtator expreſsè diſponit, vt in
caſu, quo D. Camill[us] ſibi ſuccedat, poſſit tantū
diſponere de ſcutis bis mille, & alia bona per
ueniāt in eius filios, & eis non exiſtentibus in
fratres Pōzonos Agnatos teſtatoris, quos in ca
ſu prędicto ſubſtituit vulgariter, pupillariter, &
9 per fideicōmiſſum, qua † expreſſa diſpoſitio-
ne ſtāte, ceſſat quælibet tacita diſpoſitio teſta
toris *l. clemēs patronus ff. de hæred. inſt. Bal. in l.*
in multis ff. de ſtat. hom. ſi igitur nō poterat pri
mogenitus dici ſubſtitutus D. Camillo, nulla
inter eū, & D. Camillū aderit reciproca, quæ
nō habet locum, niſi, quando æqualis ſit con-
ditio eorū, inter quos cadere debet reciproca
faciunt notata in *l. iā hoc iure ff. de vulg. & pup.*
10 *& l. quāuis C. de impub. & al. ſubſtit.* de † re-
ciproca facta duobus, quę tantū cōtinet illas
ſubſtitutiones, quæ æqualiter ambobus cōue-
niant, non etiā illas, quæ vni tantum conueni-
unt, & in puncto extat cōſilium *Ruin. 180. in*
2. dubio præcipuè *nu. 6. in 2.*

Putarem tamen iuſtitiæ cōſentaneū eſſe id,
q, vt accepi, teſtibus fide dignis poterit pro-
bari fuiſſe ex mente teſtatoris, licet à notario
fortè ex incuria, & obliuione omiſſum, quaſi,
quod ſit plus dictum, quam ſcriptum; hoc eſt,
quod eueniente caſu, quo ſolus primogenitus
decedat ſine filijs, potius illi ſuccedat D. Ca-
millus, quam dicti DD. fratres.

Quod, vt facilius oſtēdatur, præſuppono pri-
11 mo † teſtatoris volūtatem metiri nedum ex
verbis, ſed, & ex coniecturis, ex verbis tamen
ſūptis, & ex eo, quod veriſimiliter fuit in mē-
te ipſius teſtatoris, etiā, quod proprietas ver-
borū repugnaret *Neuiz. lib. 6. ſilu. nupt. n. 18.*
Zanch. ad d. §. cùm ita in 3. parte n. 46. Tira-
quel. ad l. ſi vnquā in verbo libertis n. 52. C. de
reuoc. donat. & maximè in fideicōmiſſis etiā
inducēdis *Eugen. conſ. 62. n. 16. & conſ. 81. n.*
21 & 23. Mich. de Graſſ. de ſucceſſ. in §. fidei-
commiſſum q. 4. nu. 4 cum ſeq.

Secundo eſt ſupponendū, in controuerſijs
teſtamētarijs eſſe accuratè inueſtigādum ne-
dum

nedũ quid locutus fuerit teſtator,ſed quæ fue
rit eius finalis intentio, quæ affectio,quæ opi-
nio,quale in diſponẽdo propoſitũ,quæ cauſa,
& quæ ex his cõſequẽtia, vel his cõſentanea,
vel diſſentanea videãtur;loca ex quibus con-
iecturæ eliciuntur *Matthæus Vueſembec, cõſ.*
94.nu.16.in 2.

His ſuppoſitis agendo cauſam D. Camil-
li, prius oſtendam aliorum excluſionem, &
poſtea eius incluſionem:Etenim eſt apud me
indubitabile, hæredes legitimos Primoge-
niti non poſſe ſuccedere, quia teſtator dixit
eſſe mentis, & intentionis finalis,vt bona re-
maneant, & conſeruentur in caſibus prædi-
ctis in agnatione maſculina familiæ Ponzo-
norum,cui diſpoſitioni conſequens eſt, vt ad
hæredes Primogeniti,qui non ſunt de fami-
lia teſtatoris bona non pertineant, alias non
conſeruarentur,vt voluit teſtator,qui dicen-
do, *in caſibus prædictis*, includit etiã caſum,
quo Primogenitus decederet ſine filijs, qui
eſt vnus ex caſibus relatis in præcedentibus,
12 illa enim vox *prædictus* refertur ad omnia
præcedentia *Bar. in l. qui liberis §. hæc verba*
ff. de vulg. & pupil. Pariſ. conſ. 49. n. 12. in 3.
& licet hæc ſola ratio conſeruandæ agnatio-
nis plurimum nõ poſſit ad extendendã teſta-
toris voluntatem, vt dicam in ſecunda parte
huius conſultationis, non poteſt tamen inſi-
13 ciari, quin tota anima diſpoſitionis *l. cum pa-*
ter §. dulciſſimis ff. de leg. 2. plurimum poſſit
ad declarandam mentem, quam extendere
non poteſt, & ita ad declarandum, ſaltem in
caſibus prædictis teſtatorem nolle bona ob-
uenire illis, per quos familia non conſer-
uatur,imò etiam cõſtat in caſibus prædictis
voluiſſe teſtatorem vocare illos,per quos fa-
milia conſeruatur.

Sed, & fratres de Ponzonis aduerſarios
hoc caſu excluſos eſſe, & non vocatos, oſten-
di poteſt, quia non poſſunt prætendere ſuc-
ceſſionem,niſi ex duplici capite, ex ſubſtitu-
tione quę legitur in teſtamento morientibus
ſine filijs D. Camillo, & Primogenito, quaſi,
14 quod pluralitas reſoluatur in ſingularitates,
& voluerit teſtator eos vocare etiam caſu,
quo vnus ſolus ſine filijs decedat ad *l. hære-*
des mei §. cùm ita, & l. Lucius §. Caio ff. ad
15 *Trebel. l. fin. §. filium ff. de leg. 2.* & tpro te-
gula in ſideicõmiſſaria tenetur a *D. l. in d. §.*
16 *cùm ita*, vel ex tacita ſubſtitutione reſultã-
te ex ratione expreſſa a teſtatore, *vt bona in*
familia conſeruentur, quæ & ipſa efficax eſt
ad inducendam tacitam fideicommiſſariam
Sim. de Præt. de interpretat. vlt. volunt. lib. 3.
ſolut. 11 fol. 287. qui *Dec. Pariſ. Bero. Crauet.*
& Aib. allegat.

Quãtum ad primam viam attinet, ex plu-
ribus nõ ſuffragatur aduerſarijs reſolutio plu
17 ralitatis in ſingularitates:Primo quia, vt lo-
cus ſit tali reſolutioni oportet conditionem
verificari in vltimo decedente, & quod ille,
qui innititur tali reſolutioni ſit de liberis, a-
lias ſi conditio verificaretur in primo de ce-
dente, & non eſſet prætendẽs reſolutionem
de liberis non eſſet locus reſolutioni per tex.
in l. pen. C. de impub. & al. ſubſtit. quem tex.
ita communiter intelligunt *Do.* quando eam
concordant cùm *d. § cùm ita*, vt videre eſt a-
pud *Zanch ad d. § cùm ita in 8. parte nu. 25.*
& 26. Neutrum autem horum requiſitorum
concurrit in noſtro caſu, ſiquidem conditio
non eſt verificata in vltimo, ſed in primo de-
cedente, & Domini aduerſarij prætendentes
hanc reſolutionem, non ſunt de liberis teſta-
toris, ergo &c.

18 Secundo, vt pluralitas in ſingularitates
reſoluatur oportet, vt ratio, ob quam iſti fra-
tres ſunt vocati duobus decedentibus ſine
filijs, vigeat etiam, quando vnus ſolus dece-
dit, & ita in eo caſu, in quo ſupponitur plu-
ralitatem in ſingularitates reſolui *Corſ. nu.*
poſt Felin quem allegat in *conſ. 128. ſub nu.*
6 verſ. (ſublato igitur) Soc. iun. conſ. 150. ſub
n. 12. verſ. (vel etiam) in 2. quæ identitas ra-
tionis hic non poteſt conſiderari, quia dece-
dentibus ambobus inſtitutis ſine filijs vocã-
tur fratres de Ponzonis ea ratione, vt bona
maneant in familia, & ab ea non exeãt, mor-
tuo ſolo Primogenito per exiſtẽtiam D. Ca-
milli filij legitimati, non eſt periculum, quod
bona egrediantur familiam, & ita hoc caſu
ratio ceſſat; tantum vigeret vbi D. Camillus
prior deceſſiſſet ſine filijs relicto primogeni
to, ideò in hoc caſu ſingularitatis expreſsè te
ſtator vocauit aduerſarios de agnatione, in a-
lio autem caſu ſingularitatis, in quo non vige-
bat eadem ratio, noluit prouidere, quia co-
gnouit opus non eſſe ob exiſtentiam D. Ca-
milli, & ſicut prouidit in caſu ſingulari con-
tingente in perſona d. D. Camilli, ſi voluiſſet
idem prouidere in caſu cõtingente in perſo-
na Primogeniti, nihil facilius ei fuiſſet, quã
eandem prouiſionem facere, non fecit, vt in-
dicaret, tũc noluiſſe vocare dictos DD. fra-
tres, & in hoc exiſtimo non eſſe modicam
vim faciendam ad dilucidandam teſtatoris
intentionem facit tex. in *l. vnic. in §. ſin autem*
ad deficientis C. de caduc. tol. in c. ad audien-
tiam de decim. Alex. conſ. 45. num. 9. in 7. Et

ad id, quod dictum fuit de ratione diuerſita-
tis, quæ arguit diuerſam voluntatem teſtato-
ris, & addi poteſt, quod ſcripſit *Gabr. conſ.*
100. *nu.* 63. *in* 2. tenens ab vna parte teſta-
menti non declarari eandem voluntatem in
alia parte, vbi eſt diuerſa ratio.
19 Tertio recepti iuris eſt, pluralitatem non
reſolui in ſingularitates, vbi adeſt perſona,
quæ ex veriſimili mente teſtatoris ſubſtitu-
tum excludit, ita *Dd.* tenẽt in *d. §. cùm ita &*
d. l. pen. C. de impub. & al. ſubſt. & eſſe adeo
receptam opinionẽ, vt temerarium ſit ab ea
recedere ex mente plurium refert *Zanch.*
in d. 8. parte nu. 218. *Mantic. de conieƈt. vlt.*
20 *volunt. lib.* 11. *tit.* 5. *nu.* 18. & quæ ſit per-
ſona, quæ ex veriſimili voluntate teſtatoris
excludit ſubſtitutum ſequitur *Zanch. in loco*
mox allegato nu. 229. declarando, eam eſſe,
in qua concurrunt tria, quod ab inteſtato ex-
cludat ſubſtitutum, vbi tractatur de ſucce-
dendo defuncto ſine liberis, quod ſit de li-
beris teſtatoris, & quod ſit à teſtatore inſti-
tutus, quæ omnes qualitates, vt credo, con-
currunt in D. Camillo, ſi .n. legitimatus eſt
in plena forma, vt Bononiæ fieri ſolet ne dũ
patri, ſed & cæteris agnatis, & cognatis ſuc-
cedere poterit, & ita Primogenito frati a-
mitino ei in quarto gradu coniuncto poterat
ab inteſtato de iure cõmuni ſuccedere, & hoc
caſu excluſiſſet dict. DD. Fratres dubio pro-
cul remotiores, & licet fortè adſint aliquid de
familia dicti Primogeniti, qui ab inteſtato
excluderent D. Camillum hoc in re, de qua
agimus non eſt habendũ in conſideratione,
quia ſufficit, quod ſit talis, vt excludat dictos
fratres, ſi caſus daretur, vt poſſit dici perſo-
na, quę ex veriſimili voluntate teſtatoris ſub-
ſtitutum excludat, & ita conſiderant DD. in
locis ſupra allegatis. Præterea D. Camillus
eſt de liberis teſtatoris, & ab eo inſtitutus,
ergo tanquam perſona talis efficiet, vt plura-
litas non reſoluatur in ſingularitates.
21 Quarto tunc pluralitas reſoluitur in ſin-
gularitates, quando pluribus eſt facta ſub-
ſtitutio per nomen collectiuum, veluti, quia
dictum ſit, & ſi vterque deceſſerit ſubſtituo
Caium, ſed non reſoluitur, quando per co-
pulam eadem conditio fuit in perſona duo-
rum coniuncta, tunc enim ſuccedit id, quod
ſcripſit *Din. in conſ.* 40. quod conditio re-
ſpiciens plures perſonas æquipollet pluri-
bus conditionibus copulatis per copulam,
22 & quæ, cum requirat concurſum copulato-
rum *l. ſi hæredi plures ff. de cond. inſtit.* ſequi-
tur, vt non aliter admittantur ſubſtituti, niſi
verificetur conditio in perſona omnium, in
puncto ita conſuluit *Dec. conſ.* 594. *incip. vi-*
ſo teſtamento num. 2. quem ſequitur *Soc. iun.*
conſ. 158. *nu.* 54. *in* 2. ſed in caſu noſtro per
copulam, & eſt in duabus perſonis coniun-
cta eadem conditio, ergo &c.
23 Quinto ſentit *Hondea. in conſ.* 60. *nu.* 23.
& ſeq. loquens in puncto, quod pluralitas
expreſſa per modum conditionis, quæ for-
mam deſignat, non poſſit reſolui in ſingula-
ritatem, quia forma ſit præciſè, & in proprio
caſu implenda, & allegat *Bald. conſ.* 123. *nu.*
5. *in fin. vol.* 5. *Tiraquel. & alios*, quæ doctri-
na excludit in themate noſtro reſolutionem
in ſingularitates, quia pluralitas eſt expreſſa
per modum conditionis, cùm dictum ſit *&*
vbi præfatus D. Camillus, & primogenitus
&c. quæ verba deſignant conditionem *l. ſi*
ita ſcriptum § fin ff. de legat. 2. *Bart. in l.* 1. *§.*
ſecundo principaliter nu. 19. *ff de condit. &*
demonſtr.
24 Sexto addo, quod iſtud, vt pluralitas re-
ſoluatur in ſingularitates venit ex veriſimili
voluntate teſtatoris contra vim, & proprie-
tatem verborum, vt omnes admittunt, vbi
autem à lege aliquid inducitur ex veriſimili
voluntate defuncti, qui ita diſpoſuiſſet ſi co-
gitaſſet, ceſſat inductio legis, quando con-
ſtat teſtatorem aliquo modo cogitaſſe, & nõ
diſpoſuiſſe, tunc .n. oritur præſumptio, quod
teſtator id noluerit *Rim. in l.* 1. *num.* 171. *ff.*
de vulg. & pup. Soc. in l. cum annus ſub num.
79. *ff. de cond. & demonſtrat.* & optimè
deducit *Sim. de Prat. de interpretat. vlt.*
volunt. lib. 3. *ſol.* 1. *num.* 83. *fol.* 330. At in
ſpecie noſtra non poteſt negari, quin
teſtator cogitauerit reſolutionem plurali-
tatis, dum dedit ſubſtitutos eoſdem fra-
tres ſoli D. Camillo, ergo non eſt cur lex la-
boret in reſolutione pluralitatis, quia ſi te-
ſtator id voluiſſet diſpoſuiſſet, ſicut diſpo-
ſuit in perſona D. Camilli.
25 Septimo, & vltimo, illa verba *tunc, & eo*
caſu expreſſa in ſubſtitutione aduerſario ũ
reſtringunt diſpoſitionem ad caſum forma-
liter expreſſum *Anchar. conſ.* 356. *col.* 2. *verſ.*
(tertio hoc probatur) ita vt nõ poſſit fieri ex-
tenſio de caſu ad caſum *Decian. conſ.* 64. *nu.*
8. *& 9. in* 2. & ita adeò reſtringunt vocatio-
nem ſubſtitutorum ad formalem caſum,
quo ambo grauati moriantur ſine filijs, vt
diſpoſitio non poſſit extendi ad caſum, quo
vnus ſolus moreretur ſine filijs reſoluendo
pluralitatem, in terminis *Sim. de Prat. de in-*
terpretat. vlt. volunt. lib. 3. *d. ſolut.* 1. *ſub num.*
plura-

27. *fol.* 323. allegans *Ceph. in conſ.* 166.
26 Tandem nec puto omittendum, tunc
pluralitatem reſolui, quando ſi nō reſolue-
retur abſurdum ſequeretur *Bec. conſ.* 39. *nu.*
10. ſed hoc caſu potius oriretur abſurdum,
ſi pluralitas reſolueretur, quia filius poſtpo-
neretur in conſeruanda familia tranſuerſa-
libus, igitur &c.
Altera via, quam Domini aduerſarij poſ-
ſent tentare, & ipſa parum tuta eſt, quia illa
ratio conſeruandi bona in familia ita veri-
27 ficatur in D. Camillo, ſicut in ipſis, quia le-
gitimati per reſcriptum dicuntur agnati,
ac de familia, & agnatione, eamq; conſer-
uant *Dec. conſ.* 316. *per totum Decian. conſ.*
3. *nu.* 87. *in* 1. *Menoch. conſ.* 266. *num.* 16. *&*
conſ. 1286. *nu.* 19. 20 *&* 22. *Mantic. de con-*
iect. vlt. volunt. lib. 8. *tit.* 12. *nu.* 22. *Peregr.*
de fideic. art. 23. *ſub nu.* 28. dicent, ergo om-
nes ſuccedemus, nequaquam; quia id non
28 eſt ex mente teſtatoris, qui † præſumitur
prædilexiſſe filium, ex eo, quia prius eum
vocauit ad *l. quoties ff. de vſuf. cum alijs iuri-*
bus citatis à Decian. conſ. 34. *nu.* 71. *in* 3. &
29 quia † à communiter accidentibus maior
dilectio eſt in agnationem deſcendentium,
quam tranſuerſalium, & magis deſiderant
teſtatores, vt conſeruetur familia deſcen-
dentium ſuorum, quam aliorum tranſuer-
ſalium *not. in l. cum acutiſſimi C. de fideic.*
Ex hac excluſione concludenter ni fal-
lor cōprobata reſultat vocatio D. Camilli.
30 Primo ex affectione ſumpta ex teſta-
mento, in quo vocatur filius teſtatoris, er-
go ab eo maximè dilectus *l. iſti quidem §.*
fin. ff. de eo quod met. cauſ. quia iuſſit eum le-
gitimari ad effectum, vt bona conſequi va-
leret, & illa conſeruare in familia, & quia
eum priori loco poſt primum inſtitutum
vocauit iuxta *d. l. quoties ff. de vſuf.* Item,
quia in caſu rebellionis primi inſtituti eum
ſolum ad bona omnia vocauit, & non aliter
dictum primogenitum, ex quo ſequitur vt
fuerit magis dilectus atque etiam fuerit lo.
primogenitus; quæ omnia bona ex expreſ-
ſa teſtatoris voluntate remanebant apud
ipſum D. Camillum, ſi D. Baptiſta primus
inſtitutus decedebat durante banno non
ducta vxore, & non ſuſceptis filijs ſicut igi-
tur hoc caſu placet teſtatori, vt omnia bo-
na conſeruentur in familia per perſonam
D. Camilli, non inconueniet dicere, idem
voluiſſe in caſu, de quo nos loquimur ita
31 vna pars teſtamenti aliam declarat *l. vtrum*
ff. de pet. hæred. cum vulgar. Item dilectio
oſtenditur in modo legandi aureos ducen-
tos pro alimentis, diſponendo, vt in defe-
ctu ſolutionis, poſſit eos recipere ad cam-
bium, & recambium ad damnum hæredis,
& vt in caſu controuerſiæ teneatur hæres
32 ei dare copiam teſtamenti, & † ita edere ad
fundandam eius intentionem contra dog-
mata iuris naturalis, & ciuilis *l. nimis gra-*
ue C. de teſtibus l. 1. *& vlt. C. de edend.*
33 Hæc dilectio pluribus oſtenſa efficit, vt
ſubintelligatur ſubſtitutio in fauorem ip-
ſius D. Camilli in caſu decedentiæ Primo-
geniti ſine filijs, fundata in coniecturata
mente teſtantis *l. cum proponebatur ff. de leg.*
2. *Soc. ſen. conſ.* 26. *num.* 4. *in* 4. afferens plura
ad rem noſtram cōferentia, quia in eo caſu
expreſſæ ſubſtitutiones erant extinctæ, &
attenta teſtatoris dilectione reſpondet alte-
ram ſubſtitutionem ſubintelligi *Soc. iun.*
conſ. 181. *num.* 16. *cum ſeq. in* 2. *Theb. Non.*
conſ. 33. *in* 1. *dubio.* Et maximè hæc proce-
dunt, quia ſunt ex veriſimili voluntate de-
functi ſumpta ex eo, quia conſiderauit ſin-
gularitatem caſuum, & tantum diſpoſuit
in caſu, quo ſolus D. Camillus decederet
ſine filijs, veriſimile, quod noluit in alio
caſu diſponere; ſecundo ex eo, quia non
erat neceſſe, vt vocarētur DD. Fratres, quia
exiſtente perſona, quæ poterat conſeruare
bona in familia, ceſſabat ratio, ob quam fra-
tres erant vocati; tertio, quia ex qualitate
perſonarum eſt veriſimilius teſtatorē ma-
gis voluiſſe conſeruari bona apud ſuos de-
ſcendentes, quā apud tranſuerſales; quar-
to, quia in caſu rebellionis ita teſtator di-
ſponit, vt futurum ſit bona integra conſer-
uari in familia per perſonam D. Camilli: Si
igitur attendamus cauſam, vel rationem fi-
nalem teſtatoris, vt bona in familia conſer-
uentur; ſi veriſimilem eius intentionem, &
opinionem, ſi affectionem, ſi in diſponen-
do propoſitum, ſi ea, quæ ex diſpoſitione
conſequūtur, quæ ſunt ei conſentanea, vel
diſſentanea, vt (ſi diligēter aduertatur) fue-
runt omnia à me conſiderata, & quæ in ſe-
cundo ſuppoſito ſupra probaui eſſe media,
ex quibus elicitur cōiectūrata mēs teſtātis,
ſequitur iuſtitia indubitata ꝑ parte noſtra.
34 Quæ etiam magis iuſtificaretur, ſi duo-
bus ſaltem teſtibus fide dignis hæc volun-
tas teſtatoris probaretur *Bar. & alij in l.* 1.
nu. 2. *C. de codicil.* oſtenſa. n. voluntate non
refert, quod non ſit à notario ſcripta, quia
non conuenit, vt error notarij partibus no-
ceat *Ceph. conſ.* 72. *nu.* 4. *in* 1.

Digitized by Google

Altera pars huius conſultationis eſt, num-
quid fideicommiſſum, quo grauatus eſt D.
Camillus ſub conditione ſi ſine filijs deceſ-
ſerit, extinguatur decedente eo cum filijs,
Reſpondendum arbitror, non extingui re-
ſpectu ipſorum filiorũ, quia in inferiori par-
te teſtamenti, quando teſtator dixit nolo D.
Camillum diſponere de bonis ſuis vltra sũ-
mam duorum millium aureorum, expreſſè
poſt D. Camillum vocat eius filios, ita vt nõ
relinquatur dubitandi locus, vbi verba ſunt
clara; An autem extinguatur reſpectu agna-
torum, ita vt decedentibus dictis filijs ſine fi-
lijs agnati prorſus excluſi remaneant; non
35 leue dubium facit, † quod licet canonizatum
ſit conſilium *Oldrad. 21.* in quo reſpõdet de-
cedẽte grauato cum filijs extingui fideicom-
miſſum, & non reuiuiſcere, licet filij ſine filijs
decedant, quod plures, & ferè omnes Dd.
probarunt, vt videri poteſt apud *Dec. conſ.
287. incip. in Ciuitate Placentia in 1. & 2. col.*
36 tamen † ab eo ex coniecturis receditur, ma-
ximè vbi iniunctum eſt fideicommiſſum, vt
bona conſeruentur in agnatione *Griu. conſ.
5. nu. 15. in 2. Pariſ. conſ. 57. nu. 9. in 2. Ceph.
conſ. 173. nu. 16. in 1. Decian. conſ. 31. n. 123.*
37 *in 1.* & † quando ad illud fideicommiſſum
ſunt agnati vocati *Curt. iun. conſ. 121. ſub n.*
38 *15. in fin. illius numeri.* † Item quando illu-
ſtria ſunt bona, & digna, vt in agnatione con-
ſeruentur *Bartol. in l. filius fam. §. Diui nu. 3.
ff. de leg. 1. Iaſ. nu. 26. in 1. lect. Rip. nu. 4. Caſt.*
39 *conſ. 343. in 1.* Et † quãdo ſunt grauati pro-
prij filij teſtatoris magis grauati cenſentur,
& nepotes minus dilecti, maximæ, quando
& nepotes ſunt vocati, qui propterea facilè
etiam poſſunt grauari argumento *l. ab eo C.
de fideicommiſſ. Rain. conſ. 67. nu. 4. & conſ.
142. num. 13. in 2.* Quæ coniecturæ videntur
concurrere in caſu noſtro. De fauore agna-
tionis non eſt dubitandum, quia colligitur
40 ex ratione conſeruandi bona in ea, quæ † ra-
tio ſolet fideicommiſſa maximæ extendere,
cum ea reddat fauorabilia *Marzar. in epi-
tom. fideicommiſſ. in 2. parte q. 1. nu. 8.* fuerunt
ad ſubſtitutionem vocati agnati, bona ſunt
precioſa, & maximi momenti, ita vt credibi-
le ſit voluiſſe teſtatorem ea manere in fami-
lia, & tandem grauatus fuit filius teſtatoris.

His tamen non obſtantibus diligenter cõ-
ſideratis verbis teſtatoris omnino reſpon-
dendum arbitror fideicommiſſum, non e-
gredi perſonam D. Camilli ad fauorem fra-
trum agnatorum, & eſſe ſolidiſſimum faciẽ-
dum fundamentum in memorato *conſ. Ol-*
41 *drad. 21.* communiter recepto, quod † maximè
in caſu noſtro procedere denotant verba re-
ſtrictiua, quibus vtitur teſtator, nedùm, quan-
do primo vocat agnatos, vbi D. Camillus, &
Primogenitus decederent abſq; filijs, ſed, &
in ſecunda ſubſtitutione, quando eoſdem vo-
cat in caſu quo ſolus Dominus Carolus de-
cederet ſine filijs, in prima ſubſtitutione a-
deſt dictio *tunc, & eo caſu*; alias ſupra pon-
derata in ſecunda ſubſtitutione adeſt clau-
ſula *in caſu prædicto*, dicitur in non exiſten-
tibus filijs tempore mortis D. Camilli velle
bona peruenire ad fratres de Ponzonis; &
adduntur hæ verba, *quos in caſu prædicto in-
ſtituit, ſeu ſubſtituit*, talia verba reſtrictiua
efficiunt, vt ſine dubio ſit locus deciſioni *Ol-
dradi* optime, & in terminis noſtris reſpõdit
*Menoch. conſ. 86. n. 49. in 1. & conſ. 117. nu.
6. 28. & 29. in 2.* & confirmauit ex ſententia
multorum in *lib. 4. præſumpt. præſumptione
69. nu. 4. & ſeq.*

Nec coniecturæ ponderatę in cõtrarium
obſtant, quia omnibus reſpõderi poteſt, illas
ceſſare, vbi cõſtat de mente teſtatoris clarà,
& verbis expreſſa *l. continuus §. cùm ita in
42 fin. ff. de verb. oblig.* Particulariter † etiam ad
primam coniecturam reſpondetur, fauorem
conſeruãdi bona in familia reſtrictum ad ea
ſuiſſe præcedentes, vt fuit in caſu noſtro ob il-
la verba *in caſibus prædictis* non egredi ſub-
ſtitutiones, quæ in teſtamento leguntur; ſuc-
cedit. n. illud vulgare, limitata cauſa limita-
tum producit effectũ *l. cum agris ff. de acquir.
rerum dom. Alex. conſ. 59. col. vlt. verſ. (non
obſtat etiam) in 3. Ruin. conſ. 134. nu. 14. 15.
& 16. in 3. Cepol. inter conſ. Alex. de Neuo
conſ. 81. ſub num. 6. verſ. (nec ob rationes)* qui
loquitur in fortioribus terminis, hos omnes
ſecutus fuit, *Menoch. conſ. 376. ſub num. 40.
verſ. (reſpondetur primo) & nu. 47. cum pluri-
bus ſeq. in 4.* Eodem modo reſpondetur ſe-
cundæ coniecturæ, quia fuerunt vocati a-
gnati, ſed *tunc, & eo caſu, & in caſibus prædi-
ctis*, ita vt eorum vocatio non poſſit extendi
ex ſupra deductis.

43 Non etiam obſtat tertia coniectura, quia
citati Dd. loquuntur in bonis, in quibus con-
tinetur iuriſdictio, veluti ſunt caſtra, & vaſ-
ſalli, vel in bonis præſeferẽtibus antiquitatẽ
domus, vt ſunt turres, & ſimilia ædificia, iſta
ſunt bona illuſtria, & digna, quæ aiunt citati
Dd. voluiſſe veriſimiliter teſtatores conſer-
uare in agnatione, talia forte non ſunt illa,
de quibus agimus, etiam, quod eſſent maxi-
mi pretij, & valde precioſa.

Vlti-

44 Vltimo nõ obſtat vltima cõiectura eſt grauatus filius magis cenſentur grauari nepotes ex eo, quia eſt coniectura reprobata, quæ ſi eſſet vera nunquam eſſet locus *conſilio Oldr, Cranet.conſ.98.ſub nu.14.verſ.(non ob. quartum)* vbi plura ſcripſit, quæ cauſæ noſtræ deſeruiunt *Menoch. conſ.*85. *nu.*120.*in* 1.*& in d.præſumpt.69.nu.*21.vltimam .n. opinionẽ cenſetur probare cum nullam improbet iuxta vulgarem regulam iuris.

Quare intrepidè concludo pro iuſtitia in vtroq; quæſito eſſe pronunciandum in fauorem D.Camilli paratus reſoluere dubitationes, quæ ex aduerſo forte excitabuntur ab illis, qui cauſam aduerſariorum agunt.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Inſtituta vxore donec, & quouſque vixerit, poſt mortem ſuccedunt teſtatoris hæredes ab inteſtato; Si verò vxori datus ſit ſubſtitutus, ipſe ſuccedit, qui ſi ante moriatur bona remanent penes eam libera: Dicta *Veral.p.*3.diſcutiuntur *deciſ.*262.

SVMMARIVM.

1 *SI teſtator inſtituat hæredem vxorem donec vixerit, ea mortua ſuccedunt teſtatoris hæredes ab inteſtato, & nu. 6.*
Siuè ſint primi, ſiuè vlteriores nu 4.
Secus autem, quãdo datus eſt ſubſtitutus poſt mortem, quia ille ſuccedit nu. 2.3.& 6.
Et eo decedente ante vxorem bona remanent libera penes eam nu. 5. & 11.
Reprobatur autem Veral.deciſ.262. p.3. *ſentiens contrarium nu.7.*
Et declaratur, in quibus terminis poſſint ſaluari eius dicta nu. 10.
8 Bar.in l.in l.quoties §. ſiduo ff de hæred. inſtit. *quomodo intelligatur, & nu. 9.*
9 *Valet argumentum de rebus ad perſonas.*

RESPONSVM XXXVIII.

Auſpice Chriſto.

SI teſtator inſtituiſſet hæredẽ vxorem donec, & quouſq; vixerit, & nil aliud prætera addidiſſet; ex temporalitate adiecta conſtaret, voluiſſe ius hæreditarium extingui cùm perſona vxoris, & non tranſire
1 ad ſuos hæredes, quo caſu, † alios non vocando, præſumitur vocare ei ab inteſtato ſuccedentes per reg. *l. conficiuntur ff. de iure codicil.* & non eſt dubitandum, quin hæc ſit vocatio tacita, quia præſumitur teſtatorem eorum fauore feciſſe inſtitutionem temporalẽ, & in his terminis procedunt ſcripta à *Corn. in l.extraneum (prima) C.de hæred.inſt. n.*12. *à Paulo conſ.*241. *in* 2. etiam quæ habentur apud *Veral.deciſ.*262.*&* 263.*parte* 3.*& deciſ.*84 *parte* 2.*recent.* & omnia, quæ ex ad-
2 uersò allegantur, Sed† quando vltra temporalitatem teſtator adiungit vxori grauamen fideicommiſſi, ad fauorem ſubſtitutorum expreſsè vocatorum, conſtat fauore ſubſtitutorum eſſe adiunctam temporalitatem, & per ſubſtitutos excluduntur venientes ab in-
3 teſtato, & † hæc expreſſa vocatio ſubſtitutorum facit ceſſare vocationẽ tacitam venientium ab inteſtato *l. cum ex filio* §. *fin. ff. de vulg.& pupil.l.ſi ita ff.de lib.& poſthum.l.clemẽs patronus ff.de hæred inſt. Bal.in l.in multis nu.*4.*ff.de ſtat.hom.Fulgoſ.* ferè in puncto
4 *in conſ.*70. *vbi n.*1.ait, quod † quando teſtator aliquid relinquit vxori in vita, & aliud non addit poſt mortem vxoris relictum pertinet ad hæredem teſtatoris, ſiuè ſit primus, ſiue vlterior, quia primus deceſſerit viuente vxore, cum non appareat cogitatum de certa perſona, cuius contemplatione relictum ſit ad vitam reſtrictum, ſed, quando dictum eſt, ad quem bona debeant peruenire poſt mortem vxoris, ipſe cenſetur ſubſtitutus, & tunc non habet locum præſumpta voluntas, quia tacita eam facit ceſſare, quin etiam ait, exprimens teſtator perſonam, ad quem bona peruenire voluit, alios excluſiſſe videtur, & ſubiungit, quod ceſſante perſona expreſsè vocata, voluerit bona remanere libera apud vxorem, & alia dicuntur in illo *conſ.* quæ ad rem noſtram faciunt, ex quibus de-
5 ducitur, quod † quando vxori vocatæ in vita ſunt certæ perſonæ ſubſtitutæ, earum contemplatione intelligitur vocatio reſtricta ad vitam, & decedentibus illis perſonis alij non ſuccedunt, etiam quod ſint hæredes perſonæ nominatæ, ſed remanent bona libera apud vxorem: quę omnia benè ad propoſitum noſtrum accommodantur, & hoc etiam manifeſtè ſenſit *Paul. in d. conſ.*241. dum vult, temporalitatẽ eſſe adiectam fauore venientium ab inteſtato ſolum in caſu, quo nullus fuit poſt mortem expreſsè ſub-
6 ſtitutus, & quod † verè ſit differentia inter hos duos caſus, ſcilicet, quod perſonæ relin-

quatur tantum ad vitam, & quod relinquatur ad vitam, & poſtea ſubijciatur ſubſtitutio expreſsè tenet *Pereg. conſ. 52. in 1. & 3. caſu num. 3. & 5. lib. 2.* qui alios allegat, & idem ſentit *de fideicommiſſ. artic. 32. nu. 79.* & licet aliqui reperiantur, qui putant inter hæc non eſſe conſtituendam differentiam, loquuntur, quando ſubſtituuntur illi, ad quos perueniſſent bona ex fine temporalitatis, etiã, quod non eſſent ſubſtituti, quaſi, quod tunc non attendatur ſubſtitutio, in qua exprimebatur id, quod tacitè inerat, in quibus terminis nos non verſamur.

Et quamuis *Veral. in d. deciſ. 262 part. 3.* videatur confundere hanc diſtinctionem, dum ait teſtatorem videri tacitè vocaſſe venientes ab inteſtato, etiã ſi poſt mortem
7 vxoris alium hęredem inſtituerit, dummodo ille alius inſtitutus defeciſſet; tamen
8 non obſtat, quia ad hoc † allegat *Bar. in l. quoties. §. ſi duo ff. de hæred. inſt.* qui contra facit, ipſe enim loquitur de inſtitutione reſtricta ad certa bona, nõ reſtricta ad perſonam, ſed dato, quod poſſit ex eius dictis
9 ſumi † argumentum de reſtrictione ad certas res ad reſtrictionem ad perſonam, iuxta *l. qui furere ff. de ſtat.* ipſe conſtituit duo capita, primum, quando aliquis eſt inſtitutus in fundo, & non eſt adiectum, vt plus petere non poſſit, & dato alio vniuerſali hærede, qui deficiat, dicitur totam hæreditatem accreſcere inſtituto in fundo, & ita nihil pertinere ad venientes ab inteſtato; ſecundum caput eſt, quando aliquis eſt inſtitutus in fundo cum prohibitione, ne plus petat, & tunc ſi alium nõ inſtituit, intelligitur addidiſſe prohibitionem fauore venientium ab inteſtato, ſi verò alium inſtituit, qui ſecundum cogitationem teſtatoris in omnem caſum poterat eſſe hęres, ait fauore inſtituti eſſe adiunctam prohibitionem, & intelligitur inſtitutum plus non petere ſi vniuerſaliter inſtitutus adierit, & non dicitur hoc caſu, qui eſt noſter, quod veniant ſuccedentes ab inteſtato, imò manifeſtè excluduntur in hoc capite, & ita intelligitur *Bar. à Cum. num. 5. & à Paulo ſub nu. 2.* & non poteſt alio modo intelligi, cum dicat; verba prohibitionis, & reſtrictionis ad certa bona, eſſe fauore inſtituti, & ſecundum hanc intelligentiam dico, quod *Bar.* facit contra *Veral.* & inde eſt, quod poſtea repetens eandem *deciſionem* in *deciſ. ſeq.* nihil addit de caſu, quo eſſet datus hæres poſt mortem, quod nihil ad caſum propoſitum pertinebat, & eſt aduertendum, quod non eſt alia *deciſio* in eadem cauſa, ſed ex eadem *deciſio*, quia ambæ ſunt die 30. Maij 1552.

10 Vel etiã poſſumus dicere, dictum *Veral.* eſſe intelligendum ſecundum *Bar.* quem allegat, & aduertendum, quod eum allegat in fine, vbi loquitur, quando teſtator inſtituiſſet ventrem vxoris, ſi prægnans eſſet, & eo caſu; quo non ſit prægnans, vel filius ad lucem non peruenerit, tunc vocantur venientes ab inteſtato, & quia poſſet opponi, quod imò voluit teſtator in totum decedere teſtatus, & quod non potuit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ideò ait, quod illa voluntas ad fauorem venientiũ ab inteſtato conſeruatur per clauſulã codicillarem, quæ clauſula benè operatur in caſu iſto, in quo cenſetur conſideratus fauor venientium ab inteſtato, non autem in caſu præcedenti, in quo tantum conſideratur fauor inſtituti, quia certum eſt, qđ talis clauſula non extendit diſpoſita vltra voluntatem teſtatoris, ſed facit ea valere eo meliori modo quo poſſunt; Et ſi *Veral.* allegat *Bar.* in hoc capite (vt credo) loquitur in terminis *Bar.* ſcilicet quando alius eſt inſtitutus hæres, qui non ſit natus, & qui ſecundum cogitationem teſtatoris non poterat eſſe hæres, niſi in vno caſu tantum, ſi iſte deficiat, quia non naſcatur, vel non veniat caſus talis, ſit locus venientibus ab inteſtato id operãte clauſula codicillari, & ſecundum hanc intelligentiam iſta deciſio non eſt in terminis noſtris, non facit con-
11 tra nos, & non tollit apertiſſimum fundamentum partis noſtrę, quod deficientibus omnibus ſubſtitutis ante vxorem grauatam bona remanet libera apud grauatam *l. vnic. § ſin autem aliquis C. de caduc. tol.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Si teſtator inſtituat hæredem matrem quoad vſumfructum tantum, & eo durante quoad nudam proprietatem ipſius teſtatoris Proximiores, *vt infra dicetur*, & infra eoſdem matri decedenti ſubſtituat, intelliguntur vocati illi, qui erunt Proximiores tempore mortis teſtatoris ſub conditione, ſi ſuperuixerint matri.

SVMMARIVM.

1 D*ictio*, vt infra *repetit omnes qualitates infra poſitas.*

2 *Dictio, vt ſupra repetit omnes qualitates præ-
cedentes.*
3 *Omnes qualitates relati ſunt in referente.*
4 *Vſusfructus finitur morte vſufructuarij, &
num.7.*
5 *Inſtitutus in vſufructu non facto hærede in
proprietate, intelligitur etiam inſtitutus
in proprietate.*
6 *Dictio vt modum deſignat.*
8 *Illi, qui ex pluribus hæredibus adiuerunt,
ſunt hæredes ſpe, & habitu in portionibus
aliorũ, qui non adiuerũt; illiſq; repudian-
tibus efficiuntur hæredes effectu, & actu.*
9 *Proximiores vocati poſt mortem alicuius; di-
cuntur vocati ſub conditione, ſi illi ſuper-
uixerint.*
10 *Verbum ſpectare eſt commune.*
11 *Tranſmiſſio locum non habet moriente vocato
pendente conditione.*

RESPONSVM XXXIX.

*Nè auferas Domine de ore meo verbum
veritatis.*

PErplexa adeò, ex errore (vt
credo) notarij, ſunt verba
teſtamẽti D. Bartholomei
de Argelata, vt vix colligi
poſſit, quid teſtator volue-
rit, dũ vocat matrẽ, & pro-
ximiores agnatos: etenim ipſo ſine liberis
quandocunq; decedente ſcribit notarius,
quod matrem inſtituit hæredem quoad vſũ-
fructum tantùm donec vixerit, &, quod du-
rante vſufructu vult nudã proprietatem ſpe
ctare ad eius proximiores, vt infrà ſtatim
dicitur, & ſtatim ſubijcitur, ꝙ matre decedẽ
te ei ſubſtituit proximiores maſculos agna-
tionis de Argelata, qui eidẽ ab inteſtato de
iure ſuccedere debent: primo, dùm dicitur
pertinere nudam proprietatẽ ad proximio-
2 res, ſubiungitur *vt infra dicitur*, illa † dictio
vt infra repetit oẽs qualitates, de quibus in-
fra *l. qui liberos §. hæc verba ff. de vulg. & pu-
pil. Pariſ. cõſ. 93. n. 22. lib. 1. Menoch. conſ. 86.*
2 *num. 9. & 71.* ſicut & dictio *vt ſupra* repetit
omnes qualitates præcedẽtes *Dec. conſ. 226.
incip. in caſu Ceph. conſ. 269. nu. 40. in 2. De-*
3 *cian. conſ. 72. n. 46 in 2.* & facit, quod † om-
nes qualitates relati ſunt in referente *l. aſſe
toto ff. de hæred. inſt. & in auth. ſi quis in ali-
quo C. de edendo Bal. conſ. 212. in 5.* ergo ſen-
tit teſtator, velle nudam proprietatem ſpe-
ctare ad proximiorem, vt inferius dicitur,
ſed inferius vocantur proximiores, poſt
mortem matris vſufructuariæ, & ecce duæ
perplexitates, quia ſi proximiores ſunt tan-
tùm vocati poſt mortem vſufructuariæ, ergo
4 non ſunt vocati durante vſufructu, qui † per
mortem Iuliæ matris eſt extinctus *§. finitur
Inſt. de vſufruct.* pariter nec poſſũt dici vo-
cati ad nudam proprietatem, quia vocãtur
eo tempore, quo per mortem vſufructuariæ
vſusfructus conſolidatus cum proprietate
facit, vt dicatur plene, non nuda proprietas
eſt ſecunda perplexitas; quia cum ſint pro-
ximiores tantum vocati poſt mortem vſu-
fructuariæ non exiſtente aliquo vocato vi-
uẽte vſufructuaria quomodo dicetur mater
5 inſtituta in vſufructu tantũ? cùm † ſecũdum
magis communem, & veram opinionem,
non dato aliquo hærede in proprietate vi-
uente vſufructuario intelligitur in proprie-
tate ille inſtitutus, qui in vſufructu fuit in
ſtitutus ne cõtingat teſtatorẽ decedere pro
parte teſtatũ, & pro parte inteſtatũ contra
*l. ius noſtrum ff. de reg. iur. ex l. 1. §. ſi ex fundo
ff. de hæred. inſt. Bal. in l. id quod pauperibus q.
14. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Alex. conſ. 111. &
162. in 2.* cũ alijs citatis apud *Sim. de Prat.
de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 1.
dubit. 1. ſol. 1. n. 8. cũ ſeq. ſol. 180.* quibus ad-
ditur de magis cõmuni teſtãs *And. Gail. obſeruat.
144. ſub n. 5. li. 2. Graſſ. de ſucceſſ. §. legatum
q. 23. ſub n. 2. & in §. inſtitutionũ q. 24. n. 8.*

Nec credendo eſt tolli has perplexitates
dicendo illa verba *vt infra* repetere quali-
tates proximiorum, ſ. quod ſint maſculi, de
agnatione, & qui ab inteſtato ſuccedant,
non autem repetere tempus ſuccedendi, ſ.
poſt mortem vſufructuariæ, nec modum
ſuccedendi ſ. per ſubſtitutionem factam v-
ſufructuariæ, quia non apparet ratio, quare
potius ad vnum, quam ad alterum ſint re-
ferenda illa verba, quæ in medio reperiun-
tur, dùm dicitur *ad eius proximiores, vt infra*
6 *ſtatim dicetur pertinere voluit* imò † cum
natura dictionis, vt ſit deſignare modum *l.
1. ff. de his quæ ſub mod. l. dedi ff. de condit. ob
cauſ. Bar. in l. ſi ſocietatem §. arbitrorum nu. 1.
ff. pro ſoc. & in l. qui abſenti §. 1. ff. de acquir.
poſſeſ. Grat. conſ. 102. n. 30. lib. 2.* potius erũt
hæc verba referenda ad modum, quo pro-
prietas peruenire debet, quam ad qualita-
tem proximiorum vocatorum.

Tertia perplexitas eſt, quia ſi teſtator in-
ſtituit matrem in vſufructu tantum duratu-
ro durante eius ætate, quid poteſt operari
ſubſtituto de proximioribus facta ipſi ma-
tri,

tri, ad quid ſuccedēt iſti ſubſtituti per mor-
tem vſufructuariæ, non equidem ad vſum-
7 fructum formalem, quia † per mortem vſu-
fructuariæ extinguitur *d. §. finitur Inſt. de*
vſuf. non etiam ad vſumfructum cauſalem,
quia ille nunquam fuit apud vſufructuariā,
nec ad proprietatem, quia ad eam iam et-
iam viuente matre fuere vocati, quod ergò
erit ſubiectum huius ſubſtitutionis, quam
ſine difficultate conſtat eſſe fideicommiſ-
ſariam, quidenim poterit trāſferre vſufru-
ctuaria ad hęredes ſuos, quod poſtea ſit ſub-
ſtitutis reſtituendum?

Vltima eſt maior perplexitas, quod præ-
ſupponit teſtator poſt mortē vſufructuariæ
vocare illos proximiores, quos prius voca-
uerat durante vſufructu ad nudam proprie-
tatem, & tamen facile euenire potuit, quod
alij eſſent proximiores tempore euenientis
conditionis, quo nuda proprietas ad pro-
ximiores ſpectare debeat, & quod tempore
mortis vſufructuariæ alij ſint proximiores.

Si quis profitetur ſoluere has perplexi-
tes inſiſtendo in proprietāte verborum, &
in illo ſenſu, quem ſolēt recipere dicta ver-
ba, maximè in teſtamentis vſitata, valde
errat, & impoſſibile id iudico, & licet plu-
ries, & longo, & diligenti ſtudio ego tenta-
uerim ſaluare proprietatem verborum, &
ſaluare mētem teſtatoris, in vanum tamen
laboraui.

Quare in eam veni ſententiam, vt dece-
dente teſtatore ſine prole mater teſtatoris
ſit in ſolo vſufructu ſubſtituta, vt denotant
illa verba *quoad vſumfructum tantum om-
nium bonorū ſuæ hæreditatis hæredē inſtituit*
&c. Et vt durante vſufructu proximiores
ſint ſubſtituti in nuda proprietate, vt inſi-
nuant illa verba *proprietatem verò nudam*
&c. ſed cum adiecta ſint illa verba, *vt infra*
dicitur, & inferius teſtator loquatur de pro-
ximioribus tempore mortis matris, & vult,
vt veniant poſt dictam mortem tanquam
ſubſtituti, teneo, quod viuente matre illi,
qui tunc ſunt proximiores ſint hæredes in
nuda proprietate, ſed ſub conditione, ſi pa-
riter ſint proximiores tempore mortis ma-
tris, quo ſit, vt viuente matre, & ita condi-
tione pendente, dicantur hæredes ſpe, &
habitu, & poſt mortem matris dicantur ef-
8 fectu, & actu hæredes, ſicuti † contingit in
l. 2. ff. ſi pars hæred. pet. quod pluribus hæredi
bus inſtitutis, ſi aliqui adeant, & alij delibe-
rent, qui adiuerunt dicuntur ſpe, & habitu
hæredes in portionibus deliberantium, &
quarum partium ſiunt poſtea hæredes effe-
ctu, & actu, ſi deliberantes repudient, prout
contingit in quocunq; inſtituto ſub condi-
tione, qui pendente conditione eſt hæres,
quātum ad deſtinationem teſtatoris, & eius
diſpoſitionem, licet non valeat actu conſe-
qui hæreditatē, niſi conditione purificata,
9 prout iſti, † qui ſunt vocati proximiores
tempore mortis vſufructuariæ virtualiter
ſunt vocati ſub conditione ſi ſuperuixerint
ipſi vſufructuariæ *l. hæres meus in princ. & l.*
quibus diebus §. quidam Titio ff. de cond. &
demōſtrat. & ſatis ad hoc conferunt ſcripta
à *Ruin. conſ. 54. nu. 7. & 8. & ſub nu. 10. ibi*
(eſt, ergo cohæres.) Quæ inſtitutio, cū quoad
effectum reſoluatur in ſubſtitutionem fa-
ctam vſufructuariæ, quia & in ſubſtitutione
viuēte matre vſufructuaria, ſubſtitutus eſſet
hæres ſpe ſub conditione, ſi matri ſuperui-
ueret, ea mortua eſſet hæres effectu, ideo
teſtator in vocatione proximiorum ad nu-
dam proprietatem eos vocauit verbis non
10 directis, ſed communibus, † vt eſt verbum
ſpectare Oddus de compend. partic. 4. in ver-
bo (ſpectet) fol. 63. & dū eos vocauit ad ple-
nam proprietatem illos mediante ſubſtitu-
tione vocauit.

Itaq; ex ſententia mea teſtator de vſufru-
ctu ſolo diſponit in eo inſtituēdo matrem,
item, & de nuda proprietate durante vſu-
fructu dicēdo velle eam ſpectare ad proxi-
miores, ſed ad eos, qui erunt proximiores
tempore mortis matris, & ita certo modo
ſub conditione, vt antea dixi, Item, & de
vſufructu, & proprietate ſubſtituendo poſt
mortem matris: Nec crederem hanc ſubſti-
tutionem ſupponere matrem habere pro-
prietatem, & vſufructum, quia, cùm prius de
nuda proprietate fuerit expreſsè diſpoſi-
tum, id ſupponi non poteſt, ſed reſpectu
vſusfructus dicuntur proximiores ſubſtitu-
ti matri, hoc eſt in eius locum ſubrogati, &
reſpectu proprietatis, dicuntur virtualiter
ſubſtituti, quia ad inſtar ſubſtitutorum opor
tet, quod matri ſuperuiuant.

Ex quibus ſequitur hæc reſolutio, quod
Aſcanius, & Carolus, qui viuente vſufru-
ctuaria deceſſerunt, non potuerint ad eorū
hæredes aliquid tranſmittere, quia vocati
erant ſub ea cōditione, ſi fuerint proximio-
res tempore mortis, quæ conditio defecit
ipſis morientibus, & proinde etiam deficit
omne relictum in eorum perſona, vel dica-
11 mus, quod † conditione pendente decedūt,
quo caſu nec locus eſt alicui tranſmiſſioni

ad

ad gloſ. & Doct. in l. 1. C. de his, qui ante aper. tabul. & in l. eū filio familiar. ff. de leg. 1. Et in hac re pro nunc eſt ſententia mea paratus latius ſcribere, ſi contigerit ſuper his dubitari.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Non fideicommiſſi ſubſtantia, ſed qualitas, & quantitas poteſt committi arbitrio grauati.

Verba ſuppoſitiua teſtatoris inducunt diſpoſitionem in dependentibus ab eius voluntate.

Habens facultatem alterandi fideicommiſſum; per hæredis inſtitutionem cenſetur de eo diſpoſuiſſe.

Bona non veniūt in reſtitutione fideicommiſſi, quorum data eſt alienādi facultas.

SVMMARIVM.

1 *Subſtantia fideicommiſſi non poteſt remitti in alterius arbitrium.*

Quando verè dicatur remitti in alterius arbitrium nu. 2.

Subſtantia eſt ipſa diſpoſitio, & res ipſa n. 3.

Quantitas autem, & qualitas poteſt remitti in alterius arbitrium ſub nu. 2. & num. 4.

Et ideò teſtator poteſt grauare hæredem cum poteſtate alienandi bona grauamini ſubiecta num. 5.

6 *Voluntas, & conſenſus per errorem tollitur.*

7 *Verba non debent eſſe ſuperflua.*

8 *Opinio teſtatoris magis attenditur, quam veritas, & ſecundum illam debet interpretari eius voluntas.*

Et ideò quæ credidit teſtator eſſe facta, ſi non ſunt facta, debent fieri nu. 9.

10 *Legitima, & Trebellianica non continentur ſub fideicommiſſo paterno, & nu. 33.*

11 *Fideicommiſſum augetur vocando perſonas non vocatas.*

Et minuitur mandando, vt tardius ſoluatur nu. 12.

13 *Sub clauſula* in omnibus bonis ſuis *&c. continentur bona, quę teſtator ex fideicommiſſo reſtituere tenetur.*

Præſertim, quando habebat authoritatem diſponendi de dictis bonis à fideicommittente nu. 14.

Et, quando inſtituit eum, qui eſt ad fideicommiſſum vocatus nu. 15.

16 *Licentia data à lege non attenditur ſtante licentia conceſſa à teſtatore.*

17 *Verba illa* in omnibus bonis ſuis *&c. non dicuntur tantum notarij, ſed ſunt etiam teſtatoris.*

18 *Diſpoſitiones factæ ad fauorem vxoris ſunt ampliandæ.*

19 *Vxor inſtituta in vſufructu nullo dato cohærede eſt etiam proprietaria.*

20 *Permiſſa à teſtatore alienatione, grauatus tenetur reſtituere ſolum id, quod ſupereſt.*

Si tamen alienatio ſit permiſſa tacitè, non poteſt dolo alienare in præiudicium fideicommiſſarij, ſicus ſi ſit expreſsè permiſſa num. 21.

22 *Inſtrumenta publica manifeſtum inducunt probationem.*

23 *Acquiſita per vxorem præſumuntur acquiſita de bonis viri ex* l. quintus ff. de donat. inter vir. & vxor.

Fallit in mulieribus nobilibus nu. 24. & ſeq.

Et in mulieribus bonæ famæ, & exiſtimationis nu. 26.

Et, quando probatum eſt aliunde fuiſſe acquiſita nu. 27.

25 *Matrimonium in dubio præſumitur cum ingenua, & honeſtè nata.*

30 *Ius tertij excluſiuum intentionis aduerſarij contra eum allegari poteſt.*

29 *Dotis ſolutio ex quibus præſumatur.*

30 *Relicta acquiruntur illi, cuius contemplatione relicta fuerunt, ſi habet in poteſtate eum, cui relicta ſunt.*

31 *Vxor fruitur priuilegijs viri.*

32 *Melioramenta, funeris impenſa, & debita ſoluta detrahuntur ex fideicommiſſo.*

34 *Trebellianica eſt quarta eius, quod per fideicōmiſſum reſtituitur.*

RESPONSVM XL.

Auſpice Chriſto.

Conſultatio petita ab Illuſtriſſima D. Marchioniſſa Barbara Gonzaga de Calcagninis cōtinet duas inſpectiones, ſuppoſito, qđ in teſtamento Marchionis Guidonis Calcagnini extet fideicommiſſū ad vocationem Illuſtriſs. D. Borſij Calcagnini Actoris: Prima inſpectio erit an per obitum March. Theophili venerit caſus d. fideicōmiſſi: Secunda an ſit locus deductionibus prætenſis ab ipſa D. March. Barbara, in quibus inſpectionibus paucis conſultationem

tionem abſoluam, cùm ab Excellentiſs. D.
Aduocato March. Barbaræ plenè ſcriptum
fuerit.

Quantum ad primam inſpectionem atti-
net, quia viſo ſolo teſtamento March. Gui-
donis non poteſt negari, quin mortuo Mar-
ch. Theophilo ſine filijs vocatus ſit D. Co.
Borſius ſecundo genitus D. March. Cæſaris
iam diem ſũcto Co. Hercule primogenito,
tota difficultas videtur reduci ad codicillos
eiuſdem March. Guidonis in illis verbis *Nõ
intendẽdo però di leuare l'autorità al Co. Teo-
filo ſuo figliuolo di poter accreſcere, & ſminui-
re la detta ſubſtitutione, & fideicõmiſſo à ſuo
beneplacito*; Et difficultas in his conſiſtit, An
codicillans potuerit cõcedere hanc autho-
ritatem hæredi; ſecundo, An voluerit, &
tertiò, An hæres hanc facultatem exercue-
rit in teſtamento ab eo confecto; Ex reſolu-
tione harum difficultatum conſtabit an euc-
venerit caſus fideicommiſſi.

Et prius, quod nõ potuerit, videntur pro-
bare ea, quæ ab Illuſtriſſimo D. Iudice in
1 dubijs proponuntur, ſ. † quod ſubſtantia
fideicommiſſi non poteſt remitti in alterius
voluntatem *l. vtrum §. cùm quidam ff. de reb.
dub. & ibi Imol. Paul. Sec. & alij, & Doct.* ple-
nè *in l. 1. ff. de leg. 2.*

Cui acutiſſimo motiuo reſpondetur, in
caſu noſtro non remitti ſubſtantiam fidei-
2 commiſſi in arbitrium grauati, quia † nõ di-
citur fieri fideicommiſſum, ſi ipſe voluerit,
& ita in eius arbitrio non ponitur, an vellit
omnino reſtituere; tunc enim ſubſtantia
fideicommiſſi remittitur in eius arbitrium,
ita loquitur *§. cum quidam l. vtrum ff. de re-
bus dub.* ſed in caſu noſtro non eſt in arbi-
trium grauati, an vellit reſtituere, ſed teſta-
tor vult omnino, vt reſtituat, tantùm remit-
tat arbitrio ſuo, quantùm reſtituat, dum dat
ei facultatem augendi, vel minuendi fidei-
commiſſum; differt enim ſubſtãtia à quan-
titate, vel qualitate auctionis, vel diminu-
3 tionis; ſubſtantia † enim eſt ipſa diſpoſitio,
& res ipſa *Bal. in l. 1. in 2. lect. ſub n. 21. C. de
ſacroſanct. Eccleſ.* facit *tex. in l. obligationum
ſubſtantia ff. de act. & oblig. Brun. de forma in
probem. col. 1. verſ. (item præmitto)* & hæc eſt,
quæ non poteſt remitti in arbitrium graua-
4 ti; quantitas † verò poteſt, vt poſt *Din.*
hoc notat *Gofred. in d. l. vtrum §. cum quidam
5 ff. de rebus dub.* inde † eſt, quod teſtator po-
teſt grauare hæredem cum poteſtate alie-
nãdi bona grauamini ſubiecta *Doct. in l. Ti-
tius ff. ad Trebel. & in auth. contra rogatus C.
ad Trebel.* & proſequitur latè *Pereg. artic. 40.
in 1. difficultate n. 46. & ſeq.* quod aliud nõ
importat, niſi, vt poſſit arbitrio ſuo, fideicõ-
miſſum diminuere.

An verò voluerit March. Guido dare
hanc facultatem hæredi grauato, videre-
tur dicendũ, quod non, quia nõ dicit in co-
dicillis indulgere hæredi hanc facultatem,
ſed ait, ſe non eſſe intentionis reuocandi in
codicillis talem facultatem, quaſi ſuppo-
nendo ſe dediſſe hanc facultatem in teſta-
mẽto, quod ſuppoſitum cum ſit erroneum,
quia in teſtamento eſt quidem data facultas
alienandi mobilia, ſed non abſolutè augen-
di, vel minuendi fideicommiſſum, videtur
6 dicendum nihil codicillantem diſpoſuiſſe
deficiente conſenſu, & voluntate, quæ per
errorẽ tolluntur *l. ſi per errorẽ ff. de iuriſdict.
& l. ſi procurator ff. de acquir. rerum dom.*

At prædictis non obſtantibus, putarem,
his verbis codicillantem voluiſſe concede-
re hanc facultatem, & in hoc ſuam volun-
tatem eſſe ſeruandam; Ad quod probandũ
vtor hoc dilemate, aut codicillans ſciebat
in teſtamento non dediſſe hanc licentiam,
& tunc, ne verba remaneant ſine operatio-
ne, opotet intelligere *non intendendo però di
leuare l'autorità* ſ. relinquendo tamen au-
thoritatem, quaſi dando illam authoritatẽ,
quam fideicommiſſum iniunctum hæredi
grauato adimebat, quaſi vellit codicillans
dicere, licet fideicommiſſum factum ad fa-
uorem deſcendentium Co. Cæſaris à me cõ
firmatum adimat hæredi facultatem alte-
randi voluntatem meam in fideicõmiſſo,
tamen per cõfirmationem huiuſmodi fidei-
commiſſi non intendo adimere authorita-
tem, quam fideicommiſſum adimit, & in
ſumma verba reſoluuntur in hoc, volo, vt
fideicommiſſum, vtcunq; confirmatum,
7 poſſit ab hærede diminui, vel augeri, & hoc,
vt dixi, ne verba ſint ſuperflua, vt eſſe nõ de-
bent *l. ſi quãdo ff. de leg. 1. l. t. in fin ff. ad mu-
cip. l. 3. §. non fruſtra ff. de iure iurand.* & per
hæc iura *Paul. conſ. 43. col. 2. verſ (ſed ver-
ba) & conſ. 222. in princ. ibi (verba autem) in*
2. & ſenſus erit, non intendo adimere, au-
8 thoritatem; ideſt do authoritatẽ; Aut † co-
dicillans credidit in teſtamento dediſſe au-
thoritatem augendi, vel minuendi fideicõ-
miſſum, & in codicillis confirmare autho-
ritatem, quam credidit dediſſe, & tunc nec
error nocet, quia cùm id pendeat à volun-
tate codicillantis, intelligitur illud diſpo-
nere in codicillis, & valet, non vt diſpoſi-
tum

tum de nouo in codicillis, ita vt potius opi-
nio, quam veritas attendatur, ad quod alle-
go tex. *in l. quo loco* §. 1. *ff. de hered. inſt.* vbi
notatur, verba teſtatoris intelligi perinde,
ac ſi verè eſſet id, quod putauit teſtator, ad
quod *Doct.* notant illum *tex. Bar.* ait verba
debent intelligi, vt teſtator putauit *Bal.* ait
effectus teſtamenti regulatur ab opinione
teſtatoris, non à vera exiſtentia termino ſi,
& ſubiungit, nota, quod in his quæ depen-
dent à voluntate potius inſpicitur opinio,
quam veritas, *Ang.* in pˌait, quod diſpoſitio
teſtatoris ab eius opinione ſubſtantiam ca-
pit *Paul.* p ius ait, quod verba teſtatoris ſunt
interpretanda, vt ipſe exiſtimabat, nõ pro-
vt erat in rei veritate, & paulò inferius ait,
& hæc voluntas attenditur in his, quæ pen-
dent ex mera voluntate ſua, non id, quod
erat in mera veritate, & *Imola* apertius id
ipſum exprimit, & fuit etiam dictam *gloſ.*
in eo loco. & facit *l. cumq;* §. *fin. ff. de his quib.*
9 *vt indign.* ſequitur † *Alba in conſ.* 134. *nu* 8.
addens, quod ſi ea, quæ credidit teſtator eſ-
ſe facta, non ſunt facta, debent fieri. quam
ait fuiſſe propoſitionem *Dec. conſ.* 175. *in-
cip. viſo themate in fine* 4. *col.* ſequitur *Pereg.*
conſ. 67. *n.* 11 *in* 3. *Mantic. de coniect. vlt. vo-
lũt. lib.* 3. *tit.* 10. *Sim. de Prat. de interpretat.
vlt. volunt. lib.* 2. *fol.* 3. *num.* 8. *fol.* 162. & iſti
alios allegant, ex quibus colligitur, ex ver-
bis codicillorum datam eſſe authoritatem
hæredi augẽdi, & minuendi fideicommiſ-
ſum, & id voluiſſe, & potuiſſe codicillan-
tem.

Supereſt modò, vt videamus, an Mar-
chio Teophilus in ſuo teſtamento vſus fue-
rit hac authoritate, & ſententia mea eſt,
quod licet in teſtamento nihil dicatur de
hac authoritate ei data à patre, & non ha-
beatur relatio, nec ad teſtamentum, nec
ad codicillos patris; tamen ex effectu con-
ſtat fideicommiſſum paternum eſſe auctũ,
& diminutum, prius auctum in bonis, quia
10 ſub fideicommiſſo paterno non continе-
bantur legitima, & Trebellianica debitæ
filio iuxta vulgares traditiones, *Doct. in c.*
Raynaldus, & in c. Raynutius de teſtamenti,
& latiſſimè *Sim. de Prat. de interpretat. vlt.
volunt. lib.* 3 *fol.* 6. *fol.* 363. *Pereg. de fideic.
artic.* 3. *& artic.* 36. & nunc continentur, dũ
inſtituitur Co. Boſſius vocatus ad fideicõ-
miſſũ deinde & auctũ in perſonis vocatis,
q per codicillos fideicõmiſſum erat reſtri-
ctũ ad deſcẽdentes Co. Cæſaris excluſis de-
ſcendentibus Co. Alphonſi, & Marchio
Theophilus extincta linea Co. Cæſaris vo-
cat lineam, & deſcendentes Co. Alphonſi,
11 vocare † .n. ad fideicommiſſum perſonas
non vocatas eſt illud augere, & extendere,
vnde dicitur regulariter, non licere fideicõ-
miſſum extẽdere de perſona ad perſonam,
quia id eſſet augere grauamen *Ruin. conſ.*
27. *nu.* 9. *in* 2. *Aym. conſ.* 161. *nu.* 11. *per tex.*
12 *in l. ſi quis ita* §. *pen. ff. de teſt. tutel.* Est † po-
ſtea hoc fideicõmiſſum diminutum ratio-
ne eius effectus, quia inſpecta diſpoſitione
March. Guidonis incontinẽti mortuo March.
Theophilo ſine filijs poterat Co. Boſſius
petere fideicommiſſum, ſed ex diſpoſitione
March. eiuſdem Theophili non poteſt pete-
re, niſi poſt mortem March. Barbaræ, & ita
ratione temporis diminuitur fideicommiſ-
ſum, quia tardius peti poteſt §. *plus autem
verſ. qua .n. ratione Inſt. de act.*

Nec dicendum eſt, quod Marchio Theo-
philus in inſtitutione, & ſubſtitutionibus
non faciat mẽtionem de bonis paternis ex-
preſsè, ſed tantum de ſuis, cum inſtituerit in
13 omnibus bonis ſuis. Quoniam imò contrariũ eſt
verius, ſub clauſula *in omnibus bonis ſuis,*
quorum vſusfructus pleno iure relinquitur
vxori, etiam contineri bona reſtitutioni fi-
deicommiſſariæ obnoxia *Soc. iun. conſ.* 68.
in 4. *Alciat. conſ.* 135. *in* 9. *Alba conſ.* 73. *in*
1. *Decian. conſ.* 57. *in* 1. *Surd. conſ.* 73 *num.*
71. *in* 1. & latius *conſ.* 466. *num.* 8. *in
epitom.* 4 *Bellon. conſ.* 9. *Marzar. in fidei-
commiſſ. q* 4. *Menoch. præſump.* 142. *num.*
14 12. *in* 4. Et quamuis hæc opinio habeat
contradictores, tamen loquuntur quando
ille, qui de omnibus ſuis bonis diſpoſuit
non poterat diſponere de bonis fideicom-
miſſo ſubiectis tunc ceſſat ratio, quod non
facilè credendum eſt ſub generalitate ver-
borum voluiſſe teſtatorem includere ea
bona, de quibus non poterat diſponere,
ſed quãdo ex permiſſione fideicommittẽn-
tis hæres grauatus, poteſt nedum de bonis
fideicommiſſi diſponere, ſed etiam fidei-
commiſſum alterare, vt in caſu noſtro, res
tranſit ſine difficultate, quod ſub inſtitu-
tione etiam bona fideicõmiſſi cõtineantur.
15 Et quando hæres grauatus non habetet
hanc licentiam à teſtatore, cũ inſtituat in
ſuo teſtamẽto eũ, qui ad fideicõmiſſum eſt
vocatus, habet hanc licentiam à lege *l. v-
num ex familia* § *ſed ſi vno ff. de leg.* 2. *& in
l. filiusfamilias* §. *cum pater ff. de leg.* 1. & per
hæc iura, & alia fundamenta *Menoch. conſ.*
368. n. 34. *cum ſeq. in* 1. Sed † in hac licentia
data

Digitized by Google

data à legē non eſt, quod inſiſtamus, cum
adſit licentia expreſſa fideicommittentis
l.Clemens patronus ff. de hared inſt. Bal.in l.
in multis num.4.ff.de ſtat hom.& facit l.fin.
C.de pact.convent.

Et, quod March. Teophilus voluerit vti
hac licentia ei à patre conceſſa, colligitur
prius ex illa vniuerſalitate *in omnibus bonis*
ſuis mobilibus, & immobilibus &c. quamuis
enim bona fuiſſent poſt mortem ſuam re-
ſtituenda, non ideo minus, dum viuit ſua
17 ſunt; quæ † verba non dicuntur tantum
notarij, vt quidam putant, ſed ſunt etiam
teſtatoris ſcripta à notario ad expreſſionē
mentis ſuæ *Dec.conſ.653.n.5.& 6.Decian.*
conſ.51.num.18.in 1.& conſ.122.num.17.
18 *in* 3.deinde † etiam colligitur ex qualitate
perſonæ, cui relinquitur, quæ eſt vxor à te-
ſtatore valdè dilecta, ob quam dilectionem
diſpoſitiones ampliantur, potius quam
quod reſtringantur *Sim.de Prat.de interpre-*
tat.vlt.volunt.lib.4.dubit.10.nu.2.fol.408.

Et ex his omnibus apertiſſimè deduci-
tur, quod caſus fideicommiſſi March. Gui-
donis non venit ad fauorem D.Co:Borſij
vocati, niſi ſecundum voluntatem March.
Theophili.ſ.poſt mortem March. Barbaræ.
19 Quæ non eſt ſimplex vſufructuaria, vt for-
tè aduerſarij putant, ſed etiam eſt proprie-
taria, cùm ſit inſtituta in vſufructu nullo ei
dato cohærede in proprietate durante eius
vita, quia ne teſtator in proprietate reſpe-
ctu certi temporis careat hærede ex teſta-
mento, proprietas accreſcit vſufructui ex
l.1.§.ſi ex fundo ff.de hared.inſt. & vxor effi-
citur etiā proprietaria *Bal.in l.id quod pau-*
peribus ſub nu.27.C.de Epiſcop.& cleric.Sa-
lic.in l.extraneum in fine C.de hared.inſt.
Alex.conſ.162.num.2.in 2.Rolan.conſ.29.
num.26.in 4.Cephal.conſ.607.num.25.in
4.Laderch.conſ.3.nu.1.Rim.iun.conſ.620.
num.15.in 6.Honded.conſ.62.num.2.in 2.
Sfort.Oddus cōſ.91.n.7.& ſeq. qui *Doct.* al-
legant alios, & multi teſtantur de cōmuni
Rota deciſ.122.part.2.recent.

Aggrediēdo modo ſecundum inſpectio-
nem huius conſultationis: Quando caſus
fideicommiſſi veniſſet (quod ſemper nega-
tur) prius non eſt habenda ratio illorum
mobilium, quæ nunc non reperiuntur
quia alienata, vel conſumpta ſint ab ipſo
March. Theophilo, vel eius matre, & hoc
quia March. Guido teſtator licentiam dat
March. Theophilo, & matri, vt de mobili-
bus diſponant ad beneplacitum, & quamuis dicat deſiderare mobilia remanere ſal-
ua ab vſu, & magis ampliari, quā diminui,
tamen omne id remittit liberæ voluntati
March. Theophili, & March. Lucretiæ libe-
rādo eos ab omni eo, ad quod de iure tene-
rētur his ampliſſimis verbis *non volendo, che*
in queſto caſo ſiano tenuti fare coſa alcuna,
che foſſe di ragione, ne rendere conto ad alcuno
dell'vſo, & adminiſtratione di detti beni, ma
più toſto, doue foſſe biſogno liberandoli, & ab-
ſoluēdoli da ogni obligo legale, del quale poteſ-
ſe eſſere preteſo, che eſſi foſſero tenuti, quibus
20 verbis apertiſſimè colligitur, teſtatorem
noluiſſe ſubijcere fideicommiſſo mobilia,
niſi quatenus hæredes grauati vellent ea
conſeruare vſque quo veniret caſus fidei-
commiſſi, vt ſunt apertiſſimi tex. *in l.Titius*
rogatus ff.ad Trebel. & in auth.contra cum
rogatus C. ad Trebel. & in his locis *DD. Pe-*
reg.de fideicom.artic.40.in 1.difficultate
num.46. Sim.de Prat.de interpratat.vlt.vo-
lunt.lib.3.fol.1.num.2.fol.345. dicitur e-
nim hoc caſu fideicommiſſum limitatum
tantum ad illa bona mobilia, quæ non erūt
21 alienata *Gabr.conſ.99.n.10.in 2.* Nec † ſpe-
ctādum eſt, an alienatio ſit facta bona fide,
an ex dolo, vt fideicommiſſario præiudica-
retur, quia hæc conſideratio intrat, quādo
alienatio eſt tacitè permiſſa, vt quando te-
ſtator iuſſit hæredem reſtituere id, quod
ſupererit, ſed non intrat, quando alienatio
eſt expreſsè permiſſa, & minus quando (vt
hìc) hoc remiſſum eſt liberæ voluntati gra-
uati, hoc enim caſu tantum quæritur, an
ſit alienatum, non qua ratione, optimè om-
nia hæc proſequitur *Menoch.præſumpt.188.*
num.5.& ſeq.in 4.

Plura etiam ſunt ex hoc prætenſo fidei-
commiſſo March. Guidonis deducenda, &
prius dotes March. Lucretiæ, de quibus di-
22 citur adeſſe publica documenta, quæ † rem
manifeſtam reddunt, cum inſtrumentum
dicatur probatio probata *Iaſ.in l 1.in*
princ.n.10 ff.de oper.nou.nunc. Deinde e-
tiam detrahenda ſunt omnia bona parafre-
nalia, & vltra dotem obuenta d. D. Lucre-
tiæ, & per eam relicta in domo, & manibus
mariti, quæ concludenter teſtibus proban-
tur, non obſtantibus obiectis contra teſtes,
quibus optimè ſatisfaciunt Illuſtres, & Ex-
cellentiſs. Viri, qui huic cauſæ pro March.
Barbara patrocinantur, & ſi aliquid inta-
ctum remanet (quod non credo) ſatisfaciēt
doctiſſimi Viri, qui inſpexerunt dicta te-
ſtium, & totū proceſſum; Duo tantum ex

aduer-

aduerſo tanguntur; quæ diſceptationẽ iuris cõtinere videntur, Primum,† quod omnia, quæ prætenduntur bona D. Lucretiæ præſumuntur viri ex *l. Quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & vxor. & C. eod. l. etiã*. Secũdũ, quod in his bonis March. Barbara nullũ ius prætendere poteſt, quaſi quod non audiatur excipiens de iure tertij. Sed facile
24 primum tollitur, quia, vt & alij ſcripſerunt, in mulieribus nobilitate inſignibus ceſſat ratio *d. l. Quintus*, ſcilicet gratia euitandi turpis quæſtus, non enim impudicitia ſuſpicari poteſt in perſonis illuſtribus, quibus eſt maxime abominabilis *l. fœdiſſima ff. de poſtlim. reuerſ. ibi (ob retinendæ pudicitiæ cultum, aut ſeruandam natalium honeſtatem) & in l. ſi qua illuſtris C. ad Orfic. ibi (cum in mulieribus ingenuis, & illuſtribus, quibus caſtitatis*
25 *obſeruatio præcipuum debitũ eſt)* & hinc† *Bart.* notat *in l. in concubinatu ff. de concubin.* cum ingenua, & honeſtè nata in dubio præſumi
26 matrimonium *Nizol. allegat. 10. qui nu. 14. & 15.* ait, quod conſtito de bona fama, & exiſtimatione mulieris ceſſat præſumptio *l.*
27 *Quintus*. Secundò† reſpõdetur, præſumptionem *d. l. Quintus* eſſe iuris tantum, ideò ceſſare, quando (vt hìc) probatur, vnde bona veniant, vt probatur in litera *d. legis ibi (quod nõ demonſtrat vnde hoc habeat) Neuiz. lib. 4. Sylu. nupt. n. 23. Bal. conſ. 67. in 5. Aym. conſ. 61. num. 7. Burſat. conſ. 209. nu. 27. Bot. conſ. 23. nu. 32. Nicol. Bellon. conſ. 17. nu. 11. Honded. conſ. 91. num. 77. in 5. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 26. ſub n. 3. Gabr. lib. 1. concluſion. de præſumpt. concluſ. 15. nu. 13. Maſcard. de probat. concluſ. 30. ſub nu. 29. in 4. limit. Menoch. præſumpt. 51. num. 36. in 3. Riccius collectan. 190. part. 1.*

Secundum; & ipſum facile tollitur, quia imò videtur allegare ius ſuum, quia cum præſupponatur D. Lucretiam obijſſe ante March. Theophilum, licet paucis horis, eius bona peruenerunt ad eius filium, & deco ad March. Barbaram ab eo hæredem inſti-
28 tutam, vt prædiximus: Præterquam† quod hoc ius tertij eſt excluſiuum inſtionis Co. Bortij, & ideò potuit contra illum allegari, *l. fin. C. de rei vendicat. Cin. in l. cum ſeruum C. in fine C. de rei vendicat. Bar. in l. 2. ff. de except. rei vendicat. & in l. ſi rem alienam ff. ſolut. matrim.* & poſt iſtos *Theſaur. deciſ. ... nu. 1.*

Deducendæ etiam ſunt dotes, & bona
29 propria March. Barbaræ, cui† deductioni non obſtat allegare, quod non conſtat de ſolutione dotis, quia cum ſupponatur non-

ſtare de promiſſione, & quod debitores, viri Illuſtriſsimi, & ditiſſimè ſolerent eorum debita ſoluere, & Marchiones Guido, & Theophilus ſupportarunt onera matrimonialia, accedente etiam temporis curſu præſumitur ſolutio *Maſcard. de probat. concluſ. 1318. nu. 27. & 28. in 3. Surd. deciſ. 105. Rota deciſ. 192. n. 3. part. 2.* in quibus deciſ. allegantur plures authoritates, quæ optimè firmãt probari ſolutionem ex coniecturis, promiſſionis, & obligationis præcedentis, qualitatis debitoris, diuturnitatis temporis, & ſupportationis onerum matrimonialium; licet in illis deciſionibus ex abundanti conſiderentur aliæ coniecturæ, quæ concurrebant in caſibus illarum.

Obijcitur etiam huic deductioni præſumptio *l. Quintus ff. de donat. inter vir. & vxor.* cui ſupra reſponſum fuit.

Etiam obijcitur, ex his plura donata fuiſſe cõtemplatione mariti, & ſoceri, præſertim donata à ſubditis Marchionatus, vt inde inferatur, hæc eſſe mariti.

Sed facillimè reſpondetur, dato, quod eſſent mariti non venient ſub fideicommiſſo March. Guidonis; ſed veritas eſt, hęc omnia eſſe March. Barbaræ; cui donata, & tradita fuerunt; & in quam propterea dominium
30 tranſlatum fuit, nec† obſtat, quod dicitur de contemplatione, quia procedit tantum, quando perſona erat ſub poteſtate eius, cuius contemplatione datum fuit; & per perſonam, cui donatur acquirebatur ei, cuius contemplatione donatum fuit *Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 18.* & eſſe opinionem veriorem, & receptam à *Rota* teſtatur *Seraphin. deciſ. 1108. num. 4.* vbi latè vſq; ad fin. in quibus terminis nos non verſamur, quia vxor non eſt ſub poteſtate viri, nec ei,
31 ſed ſibi acquirit. Præterea† cum Marchioniſſa per communicationem habeat priuilegia Marchionis mariti *l. princeps ff. de legibus gloſ. in l. ſi Auguſta ff. de leg. 2.* ſubditi ei exhibere debent obſequium non minus, ac Marchioni, & ideò, quæ ei donant nõ magis dicentur donata cõtemplatione mariti, quam contemplatione ſui ipſius, & id, quod Doctores dicunt de contemplatione procedit, quando datur id, ad quod dandũ erat obligatus maritus, vt quando auus dotat neptem ex filio, vel conſanguinei mariti dant ea, quæ maritus dare tenebatur, non quando datur ex pura liberalitate id, quod darẽ maritus non tenebatur.

Statuit, quod obijcitur *Rub. 159. lib. 2.*

vt intelligo transfert in maritum fructus tantum, dùm viuit, non proprietatem, & ſi transferret proprietatē bona acquiſita March. Theophilo non eſſent ſub fideicommiſſo March. Guidonis, ideò deductio eſt iuridica.

32 Deductiones melioramentorum, impenſæ funeralis, & debitorum ſolutorum, & ipſe ſunt iuridicæ, ſiue debita ſint ſoluta à March. Theophilo, ſiue à March. Barbara latè *Prat. de interpratat. vlt. volunt. lib. 3. interpratat. 3. dubit. 5. ſol. 4. & 5. fol. 353. & 358.*

33 Vltimo nullam dubitationem recipiunt deductiones legitimæ, & Trebellianicæ ex perſona March. Theophili filij primi gradus grauati, vt per *Prat. d. lib. 3. de interpratat. ſol. 6. fol. 363. Petra de fideicommiſ. q. 15.*

Et quāuis pars aduerſa opponat de mobilibus alienatis, hoc nō obſtat, quia alienatio ſecuta eſt è præcepto teſtatoris, nec dicatur imò deſideraſſe teſtatorem hæc mobilia conſeruari; quia (vt dixi ſupra) licet videatur teſtator hæc deſiderare, tamen id totùm remittit arbitrio March. Lucretiæ, & March. Theophili: Nec iſta mobilia alienata ex permiſſione teſtatoris poſſunt imputari in legitimam, licet alias alienata ſoleant imputari, quia non vult teſtator, vt de his alienatis reddatur aliqua ratio, ac ſi nūquam fuiſſent, ergo non ſunt imputanda, quia dū imputarētur de illis ratio redderetur: Amplius iſta alienatio non eſt conceſſa tantū filio, ita vt poſſit dici, voluiſſe teſtatorem alienata imputari, ſed etiā conceſſa eſt March. Lucretiæ, & non eſt conueniens, vt ab ea alienata imputentur filio in legitimam. Minus hæc bona alienata ſunt imputanda in

34 Trebellianicam; quia ex mente *Doct.* quos allegat *Pereg. de fideicommiſ. artic. 3. num. 2.* ipſa eſt quarta eius, quod per fideicommiſſum reſtituitur; vnde non deducitur niſi de de eo, quod eſt ſub fideicommiſſo: hæc autem mobilia non ſunt à teſtatore ſubiecta fideicommiſſo ad fauorem Co. Borſij, quia expreſsè teſtator ita ſubſtituit *ne' miei beni mobili, immobili, & ſe mouenti, quali per contratto però à quelli ſarāno ſopranan Zati, & nō ſaranno ſtati diſtribuiti, & alienati in vita delli predetti Theophilo, & Signora Lucretia, come hò detto inſtituiſco, & ſubſtituiſco &c.* Ergo hæc bona alienata vel non ſubiecta fideicommiſſo non poterunt imputari in Trebellianicam.

Itaq; concludo, non veniſſe caſum fideicommiſſi; & ſi veniſſet, quod locus eſſet deductionibus prætenſis pro parte noſtra.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Deſcendentes alicuius vocati ad fideicōmiſſum non admittuntur ſecundum ordinem ſuccedēdi reſpectu teſtatoris, vel grauati, ſed reſpectu eius, à quo ipſi vocati originem ducunt.

SVMMARIVM.

1 *Plures à teſtatore vocati per nomen collectiuum ſuccedunt eo modo, quo ab inteſtato vocantur.*
Et dicuntur omnes vocati ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſariam nu. 22.
2 *Deſcendentes in ſucceſſionibus intrant in locum aſcendentium mortuorum.*
3 *In fideicommiſſis an ſuccedatur ſecundum proximitatē teſtatoris, vel grauati eſt articulus controuerſus.*
Quando tamen vocantur deſcendētes grauati attenditur illius proximitas nu. 4.
Et ſi teſtator loquatur de familia patris inſpicitur ordo ſuccedendi illius reſpectu nu. 5.
Sicuti vocatis heredibus alicuius ſuccedunt eo modo quo ſunt eius heredes nu. 9.
Et generaliter nominata perſona, à qua deſcendunt vocati inducta vocatione ſecundum ordinem, quo ſuccederetur eidem perſonæ num. 7.
8 *Ex vocatione deſcendentium colligitur eos ſuccedere per repræſentationem.*
10 *Voluntas teſtatoris ex eius affectione declaratur.*
Et per eam reſtringitur, ac ampliatur nu. 11.
Affectioniſq; coniectura cæteris præponderat, & etiam verbis nu. 12.
13 *Appellatione* poſterorum *veniunt liberi.*
14 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*
Et ideò ab inſtitutione declarantur ſubſtitutiones nu. 15.
Et vna ſubſtitutio ab altera nu. 21.
16 *Repræſentatio habet locum in illis, qui ſuccedunt in ſtirpes.*
17 *Non refert quòd ex æquipollentibus exprimatur.*
18 *Voluntas magis facto, quàm verbis declaratur.*
19 *In iure accreſcendi portio accreſcit portioni, non perſonæ.*
Et ſi quandoq; dicatur, quòd accreſcat perſonæ, intelligitur, id eſt ad vtilitatem eius num.

Digitized by Google

num. 20.
23 *Ad relictum factum familia, ſeù poſteritatè admittuntur omnes gradatim.*
24 *Ordo ſucceſſiuus intelligitur per vulgarem, & per fideicommiſſariam.*
Cùm vulgaris cadat etiam in fideicommiſſis num. 25.
26 *Caducato primo gradu ſubſtitutionis vulgaris, ſeù fideicõmiſſaria intrat ſecundus in locum prioris ex communi & nu. 28.*
Rationes aſſignantur nu. 27.
29 *Nomen* deſcendentes *eſt collectiuum plurium graduum.*
Diſpoſitio l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de leg. 2. *non habet locum, quando teſtator vocat familiam alterius nu. 30.*

RESPONSVM XLI.

Reuerende Pater.

1 PLVRES à teſtatore vocati ſub nomine collectiuo ſuccedunt eo modo, quo ab inteſtato à lege vocantur, cum qua præſumitur teſtator ſe conformare *Bar. Bal. Soc. & Rubens Alexand. in l. Gallus § quidam rectè ff. de lib. & poſthum. Soc. conſ. 37. nu. 1. in 3. conſ. 51. nu. 11. in 4 Ceph. conſ. 46. nu. 26. in 1. Pereg. de fideicommiſſ. artic. 21. num. 12. conſ. 46. nu. 16. in 2. conſ. 42. num. 2. in 3. & conſ 41. nu. 10 in 5.*

Difficultas igitur propoſiti caſus nobiliſſimæ familiæ de Graſſis in eo conſiſtit, an ſpectandus ſit ordo ſuccedendi reſpectu teſtatoris, vel grauati, quo ordine attento D. Gabriel eſſet D. Gaſpare potior, vel reſpectu eius, à quo deſcendentes vocati originem
2 ducunt .ſ. D. Io. Antonij, quo † reſpectu D. Gaſpar ſuccedendo in locum patris, & eum repræſentando concurreret cum D. Gabriele § *cùm filius Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. ſi quis igitur Auth. de hæred. ab inteſt. ven. auth. in ſucceſſione C. de ſuis, & legit. hæred.*

Spectandum eſſe ordinem ſuccedẽdi reſpectu Io. Antonij, & per repræſentationem ex pluribus probo.

Primo Antonius teſtator, qui poterat ſubſtituere agnatos ſuos, vel Cæſaris ex deſcendentia Io. Antonij, & Agamemnonis, nulla nec ſuæ perſonæ, nec Cæſaris grauati habita mentione ſimpliciter vocauit deſcendentes Io. Antonij; expreſſio Io. Antonij, à quo originem ducere debebant deſcendentes vocati, indicat, voluiſſe teſtatorem eos ſuccedere, quemadmodum ſuccederent Io. Antonio, ad quod benè faciunt ea, quæ *Doct.* nunc citandi ſcripſerunt in perdifficili articulo; an in fideicommiſſo ſuccedatur ſecundum proximitatem teſtatoris, vel gra-
3 uati licet † in vocatione ſimplici articulus ſit valdè controuerſus, vt apud *Theſaur. deciſ.*
4 64. tamen † quando teſtator vocat deſcendentes hæredis, reſolutum eſt ſine controuerſia deſcendentes ſuccedere eo ordine, quo de iure ſuccederent hæredi grauato nimirum, quia ex illo genitiuo *hæredis*, exprimente caput, à quo vocati deſcendunt ſatis indicatur mens teſtatoris reſpicientis proximitatem, & ordinem ſuccedendi reſpectu eius, à quo vocati deſcendunt, & contemplantis perſonam, à qua vocati deſcendunt *Alciat in l. cum ita § in fideicõmiſſo. ff. de leg. 2. nu. 8. ibi (certior eſt ille caſus) & in l. peto §. fratre ff. eod. de leg. 2. ſub nu. 5. ibi (ſed, & cũ teſtator) & in conſ. 134. nu. 5. & 6. lib. 9. Decian. conſ. 26. ſub n. 76. verſ. (quintus caſus) in 2. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 20 ſub n. 9 in primo caſu Graſſ. de ſucceſ. §. fideicommiſſum q. 18. num. 5. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 12. nu. 31. in fine ibi (& ſiquidem) Gabr. conſ. 127 ſub n. 8. ibi (accedit, quod apparet)*
5 *in* 1. vbi † licet filij & patris eſſet eadem familia, quia tamen de familia patris teſtator locutus eſt inſpicitur proximitas, & ordo ſuccedendi reſpectu patris *Intrigliol. de ſubſtit. centur. 3. q. 78. nu. 18.* Et ad hoc benè facit *d. §. in fideicommiſſo l. cum ita ff. de leg. 2.* in quo dicitur, in legato familiæ poſt nominatos, & eos, qui fuerunt ex familia teſtatoris admitti eos, qui ex his primo gradu procreati ſunt, *Socin. in conſ. 249. nu. 21. in 2. & in l. ſi cognatis num. 40. ff. de rebus dub.* notat
6 proximitatem grauati attendi, & id putat eſſe ex mente I. C. quia dicit de proximioribus ex his, .ſ. grauatis, ſentiens ordinem ſuccedendi attendi reſpectu eorum, à quibus proximiores deſcendunt, qui continentur in illis verbis *ex his*, & hunc intellectum *Soc.* eſſe communiter receptum teſtatur *Mantic.*
7 *d. tit. 12. num* 30. Quemadmodum † igitur apud hos authores inſpicitur ordo ſuccedẽdi reſpectu perſonæ nominatæ, à qua vocati deſcendunt, ita, & hic inſpicietur ordo ſuccedendi reſpectu Io. Antonij, à quo deſcendunt vocati; Nec dicatur has authoritates non ſeruire, quia vocati ſuccedunt teſtatori mediante perſona grauati, à quo deſcendũt,

Digitized by Google

ſed hic vocati nullo modo ſuccedunt Io. An-
tonio, ſed, vel Cæſari, vel teſtatori.

Quia hæc diuerſitas non tollit inductio-
nem, de qua ſupra, quæ fundata eſt in eo,
quod in caſu, in quo controuertitur de or-
dine ſuccedendi nominatio perſonæ, à qua
vocati deſcendunt indicat voluntatem te-
ſtatoris; nec iſtud continet aliquam repu-
gnantiam, quod teſtator vellit deſcenden-
tes Io. Ant. ſibi, vel Cæſari ſuccedere, ſed ſe-
cundum ordinem, quo ſuccederent Io. An-
tonio, qua ratione eos nõ vocauit ſub nomi-
ne attinentium, vel agnatorum ſuorum,
ſed ſub nomine deſcendentium Io. Antonij.

8 Imò, cũ deſcendentium ſit propria qua-
litas ſuccedere per repræſentationem, trãſ-
uerſalium verò nequaquam, niſi in vno gra
du, qui in caſu iſto non poterat dari; ex quo
teſtator vocauit ſub nomine deſcendentiũ,
conſtat, quod voluit eos vocare cum quali-
tate repræſentationis, non ſecundum præ-
9 rogatiuam gradus; Quia † attenditur quali-
tas, ſecundum quã ſunt vocati *Alciat. conſ.
134. nu. 5. lib. 9.* vbi vocatis hæredibus Lau-
rentij vocati dicentur eo modo, quo ſunt e-
ius hæredes, ſcilicet per repręſentationẽ.

Secundo ex verbis prohemialibus teſta-
menti, ibi *volens poſteritati ſuæ, vt virum
prudentem decet, ſalubriter prouidere*, colli-
gitur, finalem rationem omnium diſpoſito-
rum in teſtamento, præſertim in inſtitutio-
nibus, & ſubſtitutionibus fuiſſe prouidere
poſteritati, & quidem in totum *l. fin. ff. de
hæred. inſt.* ſub nomine cuius poſteritatis
mortuo Cæſare ſine prole conſtat teſtato-
rem intellexiſſe de deſcendentibus Aga-
memnonis, & Io. Antonij, & prouiſionem
intellexiſſe per tranſitum bonorum ad eos;
vult ergo teſtator prouidere toti ſuæ po-
ſteritati per tranſitum bonorum ad eos, er-
go vult, vt omnes poſteri bona habeant,
hoc non ſequeretur, ſi poſteri, id eſt deſcen-
dentes Io. Ant. venirent per gradus præro-
gatiuam, quia tunc potioribus tantum in
gradu, & eorum deſcendentibus eſſet pro-
uiſum; alijs verò nequaquam, niſi in caſu,
quo finita eſſet linea prioris in gradu; ſi ve-
rò dicimus omnes ſuccedere, omnibus cõ-
mode prouiſum eſt, ergo accipienda eſt illa
interpretatio, quæ magis eſt conformis in-
10 tentioni teſtatoris: Hoc † prius ſuadetur ab
affectione, & charitate teſtatoris, quæ fuit
æqualis ad omnes poſteros deſcendentes à
Io. Antonio *l. capienda §. 1. ff. de reg. iur. Ful-
11 goſ. conſ. 70. num. 4.* vbi, quod † per eam re-
ſtringitur, & ampliatur volũtas *Soc. conſ. 23.
12 nu. 21. in* t. vbi, quod † coniectura ex affe-
ctione præponderat alijs coniecturis, & et-
iam verbis, Deinde & à contemplatione,
cum diſpoſitum fuerit non contemplatione
certi deſcendentis tantùm, & poſteri, ſed
contemplatione omnium, conferunt plu-
ra, de quibus *Sim. de Prat. de interpretat. vlt.
volunt. ſolut. 6. fol. 65.*

Tertio ex prædicta ratione conſtat te-
ſtatorem vocare deſcendentes Io. Antonij,
ac ſi eſſent poſteri ſui, & in hac ratione eos
cõnumerat inter poſteros ſuos vna cum de-
ſcendentibus ſuis, vnde arguitur, quod eos
vocet eo modo, quo à iure, & à ſe ipſo ſunt
13 vocati illi, qui verè sũt poſteri ſui, qui † ſunt
liberi *l. quod his §. idem teſtator, & ibi notat
Bar. ff. de leg. 3.* ſed de iure liberi vocantur
per repręſentationem *iuribus antea citatis*,
& à teſtatore eodem modo, cum pluries in
teſtamento repetat velle Hieronymum,
& Gratianum eius nepotes ſuccedere re-
præſentando Iacobum eorum patrem, er-
go eodẽ modo vocati etiam erunt deſcen-
dentes ex Io. Antonio, qui inter poſteros
connumerantur, & ita facilè erit locus vul-
14 garibus regulis, quod † ex vna parte teſta-
menti alia declaretur *l. qui filiabus ff. de leg.
15 1.* & † ab inſtitutione declaretur ſubſtitutio
l. 1. C. de impub. & al. ſubſtit. & quod mor-
tuo Cęſare ſine liberis fuerit intentio teſta-
toris prouidere omnibus poſteris de fami-
lia ſua, non autem ſolum ſibi proximiori-
bus, ex eo, vel maximè conſtat, quod licet
deſcendentes à Io. Antonio, qui tunc viue-
bant eſſent ei proximiores, & ex Agamem-
none remotiores, tamen omnes ſimul vo-
cauit, & quia faciebant duas ſtirpes de hæ-
reditate fecit duas partes conſtituendo dua
corpora, vnum deſcendentium Io. Ant. & a-
liud Agamemnonis, nõ ergo reſpexit ſingu-
las perſonas deſcendentiũ, quatenus eſſent
ei proximiores, ſed quatenus omnes ſimul
duo corpora conſtituerent, & hæc eſt mani-
feſta teſtatoris voluntas, quæ colligitur ex
illis, quæ teſtator diſpoſuit, & ex modo, quo
diſpoſuit.

16 Quarto conſiderandum eſt, quod teſta-
tor diſponendo, ita vt hi deſcendentes ſuc-
cedant in ſtirpes deducitur in neceſſariam
conſequentiam, vt velit eos ſuccedere per
repræſentationem, faciunt *tex. in d. §. cum
plures Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. & in d.
auth. in ſucceſſione C. de ſuis, & legit. Soc. conſ.
69. col. 3. ſub nu. 2. ibi ideò autem dixit in-*

ſtit-

*ſtirpes) & conſ.104.num.4.in 3.pariſ.conſ. 92.nu.68.in 2. Ladercb.conſ.45.nu.17.*vbi, quod ſucceſſio in ſtirpes venit per repræſentationem *Couar.practic.quæſt.c.38.ſub nu.5.ibi(quod ſi vlteriores)* Nec dicatur, teſtatorem nihil dixiſſe de ſucceſſione in ſtirpes, quia imò, ex quo dixit prolem Agamemnonis venire ad dimidiam, & Io.Antonij ad aliam dimidiam ſatis dixit in ſtir-
17 pes, quia non refert, quid ex æquipollentibus exprimatur *l.gallus §.& quid ſi tantum ff.de liber.& poſth. l.fin.C.de donat. quæ ſub mod.* & ſi nõ dicit in ſtirpes verbis, ſatis eſt, quod facto diſponit, & vocat in ſtirpes, quia
18 voluntas magis facto, quàm verbis declaratur *Surd.conſ.371.num.65.* Nec pariter dici poteſt hãc vocationem in ſtirpes eſſe inter deſcendentes ab Agamemnone, & deſcendentes à Io.Antonio, nõ verò inter deſcendentes Io. Antonij inuicem: Quia concludenter reſpondetur, non poſſe deſcendentes à Io.Antonio conſtituere vnam ſtirpem reſpectu aliorum deſcendentium, niſi inter eos, inferiores ſuccedant in locum ſuperiorum, & omnes repræſentent caput ſtirpis .ſ. Io.Antonium.

Quinto ſi intimius ſcrutari velimus mentem teſtatoris, hæc fuit; conſideravit ex Iacobo eius proauo oriri tres lineas effectiuè, vnam à Gratiano, in qua continebatur teſtator, aliam à Balthaſſare, in qua continebãtur deſcendentes Agamemnonis, & tertiam à Io. Baptiſta, in qua continebãtur deſcendentes à Io. Antonio. conſiderans teſtator harum linearum inſpecto principio vnam eſſe poſteritatem, vt illi prouideret finita eius linea per obitum Cęſaris vocando deſcendentes Agamemnonis vocauit lineam Balthaſsaris, & vocando deſcendentes Io. Antonij vocauit lineam Io. Baptiſtæ, ex quo ſequitur, vt quemadmodum quoad lineam inſpecto Io.Baptiſta nõ eſt differentia inter Gaſparem, & Gabrielem, ita non debeat eſſe differentia quoad vocationem, & ſucceſſionem, nec ſpectandum eſt, quod Gaſpar ſit in gradu inferiori, reſpectu capitis lineæ, quod conſtituitur ab aſcendente, inferior in gradu ſubintrat in gradum præcedentem.

Sexto maximè facit ad illuſtrandam mentem teſtatoris, quod noluerit in deſcendentibus Io. Antonij conſiderare proximitatem, quod quando eos vocat ad portionem deſcendentiũ Agamemnonis vtendo verbo *accreſcat* oſtendit, eos velle vocare per viam iuris accreſcendi, ex quo colliguntur duæ coniecturæ concludentes, prima, quod, cum teſtatori eſſet incertum, futurum ne eſſet, vt Cæſar obiret ante Agamemnonem viuente adhuc patre, vel auo Gaſparis, au obiret poſt mortem Agamemnonis, in primo caſu, qui non euenit, ſi poſt Cæſarem obiret Agamemnon ſine filijs, portio deſcendendentium Agamemnonis non ſpectaret in totum ad Gabrielem vti proximiorem, ſed pro parte etiam obueniret Gaſpari, penes quem reperiretur pars, quæ, vel patri, vel auo ſuo prius obueniſſet
19 per mortem Cæſaris, quia hæc eſt natura iuris accreſcendi, vt in eo portio accreſcat
20 portioni nõ perſonæ *l.ſi totã ff.de acquir.hæred.* & quamuis teſtator videatur reſpicere perſonas dicendo accreſcat deſcendẽtibus, id tamen intelligitur, quatenus habeãt portionẽ, cui alia poſſit accreſcere, vel intelligitur, vt accreſcat deſcendentibus.i.ad cõmodũ deſcendentiũ iuxta tradita à *Doct. in l.vnic.C.quãdo non pet.part.pet.accreſc.* præſertim à *Dec. in vlt. notab.ſecunda lectura, & Rim.iun.num.38.* & quemadmodum ita diceretur voluiſſe teſtatorem in hoc primo caſu, qui non euenit, dicendum eſt idem voluiſſe in ſecundo caſu, qui euenit, viget enim eadem ratio, & idem deſiderium conſeruãdi integraliter omnia bona apud omnes deſcendentes Io. Antonij ordine ſucceſſiuo, vt inferius dicetur: Altera eſt coniectura, quia vna eſt ſubſtitutio, per quam deſcendẽtes Io. Ant. vocantur ad dimidiam vti ſubſtituti Cæſari, altera per quam vocãtur ad aliam dimidiam vti ſubſtituti deſcendentibus Agamemnonis, in hac non attenditur quis ſit proximior, ſed quis habeat portionem, quia ita voluit teſtator vocando per verbum *accreſcat*, ergo in alia ſubſtitutione, in qua nunc dubitatur, an proximitas attendatur, erit dicendum ex mente teſtatoris, non attendi, declarando
21 vnam ſubſtitutionem ab alia *d.l.qui filiabus ff.de leg.1.* & quia, non eſt veriſimile, quod teſtator, qui de duabus medietatibus fecit vnum corpus voluerit in vna medietate ſuccedi attenta proximitate, & in alia non.
22 Vltimo ceſſat omnis difficultas, quia per vocationem factam nomine collectiuo continente perſonas plurium graduum intelligentur omnes ſubſtituti ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſum *Soc.in conſ.43.ſub num.9.verſ.(aliquando, & quinto) in tertio Doct.in d.l.cum ita §.in fideicommiſſo ff.de*

Digitized by Google

leg.2.& præcipuè Paul.ſub nu.2.ibi (& ſic videntur inuicem grauati.)& omnes in l. fin.C. de verb.ſign. vbi Butrig.in ſummario Pet. à Bell aperticà ibi (cum dicit teſtator) Bald. nu. 2.Corn.ſub nu.9 verſ.(in tex.)Iaſ.nu.15.Pereg.de fideicommiſſ.artic.17.num.35. aſſerens id non habere cōtradictorem *Menoch.*
23 *conſ.420.num.14.& ſeq.in 5.*& t maximè id procedit in caſu noſtro, quia magis ſalubriter prouiſum eſt poſteritati, ſi gradatim, & ordine ſucceſſiuo deſcendentes ſunt vocati, quam ſi vocatio conſumaretur in illis, qui prius ſuccederent, quod fuit in voluntate teſtatoris *l.peto §.fratre ff. de leg.2.* Qui
24 ordo ſucceſſiuus poteſt eſſe per fideicommiſſariam, & per vulgarem iuxta tradita à *Doct. in l. Gallus §. quidam rectè ff. de lib.& poſthum.Petra de fideicommiſſ.q 5.ſub num. 165. & Pereg. eod. tract. art.18.* nam et-
25 iam in fideicommiſſis vulgaris cadit, quæ anomala dicitur *Lus heredib.ff. de leg.2.l. ſi legata C.de legat.l.vnic.§.pro ſecūdo,& § ſin autē ſub conditione verſ.(quod ſi in medio) C.*
26 *de caduc.tol.* quodcunq; ſit ſemper t eſt locus doctrinæ *Bar.in l.quandiu 68.num.18. ff.de acquir.hæred.*quod ſi præcedentis ſubſtituti ſit ſubſtitutio caducata, quia moriatur antequam veniat caſus ſubſtitutionis, ſequens ſubſtitutus ſuccedit in eius locum, & ſuccedit, ac ſi prius ipſe eſſet ſubſtitutus;
27 in t vulgari ratio eſt, quia ſubſtitutus ſecundus ſubintrat in locū primi, ac ſi eſſet ſubſtitutus ei, cui primus fuit ſubſtitutus *§.ſed ſi inſtituto Inſt.de vulg.ſubſt.* ſiue id ſit per viā tranſmiſſionis, vt nōnulli putant, ſiue per verā ſubſtitutionē in eius perſona radicatā, vt verius eſſe dixit *Zanch.ad §.cum ita in 2.parte nu.2.* Et in fideicommiſſaria ratio eſt, quia pars hæreditatis caducata in perſona præcedentis ſubſtituti, remanent apud grauatum, cum onere reſtituendi ſecundo ſubſtituto *d. l. vnic. §. pro ſecundo, & §.ſin autem aliquid*
28 *ſub conditione C. de cadue.tol.* nec t dubitandum eſt, quin doctrina *Bar.* paſſim ſit recepta, vt apud *Zanch.in d.2. parte nu.4.& nu. 20.Pereg.de fideicommiſſ.artic.15.& cōſ.40. nu.6.in 1 Soc.iun.conſ.42.n.17.& conſ.114. nu.24.in 1.Aym.conſ.283.col pen.verſ.(ſed in caſu noſtro) Cepb.conſ.258.num.19.in 2. Decian.conſ.81. in 2.Surd.conſ 279.nu.10. in 2.* Hæc ita applicantur ad caſum noſtrum, in caſu, quo decedat Cæſar ſine filijs ſubſtituuntur pro dimidia deſcendentes Io. Ant.
29 nomeni *deſcendentes* eſt nomen collectiuum plurium graduum *Petra de fideicommiſſ.q.5. nu.177.Dec.conſ.425.nu.4.* & eſt diuerſorū graduum, inter quos datur ordo affectionis, & certum eſt teſtatorem non ſenſiſſe tātum de deſcendentibus primi gradus, ſed de omnibus, tùm, quia inde finitè vocat deſcendētes, tum etiam, quia eos vocat in caſu, quo facilè poterant non eſſe in rerum natura deſcendentes primi gradus, cum Cæſar eſſet illis multo ætate iunior. Ergo iſti deſcendētes intelligentur vocati ordine ſucceſſiuo .i. intelligūtur liberi ſubſtituti parentibus vulgariter, & per fideicommiſſum, ita Paridi erat ſubſtitutus Gabriel,& ei ſui filij, pariter & Gaſpari ſeniori ſubſtitutus erat Fuluius,& ei Gaſpar iunior, euenit, quod viuente Cæſare deceſſit Gaſpar ſenior, & Fuluus, in eorum locum dicendum eſt ſuccedere Gaſparem iuniorē caducatis ſubſtitutionibus Gaſparis ſenioris, & Fuluij quemadmodum etiam caducata ſubſtitutione in perſona Paridis ſucceſſit in eius locum Gabriel, ad portionem, ad quam vocabantur Gaſpar ſenior, & Fuluius, quia in ea adeſt ſubſtitutio Gaſparis iunioris: Cum ergò Gaſpar iunior ſuccedat in locum aui, & patris vti eis ſubſtitutus non poterit Gabriel eo prætextu, quod ſit proximior excludere Gaſparem venientem ex ſua particulari ſubſtitutione, qua patri, & auo mediante perſona patris fuit ſubſtitutus. Et hæc eſt ipſa veritas, quæ cauillationibus
30 obumbrari non poteſt. Cui t non obſtat *d.§. in fideicommiſſo,* vbi ad fideicommiſſum relictum familiæ admittūtur proximiores cæteris excluſis; Quia, quādo teſtator vocat familiam alterius non intrat prærogatiua proximitatis ex *d.§.in fideicōmiſſo,* ſed omnes admittuntur *Bar.in l. ſi cognatis in fine, & Soc. ſub nu.32.ff.de reb. dub.& in d.conſ.37.ſub nu.12 ibi(primum quia)& ſub num.13.in 3.* vbi quando vocati ſub nomine collectiuo ſunt pariter dilecti à teſtatore pariter admittuntur, quod contingit, quando vocantur deſcendentes alterius, vt hic; ad illos.n. deſcēdentes æqualis eſt teſtatoris dilectio: *an. 1615.Febru.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Molendinum ab hærede grauato conſtructum nō eſſe idem cum primo fideicommiſſo ſubiectum, ita ūt fideicommiſſario ſit reſtituendum, nec ad hunc effectum dici ſubrogatum in locum primi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Res refecta ad hoc, vt ſit eadem cum prima, neceſſe eſt, vt aliqua adſit pars prima.*

Et ideò ad hoc, vt nauis refecta ſit eadem, oportet, vt ſit per partes refecta, & eadem carina maneat nu. 2.

3 *Quæ requirantur ad hoc, vt res libera ſubrogata in locum fideicommiſſariæ, & ipſa fideicommiſſaria fiat.*

4 *Fideicommiſſo grauatus tenetur reſtituere quæ ſunt de bonis teſtatoris mediatè, vel immediatè.*

Et quæ non proueniunt à bonis teſtatoris mediatè, vel immediatè virtute ſubrogationis reſtituenda non ſunt nu. 5.

Sicuti nec veniunt ſub fideicommiſſo res, quæ ſubrogantur non per viam ſubſtitutionis, ſed per viam accumulationis principalis, non acceſſoria nu. 6.

7 *Ad hoc, vt bona contineantur ſub fideicommiſſo debent eſſe fideicommittentis.*

Quod procedit etiam in bonis ſubrogatis in locum bonorũ fideicommiſſo ſubiectorũ n. 8.

9 *Regula* ſubrogatus ſapit naturam &c. *fallit primo, quando non ſunt eiuſdem naturæ, & qualitatis, & non eſt eadem ratio.*

Secundo, quando aliquid ſubrogatur in locum eius, quod fuit extinctum num. 10.

Tertio, quando ſubrogatio fit ab homine n. 11.

Quarto, non procedit ſubrogatio, ſecundum naturã accidentalem, ſed ſecundum naturam primordialem nu. 12.

RESPONSVM XLII.

Reuerende Pater.

SVppoſito, ſecundum molẽdinum ab hęredibus fideicommiſſo D. Marci grauatis proprio ære, & non hęreditario erectũ fuiſſe.

Diuerſæ formæ, & materiæ à primo molendino, &

In ſolo diuerſo ab eo, in quo primum fuerat conſtructum.

Quæritur An ſecundum Molendinum dici poſſit idem cum primo, vel ſaltem in eius locum ſubrogatum ad effectum, vt reſtituendum ſit Illuſtriſs. fideicommiſſarijs de Sancto Petro.

Ex ſentẽtia mea nõ poteſt dici idem, nec in locum alterius ſubrogatum ad effectum de quo agitur.

1 Non idem, cum in eo non concurrat aliqua, nec minima pars primi, vt concurrere deberet, ſi idem dicendum eſſet *l. quod in rerum §. fin. l. ſi ita legatum §. fin. ff. de leg. 1. l. quid tamen § ſi maſſa verſ. (in nauis) ff quibus mod. vſuſf. amit. l. qui res §. aream. verſ. (nec ſimili) ff de ſolut.* vbi,

2 † vt ſit eadem nauis neceſſe eſt, vt per partes ſit refecta, vel ſaltem eadẽ carina maneat *Iaſ. in d. l. quod in rerũ §. fin. ſub n. 5.* poſt *Alex. & Paul.* idẽ *Alex. in l. inter ſtipulantem §. ſacram nu. 11. & 12. ff. de verb. oblig.* Imò conſtat manere adhuc molendinum primum, ſaltem quoad ædificium, ergò ſecundũ non dicetur idem cum primo.

Et licet fortè fuerit ædificium primi deſtinatum, vt ſeruiret ſecundo, poſtquam ob diuerſionem aquæ ſine vſu remanebat, non ideò magis ſecundum dicetur idem cum primo, nõ aliter ac ſi cum domo fideicommiſſo ſubiecta ab hærede altera domus coniungeretur, non magis fieret fideicommiſſaria domus coniuncta, ſed libera maneret, altera ſub fideicommiſſo manente.

Non etiam dici poteſt, ſecundum ſubro-

3 gatum in locum primi, quia † ad hoc, vt vna res libera ſit in locũ fideicommiſſariæ ſubrogata, vt & ipſa fideicõmiſſaria fiat, oportet, vel quod conſtet ex eadem materia, vel ex pecunia hæreditaria, aut pretio rei hæreditariæ, aut, quod acquiſita ſit ex permutatione cum alia re hæreditaria; hi ſunt modi, quibus ſubrogatione mediante quid ſub fideicommiſſo cadit, vt poſt *Bar.* tenẽt omnes *in l. Imperator §. fin. cum duabus legibus ſeq. ff. de leg. 2. Cuiac. ad 20. lib. quaſt. Papin. fol. 598. & ad lib. 8. reſp. eiuſdem Papin. fol. 317. Iaſ. conſ. 231. in princ. in 2 Thob. Non. conſ. 18. nu. 22. Aym. conſ. 295. num. 4. Alba conſ. 97. n. 21. in 1. Decian. conſ. 51. nu. 29. cũ pluribus ſeq. in 1. Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. gl. vnic. nu. 21. Illuſtriſs. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 21. & ſeq. Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. fol. 1. nu. 5. cum ſeq. fol. 145. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 4. c. 4.* Addendo etiam, ratione eiuſdem ſoli ſubrogationem induci, quando ſcilicet deſtructo primo ædificio aliud impenſis hęredis conſtructum eſſet in eodem ſolo teſtatoris *l. domus ff. de leg. 1. ibi (ex cauſa fideicommiſſi poſt mortem hæredis reſtituendas) Cuiac. ad lib. 9. reſp. Papin. fol. 379. ſub litera C.*

Et meritò his caſibus inducitur ſubrogatio,

gatio, quia ſi res ſubrogatę non ſunt de bonis teſtatoris immediatè, ſunt ſaltem mediatè apud grauatum ob bona teſtatoris, quod ad effectum reſtitutionis ſufficere videtur *Cum. in d. l. Imper. §. fin. ff. de leg. 1. ſub num. 1. ibi (dic ergo cum in fideicom. &c.)*

5 Cęterum vbi res repertę apud grauatum non pendent à bonis teſtatoris reſtitutioni ſubiectis nec mediatè, nec immediatè, reſtituendę non ſunt virtute alicuius ſubrogationis *Soc. ſen. conſ. 36 ſub nu. 2. ibi (vnde poſſeſſio) in 3. Marcabruu. conſ. 34. num. 37. & ſeq.*

In quibus terminis diligenter animaduerſo facto nos verſamur, ſiquidem dici non poteſt ratione materię, pecunię, ſoli, vel permutationis ſecundum molendinum eſſe in locum primi ſubrogatum, ergo ſub fideicōmiſſo non cadet.

Licet enim huic ſecundo molendino deſeruiat eadem aqua, quæ, & primo deſeruiebat, non oritur tamen aliqua ſubrogatio ad effectum, de quo agitur a *Doct.* conſiderata, nec oriri poteſt, cum identitas aquæ, quę non erat teſtatoris, niſi quoad vſum non poſſit efficere, vt ſecundum molendinum dicatur de bonis teſtantis, nec mediatè, nec immediatè.

Et etiam, quod diceretur ex eodem priuilegio conceſſo Floriano de Sancto Petro I. C. celeberrimo ſecundum conſtructum fuiſſe (quod tamē pro nunc nec affirmo, nec inficior) & propterea prætenderetur, hinc oriri aliquam ſubrogationem, illa non eſſet per

6 viam ſubſtitutionis manente adhuc ædificio primi molendini, ſed per viam accumulationis, non acceſſoriæ ad primum molēdinum, ſed accumulationis principalis, & proinde talis ſubrogatio non efficeret ſecundum molendinum ſapere naturam primi, & cadere ſub fideicōmiſſo *Bar. in l. 1. § hac actio verſ. tertio caſu vſq; ad fin. ff. ſi quis teſt. liber. eſſe iuſſ. fuer. Bal. in l. ſi cū. §. qui iniuriarū ſub n. 5. ff. ſi quis caut. Faber.* poſt *Pet. à Bellapertic. in §. fuerat ad finem Inſt. de act.*

Et dato (licet non conceſſo) quod verſaremur in ſubrogatione per viā ſubſtitutionis, adhuc faducitendum eſſet, in primo molen-

7 dino, vt caderet ſub fideicommiſſo, neceſſariam fuiſſe qualitatem, quod eſſet de bonis

8 fideicommittentis *l. cohæredi §. cum filia ff. de vulg. & pupil. cum vulgar.* eandemq; qualitatem etiam neceſſariam eſſe in molendino ſubrogato, vt ſapiat naturam primi, & ſit ſubiectum reſtitutioni, ſicut erat primum, *Bal. in l. parabolanos num. 2 C. de epiſcop. & cleric. Surd. conſ. 31. nu. 41. conſ. 138. n. 21. & conſ. 143. nu. 48. in 1. Soc. iun. conſ. 74 nu. 22. in 3.*

9 Et hoc eſt id, quod dicitur ſubrogatum nō ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, niſi ſit eiuſdem naturæ, & qualitatis, & cadat eadem ratio *Franc. Milanenſ. deciſ. 9. nu. 111. Bero. conſ. 71. n. 42. in 1. Rim. iun. conſ. 37. nu. 66. in 1. Menoch. conſ. 235. num. 27. in 3.* quæ qualitas, vt iam dictum eſt, cum non cadat in ſecundo, non ſapiet naturam primi.

10 Præterea regula, ſubrogatum ſapit naturam &c. non procedit, quando aliquid ſubrogatur in locum eius, quod fuit extinctum. *Bald. in l. pactum quod dotale q. 18. C. de Collat. Rom. in l. certi condictio in princ. nu. 11. & 12. ff. ſi cert. pet. Nat. conſ. 638. num. 44. Fort. conſ. 167. nu. 104. & ſeq.*

11 Item non procedit, quando ſubrogatio fit ab homine, ſed tantum, quando fit a lege *Bal. in l. ſi eum §. qui iniuriarum nu. 5. ff. ſi quis caut.*

12 Et tantùm procedit ſecundum naturam primordialem eius, in cuius locum ſubrogatur, non autem ſecundum naturam eius accidentalem *gl. 2. ad fin. in d. l. certi condictio in princ. ff. ſi cert. pet* quam ſequuntur ibi *Bart. Alberic. Salicet. Fulgoſ. Alex. Iaſ. Rimin. & Dec.* de communi teſtatur *Gomez in §. fuerat in 2. notab. nu. 11. Inſt. de act.* plures cumulat *Rim. iun. conſ 113. nu. 112. & ſeq. in 2.* & ſic non poteſt procedere reſpectu formæ præſentis molendini, quæ eſt multum amplificata, & fructuoſior effecta.

Ex his, quæ pro nunc ſufficere arbitror iuridicè probatur, Illuſtriſs. Dominos fideicommiſſarios non poſſe petere ſecundum molendinum vti ſubiectum fideicommiſſo D. Marci *an. 1602.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Ad hæredes eius, qui obtinuit rem iudicatā ſuper fideicommiſſo non tranſit ius agēdi ex ea.

SVMMARIVM.

1 *Actio iudicati datur tantum illis, qui pro ſe ſententiam reportarunt.*

Et datur illi, qui in iudicio fuit actor num. 3.

Daturq; ſolum contra eum, qui in iudicio vti reus ſe obtulit nu. 5.

Cùm

Cùm ſit actio, quæ oritur ex quaſi contractu nato ex iudicio nu.2.

Et ex facto, quia iudicatum eſt nu.4.

Datur etiam hæredibus illius, qui obtinuit ſententiam nu.8.

Non tamen in bonis, quorũ ius non tranſit ad hæredes, quia extinguitur cũ perſona n.9.

6 *Valet argumentum ab oppoſitis.*

Et à correlatiuis nu.7.

10 *Fideicommiſſum tranſit ſolum ad vocatos.*

Poſt aduentum diei, & conditionis trãſmittitur ad hæredes nu 12.

Sed tranſmiſſio non fit præter, vel contra voluntatem teſtatoris nu.13.

11 *Res iudicata deueniens ad eum caſum à quo incipere non poteſt deficiente cauſa finali, vitiatur.*

14 *Expreſſum facit ceſſare præſumptum.*

15 *Quando non extant perſonæ vocatæ ad fideicommiſſum, bona remanent libera apud grauatum.*

16 *Non licet allegare ius tertij.*

Fallit, quando illud eſt excluſiuum iuris actoris in totum nu.17.

Præſertim, quando tale ius eſt clarum n. 18.

Si tamen ille tertius vellet nu.19.

Sed hoc procedit, quando actor habet ius donec tertius declaret nu. 20.

21 *Statutum transferens bona defuncti in hæredem non habet locum, quando poſſeſſio eſt apud defunctum ex cauſa, quæ non eſt ad hæredes tranſitoria.*

22 *Argumentum de actu retinendi ad actum agendi non tenet affirmatiuè, quia facilius conceditur retentio, quàm petitio.*

23 *Fideicommiſſarius non tenetur recipere de manu hæredum ſecundi grauati bona fideicommiſſo ſubiecta.*

RESPONSVM XLIII.

Auſpice Chriſto.

1 Filiæ Ioãnis Paſqualetti prętendentes in vim executionis rei iudicatæ confeſ qui poſſeſſionem bonorũ, quæ olim fuerunt Thomæ de Paſqualetus, & nũc poſſidentur ab Illuſtriſs. Co. Alphonſo Strotio non ſunt audiendæ, ea præcipuè ratione, quod à dictis bonis expræſsè excluſæ ſunt in teſtamento d. Thomæ, quippe qui deficiente linea maſculina filiorum ſuorum Marcum alium filium ſuum vocauit, & eo deficiente diſpoſuit de bonis pro celebratione ſacrorum dotatis fæminis, non igitur attenta huiuſmodi voluntate poſſunt filiæ aliquid prætendere præter dotationem: Vnde ex perſona propria non poſſunt petere executionem
1 ſententiarum latarum; actio † enim iudicati datur tantum illis, qui pro ſe ſententiam reportarunt *Io. Criſp. in term. act. nu.* 159. ni-
2 mirum, quia † eſt actio, quæ oritur ex quaſi contractu nato ex iuditio *l. 3. §. idem ſcribit, & ibi Bar. ff. de pecul & l. 2. §. fin. & ibi gloſ. de prætor. ſtipulat. l. item illa §. quod adijcitur ff. de conſtit. pec.* & per hæc iura *Ang. Aret. in l. miles §. fin. ff. de re iudicat.* & ibi etiam *Guid.*
3 *Pap. nu. 2. & 3.* & † ideò legitur, hanc actionem dari illi, qui in iudicio fuit actor *in l. actores C. de rebus credit. & in l. 1. C. de re iud.* &
4 cũ ſit actio nata ex facto, quia iudicatum eſt *Hugo Donel. in d. l. actors nu.* 5. ideò non poteſt dari niſi illis, cum quibus iudicatũ eſt, &
5 quemadmodum non datur niſi contra eum, qui vti reus propriè ſe obtulit *l. ſi ſe non obtulit in princ. ff. de re iudicat.* ita nec poterit
6 dari niſi illi, qui in iudicio egit, vel † argua-
7 mus ab oppoſitis *l fin. §. fin. ff. de leg.* 3. vel † à correlatiuis *l. fin. C. de iudict. iud. sol.* ſed hæ filiæ non interuenerunt in iuditio, cum illis nihil eſt iudicatum, & non ſunt in aliqua ſententia nominatæ, ergo non habent actionem pro executione rei iudicatæ.
8 Nec obſtat ſi dicatur illis vt hæredibus Ioannis competere actionem iudicati, vt eſt de hoc formalis tex. in *d. l. miles §. fin. ff. de re iudicat.*
9 Quia † reſpondetur, eas non eſſe hæredes in his bonis ſubiectis fideicommiſſo, & à quibus ſunt à teſtatore prorſus excluſæ, imò decedente Ioanne ſine prole maſculina eius ius cum perſona extinguitur, & ita ad eius filias vti hæredes non tranſit *l. vxor, & ibi not. C.*
10 *de legat.* & † quemadmodum, ſi nunc ad bona fideicommiſſi filiæ iſtæ agerent non obtinerent, nec in illis poſſet incipere res iudicata, quia vocatæ non ſunt *Petra de fideicõmiſſ. q. 11. in princ. Pereg. de fideicom. art. 43. n. 60.*
11 ita, & in earum perſona executio veniens ad caſum, à quo incipere non poteſt viciabitur, præſertim, quia caſus ſuperuenit in vocatione, quæ eſt cauſa finalis, ob quam Ioannes reportauit ſententias fauorabiles *Bar. in l. pluribus §. & ſi placeat ſub nu. 2. ff. de verb. obligat. Salic. in l. ſi Gaudentius ad fin. C. de contrahend. empt.*

Et hæc procederent ſine difficultate, n. ſi obſtarent motiua ſubtiliter excitata a Perill.

& Ex-

& Excellentiſs. D. Iudice, quibus meum erit
reſpondere ſecundũ vera iuris fundamenta.
Prius igitur obijcitur, quod licet hæ fi-
liæ non veniant per vocationem, ad hæc
12 bona, veniunt † ſaltem, quia in eas tranſmiſ-
ſum eſt fideicommiſſum, quod poſt ad-
uentum diei, vel poſt purificationem con-
ditionis tranſmitti poteſt *l. hæredes mei §. cum ita, & l. quidam ita in princ ff. ad Trebel. & l. ſi in perſona C. de fideicõmiſſ. Pereg. de fideicom. artic.* 31. *nu.* 6. ſumpto argumento,
quod ſi decedente fideicommiſſario ante
aduentum conditionis, vel diei, & ita ante-
quam veniat caſus fideicommiſſi, ipſum
fideicommiſſum non tranſmittitur, ergo
decedente poſtquam aduenit caſus locus
eſt tranſmiſſioni, & in caſu noſtro Ioannes
deceſſit, nedum, quando iam venit caſus
fideicommiſſi, ſed etiam, quando extitit
res iudicata ad ſuum fauorem, ergo &c.
13 Reſpondeo, tranſmiſſionem admitti, ſed
ſecundũ, non præter, neq; contra volunta-
tem teſtatoris, id enim vulgo receptum eſt,
voluntatem teſtatoris facere non tranſmiſ-
ſibile, id quod eſt tranſmiſſibile *Imol. & Soc. in l. in conditionibus §. 1. ff. de condit. & demonſt. Bal. in l. vnic. C. vt act. ab hared. & contr. hared. incip ſub nu.* 2. *Illuſtriſs. Mantic. de coniec. lib.* 11. *tit.* 20 *nu.* 8. qui allegat plures
cõſulentes, vt per eum, qui id probant præ-
ſertim *Dec. conſ.* 397. *ſub n.* 5. *verſ. (& hoc cõfirmatur) & Soc. iun. cõſ.* 141. *n.* 21. *in* 2. qui-
bus addi etiam poteſt *Bal.* qui id expreſsè
dicit *in l. ſi pater ſub num.* 26. *C. de inſt. & ſubſtitut. Dec. in l.* 1. *num.* 7. *C. eod. Rim. iun. conſ.* 638. *num.* 18. *in* 6. *Surd. conſ.* 403. *nu.* 50. *in* 3. & tenſit *Rota deciſ.* 782. *ſub num.* 11 *part.* 1. *nouiſſ.* At voluntas teſtatoris a-
perta eſt ad excluſionem filiarum Ioannis,
ergo ad eas nullo modo tranſmitti poteſt
fideicommiſſum, etiam, quod ſit purifica-
tum, & ſua natura inſpecta, ſit tranſmiſſi-
bile: Accedat etiam, quod tranſmiſſio ha-
bet effectum ex diſpoſitione legis ita per-
ſuadente tacita voluntate teſtatoris, idcò
debet ceſſare, quando conſtat de expreſſa
vocatione teſtatoris (vt hìc conſtat de vo-
catione aliorum ad excluſionem filiarum
14 Ioannis:) quia † expræſſum facit ceſſare
præſumptum *l. ſi ita ff. de lib. & poſthum. l. clement patronus ff. de hæred. inſt* & per hos
tex. *Bal. in l. in multis nu.* 4. *ff. de ſtat. hom. Rota in nouiſſ. deciſ.* 366. *nu.* 44. *part.* 1. Nec
dici poteſt, hęc procedere, quãdo extarent
filij maſculi Ioannis, qui ad fideicommiſ-
ſum eſſent vocati fæminis excluſis, quibus
15 non extantibus deficit fideicommiſſum,
quo Ioannes eſt grauatus, & bona vti libe-
ra apud eum poterunt tranſmitti ad filias *l. hæres meus ff. de cond. & demonſtrat. Pereg. artic.* 31. *n.* 1. qui pluribus firmat fideicom-
miſſa, quę fideicommiſſarijs non acquirun-
tur cedere commodo grauatorum, vt etiã
in motiuis deducitur.
Siquidem reſpondetur, quod id proce-
deret, quando vnus ſolus extaret gradus
ſubſtitutionis; per quem maſculi eſſent vo-
cati, nam non exiſtentibus maſculis voca-
tis bona remanerent libera ad fauorem fę-
minarum, quæ non eſſent excluſæ, niſi exi-
ſtentibus maſculis: ſed in caſu noſtro non
exiſtentibus maſculis deſcendentibus ex fi-
lijs teſtatoris ſubſtituitur Marcus, & eo de-
ficiente ſubſtituitur diſtributio pro anima
teſtatoris, imò iſte eſt caſus, in quo teſta-
tor excludit filias filiorum ſuorum, dùm ait
tunc voluit, quod dotatis fæminis ſuperſtitibus &c. Et ſi quis diceret, hoc eſt allegan-
dum ab illis, qui vocantur ad excluſionem
fæminarum, non ab Illuſtriſs. Co. Alfonſo
condem nato vti poſſeſſore bonorum fidei-
commiſſo ſubiectorum, quaſi, quod iſtud
16 ſit dare de iure tertij, quod † regulariter nõ
licet *l. loci corpus & ibi Bar. & alij ff. ſi ſeruit. vendic. l. ſi quis emptionis §. ſi vero nullũ C. de*
17 *præſcript.* 30. *an.* Facilè † reſponderi poſſet
excipi poſſe de iure tertij, quando illud eſt
excluſiuum iuris actoris in totum, nam
tunc magis dicitur opponi de non iure a-
gentis, atque dicatur opponi de iure tertij,
& opponitur, petentem nullum ius habe-
re in re petita, quo caſu ſemper melior eſt
conditio poſſidentis *§ commodum Inſt. de interdict.* de his ſcripſerunt *Cinus in l. cum ſeruus in fine C. de ſer. fugit. & Bar. in l.* 2. *ff. de except. rei iudicat. & in l. ſi rem alienam ff. ſolut. ma rim.* quos plenè ſequitur *Theſaur.*
18 *deciſ.* 4. & † hoc præſertim procedit, quando
datur de iure tertij claro *Put. deciſ.* 166. *alias* 156. vt in hoc caſu, in quo excluſio ad-
uerſariarũ notoria, & clara eſt ex teſtamẽ-
19 to Thomæ; Et † licet hæc oppoſitio quan-
doq; non admittatur, niſi tertio cõſentien-
te ex doctrina *Bar. in d. l.* 2 *ff. de except. rei iudicat.* quia ſcilicet nõ ſit excluſiua iuris ter-
tij, niſi illo tertio volente, vt hìc non aliter
videntur excluſæ aduerſariæ: niſi volenti-
bus illis, qui ſubſtituti ſunt mortuo Ioanne
20 ſine filijs maſculis; Tamen † hoc procedit,
quando actor retinet ius, donec tertius de-

claret.

claret, veluti quando opponeretur emphiteutam ius non habere, quia aliquo caſu ob caducitatẽ priuatus eſſet, ſecus verò, quando actor etiam ſine conſenſu, & facto tertij, ius nullum habet *Theſaur. deciſ. 41. ſub nu. 8. verſ. (ad contraria)* in his terminis nos verſamur, quia etiã, quod vltimi ſubſtituti non peterent, adhuc cõſtat fæminas à teſtatore eſſe excluſas; ſatis igitur eſt, quod ex parte reorum opponatur illud vulgare, quoad te liberas ædes habeo.

Nec tandem obſtat, quod ſi Ioannes viuens fideicommiſſum habuiſſet, illud inter alia ſua bona tranſiuiſſet ad eius filias, & hæredes, ita debent habere ius illud recuperandi cum culpa reorum non fuerit reſtitutum. Nam reſpondetur, non eſſe parẽ rationẽ; ſi enim fideicommiſſum recuperatum fuiſſet, Ioannes tempore mortis poſſediſſet bona; quæ poſtea tranſirent per eius mortem ob illud factum poſſeſſionis in filias ſuas hæredes, ſaltem ex ſtatuto diſponẽte, poſſeſſionem bonorum transire in hæredem, ſed cum Ioannes viuens non haberet bona, ſed ſolum ius conſequendi bona ex fideicommiſſo canonizatum à re iudicata, non potuit tale ius tranſmittere in filias, ex defectu iuris, quod cum ſua perſona extinguitur, & ex defectu filiarum hæ-

21 redum, quæ ſunt ab hoc iure excluſæ. †Nec ſtatutum trãſferens poſſeſſionem defuncti in hæredem intrat, quando poſſeſſio eſt apud defũctum ex vna cauſa, quæ non eſt ad hæredes tranſitoria *Tiraq. in tract. le mort ſaiſit part. 4. declarat. 4.* vt in hoc caſu Ioannes poſſidebat, vti vocatus in teſtamento, vel poſſediſſet, ſi recuperaſſet, vti ita vocatus, quæ vocatio non tranſit ad filias; quia repugnat voluntas teſtatoris. Nec obſtat, filiæ potuiſſent retinere bona, ſi Ioannes illa recuperaſſet, ergo & ad ea agere poſsũt;

22 quia † conſequentia non tenet affirmatiuè de actu retinendi ad actum agendi, cum facilius concedatur retentio, quam noua petitio *l. per retentionẽ C. de vſur. l. Paulus ff. de dol. except. Aym. conſ. 148. num. 2. Ceph. conſ. 86. nu. 20. in 1. Rol. conſ. 17. nu. 8. in 4. Bec. conſ. 72. nu. 15.* Culpa autem reorum licet potuerit conſiderari in Ioanne, cui competebat ius recuperandi bona, non poteſt conſiderari in eius filiabus, quibus hoc ius non competit, quia quoad eas eſt ac ſi à Thoma teſtatore nullum factum fuiſſet fideicommiſſum; Et maximè hæc procedũt,

23 quia † cum Ioannes non fuerit primus grauatus, nec aduerſariæ habẽt ius prætendendi, ab earum manu recipiẽda eſſe bona per alios fideicommiſſarios ſecundò vocatos ad not. *à Doct. in l. pen. §. cum autẽ C. ad Trebel. Graſſ. de ſucceſ. §. fideicommiſſum q. 43. num. 8.*

Ex his firmiſſimè teneo, ius fideicõmiſſi iuſtificatum à re iudicata duarum ſententiarum quoad bona non eſſe in filias dicti Ioannis tranſmiſſum, nec ipſas ex d. re iudicata agere poſſe ad conſecutionem bonorum *an. 1617. Iulij.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

In eadem cauſa: De eadem materia.
De Iure tertij excluſiuo intentionis actoris, quando opponi poſſit, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Effectus rei iudicatæ tranſit ad hæredes eius, qui ſententiam obtinuit.*
2 *Hæres, & defunctus vna, & eadem perſona cenſentur, & in hæredem tranſeunt omnia iura defuncti.*
Regula hæc fallit, quando inter defunctum, & hæredem adeſt diuerſa ratio nu. 3.
Item ceſſat in iure, quod extinguitur cũ perſona defuncti nu. 4. & 6.
Et ideò ſtatuta diſponentia, poſſeſſionem defuncti tranſire in hæredes non habent locũ, quando poſſeſſio eſt apud defunctum ex cauſa ad hæredes non tranſitoria nu. 5.
7 *Fideicommiſſum tranſit ſolùm ad vocatos.*
8 *Grauatus fideicommiſſo poteſt pendente conditione alienare bona, ſed non poteſt ea tranſmittere ad hæredes, quando debet reſtituere poſt mortem.*
9 *Non poteſt opponi de Iure tertij etiam excluſiuo intentionis actoris, niſi illo volente.*
Quod tamen quomodo procedat latè nu. 10. & ſeqq.
13 *Fideicommiſſarius, qui agnouit fideicommiſſum non poteſt pœnitere in præiudicium poſſeſſorum bonorum.*
14 *Res iudicata deueniens ad eum caſum, à quo incipere non poteſt deficiente cauſa finali, vitiatur.*

RE-

RESPONSVM XLIV.

Auſpice Chriſto.

QVæ nouiſſimè ſcripſit Præſtantiſs. D. Carpius pro hæredibus Ioannis Paſqualetti nõ elidunt defenſionem Illuſtriſs. D. Co. Alphonſi Strocij, & litis conſortium:
1 Nam † licet effectus rei iudicatæ tranſeat ad hæredes eius, qui ſentẽtiam obtinuit per *tex. in l. miles §. fin. ff. de re iudicat.* hoc tamen in eo fundatum eſt, quod hæres ſuccedit in omne ius defuncti, & eius perſonam repræſentat, & ideò in eum actiuè, & paſſiuè tranſit ius executionis ſententiæ *Paul. conſ. 91. n. 3. in 1. Suarez. ad l. quoniam in prioribus ampliat. 7. C. de inoſ. teſt. Barz. deciſ. 51. nu. 10. & ſeq.* Vnde huiuſmodi executio rei iudicatæ eatenus competet hæredibus, quatenus ſuccedunt in ius defuncti, & eius perſonam repræſentant, quod etiam D. Carpius admittit, ſentiens hoc totum inniti huic funda-
2 mento, quod † hæres, & defunctus vna, & eadem perſona cenſentur, & tenet *Duen.* ab eo allegatus *in reg. 277.* ſed in caſu propoſito hæredes nõ ſunt eadem perſona cum defuncto, nõ ſuccedunt in eius ius, ergo ad eos non tranſit executio, & virtus rei iudicatæ: Quod probo confirmando ea, quæ alias ſcripſi; Primo, quia diuerſa eſt ratio inter Ioannem Paſqualettum alias actorem, & eius filias, & hæredes, quia ideo pater obtinuit rem iudicatam, quia erat ad fideicommiſſum vocatus in teſtamẽto Thomæ Paſqualetti, quæ ratio, ſuper qua fundatur res iudicata ceſſat in his filiabus hæredibus, debet quæ ad d. fideicommiſſum non ſunt vocatæ; imò intrat diuerſa, & contraria ratio, quia manifeſtè excluſæ ſunt, cùm mandet
3 teſtator eas dotari, qua † rationis diuerſitate ſtante ceſſat regula, quod hæres ſit eadem perſona, quia in eo non tranſeunt iura, quæ erant apud defunctum *Alciat. in l. 2. §. ex his in princ. ff. de verb. oblig.* & ibi etiam *Lanc. Galiaul.* qui relatis caſibus, in quibus hæres nõ eſt eadem perſona cum defuncto propè nu. 4. ſubiungit *tamen ſi diligenter conſiderabis vnuſquiſq; caſus habet rationem diuerſitatis,* ita ſcoſit in illis caſibus, in quibus datur ratio diuerſitatis, hæredem non eſſe eandem perſonam cum defuncto, & ad id conferunt etiam plura ſcripta à *Soc. in conſ. 293. in 2.*

Secundo dicebam agi de iure, quod extinguitur in perſona Ioannis Paſqualetti, & quod ipſe nõ potuit trãſmittere ad hæredes, qui non ſint de vocatis ad fideicommiſſum,
4 & † in iure, quod extinguitur cum defuncto, hæredes nõ ſunt eadem perſona cum defuncto, nec ſuccedunt in eius ius *gloſ. in l. hæres in omne ius. ff. de acquir. hæred.* quam *gloſ.* ſequẽdo ibi id notant *Bar. Angel. Imol. & Rom.* qui ait *nu.* 5. qđ hæres non repræſentat perſonam teſtatoris in iure ad eum non tranſibili, & cõferunt plura ſcripta à *Corn. in conſ. 154. nu. 4. & ſeq. in 1.* facitq; *tex. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita ff. de verb. oblig.* quæ
5 ratione ſcriptum eſt, ſtatuta diſponentia poſſeſſionem tranſire in hæredes, quia ſunt eadem perſona cum defuncto, nõ procedere in poſſeſſione, quæ eſt apud defunctum ex cauſa ad hæredes nõ tranſitoria, vt in præcario, & in feudalibus *Alex. conſ. 153. in 6. Menoch. conſ. 139. n. 8. in 2. Marcobrun. conſ. 62. nu. 10. Rim. iun. conſ. 44. in fin. in 1. & conſ. 545. nu. 35. in 5.* Atqui ex ipſo teſtamẽto, in quo fundatur ipſa res iudicata cõſtat, bona teſtatoris non eſſe trãſibilia ad filias Ioannis grauati aduerſarias, ergo in his bonis ipſæ non repræſentant defunctum, & proinde in illis non habent locum iura docernentia effectum rei iudicatæ tranſire ad
6 hæredem, & hæc eſt ipſa veritas, quã † alias probaui ex *l. vxor C. de legat.* quæ optime id probat. ſ. quæ extinguuntur cum perſona nõ
7 tranſire ad hæredes, & † quamuis *Petra, & Peregrin.* à me allegati id non probent, non ſum arguẽdus, quia ex inſpectione meæ ſcripturæ conſtat, hos *Doct.* allegari ad probandum, fideicommiſſum non tranſire, niſi ad vocatos, qui id rectè probant, & eſt indubitatum. Ex hoc inferendo, rem iudicatam fundatam in vocatione nõ tranſire ad filias Ioannis non vocatos.

Nec opponatur, imò bona fideicommiſſi tranſire poſſe ad hæredes grauati cum onere reſtituendi, quia, quicquid ſit in primo grauato, & primo fideicommiſſario, in ſecundo certum eſt ipſo iure fieri reſtitutionẽ, vt alias probaui, & ideò non tranſire bona ad hęredes grauati ad effectum reſtituendi,
8 Nec † aduerſantur *l. fin. § ſin autem ſub conditione verſ. ſin autem aurarita C. com. de leg. Ceph. conſ. 393. nu. 30. in 3. & Pereg. de fideicommiſ. artic. 40. nu. 7.* qui ex aduerſo allegantur; quia hæc procedunt pendente conditione fideicommiſſi; grauatus enim poteſt alienare, & in emptorem tranſmittit bona

aliena-

alienata, licet reuocabiliter; ſed idem grauatus bona, ad quæ alijs ſunt vocati poſt eius mortem, non poteſt poſt mortem tranſmittere, hæc enim eſſet tranſmiſſio contraria voluntati teſtatoris, & diſpoſitioni legis, quæ non vult, vt quis de bonis diſponat tempore, quo in illis amplius ius non habet, & præcipuè id procedit in caſu, in quo non eſt locus deductioni, & non eſt opus reſtitutione, vt in ſecundo fideicommiſſario. Ita non ſolum bona non poſſunt tranſire in hæredes grauati ad præiuditium fideicommiſſariorum, ſed abſolutè non poſſunt tranſire, nec opus eſt, vt tranſeant, quia hæredes ſunt à teſtatore excluſi, & quia ſumus in ſecundo fideicōmiſſario, & ſi in eos, qui emerunt à grauatis iure tranſeunt bona, ſed reuocabiliter ab illis. ſ. qui ad fideicommiſſum vocati ſūt, vt tenet Excellentiſs. D. Aduocatus aduerſariarum, ergo iure bona alienata tranſitum fecerunt in principales noſtros, à quibus nō conuenit, quod auocentur, niſi per eos, qui in teſtamento ſunt vocati, & non a perſonis non vocatis, & ſi dicitur, actrices non ſunt ex vocatis, ſed repræſentant Ioannem vocatum, qui etiam obtinuit rem iudicatam ſuper reuocatione. Reſpondetur non repræſentare in bonis, quæ ad eas tranſire non poſſunt ex antea ſcriptis.

Et ſi opponeretur, iſtud eſse dare de iure tertij, replicarem, hoc non eſse dare de iure tertij, ſed de non iure aduerſariarum; Et ſi eſset opponere de iure tertij, id liceret, quia eſt excluſiuum iuris agentis, vt alia informatione probaui.

9 Nec aduerſatur, hoc eſse ius excluſiuum intentionis aduerſariarum cōcurrente conſenſu fideicommiſſariorum ex ſcriptis à *Pereg. de fideicommiſ. artic. 2. num. 63. & conſ. 49. nu. 6. in 4.* & ideò non poſse opponi, niſi volente tertio ad doctrinam *Bar. in l. 2. col. 2. ff. de except. rei iud. Soc. in l. 1. §. ſed & quoties ſub nu. 5. verſ. ex quibus ff. ad Trebel. Soc. iun. conſ. 71. nu. 6. in 2.*

10 Siquidē pluribus modis reſpondetur Primo doctrinam illam *Bar.* procedere, quando aliquis habet ius in re, puta vtile dominium, quo priuatur volente domino, eo non volente non priuatur, ſi contrà habentem vtile dominium opponitur de caducitate, vt excludatur ab vtili dominio non auditur opponens, niſi oſtendat, dominum directum declaraſſe caducitatem ab vtili domino, ita procedere *Bar.* doctrinam oſtendunt *tex.* ab eo allegati, & declarat *Theſaur. in allegata deciſ. 4. col. pen. verſ. (ad contraria)* Sed quando quis non habet ius in re ob exiſtentiam alterius, poteſt opponi de iure tertij etiam ſine conſenſu illius tertij, quia hoc magis eſt allegare defectum iuris Aduerſarij, quam allegare ius tertij, & in his terminis nō procedere doctrinam *Bar.* declarat *Theſaur. d. deciſ. 4.* allegando ita deciſum fuiſse, & hi ſunt termini noſtri, quia aduerſariæ non priuantur iure ſuo à fideicommiſſarijs, vt emphiteuta priuatur vtili dominio ex declaratione caducitatis facta à directo domino, ſed ob exiſtentiam fideicommiſſariorum nullum ius habēat: imò, etiam ſi non extarent fideicommiſſarij nullum ius haberent in bonis virtute rei iudicatæ, quæ eſt fundata in fideicommiſſo, quod in teſtamento legebatur ad fauorem Ioannis, quod fideicōmiſſum (fundamentum rei iudicatæ) non tranſit ad filias Ioannis, vt ex eodem teſtamento conſtat, & hoc puto maximè obſeruandum eſſe.

11 Eadem reſponſio confirmatur doctrina *Bal. in l. cum ſeruum C. de ſer. fugit. ſub nu. 6. verſ. (interdum ex materia)* ita diſtinguentis; Aut ius tertij poſitum in eſſe excludit intentionem actoris a veritate eſſe, & tunc poteſt opponi, aut non excludit veritatem cauſæ agentis, nec venit negatiuè, ſed obijcitur priuatiuè, & tunc, aut eſt priuatio facta ipſo iure, & cum effectu, & obijci poteſt, Aut eſt priuatio facta ipſo iure, ſed non cum effectu, & non poteſt obijci *l. 2. ff. ſi ag. vectig. & l. his conſequenter §. 1. ff. fam. erciſc.* iſta ergo diſtinctio an vellit, an non vellit ille tertius, cuius ius opponitur, & an cum effectu ſit ei ius quæſitum, de qua *Bar.* procedit tantum, quando ius tertij obijcitur priuatiuè, non quando obijcitur, vt excludat intentionem actoris à veritate, at hic obijcitur, quod non competit ius Aduerſarijs ob exiſtentiam fideicommiſſariorum, & non quod iure ſuo ſint priuatę, ergo diſtinctio *Bar.* nullum dubium facit.

12 Secūdo pro ſolutione animaduertendum eſſe puto, quandoque ius tertij eſſe excluſiuum iuris agentis ipſo iure, ita tamen ſi tertius vellit, quandoque ius tertij eſſe excluſiuum iuris alterius ipſo iure, etiam ſi tertius non contradicat, & etiam, quod non concurrat voluntas eius, primo caſu non licet opponere de iure tertij, ſed ſecundo caſu licet, ita in verbis loquitur *Bar.* videndum igitur eſſet, an nos verſemur in primo, an in ſecundo caſu; putat *Peregrin.* nos verſari in

ſecundo caſu, ſed fallitur, & id non probat, quia ex eo, quod fideicommiſſarius nō conſequitur bona fideicommiſſi, niſi agnoſcat fideicommiſſum, non ſequitur, quod non excludatur ipſo iure agentis ius, nam ſecundum principia *Bar.* hæc duo ſtare poſſunt, quod quis effectualiter non conſequatur ius ſuum, niſi eius voluntate concurrente, ſed quod excludat ius agentis, etiam quod voluntas ſua nō cōcurrat, ex his ſemper ſequitur, obiectum procedere tantum, quando nō excluditur ius agentis, niſi tertio volente, & nos verſamur in caſu, quo excluditur ius agentis, etiam non concurrente voluntate tertij, licet illud ius non acquiratur effectualiter tertio, niſi eius voluntate concurrente.

Vltimò ceſſat omnis difficultas, quia ſupponitur, mortuo Ioanne fideicommiſſarios mouiſſe iudicium aduerſus poſſeſſores bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, de quo in teſtamento Thomæ, & præſertim contra Illuſtriſſimum D. Co. Alphonſum, ita conſtat de voluntate, quam deſiderat *Pereg.* vt interr oppoſitio tertij, & licet poſtea à iudicio ceſſauerint tranſigēdo cum aduerſarijs, non depoſuerunt voluntatem conſequendi bona, ſed eam retinuerunt conueniendo, vt finita lite pars bonorum illis aſſignaretur; Imò ſi noluiſſent aliquid ex fideicommiſſo,

13 opus non erat tranſigere, & etiam, quod poſtea voluiſſent pænitere, cum iam extinctum eſſet ius hæredum Ioannis, non proficeret talis pænitentia dictis hæredibus, ſed potius poſſeſſoribus bonorum, quibus eſſet iam acquiſitum ius dicēdi de iure tertij; non enim poſſunt fideicōmiſſarij mutare voluntatem ad commodum hæredū, & ad præiuditium poſſeſſorum bonorū, quia alteri per alterum non eſt inferenda iniqua conditio *iuribus vulg.* & conferunt ſcripta ab *Aymon. conſ. 74. in 2. dubio.*

14 Et ſi volumus hos fideicommiſſarios remouere à fideicommiſſo, adhuc pro poſſeſſoribus intrat alia ratio, quod res iudicata, quam Ioannes obtinuit nondum implera, & executa per obitum Ioannis non relictis alijs fideicommiſſarijs, qui vellint fideicommiſſū agnoſcere deuenit ad caſum, à quo incipere non poſſet; deficientibus .ſ. fideicommiſſarijs, & ita deficiente cauſa finali rei iudicatæ, & ita viciabitur ipſa res iudicata *l. pluribus §. & ſi placeat, & ibi Bar. ff. de verb. obligat. Salic. in l. ſi Gaudentius ad fin. C. de contrahend. empt. Aret. & alij in §. ex contrario Inſt. de legat.* & dixi in alia mea informatione.

Sed omnia hæc ex abundanti dicta ſunt, quia in his cōſiſtit veritas; per obitum Ioannis extinctum eſſe ius, ſuper quo fundabatur res iudicata, & ideò in eo nō eſſe locum tranſmiſſioni, & hæredes non repræſentare perſonam defuncti, & principales noſtros poſſe dare de iure tertij ſecundum principi. *Bar. in d. l. 2. ff. de except. rei iud.* etiam quod vltimi fideicommiſſarij non conſenſiſſent, qui tamen conſenſerunt. *an. 1617. Auguſti*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Plura ad materiam *auth. res quæ C. commun. de legat.*

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio* auth. res, quæ C. com. de legat. *habet locum in fideicommiſſis.*

Et in bonis primogenituræ ſubiectis ex communi nu. 4.

Quia rationes quæ conſiderantur in fideicommiſſo vigent etiam in Primogenitura n. 5.

Et ideò tenet argumentum de fideicommiſſo ad Primogenituram nu. 6.

Quamuis aliqui contrarium teneant num. 2.

Proceditq; d. auth. *ad fauorem dotis recepta etiam poſt conſtitutam Primogenituram ſecundum communem, magis communem, & veriorem opinionem nu. 16.*

Nonnulli tamen contrarium tenent num. 11.

Quæ autem ſit differentia inter dotem datam ante, vel poſt fideicommiſſum in materia d. authenticæ *num. 21.*

Procedit etiam d. auth. *in conſtituenda dote neptibus natis, & conceptis poſt mortem teſtatoris nu. 17.*

Et militat eius diſpoſitio, quamuis tēpore dotis tradita adfuiſſent bona libera, quæ non extarent tempore eiuſdē reſtituenda n. 22.

Hoc tamen limitatur tribus modis nu. 23.

Sed limitationes impugnantur nu. 24.

Procedit autem d. auth. *ſolum in bonis eius, qui eſt obligatus ad dotem nu. 13.*

Nunquid verò locum habeat, quando teſtator prohibuit alienationem pro dote num. 25. & ſeqq.

Negatiua opinio eſt magis communis num. 39.

Et qui tenent affirmatiuā eam limitant, quando alia extant bona vinculata num. 41.

Non habet tamen locum prædicta auth. *in bonis particulari fideicommiſſo ſubiectis num. 40.*

num. 40. & ſeqq.

Remedium eiuſdem auth. *fundatum eſt in preſumpta voluntate teſtatoris nu. 26.*

3 *Maioratus publicum commodum concernunt.*

Non praeiudicant doti, ſicuti nec legitima, nec alimentis nu. 7.

8 *Reſpondetur rationi* Molin. de primog. Hiſpan. lib. 4. c. 6. nu. 21.

9 *In dote verſatur publica vtilitas principaliter, ſaltem quoad priuilegium generale, de quo in* l. 1. ff ſolut. matrim.

10 *Iudex non debet recedere ab opinione cōmuni.*

12 *Imputandum eſt ei, qui contraxit cum aliquo, nec explorauit eius conditionem ex* l. qui cum alio ff. de reg. iur.

Regula huius tex. *non procedit in muliere nu. 18.*

14 *Pater non eſt obligatus recipere dotem filij ſui nubentis, & obligare bona ſua.*

Praeſertim, quando filius habet bona, quae obligare poteſt nu. 44.

Poteſt tamen, ſi vult obligare, & quando contrariū non dicit praeſumitur id velle nu. 19.

Cum parentes optent filios ducere vxorem, & perpetuare familiam nu. 20.

Contrarium, quod pater teneatur obligare bona ſua pro reſtitutione dotis tradita filio, & poſſet compelli officio Iudicis nu. 35.

Quamuis aliàs non teneatur ad debitum filij num. 33.

15 *Ius quaeſitum alicui ſine facto ſuo auferri non poteſt.*

24 *Mulier pro reſtitutione dotis poteſt agere contra tertios poſſeſſores bonorum liberorum, vel petere bona fideicommiſſo ſubiecta.*

27 *In claris non eſt opus coniecturis, & non datur quaeſtio voluntatis, & nu 29.*

Et non eſt locus praeſumptioni, quando conſtat de veritate nu. 28.

Inductumq; à lege ex tacita hominis voluntate ceſſat, quando conſtat de eius mente in contrarium nu. 30.

32 *Teſtator poteſt legem, quam vult bonis ſuis imponere.*

Et voluntatem eius ſeruare publicè intereſt nu 34.

Non tamen poteſt facere, quin in ſuo teſtamento leges locum habeant num. 36.

Fallit, quando lex inducit aliquid ex tacita ipſius mente nu. 31.

Nec poteſt teſtator prohibere, ne ex fideicommiſſo ſua debita deducantur nu. 37.

Neq; poteſt laedere publicam vtilitatem n. 38.

42 *In quaeſtionibus valdè controuerſis adhaerendum eſt Doctoribus diſtinguentibus.*

RESPONSVM XLV.

Auſpice Chriſto.

ILluſtriſ. D. Thobias Pallauicinus Ianuenſis in ſuo, cū quo deceſſit teſtamento in quibuſdam bonis ſtabilibus conſtituit amplam primogenituram continētem plures gradus cum ſtrictiſſima prohibitione alienationis praegnantibus verbis concepta, poſt quod teſtamentum, & poſt mortem d. Thobiae teſtatoris Illuſtriſ. D. Frabritius eius filius, ad quem bona primogenituræ peruenerūt, matrimoniū cōtraxit cum Illuſt. D. Caſſandra Grimalda, recepta dote ſcutorum quadraginta octo millium, quae Caſſandra perueniēs ad mortem, inſtituit Illuſtriſ. Claram Mariam ipſius d. Fabritij communē filiam, quae Clara Maria cum poſt mortem matris nuberet Illuſtriſ. Ioanni Vincentio Lomelino ei pro, dote conſignauit de haereditatem maternam conſiſtentem in d. dote quadraginta octo millium, cumq; adhuc exigenda ſit non modica ſumma d. dotis, ſeù hæreditatis, & non reperiantur bona libera ad id ſufficientia, quaeritur, vt reſpondeatur ſecundum veritatem, an pro exactione, & reſtitutione d. dotis bona ſubiecta primogenituræ alienari poſſint, etiam prae oculis habitis ſtatutis Ianuenſibus de hoc diſponentibus.

Cuius dubitationis reſolutio pendet à quibuſdam articulis apud maiores noſtros valdè controuerſis.

1 Quorum primus eſt An *auth. res quae C. com. de legat.* quae diſponit, vt fauore dotis bona fideicommiſſi, quando alia non extant, poſſint alienari, etiam procedat in bonis primogenituræ ſubiectis: In quo articulo breuiter reſpondeo quod licet *Lud. Molina de Hiſpanorum primogen. lib. 4. c. 6. n. 20. & 21.* poſt nonnullos Doctores Hiſpanos putet diſpoſitionem *d. authentica* non adaptari ad

2 maioratus, ſeù primogenituras, ea † potiſſima ratione motus, quod *auth.* procedit in fideicommiſſis concernentibus priuatum commodum, vt colligitur ex illis verbis *ea enim, quae communiter omnibus proſunt his, quae ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt praeponuntur,* & † maioratus non priuatum ſolum,

3 ſed publicum commodum concernunt, vt per eundem *Molin. eod. tract. lib. 1. c. 18. n. 1.*

ideo ad eos non accommodatur *auth.* loquẽs
de fideicommiſſo præſeferẽte commodum
priuatum.

4 Tamen omnes alij *Doct.* communiter te-
nent etiam in primogenituris ſeruari *d. au-
thenticam Io. Lup. ad Rub. de donat. inter vir.
& vxor. §. 16. n. 1. Roderic. Suarez in l. quoniã
in prioribus in 2. limit. ad l. regiam num. 11.
Ant. Gomez. ad l. 40. Tauri nu. 86. Padila ad
auth. res qua nu. 53. & Couar. lib. 3. reſolut. c.
6. n. 10.* qui accommodat *d. auth.* promiſcue
ad fideicommiſſa, & maioratus, quos omnes
allegat idem *Molina d. c. 6. lib. 4. nu. 17.* &
teſtatur eſſe crebriorem opinionem, quibus
addi etiam poſſunt *Oldrad. conſ. 95. nu. 7.* qui
in ſimili caſu id ſenſit *Opizon. in repet. §. Diui
l. filius familias ff. de leg. 1. num. 140. Tiraq-
quel. de iure primogen q. 61. num. 2. Palacz.
in tract. Maiorat. parte 4. q. 1. limit. 2. Puteo.
conſ. 87. nu. 8. & 9. Petra de fideicommiſ. q. 8.
nu. 500. Menoch. præſumpt. 189. n. 175. in 4.*
qui hanc opinionem pluribus rationibus cõ-
5 firmat, præſertim, † quod rationes conſide-
ratæ à Iuſtiniano in fideicõmiſſo in *§. ſanci-
mus in Auth. de reſt. & ea qua parit. in unde-
cim. menſ.* etiam procedunt in primogeni-
6 tura, imò † etiam eſſe primogenituram ſi-
milem fideicommiſſo, & ab eo ad eãm duci
poſſe argumentum, quando adeſt eadem ra-
tio, & fatetur idem *Molin. d. tract. de primo-
gen Hiſpan. lib. 1. c. 1. n. 7.* ex ſentẽtia multo-
rum, eſſe maioratus in pluribus ſimiles fidei-
7 commiſſis; Addit † *Menoch.* argumentum à
legitima ad dotem, quod quemadmodum
maioratus non præiudicant legitimæ, ita nõ
præiudicabunt doti, & quemadmodum etiã
non præiudicant alimentis, ita nec doti, vt la-
tè ipſe comprobat, & ſubdit rationibus con-
trarijs *Molina* facile reſponderi poſſe: Præ-
8 ſertim † rationi, quæ eſt apud *Molin.* præci-
pua, quod cõſeruatio maioratuum præſefert
publicam vtilitatem ſubſiſtere non videtur,
quia vtilitas, quæ verſatur in maioratibus nõ
eſt principaliter publica, ſed priuata, & ſecũ-
9 dario, atq; in conſequentiam publica, ſed tũ
dote vtilitas eſt principaliter publica, ſaltem
quoad priuilegium generale dotis, de quo in
l. 1. ff. ſolut. matrim. vt eius cauſa ſemper, &
vbiq; præcipua ſit, vt defendendo *Bart.* egre-
giè declarat *Socinus in d. l. 1. nu. 2. & ſeq. ff.
ſolut. matrim.* Tandem quicquid ſit de ratio-
nibus, contra *Molinam* extat communis opi-
10 nio, à qua, cum non deceat, vt iudices re-
cedant *c. ne innitaris, & ibi DD. de conſtit.*
ego conſultus, vt ſcribam pro veritate, ac
ſi eſſem iudex neceſſe eſt, vt concludam, pri-
mogenituram cedere fauori dotis, quem-
admodum cedit fideicommiſſum.

Articulus ſecundus eſt, ſuppoſito, quod
etiam primogenitura cedat doti per *d. au-
th. res qua*, an etiam procedat, quando (vt in
caſu propoſito) agitur de reſtituenda dote
recepta poſt cõſtitutionem primogenituræ,
& poſt mortem teſtatoris, in quo eſt maior
11 dubitatio, quam in præcedenti, nam † multi
tenent, quod cùm teſtator conſtituerit pri-
mogenituram, vel fideicommiſſum tempo-
re, quo non erat obligatus ad dotem, potior
videatur cauſa fideicommiſſi, vel primoge-
nituræ, & ſatis eſſe, quod, quando dos data
fuit, bona fuerint ita vinculata, vt obligari
12 non poſſent, quaſi † quod imputandum ſit
mulieri, quare, quando dotem dedit marito,
non explorauerit eius conditionem ad *l. qui
cum alio ff. de reg. iur.*

13 Nec † diſpoſitio *d. auth.* practicatur, niſi in
bonis eius, qui eſt obligatus ad dotem, vt ſen-
14 tiunt poſt *Part. omnes in d. auth.* at † pater nõ
eſt obligatus recipere dotem filij ſui nuptias
contrahẽtis, & ad eius reſtitutionẽ obligare
bona ſua *Par. poſt Din. in l. ſi cum dotẽ in matrimonium
ſ greſsamur ff. ſolut. mat.* ergo pro reſtitutio-
ne dotis non poterunt alienari bona vincu-
lata, vt diſponit *d. authentica* præcipuè, quia
vltra legitimam pater poteſt de alijs bonis
ad libitum diſponere, vnde filius non poterit
in illis prætendere aliquod ius pro reſtitutio-
ne dotis. Si enim ad hunc caſum accõmoda-
retur *d. auth.* facilè poſſent grauati eludere
diſpoſitionẽ teſtantis recipiendo dotem im-
menſam excedentem vires ſui patrimonij.
15 Et † facta primogenitura iam ſaltem in ſpe
eſt ius quæſitum vocatis, quod non conuenit,
vt ſine facto ſuo illis auferratur *ad not. in l. 1.
C. de pact.*

Et ſi aliter diceremus non eſſet differen-
tia inter caſum, quo ante grauamen eſt data
dos, ad quam reſtituendam pater grauans
tenetur, & caſum, quo data eſſet iam grauã-
te defuncto, quod eſſet inconueniens, cum
inter hos caſus adſit manifeſta ratio diuerſi-
tatis, his, & alijs rationibus moti ſequuntur
hanc opinionem multi relati à *Graſ. de ſuc-
ceſ. § fideicommiſſum q. 57. ſub num. 4. verſ.
(contrariam) Pereg. de fideicommiſ. artic. 42.
nu. 81. Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. q. 73. num.
341. Menoch. conſ. 33. n. 1. in 2. & præſum-
pt. 190. n. 16 in 4. Sfortia Oddus de fideicom-
miſſ. q. 44. artic. 1. & 2. & Marzar. in epi-
tom. fideicommiſſ. q. 48. nu. 73.* dicens, hanc

opi-

opinionem fuiſſe canonizatam Florentiæ.

16 Verum non obſtantibus authoritatibus, & rationibus, quæ pro hac opinione adducuntur, communis, magis communis, & verior eſt opinio eorum, qui opinantur *auth. res quæ* procedere etiam in reſtituenda dote recepta poſt fideicommiſſum, ſeu primogenituram, & poſt mortem teſtatoris, quæ fuit opinio *Anan. conſ. 61. Albe conſ. 503. nu. 5. Dec. conſ. 519. num. 2. & 3. Bellon. conſ. 85. num. 5. Menoch. conſ. 33. in 1. Eugen. conſ. 54. num 3. & alij plures, quos citat Menoch. in d. conſ. 33. & in lib. 2. de arbitrar. iudic. caſ. 182. nu. 69. Petra de fideicommiſſ. q. 8. nu. 349.* & ferè *omnes antiqui Doct. gloſ. Cyn. Odof. Fab. Bart. & alij*, quos cumulat *Sfort. Odd. de fideicommiſſ. q. 44. d. artic. 2. n. 26.* & dicitur cõis, magis communis, & verior opinio, pro qua extat authoritas *Rotæ deciſ. 37. nu. 4. parte 1. diuerſ. & apud Seraphin. deciſ. 678. nu. 5.*

Quam opinionẽ probat apertiſſimè *tex. in auth. de reſt. & ea quæ parit. circa princ. in §. aduertant*, qui fauore dotis permittit alienationem, & obligationem bonorum fideicõmiſſi, ex quo ſumpta eſt illa *auth. res quæ*; & non eſt dubitandum, quin etiam habeat locum in reſtitutione dotis, quia narrando cauſam legis narrat eam factam fuiſſe ob quærelas mulierum non valentium ob reſtitutionem fideicommiſſi poſt mortem viri ſuas dotes exigere, & etiam procedit *tex.* quando dotes eſſent datę poſt fideicommiſſum, quia narrat, quod mulieres ingemiſcebant, quod ſi ipſæ prius deceſſiſſent maritus lucrum haberet dotis ſecundum pactum; quia verò vir mortuus eſt ſe ignorante reſtitutionem, amiſſionis periculum ſuſtinere; quæ verba conſiderantia in muliere ignorantiam fideicommiſſi ſupponunt eius exiſtentiam, cum non propriè ignorari dicatur id, quod non extat.

Hocq; manifeſtè colligitur ex ratione in ipſa conſtitutione expreſſa, quæ talis eſt *ea enim, quæ communiter omnibus proſunt his, quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt præponimus*, quæ ratio, cum habeat locum etiam in reſtitutione dotis etiam datæ poſt fideicommiſſum, vt cum ea nouum contrahatur matrimonium ex rationis identitate etiam ad hunc caſum trahetur ipſius legis diſpoſitio *iuribus vulg.*

17 His accedat, quod ſi pro conſtituenda dote, in qua agitur de lucro captando, & de acquirendo licet alienare bona vinculata, etiam quod ca... conſtitutionis prorſus venıat poſt mortem teſtatoris, vt contingit, quando dotandæ ſunt deſcendentes natæ, & cõceptæ poſt mortẽ teſtatoris *Petra de fideicom. d. q. 8. n. 400. Menoch. d. præſump. 189. nu. 18. & 19. in 4. Pereg. de fideicommiſſ. art. 40. nu. 37. Sfortia Odd. de fideicommiſſ. q. 40. art. 3. nu. 41.* magis licet pro ea reſtituenda.

Neq; obſtant ea, quę contra adducuntur, quia ad primum reſpondetur, quod non tenebatur mulier perquirere conditionem mariti, & an extaret fideicommiſſum, vel primogenitura, cum ſciret ius ſuum ſaluum

18 eſſe, & † regula *l. qui cum alio* non procedit in muliere *Cagn. in d. l. qui cum alio num. 18.* quem poſt *Curtium. & Io. Crot.* ſequitur *Menoch. d. præſumpt. 190. nu. 24. in 4. Pereg. de fideicomm. art. 42. ſub nu. 16.*

Ad ſecundum autem reſpondetur, dato,

19 quod pater non teneatur obligare bona ſua pro reſtitutione dotis nurus ſuæ, poteſt tamen, ſi vult ea obligare, & quando contrarium non dicit, præſumitur id velle, quia ſi viueret, & filius duceret vxorem credendũ, quod ita faceret ob votum, & deſiderium parentum, vt filij ducant vxores, & familiã perpetuare poſſint, quod votum parentum potiſſimum conſideratur in diſpoſitione *d. auth. res quæ l. mulier §. cum proponeretur, & ibi Paul. & alij ff. ad S. C. Trebel.* Imo, cum à communiter accidentibus fiant fideicommiſſa, & primogenituræ pro conſeruatione familiarum, quæ potiſſimum conſeruantur ex propagatione deſcendentium, eſt credendum, votum teſtatoris fuiſſe, vt filius vxorem duceret, & proinde velle, vt bona ſua ſint obnoxia reſtitutioni, vt filius facilius vxorẽ inuenire poſſet; id enim, quod eſt conforme volũtati teſtatoris non poteſt dici ad euerſionem eius voluntatis, vt dicitur in d. §. *cum proponeretur*; Eodem modo reſpondetur ad id, quod dicitur, vltra legitimam patrem poſſe grauare filios, quia non negatur poteſtas, ſed voluntas.

Non obſtat, quod facile poſſent eludi fideicommiſſa, quia cum fiat id, quod eſt ex veriſimili mente teſtantis, imò, quod tendit ad finem, quem teſtator præ oculis habuit, non poteſt dici eludi eius voluntas, alio modo reſpondet *Cant. iun. conſ. 59. nu. 7. in fine*, & alio, *Menoch. d. præſumpt. 190. nu. 21 & 22.*

Nec præiudicatur iuri competenti alicui quia ius competit, dummodo nõ ſit recepta dos, de cuius reſtitutione tractetur, hoc .n. quod eſt ex voto teſtantis, quemadmodum

gatio, quia ſi res ſubrogatę non ſunt de bonis teſtatoris immediatè, tunc ſaltem mediatè apud grauatum ob bona teſtatoris, quod ad effectum reſtitutionis ſufficere videtur *Cum. in d. l. Imper. §. fin. ff. de leg. 1. ſub num. 1. ibi (dic ergo cum in fideicom. &c.)*

5 Cęterum vbi res repertę apud grauatum non pendent à bonis teſtatoris reſtitutioni ſubiectis nec mediatè, nec immediatè, reſtituendę non ſunt virtute alicuius ſubrogationis *Soc. ſen. conſ. 36 ſub nu. 2. ibi (unde poſſeſſio) in 3. Marcabrun. conſ. 34. num. 37. & ſeq.*

In quibus terminis diligenter animaduerſo facto nos verſamur, ſiquidem dici non poteſt ratione materię, pecunię, ſoli, vel permutationis ſecundum molendinum eſſe in locum primi ſubrogatum, ergo ſub fideicōmiſſo non cadet.

Licet enim huic ſecundo molendino deſeruiat eadem aqua, quæ, & primo deſeruiebat, non oritur tamen aliqua ſubrogatio ad effectum, de quo agitur a *Doct.* conſiderata, nec oriri poteſt, cum identitas aquæ, quę non erat teſtatoris, niſi quoad vſum non poſſit efficere, vt ſecundum molendinum dicatur de bonis teſtantis, nec mediatè, nec immediatè.

Et etiam, quod diceretur ex eodem priuilegio conceſſo Floriano de Sancto Petro I. C. celeberrimo ſecundum conſtructum fuiſſe (quod tamē pro nunc nec affirmo, nec inficior) & propterea prætenderetur, hinc oriri aliquam ſubrogationem, illa non eſſet per

6 viam ſubſtitutionis manente adhuc ædificio primi molendini, ſed per viam accumulationis, non acceſſoriæ ad primum molēdinum, ſed accumulationis principalis, & proinde talis ſubrogatio non efficeret ſecundum molendinum ſapere naturam primi, & cadere ſub fideicōmiſſo *Bar. in l. 1. § hac actio verſ. tertio caſu vſq; ad fin. ff. ſi quis teſt. liber. eſſe iuſſ. fuer. Bal. in l. ſi cum §. qui iniuriarū ſub n. 5. ff. ſi quis caut. Faber.* poſt *Pet. à Bellapertic. in §. fuerat ad finem Inſt. de act.*

Et dato (licet non conceſſo) quod verſaremur in ſubrogatione per viā ſubſtitutionis, adhuc aduertendum eſſet, in primo molen-

7 dino, vt caderet ſub fideicommiſſo, neceſſariam fuiſſe qualitatem, quod eſſet de bonis

8 fideicommittentis *l. cohæredi §. cum filia ff. de vulg. & pupil. cum vulgar.* eandemq; qualitatem etiam neceſſariam eſſe in molendino ſubrogato, vt ſapiat naturam primi, & ſit ſubiectum reſtitutioni, ſicut erat primum, *Bal. in l. parabolanos num. 2 C. de epiſcop. & cleric. Surd. conſ. 31. nu. 41. conſ. 138. n. 21. & conſ. 143. nu. 48. in 1. Soc. iun. conſ. 74 nu. 22. in 3.*

9 Et hoc eſt id, quod dicitur ſubrogatum nō ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, niſi ſit eiuſdem naturæ, & qualitatis, & cadat eadem ratio *Franc. Milanenſ. deciſ. 9. nu. 111. Bero. conſ. 71. n. 42. in 1. Rim. iun. conſ. 37. nu. 66. in 1. Menoch. conſ. 235. num. 27. in 3.* quæ qualitas, vt iam dictum eſt, cum non cadat in ſecundo, non ſapiet naturam primi.

10 Præterea regula, ſubrogatum ſapit naturam &c. non procedit, quando aliquid ſubrogatur in locum eius, quod fuit extinctum. *Bald. in l. pactum quod dotale q. 18. C. de Collat. Rom. in l. certi condictio in princ. nu. 11. & 12. ff. ſi cert. pet. Nat. conſ. 638. num. 44. Cort. conſ. 167. nu. 104. & ſeq.*

11 Item non procedit, quando ſubrogatio fit ab homine, ſed tantum, quando fit a lege *Bal. in l. ſi cum §. qui iniuriarum nu. 5. ff. ſi quis caut.*

12 Et tantùm procedit ſecundum naturam primordialem eius, in cuius locum ſubrogatur, non autem ſecundum naturam eius accidentalem *gl. 2. ad fin. in d. l. certi condictio in princ. ff. ſi cert. pet* quam ſequuntur ibi *Bart. Alberic. Salicet. Fulgoſ. Alex. Iaſ. Rimin. & Dec.* de communi teſtatur *Gomez in §. fuerat in 2. notab. nu. 11. Inſt. de act.* plures cumulat *Rim. Iun. conſ. 113. nu. 112. & ſeq. in 2.* & ſic non poteſt procedere reſpectu formæ præſentis molendini, quæ eſt multum amplificata, & fructuoſior effecta.

Ex his, quæ pro nunc ſufficere arbitror iuridicè probatur, Illuſtriſ. Dominos fideicommiſſarios non poſſe petere ſecundum molendinum vti ſubiectum fideicommiſſo D. Marci *an. 1602.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Ad hæredes eius, qui obtinuit rem iudicatā ſuper fideicommiſſo non tranſit ius agēdi ex ea.

SVMMARIVM.

1 *Actio iudicati datur tantum illis, qui pro ſe ſententiam reportarunt.*

Et datur illi, qui in iudicio fuit actor num. 3.

Daturq; ſolum contra eum, qui in iudicio vti reus ſe obtulit nu. 5.

Cùm ſit actio, quæ oritur ex quaſi contractu nato ex iuditio nu. 2.

Et ex facto, quia iudicatum eſt nu. 4.

Datur etiam hæredibus illius, qui obtinuit ſententiam nu. 8.

Non tamen in bonis, quorũ ius non tranſit ad hæredes, quia extinguitur cũ perſona n. 9.

6 *Valet argumentum ab oppoſitis.*

Et à correlatiuis nu. 7.

10 *Fideicommiſſum tranſit ſolum ad vocatos.*

Poſt aduentum diei, & conditionis trãſmittitur ad hæredes nu 12.

Sed tranſmiſſio non fit præter, vel contra voluntatem teſtatoris nu. 13.

11 *Res iudicata deueniens ad eum caſum à quo incipere non poteſt deficiente cauſa finali, vitiatur.*

14 *Expreſſum facit ceſſare præſumptum.*

15 *Quando non extant perſonæ vocatæ ad fideicommiſſum, bona remanent libera apud grauatum.*

16 *Non licet allegare ius tertij.*

Fallit, quando illud eſt excluſiuum iuris actoris in totum nu. 17.

Præſertim, quando tale ius eſt clarum n. 18.

Si tamen ille tertius vellit nu. 19.

Sed hoc procedit, quando actor habet ius donec tertius declaret nu. 20.

21 *Statutum transferens bona defuncti in hæredem non habet locum, quando poſſeſſio eſt apud defunctum ex cauſa, quæ non eſt ad hæredes tranſitoria.*

22 *Argumentum de actu retinendi ad actum agendi non tenet affirmatiuè, quia facilius conceditur retentio, quàm petitio.*

23 *Fideicommiſſarius non tenetur recipere de manu hæredum ſecundi grauati bona fideicommiſſo ſubiecta.*

RESPONSVM XLIIII.

Auſpice Christo.

1 Filiæ Ioãnis Paſqualetti prętendentes in vim executionis rei iudicatæ conſe qui poſſeſſionem bonorũ, quæ olim fuerunt Thomæ de Paſqualettis, & nũc poſſidentur ab Illuſtriſs. Co. Alphonſo Strotio non ſunt audiendæ, ea præcipuè ratione, quod à dictis bonis expræſsè excluſæ ſunt in teſtamento d. Thomæ, quippe qui deficiente linea maſculina filiorum ſuorum Marcum alium filium ſuum vocauit, & eo deficiente diſpoſuit de bonis pro celebratione ſacrorum dotatis fæminis, non igitur attenta huiuſmodi voluntate poſſunt filiæ aliquid prætendere præter dotationem: Vnde ex perſona propria non poſſunt petere executionem

1 ſententiarum latarum; actio † enim iudicati datur tantum illis, qui pro ſe ſententiam reportarunt *Io. Criſp. in term. act. nu.* 159. ni-

2 mirum, quia † eſt actio, quæ oritur ex quaſi contractu nato ex iuditio *l. 3. §. idem ſcribit, & ibi Bar. ff. de pecul & l. 2. §. fin. & ibi gloſ. de prætor. ſtipulat. l. item illa §. quod adijcitur ff. de conſtit. pec.* & per hæc iura *Ang. Aret. in l. miles §. fin. ff. de re iudicat.* & ibi etiam *Guid.*

3 *Pap. nu. 2. & 3.* & † ideò legitur, hanc actionem dari illi, qui in iudicio fuit actor *in l. actori C. de rebus credit. & in l. 1. C. de re iud.* &

4 cũ ſit actio nata ex facto, quia iudicatum eſt *Hugo Donel. in d. l. actori nu. 5.* ideò non poteſt dari niſi illis, cum quibus iudicatũ eſt, &

5 quemadmodum non datur niſi contra eum, qui vti reus propriè ſe obtulit *l. ſi ſe non obtulit in princ. ff. de re iudicat.* ita nec poterit

6 dari niſi illi, qui in iudicio egit, vel † arguamus

7 ab oppoſitis *l. fin. §. fin. ff. de leg. 3.* vel † à correlatiuis *l. fin. C. de iudict. iud. sol.* ſed hæ filiæ non interuenerunt in iuditio, cum illis nihil eſt iudicatum, & non ſunt in aliqua ſententia nominatæ, ergo non habent actionem pro executione rei iudicatæ.

8 Nec obſtat ſi dicatur illis vt hæredibus Ioannis competere actionem iudicati, vt eſt de hoc formalis tex. in *d. l. miles §. fin. ff. de re iudicat.*

9 Quia † reſpondetur, eas non eſſe hæredes in his bonis ſubiectis fideicommiſſo, & à quibus ſunt à teſtatore prorſus excluſæ, imò decedente Ioanne ſine prole maſculina eius ius cum perſona extinguitur, & ita ad eius filias vti hæredes non tranſit *l. vxor, & ibi not. C.*

10 *de legat.* & † quemadmodum, ſi nunc ad bona fideicommiſſi filiæ iſtæ agerent non obtinerent, nec in illis poſſet incipere res iudicata, quia vocatæ non ſunt *Petra de fideicõmiſſ. q. 11. in princ. Pereg. de fideicom. art. 43. n. 60.*

11 ita, & in earum perſona executio veniens ad caſum, à quo incipere non poteſt viciabitur, præſertim, quia caſus ſuperuenit in vocatione, quæ eſt cauſa finalis, ob quam Ioannes reportauit ſententias fauorabiles *Bar. in l. pluribus §. & ſi placeat ſub nu. 2. ff. de verb. oblig. Salic. in l. ſi Gaudentius ad fin. C. de contrahend. empt.*

Et hæc procederent ſine difficultate, niſi obſtarent motiua ſubtiliter excitata à Perill.

& Ex-

& Excellentiſs. D. Iudice, quibus meum erit
reſpondere ſecundũ vera iuris fundamenta.

Prius igitur obijcitur, quod licet hæ fi-
liæ non veniant per vocationem, ad hæc
12 bona, veniunt † ſaltem, quia in eas tranſmiſ-
ſum eſt fideicommiſſum, quod poſt ad-
uentum dici, vel poſt purificationem con-
ditionis tranſmitti poteſt *l. heredes mei §.
cum ita, & l. quidam ita in princ ff. ad Trebel.
& l. ſi in perſona C. de fideicõmiſſ. Pereg. de fi-
deicom. artic. 31. nu. 6.* ſumpto argumento,
quod ſi decedente fideicommiſſario ante
aduentum conditionis, vel diei, & ita ante-
quam veniat caſus fideicommiſſi, ipſum
fideicommiſſum non tranſmittitur, ergo
decedente poſtquam aduenit caſus locus
eſt tranſmiſſioni, & in caſu noſtro Ioannes
deceſſit, nedum, quando iam venit caſus
fideicommiſſi, ſed etiam, quando extitit
res iudicata ad ſuum fauorem, ergo &c.

13 Reſpondeo, tranſmiſſionem admitti, ſed
ſecundũ, non præter, neq; contra volunta-
tem teſtatoris, id enim vulgo receptum eſt,
voluntatem teſtatoris facere non tranſmiſ-
ſibile, id quod eſt tranſmiſſibile *Imol. & Soc.
in l. in conditionibus §. 1. ff. de condit. & de-
monſt. Bal. in l. vnic. C. vt act. ab hered. & con-
tr. hered. incip ſub nu. 2. Illuſtriſs. Manuc. de
coniec. lib. 11. tit. 30 nu. 8.* qui allegat plures
cõſulentes, vt per eum, qui id probant præ-
ſertim *Dec. conſ. 397. ſub n. 5. verſ. (& hoc cõ-
firmatur) & Soc. iun. cõſ. 141. n. 21. in 2.* qui-
bus addi etiam poteſt *Bal.* qui id expreſsè
dicit *in l. ſi pater ſub num. 26. C. de inſt. &
ſubſtitut. Dec. in l. 1. num. 7. C. eod. Rim. iun.
conſ. 638. num. 18. in 6. Surd. conſ. 403. nu.
30. in 3.* & ſenſit *Rota decıſ. 782. ſub num.
11 part. 1. nouiſſ.* At voluntas teſtatoris a-
perta eſt ad excluſionem filiarum Ioannis,
ergo ad eas nullo modo tranſmitti poteſt
fideicommiſſum, etiam, quod ſit purifica-
tum, & ſua natura inſpecta, ſit tranſmiſſi-
bile: Accedat etiam, quod tranſmiſſio ha-
bet effectum ex diſpoſitione legis ita per-
ſuadente tacita voluntate teſtatoris, ideò
debet ceſſare, quando conſtat de expreſſa
vocatione teſtatoris (vt hìc conſtat de vo-
catione aliorum ad excluſionem filiarum
14 Ioannis:) quia † expræſſum facit ceſſare
præſumptum *l. ſi ita ff. de lib. & poſthum. l.
clemens patronus ff. de hered. inſt* & per hos
tex. *Bal. in l. in multis nu. 4. ff. de ſtat. hom.
Rota in nouiſſ. decıſ. 366. nu. 44. part. 1.* Nec
dici poteſt, hęc procedere, quádo extarent
filij maſculi Ioannis, qui ad fideicommiſ-
ſum eſſent vocati fœminis excluſis, quibus
15 non extantibus deficit fideicommiſſum,
quo Ioannes eſt grauatus, & bona vti libe-
ra apud eum poterunt tranſmitti ad filias *l.
hæres meus ff. de cond. & demonſtrat. Pereg.
artic. 31. n. 1.* qui pluribus firmat fideicom-
miſſa, quę fideicommiſſarijs non acquirun-
tur cedere commodo grauatorum, vt etiã
in motiuis deducitur.

Siquidem reſpondetur, quod id proce-
deret, quando vnus ſolus extaret gradus
ſubſtitutionis; per quem maſculi eſſent vo-
cati, nam non exiſtentibus maſculis voca-
tis bona remanerent libera ad fauorem fę-
minarum, quæ non eſſent excluſæ, niſi exi-
ſtentibus maſculis: ſed in caſu noſtrò non
exiſtentibus maſculis deſcendentibus ex fi-
lijs teſtatoris ſubſtituitur Marcus, & eo de-
ficiente ſubſtituitur diſtributio pro anima
teſtatoris, imò iſte eſt caſus, in quo teſta-
tor excludit filias filiorum ſuorum, dùm ait
*tunc voluit, quod dotatis fœminis ſuperſtiti-
bus &c.* Et ſi quis diceret, hoc eſt allegan-
dum ab illis, qui vocantur ad excluſionem
fœminarum, non ab Illuſtriſs. Co. Alfonſo
condem ...ato vti poſſeſſore bonorum fidei-
commiſſo ſubiectorum, quaſi, quod iſtud
16 ſit dare de iure tertij, quod † regulariter nõ
licet *l. loci corpus & ibi Bar. & alij ff. ſi ſeruit.
vendic. l. ſi quis emptioni §. ſi vero nullũ C. de
17 præſcript. 30. an.* Facilè † reſponderi poſſet
excipi poſſe de iure tertij, quando illud eſt
excluſiuum iuris actoris in totum, nam
tunc magis dicitur opponi de non iure a-
gentis, atque dicatur opponi de iure tertij,
& opponitur, petentem nullum ius habe-
re in re petita, quo caſu ſemper melior eſt
conditio poſſidentis *§ commodum Inſt. de
interdict.* de his ſcripſerunt *Cinus in l. cum
ſeruus in fine C. de ſer. fugit. & Bar. in l. 2. ff.
de except. rei iudicat. & in l. ſi rem alienam ff.
ſolut. ma rim.* quos plenè ſequitur *Theſaur.
18 deciſ. 4.* & † hoc præſertim procedit, quando
datur de iure tertij claro *Pur. deciſ. 166. a-
lias 156.* vt in hoc caſu, in quo excluſio ad-
uerſariarũ notoria, & clara eſt ex teſtamẽ-
19 to Thomæ; Et † licet hæc oppoſitio quan-
doq; non admittatur, niſi tertio cõſentien-
te ex doctrina *Bar. in d. l. 2 ff. de except. rei iu-
dicat.* quia ſcilicet nõ ſit excluſiua iuris ter-
tij, niſi illo tertio volente, vt hìc non aliter
videntur excluſæ aduerſariæ: niſi volenti-
bus illis, qui ſubſtituti ſunt mortuo Ioanne
20 ſine filijs maſculis; Tamen † hoc procedit,
quando actor retinet ius, donec tertius de-

claret.

claret, veluti quando opponeretur emphiteutam ius non habere, quia aliquo caſu ob caducitatē priuatus eſſet, ſecus verò, quando actor etiam ſine conſenſu, & facto tertij, ius nullum habet *Theſaur. d. deciſ. 41. ſub nu. 8. verſ. (ad contraria)* in his terminis nos verſamur, quia etiā, quod vltimi ſubſtituti non peterent, adhuc cōſtat fæminas à teſtatore eſſe excluſas; ſatis igitur eſt, quod ex parte reorum opponatur illud vulgare, quoad te liberas ædes habeo.

Nec tandem obſtat, quod ſi Ioannes viuens fideicommiſſum habuiſſet, illud inter alia ſua bona tranſiuiſſet ad eius filias, & hæredes, ita debent habere ius illud recuperandi cum culpa reorum non fuerit reſtitutum. Nam reſpondetur, non eſſe parē rationē; ſi enim fideicommiſſum recuperatum fuiſſet, Ioannes tempore mortis poſſediſſet bona, quæ poſtea tranſirent per eius mortem ob illud factum poſſeſſionis in filias ſuas hæredes, ſaltem ex ſtatuto diſponēte poſſeſſionem bonorum tranſire in hæredem, ſed cum Ioannes viuens non haberet bona, ſed ſolum ius conſequendi bona ex fideicommiſſo canonizatum à re iudicata, non potuit tale ius tranſmittere in filias, ex defectu iuris, quod cum ſua perſona extinguitur, & ex defectu filiarum hæ-
21 redum, quæ ſunt ab hoc iure excluſæ †Nec ſtatutum trāſferens poſſeſſionem defuncti in hæredem intrat, quando poſſeſſio eſt apud defūctum ex vna cauſa, quæ non eſt ad hæredes tranſitoria *Tiraq. in tract. le mort ſaiſit part. 4 declarat. 4.* vt in hoc caſu Ioannes poſſidebat, vti vocatus in teſtamento, vel poſſediſſet, ſi recuperaſſet, vt ita vocatus, quæ vocatio non tranſit ad filias; quia repugnat voluntas teſtatoris, Nec obſtat, filiæ potuiſſent retinere bona, ſi Ioannes illa recuperaſſet, ergo & ad ea agere poſſūt,
22 quia †conſequentia non tenet affirmatiuè de actu retinendi ad actum agendi, cum facilius concedatur retentio, quam noua petitio *l. per retentionē C. de vſur. l. Paulus ff de dol. except. Aym. conſ. 148. num. 2. Ceph. conſ. 86. nu. 20. in 1. Rol. conſ. 17. nu. 8. in 4. Bec. conſ. 72. nu. 15.* Culpa autem reorum licet potuerit conſiderari in Ioanne, cui competebat ius recuperandi bona, non poteſt conſiderari in eius filiabus, quibus hoc ius non competit, quia quoad eas eſt ac ſi à Thoma teſtatore nullum factum fuiſſet fideicommiſſum; Et maximè hæc procedūt,
23 quia † cum Ioannes non fuerit primus grauatus, nec aduerſariæ habēt ius prætendendi, ab earum manu recipiēda eſſe bona per alios fideicommiſſarios ſecundò vocatos ad not *à Doct. in l. pen §. cum autē C. ad Trebel. Graſſ. de ſucceſ. §. fideicommiſſum q. 43. num. 8.*

Ex his firmiſſimè teneo, ius fideicōmiſſi iuſtificatum à re iudicata duarum ſententiarum quoad bona non eſſe in filias dicti Ioannis tranſmiſſum, nec ipſas ex d. re iudicata agere poſſe ad conſecutionem bonorum *an. 1617. Iulij.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

In eadem cauſa: De eadem materia.
De Iure tertij excluſiuo intentionis actoris, quando opponi poſſit, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Effectus rei iudicatæ tranſit ad hæredes eius, qui ſententiam obtinuit.*
2 *Hæres, & defunctus vna, & eadem perſona cenſentur, & in hæredem tranſeunt omnia iura defuncti.*
Regula hæc fallit, quando inter defunctum, & hæredem adeſt diuerſa ratio nu. 3.
Item ceſſat in iure, quod extinguitur cū perſona defuncti nu. 4. & 6.
Et ideò ſtatuta diſponentia, poſſeſſionem defuncti tranſire in hæredes non habent locū, quando poſſeſſio eſt apud defunctum ex cauſa ad hæredes non tranſitoria nu. 5.
7 *Fideicommiſſum tranſit ſolùm ad vocatos.*
8 *Grauatus fideicommiſſo poteſt pendente conditione alienare bona, ſed non poteſt ea tranſmittere ad hæredes, quando debet reſtituere poſt mortem.*
9 *Non poteſt opponi de Iure tertij etiam excluſiuo intentionis actoris, niſi illo volente.*
Quod tamen quomodo procedat latè nu. 10. & ſeqq.
13 *Fideicommiſſarius, qui agnouit fideicommiſſum non poteſt petere in præiudicium poſſeſſorum bonorum.*
14 *Res iudicata deueniens ad eum caſum, à quo incipere non poteſt deficiente cauſa finali, vitiatur.*

RE-

RESPONSVM XLIV.

Auſpice Chriſto.

QVæ nouiſſimè ſcripſit Præſtantiſs. D. Carpius pro hæredibus Ioannis Paſqualetti nõ elidunt defenſionem Illuſtriſs. D. Co. Alphonſi Strocij, & litis conſortium:
1 Nam † licet effectus rei iudicatæ tranſeat ad
hæredes eius, qui ſententiam obtinuit per *tex.*
in l. miles §. fin ff. de re iudicat. hoc tamen in
eo fundatum eſt, quod hæres ſuccedit in
omne ius defuncti, & eius perſonam repræ-
ſentat, & ideò in eum actiuè, & paſſiuè tran-
ſit ius executionis ſententiæ *Paul. conſ. 91. n.*
3 in 1. Suarez. ad l. quoniam in prioribus am-
pliat. 7. C. de inof. teſt. Barz. deciſ. 51. nu 10.
& ſeq. Vnde huiuſmodi executio rei iudica-
tæ eatenus competet hæredibus, quatenus
ſuccedunt in ius defuncti, & eius perſonam
repræſentant, quod etiam D. Carpius ad-
mittit, ſentiens hoc totum inniti huic funda-
2 mento, quod † hæres, & defunctus vna, &
eadem perſona cenſentur, & tenet *Duen.* ab
eo allegatus *in reg. 177.* ſed in caſu propoſi-
to hæredes nõ ſunt eadem perſona cum de-
functo, nõ ſuccedunt in eius ius, ergo ad eos
non tranſit executio, & virtus rei iudicatæ:
Quod probo confirmando ea, quæ alias ſcri-
pſi; Primo, quia diuerſa eſt ratio inter Ioan-
nem Paſqualettum alias actorem, & eius fi-
lias, & hæredes, quia ideo pater obtinuit
rem iudicatam, quia erat ad fideicommiſ-
ſum vocatus in teſtamẽto Thomæ Paſqua-
letti, quæ ratio, ſuper qua fundatur res iu-
dicata ceſſat in his filiabus hæredibus, debet
quæ ad d. fideicommiſſum non ſunt voca-
tæ; imò intrat diuerſa, & contraria ratio,
quia manifeſtè excluſæ ſunt, cùm mandet
3 teſtator eas dotari, qua † rationis diuerſita-
te ſtante ceſſat regula, quod hæres ſit eadem
perſona, quia in eo non tranſeunt iura, quæ
erant apud defunctum *Alciat. in l. 2 §. ex his*
in princ. ff. de verb. oblig. & ibi etiam *Lanc. Ga-*
liaul. qui relatis caſibus, in quibus hæres nõ
eſt eadem perſona cum defuncto propè nu.
4. ſubiungit *tamen ſi diligenter conſiderabis*
vnuſquiſq; caſus habet rationem diuerſitatis,
ita ſenſit in illis caſibus, in quibus datur ra-
tio diuerſitatis, hæredem non eſſe eandem
perſonam cum defuncto, & ad id conferunt
etiam plura ſcripta à *Soc. in conſ. 293. in 2.*

Secundo dicebam agi de iure, quod ex-
tinguitur in perſona Ioannis Paſqualetti, &
quod ipſe nõ potuit trãſmittere ad hæredes,
qui non ſint de vocatis ad fideicommiſſum,
4 & † in iure, quod extinguitur cum defuncto,
hæredes nõ ſunt eadem perſona cum defun-
cto, nec ſuccedunt in eius ius *gloſ. in l. hæres*
in omne ius. ff. de acquir. hæred. quam *gloſ.* ſe-
quẽdo ibi id notant *Bar. Angel. Imol. & Rom.*
qui ait *nu. 5.* q́d hæres non repræſentat per-
ſonam teſtatoris in iure ad eum non tranſi-
bili, & cõferunt plura ſcripta à *Corn. in conſ.*
154. nu. 4. & ſeq. in 1. facitq; *tex. in l. ſtipula-*
tio iſta. §. ſi quis ita ff. de verb. oblig. qua
5 ratione ſcriptum eſt, ſtatuta diſponentia
poſſeſſionem tranſire in hæredes, quia ſunt
eadem perſona cum defuncto, nõ procede-
re in poſſeſſione, quæ eſt apud defunctum
ex cauſa ad hæredes non tranſitoria, vt in
præcario, & in feudalibus *Alex. conſ. 153. in*
6. Menoch. conſ. 139. n. 8. in 2. Marcobrun.
conſ. 62. nu. 10. Rom. iun. conſ. 445. ad fin. in 1.
& conſ. 545 nu. 35 in 5. Atqui ex ipſo teſta-
mento, in quo fundatur ipſa res iudicata cõ-
ſtat, bona teſtatoris non eſſe trãſibilia ad fi-
lias Ioannis grauati aduerſarias, ergo in his
bonis ipſæ non repræſentant defunctum; &
proinde in illis non habent locum iura do-
cernentia effectum rei iudicatæ tranſire ad
6 hæredem, & hæc eſt ipſa veritas, quã † alias
probaui ex *l. vxor C. de legat.* quæ optime id
probat. ſ. quæ extinguuntur cum perſona nõ
7 tranſire ad hæredes, & † quamuis *Petra, &*
Peregrin. à me allegati id non probent, non
ſum arguẽdus, quia ex inſpectione meæ ſcri-
pturæ conſtat, hos *Doct.* allegari ad proban-
dum, fideicommiſſum non tranſire, niſi ad
vocatos, qui id rectè probant, & eſt indubi-
tatum. Ex hoc inferendo, rem iudicatam
fundatam in vocatione nõ tranſire ad filias
Ioannis non vocatos.

Nec opponatur, imò bona fideicommiſſi
tranſire poſſe ad hæredes grauati cum one-
re reſtituendi, quia, quicquid ſit in primo
grauato, & primo fideicommiſſario, in ſe-
cundo certum eſt ipſo iure fieri reſtitutionẽ,
vt alias probaui, & ideò non tranſire bona
ad hæredes grauati ad effectum reſtituendi.
8 Nec † aduerſantur *l. fin. § ſin autem ſub condi-*
tione verſ. ſin autem auarsita. C. com. de leg.
Ceph. conſ. 393. nu. 30. in 3. & Pereg. de fidei-
commiſſ. artic. 40. nu. 7. qui ex aduerſo alle-
gantur; quia hæc procedunt pendente con-
ditione fideicommiſſi; grauatus enim poteſt
alienare, & in emptorem tranſmittit bona

aliena.

alienata, licet reuocabiliter, ſed idem grauatus bona, ad quæ alijs ſunt vocati poſt eius mortem, non poteſt poſt mortem tranſmittere, hæc enim eſſet tranſmiſſio contraria voluntati teſtatoris, & diſpoſitioni legis, quæ non vult, vt quis de bonis diſponat tempore, quo in illis amplius ius non habet, & præcipuè id procedit in caſu, in quo non eſt locus deductioni, & non eſt opus reſtitutione, vt in ſecundo fideicommiſſario. Ita non ſolum bona non poſſunt tranſire in hæredes grauati ad præiuditium fideicommiſſariorum, ſed abſolutè non poſſunt tranſire, nec opus eſt, vt tranſeant, quia hæredes ſunt à teſtatore excluſi, & quia ſumus in ſecundo fideicõmiſſario, & ſi in eos, qui emerunt à grauatis iure tranſeunt bona, ſed reuocabiliter ab illis.ſ. qui ad fideicommiſſum vocati sũt, vt tenet Excellentiſs. D. Aduocatus aduerſariarum, ergo iure bona alienata tranſitum fecerunt in principales noſtros, à quibus nõ conuenit, quod auocentur, niſi per eos, qui in teſtamento ſunt vocati, & non a perſonis non vocatis, & ſi dicitur, actrices non ſunt ex vocatis, ſed repræſentant Ioannem vocatum, qui etiam obtinuit rem iudicatam ſuper reuocatione. Reſpondetur non repræſentare in bonis, quæ ad eas tranſire non poſſunt ex anteà ſcriptis.

Et ſi opponeretur, iſtud eſse dare de iure tertij, replicarem, hoc non eſse dare de iure tertij, ſed de non iure aduerſariarum; Et ſi eſset opponere de iure tertij, id liceret, quia eſt excluſiuum iuris agentis, vt alia informatione prob. ui.

9 Nec aduerſatur, hoc eſse ius excluſiuum intentionis aduerſariarum cõcurrente conſenſu fideicom iſſariorum ex ſcriptis à *Pereg. de fideicommiſſ. artic. 2. num. 63. & conſ. 49. nu 6. & 4.* & ideò non poſse opponi, niſi volente tertio ad doctrinam *Bar. in l. 2. col. 2. ff. de except. rei iud. Soc. in l. 1. §. ſed & quoties ſub nu 5. verſ. ex quibus ff ad Trebel. Soc. iun. conſ. 71. nu. 6. in 2.*

10 Si quidẽ pluribus modis reſpondetur Primo doctrinam illam *Bar.* procedere, quando aliquis habet ius in re, puta vtile dominium, quo priuatur volente domino, eo non volente non priuatur, ſi contrà habentem vtile dominium opponitur de caducitate, vt excludatur ab vtili dominio non auditur opponens, niſi oſtendat, dominum directum declaraſſe caducitatem ab vtili dominio, ita procedere *Bar.* doctrinam oſtendunt *tex.* ab eo allegati, & declarat *Theſaur. in allegata* *deciſ. 4. col. pen. verſ. (ad contraria)* Sed quando quis non habet ius in re ob exiſtentiam alterius, poteſt opponi de iure tertij etiam ſine conſenſu illius tertij, quia hoc magis eſt allegare defectum iuris Aduerſarij, quam allegare ius tertij, & in his terminis non procedere doctrinam *Bar.* declarat *Theſaur. d. deciſ. 4.* allegando ita deciſum fuiſe, & hi ſunt termini noſtri, quia aduerſariæ non priuantur iure ſuo à fideicommiſſarijs, vt emphiteuta priuatur vtili dominio ex declaratione caducitatis facta à directo domino, ſed ob exiſtentiam fideicommiſſariorum nullum ius habent: Imò, etiam ſi non extarent fideicommiſſarij nullum ius haberent in bonis vi rei iudicatæ, quæ eſt fundata in fideicommiſſo, quod in teſtamento legebatur ad fauorem Ioannis, quod fideicõmiſſum (fundamentum rei iudicatæ) non tranſit ad filias Ioannis, vt ex eodem teſtamento conſtat, & hoc puto maximè obſeruandum eſſe.

11 Eadem reſponſio confirmatur doctrina *Bal. in l. cum ſeruum C. de ſer. fugit. ſub nu. 6. verſ. (interdum ex materia)* ita diſtinguentis; Aut ius tertij poſitum in eſſe excludit intentionem actoris a veritate eſſe, & tunc poteſt opponi, aut non excludit veritatem cauſæ agentis, nec venit negatiuè, ſed objicitur priuatiuè, & tunc, aut eſt priuatio facta ipſo iure, & cum effectu, & objici poteſt, Aut eſt priuatio facta ipſo iure, ſed non cum effectu, & non poteſt objici *l. 2. ff ſi ag. vectig. & l. his conſequenter §. 1. ff. fam. erciſc.* iſta ergo diſtinctio ad vellit, an non vellit ille tertius, cuius ius opponitur, & an cum effectu ſit ei ius quæſitum, de qua *Bar.* procedit tantum, quando ius tertij objicitur priuatiuè, non quando objicitur, vt excludat intentionem actoris à veritate, at hic objicitur, quod non competit ius Aduerſarijs ob exiſtentiam fideicommiſſariorum, & non quod iure ſuo ſint priuatę, ergo diſtinctio *Bar.* nullum dubium facit.

12 Secũdo pro ſolutione animaduertendum eſſe puto, quandoque ius tertij eſſe excluſiuum iuris agentis ipſo iure, ita tamen ſi tertius vellit, quandoque ius tertij eſſe excluſiuum iuris alterius ipſo iure, etiam ſi tertius non contradicat, & etiam, quod non concurrat voluntas eius, primo caſu non licet opponere de iure tertij, ſed ſecundo caſu licet, ita in verbis loquitur *Bar.* videndum igitur eſſet, an nos verſemur in primo, an in ſecundo caſu; putat *Peregrin.* nos verſari in

ſecundo caſu, ſed fallitur, & id non probat, quia ex eo, quod fideicommiſſarius nõ conſequitur bona fideicommiſſi, niſi agnoſcat fideicommiſſum, non ſequitur, quod non excludatur ipſo iure agentis ius, nam ſecundum principia *Bar.* hæc duo ſtare poſſunt, quod quis effectualiter non conſequatur ius ſuum, niſi eius voluntate concurrente, ſed quod excludat ius agentis, etiam quod voluntas ſua nõ cõcurrat, ex his ſemper ſequitur, obiectum procedere tantum, quando nõ excluditur ius agentis, niſi tertio volente, & nos verſamur in caſu, quo excluditur ius agentis, etiam non concurrente voluntate tertij, licet illud ius non acquiratur effectualiter tertio, niſi eius voluntate concurrente.

Vltimò ceſſat omnis difficultas, quia ſupponitur, mortuo Ioanne fideicommiſſarios mouiſſe iuditium aduerſus poſſeſſores bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, de quo in teſtamento Thomæ, & præſertim contra Illuſtriſſimum D. Co. Alphonſum, ita conſtat de voluntate, quam deſiderat *Pereg.* vt intret oppoſitio tertij, & licet poſtea à iudicio ceſſauerint tranſigẽdo cum aduerſarijs, non depoſuerunt voluntatem conſequendi bona, ſed eam retinuerunt conueniendo, vt finita lite pars bonorum illis aſſignaretur; Imò ſi noluiſſent aliquid ex fideicommiſſo,
13 opus non erat tranſigere, & etiam, quod poſtea voluiſſent pænitere, cum iam extinctum eſſet ius hæredum Ioannis, non proficeret talis pænitentia dictis hæredibus, ſed potius poſſeſſoribus bonorum, quibus eſſet iam acquiſitum ius dicẽdi de iure tertij; non enim poſſunt fideicõmiſſarij mutare voluntatem ad commodum hæredũ, & ad præiuditium poſſeſſorum bonorũ, quia alteri per alterum non eſt inferenda iniqua conditio *iuribus vulg.* & conferunt ſcripta ab *Aymon. conſ. 74. n. 2. dubio.*

14 Et ſi volumus hos fideicommiſſarios remouere à fideicommiſſo, adhuc pro poſſeſſoribus intrat alia ratio, quod res iudicata, quam Ioannes obtinuit nondum impleta, & executa per obitum Ioannis non relictis alijs fideicommiſsarijs, qui vellint fideicommiſsũ agnoſcere deuenit ad caſum, à quo incipere non poſſet; deficientibus .ſ. fideicommiſsarijs, & ita deficiente cauſa finali rei iudicatæ, & ita vitiabitur ipſa res iudicata *l. pluribus §. & ſi placeat, & ibi Bar. ff. de verb. obligat. Salic. in l. ſi Gaudentius ad fin. C. de contrahend. empt. Aret. & alij in §. ex contrario Inſt. de legat.* & dixi in alia mea informatione.

Sed omnia hæc ex abundanti dicta ſunt, quia in his cõſiſtit veritas; per obitum Ioannis extinctum eſse ius, ſuper quo fundabatur res iudicata, & ideò in eo nõ eſse locum tranſmiſſioni, & hæredes non repræſentare perſonam defuncti, & principales noſtros poſse dare de iure tertij ſecundum principi. *Bar. in d. l. 2. ff. de except. rei iud.* etiam quod vltimi fideicommiſſarij non conſenſiſsent, qui tamen conſenſerunt. *an. 1617. Auguſti*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Plura ad materiam *auth. res quæ C. commun. de legat.*

SVMMARIVM.

1 D*iſpoſitio* auth. res, quæ C. com. de legat. *habet locum in fideicommiſſis.*

Et in bonis primogenituræ ſubiectis ex communi nu. 4.

Quia rationes quæ conſiderantur in fideicommiſſo vigent etiam in Primogenitura n. 5.

Et ideò tenet argumentum de fideicommiſſo ad Primogenituram nu. 6.

Quamuis aliqui contrarium teneant num. 1.

Proceditq; d. auth. *ad fauorem dotis recepta etiam poſt conſtitutam Primogenituram ſecundum communem, magis communem, & veriorem opinionem nu. 16.*

Nonnulli tamen contrarium tenent num. 11.

Quæ autem ſit differentia inter dotem datam ante, vel poſt fideicommiſſum in materia d. authenticæ *num. 21.*

Procedit etiam d. auth. *in conſtituenda dote neptibus natis, & conceptis poſt mortem teſtatoris nu. 17.*

Et militat eius diſpoſitio, quamuis tẽpore dotis traditæ adfuiſſent bona libera, quæ non extarent tempore eiuſdẽ reſtituendæ n. 22.

Hoc tamen limitatur tribus modis nu. 23.

Sed limitationes impugnantur nu. 24.

Procedit autem d. auth. *ſolum in bonis eius, qui eſt obligatus ad dotem nu. 13.*

Nunquid verò locum habeat, quando teſtator prohibuit alienationem pro dote num. 25. & ſeqq.

Negatiua opinio eſt magis communis num. 39.

Et qui tenent affirmatiuã eam limitant, quando alia extant bona vinculata num. 41.

Non habet tamen locum prædicta auth. *in bonis particulari fideicommiſſo ſubiectis num. 40.*

num. 40.& ſeqq.

Remedium eiuſdem auth. *fundatum eſt in præſumpta voluntate teſtatoris nu.26.*

3 *Maioratus publicum commodum concernunt.*

Non præiudicant doti, ſicuti nec legitimæ, nec alimentis nu.7.

8 *Reſpondetur rationi* Molin. de primog. Hiſpan. lib.4.c.6.nu.21.

9 *In dote verſatur publica vtilitas principaliter, ſaltem quoad priuilegium generale, de quo in* l.1.ff ſolut.matrim.

10 *Iudex non debet recedere ab opinione cõmuni.*

12 *Imputandum eſt ei, qui contraxit cum aliquo, nec explorauit eius conditionem ex* l. qui cum alio ff.de reg.iur.

Regula huius tex. *non procedit in muliere nu.18.*

14 *Pater non eſt obligatus recipere dotem filij ſui nubentis, & obligare bona ſua.*

Præſertim, quando filius habet bona, quæ obligare poteſt nu.44.

Poteſt tamen, ſi vult obligare, & quando contrariũ non dicit præſumitur id velle nu.19.

Cum parentes optent filios ducere vxorem, & perpetuare familiam nu.20.

Contrarium, quod pater teneatur obligare bona ſua pro reſtitutione dotis tradita filio, & poſſit compelli officio Iudicis nu.35.

Quamuis aliàs non teneatur ad debitum filij num.33.

25 *Ius quæſitum alicui ſine facto ſuo auferri non poteſt.*

24 *Mulier pro reſtitutione dotis poteſt agere contra tertios poſſeſſores bonorum liberorum, vel petere bona fideicommiſſo ſubiecta.*

27 *In claris non eſt opus coniecturis, & non datur quæſtio voluntatis, & nu 29.*

Et non eſt locus præſumptioni, quando conſtat de veritate nu.28.

Inductumq; à lege ex tacita hominis voluntate ceſſat, quando conſtat de eius mente in contrarium nu.30.

32 *Teſtator poteſt legem, quam vult bonis ſuis imponere.*

Et voluntatem eius ſeruare publicè intereſt nu 34.

Non tamen poteſt facere, quin in ſuo teſtamento leges locum habeant num.36.

Fallit, quando lex inducit aliquid ex tacita ipſius mente nu.31.

Nec poteſt teſtator prohibere, ne ex fideicommiſſo ſua debita deducantur nu.37.

Neq; poteſt lædere publicam vtilitatem n. 38.

42 *In quæſtionibus valdè controuerſis adhærendum eſt Doctoribus diſtinguentibus.*

RESPONSVM XLV.

Auſpice Christo.

Illuſtriſ. D. Thobias Pallauicinus Ianuenſis in ſuo, cũ quo deceſſit teſtamento in quibuſdam bonis ſtabilibus conſtituit amplam primogenituram continẽtem plures gradus cum ſtrictiſſima prohibitione alienationis prægnantibus verbis concepta, poſt quod teſtamentum, & poſt mortem d. Thobiæ teſtatoris Illuſtriſ. D. Frabritius eius filius, ad quem bona primogenituræ peruenerũt, matrimoniũ cõtraxit cum Illuſt. D. Caſſandra Grimalda, recepta dote ſcutorum quadraginta octo millium, quæ Caſſandra perueniẽs ad mortem, inſtituit Illuſtriſ. Claram Mariam ipſius d. Fabritij communẽ filiam, quæ Clara Maria cum poſt mortem matris nuberet Illuſtriſ. Ioanni Vincentio Lomelino ei pro, dote conſignauit de hæreditatem maternam conſiſtentem in d. dote quadraginta octo millium, cumq; adhuc exigenda ſit non modica ſumma d. dotis, ſeù hæreditatis, & non reperiantur bona libera ad id ſufficientia, quæritur, vt reſpondeatur ſecundum veritatem, an pro exactione, & reſtitutione d. dotis bona ſubiecta primogenituræ alienari poſſint, etiam præ oculis habitis ſtatutis Ianuenſibus de hoc diſponentibus.

Cuius dubitationis reſolutio pendet à quibuſdam articulis apud maiores noſtros valdè controuerſis.

1 Quorum primus eſt An *auth. res quæ C. com. de legat.* quæ diſponit, vt fauore dotis bona fideicommiſſi, quando alia non extant, poſſint alienari, etiam procedat in bonis primogenituræ ſubiectis: In quo articulo breuiter reſpondeo quod licet *Lud. Molina de Hiſpanorum primogen. lib.4.c.6.n.20.& 21.* poſt nonnullos Doctores Hiſpanos putet diſpoſitionem *d. authentica* non adaptari ad

2 maioratus, ſeù primogenituras, ea † potiſſima ratione motus, quod *auth.* procedit in fideicommiſſis concernentibus priuatum commodum, vt colligitur ex illis verbis *ea enim, quæ communiter omnibus proſunt his, quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt præponuntur,* & † maioratus non priuatum ſolum,

3 ſed publicum commodum concernunt, vt per eundem *Molin. eod. tract. lib. 1. c. 18. n. 1.*

ideo ad eos non accommodatur *auth.* loquēs
de fideicommiſſo præſcferēte commodum
priuatum.

4 Tamen omnes alij *Doct.* communiter te-
nent etiam in primogenituris ſeruari *d. au-
thenticam Io. Lup. ad Rub. de donat. inter vir.
& vxor. §. 16. n. 1. Roderic. Suareζ. in l. quoniā
in prioribus in 2. limit. ad l. regiam num. 11.
Ant. Gomeζ. ad l. 40. Tauri nu. 86. Padila ad
auth. res quæ nu. 53. & Couar. lib. 3. reſolut. c.
6. n. 10.* qui accommodat *d. auth.* promiſcue
ad fideicommiſſa, & maioratus, quos omnes
allegat idem *Molina d. c. 6. lib. 4. nu. 17.* &
teſtatur eſſe crebriorem opinionem, quibus
addi etiam poſſunt *Oldrad. conſ. 95. nu. 7.* qui
in ſimili caſu id ſenſit *Opiζon. in repet. §. Diui
l. filius familias ff. de leg. 1. num. 140. Tira-
quel. de iure primogen q. 61. num. 2. Paheζ.
in tract. Maiorat. parte 4. q. 1. limit. 2. Put.
conſ. 87. nu. 8. & 9. Petra de fideicommiſ. q. 8.
nu. 500. Menoch. præſumpt. 189. n. 175. in 4.*
qui hanc opinionem pluribus rationibus cō-
5 firmat, præſertim, † quod rationes conſide-
ratæ à Iuſtiniano in fideicōmiſſo in *§. ſanci-
mus in Auth. de reſt. & ea quæ parit. in unde-
cim. menſ.* etiam procedunt in primogeni-
6 tura, imò † etiam eſſe primogenituram ſi-
milem fideicommiſſo, & ab eo ad eam duci
poſſe argumentum, quando adeſt eadem ra-
tio, & fatetur idem *Molin. d. tract. de primo-
gen Hiſpan. lib. 1. c. 1. n. 7.* ex ſententia multo-
rum, eſſe maioratus in pluribus ſimiles fidei-
7 commiſſis; Addit † *Menoch.* argumentum à
legitima ad dotem, quod quemadmodum
maioratus non præiudicant legitimæ, ita nō
præiudicabunt doti, & quemadmodum etiā
non præiudicant alimentis, ita nec doti, vt la-
tè ipſe comprobat, & ſubdit rationibus con-
trarijs *Molina* facile reſponderi poſſe: Præ-
8 ſertim † rationi, quæ eſt apud *Molin.* præci-
pua, quod cōſeruatio maioratuum præſefert
publicam vtilitatem ſubſiſtere non videtur,
quia vtilitas, quæ verſatur in maioratibus nō
eſt principaliter publica, ſed priuata, & ſecū-
9 dario, atq; in conſequentiam publica, ſed in
dote vtilitas eſt principaliter publica, ſaltem
quoad priuilegium generale dotis, de quo in
l. 1. ff. ſolut. matrim. vt eius cauſa ſemper, &
vbiq; præcipua ſit, vt defendendo *Bart.* egre-
giè declarat *Socin. iun. in d. l. 1. nu. 2. & ſeq. ff.
ſolut. matrim.* Tandem quicquid ſit de ratio-
nibus, contra *Molinam* extat communis opi-
10 nio, à qua, cum non deceat, vt iudices re-
cedant *c. ne innitaris, & ibi DD. de conſtit.*
ego conſultus, vt ſcribam pro veritate, ac
ſi eſſem iudex neceſſe eſt, vt concludam, pri-
mogenituram cedere fauori dotis, quem-
admodum cedit fideicommiſſum.

Articulus ſecundus eſt, ſuppoſito, quod
etiam primogenitura cedat doti per *d. au-
th. res quæ*, an etiam procedat, quando (vt in
caſu propoſito) agitur de reſtituenda dote
recepta poſt cōſtitutionem primogenituræ,
& poſt mortem teſtatoris, in quo eſt maior
11 dubitatio, quam in præcedenti, nam † multi
tenent, quod cùm teſtator conſtituerit pri-
mogenituram, vel fideicommiſſum tempo-
re, quo non erat obligatus ad dotem, potior
videatur cauſa fideicommiſſi, vel primoge-
nituræ, & ſatis eſſe, quod, quando dos data
fuit, bona fuerint ita vinculata, vt obligari
12 non poſſent, quaſi † quod imputandum ſit
mulieri, quare, quando dotem dedit marito,
non explorauerit eius conditionem ad *l. qui
cum alio ff. de reg. iur.*

13 Nec † diſpoſitio *d. auth.* practicatur, niſi in
bonis eius, qui eſt obligatus ad dotem, vt ſen-
14 tiunt poſt *Bart. omnes in d. auth.* at † pater nō
eſt obligatus recipere dotem filij ſui nuptias
contrahētis, & ad eius reſtitutionē obligare
bona ſua *Bar. poſt Din. in l. ſi cum dotē in matr.
ſgrediamur ff. ſolut. mat.* ergo pro reſtitutio-
ne dotis non poterunt alienari bona vincu-
lata, vt diſponit *d. authentica* præcipuè, quia
vltra legitimam pater poteſt de alijs bonis
ad libitum diſponere, vnde filius non poterit
in illis prętendere aliquod ius pro reſtitutio-
ne dotis. Si enim ad hunc caſum accōmoda-
retur *d. auth.* facilè poſſent grauati eludere
diſpoſitionē teſtantis recipiendo dotem im-
menſam excedentem vires ſui patrimonij.
15 Et † facta primogenitura iam ſaltem in ſpe
eſt ius quæſitum vocatis, quod non conuenit,
vt ſine facto ſuo illis auferratur *ad not. in l. 1.
C. de pact.*

Et ſi aliter diceremus non eſſet differen-
tia inter caſum, quo ante grauamen eſt data
dos, ad quam reſtituendam pater grauans
tenetur, & caſum, quo data eſſet iam grauā-
te defuncto, quod eſſet inconueniens, cum
inter hos caſus adſit manifeſta ratio diuerſi-
tatis, his, & alijs rationibus moti ſequuntur
hanc opinionem multi relati à *Graſ. de ſuc-
ceſ. §. fideicommiſſum q. 57. ſub num. 4. verſ.
(contrariam) Pereg. de fideicommiſ. artic. 42.
nu. 81. Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. q. 73. num.
341. Menoch. conſ. 331. n. 1. in 2. & præſum-
pt. 190. n. 16 in 4. Sfortia Oddus de fideicom-
miſſ. q. 44. artic. 1. & 2. & Marζar. in epi-
tom. fideicommiſſ. q. 48. nu. 73.* dicens, hanc
opi-

Digitized by Google

opinionem fuiſſe canonizatam Florentiæ.

16 Verum non obſtantibus authoritatibus, & rationibus, quæ pro hac opinione adducuntur, communis, magis communis, & verior eſt opinio eorum, qui opinantur *auth. res quæ* procedere etiam in reſtituenda dote recepta poſt fideicommiſſum, ſeu primogenituram, & poſt mortem teſtatoris, quæ fuit opinio *Anan. conſ. 61. Albæ conſ. 563. num. 3. Dec. conſ. 519. num. 2. & 3. Bellon. conſ. 85. num. 5. Menoch. conſ. 33. in v. Eugen. conſ. 54. num. 3. & alij plures, quos citat Menoch. in d. conſ. 33. & in lib. 2. de arbitr. iudic. caſ. 182. nu. 69. Petra de fideicommiſſ. q. 8. nu. 349.* & ferè *omnes antiqui Doct. gloſ. Cyn. Odof. Fab. Bart. & alij*, quos cumulat *Sfort. Odd. de fideicommiſſ. q. 44. d. artic. 2. n. 26.* & dicitur cõis, magis communis, & verior opinio, pro qua extat authoritas *Rotæ deciſ. 37. nu. 4. parte 1. diuerſ. & apud Seraphin. deciſ. 678. nu. 5.*

Quam opinionẽ probat apertiſſimè *tex. in Auth. de reſt. & ea quæ parit. circa princ. in §. aduerunt*, qui fauore dotis permittit alienationem, & obligationem bonorum fideicõmiſſi, ex quo ſumpta eſt illa *auth. res quæ*; & non eſt dubitandum, quin etiam habeat locum in reſtitutione dotis, quia narrando cauſam legis narrat eam factam fuiſſe ob querelas mulierum non valentium ob reſtitutionem fideicommiſſi poſt mortem viri ſuas dotes exigere, & etiam procedit *tex.* quando dotes eſſent datę poſt fideicommiſſum, quia narrat, quod mulieres ingemiſcebant, quod ſi ipſæ prius deceſſiſſent maritus lucrum haberet dotis ſecundum pactum; quia verò vir mortuus eſt ſe ignorante reſtitutionem, amiſſionis periculum ſuſtinere; quæ verba conſiderantia in muliere ignorantiam fidecommiſſi ſupponunt eius exiſtentiam, cum non propriè ignorari dicatur id, quod non extat.

Hocq; manifeſtè colligitur ex ratione in ipſa conſtitutione expreſſa, quæ talis eſt *ea enim, quæ communiter omnibus proſunt his, quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt præponimus*, quæ ratio, cum habeat locum etiam in reſtitutione dotis etiam datæ poſt fideicommiſſum, vt cum ea nouum contrahatur matrimonium ex rationis identitate etiam ad hunc caſum trahetur ipſius legis diſpoſitio *iuribus vulg.*

17 His accedat, quod ſi pro conſtituenda dote, in qua agitur de lucro capiando, & de acquirendo licet alienare bona vinculata, etiam quod cauſa conſtitutionis prorſus veniat poſt mortem teſtatoris, vt contingit, quandò dotandæ ſunt deſcendentes natæ, & conceptæ poſt mortẽ teſtatoris *Petra de fideicom. d. q. 8. n. 400. Menoch. d. præſump. 189. nu. 18. & 19. in 4. Pereg. de fideicommiſſ. art. 42. nu. 37. Sfortia Odd. de fideicommiſſ. q. 40. art. 3. nu. 41.* magis licet pro ea reſtituenda.

Neq; obſtant ea, quę contra adducuntur, quia ad primum reſpondetur, quod non tenebatur mulier perquirere conditionem mariti, & an extaret fideicommiſſum, vel primogenitura, cum ſciret ius ſuum taliuum

18 eſſe, & regula *l. qui cum alio* non procedit in muliere *Cagnol. in d. l. qui cum alio num. 28.* quem poſt *Curtium. & Io. Crot.* ſequitur *Menoch. d. præſumpt. 190. nu. 24. in 4. Pereg. de fideicomm. art. 42. ſub nu. 16.*

Ad ſecundum autem reſpondetur, dato,

19 quod pater non teneatur obligare bona ſua pro reſtitutione dotis nurus ſuæ, poteſt tamen, ſi vult ea obligare, & quando contrarium non dicit, præſumitur id velle, quia ſi viueret, & filius duceret vxorem credendũ, quod ita faceret ob votum, & deſiderium parentum; vt filij ducant vxores, & familiã perpetuare poſſint, quod votum parentum potiſſimum conſideratur in diſpoſitione *d. auth. res quæ l. mulier §. cum proponeretur, & ibi Paul. & alij ff. ad S.C. Trebel.* Imo, cum à communiter accidentibus fiant fideicommiſſa, & primogenituræ pro conſeruatione familiarum, quæ potiſſimum conſeruantur ex propagatione deſcendentium, eſt credendum, votum teſtatoris fuiſſe, vt filius vxorem duceret, & proinde velle, vt bona ſua ſint obnoxia reſtitutioni, vt filius facilius vxorẽ inuenire poſſet; id enim, quod eſt conforme voluntati teſtatoris non poteſt dici ad euerſionem eius voluntatis, vt dicitur in d. §. *cum proponeretur*. Eodem modo reſpondetur ad id, quod dicitur, vltra legitimam patrem poſſe grauare filios, quia non negatur poteſtas, ſed voluntas.

Non obſtat, quod facile poſſent eludi fideicommiſſa, quia cum fiat id, quod eſt ex veriſimili mente teſtantis, imò, quod tendit ad finem, quem teſtator præ oculis habuit, non poteſt dici eludi eius voluntas, alio modo reſpondet *Cum. iun. conſ. 59. nu. 7. in fine*, & alio, *Menoch. d. præſumpt. 190. nu. 21. & 22.*

Nec præiudicatur iuri competenti alicui quia ius competit, dummodo nõ ſit recepta dos, de cuius reſtitutione tractetur, hoc .n. quod eſt ex voto teſtantis, quemadmodum

S 3 non

non eſt ad euerſionem eius voluntatis *d.§.cũ*
proponeretur, nec eſt ad preiuditium alicuius
iuris in ſpe competentis, & hoc eſt id, quod
ſentit *Oddus de fideicommiſſ. q. 44. artic. 2.*
ſub num. 42. dum ait, ius in ſpe non im-
pedire alienationem *l. fin. §. ſin autem C. com.*
de leg.

21 Tandem non obſtat, quod non eſſet dif-
ferentia inter caſum, quo eſſet data dos an-
te primogenituram, vel poſt: quia imò dif-
ferentia eſt, nam dos recepta ante vinculũ
vti debita merò iure non continetur in vin-
culo, quemadmodum, & aliud æs alienum;
ea verò, quæ poſt vinculum recepta eſt, de-
ducitur ex vinculo non mero iure, ſed ex
priuilegio dotis, & veriſimili voluntate te-
ſtantis, & ita poſt *Rol. conſ. 85. num. 36. in 1.*
reſpondet, & optimè *Menoch. d. præſumpt.*
190. ſub nu. 19.

Hæc igitur opinio fauens doti, quę eſt ſe-
cundum intentionem D. Lomelini vti com-
22 munis, & vera tenenda videtur, quæ † pro-
cedit, etiam quod tempore dotis datæ ex-
titiſſet bona libera, (vt in caſu noſtro exti-
tiſſe colligi videtur ex inſtrumento dotali)
quæ poſtea non extarent tempore dotis re-
ſtituendæ *Bec. conſ.* 54. qui latè inſiſtit *Bur-*
ſat. conſ. 174. nu. 31. qui de communi teſta-
tur *Petra d. q. 8. num. 457. Pereg. d. artic. 42.*
23 *n. 13. & alij plur. ab his allegati.* Sunt † tamen
huius opinionis tres limitationes apud *Me-*
noch. d. præſumpt. 190. Prima, quando bona
libera ſunt apud tertios poſſeſſores, con-
tra quos cum mulier poſſit agere non vti-
tur remedio *d. auth. res quæ,* quod eſt ſubſi-
diarum, Secunda, quando mulier tempore
dotis datæ ſciebat extare vinculum primo-
genituræ, Tertia, quãdo culpa adſcribi poſ-
ſet mulieri, ſi non exegit dotem, quando co-
gnouit maritùm diſsipare facultates, in caſi-
bus harum limitationum non poſſent bona
primogenituræ alienari pro reſtitutione
dotis.

24 Has tamen limitationes parum ſecuras
arbitror, nam quantum ad primam, etiam
quod mulier habeat actionem ad bona alie-
nata, eſt tamen in arbitrio ſuo, vel agere
contra bonorum poſſeſsores, vel petere bo-
na vinculata, cum & hæc habeat hypoteca-
ta, quod fortè poterit ei eſse vtilius, quia
plus cautionis eſt in rem, quam in perſonam
l. plus cautionis ff. de reg. iur. & ita poſt *Caſt.*
Anan. Curt. iun. Eugen. Dec. & Peregrin. tenet
Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. q. 73. num. 383.
Aliæ duę limitationes difficulter in facto ve-
rificari poſſent, & in iure periculoſæ eſsent,
vt apud *Eugen. conſ. 54. num. 6. & ſeq.* Quare
in hoc articulo putarem reſoluendum eſſe
in fauorem dotis.

Reſtat vltimus articulus cæteris longè
magis dubius, & à quo pendet reſolutio hu-
ius conſultationis, quia teſtator pro conſer-
uatione primogenituræ non ſolum verbis
ampliſſimis prohibuit alienationem ex qua-
uis cauſa, etiam neceſſaria, aut ab extrema
neceſſitate proueniente, ſed, & additur, *etiã*
ſi eſſet cauſa dotis conſtituta, cõſtituenda, vel
reſtituenda, ex quibus verbis conſtat teſta-
torem voluiſſe derogare *d. authentica*, dubi-
tatur igitur nunquid ſtante tali prohibitio-
ne, liceat dotẽ deducere ex primogenitura.

25 In qua dubitatione hinc inde extãt opi-
niones, quæ veriores, communes, & magis
communes dicuntur, quarum authores ci-
tantur pleniſſimè à *MarZar. d. q. 48. in epi-*
tom. fideicommiſſ. Bero. q. 110. Graſſ. in d. §. fi-
deicõmiſſum q. 57. Menoch. d. præſumpt. 189.
nu. 116. in 4. Petra de fideicommiſſ. d. q. 8. nu.
432. *Pereg. de fideicommiſſ. art. 42. nu. 6. Sfor-*
tia Oddus de fideicommiſſ. q. 45. art. 5. & 6. &
pleniſſimè *Burſat. conſ. 179. in 2. & Surd.* qui
nihil intactum reliquit *in deciſ. 62.* Multi ſe-
quendo *Alex. in conſ. 56. in 1.* opinantur in
hoc caſu ceſſare remediũ *d. authentica*, moti
26 præcipuè eo, quod cõceditur reſtitutio do-
tis ex bonis vinculatis, quia veriſimile eſt,
tale etiam fuiſſe votum, & deſiderium teſta-
toris *l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebel.*
quod votum ceſſat, cũ ipſe teſtator expreſ-
sè diſponit, vt bona non alienentur pro cõ-
27 ſtitutione, vel reſtitutione dotis; ſi † quidem
in claris opus non eſt coniecturis *l. cõtinuus*
28 *§. cum ita ff. de verb. oblig.* nec † locus eſt præ-
ſumptioni, quãdo conſtat de veritate *l. cum*
29 *de indebito ff. de probat.* & † quãdo verba ſunt
clara, non datur quæſtio voluntatis *l. ille aut*
30 *ille § cum in verbis ff. de leg. 3.* quoties † enim
lex aliquid inducit ſequendo tacitam volun
tatem hominis, ſi apparet de eius contraria
mente, ceſſat diſpoſitio ipſius legis, quia ex-
preſſum facit ceſſare tacitum *Bal. in l. in mul*
31 *tis nu. 4. ff. de ſtat. hom.* & † non intrat regula
l. nemo poteſt ff. de leg. 1. Zanch. ad §. cum ita
par. 8. ſub nu. 278. De poteſtate etiam teſta-
toris non videtur dubitandum, quippe qui
32 poteſt bonis ſuis, quam vult legem impo-
nere *l. in traditionibus C. de pact.* quemadmo-
dum enim poterat bona, excepta legitima
filij, relinquere extraneo, quo caſu mulier
non poſſet ad ea agere pro reſtitutione do-

tis

tis datæ poſt mortem ipſius teſtatoris, ita po-
teſt ea relinquere filio cum grauamine, vt nõ
ſint obnoxia doti, præſertim reſtituendæ, ad
quod facit optimè *tex.* antea citatus *in Auth.*
33 *vt lic. mat. & auia in princ.* maximè, † quia
hoc eſt totum debitum filij, ad quod pater nõ
tenetur *in. C. ne patr. pro filio.* Et hæc opinio
fauet conſeruationi voluntatis teſtatoris, quã;
34 ſeruare publicè intereſt *l. vel negare ff. quem.
teſt. aper.*
Alij multi ſunt, qui ſequendo *Paul. in conſ.*
80. *in* 1. tenent, non obſtante prohibitione
ſpecifica teſtatoris, adhuc eſſe locum diſpo-
ſitioni *d. authentica* moti prius, quia præſu-
mitur, patrem deſiderantem nuptias filij, vel-
le filium facere id, quod ſi ipſe vixiſſet feciſ-
ſet *l. cum ſeruus* §. *nam & ſi viuus ff. de cond.
& demonſtrat.* ſed ſi pater vixiſſet, quando fi-
lius ſecundum deſiderium ſuum vxorem du-
xit, bona ſua obligaſſet pro reſtitutione do-
35 tis, & † ad id compelli potuiſſet ex officio iu-
dicis, ad *not. in d. l. ſi cum dotem* §. *trãſgrediа-
mur ff. ſolut. matrim.* ergo vtcunque fecerit
hanc ſpecialem prohibitionem deficientibus
alijs bonis, credendum eſt, velle filium obli-
gare bona primogeuituræ, quemadmodum
ipſe viuus obligaſſet.
Hinc deducitur, & ſecunda ratio, quod cùm
teneatur pater obligare bona pro reſtitutione
dotis, tale onus dicitur annexum bonis, etiam
quod ad alios poſſeſſores tranſeant, quo one-
re non poterit pater teſtator liberare bona
36 ſua, quia † nemo poteſt facere, quin in ſuo
teſtamento leges locum habeant *d. l. nemo po-
teſt ff. de leg.* 1. *l. quidam decedens ff. de admi-
37 niſt. tut.* hoc † enim cenſetur certo modo de-
bitum teſtatoris, quod non poteſt ipſe veta-
re, quin ex bonis ſuis ſoluatur, & ex primo-
genitura deducatur, quemadmodum etiam
contingit in fideicõmiſſo *l. Papinianus* §. *quar-
ta ff. de inoſ. teſt.*
Addatur, quod diſpoſitio *d. auth. res quæ* eſt
fundata in publica vtilitate, & hoc reſpectu
vti fauorabilis poterit extendi etiam ad ca-
ſum, quo ſit expreſsè prohibita alienatio ex
38 cauſa dotis, & † quia non poteſt teſtator læde-
re publicam vtilitatem *l. ius publicũ ff. de pact.
l. quod de bonis* §. *fin. ff. ad l. falcid. Doct. in au-
th. ſed cum teſtator C. eod. ad l. falcid.* & hæc o-
pinio benignior videtur, quia doti fauet, pro-
pterea quod ſunt, qui dicunt contrariam opi-
nionem nimis duram, & rigoroſam eſſe.
39 In hoc conflictu opinionum, quando in ca-
ſu noſtro non concurrerent circumſtantiæ,
quæ concurrunt, de quibus infra, ſi eſſem iu-
dex, facilè inclinarem in primam opinionẽ
fauentem conſeruationi voluntatis teſtato-
ris, quia attento numero *Doct.* exiſtimo, eſſe
magis communem opinionem, maximè ſi
cum *Doct.* hanc opinionem tenentibus etiam
computentur (vt computandi ſunt) illi, qui
in fortioribus terminis tenent eandem opi-
nionem, quando verbis generalibus eſt fa-
cta prohibitio non facta ſpeciali mentione
dotis, in quam opinionem inclinaſſe videtur
Rota apud Seraphin. deciſ. 447. *ſub num.* 1. &
quamuis dicatur contrarium deciſum fuiſſe
apud *Guid. Pap. deciſ.* 95. tamẽ in eo caſu erat
prohibitio ſimplex generalis, & non ſpecifi-
ca ex cauſa dotis; nec me moueret, quod opi-
nio videretur rigoroſa, quia cum conſeruet
voluntatem teſtatoris videtur opinio beni-
gna, maximè, quia ſemper adſunt portiones,
quæ deducuntur ex primogenitura, quæ poſ-
ſent ſeruire doti, & ſi non ſeruiunt eſt ob cul-
pam grauati, qui bona diſsipauit, cuius culpa
non videtur conueniens, vt noceat voluntati
teſtantis, qui fortè ita ſtrictè prohibuit, vt hę-
redem ſuum, & primogenitũ remoueret à di-
lapidatione.
40 Sed quicquid ſit de controuerſia harum
opinionum, in caſu propoſito conſtat primo-
genituram conſtitutam fuiſse in quibuſdam
bonis particularibus, non in vniuerſitate bo-
norum, quo fit, vt teſtator tantum diſpoſue-
rit, ne certa bona poſſint obligari pro dote,
quo caſu non eſt locus diſpoſitioni *d. authen-
tica*, cuius remedium eſt ſubſidiarium, vt ex
veriori opinione tenet *Petra de fideicommiſſ.
q.* 8. *num.* 493. *& ſeq.* tenetq; etiam *Curt. iun.
in d. auth. res quæ n.* 47. & quamuis in *d. auth.*
videantur contrarium tenere *Iaſ. in nona ex-
tenſione, & Ant. Padil. nu.* 108. qui ſequendo
Bal. mouentur, quia ratio *d. authenticę* etiam
procedit in fideicommiſſo particulari, quæ
conſideratio non eſt tuta repugnante natura
diſpoſitionis, quæ eſt ſubſidiaria. Tamen
(quicquid ſit de hac opinione ita ſimpliciter
conſiderata) quando expræſsè eſt prohibita
alienatio ex cauſa dotis, quia etiam quod bo-
na primogenituræ non alienentur, tamen a-
lia extant bona, ex quibus poteſt reſtitui dos;
41 non eſt locus *d. authenticę*, & † aliqui ex *Doct.*
qui putant rigoroſam eſſe opinionem, vt ex-
preſſio cauſæ dotis excludat à remedio *au-
thentica*, cedunt, quando alia extitiſſent bo-
na non vinculata *Graſ. d.* §. *fideicommiſſum.
d. q.* 57. *in fine & Marzar. in epitom. fideicom-
miſ. d. q.* 48. *ſub num.* 72. *verſ. (eſt tamen)* cui,
42 diſtinctioni omnino videtur adhærendum
cùm

Digitized by Google

cum punctus principalis ſit valde controuerſus §. *cum ex aliena materia Inſt. de rer. diuiſ.*
43 *Soc. Iun. con. 39. nu. 78. in 2.* & quamuis *Surd. d. deciſ. 62.* putet hanc eſse diſtinctionem verbalem, vt per eum, tamen bene ipſe loquitur, ſi conſideraretur, an alia eſſent, vel non eſſent bona, quando dos eſt reſtituenda, ſed non eſt vanũ conſiderare hanc diuerſitatem, quando prohibetur alienatio etiam ex cauſa dotis, quia, quando alia non extant bona prohibitio nocet doti contra publicam vtilitatẽ, non æquè quãdo alia extant bona: Hoc enim caſu ceſſant rationes, de quibus ſupra, primò quia bene poteſt dici, quod ſi pater vixiſſet, obligaſſet bona pro reſtitutione dotis, ſed nõ poteſt dici quod obligaſſet omnia bona, quia id non erat neceſſarium ad inclinandũ filium ad nuptias; ſatis eſt, quod eſſent obligata tot bona, quæ ſufficerent pro reſtitutione: Ceſſat, & ſecunda ratio, quia licet teneretur pater obligare bona nõ tamen teneretur obligare omnia bona, & ita debitum neceſſario non eſt anexum omnibus bonis. Et tandem non obſtat, quod matrimonia impedirentur, contra publicam vtilitatem, quæ à priuatis lædi non poteſt, quia non vinculatis omnibus bonis non eſt periculum, vt matrimonia impediatur: Nec releuaret dicere, hæc & alia bona hodiè eſſe alienata; quia agi poterit pro reſtitutione huius dotis aduerſus tertios poſſeſſores, & quamuis ſupra probatum ſit petentem reſtitutionem dotis non cogi agere cõtra tertios poſſeſſores, hoc nõ procedit, quando perſona petens reſtitutionem excluſa eſſet à bonis vinculatis, nec mihi perſuaderi poteſt, tot bona obligata in inſtrumento dotali D. Claræ Mariæ, & alia bona D. Thobiæ non ſuppoſita primogenituræ eſſe adeò conſumpta, vt non reperiantur apud tertios poſſeſſores, & quando etiam eſſent conſumpta, ſi eſſem iudex facilè iudicarem pro conſeruatione voluntatis teſtatoris, bona primogenituræ ſtante ſpecifica prohibitione non poſſe alienari, quia (vt dixi) hæc videtur mihi opinio magis communis.

Et tanto magis eam amplectendam opinor, quod conformis eſt ſtatutis Ianuenſibus, tam antiquis, quam nouis diſponentibus, omninò ſeruandam eſſe teſtatorum voluntatem in prohibitionibus alienationum, & præſertim attendendum eſſet ſtatutum nouum, in quo adſunt illa verba generalia, *ex quauis cauſa quantumuis priuilegiata*, quæ apta ſunt includere etiam dotem, & cõſtat in hoc placere ſtatuentibus derogare iuri, quod excipit dotem: & quamuis ſtatutum nouum excipiat cauſam, pro qua diſponens tenetur, vel de iure obligari debuiſſet, mihi non videtur caſum noſtrum eſſe in terminis huius exceptionis, quia D. Thobias non tenebatur ad reſtitutionem dotis, quam non receperat, nec potuit recipere, cùm iam mortuus eſſet, nec de iure obligari debuiſſet, quia, vt antea dixi, non tenetur pater obligare omnia bona, ſed ſatis eſt, quod obligetur, ita vt non impe-
44 diatur filius vxorem ducere: Et addo quod in inſtrumẽto dotali D. Claræ Mariæ D. Fabritius obligat plura eius bona, vnde cùm filius poſſet cautionem dotis proprijs bonis implere, pater non tenebatur ſe obligare, quia etiam, quod non ſe obliget, non impeditur filius, vel illam, vel aliam ducere vxorem *Alex. in l. ſi cum dotem in d. §. transgrediamur nu. 5. in fine ff ſolut. matrim.* & plenius *ibidem Pet. Barboſ. ſub num. 16. verſ. (neq; obſtat ibi (& ideò melius)).*

Quare, ſi debeo conſulere, ac ſi in hac cauſa eſſem iudex, non poſſum exhibere conſilium pro D. Io. Vincentio, vt deſideratur, non nego tamen, quin pro eo extent authoritates, & rationes vrgentes, quæ magis eſſent præ oculis habendæ, quando primogenituræ eſſeſit ſubiecta ferè omnia bona D. Thobiæ; & alia modica, & leuia bona remanerent. *ann.* 1622.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME

Suppoſita declaratione facta à teſtatore, quæ legitur in initio conſilij, grauatus tenetur reſeruare fideicommiſſario quartã, de qua in *auth. contra cum rogatus C. ad Trebel.* Cui etiam reſtituendum eſt omne id, quod ſuperfuit tempore obitus ipſius grauati, licet quartam excedat.

SVMMARIVM.

1 T*Eſtatoris voluntas ſeruanda eſt.*
2 *Diſpoſitio* auth. contra cum rogatus C. ad Trebel. *non habet locum, quandò teſtator dedit licentiam alienandi ad libitum nu. 15. & 17.*
Vel ſaltem prohibuit alienationem vſq; ad certum tempus, itaut eo elapſo dicatur permiſſa, de quo tamen dubitandum eſt nu. 18.
Quę licentia reſultat etiam ex eo, quod teſtator dicat nolle auferre facultatem alienandi num. 3.

Con-

Contra nu. 6 & ſeqq. & nu. 12.

Dicta auth. *habet locum, quando fideicommiſſo ſubiecta ſunt bona, quæ ſuperuerint tempore mortis grauati num. 4.*

Vel quid ſimile diſpoſitum ſit à teſtatore n. 5.

Quando autem teſtator grauat hæredem ad reſtituendũ quod ſupereſt, eſt ac ſi dicat nollo tibi prohibere alienationem *num. 10. & 13.*

Et, quando dicit nolle auferre grauato facultatem alienãdi, intelligitur velle relinquere fideicõmiſſum ſub diſpoſitione Iuris communis loquentis ac fideicommiſſo facto in bonis, quæ ſuperuerint nu. 7.

9 *Qui declarat nihil noui inducit.*

11 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt nihil operatur.*

18 *Fideicommiſſa auferunt facultatem alienãdi.*

16 *Ille, cui à fideicommittente non auferetur facultas diſponẽdi poteſt de toto fideicommiſſo diſponere, ſed lex contra voluntatem ipſius teſtatoris reſeruat quartam fideicommiſſarijs.*

20 *Vocatus per fideicommiſſum ad bona, quæ ſuperuerint tempore mortis grauati debet habere omnia, quæ tunc extabunt etiam vltra quartam* d. auth. *ex communi & nu. ſeqq.*

Ratio aſſignatur num. 21.

Quamuis contrarium teneant gl. & Odofred. *num. 19.*

Odofred. *tamẽ alibi tenet opinionem communem nu. 25.*

23 *Lex in vno corrigens, in reliquis dicitur conuenire cum Iure communi.*

24 *Pater, qui non contraxerit ſecundas nuptias poteſt alienare res habitas ex primo coniugio, quas tamen non alienauit tenetur integraliter reſeruare filijs primi matrimonij.*

RESPONSVM XLVI.

Auxilium à Domino.

SVppoſito, quod ſubſtitutioni fideicõmiſſariæ reciprocæ factæ inter Illuſtres Dominos Fratres de Butriolis, à teſtatore adiecta ſit huiuſmodi declaratio *Declarans idem Mag. D. teſtator, quod ſubſtitutiones, & fideicommiſſa huiuſmodi non intendit habere effectum, niſi in caſibus, de quibus ipſi hæredes inſtituti, vel ſubſtituti non diſpoſuerint, vel per alienationis, ſeu alienationem ab eis, ſeu ab aliquo eorum factas, vel per teſtamentũ, donationẽ, ſeu aliter quomodocũq; quia eis nunquam, nec alicui eorum intendit auferre facultatem de illis quomodo voluerit diſponẽdi:* Quæritur an ſubſtitutis ſit ſaltem reſeruata quarta, de qua in *Auth. contra cum rogatus C. de Trebel. & in corpore, vnde ſumitur.*

Prima quidem facie videretur dicẽdum, grauatos liberè, de omnibus bonis diſponere poſſe, ita vt fideicommiſſarij id tantũ petere valeant, quod ſupererit, ſi verò nihil ſupererit, vt nihil petere poſſint, conſtare enim videtur ex relatis verbis de hac mente

1 teſtatoris, quæ † propterea ſeruanda erit *iuribus vulg.* & ſi potuit teſtator non ſubſtituere, longè magis potuit ſubſtituere cum declaratione, ex qua reſultet licentia alie-

2 nandi ad libitum, in t. quomodo ſu non eſſe locum quartæ, de qua in *d. auth. contra cũ rogatus* expreſsè tenent *Soc. ſen. conſ. 123. in 3. Ruin conſ. 76. num. 13. conſ. 112. nu. 20 conſ. 120. in fin. in 2. Iaſ. conſ. 232. in 2. Gabr. conſ. 99. nu. 31. in 2. Anchar. Regienſ. q. 12. nu. 5. lib. 1. Menoch. præſumpt. 188. num. 5. Perez de fideicommiſſ. artic. 40. nu. 46. Intrigliol. de ſubſtit. centur. 3 q. 73. num* 14. & hi tres vltimi teſtantur hanc eſſe veriorem, & magis receptam opinionem.

Et quod in propoſito adſit licentia alienandi, præterquam quod ſatis colligi videtur ex eo, quod teſtator declarat nolle fideicommiſſa ſortiri effectum, niſi in bonis, de quibus hæredes non diſpoſuerint, ergo dat

3 licentiam diſponendi: etiam † id colligitur, dum ait, quia eis nunquam intendit auferre facultatẽ de bonis quomodo voluerint diſponendi, ex eo enim, quod dicit, ſe nolle auferre libertatem diſponendi conſtat, è contrario, quod dat licẽtiam alienandi, & diſponendi, ſicut, quando teſtator vſq; ad certam ætatem prohibet alienationem inde colligitur, quod poſt eam ætatem velit dare licentiam alienandi, ex quo fieri videtur, vt poſſit alienari, etiam non reſeruata quarta, de qua in *d. auth.* ſcripſit *Ruin. d. conſ. 76. in 2.*

His tamen non obſtantibus, puto, quartam eſſe fideicommiſſarijs reſtituendam,

4 quorum † intentionem eſſe optimè fundatam arbitror in *d. auth. contra cum rogatus* & in *Amb. in Aut. de reſtitut.* quod ſi fideicommiſſo ſubiecta ſint bona, quæ ſuperuerint tempore mortis grauati, vt ſit reſeruanda quarta fideicommiſſarijs, & ſcribunt *Doct. in d. auth. contra rogatus, & in l. Titius ff. ad Trebel.* In caſu autem propoſito, dum teſtator declarat velle fideicommiſſum ſortiri

tiri effectum in bonis, de quibus hæredes
non diſpoſuerint, ſi repetamus declaratio-
nem in fidei commiſſo, vt oportet, conſtat,
illud factum fuiſſe in bonis, quæ ſupererint,
5 & † præſertim iſtud procedit, quia in *d. §.*
nobis ergò non reſtringit *Iuſtin.* diſpoſitio-
nē ad caſū quo ſub fideicōmiſſo eſſent relı-
cta bona, quæ ſupererint, ſed includit alios
caſus, in quibus teſtatores vſi fuerint alio,
ſed ſimili modo, loquendi ibi *ſi quis enim*
hæc, aut etiam aliquid aliud tale dixerit &c.

6 Nec obſtat, quod poſtea ſubiungat teſta-
tor, nolle auferre facultatem diſponendi,
quaſi quod ex iſtis verbis det hanc licētiam
diſponendi, quia non tenet conſequentiá,
non aufert licentiam, ergo dat; cum non
auferre ſit medium quoddam inter dare, &
auferre, ſicut & non prohibere dicitur me-
dium inter permittere, & prohibere, dum
7 enim dicit teſtator, ſe faciendo fideicom-
miſſum nolle auferre facultatem diſponen-
di, aliud non ſentit, niſi, quod vult relinque-
re fideicommiſſum ſub diſpoſitione iuris
communis loquentis de fideicommiſſo fa-
cto in bonis, quæ ſupererint, & de quibus
non fuerit diſpoſitum, cuius iuris commu-
nis diſpoſitio eſt, vt quarta reſeruetur fi-
deicommiſſario, & ad hoc mirificè confe-
runt, quæ ſcripſit *Dec. in l. 1. in vlt. not. ff. de*
8 *offic. eius.* Et quod hæc vltima verba non
operētur expreſſam permiſſionem alienan-
di, patet, primo ex eo, quod teſtator id di-
cit declarādo fideicommiſſum iam factum,
9 & quæ in eo fuit ſua intentio, qui † autem
declarat nihil noui inducit *l. hæredes palam*
§. ſed ſi notum ff. de teſtament. l. adeò §. cum
quis ff. de acquir. rerum dom. l. aſſe toto ff. de
hæred inſt. cum ſimil. non ergo intendit te-
ſtator de nouo concedere facultatem alie-
nādi, ſed duntaxat declarare fideicommiſ-
ſum non tollere licentiam alienandi con-
10 ceſſam à lege: ſecundo † id colligitur, quia,
vt ait *Odofred. in d. auth. contra cum roga-*
tus ad fin. quando teſtator dicit volo, vt
reſtituas quod ſupereſt, eſt ac ſi dice-
ret nollo prohibere alienationem tibi,
igitur cum in caſu noſtro poſtquam teſta-
tor declarauit velle fideicommiſſum ſorti-
ri effectū in eo, de quo non fuerit diſpoſitū,
poſtea addit, quod non intendit prohibere
alienationem, & diſpoſitionem bonorum
11 exprimit id, quod tacitè ineſt, quæ † expreſ-
ſio cum regulariter nihil operetur *l. 3. ff. de*
leg. 1. l. verba hæc de condit. inſtit. l. non rectè
C. de fideiuſſ. & maximè in propoſito talis
12 expreſſio nihil operatur, quia † etiam quod
tacitè non contineretur, ſed principaliter
exprimeretur, per eam ſentit manifeſtè *O-*
dofred. loco iā citato, quod non impediatur
diſpoſitio *d. auth. contra cum rogatus*: verè
13 enim, quando teſtator declarat, vt ſub fidei-
cōmiſſo veniat id, quod ſupererit, aliud nō
facit, quam declarare ſe nolle auferre illam
14 facultatem alienandi, quam † regulariter
ſolent fideicommiſſa auferre *l. marcellus §.*
res quæ ff. ad Trebel. Auth. res C. com. de leg. in
quo actu non auferendi per fideicommiſ-
ſum facultatem alienandi ſubintrat ius no-
uum reſeruans quartam fideicommiſſario:
15 ſecus † quando teſtator expreſsè concedit
facultatem alienandi, quia tunc intelligi-
tur etiam velle derogare diſpoſitioni *huius*
16 *authentica.* Et † ſi verum eſt id, quod egregiè
ſcripſit *Paul. in d. auth. ſub nu. 2. verſ. (ſecun-*
da differentia) quod ſecundum voluntatem
teſtatoris ille, cui non aufertur facultas di-
ſponendi, poſſit de toto diſponere, ſed quod
lex contra voluntatem ſuam reſeruet quar-
tam fideicommiſſario; vt valeat igitur te-
ſtator impedire hanc reſeruationem non
ſufficiet, quod dicat ſe fideicommittere in
eo, quod ſupererit, vel non adimere licen-
tiam alienandi, quia in iſtis terminis lex nō
attenta hac voluntate reſeruat quartam,
17 ſed † oportet, vt expreſsè concedat licen-
tiam alienandi, prout in iſtis terminis pro-
cedunt ſcripta à *Soc. Ruin. Anchar. Manſic.*
18 *Menoch. & alijs ſupra citatis*, vel ſaltem, vt
prohibeat alienationem vſq; ad certum tē-
pus, ita vt lapſo illo tempore dicatur per-
miſſa alienatio, vt loquitur *Ruin. d. conſ. 76.*
in 2. licet de hoc eſſet valde dubitandum,
quia facultas alienandi ſumpta à contra-
rio ſenſu non eſt prorſus expreſſa: ſed non
eſt cur hāc difficultatem ingrediamur, cum
in caſu noſtro nec hoc modo colligatur per-
miſſio alienandi: Et hæc ſufficiant quoad
primum punctum.

Amplectendo modo ſecundum dubium,
ſi apud grauatum tempore mortis reperia-
tur pluſquam ſit quarta, an totum fideicom-
19 miſſarijs veniat reſtituendum *gloſ. fin. in d.*
auth. contra cum rogatus, tenet tantum quar-
tam reſtituere grauatum, & eius opinionem
ſeruari vti euangeliū profitetur *Odofred. ibi*
in fin. quia ſollicitudo, & diligentia gra-
uati debet ei eſſe proficua, & *gl.* allegat *l.*
quanquam C. ad l. falcid. vbi grauatus fidei-
cōmiſſo, qui eſt de liberis habet ius retinē-
di Trebellianicā, & legitimā, vt ibi notatur.

Veri-

20 Veritas tamen eſt, quod iũ, quod reperitur, etiam quod excedat quartam reſtituendum eſt, reſeruatis tamen in propoſito portionibus legitimæ, & Trebellianicæ, ſi alienationes eas non abſorbent, ita communiter tenent *Doct. in d. auth. Cin. ſub n. 3. verſ. (ſecundo quæritur) Alberic. in fin. Ang. in princ. Bal. qui nu. 9.* refert opiniones, & hanc vltimo loco refert *Salic. ſub n. 3. verſ. (quæro ſi nihil) Fulgoſ. ſub nu. 4. verſ. (in ea ad fin.) Corn. ſub n. 5. verſ. (in eadem in fin.)* & hi tres vltimi teſtantur de communi dicentes ita tenere omnes, & *in l. Titius ff. ad Trebell. Cum. nu. 13. Alex. ſub n. 8. & Cuiac. qui d. l. Titius* expoſuit *in lib. 19. quæſt. Papin. vbi col. 8. fol. 568.* apertiſſimè opinionem *d. gloſ.*
21 improbat. Et † ratio eſt euidentiſſima, quia, cum diſpoſitio *auth. contra cum rogatus* ſit introducta in fauorem fideicommiſſarij, vt ſaltē ei reſeruetur quarta, & certo modo cōtra voluntatem teſtatoris, vt voluit *Paul. ſupra relatus*, ſi non haberet id, quod reperitur vltra quartam, introductum in eius fauorem retorqueretur in eius odium contra *l. quod fauore C. de legibus.*

22 Ita † *in l. Titius ff. ad Trebel. & in l. ſed & ſi lege §. quod autem (il ſecondo) ff. de pet. hæred.* relicto eo, quod ſupererit, quamuis liceret grauato alienare ſine dolo, ſi tamē non alienauerat, totum id, quod ſupererat reſtituere tenebatur, idem dicetur in terminis *d. auth.*
23 quę † cū corrigat tantū in reſeruatione quartę, in ceteris interpretabitur conuenire cum legibus antiquis *Iaſ. in l. 1. ſub n. 7. verſ. (ſexto moueor) ff. ſi cert. pet.* quod enim non corrigitur cur ita ſit prohibetur? *l. præcipimus C.*
24 *de appellat.* Facit † etiam *tex. in l. ſi quis priores §. illud. C. de ſec. nupt.* vbi licet patri, qui non conuolauit ad ſecundas nuptias, res ex primo cōiugio ex arbitrio ſuo alienare, ſed quę alienata non fuere integraliter ſunt reſeruata filijs præcedentis matrimonij

Nec obſtat ratio cōtraria, quod diligētia grauati non debeat eſſe ei dānoſa: cum. n. ex bonis reſeruatis fructus viuens percipiat id non poteſt dici ei damnoſum. Et *tex. in l. quamq; C. ad l. Falcid.* nihil facit, cum loquatur de portionibus, quas grauatus ſemper retinere poteſt, quas transfert ad ſuos hæredes, ſi eas non conſumpſit, & ſunt extra fideicommiſſum, ſecus eſt in illis, quæ vltra quartam non alienauit grauatus, quæ cadunt ſub fideicommiſſo ita volente teſtatore, & huic *tex.* in ſpetie reſpondet *Fulgoſ. in d. auth. in fine.*

25 Non obſtat, quod *Odofred.* ſequatur *gloſ.* tenentem contrarium, quia contrarium manifeſtè tenet ipſe *Odofred. in d. l. Titius in fin. & Cyn. Alberic. Fulgoſ. & Salic.* eum allegant pro communi opinione. Ita in hoc ſecundo puncto etiam tepidè teneo pro veritate *ann. 1603.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Quibus caſibus valeat onus adiectum legitimæ, & quibus non.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur filijs in bonis paternis.*
Et debetur integraliter pleno iure tàm in in vſufructu, quam proprietate nu. 2.
Nec poteſt grauari fideicommiſſo, vel alio onere, quo ſi grauata ſit reijcitur nu. 3.
Valet tamen onus adiectum legitimæ, quando pater voluit eum approbare teſtamentum num. 10.
Hoc autem non tranſit ſine difficultate nu. 12.
Diſtingue; aut in caſu non approbationis Pater relinquit legitimam, & tenet eius diſpoſitio, aut nihil relinquit, & non valet n. 13.
Nec pariter valet, ſi relinquat ſolam proprietatem nu. 14.
Quia proprietas ſeparata vſufructu eſt inutilis num. 15.
Et exceſſus legitimæ in proprietate non compenſatur cum fructibus, quibus legitima caret nu. 16.
Si verò approbetur à filio teſtamentum patris in omnibus, & per omnia, vel in ea parte, in qua eſt prohibita detractio legitimæ onus ſeruare tenetur nu. 24.
Sed non ſufficit aditio ſine contradictione ibid.
Imò contradictio non eſt neceſſaria, quia onus ipſo iure reijcitur à legitima nu. 11.
Contrarium eſt verius nu. 17. & ſeqq.
Prima tamen opinio habet locum, quando filius agnouit onus, & approbauit abſolutè teſtamentum patris nu. 21.
Vel illud approbauit in ea parte, in qua adeſt onus, vel in omnibus, & per omnia nu. 22.
Vel quando pater relinquit filio ſolam legitimā, ſi onus non recipiat nu. 23.
Trebellianica debetur liberis, & alijs fideicommiſſo grauatis.
Quę iuncta cum legitima aſcendit ad dimidiam bonorum n. 5.
A patre non poteſt prohiberi liberis primi gra-
dus

Digitized by Google

dus num. 6.

Et huiuſmodi detractiones, nec etiam per indirectum prohiberi poſſunt num. 7. & ſeqq.

8 *Pœna adiecta contra ius non valet.*

9 *Quod directè non licet, nec etiam licet per indirectum.*

16 *Diſpoſitio teſtatoris contra leges eſt inualida.*

RESPONSVM XLVII.

Auſpice Chriſto.

PRæſens conſultatio continet modicam difficultatē, quippe quæ reſoluitur elaris, & apertis iuris deciſionibus.

1 Prius eſt extra omnem difficultatem, quodcunque iure integram legitimam deberi filio in bonis paternis §. 1. *Auth. de trient. & ſemiſ. l. cum ratio ff. de bon. damnat. l. cum quartiur, & l. parentibus C. de inoffic. teſt. §. primum itaq; & ibi gloſ. & Bar. Auth. de hæred. & Falcid. Doct. omnes in l. in quartam ff. ad l. Falcid. Vaſq. de ſucceſſ. creat. § 20. nu. 194. Iaſ. & alij in auth nouiſſima C. de inof teſt. Cuch. de legit. in princ. nu. 2 Graſſ. de ſucceſſ. §. legitima. q. 2 Sim. de Prat. de interpret. vlt. volūt. lib. 3. ſol. 6. n. 2. fol. 363. Peregra de fideicommiſſ. 4. 15. nu. 9. cum ſeq. Illuſtriſs. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. Pereg. de fideicom. artic. 36. nu. 38. Magon. deciſ. Lucenſ. 85 nu. 1. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ.* 28. & alij plures, quos conſulto prætereo.

2 Ipſamq; deberi integraliter pleno iure, tàm in vſufructu, quā in proprietate. *Doct. in d. Auth. nouiſſima, & eſt tex. in d. auth. & de trient. & ſemiſſ. §. prohibemus Cuch. de leg. Rub legitima nu. in grauamen Roderic. Suarez ad l. quoniam in prioribus ampliat. 3. C. de inoff. teſt.*

3 Nec aliquo onere poſſe grauari, imò ſi fideicommiſſo, vel alio onere ſit grauata ex ea onus deduci, & illam ex fideicommiſſo deduci *Cuch. loco mox citato Petra de fideicommiſſ. q. 8. num 448. l. omnimodo; & l. quoniam in prioribus C. de inof. teſt. Parſ. conſ. 45 n. 3. in 2 Decian. conſ 99. in 3. Pereg.* latè *d. artic. 36 Sim. de Prat. d. ſolut 6. Gabr. tit. de legitima lib. 5 concluſ. concluſione* 1.

4 Trebellia ica etiam debetur liberis, & alijs fideicommiſſo grauatis. *Doct. in d. l. in quartam Graſſ. in §. Trebellianica q. 3. Pereg. de fideicommiſſ. artic. 3. Sim. d. ſolut. 6.* quæ

5 iuncta cum legitima regulariter aſcendit ad dimidiam bonorum, & hæreditatis *Doct.*

6 *in c. Raynutius de teſtament.* nec tā patre poteſt liberis primi gradus prohiberi ex opinione magis communi, & in omnibus ferre tribunalibus Italiæ paſſim recepta *Graſſ. de ſucceſſ. §. teſtamentum q. 62. ſub nu. 6. Ripa in l. nemo poteſt. nu. 52 ff de leg. 1. Cagn. in l. Papin. §. meminiſſe num. 11 ff de inof. teſt.* & poſt iſtos *Ceph. conſ 715. nu. 13. in 5. Pereg. de fideicom. d. art. 3. nu. 107. & 108. conſ. 36. num. 1. in 2. & conſ 68 n. 9. in 3. Medic. deciſ Marchia 61. Magon. deciſ. Florent. 35. nu. 4. Guid. Pap. q 51. Mart. vol. 1 3. Rot. Bonon. diuerſ. 14. nu. 35.* & nouiſſimè de magis communi, & veriori *Hieronym. de Cenalos in ſpec. com. opin. q 30. Oadus conſ. 63. nu. 29. Eugen. conſ. 38. nu. 21.*

7 Et quemadmodum hæ detractiones non poſſunt directè, & manifeſtè prohiberi, ita nec indirectè prohibēdo moleſtiā inferri, vel plus peti, & ſub priuationis pœna, vel alia *Sim. de Prat. de interprat. vlt. volunt. lib. 2. ſolut. 2. n. 37. & 46. fol. 135. & num. 154. fol* 138. vbi quod

8 pœna adiecta contra ius non valet *l. creditorem ff. de oper. libert. Bal. in l. 1. ſub n. 44. verſ. (item concludendum) C. de his qua pœn. nom. Paul. in l. Lutius §. tres hæredes ff. ad Trebel.* quod enim non licet directè, nec con-

9 uenit, vt liceat indirectè alias fieret fraus legi, argumento *reg. cum quid de reg. iur. in 6* ad quod etiam allegatur *l. Seius, & Augerius ff. ad l. Falcid.*

His conſequens eſt, vt dicatur omnes diſpoſitiones ſtudioſè factas ab Ill. D. Io. Baptiſta Lanardo in ſuo teſtamento, vt legitimam & Trebellianicam filij ab eo in omnibus bonis inſtituti fideicommiſſo perpetuo, & prohibitioni alienationis ſubijceret inualidas eſſe, etiā quod ſit adiecta pœna priuationis. ſ. dum prohibuit Manfredo, & alijs hæredibus detractionem legitimæ, & Trebellianicæ, & eandem prohibitionem repetijt addendo hæredibus præceptum approbandi teſtamentum ſub pœna priuationis vſufructu bonorum.

10 Et ſi diceretur valere onus adiectum legitimę appoſita neceſſitate approbandi teſtamentum *Curt. iun. conſ. 159. Dec. conſ. 687. Soc. iun. conſ. 122. in 1. Cephal. conſ. 153. in 2. Eugen. conſ. 38. Raudenſ. de analog. c. 19. n. 30. Pereg. de fideicom. art. 36 nu. 62. Menoch. præſumpt. 196. nu. 23. in 4.* & alij plures qui

11 ab his citantur. licet valere quando filio multo plus relinquitur, quā eſſet legitima *Surd. deciſ.*

deciſ 21.*nu.*20.teſtans de communi: Maxi-
mè, quia non ſecuta approbatione non pri-
uatur filius in totum, ſed vſufructu tantum,
& apud eum remanet proprietas omnium
bonorum excedens valorem legitimæ.

His omnibus commodè reſponderi poſ-
ſet, quod ſcripſerunt *Curt.iun. Dec. & alij* nõ
tranſire ſine difficultate, vt conſtat ex alle-
gatis à *Menoch.præſumpt.*196 *ſub nu.*23. *in*
4.*Pereg.de fideicommiſſ.artic.*36. *ſub nu.*62.
Odd. conſ. 63. *in fine,& Rim. iun. conſ.* 510.
*num.*64. *in* 5. ſed dato, quod tranſeat ſine
difficultate, dicitur onus, etiam afficere le-
gitimam, quando eſt adiectum præceptum
approbandi teſtamentum cum commina-
tione, quod ſi non fuerit approbatum, vt fi-
lius habeat ſolam legitimam, & nihil præ-
terea, & vt cætera bona ad alios vocatos
perueniant; quia hoc caſu facit teſtator id,
quod ei de iure licet, ſcilicet filium inſtitue-
re in legitima, & cætera bona alijs relinque-
re, ideo cautela, & diſpoſitio ſuſtinetur, ſed
dum ſempliciter diſponit, vt approbetur
teſtamentum, in quo prohibita ſit legitima,
& vinculata ſit ſub fideicommiſſo, non ſecu-
ta approbatione nihil apud filium remane-
ret ex diſpoſitione teſtatoris, quod cum
ſit contra mentem legum eſt prorſus inua-
lidum, hanc differentiam benè declarauit
Cach.de leg. Rub. legitima nullum grauamen
*ſub num.*29. *verſ.(ſi verò ſit relicta) fol.* 113.
14 Et † licet teſtator in caſu non approbatio-
nis priuet filium non approbantem vſufru-
ctu tantum, ita vt apud eum remaneat pro-
prietas, tamen adhuc remanet proprietas
cum onere reſtituendi, nec ſatisfactum eſt
legitimæ, quæ vt antea probaui debita eſt
15 in vſufructu, & proprietate, imò † cum pro-
prietas ſeparata ab vſufructu ſit inutilis §.*v-*
ſusfructus verſ.(ne tamen) Inſt.de vſuf. filius
dum viueret haberet legitimam ſine vllo
commodo, & ei parum prodeſſet habere
pluſquam ſit legitima, ſi eo non poſſet vi-
16 uens frui. Nec † exceſſus legitimæ in pro-
prietate compenſatur cum fructibus, qui-
bus legitima caret, vt pluribus probat *Sua-*
reZ. in d. l. quoniam in prioribus ampliatione
3. impugnando contrariam ſententiam
Angeli in §. *prohibemus in Auth. de trient. &*
ſemiſſ. & *Cepola cautel.* 21. idem facit & *Iaſ.*
*in d auth.noui iure nu.*44. *Gutierez. practic.*
*quæſt.lib.*5.*q.*57.*nu.*4.
17 Nec obſtat, quod filio ſit relictũ pluſquã
ſit legitima, quia etiam iſto caſu licet filio
probare teſtamentum in eo, quod legitimã
excedit, & recuſare onus, quatenus capit le-
gitima, vt eſt formalis tex. *in l.ſcimus* §.*cum*
autem C.de inof. teſt. & per hunc tex.plura
ſcripſit *Roderic. in d. l. quoniam in prioribus*
*ampliat.*6.*Fernãd.Vaſq.lib.*1.*de ſucceſſ.creat.*
§.10.*nu* 244. *Doct. in l.ſi pater puellæ C. eod.*
*tit.de inof.teſt.Corn.conſ.*106.*nu.*3.*in* 2. *Ga-*
*br.de legit.concluſ.*1.*num.*4 *Ant.GomeZ.tom.*
1.*var.reſolut.c.*11.*ſub nu.*25.*Graſſ.* qui alios
allegat §.*legitima q.*38.*nu.*4 *&* 23 fuit opi-
nio *Udofred.in d.l. quoniam in prioribus in*
18 *fine*, quæ communiter probatur. Imò † etiam
quod filius adiret hæreditatẽ, & expreſsè
non agnoſceret onus, ſemper ipſe, vel hære-
des ſui haberent legitimam ab omni onere
ſeiunctam, vt citati *Doct.* aiunt, præſertim
Ant. GomeZ. optimè *Pereg. artic.*36.*num.*84.
19 Et quamuis contrarium videatur tenere
Cum. in l.cohæredi in § *cum filia ſub num.*2.
verſ.(In gloſ.ſuper verbo tenebuntur) ff.de
vulg.& pupil. quem ſequuntur plures citati
à *Surdo d. deciſ.* 21.*nu.*20. Imo vt ait *Gabr.d.*
*concluſ.*1.*de legitima limit.*11. non eſt qui
contradicat.
20 Tamen cum ex communi opinione *Do-*
ctores iã citati teneant onus à legitima reij-
ci etiam, quando filius fuiſſet inſtitutus in
omnibus bonis ex tali communi opinione
prorſus confunditur oppoſitio *Cum.* quæ e-
tiam innititur rationi erroneæ, quia vult, vt
fructus, quos habet hæres in alijs bonis vltra
legitimam ſeruiant ei pro legitima, ita vt, &
ipſa remaneat ſub onere reſtituendi, vt vo-
luntas teſtatoris modo ſeruetur.

Etenim ſupponit hæc ratio, vt poſſit de
fructibus percipiendis ſingulis annis filio ſa-
tisfieri pro legitima, quod repugnat legibus
volentibus legitimam in proprietate ſub-
ſtãtiæ teſtatoris, & vſufructu deberi liberè,
vt antea probaui, nec hoc caſu curandum
eſt de ſeruanda voluntate teſtatoris, cui le-
21 ges reſiſtunt: dicendum † igitur eſt vel opi-
nionẽ *Cum.* eſſe falsã, vt *Rim. iun. conſ.* 510.
nu. 47. *in quinto*, vel intelligendam, vt *Sur-*
dus intellexit .ſ. quando filius agnouit onus,
& approbauit abſolutè teſtamentum, tunc
debet recipere onus in legitima, quia intel-
ligitur voluntariè pro legitima accepiſſe il-
22 los fructus, de quibus loquitur *Cum.* quod
ẽt recipit *Pereg.d. artic.*36.*ſub nu.*88.*&* 89.
quando filius approbaret teſtamentum, in
ea parte, in qua eſſet grauata legitima, vel
quando approbaretur teſtamentum in om-
23 nibus, & per omnia, † vel procedit opinio
Cum. quando adeſt comminatio in teſta-

mento, ſi hæres non agnouerit onus abſolutè, vt habeat ſolam legitimam, vt loquuntur nõnulli ex Doctoribus, qui à *Surdo* allegantur vti ſequaces *Cumani*, & præſerim *Di-lect. de arte teſt. tit. 5. cautel. 31. ad fin.* In quibus terminis nos nonverſamur, quia adhuc non eſt approbatum teſtamentum, nec in eo mandat teſtator approbari cum commi-natione, quod ſi filius non approbet habeat ſolam legitimam, quæ ſola eſt cautela vinculandi legitimam etiam dubitabilis, vt antea dixi.

24 Nec obſtat, quod teſtator diſponat, quod ſi in termino duorum menſium non fuerit contradictum intelligatur approbatum, quia, cum ad ſuſcipiendum onus in legitima vellint leges, vt in ſpetie approbetur teſtamentum in omnibus, & per omnia, vel in ea parte, in qua eſt prohibita detractio legitimæ, & ita requirant expreſſam approbationem, vbi agitur de præiudicio legitimæ, & vt non ſufficiat ſola aditio ſine contradictione *l. ſi quando §. & generaliter C. de inoſ. teſt. Pereg. d. artic. 36. nu. 84. & 85. Ant. Gomez. tom. primo var. reſol. c. 11. nu. 25. & idē Peregrin. conſ. 67. nu. 10. cum ſeq. in primo.*

25 Imò, quod hæc contradictio ſit neceſſaria, quia onus ipſo iure reijcitur à legitima *Suarez. in d. l. quoniam in prioribus ampliat. 10. Guigl. Benedict. in c. Raynutius de teſtament. in prima parte in verbo (reliquit) nu. 28. Ant. Gomez. loco mox citato Graſſ. in §. legitima q. 38. Io. Gutier. lib. 5. practic. quaſt. q. 57.* In

26 hoc diſpoſitio teſtatoris eſt contra leges, & proinde inualida *l. nemo põt ff. de leg. 1.* cum alijs de quibus *Sim. de Prat. d. ſolut. 2. lib. 2. fol. 134. per totam illam ſolutionem.*

Prout etiam exiſtimo nullius roboris eſſe illã diſpoſitionem, quod non intendit teſtator retinere legitimam, vel Trebellianicam ex bonis patris ſui, imò, quod illi renunciat; quia hoc aliud non eſt, quam ſub fideicommiſſo paterno ſubijcere illas portiones, quæ ab eo deducebantur, quod in quantum tendit ad diminutionem legitimę, vel Trebellianicæ Ill. D. Manfredi iunioris de iure non ſubſiſtit, quia qua ratione nõ poteſt teſtator per fideicommiſſum ab eo factũ his portionibus præiudicare, eadem non poterit præiudicare extendendo ad has portiones fideicommiſſum paternum.

Quare ad tollendas omnes difficultates, quæ oriri quandoque poſſent, & ne aliquo tempore dicatur ipſi D. Manfredo aditionem præiudicaſſe, approbo conſilium datum ab Illuſtri, & Excellentiſs. Dom. meo D. Aduocato Carpenſi.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Quomodo, & de quibus tutor teneatur reddere rationem finita tutela.

SVMMARIVM.

2 *Tutor finita tutela tenetur reddere rationem.*

Et ideò debet edere librum rationum num. 3.

Cui creditur ſolum in modicis, ſi ſint verſimilia, cætera verò probanda ſunt à tutore, ſi in dubium reuocentur num. 4.

Qui in hoc habetur pro actore nu. 5.

Nec poteſt allegare, quod ſi creditur ei contra ſe, ſit etiam credendum pro ſe nu. 6.

Neq; magis creditur libris tutoris, quod ad inſtantiam pupilli fuerint exhibiti nu. 7.

Quia ſolum creditur contra petentem exhibitionem, quando petita eſt ab eo, qui non tenebatur ex officio exhibere num. 8.

Tutor verò ex officio tenebatur libros exhibere num. 9.

Vendendo fructus pupilli, & ponendo pecunias ad honeſtum lucrum cenſetur facere nomine tutorio nu. 12. & nu. ſeq.

Qui enim ex officio aliquid facere tenetur, intelligitur agere nomine officij nu. 13.

Præcipuè, quando tutor continuat negotium, quod pater gerebat. nu. 14.

Tutor vſurpans res, & pecunias pupilli tenetur ad intereſſe damni, & lucri nu. 16.

Intereſſe verò lucri conſiſtit in eo, quod lucratus eſt tutor nu. 17.

Illud enim, quod lucratur tutor negociando cũ pupilli pecunia eſt pupilli, quamuis damnum ſit tutoris nu. 18.

Tutor mutuans pecunias pupilli, quas tenebatur ponere ad honeſtum lucrum, tenetur ad intereſſe nu. 20.

Et tenetur ad damna, quæ paſſus eſt pupillus, quia non exegit à debitoribus, qui poſtea facti ſunt non ſoluendo, vel illis parata eſt exceptio præſcriptionis nu. 21.

Neq; enim tutor poteſt creditoribus pupilli tẽpus prorogare nu. 22.

Debet verò tutor ſibi ſoluere creditum ſuum, nec poteſt prætendere vſuras nu. 23.

Et tenetur de expenſis exceſſiuis nu. 25.

8 Crauet. conſ. 275. *reprobatur, & declaratur, & nu. ſeqq.*

Sola ad conſtit. Pedemont. de minor. in de-

creto

creto (quitationem) p.1.gl.3. num. 23. *reprobatur.*

26 *Viduæ non conueniunt veſtes ſericeæ.*

27 *Frater, qui non ſit diues non tenetur alere fratrem vterinum.*

28 *In dubio iudicandum eſt pro pupillo.*

RESPONSVM XLVIII.

Auſpice Chriſto.

IN cauſa redditionis rationis adminiſtratę tutelę vertente inter matrẽ, & filiam ea quæ magis facti, quã iuris ſunt relinquã informanda à Præſtantiſſimo cauſæ patrono, & dijudicãda à Perilluſtri, & Excel
1 lentiſs. D. meis, à † quorum arbitrio pendent *Bald. in l. voluntatis n. 2. C. de fideicom. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 173. & 209.* & inſiſtam duntaxat in his, quæ iuris ſunt.

2 Illud in primis eſt indubitatum, tutorem teneri finita tutela reddere rationem villicationis, quemadmodum quilibet alius adminiſtrator *l. 1. §. officio ff. de tutel & rat. diſtrah. Gutierez. de tutel. part. 3. c. 1. nu. 2. Iodoc. in tit. de tutor. & curator. rat. Montan. de iure tutel. c. 38. Mancin. de tutel. in 3. q. 3. quæſt. princip.* & eſt vulgatum *conſ. Rol. 49. in 1.* In qua
3 redditione tenetur tutor libros rationum, quos omnino conficere tenetur proferre, & edere *d. l. 1. §. officio ff. de tutel. & rat. diſtrah.* & alia ſunt iura, quæ ad hoc adducit, & inducit *Bal. conſ. 152. ad princ. in 3. Nou. conſ. 63. n. 13. Afflict. d. ciſ. 360.* & hoc affirmant omnes, qui de reddẽda ratione à tutore ſcri-
4 pſerunt, quos ſupra citaui, cui † libro rationum regulariter non creditur, niſi in modicis ſi ſint veriſimilia, ſed ipſe tutor probare tenetur, quæ in eo continentur, ſi in dubium reuocentur *l. qui ſub conditione 109.*
5 *ff. de cond. & demonſtrat.* quantum † enim ad comprobationem contentorum in libris habetur pro actore *Foler in conſt. Regni Rub. de ſacroſanct. eccleſ. peruenit num. 56. & 58.* quem vna cũ pluribus alijs allegat *Carpan. ad ſtatuta Mediolan. c. 317. n. 17. & ſeq.* quibus addo *Io. Gutierez. de tutel. part. 3. c. 1. nu.*
6 *140. cum ſeq.* vbi † ſub *nu. 152.* ait, tutorem non poſſe allegare, quod ſi creditur ei contra ſe, quod ſit credendum pro ſe *Rota deciſ. 843. p. 4. diuerſ.*

7 Nec magis credendum eſt libris tutoris, quod ad inſtantiã pupilli ſint exhibiti, quaſi quod tunc pupillus eos producere dicatur
8 *Aymon. conſ. 275.* Quia † ſententia *Aymonis* benè procedit, quando petita eſt exhibitio ad effectum probationis ab eo, qui non te-
9 nebatur ex officio ſuo exhibere. At † quando in redditione rationis inſtatur, vt tutor exhibeat librum rationum, quia petitur id, quod eſt ad eſſentiam reddendæ rationis, & quod ex officio tutor præſtare tenetur *d. l. 1. §. officio ff. de tutel. & rat. diſtrahend.* pupillus, quia petit exhiberi, vt excitet officium tutoris, & ad implenda ea, quæ in redditione rationis ſunt neceſſaria non dicitur approbare, niſi quatenus ratio adminiſtratæ tutelæ patitur; nimirũ quia actus nõ operatur vltra intentionẽ agentis *l. non omnis ff. ſi cert. pet. cũ vulgar.* & ita ſententia mea dictũ *Aym.* declarat *Munoz.* allegatus *in tract. de ratiocinijs c. 10. ſub nu. 31. & 32.* qui videtur
11 mihi rectius loqui, ac loquatur *Solat ad Cõſt. Pedemont. de minor. in decreto (quitationem). p. 1. gloſ. 3. n. 23.* qui apertè confundit terminos rectè à *Munoz.* diſtinctos, & hoc apertiſſimè tenet *Benuenut. Straccha in addit. ad d. conſ. Aymon. 275. ſub n. 2.* qui credit *Aymo.* in hoc lapſum eſſe, ſcilicet quod petitio libri ab eo, qui ex officio illum conficere, & edere teneatur habeatur pro productione, & approbatione, & propterea ait *Aymonem* id ſententiam tranſire ad alias rationes.

Hactenus de libris rationum tutricis, & eorum fide.

Modo dicendum de his, quorum ratio habenda eſt ad fauorem pupillæ in redditione rationis.

Prius ſupponitur in facto, tutricem vendidiſſe cannabem, quæ reperiebatur tempore mortis patris, vel quæ poſtea collecta fuit ex prædijs conductis à patre pupillæ, quæ conductio præſupponitur perſeueraſſe cum pupilla poſt mortẽ patris, nec non, & aliam cãnabem emiſiſſe ex pecunijs pupillaribus, & in vendendo, lucra aliqua feciſſe, quæ exiſtimat eſſe propria, & tantum teneri reſpõdere pupillæ de vſuris ad rationem quinque, vel ſex pro centenario, Ego puto, de iure lucra hæc integrè ad pupillã pertinere; idq; hoc modo probo, Aut non conſtat, an tutrix vendiderit, & hoc negotium geſſerit
12 nomine proprio, an vti tutrix, † & tunc receptum eſt in dubio ipſam gerere vti tutricem nomine pupilli *l. Lutius 48. §. tutorem ff. de adminiſt. tutor. Bar. in l. Titium §. altero ff.*
13 *de adminiſt. tutor.* vbi † qui id agit, ad quod ex officio tenetur intelligitur agere nomi-

ne offitij, ſed tutrix ex officio ſuo tenebatur
vendere fructus perceptos ex prædijs con-
ductis, & pecunias ſi non poſſet erogare
in rem ſtabilem ad honeſtum lucrum pone-
re, ideò vendendo cannabes, & ex pecunijs
pupillæ alias emendo id egit, quod erat offi-
tij ſui, ergo cenſetur id egiſſe vti tutrix, *Me-
noch.conſ.213.nu.59.in 3.cum alijs allegatis
à Caualcan.de tutore nu.243.* optimè *Gutie-*
14 *rez.de tutelis part.2.c.10.* qui † in fine ait, id
maximè procedere, quãdo tutor continuat
negotium, quod pater gerebat ex *Bal.in l.ſi
paternus C.com. vtriuſq; iudic. & Rim.conſ.
300.nu.7 l.in 2.* & quod emendo præſuma-
tur emere ex pecunia pupilli idem *Gutier.in*
15 *eod.c.10.nu.8.* cumq; † id totum intelligatur
actum nomine pupilli conſequens eſt vt to-
tum lucrum ad pupillam pertineat, vt per
Bar.in d.§.altero.
16 Si verò conſtaret, tutricem nomine ſuo
id egiſſe, idem dicendum erit, quia hoc caſu
ad proprium commodum ſibi vſurpauit res,
& pecunias pupilli, quo caſu traditũ eſt, tu-
torem teneri pupillo ad intereſſe damni, vel
lucri, quod ſuccedit loco legitimarum vſu-
rarum, de quibus in *l. tutor, qui repertorium
§.qua autem ff. de adminiſt.tutor.* cum hodie
17 vſuræ haudquaquam licitæ ſint, † & intereſ-
ſe lucri conſiſtet in eo, quod vendendo can-
nabes tutrix nunc prætendit pro lucro, tan-
tumdem enim etiam lucrata fuiſſet vten-
do vti tutrix *l.qui negotiationem, & ibi gloſ.
in verbo (vſuras) ff.de adminiſt. tutor.l.qui ſi-
ne ff.de negot geſt.l. curator C.arbitr.tutel.l.
1.C.de vſur.pupil.* & per hæc iura *Montan.de
iure tutel.c.32.reg.9.nu.207.Gutierez.de tu-
tel.part.3.c.1.num 55.* & plenius *part.2.c.9.
per totum,* vbi in ſpecie *ſub nu.37. verſ. (imò
18 & boccaſu)* ait, † quod licet, quando tutor ex
re, vel pecunia pupilli negotietur nomine
proprio periculum negotiationis ad eum
ſpectet, lucrum tamen eſt pupilli *Magon.de-
ciſ.Florent.1.nu.26.* Et verè, cùm lucrum in
hoc conſiſteret, quod cannabes minoris
pretij, venderentur cariori pretio, pupillæ
eſt admodum periculoſum attribuere hoc
lucrum tutrici, & contra communem æqui-
tatem, quia ipſa in libris rationũ dedit pre-
tium cannabibus ſecundum ſenſum ſuum,
& ita potuit conſtituere exiguum pretium,
vt inde poſtea ſurgeret maius lucrum, mihi
perſuaderi non poteſt, quod arbitriũ iudicis,
19 quod † verſatur in hac redditione *Menoch.
de arbitr.iudic.lib.cent.3.caſ.209.n.12.* poſſit
pati hunc receſſum ab æquitate, cum potius
debeat cũ ea ſe conformare Idẽ *Menoch.lib.
1.de arbitr.q.13.* Intelligo etiam tutricem
in libris rationum poſuiſſe hoc lucrum ad
creditum pupillæ, quod ſi verum eſt, etiam
eſt certum non poſſe nunc variare, & muta-
re propoſitum in præiuditium pupillæ.
20 Secundo principaliter in hac redditione
eſt habenda ratio ad fauorem pupillæ illa-
rum pecuniarum, quas (vt accepi) tutrix
mutuauit viris nobilibus, forte etiam diffi-
cilis exactionis, quas pecunias cum ipſa
non inueſtiuerit, nec poſuerit ad aliquod
honeſtum lucrũ, tenetur pupillæ ad id, quod
habuiſſet, ſi factum fuiſſet, quod ex officio e-
rat faciendum, & id totum ad creditum pu-
pillæ ponendum erit *Bar.in l.tutor qui reper-
torium §.ſi poſt ff. de adminiſt. tutor. Rol.conſ.
49.nu.34.in 1.Molin.de iuſt.& iur.diſputat.
224.col.9 illius diſputationis verſ.(pecunia
in bonis minoris) Montan.de tutel.d.c.22.reg.
9.n.193.Mantin. de tutela in 3. q. 3. quæſt.
princ.n.9. Gutierez.de tutel.part.3.c.1.n.80.*
21 Tertio tutrix non exegit a debitoribus,
quo factum fuit, vt ex eius negligentia de-
bitores facti ſint non ſoluendo, vel illis pa-
rata ſit exceptio præſcriptionis, ad id to-
tum, quo ex hoc pupilla fuit damno affe-
cta tutrix tenetur, & id ponendum eſt ad
creditum pupillę *l.ſi tutor conſtitutus 16.in
princ.ff.de adminiſt.tutor.& in eod.tit.l.chi-
rographis 58. in princ. l.tutores, & l.debi-
toribus C. de adminiſt. tutor.l.2.C. arbitr.tu-
tel.Roman.conſ.425.verſ.(octauo) Iodoc.de
tutor.munere c.7.num. 38.Gutierez.d.c.9.2.
partis num.34.Montan.de iure tutel.c.22.d.*
22 *reg.9 nu.15.& n.130.* vbi † quod non poteſt
tutor prorogare debitoribus pupilli tem-
pus ad ſoluendum ex iuribus, & authorita-
tibus, quæ ab eo allegantur.
24 Quarto, cum certa pecuniæ ſumma iure
legati deberetur tutrici, intelligo eius ſe
creaſſe creditricem in libris rationum cum
vſuris; hoc ei licitũ non fuit tũ ob vſurarum
quia de rebus, quæ reperiebantur, præſer-
tim de cannabibus vendendis poterat ſibi
ſoluere, ideò id totum, quod eſt poſitum ad
debitum pupillæ pro his vſuris caſſandum
eſt *l.quoties 10.§.ſicut autẽ de adminiſt.tutor.
Gutierez.d.c.9.par.2.n.41.Montan.d.reg.9.
c.22.nu.105.cum ſeq.Surd.de aliment.tit.8.
priuileg.37.in fine.*
25 Quinto in expenſis adſunt plures exceſ-
ſus, de quibus conuenit, vt tutrix teneatur;
conſideratis enim qualitatibus, de quibus
Montan.in d.reg.9.nu.218. apparebit in ali-

men-

Digitized by Google

mentis exceſſum fuiſſe, etiam exceſſit tutrix, dùm induit ſe veſtibus ſericeis nõ conuenientibus viduæ relictæ à marito Garzolario nihil ſtabilis habente in bonis, ſed viuente ex induſtria ſua,& quæ etiam tenuem
26 dotem habuit *Ang. Aret. de teſtament. gloſ.* 43. vbi quod ornamenta de ſerico non conueniunt viduæ, & id experientia docet: Inſuper adeſt, & exceſſus in perſonis, quia per quadriennium, & vltra non erat alendus famulus, cuius opera prorſus ſuperuacanea erat finita conductione prædiorũ;& allegare, famulum fuiſſe neceſſarium ad expenſas, & ſeruitia domus, parum ad rem facit, quia talia non ſunt impendia, & ſeruitia neceſſaria matri, & pupillæ, quæ indigeant famulo, & æquæ benè non poſſint compleri per coquinariã, vt quotidiè ſeruatur apud alias mulieres eius conditionis; Non etiã erat a-
27 lendus frater vterinus pupillę, quia, cũ pars aduerſa in ſuis calculis, & informationibus ſupponat, pupillã vix ali potuiſſe ex ſuis redditibus, ita aliquo modo nõ potuiſſe dici diuitẽ, nõ tenebatur alere fratrẽ vterinũ *Surd. de aliment. tit. 7. q. 15. in fine Io. Gutierez de tutel. parte 2. c. 3. n. 26.* Nec obſtat, quod pater pupillæ ſoleret alere hunc fratrem vterinum, quia non eſt par ratio, tunc aderat eius induſtria, quo mortuo ceſſat, ideo conuenit, vt, & onera minuantur & *Doct.* in taxandis alimentis conſiderant ſtatum pupilli ſecundum tempus, quo alimenta ſunt decedenda, non ſecundum tempus, quo pater viuebat. Etiam in informatione partis aduerſę ponuntur in conſideratione expenſæ factæ in ſponſalibus, quæ non ſunt præſentis conſiderationis cum ſubminiſtratæ fuerint pupilla iam facta pubere, & ita finita tutela.

His omnibus animaduerſis facile conſtare poterit ſententiam D. Iudicis, à quo potius fuiſſe præiudicialem pupillæ, quã tutri-
28 ci, & quando etiam res eſſet dubia (quod non creditur) in dubio reſoluendum eſſet pro pupilla *Magon. deciſ. 1. Florent. nu* 17. maximè ſtante ſiniſtra ſuſpicione, quæ contra tutricem oritur ex conuentis cum Genero tempore ſponſalium, de quibus in vltima Informatione D. Procuratoris partis noſtræ incipiente (dixi in cauſa) *anno* 1616.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Teſtatorem voluiſſe legare illis de familia propria in ſpecie, non autem illis de famiia in genere, ex pluribus deducitur.

SVMMARIVM.

1 *Quæ reperiuntur in relato cenſentur repetita in referente.*

2 *Dictio* prout *eſt relatiua, & limitatiua.*

3 *Relatio fit ad ſpecificata.*

Maximè, ſi ſint principaliter poſita, & tractata num. 4.

Debetq; fieri ad congrua, & vniformia, non ad diuerſa num. 5.

6 *Illi ſoli, de quibus loquitur ſubſtitutio, ad eam admittuntur.*

7 *Verba generalia omnes complectuntur.*

8 *Copula* & *ſtat reſtrictiuè.*

Et ſtat declaratiuè, quando poſita eſt inter genus, & ſpeciem nu. 9.

Regulariterq; ſtat coniunctiuè num. 10.

11 *Verba non debent eſſe ſuperflua.*

Ideò à coniectura ſuperfluitatis euitanda colligitur mens teſtatoris nu. 12.

13 *Arma, & inſignia ponuntur ad indicandum dominium rei, & nu. 16.*

Et ex eo, quòd teſtator mandat apponi, vel manutenert inſignia colligitur eius voluntas Ibid.

Nulliq; permiſſum eſt alterius inſignia geſtare num. 14.

17 *Subſtitutiones dubiæ declarantur ab inſtitutione.*

18 *Attenditur quod eſt veriſimile.*

19 *Teſtator creditur propria, & ſpeciali, non aliena, & generali familiæ prouidere voluiſſe.*

20 *Familia vocata, admittuntur omnes ex illa, ſed proximiores gradatim.*

Proximitas autem attenditur ex parte grauati, ſecundum opinionem Roiæ *nu. 21.*

RESPONSVM XLIX.

DVplex reperitur nobiliſſimę Piccolomineæ gentis domus, vna, quam veram, & naturalem nũcupabimus, & quæ ſecundum arborem nobis exhibitam à Piccolomine vſq; ad Pium Secundum originem

 ſucceſſi-

ſucceſſiuam habet, & ſimpliciter Piccolominea dicitur, inſignibus, & armis ſimplicibus Piccolomineorum vtitur, ac in ordine, ſiuè in monte Gentilhominorum connumeratur; Alteram adoptiuam dicimus, quæ à maſculis Piccolomineis non prouenit, ſed à duabus ſororibus Pij II. quarum viri in hac (vt antiquus mos, & ingens ſcripturarum moles indicant) aſciti ſunt familia, quæ præter ordinarium, & commune Piccolomineũ cognomẽ, alio quoq; cognomine, vel agnomine delli Papeſchi de Artagona nominari ſolet, diuerſitate inſignium, & Armorum diſtinguitur, ac alio ordine, ſeù monte ſeparatur, quia illi in monte Gentilhomineorum, vt diximus; iſti in ordine Popularium connumerantur, varijſq; alijs accidentibus, & demonſtrationibus diſtinguuntur.

Illuſtriſs. D. Iacobus Piccolomineus anno 1547. Teſtamentum condidit, & legauit toti Domui, ſiue progeniei de Piccolominibus, videlicet maſculis legitimis, & naturalibus, natis ex ſtirpe, & Sanguine Piccolomineorum, & ex ſtirpe, & Sanguine Fel. mem. Pij II. & III. Palatium, Domum, & medietatem tennimenti Caſtri Porronæ.

Deinde pœnitentia ductus in Codicillis de eodem anno factis huiuſmodi legatum reuocauit, & dd. Palatium, Domum, & medietatem Caſtri Porronæ Illuſtriſs. Dominis Syluio, & Aeneæ filijs reliquit, cum prohibitione alienationis, & quod nõ poſſint aliquo modo alienari, neque vllo vnquam tempore, pro vt in dicto Teſtamento ſuo diſpoſitum eſt in capitulis prohibentibus alienationes, & vbi ſunt ordinati ſubſtituti in capitulis eiuſdem teſtamenti.

Et caſu, quo deficiat linea maſculina, & legitima, veniat naturalis legitimata, & caſu, quo in totum deficiat linea maſculina, vocauit totam Domum, & Progeniem Piccolomineam eo modo, & ordine, pro vt in d. ſuo Teſtamento.

Et quoniam Illuſtriſs. D. Scipio horum bonorum poſſeſſor alienaſſe dicitur, prętendit nobiliſſima naturalis, & vera Piccolominea familia ad ſui fauorem eueniſſe fideicommiſſi caſum, quam prætenſionem minus iuridicam nos arbitramur; Siquidem animaduertimus Teſtatorem in ſuo teſtamento, ſed in Codicillis potiſſimum obſeruaſſe, vt dupliciter ſubſtitueret. Primo in caſu alienationis contra mentem, & præcepta ſua factæ; Secundo in caſu mortis, & deficientium linearum ab eo vocatarum, & de iſto caſu agendum non erit, & quia adhuc non venit, & quia de hoc non contenditur.

In primo itaq; caſu inſiſtentes, illud pro certo ponimus, ex ſolis codicillis non poſſe controuerſiam hanc dirimi, cum in his perfectè non diſponat Teſtator, ſed ad Teſtamentum ſe referat, ibi, *pro vt in dicto ſuo Teſtamento diſpoſitum eſt*, ad idque recurrendum ſit, cum † hæc relatio operetur, vt omnia in teſtamento diſpoſita in prohibitione alienationis in Codicillis repetita cenſeantur *l. aſſe toto ff. de her. inſt. Auth. ſi quis in aliquo cum not. C. de eden. Bald. conſ. 212. verſ. (vnde nam) in 5. Aym. conſ. 357. nu. 28. in 3. & conſ. 379. nu. 16. in 4. Franc. Becc. conſ. 78. nu. 37. & conſ. 41. nu. 22. Gabr. conſ.*
2 *86. nu. 17. & conſ. 99. nu. 34. in 2.* Et † maximè procedunt hæc in propoſito ſtãte illa dictione, *pro vt*, quæ non ſolum eſt relatiua, ſed eſt limitatiua ad diſpoſita in teſtamento *Bart. in l. edita nu. 28. & alij omnes C. de eden. Rot. deciſ. 27. n. 2. & deciſ. 40. n. 3. p. 2. diuerſ.*

Modo in teſtamento plura ſunt capitula de prohibitione alienationis tractantia; Primũ dum tractat de Vicariatu Caſtri Montis Marciani; ſecundum de Palatio Pietitiæ; tertium de parte caſtri Camporſelli, quartum de Palatio Bibiani, quintum de bonis Sartiani, ſextum de domo Romana, ſeptimum de Palatio, Domo, & Caſtro Porronę; de quo nunc agitur.

In primis ſex capitibus ne minimè quidem habetur mentio domus Piccolomineæ in prohibitione alienationis, ſed ſemper in caſu contrauentionis vocantur ijdemmet, qui de illa linea, & ſtirpe ſubſtituuntur.

Et ideò, ſi quando in caſu Linearum finitarum vocatur domus Piccolominea, & alienandi prohibitio illi iniungitur, vt in parte Caſtri Camporſelli, & Palatij de Bibiano, tunc in caſu contrauentionis vocantur alij de eadem domo, vt ſemper obſeruauit Teſtator in cæteris prohibitionibus, ſed nunquam vocatur domus Piccolominea in caſu contrauentionis, niſi prius in caſum, & defectum linearum deficientium admiſſa fuerit, quibus fit, vt de his prohibitionibus nulla haberi poſſit ratio.

Septimum ſupereſt caput, in quo Teſtator loquitur de Caſtro Porronæ, Palatio, & Domo ad quod vere facienda eſſet iſta relatio, ſic generaliter, & indefinitè ad teſta-
3 mentum habita, tum † quia relatio fieri cõſueuit ad ſpecificata *l. ſi de certa. C. de tranſ.*

& ma-

4 & † maximè principaliter poſita, & tractata
Bar. in l. fin. §. Titia. ff. de liber. legat. Ruin.
5 *conſ.* 181. *nu.* 2. *&* 3. *lib.* 2. Tum † etiam,
quia relatio fieri debet ad congrua, & vni-
formia ſecundum ſubiectam materiam, non
autem ad diuerſa *Clem.* 1 *§. ad hæc de præbēd.*
Ruin. conſ. 176. *nu.* 11. *in fin. lib.* 2. *Aym. conſ.*
151. *num.* 5. *Rim. iun. conſ.* 78. *nu.* 31. *Sim. de*
Prat. conſ. 107. *nu.* 16. cum multis alijs vul-
garibus in hac materia tradi conſueris.

At in hac teſtamenti parte, & in hoc ca-
pitulo de prohibitione tractante in caſu cō-
trauentionis non ſubſtituitur Domus Pic-
colominea, ſed Dux Amalfi, Marchio Deli-
ſeti, filij maſculi, & hæredes Domini An-
dreæ de Piccolominibus cum nōnullis alijs
ſubſtitutis. Ergo fruſtra contendit Domus
6 Picciolominea, aduerſus † quam dici poteſt,
quo ad te liberas ædes habeo, & ſubſtitutio
de te non loquitur, *Soc. conſ.* 62. *nu.* 4. *verſ.*
(& in primis) in 3. *Gozad. conſ.* 2. *nu.* 8. *Soc.*
Iun. conſ. 64. *nu.* 14. *in* 3. *Becc. conſ.* 39. *nu.*
26. *Surd. conſ.* 448. *n.* 31. *Magon. deciſ.* 134.
nu. 1. *inter Floren. Surd. deciſ.* 319. *nu.* 2.

Sed eſto, citra veri præiuditium, huiuſ-
modi relationem ad teſtamentū commodè
fieri potuiſſe, & domum Piccolomineam
vocatam dici poſse, vocationiſque ſuæ ca-
ſum eueniſse, quod quidem ita facile non
admittimus; cum duplex adſit Piccolomi-
nea domus, vna naturalis, & ſimplex, alte-
ra adoptiua, ex qua natus erat teſtator, Vi-
dendum erit, de qua ſenſerit teſtator, Et ip-
ſum de adoptiua, & propria, cuius conſer-
uationi tam enixè ſtudebat intellexiſse cre-
dimus, quod verbis, coniecturis, & auctori-
tatibus probabimus.

Verbis, dùm Teſtator de hoc eodem met
Caſtro, Palatio, & domo loquens dixit, *toti*
domui, ſiuè Progeniei de Piccolominibus, vi-
delicet maſculis legitimis, & naturalibus, na-
tis ex ſtirpe, & ſanguine Piccolomineorum, &
ex ſtirpe, & ſanguine Fel. mem. Pij II. & III.
7 Quibus † verbis clarè paret, totam familiam
Piccolomineam nominatam eſſe in genere,
& Piccolomineos omnes comprehendi *Bar.*
in l. 1. *nu.* 4. *C. de conduc. & procur. præd. fiſcal.*
lib. 11. *Illuſtriſ. Mantic. de coniect. vlt. vol.*
lib. 8. *tit.* 12. *nu.* 12. *verſ (ſed ego)* quando po-
ſtea ſequitur, *& de ſtirpe, & ſanguine Fel.*
8 *me. Pij II. & III.* Aut † illa copula, *&*, ſtat re-
ſtrictiuè, pro vt multoties ſtare ſolet, *l. quæ-*
ſitū §. ven. ff. de fund. inſtr. l. cū de lanionis §. cui
fundus eod. tit. l. legata ff. de ſupel. leg. l. vlt. §.
cui dulcia ff. de Trit. Vin. & oleo leg. Dyn. in c.
9 *generi de reg. iur. in* 6. Aut † ſtat declaratiuè
pro vt ſtare ſolet, quando (vt in propoſito)
inter genus, & ſpeciem adiecta reperitur.
Gloſ. in rub. C. de ſeru. & aqu. Bar. in l. quæſitū
§. ſi quis fundum nu. 6. *ff. de fund. in. l. Rot. de-*
10 *ciſ.* 366. *nu.* 2. *par.* 1. Aut † ſtat coniunctiuè,
vt regulariter ſtare ſolet, & vtriuſque copu-
lati concurſū requirit, *l. ſi quis ita ff. de verb.*
oblig. l. ſi heredi plures ff. de cond. in. t. & ſem-
per verum erit quod iſti legatum, vel fidei-
commiſſum iſtud prætendentes de ſtirpe, &
ſanguine Pij II & III. & ſic de familia
Piccolominea, Aragonea, & Papeſca eſſe
debent quod in actoribus nulla ratione ve-
rificari poteſt.

Non ſolum autem hoc verbis ſatis cōſpi-
cuis probatur, ſed & mente Teſtatoris pluri-
bus coniecturis probata demonſtratur.

Prima quia alias verba illa, *& ex ſtirpe, &*
Sāguine Fel. mem. Pij II. & III. vana & pror-
11 ſus inutilia eſſent; ſi † enim de Domo Picco-
lominea ſimpliciter intellexiſſet non erat,
quod verba iſta apponeret, vt patet ad ſen-
ſum, quod eſt contra *l. ſi quando in princ. ff.*
de leg. 1. *Bar. in l. generali §.* 1. *ff. de vſufr. leg.*
12 Et † in materia iſta fideicommiſſi inducēdi,
ac voluntatis teſtatoris colligendæ conie-
cturam hanc ſuperfluitatis vita idę conſide-
rarunt *Caſtr. conſ* 222 *in princ. lib.* 2. *Rom.*
conſ. 56. *num.* 4. *Dec. conſ.* 626. *nu.* 7. *Soc. Iun.*
conſ. 1 *num.* 21. *in* 3. *Natt. conſ.* 484. *nu.* 30.
Ruin. conſ. 35. *num.* 4. *in* 2. *Grat. conſ.* 126.
num. 24. *&* 25. *in* 2. *Rol à Vall. conſ.* 61. *nu.*
14. *in* 3. *Illuſtriſ. Mantic. de coniecturis*
vlt. volunt. lib. 3. *tit.* 6. *nu.* 1. *cum ſequentibus.*

Secunda, & non leuis colligitur conie-
ctura ex eo, dū ordinauit Arma, & inſignia
in d. Palatio exiſtentia, quæ ſunt Domus
Piccolomineæ adoptiuæ, non ammoueri,
13 ſed manuteneri, & conſeruari, Et † quoniā
arma, & inſignia apponuntur ad indicādum
dominiū rei *l.* 1. *C. vt nem. prin. tit. præd. &c.*
Teſtatorq; voluerit adeſſe arma familię Pic-
colomineæ ad eandem familiam, non autem
ad naturalem, cui non conueniunt dd. arma,
ſpectare Palatium, & alia bona voluiſſe, &
manifeſtiſſime videtur, & in ſimili arguit
Menoch. conſ. 30. *nu.* 13. Quinimò cum hæc
arma, & inſignia à Federico Imperatore
Pio II. conceſſa fuerint, ab eoq; in hanc ado-
ptiuam, non in naturalem familiam tranſla-
ta, & per conſequens naturalis familia vti
14 non poſſet, cum † nulli permiſſum ſit alte-
rius inſignia geſtare *l.* 1. *C. de his qui poten.*
&c. Tiraq. de nobilitat. cap. 6. *nu.* 17. Non

ſte

Digitized by Google

eſt credendum, q Teſtator, qui legando beneſaciendi, animum demonſtrauit eos ad delinquendum, & pœnam incurrendam inuitare, vel cogere voluerit *l. legata inutiliter ff. de adim. leg.*

16 Tertia Coniectura colligitur, ex eo, dum mandat Teſtator, quod Domus Piccolominea oblationem faciat Eccleſiæ Cathedrali de Cereo, cum armis, & inſignijs Domus Piccolomineæ, cum Aquila deſuper. Et quoniam hoc conuenit ſolummodo familię Piccolomineæ de Aragona, de hac neceſſario ſenſit, quia arma ponuntur ad denotandum familiam apponentem, & Teſtatoris id mandantis, *l. lex, qua tutores C. de adm. tut. l. quintus §. ad authoritatem ff. de ann. leg. Anch. conſ. 113. nu. 3. & 4. Rom. conſ. 474. Molin. de Primog. Hiſp. lib. 2. cap. 14. nu. 6.* Imò ex longa Teſtamenti ſerie idem apparet, cum ſemper viros ex hac Illuſtriſſima Familia adoptiua natos vocauerit, & cæteris prætulerit, quod percurrere longum eſſet.

Quarta, & ſatis clara naſcitur coniectura, quia Teſtator in caſu alienationis vocauit, & ſubſtituit Ducem Amalfi, Marchionem Deliſeti, & alios de Domo iſta adoptiua; Vnde

17 ſi quæ in inſtitutione fiunt dubiam ſubſtitutionem declarant *l. 1. C. impub. & al. ſubſt. §. & ſi ex diſparibus inſt. de vulg. ſubſt.* credẽdum erit de eadem familia Ducis, & Marchionis in legato ſenſiſſe, & ſic de familia adoptiua, ex qua iſti nati ſunt; Et idem, licet nõ ſub nomine familiæ in tota hac teſtamentaria ſua diſpoſitione obſeruauit, primo enim loco filios, & deſcendentes, proprios, ac alios ex iſta familia ortos honorauit, deinde Ducem Amalfi, Marchionem Deliſeti ſubſtituit, quod in effectu idem eſt, ac ſi horum familiam vocaſſet *l. peto §. fratre in vlt.*

18 *verbis ff. de leg. 2.* Secundo † vt veriſimile ſit admodum credere idem hoc loco voluiſſe, licet in verbis aliqua adfuerit diuerſitas *c. quia veriſimile de præſumpt. l. ſerui electione §. fin. ff. de leg. 1.*

19 Tandem ſeruiat generalis omnium coniectura, qua firmant, credendum eſſe Teſtatorem propriæ Domui, & familiæ in ſpecie, non autem alienæ, & generali prouidere voluiſſe *l. cũ acutiſſimi C. de fideicom. l. peto §. fratre, & ibi Bar. nu. 1. Idem in l. ſi cognati nu. 2. ff. de reb. dub. Alex. conſ. 91. ſub nu. 5. in 7. Soc. conſ. 249. nu. 8. in 2. Alb. conſ. 366. nu. 10. in 2. Bero. conſ. 176. nu. 72. in 2. Menoch. conſ. 106. nu. 218. & 226. in 2. & conſ. 233. ſub nu. 14. verſ. (comprobatur) in 3. Decian. conſ. 10. nu. 75. in 3. Surd. conſ. 247. nu. 12. in 2. Illuſtriſ. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. nu. 1. Peregr. de fideicom. art. 22. ſub nu. 26. in verſ. (contra vero, &c.)* Et ſequuntur *DD. omnes* vt teſtantur *Bero. & Mantic. allegati.* Quare cum Teſtator vocauerit, ſiue ſubſtituerit Domum Piccolomineam, de propria adoptiua, non de naturali intellexiſſe videtur.

At his generalibus poſtpoſitis variæ ſunt Doctrinæ, & Deciſiones in puncto. Et primo *Alex. conſ. 213. nu. 1. & 2. in 6.* Iuſſerat Teſtator aliquid dandum pauperi *della Torre*, & quoniam plures erant huius cognominis familiæ, diuerſa tamen inſignia ferentes, reſpondet *Alex.* intelligendũ eſſe de familia teſtatoris; imò, quia dixerat Teſtator *della Torre predetta*, dicit *Alexander*, duo copulatiue requiri, quod ſit *della Torre*, & *prædicta* videlicet Teſtatoris, pro vt in caſu noſtro non ſufficit, quod ſit de familia Piccolominea; ſed copulatiuè requiritur, quod ſit de ſtirpe, & ſanguine Pij II. & III. ex qua eſt Teſtator ipſe, idem voluit *Alex. vt in eod. caſu conſ. 91. nu. 5. in 7.*

Valde confert id, quod voluit *Soc. inter Conſ. Cur. ſen. conſ. 40 ſub nu. 13. verſ. (& in primis)* Aderat domus *Fontana* ſimpliciter, & domus *Fontana de Pauaris.* Modo Teſtator agnationis Fõtanæ de Pauaris alienationem prohibuit, quia voluit, quod bona remaneant, & conſeruentur in domo, & familia nobilium *de Fontana*, vult *Soc.* & benè, quod, licet Teſtator ſimpliciter *de Fontana* dixerit, cum tamen ipſe ſit *de Fontana de Pauaris*, de hac ſit intelligendum, ſic in propoſito, cum Teſtator fuerit de Illuſtriſsima familia Piccolominea, Aragonea, & Papeſca, licet ſimpliciter de Piccolominea dixiſſet, de hac teſtatoris adoptiua familia intelligendum eſſet, multo magis cum de his bonis loquens, non ſimpliciter, ſed cum qualitatibus hanc indicantibus, vt ſunt illa verba *ex ſtirpe & Sanguine Pij II. & III.* loquutus fuerit, huius familiæ conſeruationi anxiè admodum ſtuduerit, ipſumque ita ſenſiſſe, multæ ſuadeant coniecturæ, de quibus ſupra, Idem, & in eadem cauſa voluere *Alba conſ. 483. num. 41. cum ſequen. in 3. Gab. Buccabarıl. inter conſ. eiuſdem Alba conſ. 484. nu. 76. eodem vol. 3.*

His proxima ſunt, quæ firmauit *Dec. conſ. 322. ſub nu. 7. in fin. verſ. (accedit) & nu. 8.* Relictum erat fideicommiſſum nobilibus *de Puteo*, & quoniam duo erant huius familiæ

Collo-

Colonnelli, vult *Decius* prius admittendos eſſe illos, qui ſunt *de Puteo*, & de Colonello ipſius teſtatoris; Idem firmauit *Pariſ. conſ. 51. nu. 4. & num. 10. in 2.* Vocauerat Teſtator quoſcunque de Familia, & Proſapia *de Carauagio*, reſpondet, relictum reſtringendum ad eos, qui ſunt de familia ipſius teſtatoris in ſpecie, Plura alia in ſimilibus Caſibus firmarunt *DD.* quæ ſingula referre longũ eſſet, & maximè *idem Pariſ. conſ. 1. nu. 58. & 59. in 3. & conſ. 88. num. 36. in 2. Signorol. conſ. 81. num. 5. Menoch. conſ. 30. nu. 14. in 1. Ruger. conſ. 37. nu. 28. in 1.*

20 Et vbi etiam dici poſſet, omnes, & de quacunque Piccolominea familia vocatos fuiſſe, non tamen omnes, vt ex aduerſo prætenditur admittendi ſunt, ſed proximiores de vno in alium gradatim vocati dicerentur *l. cum ita §. in fideicom. ff. de leg. 2.* per quem *tex. Corn. conſ. 233. num. 11. in 4. Soc. conſ. 51. num. 11. & 19. in 4. Crott. conſ. 9. num. 7. in primo. Aymon. conſ. 984. num. 152. in 6. Rim. conſ. 1. nu. 7. in 1. Cephal. conſ. 318. num. 59. in 4. & conſ. 620. num. 71. in 5. Gabr. conſ. 107. nu. 1. in 1. Io. Filip. conſ. 48. nu. 57. Illuſtriſs. Mantic. de Coniecturis vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. nu. 3.* Ex quo ineuitabiliter ſequi videtur, quod ſiue proximitatem ſpectemus
21 ex parte grauantis, ſiue † ex parte grauati, ad opinionem, quam ſequi ſolet *Rot. deciſ. 15. num. 8. & deciſ. 72. nu. 3. par. 2. diuerſ.* qui ſunt de familia Piccolominea Aragonea veluti omni ex parte proximiores præferendi erunt.

Ex his, iura huius nobiliſſimæ Piccolomineæ familiæ de Aragona, ſiue alicuius ex ea, ſuperiora, & abſque dubio admittenda credimus nullis penitus obſtantibus obiectis; Quorum aliquam mentionem minimè habendam duximus, tùm quia leuia, tũ quia ex prædictis omnino tolli poſſe exiſtimauimus, ſi tamen in aliquibus vim fieri contingerit nos omnimodam ſatisfactionem pollicemur, Et ita Teſtamenti, Codicillorumque verbis exactè perpenſis, toto negotio diligenter perpenſo, ac colloquio ſæpè ſæpius inter nos habito, de iure reſpondendum duximus.

Laus Deo, & Virgini.

Ita iuris eſſe communicatio cum infraſcriptis Illuſt. & Excell. viris colloquio reſpondi Ego Alphonſius Doſius I. V. D. Bonon. in Patriæq; meæ Gymnaſio iuris ciuilis de mane ordinarius, primariusque profeſſor.

Ego Annibal Marcſcottus I. V. D. ac in Parmenſi Gymnaſio matutinis horis iuris ciuilis primarius Interpres, & Sereniſſimi illius Ducis Conſiliarius.

Vt ſupra concluſum eſt colloquio ſæpius cum Illuſtriſs. & Excellentiſs. DD. meis habito iuris eſſe cenſui ego Vincentius Bãcius I. V. D. Bon. & in Patrio Gymnaſio iuris ciuilis ordinarius Interpres.

Communicato ſæpè colloquio cum ſupradictis Illuſtriſs. & Excellentiſs. Iure conſ. ita iuris eſſe ſentio Ego Hieronymus Buccaferreus I. V. D. Bonon. in Patrio antiquiſſimo Gymnaſio iuris Ciuilis profeſſor ordinarius.

EPITOME.

Vſusfructus relictus vxori, quando finiatur morte filiorum, & quando non.

Legatum vſusfructus iniuncto precepto nõ moleſtandi hæredes, cenſetur factum animo compenſandi.

Relictum factum ſub conditione non iterabili, quæ (teſtatore ſciente) erat impleta, valet vt purum reiecta conditione.

Prælegata ex coniecturis ponderatis veniũt in reſtitutione fideicommiſſi.

Diſpoſitio teſtatoris, quod dotes filiarum excluſarũ à ſtatuto conſtituantur ex fructibus bonorum, quando valeat, & ſit ſeruanda.

Trebellianica nepotibus prohiberi poteſt, non verò liberis primi gradus ex conſuetudine regionis.

Moleſtiarum illatio pro implemento voluntatis teſtatoris non inducit priuationem, præſertim ſi facto tutricis datæ fuerint, quæ pupillo non nocent.

S V M M A R I V M.

1 *Vſusfructus finitur morte vſufructuarij, & nu. 17.*

5 *Ex vicinitate, & coniunctione diſpoſitionum inducitur correſpectiuitas.*

Et legatum factum tutori habet correſpectiuitatem ad tutelam nu. 6.

Ideoq; finita tutela legatum videtur finitum num. 7.

Et in quo cõſiſtat huiuſmodi correſpectiuitas, vide nu. 15.

10 *Legatum vſusfructus relictum vxori, vel nurui extantibus filijs reſoluitur in alimenta.*

Quod durat mortuis filijs nu. 2.

Lega-

Legatum verò uſusfructus, quod non reſoluitur in alimēta, durat, ſi ſit factum in fauorem vxoris, ſecus ſi ſit factum in fauorem filiorum num. 3.

Imò, ſi appareat de dilectione erga legatariā, licet ſit adiectum onus ad commodum filiorum, illis mortuis adhuc remanet n. 4 ſ.

Quando autem dicatur factum in fauorem filiorum nu. 4. & ſeqq.

Et dicitur factum præſertim, quando filij ſunt impuberes nu. 8.

Sed quomodo id procedat nu. 18.

Et quando dicatur tale legatum factum in fauorem vxoris, vel nurus nu. 9.

22 *Vſufructuarius tenetur cautionem præſtare, & inuentarium conficere.*

Fallit tamen in Patre, vel Auo, qui nec tenentur rationes reddere nu. 19.

13 *Relatio fit ad proximiora, præcipuè quando clauſula appoſita eſt propter proximiorem diſpoſitionem, & venit continuatiuè ad eā.*

14 *Cauſa, quæ non eſt æquè generalis cum diſpoſitione non eſt cauſa finalis.*

15 *Ex verbis teſtatoris oſtendentibus confidentiam in nurum legatariam, non iniungitur onus adminiſtrandi bona eius filiorum, adeout illis mortuis ceſſet legatum.*

20 *Legatum non præſumitur factum animo compenſandi cum debito voluntario.*

Secus, quando conſtat de coniecturata mente teſtatoris in contrarium num. 21.

De qua conſtat, quando ipſe teſtator dixit, ſe legare pro eo, quod debet, vel quid ſimile num. 22.

23 *Manifeſta teſtatoris voluntas non eſt cauillationibus turbanda.*

24 *Legatum factum à teſtatore poſt mortem illius, quem ſcit mortuum eſſe, valet, ac ſi legatum eſſet ſimpliciter.*

Idem ſi legat illi, quem ſcit puberem eſſe, cum perueneris ad decimum quartum annum nu. 25.

Ita relictum factum ſub conditione non iterabili, quam ſciebat teſtator impletam eſſe, valet uti purum nu. 26.

Ratio eſt, quia conditio iam impleta non iterabilis eſt impoſſibilis nu. 27.

Quæ ideo reijcitur, & non vitiat diſpoſitionem num. 28.

29 *Legatum rei, quam teſtator ſciebat eſſe alienam, quamuis dixerit eſſe ſuam, valet quoad æſtimationem.*

30 *Non creditur teſtatorem incontinenti voluiſſe ſe corrigere.*

31 *Inducta ad augmentū non debent diminuere.*

32 *Copula & præcedentibus addit, & ampliat.*

33 *Dictio* etiam *oſtendit rem eſſe magis dubiam.*

34 *In verbis claris non datur quæſtio voluntatis.*

35 *Prælegata an veniant in reſtitutione fideicommiſſi.*

Veniunt, quando relicta fuerunt titulo inſtitutionis nu. 36.

Quando abſorbent maiorem partem bonorum num. 37.

Et quando teſtator fideicommiſit generaliter omnia bona ſua nu. 38.

Quando tamen prælegata ſunt prohibita alienari non continentur ſub fideicōmiſſo n. 39.

Sed intellige, quando prohibitio eſt ad fauorē aliorum non vocatorum ad fideicōmiſſum nu. 40.

41 *Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt alienari ex diſpoſitione* auth. res quæ C. com. de legat. *pro augēda dote ob temporis conditionē.*

Non tamen poſſunt alienari, quando teſtator mandauit dotes ſolui ex fructibus nu. 42. & 43.

45 *Æs alienum teſtatoris deducitur de fideicommiſſo.*

46 *Legitima non poteſt prohiberi, nec grauari à patre.*

Nec poteſt relinqui in fructibus, ſed debetur in proprietate nu. 44.

47 *Trebellianica an poſſit prohiberi liberis primi gradus.*

Magis communis eſt nō poſſe prohiberi n. 48.

Quæ ſeruatur Bononiæ, ac Florentiæ, etiam quando concurrit cum legitima nu. 49.

Poteſt tamen prohiberi nepotibus num. 50.

51 *Teſtator poteſt prohibere hæredibus ſuis ſub pœna priuationis, ne alicui moleſtiam inferant.*

Et ſub prohibitione verbis amplis concepta includuntur moleſtia tam iuris, quam facti nu. 52.

Non tamen dicitur inferri moleſtia, quando petitur quid iuxta voluntatem teſtatoris nu. 53.

Pupilli verò non incidūt in pœnam priuationis ob moleſtias illatas per tutricem nu. 57.

Nec talis pœna incurritur ex facto de conſenſu illius, ad quem ex priuatione pertinere debebant bona nu. 61.

Neq; ſi petantur ea, quæ non erant teſtatoris num. 64.

Neq; ea, de quibus ipſe non poterat diſponere nu. 65.

Vel ſi petatur nomine alieno nu. 66.

54 *Quod malo animo nō fit pœnam non meretur.*

55 *Excluſa per ſtatutum omni exceptione non*

inteli

Digitized by Google

intelligitur excluſa ea, quæ reperitur in alio ſtatuto.

58 *Tranſactio facta à tutore ſine iudicis decreto non præiudicat pupillis.*

Sicut nec remiſſio iuris nu. 59.

Et ſi huiuſmodi actus valerent daretur illis reſtitutio in integrum nu. 60.

62 *Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt.*

63 *Hæres debet habere ratum factum defuncti.*

67 *Sub fideicommiſſo continentur ſolum bona, quæ fuerunt teſtatoris tempore eius mortis.*

Continentur tamen bona permutata à granato cum bonis fideicommiſſi num. 68.

RESPONSVM L.

Auſpice Chriſto.

PLVRIBVS dubitatioiibus
propoſitis ex teſtamento
Perill. Capitanei Lanfredi-
ni de Celleſijs de Piſtorio
ſatisfaciam iuxta id, quod
puto eſſe de iure verius, cũ
à me non ſit petitum, vt magis pro vna, quã
pro altera parte reſpondeã. Iuxta ordinem
propoſitum prima eſt dubitatio, An legatũ
vſusfructus in perſona D. Hippolytæ finia-
tur morte filiorum ſuorum, & nepotum
teſtatoris, quibus ipſa eſt conſtituta tutrix
1 in teſtamento, an † potius etiam mortuis fi-
lijs duret quoad viuit ipſa Hippolyta, iuxta
naturam vſusfructus §. *finitur Inſt. de vſuf.*

2 Si legatum reſolueretur in alimenta, fa-
cilè eſſet reſpondere, durare legatum, cùm
ita teneant omnes ferè *Doct. in l. 1. C. de le-
gat. Dec. conſ. 485. caſus de quo quæritur ſub
num. 10. verſ. quæ reſpondetur*, cum alijs ple-
nè citatis a *Surd. de aliment. tit. 8. priuileg.
23. & 24.* Sed cum teſtator apertè dixerit,
nolle legatum importare alimẽta tantum,
ſed plenum, liberum, & integrum vſumfru-
3 ctum, pro † reſolutione huius dubitationis
neceſſe eſt videre, an legatum ſit in fauorem
filiorum tunc illis defunctis ceſſat, an in fa-
uorem Hippolytæ legatariæ tũc non ceſſat,
iuxta diſtinctionem communẽ *gloſ. & Doct.
in d. l. 1. C. de legat. Iac. Butrig. verſ. & (ideò
quidam magnus Doctor) Pet. à Bellapertic.
verſ. (dico aliter) Faber in princ. Paul. nu. 2. &
alij ferè omnes Dec. d. conſ. 485. conſ. 526. in
caſu occurrenti*, & melius *conſ. 601. vtiſo ele-
ganti Soc. iun. conſ. 58. num. 12 in 3. Soc ſen.
conſ. 69. num. 3. in 1. Menoch. conſ. 146. nu.
1. in 2. & præſumpt. 123. num. 20. in 4. Vinc.
Franch. deciſ. 58. nu. 3.*

Et quidem prima conſideratione in pro-
poſito caſu videretur dicendum factum le-
gatum fauore filiorum ipſius Hippolytæ, vt
abſente marito, & poſt eius mortem incum-
beret curæ filiorum, quod primo colligitur,
ex confidentia, qua teſtator mouetur, quod
Hippolyta diligat filios, & propterea futu-
rum ſit, vt bona maximè ad eorum commo-
dum augeat ibi, *quia eam optimè nouit, &
multum confidit in bonitate, probitate, &c.
& pro comperto habet eam quamplurimum
diligere eius filios, ob quam dilectionẽ introi-
tus bonorum augmentabit, & omnia vtilia
pro ſuis filijs faciet, quemadmodum decet ma-
trem erga filios omni meliori modo.*

Secundo poſt legatum vſusfructus ſtatim
teſtator cõſtituit eandem Hippolytam tutri-
cem filiorum, quo fit, vt diſpoſitiones videã-
tur correſpectiuè, ſcilicet legatum factum
5 reſpectu tutelæ, tùm † ex vicinitate, & con-
iunctione diſpoſitionum *gloſ. in l. vt iuſiuran-
di in princ. in verbo (libertatis) ff. de oper. libert.
Bald. in l. petens C. de pact. Aym. conſ. 246. ſub
nu. 3.* plura ſimilia ad propoſitum conferen-
tia cumulauit *Menoch. præſumpt. 12. nu. 8. cum
6 ſeq. in 6.* tum † etiam, quia id regulare eſt, vt
legatum factum tutori habeat correſpectiui-
tatem ad tutelam *l. Neſenius §. fin. iunct. l. ſeq.
l. tutor §. quæ tutoribus, & l. amiciſſimos ff. de
excuſat. tutor. l. qui tutelam ff. de teſtament.
tutel. & l. poſt legatum §. amittere ff. de his qui-
bus vt indign.* & per hæc iura *Guttierez. de tu-
7 tel. parte 3 c. 5. nu. 15.* qua † correſpectiuitate
ſtante finito onere tutelæ, & legatum vide-
tur finitum *l. filio §. matri, & l. alumna §. Seia
ff. de adimend. legat. Bald. in d. l. petens nu. 49.
C. de pact.*

Tertio id totum factum eſſe fauore fi-
liorum oſtendunt etiam illa verba, de quibus
in conſtitutione tutelæ ibi *Cui D. Hippolytæ
eius filios quamplurimum commendauit.*

Etiam quarto id ſuaderi videtur, quod
teſtator non legat vſumfructum ad vitam,
vel quoad vixerit ipſa Hippolyta, ſed ſimpli-
citer, quaſi ſentiens illam habere vſumfru-
ctum quoad filios gubernaret.

8 Quintò & illud non mediocriter facit,
quod filij erant impuberes, & poſthumi re-
ſpectiuè, & proinde maximè indigentes au-
xilio, & gubernio matris, ex quo oritur pro-
babilis præſumptio, legatum factum fuiſſe
contemplatione filiorum, vt gubernarentur
Anchar. conſ. 237. n. 2. Dec. d. conſ. 485. nu. 7.

Enim.

Ruin.conſ.46.num.5.in 2.ad quod facit *tex.*
in l.ſed ſi hoc §. *fin.ff.de condit.& demonſtrat.*
quem tex. ad hoc propoſitum allegat *Bald.*
*in conſ.*140.*in fine in* 5.
9 His tamen non obſtantibus ego ſẽtio iu-
ris eſſe, vt reſpondeatur, vſumfructum durare
in vita Hippolytæ, in eiuſque fauorem con-
ſtare in teſtamẽto factum legatum, nec adie-
ctũ eſſe aliquod onus in fauorem filiorum,
quod ſit cauſa finalis legati, quæ omnia a-
pertè ex lectura teſtamenti colligi arbitror:
nam ſi prius ſpectemus legatum vſusfructus
ſimpliciter in eo ſit mentio ſuæ perſonæ,
& nullum ei iniungitur onus, nec per ex-
preſſionem modi, neque conditionis, imò
verba tota reſpiciunt commodum ipſius le-
gatariæ, dum declaratur intelligi de ple-
10 no, libero, & integro vſufructu, cum † alio-
quin ex concurſu filiorum legatum vſusfru-
ctus reſolueretur in alimenta iuxta notiſſi-
mam conſuetudinem *Bulgari*, de qua *Bar.&*
alij in l.Titia cum teſtamento §.*Titia cum nu-*
*beret ff. de l.*2. Itẽ dum vſufructuaria libera-
tur ab onere cõfectionis inuentarij, & cau-
tionis præſtandæ, etiam dum exprimitur
magna cõfidentia teſtatoris in bonitatem,
fidem, legalitatem, & morum integritatem
ipſius legatariæ, ex quo arguitur, non vulga-
ri dilectione teſtatorem legatariam proſe-
cutum fuiſſe, & præcipuè, quia in ſequenti
datione tutelæ diſponitur expreſsè, vt nec
finita tutela poſſit è domo expelli eum pri-
uatione eam moleſtantium, ſignum euiden-
tiſſimum, quod in his, in quibus honorauit
Hippolytam in amore, & dilectione eum
antepoſuit filijs, deſcendentibus, & hæredi-
bus ſuis.
11 Si igitur *Doct. in locis antea citatis* com-
muniter tenent, etiam quod legato ſit adie-
ctum onus ad commodum filiorum, quod
tamen ob dilectionem legatariæ legatum
duret etiam ſi non in commodo filiorum, &
quod in concurſu fauoris filiorum, & lega-
tariæ anteponatur fauor legatariæ, id longe
magis procedet in hoc caſu, in quo nul-
lum eſt iniunctum onus ſaltem in legato, de
quo agitur, & eſt conſideratus ſolus fauor le-
gatariæ, & nullus præterea: Nec obſtant con-
ſiderationes contrariæ, quia primus illa verba
confidentiæ ibi *quia eam optimè nouit* non
exprimunt cauſam legandi, vt ipſius legati
ſignificẽt cauſam finalem, ſed deſignant cau-
ſam, quare remittitur confectio inuentarij,
12 & præſtatio cautionis, cum † enim ad hæc te-
neantur vſufructuarij ad commodum pro-
prietariorum, & vt vtantur ſalua rerum ſub-
ſtantia *l.* 1. §. *cauere.* §. *recte*. *habet ff. vſu-*
fruct. quem. cau. l. ſi vſusfructus ff. de vſufr.
l. 1. *C.eod.l.vlt.de pignor.* hæc remittit teſta-
tor; quia informatus de bonis qualitatibus
legatariæ ſcit, quod diligit filios proprieta-
rios, & attenta tali dilectione quod augebit
introitus, & vtilia pro filijs faciet, ideò inuẽ-
tarium, & cautio vti non neceſſaria remit-
tuntur. Hocq; facilè conſtat ex lectura teſta-
menti, nam teſtator iure legati facit Hippo-
lytam vſufructuariam, declarando, vt intelli-
gatur quoad plenum vſumfructum, poſtea in
ſeparata oratione non concernẽte amplius
ſubſtantiam legati dicitur, *liberauitque*
eam à quacunque confectione inuentarij, &c.
& ſtatim additur ratio, *quia eam optimè nouit*
13 *&c.* hæc † ratio adiecta, poſt duas præcedẽtes
diſpoſitiones diſtinctas, quarum prima poſ-
ſet ſtare ſine ſecunda, ex regula iuris refertur
tantum ad proximiorẽ diſpoſitionem, præci-
puè quãdo conſtat appoſitam eſſe ob proxi-
miorem diſpoſitionem, & venire continua-
tiuè ad eam, vt hic, *Alex.conſ.*48.*nu.*8 *in* 1.
*& conſ.*158.*nu.*7.*in* 6 *Soc.iun.conſ.*3.*nu.*41.
in 1.*Capic deciſ.*108.*nu.*12. *Ant.Gabr.tit. de*
*clauſ.concluſ.*9 *nu.* 26. ex eo enim quod re-
mittitur inuentarium, & cautio, ſequitur,
vt teſtator in vſufructuariam confidentiam
habeat, ideò, quod dicitur de confidentia,
rectè dicitur cauſa finalis remiſſionis, ſed ex
eo, quod relinquitur vſusfructus non ſequi-
tur reſoluta confidentia bonæ adminiſtra-
tionis, tunc enim res ſe habet ad eſſe, & non
eſſe, ideò lex prouidet per cautionem, & in-
14 uentariũ, igitur † cauſa confidentiæ reſpecta
vſusfructus veluti non æquè generalis cum di-
ſpoſitione nõ poterit rectè dici cauſa finalis
Tiraquel. tract. ceſſante cauſ.limit. 1. *nu.* 61.
15 Præterea, † quicquid ſit, ex his verbis non
iniungitur onus adminiſtrandi bona filiorũ,
ita vt ceſſante adminiſtratione ob mortem
filiorum ceſſet relictum vſusfructus; ſed ſup-
poſita adminiſtratione reſultãte ex eo, quod
Hippolyta eſt vſufructuaria ponitur confi-
dẽtia bonæ adminiſtrationis ex qua reſultat
tantũ, quod legataria indignum quid faceret,
ſi perperam, & non ex fide bona adminiſtra-
ret; non autem colligitur expreſſum præce-
ptum adminiſtrandi, ob quod dicatur lega-
tum relictum *l.Pamphilo in princ. ff. de leg.* 3.
cum alijs ſimilibus ibi *à gloſ.* citatis.

Non obſtat, quod conſtitutio tutelæ ſit
ad legatum vſusfructus correſpectiua, quia
id negatur, cum vſusfructus in diuerſa ora-

Non

Digitized by Google

16 ctione legeiur: & † ſi adeſt correſpectiuitas,
io eo conſiſtit, vt non poſsit Hippolyta a-
gnoſcere legatum, & recuſare onus, quæ eſt
correſpectiuitas, de qua in legibus ſupra ci-
tatis iuxta declarationem *Doct.* præſertim
*Cuiac. ad lib. 7. quaſt. Pauli in explicatione §.
fin. l. Neſenius, & l. ſeq. ff. de excuſat. tutor.*
recipiendo igitur tutelam, ſi viuunt filij ſa-
tis dicitur ſeruatum præceptum, vt legatũ
habeatur, & licet poſtea ceſſet tutela non
refert, quia non dicitur, vt habeat vſumfru-
ctum quoad adminiſtret tutelam, ſed vt ha-
beat legatum ad effectum, vt tutelam ſuſci-
piat, in hoc conſiſtit correſpectiuitas, quod
onus cum legataria nõ recuſauerit, nec per
eam ſtet, quin illud recipiat, legatum con-
ſequi debet: Præterquã quod in hoc ceſſat
omnis difficultas, quia in conſtitutione tu-
telæ expreſsè teſtator dicit, velle Hippoly-
tam habere tutelam *cum plena, libera, ac ge-
nerali, & ſpeciali adminiſtratione omnium
bonorum, rerum, & iurium d. teſtatoris, D.
Mariotti, & eius filiorum, ita vt ſit libera, &
abſoluta Domina,* quod ſtantibus præceden-
tibus, & ſequentibus non poteſt intelligi,
niſi ratione vſusfructus, & additur *& nũquã
poſſit expelli è domo, etiam ſi tutela, & cura
finita eſſet,* quæ verba, etiam quod tantum
de domo dicant, denotant tamen intentio-
nem teſtatoris fuiſſe, Hippolytam etiam
finita tutela id retinere, quod prius habebat.

Commendatio autem filiorum non ob-
ſtat, quia adiecta eſt cõſtitutioni tutelæ, ideò
in hoc plus non poteſt, quam poſſit ipſa tu-
telæ conſtitutio, de qua mox dixi.

Nec opinor referre, in legato vſusfru-
ctus dictum non fuiſſe, *quoad vixerit legata-
ria,* quia cum nec etiam dictum ſit *quoad vi-
xerint filij, & durauerit eorum cura,* legatum
17 intelligitur ſecundũ naturam rei legatæ, ita
vita legatariæ durãte *d. §. finitur Inſt. de vſuf.*

18 Ad illud, quod filij erant in ætate tenera
varijs modis reſpondetur, quod procedunt,
quando conſtat onus iniunctũ eſſe morãdi
cum filijs, & dubitatur, an id in fauorem fi-
liorum, vel legatariæ, at hìc non legitur in-
iunctum onus: Vel, quod contraria proce-
dunt in impedimento perpetuo, vt eſt infir-
mitas, non in temporali, vt eſt impubertas
Menoch. d. conſ. 146. nu. 25. in 2. vel quando
onus iniunctum eſt ſub conditione tractum
temporis habente, puta, quia dictum ſit, *le-
go, donec curauerit filios,* at ſi dictum eſſet *le-
go, ſi curauerit filios,* ſufficit, quod filios ma-
ter curare incipiat, licet nõ perſeueret, quia
moriantur, legatum non extinguitur *Benin-
tend. deciſ. vlt. nu. 5.* nos verò non ſumus in
caſu, quo poſſet dici legatum donec mater
gubernauerit filios, ſed potius in ſecundo, ſi
gubernauerit, licet pro veritate ego tenẽã
nos non eſſe neque in primo, neq; in ſecun-
do caſu: Alia ad confirmationem huius opi-
nionis dici poſſent, quæ data opera omitto,
quia legi poſſunt apud *Menoch. in d. conſ.
146. in 2.*

Venio modo ad ſecundum dubium, in
quo ſuppoſitis his verbis teſtamenti, in ea
parte, in qua Hippolyta conſtituitur tutrix,
*nec pariter voluit, vt d. D. Hippolyta, nec eius
filij, & deſcendẽtes, vel alij habentes, vel ha-
bituri cauſam, & originem ab ea moleſtent e-
ius hæredes, & petant eos condemnari ad red-
dendum cõputum adminiſtrationis &c.* dubi-
tatur, an ob hæc verba, legatum vſusfru-
ctus poſſit dici factum occaſione cõpenſa-
tionis, & remunerationis.

19 Ad quod reſpondeo, debitum redditio-
nis rationis eſſe in teſtatore voluntarium
*l. cum oportet §. non autem C. de bon. quæ liber.
Ari. Pinel. in l. 1. p. 2. nu. 20. C. de bon. matern.*
20 ideo † in dubio non præſumi factum legatũ
vſusfructus animo compẽſandi communi-
ter *Doct. in auth. præterea C. vnde vir, & v-
xor. in l. ſi cum dotem §. ſi pater ff. ſolut. ma-*
21 *trim.* At † qua tamen cõmuni opinione rece-
ditur ex cõiectura à mente teſtatoris ſum-
pta præcipuè ex verbis teſtatoris *Illuſtriſ.
Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2.
Sim. de Pratis de interprat. vlt. volunt. lib. 4.
dubit. 6. ſol. 383. Menoch præſumpt. 110. in
4. Gutierez. de tutel. p. 3. c. 5. num. 4. Honded.
conſ. 50. nu. 12. in 2.* in propoſito igitur caſu
tota difficultas ad id deducitur, an facto le-
gato vſusfructus poſtea adiecto præcepto
de non moleſtando hæredes in petitione
computi oriatur ſufficiens coniectura com-
22 penſationis; oriri arbitror; quia † ſi dictum
fuiſſet legari pro eo, quod debetur ex ad-
miniſtratione non dubitaretur de compen-
ſatione. Idem quando prohibitum fuiſſet,
petere, Pariter quando diceretur, quod le-
gatarius debeat eſſe legato tacitus, & con-
tentus, vel oſtẽderet teſtator ſibi curæ eſſe,
ne inter legatarium, & hæredes controuer-
ſiæ oriantur *Mantic. Simon. & Menoch. locis
iam citatis Aymo. conſ. 199. ſub num. 3. Mal-
naſ. conſ. 72. Honded conſ. 63. num. 81. & 82.
in 1. Magon. deciſ. Florent. 117. num. 12.* Nec
dubitandum eſt in hoc caſu, quia iniunge-
re legatariæ, vt moleſtia non afficiat hære-

V des,

Digitized by Google

des, & non petat eos condemnari ad reddendum computum, aliud non eſt, quàm legare vſumfructum pro eo, quod peti poſſet ex computo, prohibere petere computum, & oſtendere, velle teſtatorem legatariam contentam eſſe ſuo legato, & curare, ne lites inter eam, & hæredes ſuos oriantur, vel ſaltem hęc omnia veniunt in conſequẽtiam eorum, quæ teſtator expreſſit, ergo ex illis inducetur compenſatio, quemadmodum, ſi in indiuiduo expreſſa eſſent ex allegatis ſupra, præſertim apud *Aym. d cõſ.* 149. *num.* 11. *Magon. d. deciſ. Florent.* 17. *num* 12. qui loquitur, quando iniunctum eſſet, moleſtiam non inferri, & quia iſtud ſatis clarum arbitror vlterius non inſiſto.

Tertiũ dubium eſt, ſuppoſito, quod teſtator ſciuerit tempore ſui teſtamenti mortuũ iam fuiſſe Mariottum eius filium, quia Hippolytæ nurui legauit d. vſumfructum durante abſentia d. Mariotti, & poſt eius mortem; an ex hoc præſumatur legatũ vti paliatum nullius roboris, vel alia ratione infirmetur.

23 Ad quod reſpondeo, manifeſtam teſtatoris voluntatem non eſſe ſubtilibus cauillationibus turbandam *l. ſi quis hæredem in fin. C. de inſt. & ſubſtit.* clarè conſtat, quod vult Hippolytam habere vſumfructum poſt mortem Mariotti, ſit igitur tunc mortuus maritus, vel poſtea moriatur, non videtur referre: Si enim ſupponimus Mariottum abſentem à patre deceſſiſſe, non potuit pater eius mortis reddi certus, niſi per literas, quo caſu, quia de hoc non potuit eſſe præciſè certus, ideò in teſtamento diſpoſuit abſente Mariotto, & poſt eius mortem, vt remoueret omnem dubitationẽ ad fauorem Hippolytæ, & etiam, vt eam liberaret ab onere probandi eius mortem, vt probare tenebatur, ſi tantum poſt mortem vſumfructum reliquiſſet, & in his terminis ſaluatur

24 volũtas teſtatoris: ſi † verò ſupponimus, patrẽ prorſus certũ fuiſſe de morte filij, quod non poteſt eſſe, niſi per viſum, & tunc adhuc crederem, ſeruandam eſſe mentem teſtatoris, & deberi vſumfructũ, ac ſi ſimplici-

25 ter eſſet relictus, ad † quod facit *tex. in l. ſi cui legetur* 51. *ff. de leg.* 1. ſi teſtator legat alicui, cum peruenerit ad decimumquartum annũ, quem ſciebat ætatem illam compleuiſſe, debetur legatum eo modo quo deberetur ſi

26 ſimpliciter legatum eſſet. Facit † etiam, quod quando quid relinquitur ſub conditione non iterabili, quam ſciebat teſtator eſſe impletam, remota conditione valet relictũ vti purum *Bar. in l. ſi iam facta* 11. *& in §. fin. l. præcedentis ff. de condit. & demonſtrat. & ibi etiam Soc. & Gofred. in princ. & idem Soc. in §. fin. l. præcedentis nu.* 3. *Galganet. de cond. & demonſtrat. parte* 2. *c.* 1. *q.* 37. *ſub nu.* 1. cu-

27 iuſ rei *Alberic. in d. §. fin l. hæc conditio* rationem eſſe dixit: quia conditio iam impleta,

28 non iterabilis impoſſibilis eſt, & † ideo ipſa reijcitur, & non vitiat diſpoſitionem *l. obtinuit ff. de cond. & demonſtrat. Emanuel. Coſta ſelect. interp. lib.* 2. *c.* 12. *ſub n.* 1. & in propoſito iſta adiectio *poſt mortem* in euentum, in quem Mariottus decederet ante teſtatorem, ſin iam mortuo ob reiterationem eſt impoſſibilis, ideò ipſa reijcitur, & legatum vti relictũ ſimpliciter, & ſine vlla adiectione ſu-

29 ſtinetur: Facit † ẽt, quod ſi teſtator ſcienter legat rẽ alienam eam dicendo ſuam, ob id non corruit legatũ, ſed debetur æſtimatio, ſi res haberi non poteſt, vt deberetur, ſi res aliena à ſciẽte ſimpliciter legata eſſet, *gloſ. in l. nuper in ver. (conditionẽ) ff. de leg.* 3. *Alex. in l. ſeruus electione § fin. n.* 4. *ff. de leg.* 1. *Illuſt. Mantic. de coniect. vlt. volũt. lib.* 9. *tit* 9. *nu.* 3.

Succedit modo quartũ dubium: Cum teſtator poſt relictum vſusfructus in conſtitutione tutelæ diſponat, vt nec etiam finita tutela poſſit Hippolyta è domo expelli, An ex hoc reſtringatur legatum vſusfructus, vel ſaltem colligatur Hippolytam fuiſſe relictam vſufructuariam contemplatione filiorum.

Videretur prima facie dici poſſe, hanc partem teſtamenti reſtringere præcedens legatum id deducendo hoc modo, quod teſtator putans neceſſarium eſſe cauere ne Hippolyta expellatur, ergo non ſentit, eam eſſe abſolutè vſufructuariam, alias opus non eſſet, id prouidere, quia vti vſufructuaria expelli non poſſet, vel alio modo, ſi tantum de domo loquitur teſtator, & non de alijs bonis, ergo videtur reſtringere ligatũ vſusfructus ad domum.

At pro veritate ego ſentio, nullam induci reſtrictionem his verbis, ſed ſimplicem declarationem ad tollendam omnem dubitationem; Etenim teſtator prius reliquit ipſam Hippolytam Dominam, maſſariam, & vſufructuariam omnium, & quorumcunque bonorum Mariotti, ita vt legatum non importet alimenta tantum, ſed vt eum effectu conſequatur plenum, & integrũ vſumfructum omnium bonorum, & in conſtitutione tutelæ dicitur *cum plena, & libera administratione, ita vt ſit libera, & abſoluta Domina,*

mina,

Digitized by Google

mina, quibus verbis pleniſſimè Hippolyta
honoratur, ſequuntur verba, *& nunquam*
poſſit expelli à domo ipſius teſtatoris: quibus
non poteſt dici præcedentia reſtringi, tum
30 quia dicendum eſſet, voluiſſe teſtatorem in-
continenti ſe corrigere, cum prius reliquiſ-
ſet vſumfructum omnium, & quorumcunq;
bonorum, & nũc relinqueret tantum vſum-
fructum domus, vel prius reliquiſſet plenũ,
& liberum vſumfructum, & nunc relinqueret
tantum ſimplicem habitationẽ domus con-
tra *vulg. l. non ad c. ff. de cond. & demonſtrat.*
31 tum† etiam, quia verba illa, *& nunquam*
poſſit expelli, poſita ſunt ad augendum ius
Hippolytæ, ergo non poterunt illud dimi-
nuere, vt verè diminuerent ſi reſtringerent
contra *l. legata inutiliter ff. de adimend. le-
gat. Ceph. conſ. 37. num. 47. in 1. & conſ. 156.
num. 13. in 2. Pedroch. conſ. 2. nu. 37. & conſ.
5. nu. 78. & 79.* Nec modus loquendi eſt re-
ſtrictiuus, ſed potius ampliatiuus dùm dici-
32 tur, *& nunquam poſſit expelli &c.* nam † co-
pula, *Et*, præcedentibus addit, & ampliat,
præſertim in legatis *l. ea tamen adiectio ff. de
leg. 3. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. Re-
buſ. in l. coniunctionem verſ. (octauo coniun-
ctioni) ff. de verb. ſign.* Prædicta autem verba
putarem eſſe adiecta ad maiorem declara-
tionem, & ad tollendam omnem dubitatio-
nem, vt in ſimilibus terminis ſcripſit *Ceph.
d. conſ. 37. nu. 47. in 1. BertaZol. conſ. ciuil. 51.
nu.* 10. In creanda Hippolyta tutrice, & cu-
ratrice filiorum cum libera adminiſtratio-
ne bonorum: quia poterat dubitari ceſſare
hanc adminiſtrationem finita tutela, quaſi
conceſſa contemplatione tutelæ, quod et-
iam aliquo modo poterat dici de legato v-
ſusfructus, ex dictis antea in primo dubio,
ideo vult teſtator declarare, finita tutela ni-
hil innouãdum in Hippolyta, imò remane-
re cum honoribus, & præeminentijs, de qui-
bus ante, idcirco addit, quod non poſſit à
domo expelli exprimendo expulſionem
domus tanquam illud, in quo præcipuè con-
ſiſtit adminiſtratio, ideo dicitur, quod ſit
adminiſtratrix, & domina, & exprimendo
quid veniens in conſequentiã, dicitur, quod
non poſſit expelli, & ne contingat de hoc
dubitare finita tutela, ideò additur etiam ſi
33 tutela, & cura finita eſſet; illa † enim dictio
etiam oſtendit de hoc magis dubitatum eſſe
Fulgoſ. in l. qui ſe patris C. vnde lib ad quam
dubitationem tollendam verba hæc adiecta
fuiſſe dicendum eſt: Hinc etiam ſequitur
tantum abeſſe, vt hæc verba denotent lega-
tum factum fuiſſe fauore filiorum, vt potius
contrarium oſtendant, quemadmodum à
me ponderata fuere ſupra in primo dubio.
Hinc ceſſant, quæ contrarium ſuadere prius
dixi.

Quintum dubium his verbis conceptum
eſt; *An teſtator in conſtitutione fideicommiſſi
intellexerit fideicommittere etiam mobilia,
& credita relicta per ſuum teſtamentum.*
Cui breuiter putarem, ita reſpondendum eſ-
ſe; Aut in dubio propoſito cõtinentur tantũ
mobilia, & credita alijs neque legata, neque
prælegata, & hæc dubio procul veniunt ſub
inſtitutione vniuerſali per illa verba *in omni-
bus alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus,
& ſe mouentibus, iuribus, & actionibus vni-
uerſis tam præſentibus, quam futuris &c.* in
34 verbis claris non datur quæſtio voluntatis
*l. ille, aut ille §. cùm in verbis ff. de leg. 3. Ang.
Aret. in tract. de teſtament. gloſ. 76. Sim. de
Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. interpre-
tat. 1. dubit. 2. ſolut. 1. nu. 4. fol.* 180. & con-
ſtat poſtea, quod in his, in quibus fit inſtitu-
tio fiunt etiam ſubſtitutiones fideicommiſſa-
riæ. Aut continẽtur mobilia, & credita alijs
legata, & non hæredibus, & de his non eſt
dubitandum ſub fideicommiſſu non conti-
neri, cum nec ipſi legatarij grauati reperian-
35 tur: Sit verò intelligitur de mobilibus, &
creditis prælegatis ipſis hæredibus, tunc ne-
dum de ipſis, ſed & de immobilibus, & iuri-
bus omnibus dubitari poteſt, an ſub fidei-
commiſſo contineantur, de hoc enim non
leuiter contendunt *Doct.* vt videre eſt apud
*Zanch ad §. cum ita parte 5. Card. Mantic. de
coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 7. Sim. de Prat.
de interpratat. vlt. volunt. lib. 3. ſolut. 1. nu. 4.
fol. 344. Graſſ. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum
q. 47. nu. 4. Menoch. præſumpt. 196. in 4. In-
triglioL. de ſubſtit. centur. 3. q. 74. nu. 61. Pe-
regr. de fideicommiſſ. artic. 7.* & apud alios,
qui ab illis citantur, præſertim in *l. Marcel-
lus §. quidam liberis l. in fideicommiſſariam
§. vlt. l. Lutius §. pluribus l. hæredes mei §. cũ
ita, & in l. Sceuola ff. ad Trebel. & in l. cum
36 virum C. de fideicommiſſ.* At † caſus noſter
videtur mihi eſſe ſatis clarus pro illa opi-
nione, quod etiã bona prælegata ſub fidei-
commiſſo cõtineantur, quia prælegata reli-
cta fuerũt titulo inſtitutionis *Curt. iun conſ.
13. nu. 6. cum ſeq.* & hoc primò; ſecundò,
37 quia prælegata fortè abſorbent maiorem
partem bonorũ *Alex. in d. l. Marcellus §. qui-
dã liberis ſub n. 2. in 4. limit. Boer. decis.* 280.
ſub nu. 8. Magon. deciſ. Florent. 15. nu. 12.

Corn. in l. cum virum nu. 12. C. de fideicom-
38 *miſſ.* Tertiò † & fortius, quia cõſtat mentem
teſtatoris fuiſſe, vt integraliter omnia bona,
etiam quæ non continerẽtur in generali in-
ſtitutione conſeruarentur inter ſuos hære-
des, vt in prohibitione alienationis ibi *quia*
voluit, & ordinauit generaliter omnia ſua bo-
na ſemper, & in perpetuũ conſiſtere, retineri,
conſeruari, ſtare, eſſe, & permanere in familia,
& agnatione, videlicet in ſuis filijs, & deſcen-
dentibus legitimis, & naturalibus, & omni-
bus illis, quos ſupra vocauit, & in omnibus
ſuprascriptis inſtitutis, & ſubſtitutis, ſed ſu-
pra inuicem ex ordine ſucceſſiuo ſunt vo-
cati, & ſubſtituti omnes filij teſtatoris, &
deſcendentes ab eis, ſi apud eos conſiſtere
debẽt generaliter omnia bona, ergo & præ-
legata, ergo ea neceſſariò continentur in fi-
deicommiſſo, vel ſit fideicommiſſum ſum-
ptũ ex formalibus ſubſtitutionibus, vel ſum-
ptum ſit ex prohibitione alienationis à ſua
ratione veſtita; generalitas enim bonorum
etiam prælegata includit *l. cum pater §. fidei*
tuæ ff. de leg. 2. & in l. cum virum C. de fidei-
commiſſ. Alex. in d. §. qui habebat l. Marcellus
ff. ad Trebel. nu. 2. in 2. limitatione Corn. in d.
l. cum virum, & alij citati à Mantic. Peregr.
39 *Menoch. & Zanch. antea citatis.* Et † quamuis
Doct. dicant, tunc prælegata non contineri,
quando prohibita ſunt alienari per *tex. in l.*
40 *Lucius § pluribus ff. ad Trebel.* id † procedit,
quando prohibitio alienationis eſt ad fauo-
rem aliorum, non quando eſt ad fauorem
vocatorum ad fideicommiſſum, vt hîc *Paul.*
in d. l. Marcellus §. quidam liberis ſub nu. 2. li-
mit. 1. & in d. l. Lucius §. pluribus ibi, ſed ſi ca-
deret in fideicommiſſum alteri relictũ. Et hæc
quoad hoc dubiũ ꝓ nunc ſufficere arbitror.

Accedo ad ſextum, in quo quæritur, an
exceſſus dotium nepium teſtatoris minuat
fideicommiſſum, an potius ponendus ſit ad
computum legitimæ Mariotti, vel nepotũ.

Circa quod multa dici poſſent, ſi non ex-
taret manifeſta teſtatoris voluntas, quia,
41 etiam † in augenda dote ob temporum con-
ditionem poſſe alienari bona fideicommiſſi
ex remedio *auth. res quæ C. com. de leg.* ſcri-
pſit *Aym. conſ. 291. lib. 2.* ſequitur *Petra de*
fideicommiſſ q. 8. n. 456. Marzar. q. 48. n. 76.
Menoch conſ. 33. num. 22. in 1. Pereg. de fidei-
42 *commiſſ artic. 42. num. 77.* Sed † cum in hoc
habeamus voluntatem teſtatoris, vt de fru-
ctibus dotes ſoluantur in teſtamento *ſub n.*
22. & ſub num. 17. quo caſu nec fieri poſſit
alienatio ex cauſa dotis, nec ſit de validi-
tate huius diſpoſitionis dubitandum *Couar.*
lib. 3. var. reſolut. c. 6. ſub num. 10. verſ. (tertio,
vt quibuſdam) & verſ. ſeq. Petra de fideicom-
43 *miſſ. d. q. 8. nu. 432.* vtiq; † talis voluntas ſer-
uanda erit *vulg. §. diſponat. Auth. de nupt.* ex
quo ſequitur, vt augmentum dotium om-
nino ſit ponendum ad computum legitimæ
filiorum, cum ipſi voluerint excedere volũ-
tatem teſtatoris: Quæ benè procedunt ſup-
poſito, quod Piſtorij extet ſtatutum, vt ma-
ſculi ſuccedant, & fœminæ ſint contentæ
44 dote aſſignata: cæterum † ſi non extaret ta-
le ſtatutum, dos relicta eſſet pro legitima
filiarum Mariotti, quæ eis debebatur in bo-
nis Aui, eo quod tempore teſtamenti, &
mortis teſtatoris ſupponitur iam Mariottum
deceſſiſſe, & ideò non potuiſſet teſtator di-
ſponere eam deberi ex fructibus tantum,
§. 1. Auth. de trient. & ſemiſ. nec diſponere
ex bonis repertis tempore eius mortis non
deduci, & ſi extaret ſtatutum excludens fę-
minas condecenter dotatas, non diſponens
tamen, vt ſint contentæ dote data, ſi verè
dotes non eſſent condecentes, & filiæ eſſent
nubiles, adeò vt non poſſent expectari fru-
ctus ad ipſas dotes conſtituendas, crederem
bona fideicommiſſi poſſe alienari pro earũ
conſtitutione, quia deberẽtur vti æs alienũ,
45 quod † de fideicommiſſo ſemper deducitur,
l. emptor ff. de rei vendicat. l. filius familias §.
Diui, & ibi DD. ff. de leg. 1.

Accedo modo ad ſeptimum dubium, an
non obſtante prohibitione legitimæ, & Tre-
bellianicę licita ſit earum portionum detra-
ctio, ita vt de illis Coſma potuerit nedum
ex perſona ſua, ſed etiam Mariotti iunioris
fratris diſponere.

46 Reſpondeo, de legitima non eſt dubitan-
dum, quod non poteſt prohiberi; imò nec
ei adiungi aliquod onus, ſed omnino liberis
debita eſt *l. quoniam in prioribus, & auth. no-*
uiſſima C. de inoffic. teſt. & alia ſunt iura vul-
garia omnibus nota, adeo vt in hoc non ſit
47 vlterius inſiſtendum: De † Trebellianica au-
tem magis dubitabile eſt: Si enim tempore
mortis teſtatoris viuus fuiſſet Mariottus eius
filius, licet ſit valde controuerſum apud
Doct. in l. iubemus C. ad Trebel. in auth. ſed cũ
teſtator C. ad l. Falcid. & in l. Marcellus ff. ad
Trebel. an filijs poſſit prohiberi Trebellia-
48 nica, videtur † tamen magis communis opi-
nio, vt non poſſit prohiberi *Ant. Gabr. lib. 4.*
concluſ. tit. ad Trebel. concluſ. 1. Graſſ. de ſuc-
ceſſ. §. Trebellianica q. 8. num. 9. Pereg. de fidei-
commiſſ. artic. 3. nu. 107. & conſ. 36. num. 1.
in 2.

in 2. Medic. deciſ 61. Oddus conſ. 8. n. 2. cum
ſeq. Decian. conſ 28. n. 38. in 1. Cacher. conſ.
28. nu. 1. & ſeqq. Eugen. conſ. 33. num. 19. &
ſeqq. conſ. 35. num. 13. & ſeqq. in 1. Bec. conſ.
196. num. 17. in 1. Mart. deciſ. 113. Mangil.
49 *de imputat. q. 116.* & † hanc opinionem
etiam quando legitima concurrit cum Tre-
bellianica vidi ſemper obſeruari in his par-
tibus noſtris, & ſeruari in *Rota noſtra* teſta-
tur *deciſio 14. num. 35. diuerſ.* & ex ſtimo,
quod etiam ita ſeruetur Piſtorij, cum id
ſeruari Florentiæ teſtetur *Magon. deciſ. Flo-
rent. 35. nu. 4.* & in re hac valdè controuer-
ſa plurimum poteſt obſeruantia, de qua, ſi
non conſtaret ſequenda eſſet prædicta opi-
nio magis communis *Medic. d. deciſ. 61. ſub
nu. 18.* & hoc caſu non obſtante prohibitio-
ne poſſet deduci integra Trebellianica. Sed
50 quia ſupponitur Mariottum prædeceſſiſſe
patri prohibitio Trebellianicæ reſoluitur
facta nepotibus, & ſecundum opinionem
magis communem valet *Doct. in locis antea
citatis*, ideò ſentio non potuiſſe Mariottum
iuniorem, nec Coſmum eius fratrem, nec
matrem ea eorũ perſona deducere aliquam
Trebellianicam, & ita extiſtimo eſſe ſecun-
dum veritatem iuris.

Sequitur octauum dubium: An moleſtiæ
illatæ hæredibus, & nepotibus teſtatoris ſint
tales, vt moleſtantes incurrant pęnas com-
minatas a teſtatore ipſis moleſtantibus, de
quibus dicitur in teſtamento his verbis, *&
ſi quis dictorum ſuorum filiorum aliquam li-
tem, contentionem, vel cauſam mouere contra
alterum præſumpſerit, vel dictis aſſignationi-
bus quoquomodo contradixerit, vel d. Raphaelẽ
quomodocunq; vel qualitercunq; moleſtauerit,
aut d. D. Hippolytam, vel aliquem actum liti-
giosum fecerit, ille talis intelligatur eſſe, &
ſit priuatus tota hæreditate &c.*

Reſpondeo prius de validitate huius pro-
hibitionis, & priuationis in caſu moleſtiæ
non eſſe dubitandum ex ſcriptis a *Bar. & a-
lijs in in l. pater fam. ff. de hered. inſt. in l. vxo-
rem §. hæres ff. leg. 3 in l. Lucius §. tres hæredes
ff. ad Trebel. Surd.* latè allegans plures, *deciſ.*
52 *194. nu. 11.* & † ſub hac prohibitione non
eſt dubitandum, quin includatur quæcunq;
moleſtia, non tantum facti, ſed etiam iuris
ob verba ſatis ampla *aliquã litẽ*, ibi, *quoquo-
modo cõtradixerit*, & ibi *quomodocũq; & qua-
litercunq; moleſtauerit, Menoch præſumpt. 98.
n. 8. Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 4.
dubit. 10. n 88. fol. 184. Surd. conſ. 143. nu. 27.
& 28. in 1. Lancelot. Galta conſ. 93. nu. 3. Mal-
naſ. conſ. 12. ſub n. 24. verſ. (tertiò facit.)* Sed
53 non puto ex filiis, quæ petijt Tutrix filiorũ
Theodori oriri moleſtiam, ex qua ſequatur
priuatio; ea præſertim ratione motus, quod
ipſa non petit, niſi iuxta voluntatẽ teſtato-
ris, ſcilicet, vt ex reciproca, de qua expreſ-
sè in teſtamento per obitum Coſmæ ſine
filijs declaretur bona perueniſſe ad dictos
filios Theodori, petere autem id, quod dici-
tur eſſe ex voluntate teſtatoris, non eſt in-
ferre moleſtiam, ſaltem talem, de qua ſen-
ſit teſtator hoc eſt malo animo, ſcilicet in-
quietandi tantum *Bal. in l. 1. nu. 27. C. de his
54 quæ pæn. nom.* quod † enim, ait, malo animo
non fit nullam pęnam meretur *l. ſi ſeruum §
prætor. vbi gloſ. ff. de acquir. hæred. Rim. iun.
conſ. 676. nu. 68. cum pluribus ſeq. in 6.* non
enim credendũ eſt teſtatorem prohibentẽ
moleſtiã voluiſſe prohibere petitionẽ eo-
rũ, quæ cõtinentur in teſtamento, & imple-
55 mentum ſuæ voluntatis, quem † ẽt dicitur
ſtatuentes excludẽtes omnem exceptionẽ
non excludere exceptionem ex alio ſtatuto
ortam, vti tendentem ad ſeruandam mentẽ
eorundem ſtatuentium *l. 1. §. & parui nu. 5.
ff. quod vi aut clam. Dec. in c. ex parte (el ſecon-
do) nu. 41. de offic. deleg. Alex. conſ. 80. nu. 4. in
1.* & præſertim loquendo strictè de moleſtia
prohibita inferri Hippolytæ, vt dicitur in
dubio propoſito, etiam quod petatur decla-
rari locum eſſe ſubſtitutioni reciprocæ, ob
id non offenditur vſusfructus, cum bona
poſſint dici peruenire ratione proprietatis
ad ſuperſtites nepotes teſtatoris, & ſaluus eſ-
56 ſe vſusfructus in perſona Hippolytæ. Et † vbi
res eſſet dubia, cum agatur de pęna priuatio-
nis, quæ eſt odioſa accipiẽda eſſet benignior
interpretatio ipſam pænam excludens *Dec.
conſ. 581. viſo puncto ſub nu. 10. Rim. iun. d.
conſ. 676 nu. 69. in 6.* His addendum etiam
57 puto, quod † hæ moleſtiæ non inferuntur ab
ipſis filijs Theodori, ſed ab eorũ tutrice, quę,
mea ſententia, non poterat efficere, vt poſi-
ti ſub eius tutela à iure ſuo caderent, & hæ-
reditate priuarentur nimirum, quia factum
tutricis pupillis non nocet *l. neque ff. de reg.
iur. l. pen. ff. de tab. exhib. gloſ. in cap. delictum
perſonæ de reg. iur. in 6. Rim. ſen. conſ. 447. nu.
2. in 3.* Et quia ex hac illatione moleſtiarum
ſequeretur alienatio hæreditatis per eius
amiſſionem, & priuationem, nihil in hoc po-
teſt operari tutricis factum ſine decreto iu-
58 dicis ad præiudicium pupilli, vt † de tranſa-
ctione ſcripſit *Decian. conſ. 37. nu. 41. in 1.*
59 & † de remiſſione iuris Menoch. conſ. 31. nu.
36.

60 36. & ſeq. in 1. Imò † aiunt hi *Doct.* in caſu, quo ex facto tutoris pupillus ſit damno affectus, ſi actus valeret, ei dari reſtitutionem in integrum: quam tamen ego puto in hoc caſu minimè neceſſariam, quia exiſtimo, tutricem obligatam vtilia tantum facere pro pupillis, non poſſe mouendo litem, facere eos incidere in priuationem hæreditatis.

Nunc deueniendum eſt ad nonum dubiũ. Vtrum ſcilicet adæquatio petita ab Hippolyta vti tutrice filiorum faciat eam, vel eius filios incidere in priuationem, de qua in teſtamento in caſu moleſtiæ.

61 Res videtur mihi modicam habere dubitationem, quia cùm Theodorus, cuius intererat non moleſtari, & ad quem pertinere debebant bona, quibus moleſtans priuabatur, conſenſerit adæquationi, vt conſtat ex inſtrumento publico, cuius virtute nunc petita eſt adæquatio, quemadmodum non potuiſſet Theodorus, ſi viueret contradicere, &
62 obijcere de moleſtia illata; quia † quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt *l. Pomponius ff. de negot. geſt. Io. Monach. in c. nullis de elect. in 6. & ibi Prob. n.* 8. ita nec eius filij contradicere poterunt, & obijcere de
63 moleſtia; quia † ratum habere debent factũ defuncti *l. cum à matre C. de rei vendicat. cum vulg.* tanto magis, quia & ipſe teſtator conſentiẽdo illi inſtrumẽto adæquationis in hac parte manifeſtè recedendo à diſpoſitis in teſtamento permiſit, vt à Mariotto, & eius filijs poſſet impunè peti d. adæquatio: Moleſtiæ etiam illatæ ab eadem Hippolyta non obſtant, quia earum aliquæ ſunt conformes voluntati teſtatoris, & ideo propriè non
64 ſunt moleſtiæ, aliquę † ſunt de rebus proprijs filiorum ipſius Hippolytæ, ſcilicet dùm petuntur melioramenta, expenſæ funerales, & alia, quæ ſunt extra fideicommiſſum, ad quæ non refertur prohibitio moleſtandi, *Cum. conſ.* 51. *Sim. de Prat. d. dubitat.* 10. *nu.* 86. *fol.* 416. *à tergo.* Et, ſi aliquæ ſunt moleſtiæ, quæ videantur eſſe contra voluntatem teſtato-
65 ris, non obſtant, vel † quia ſunt in illis, quæ de iure non poterat teſtator diſponere, vt prohibitio legitimæ *Bal. conſ.* 87 *in* 3. *Paul. conſ.* 121. *nu.* 1. *&* 2. *in* 2. *Sim. de Prat. d. dubit.*
66 10. *nu* 84. *fol.* 416. *à tergo*, vel † quia non priuant Hippolytam non contradicentem voluntati teſtatoris nomine proprio, ſed vti tutricis §. *non. Inſt. de inoffic. teſt.* nec priuant eius filios ex facto tutricis, vt dixi in præcedenti dubio.

Demum dubitatur, an ex donatione bonorum pro commenda, & alijs alienationibus factis per D. Capitaneum teſtatorem dicatur reuocatum fideicommiſſum, de quo in eius teſtamento.

67 Reſpõdeo fideicõmiſſum vniuerſale impleri tãtum in bonis, quæ reperiuntur teſtatoris tempore eius mortis *l. in fideicõmiſſariam §. 1. ff. ad Trebel. Aym. conſ. 61. nu. 6. Decian. conſ. 76. nu. 1. in* 3. Quatenus verò loco bonorum alia ſint ſubrogata non eſt dubi-
68 tandum, quin † ipſa ſint ſub fideicommiſſo, vt de bonis permutatis à grauato dicitur *l. ſi donatę §. 1. ff. de donat. inter virum, & vxor. l. filiæ §. fin. ff. de cond. & demonſtrat. l. ſi rem, & prætium §. fin. ff de petit. hæred.* & per hæc iura *Iaſ. conſ.* 231. *num.* 1. *in* 2. *Menoch. conſ.* 70. *nu.* 8. *Pereg. de fideicommiſſ. artic.* 44. *nu.* 30. In caſu noſtro bona, quæ obuenire debebant Coſmę pro æquatione, etiam à teſtatore probata, de qua ſupra, vtique ſunt ſubrogata in locum bonorum donatorum pro commenda, & obueniunt Coſmæ vti bona Capitanei teſtatoris, ideò non video, qua ratione non debeant eſſe ſub fideicommiſſo, & reciproca ſubſtitutione, de qua in teſtamento ipſius Capitanei. His exiſtimo, ſatis plenè reſponſum fuiſſe pro veritate dubitationibus propoſitis, paratus ſatisfacere, ſi in iſtis reſponſionibus aliquid dubitationis orietur *anno* 1611.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Legatum per voluntariam alienationem non intelligitur reuocatum vrgentibus pluribus coniecturis pro non vocatione.

SVMMARIVM.

1 *Legatum reuocari poteſt à teſtatore tacitè, & expreſsè.*

Et tacitè reuocatum præſumitur ex alienatione voluntaria rei legatæ Ibid.

Non quia alienatio ſit actus reuocatorius, ſed quia ex ea colligitur teſtatoris voluntas recedendi à legato num. 2.

Et ideò, ſi ex coniecturis colligatur, teſtatorem voluiſſe perſeuerare in legato non cenſetur reuocatum nu. 3.

Quia plures coniecturæ vincunt illã, quæ colligitur ex alienatione nu. 4.

Ex alienatione autem rei niſi ſit verbis amplis concepta poteſt dici alienata ſola proprie-

prie-

prietas, non vſusfructus legatus num.6.

Cum proprietas, & vſusfructus ſint partes integrales rei nu.7.

Et ex alienatione partis non legatę non intelligatur reuocata altera rei pars legata n.8.

Vel ſaltem redditur dubia præſumptio ex alienatione pro reuocatione legati nu.6. & 10.

Pro qua præſumptione reuocationis inducenda nō ſufficit alienatio ſine traditione n.11.

Sicuti nec ſufficit, quando non eſt abſoluta, vt in venditione cū pacto francandi n.12.

Ex dilectione erga legatarium deducitur coniectura non reuocationis legati per alienationem nu.13.

Quia affectio eſt medium ad illuſtrandam teſtatoris voluntatem nu.14.

Sicuti nec etiam dicitur reuocatum ex alienatione legatum factum filio naturali pro alimentis nu.15.

Prout tale eſt legatum factum illi, qui nihil habet num.16.

Quia legatum alimentorum eſt pium nu.18. & 20.

In quo non ſeruantur regulæ aliorum legatorum nu.19.

Et ideo legatum ex pia cauſa factum alienatione non reuocatur num.21.

Neq; tale legatum vti legatario debitum alienatione reuocatur nu.17.

Quia filio illegitimè nato alimenta debentur num.15.

Tandem pro non reuocatione facit coniectura, quod primus hæres illud ſoluit nu.22. & ſeqq.

Ad primū enim hæredem vti informatum ſpectat declarare voluntatē teſtatoris n.23.

Quam dicitur declarare nedum verbis, ſed etiam facto nu.27.

Et in fideicommiſſis procedendū eſt quemadmodū à primo hærede obſeruatū eſt, cui non poſſunt cæteri hæredes contrauenire n.24.

Quia obſeruantia tollit omnem dubitationem num.25.

5 *In legato vſusfructus dicitur conſtitui vſusfructus formalis, & ſeparatus à proprietate.*

9 *Obſeruantia declarat quid actum fuerit.*

10 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*

26 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*

Poteſt tamen reuocare confeſſionem defuncti erroneam nu.18.

29 *Præſumptio non cadit ſuper certo, ſed ſuper dubio.*

RESPONSVM LI.

Auſpice Chriſto.

COntra prætenſam reuocationem legati, de quo in teſtamento Illuſtriſ. Domini Capitanei Lanfredini de Celleſijs de Piſtorio, facti ad fauorem filij ſui naturalis, extant Excellentiſs. Iuriſconſultorum locupletiſsima reſpōſa, præſertim Perilluſtris, & celeberrimi in Vrbe Aduocati Domini mei Antonij Portij, quibus nihil addi poteſt, & ſola ſubſcriptio ſufficeret, nè tamen meum quale quale auxilium denegare velle videar veritati, pauca ex abundanti ſcribam contra legati reuocationem, quæ prætenditur ab hærede inſtituto, Illud
1 prius eſt extra omnē difficultatē, legata à teſtatore reuocari poſſe, nedum expræſsè, ſed etiam tacitè, & inter modos, quibus tacitè præſumitur legatum reuocatum, eſt alienatio voluntaria rei legatæ *l. rem legatam ff. de adim. legat. l. fideicōmiſſa §. ſi rē ff. de l.3. Ant. Gomez. var. reſolut. tom. 1. tit. 12. de legat. ſub nu.56. verſ. (ſecundus caſus) Illuſtriſ. Mantic.*
2 *de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 6.* non † quia, alienatio ſit actus reuocatorius legati, ſed quia ex alienatione colligatur præambula mens teſtatoris recedēdi à legato iam facto *Bar. in l. cum ſeruus ff. de adim. legat. Soc. iun. conſ. 162. nu. 2. in 2. Mantic. d. tit. 6. in princ. Honded. conſ. 61. nu. 17. in 1. Gratian. diſcept.*
3 *forenſ. lib. 2. c. 251. nu. 63.* & † ideo ſi validioribus coniecturis conſtare poſſit de mente teſtatoris perſeuerādi in eadem voluntate, legatum non reuocatur, vt *Doct.* ſcribunt *in d. § ſi rem l. fideicommiſſa ff. de leg. 3. & in l. 3. C. de legat. Gabriel. conſ. 103. in 1. Decian.*
4 *conſ. 70. nu. 13. in 5.* nimirum † quia coniecturę pro non reuocatione vti plures numero, & fortiores vincunt vnam ſolam coniecturam alienationis, quæ eſt pro reuocatione *Alex. conſ. 103. nu. 15. in 1. & conſ. 88. nu. 7. in 7. Corn. conſ. 58. nu. 21. in 2. Soc. conſ. 92. nu. 3. in fine in 2. Gozad. conſ. 13. nu. 42. Aym. conſ. 145. nu. 11. Bero. conſ. 160. num. 7. in 1. & alij plures* apud *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. vlt. c. vlt. in 3. regula nu. 6.* At qui in caſu noſtro vna ſola eſt alienationis coniectura, & illa quidem ſatis debilis, & plures in contrarium vrgent coniecturæ, vt probabitur, ergo pro non reuocatione iudicandū

erit;

erit; Quod coniectura alienationis ſit debilis exhis colligi poteſt: Prius in teſtamẽto maniſeſtiſſimè conſtat teſtatorẽ relinquere Raphaeli vſumfructũ prædiorũ, de quibus agi-
5 tur in capite 6.10.16.& 17.ex † quo relicto dicitur cohſt ltui vſusfructus formalis, & ſeparari à proprietate §. vſusfructus Inſt. de
6 vſuf. ex quo ſequitur, quod † quando teſtator viuens a ienat, ſeù diſponit de prædijs, ſi non habet verba adeò ampla, vt apertè cõtineant vſumfructum, vt intelligatur diſpoſuiſſe tantum de proprietate, vel ſaltem ſtante ſeparatione vſusfructus dubitari poſſit, an diſpoſuerit de ſola proprietate, an etiam de vſusfructu, qua dubitatione ſtante ex alienatione non reſultat neceſſario reuocatio legati vſusfructus, quia potuit teſtator ſentire tantum de proprietate, quæ
7 cum ſit pars integralis rei, & vſusfructus alia pars l. rectè dicimus ff. de verb. ſign. Bart. in l. re coniuncti num. 19. ff. de leg. 3. alienata
8 vna parte non legata, non intelligetur reuocata alia pars legata l. ſi ex toto 8 ff. de leg. 1. §. ſi rem ſuam Inſt. de legat. argumento tex. in l. falſa 33. §. fin. ff. de condit. & demonſtrat. Alex. conſ. 109. nu. 1. in 6. Rom. conſ. 229. nu. 2. verſ. (ſecundò) quos ſequitur Mantic. d. lib. 12. tit. 6. num. 21. Quodq; fuerit intentio teſtatoris, alienando, & conſtituendo commendam tractare tantum de proprietate,
9 oſtendit † obſeruantia per non breue tempus ſubſecuta in vita Theodori primi Balliui, quæ indicat quid actum fuerit in erectione commendæ l. quadam 16. ff. de rebus dub. & per hunc tex. & Doct. authoritates Gabr. conſ 66. num. 24. in 2. & dicetur inferius, & ſi non cõſtat de non alienatione vſusfructus,
10 ſaltẽ † alienatio rei, in qua vſusfructus erat à proprietate ſeparatus, redditur dubia præſumptio reuocati legati, quia cum potuerit intelligi de nuda proprietate durante vſufructu ſuccedit illud vulgare, quod nõ probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe l. non hoc C. vnde legit. cum vulgar.
11 Secundo iſta alienatio eſt debilis præſumptio ad reuocationem legati, quia non eſt facta cum traditione, ſed eſt ſimplex erectio commendæ, & alienatio ſine traditione parum facit ad reuocationem legati Ant. Gomez. var. reſolut. tom. 1. tit. 12. de legat. ſub n. 56. verſ. (item limita quando eſt facta alienatio) allegat in argumento tex. in l. prædia 27. §. liberto ff. de fund. inſtruct. & authoritatẽ Bal. & aliorum in l. 3. C. de legat. & eum ſequitur Ioſeph. Ludouic. concl. 24. col. 6. verſ. (declara decimo) Mantic. d. tit. 6. lib. 12. num. 15. Gratian. lib. 2. diſceptat. forenſ. c. 251. nu. 61. & expreſſè Flor. in l. fideicõmiſſa §. ſi rem nu. 6. ff. de leg. 3.
12 Tertio hæc alienatio eſt debilis ad probandam reuocationem legati, quia poteſt dici quod non ſit facta abſolutè, ſed, quod alienans, ſi non ſibi, ſaltem poſteris ſuis reſeruauerit aliquod ius cum cõmendã poſuerit in perſona Theodori eius, filij & aliorum primogenitorum lineæ eiuſdem Theodori Franch. deciſ. 283. ſub num. 5. dum loquitur de eo qui vendidit cum pacto francandi.

Sed quando etiam alienatio produceret coniecturam reuocati legati (quod ſemper negatur) tollitur pluribus coniecturis con-
13 trarium ſuadentibus, quarum † prima deducitur ex dilectione legatarij, qui fuit filius natus in domo teſtatoris ab eo vti talis tentus, educatus, & nominatus in teſtamento, & in eo filijs legitimis ſubſtitutus, quæ dilectio vti proueniens à vinculo naturæ non diminuitur ex eo, quod ſit filius naturalis nat' ex concubina domi retenta l. filia 28. §. vlt. ff. de condit. & demonſtrat. & per hunc tex. Ceph. conſ. 599. nu. 13. in 4. Decian. d. conſ. 70. nu.
14 11. in 5. Non † enim dubitandum eſt, quin affectio ſit medium ſingulare ad illuſtrandã voluntatem teſtatoris l. capienda § 1. ff. de reg. iur. l. ſi ſeruus plurium 52. §. fin. ff. de leg. 1. Soc. conſ. 23. col. 7. verſ. (decimononono probatur) in 1. & latè Sim. de Prat. de interpratat. vlt. volunt. lib. 1. interprat. 2. dubit. 2. ſolut. 5.
15 Secunda coniectura colligitur ex cauſa legandi, quæ eſt pro alimentis debitis etiam filijs illigitimè natis c. cum haberet in fine de eo, qui dux. in matrim. cam, quam pol. per adulter. auth. licet C. de natur. lib. Cin. in auth. ex complexu C. de inceſt. nupt. Card. Paleot. de not. & ſpur. c. 46. Coler. de aliment. lib. 1. c. 3. nu. 2. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 9. quod fuerit legatum pro alimẽtis ex eo prius col-
16 ligitur quod † legatum factum ei, qui aliàs nihil haberet dicitur factum pro alimentis Bar. in l. ſi ſeruus poſt decem verſ. (ſed ſecunda lectura) ff. de annuis legat. quem allegat, & ſequitur Bombin. conſ. 12. nu. 27. & 41. Surd. de aliment. tit. 2. q. 12. & 13. colligitur etiam ex verbis teſtamenti in capite decimò, dum vult teſtator, vt antequam Raphaelli aſſignentur bona ad vſumfructuandum vſq; ad vigeſimum annũ teneantur hæredes ei ſubminiſtrare alimenta, & ita vſquequo poſſit vſumfructum conſequi; Vnde, cum legatum ſit pro alimentis, oritur coniectura, quod

aliena-

alienatione non ſit reuocatum legatum du-
17 plici ratione, prius † quia legatum ex cauſa
oneroſa, & debitum, alienatione non reuo-
cantur *Gratian. d. diſceptat.* 251. *num.* 55.
Decian. d. conſ 70. *num.* 15. *&* 16. Deinde,
18 quia legatum pro alimentis dicitur pium,
& ex pia cauſa factum *Cum. conſ.* 30. *ſub*
num. 2. *ibi (ad hoc etiam facit)* vbi, quod† in
19 legato alimentorum vti pio non ſeruantur
regulæ aliorum legatorum facit *tex. in l.*
Mela ibi (pietatis intuitu) & ibi id notant
Doct. ff. de alim. & cib. legat. & latè proſequi-
tur *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuilegio* 1. vbi
20 licet *ſub nu.* 11. alleget *Doct.* dicentes id non
procedere in filio ſpurio, in quo pater relin-
quendo alimenta magis mouetur affectio-
ne carnis, quam pietate erga Deum, tamen
ſub nu. 14. concludit, quod quando ille, cui
relinquuntur alimenta eſt pauper inſpecta
potius qualitate ſuæ perſonæ, quam ratione
qua mouetur relinquens relictum dicitur
21 pium, Et† vti pium alienatione etiam volũ-
taria non reuocatur *Tiraquel. de priuileg. pia*
cauſa priuileg. 41. qui mouetur ex deciſione
Bar. in conſ. 26. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 1. probata à *Iaſ.*
in l. 3. *C. de legat. n.* 3. *in fine*, & *Tiraquelum*
ſequitur *Petr. Cabal. conſ* 80. *nu.* 4. *in* 1. & q
per alienationẽ difficilius reuocetur legatũ
cõtinẽs piã cauſam ſentit *Berous q.* 9. *nu.* 2.
22 Vltimò non leuem coniecturã facit, quod
primus hæres (ad quem cõmenda ſpectabat,
23 cuius † potiſſimum eſt declarare voluntatẽ
teſtatoris, de qua præſumitur informatus
Mantic de coniect. vlt. volunt. lib. 3. *tit.* 1. *nu.*
26. *cum ſeq.* qui alios allegat) permittit dum
vixit Raphaelem poſſidere ad vſufructuan-
dum omnia bona ei relicta, etiam in quibus
conſtituta erat commenda; quæ obſeruatio
indicat, teſtatorem donaſſe tantum proprie-
tatem viuente Raphaele, & talis præſumi-
24 tur fuiſſe voluntas teſtatoris, quæ † hoc mo-
do ſeruanda eſt à D. Lanfredino iuniore hę-
rede Theodori primi hæredis, & primi Bai-
liui, quemadmodum fuit obſeruata à primo
hærede, à quo legatum fuit *Pariſ. conſ.* 11.
num. 38. *cum ſeq. in* 3. *Bero. conſ.* 57. *num.* 54.
in 3. apud quos habetur, procedendũ eſſe in
fideicõmiſſis, quem à primo grauato fuit ob
ſeruatũ, & qđ huiuſmodi declarationi ſum-
ptæ ab obſeruantia primi hæredis alij hæ-
redes contrauenire non poſſunt, & eos ſe-
quitur *Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt.*
lib. 1. *interpretat.* 1. *dubit.* 3. *fol.* 4. *n.* 4. *fol.* 13.
alios complures eiuſdem ſententiæ allegat
25 *Barz. deciſ.* 81. *nu.* 16. Ex † quibus colligitur
nedum coniectura declarationis voluntatis
teſtatoris fundata in obſeruãtia apta ad tol-
lendam omnem dubitationem *l. Iulianus* §.
proinde ff. ad Maced. Aymo. conſ. 101. *num* 3.
26 *Cartar. deciſ.* 67. *num.* 20. Sed † etiam, quod
nõ poteſt Lanfredinus iunior venire contra
hanc obſeruantiam eius, cuius ipſe (vt puto)
fuit hæres *l. cum à matre C. de rei vendicat.*
27 & † ex qua reſultat confeſſio, quod ita volue-
rit teſtator non minus, ac ſi verbis id confi-
teretur *l. non tantum, l. de quibus circa finem*
ff. de legibus l. quo enim ff. rem rat. haber. Ro-
man. conſ. 291. *ſub num.* 3. ita tenent *Doct.*
antea citati, quibus etiam addi poſſunt *De-*
cian. conſ. 14. *num.* 31. *in* 5. *&* *Pancirol. conſ.*
28 245. *ſub nu.* 15. Nec † dicẽdum eſt, hanc D.
Theodori obſeruantiam fuiſſe erroneam, &
proinde à ſuo hærede poſſe retractari, iuxta
ea, quæ copioſè allegantur ab *Afflict. deciſ.*
233. *&* à *Surd. deciſ.* 130. Quia hoc eſſet ali-
cuius conſiderationis, quando alienatio vo-
luntaria ex ſe tolleret legatũ, ſed cum alie-
natio, vt antea dixi, non reuocet legatum,
ſed ex ea reſultet præſumptio, quod ſit re-
29 uocatum, & † præſumptio cadat ſuper eo,
quod non eſt certũ, ſed dubium *l. continuus*
ff de verb. oblig. Alciat. in l. poſthumo nu. 24.
C. de bon. poſſeſ. contr. tab. ſatisfacere legata-
rio poſt alienationem non poteſt dici per
errorem, quaſi quod aliter res ſe habeat, &
legatum non debeatur, cum hoc non ſit cer
tum, ſed potius dicetur declaratio, quod
non obſtante alienatione legatum durat.

Igitur concurrunt multa ſuadentia, lega-
tum non eſſe reuocatum, etiam quod alie-
natio ſit voluntaria, primo, quia alienata
eſt proprietas non vſusfructus, ſecũdo, quia
eſt alienatio ſine traditione, tertio, quia eſt
alienatio cũ retentione alicuius iuris, quar-
tò, quia legatum eſt factum perſonæ admo-
dum dilectæ, quintò, quia factum eſt ex cau-
ſa neceſſaria alimentorũ, ſextò, quia factum
eſt ex cauſa pia, & ſeptimò, quia obſeruan-
tia primi hæredis, quę obligat poſteros, id
30 indicat: Quæ† omnia, quando ſingulariter
non eſſet ſufficientia ad oſtendendam vo-
luntatem teſtatoris (vt ſunt) vnita id face-
rent, vt eſt regulare in omni materia, & pręt-
ſertim in coniecturis *gl. in l.* 2. *in princ. in*
verb. (legitimis) ff de excuſat. tut. Aym. conſ.
258. *nu.* 20. Quæ coniecturæ ſententia mea
optimè concludunt, & maximè in hoc ca-
ſu, in quo ſufficit reddere rem dubiam, quia
31 in dubio non præſumitur mutatio volunta-
tis, & præſertim ademptio legati *Iac. Butrig.*
in l. 3.

in l.3.C.de legat. & poſt eum, & alios *Honded.d.conſ.61.nu.38.in 1.& conſ.77.in fine in 2.*

Et quando etiam dici poſſet (quod prorſus negatur) eſſe reuocatum legatum, & voluiſſe teſtatorem Bailiuum habere prædium cum vſufructu, conſtaret tamen ex diſpoſitis in teſtamento eundẽ voluiſſe ab hæredibus ſuppleri, quatenus dictus vſufructus importaret pro complendis alimentis, quia ita etiam diſponit, quando vult, vt bona omnia ſint apud hæredes, vt ſatisfiat creditoribus, vt in decimo capite teſtamenti, ſed hæc ex abundanti dicta ſint, quia veritas eſt nullo modo eſſe reuocatum legatum, ita teneo eſſe iuris *an.1618. Octobris.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Sub legato his verbis concepto *laſcia la poſſeſſione &c. intiera, e ſenza diminutione alcuna con tutte le ſue ragioni, adherentie, e pertinenze*; quæ contineantur: Vbi de legato fundi inſtructi, & fundi cũ inſtrumento.

SVMMARIVM.

1 L*Egatum fundi* con tutte le ſue ragioni, adherentie, e pertinenze *eſt legatum fundi cum inſtrumento.*

Sicuti eſt etiam legatum fundi cum omnibus ad eum ſpectantibus, vel pertinentibus *num.2.*

Nam inſtrumenta ſunt de iuribus fundi, & acceſſoria ad ipſum nu.3.

Et quæ comparata ſunt, vt fundus fertilior ſit in fructu, dicuntur inſtrumenta nu.7.

Et quoniã inſtrumenta à lege deputata ſunt, vt fundo accedant, & illi deſeruiant, ideò veniunt appellatione pertinentiarum n.5.

Quia pertinentiarum appellatione veniunt, quæ ſtatuto, conſuetudine, vel lege deputata ſunt, vt accedant nu.4.

Et ideò ſub huiuſmodi legato continentur Boues aratorij nu.6.

Et iuuenci nondum domiti, ad iugum tamen deſtinati nu.8 & ſeqq.

Quia deſtinatio patris familias eius voluntatem declarat nu.9.

Adeout ſtante deſtinatione bona mobilia habeantur pro immobilibus, vt pecunia deſtinata ad vſum prædiorum nu.10.

Continenturq; ſub dicto legato vaccæ nu.11. & ſeqq.

Et animalia, quæ ſunt ad ſtercorandũ agrum num 12.

Quamuis alium fructum afferant præter illum, qui pertinet ad fundum, dũmodo non ſit eo maior nu.13.& 15.

Et pariter continentur ſues nu.14.

Et oues, ſi fundus nullam, vel parum vtilitatis afferret, niſi oues haberentur nu. 15.

15 *Saltus ſunt terrena ad paſcua.*

16 *Legatum prædij* intiero, e ſenza diminutione *eſt legatum fundi inſtructi.*

Sub quo legato, quod magis amplum eſt, quàm ſit legatum cũ inſtrumento, quæ contineantur nu.17.

Præcipua verò continentur vaccæ, & pecora nu.18.

RESPONSVM LII.

Auſpice Chriſto.

1 LEgatum his verbis conce-
ptum *laſcia la poſſeſſione,*
che al preſente poſſiede con li
edificij ſopraſtanti libera,
intiera, e ſenza diminutione
alcuna, con tutte le ſue ra-
gioni, adherentie, e pertinenze, che di preſente
ſi troua hauere &c. ex ſententia mea eſt le-
2 gatum fundi cum inſtrumento, vt † in lega-
to fundi *cum omnibus ad eum ſpectantibus,*
vel pertinentibus reſpondet *Alex.conſ 68.*
in princ. & ſub num.3.verſ.(nono comproba-
tur) in 6. & ibi id notat *Natta in 1.addit.* verè
3 enim inſtrumẽta fundi ſunt de iuribus fun-
di, & ſunt adherentiæ, vel dicamus acceſſo-
ria ad fundum, & eius pertinentiæ *Bar. in*
l.ſi cui fundum nu. 4 ff. de fund. inſtruct. &
4 cum veniant ſub nomine pertinentiarum,
quæ ſtatuto, conſuetudine, vel lege deputa-
ta ſunt, vt accedant *Innocent. in c. cum ad*
ſedem de reſt. ſpoliat. & ibi *Abb. nu.11. Bald.*
conſ 420.nu.5. in 1. Paul. conſ.143. in fin. in
1. Soc. conſ.47.nu.4. & 5 in 1. Rebuf. in form.
mandat. Apoſt. in gloſ. in verb. pertinẽtijs Ber-
tazol. de clauſ. clauſula 26 gloſ 13.n.2. alios
allegat, & teſtatur dictũ *Innocent.* eſſe com-
5 muniter receptum, cumque † inſtrumenta
fundi verè ſint à lege deputata, vt fundo ac-
cedant, & illi deſeruiant *l. inſtrumenta, &*
l. quæſitum §. conſeruandi in fine ff. de fund.
inſtruct. ibi (conſtat enim eos, qui agri gra-
tia ibi ſunt inſtrumento contineri) ſequitur,
vt dum legatum loquitur de pertinentijs, vt
intelli-

intelligatur de inſtrumentis.
6 Suppoſito igitur, quod in hoc legato re-
lictus ſit fundus cum inſtrumentis, ad id,
quod quęritur de animalibus facilè reſpon-
deri poteſt, nam boues aratorij, vel, qui ſub
iugo ponuntur, vel ſint boues antiqui, vel
iuuenci ſine difficultate ſunt de inſtrumen-
tis fundi, & continentur ſub legato *l. inſtru-
menta ibi (præterea boues domiti) ff. de fund. in-
ſtruct. Aret. conſ. 159. dubitat. 7. nu. 18. Me-*
7 *noch. præſumpt. 154. ſub nu. 10. in 4.* Et † hoc
eſt receptum apud *Iuriſconſ. in l. de grege
ff. de fundo inſtruct.* vt quod comparatum
eſt ad hoc, vt fundus fertilior ſit in fructu,
ſub nomine inſtrumenti contineatur, &
id firmat *Gofred in d. l. de grege num. 1. & in
l. quæſitum §. ſi quis eod. nu. 16. ff. de fund. in-*
8 *ſtruct.* Et † idem ſentirem de iuuencis non-
dum domitis, qui tamen eſſent deſtinati ad
9 iugum, & ad domandum, attenta † deſtina-
tione patris familias, quæ plurimum atten-
ditur in declaranda mente defuncti *l. ex fa-
cto §. rerum autem Italicarum ff. de hæred. in-*
10 *ſtit. l. ſi cui ædes ff. de leg. 3.* adeò † vt ex deſti-
natione ea, quæ ſunt mobilia fiant immo-
bilia, vt contingit in pecunia deſtinata ad
emptionem immobilium *Soc. conſ. 249 col.
pen. verſ (ſecundo concludo) in 2. Odaus* plura
ad hoc adducit *conſ. 21. n. 43. cum ſeq. Sim.
de Prat. de interpratat. vlt. volunt. lib. 4. dubi-
tat. 7. num. 49. cum ſeq. fol. 390.* plura apud
Bim. conſ. 5. nu. 5. in 1.
11 Et idem dicerē de vaccis, eo quod, & ip-
ſæ ponuntur ſub iugo ad culturam prædio-
rum, & præſertim retinentur ob vitulos,
quę ex illis naſcuntur, quibus boues reno-
uantur, & antequam ſub iugo ponantur ſunt
12 ad ſtercorandum agrum, quo † reſpectu et-
iam ſunt inſtrumenta fundi *d. l. inſtrumenta
ff. de fund. inſtruct. l. cum quæreretur § fin. ff.*
13 *de leg. 3. & l. 2. §. fin. C. de verb ſign.* Nec † ob-
ſtat, quod ex illis habeatur lac, quod eſt in
fructu, & non pertinet ad inſtructionem
fundi, quia cum ſemper maior ſit vtilitas,
quę habetur ex cultura, partuque vitulorū,
& ſtercoratione, atque ſit vtilitas, quæ ha-
betur ex lacte, non ideo minus dicentur in-
ſtrumentum fundi *Gofred in d. l. de grege, &
in d. l. quæſitum §. ſi quis eodem in fine de
fund. inſtruct* vbi ait, idem etiam eſſe, quan-
do vtilitas eſſet æqualis.

De porcis autem idem ſentirē, ex *d. l. de
grege ff de fund. inſtruct.* quæ *in ſecundo reſ-
ponſo* ait, quod ſi quis habeat ſaltus (qui
ſunt terrena ad paſcua *l. pen. §. 1. ſi ſeruit. ven-
dic. d. l. inſtrumenta in fin. ff. de fund. inſtruct.
Conan. lib. 3. commentar. iur. ciu. c. 9. nu. 5. in
fine)* & ex illis, vel nullam, vel modicam
habeat vtilitatem, niſi oues teneat, dum
tenentur dicentur inſtrumētum fundi, etiā
qđ ex illis alia præter fundum percipiatur
vtilitas, ita & in propoſito, cum quercus, &
robores eſſent, vel nullius, vel modicæ vti-
litatis, niſi retinerentur ſues, ideò crederē,
& hæc animalia venire ſub nomine inſtru-
mentorum.

De ouibus autem, quia in caſu noſtro
ſunt puſilli gregis poſſet dubitari, quod non
dicantur inſtrumenta fundi, præſertim, ſi in
fundo non eſſent ſaltus, qui ſine his ouibus
redderentur inutiles.
16 Sed, vt remoueatur omnis difficultas, &
vt oſtēdatur, omnia hęc animalia ſub legato
contineri, animaduertenda eſſe puto illa
verba *intiera, e ſenza diminutione*, quæ ver-
ba, cum ſignificent, fundum relictum eſſe
in integro ſtatu, etiam ſignificant fundum
inſtructum legatum eſſe *Bart. in l. 2. nu. 5.
Bal. nu 3. & 10. de Plat. ſub nu. 1. ſub verſ. (&
nota primo) C. de bon. vac. lib* 10. & ibi etiam
Cyriac. at † quando legatur fundus vti in-
ſtructus, eſt plus quam quando legatur cum
inſtrumento, quia intelligitur hoc caſu
legatus fundus cum omnibus illis, quæ in
fundo ſunt collata, vt in eo paterfamilias
eſſet inſtructior, licet non ſint inſtrumen-
ta fundi, & ita etiam ea, quæ ſunt in
fundo ad maiorem commoditatem patris
familias *l. quæſitum §. ſed ſi fundus ff. de fund.
inſtruct. Cuiac. in d. l. 2. C. de de bon. vac.* &
clarius *ad nouel. 128. de exact. public. tribut.
Menoch. d. præſumpt. 154. ſub nu. 14. in 4.*
18 talia † ſunt pecora, quæ pater familias in fun-
do habet, vt ex illis fructus capiat, ergo at-
tentis prædictis verbis ſub legato ſine du-
bio vaccæ, & oues continebuntur, ad quod
plurimum apud me facit authoritas *Cuiac.
in d. nouel. 128. de exactoribus tributorum*,
in medio cuius cōſtitutionis habet hæc ver-
ba *inſtructi autem, & inſtrumenti differentia
nota eſt, latior inſtructi appellatio, vt ecce pe-
cora paſcendi cauſa parata, vt ex eis fructu,
capiatur inſtructo continētur non inſtrumen-
to*, ita ex his dictis res clara redditur, imò
ait, & ſupellectilem contineri, ſed de hoc
non quæritur.

Ita ſentio ſaluo ſaniori iudicio, nec credo
obſtare ſcripta à *Natta conſ. 243. nu. 5.* quia
ipſe loquitur de inſtrumento coloni, quale
erant frumentum debitum à colono, hoc

putat

Digitized by Google

putat non contineri ſub ſundo inſtructo, non tamen loquitur de inſtrumẽto domini, vt de pecoribus, de quibus *Cuiac.* loquitur.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Conditio nuptiarum in diſpoſitione teſtamentaria, quando admittenda, & quando reijcienda ſit.

Intellectus *l. cum tale §. reſcriptum* alias §. *ſi arbitratu ff. de condit. & demonſtr.* in illis verbis, *ne quid omninò nuptijs impedimentum inferatur.*

SVMMARIVM.

1 *Conditio affirmatiua nuptiarum adiecta diſpoſitioni pœnali reijcitur.*

Si verò adijciatur diſpoſitioni præmium continenti, quod dandum ſit ab vno ex coniugibus, & pariter reijcitur nu. 3.

Sicuti etiam reijcitur, ſi præmium dandum ſit à tertio, ſit autem deſignata perſona indigna, cui nubendum nu 4.

Si verò digna ſit perſona deſignata, conditio admittitur nu. 5.

At ſi perſona, cui eſt nubendum non ſit deſignata, ſed electio fieri debeat ab eo, cui conditio iniungitur, non reijcitur nu. 6.

Si verò electio pendeat ab arbitrio, conſenſu, vel conſilio alterius, & conditio non admittitur nu. 7.

DD. tenentes hanc diſtinctionem recenſentur num. 8.

9 *Matrimonia debent eſſe libera à pœna non autem ab amiſſione lucri prouenientis à grauante.*

Non enim par eſt ratio ſentire damnum, & perdere lucrum nu. 2.

10 *Præceptum, vt mulier nubat in familia, valet, quia non tollit libertatem matrimonij & num. 41.*

Et tale præceptum ſit à teſtatore ad conſeruationem propriæ familiæ nu. 12.

Nec etiam impedit libertatẽ incertitudo, quæ pendet à muliere, ſecus, ſi pendeat à tertio num. 39.

Prout etiam valet præceptum, vt nubendum ſit digniori nu. 40.

11 *Pares ſunt vocare certas perſonas, vel incertas de certis.*

13 *Intellectus* §. reſcriptũ *alias* §. ſi arbitratu l. cũ tale ff. de condition. & demonſtr. *in illis verbis* ne quid omnino nuptijs impedimentum inferatur *& per totum conſ.*

Et præſertim intelligitur ſolum de impedimẽto quo inducitur viduitas directè, vel indirectè nu. 21.

Et ideò non intelligitur de dilatione, quæ fit requirendo conſilium amicorum, & parentum, faciendoq; alia præparatoria ad matrimonium, quia verè non dicuntur impedire matrimonium nu. 19. 20. 27. & 30.

Neq; adhærendum eſt opinioni Coſtæ *contrarium tenentis* in d. §. reſcriptum vltima ampliatione ſub nu. 12. verſ. (itaque verius) *quia eſt contra communem nu. 22.*

Secus verò, ſi teſtator iuſſerit filiam in nubendo petere, & ſequi conſilium nu. 19.

14 *Conditio, quæ differuntur nuptiæ vſq; ad certum tempus non reijcitur ex communi & nu 36. 37. & 41.*

Contraria opinio dicitur verior, & æquior à Coſta *nu. 15.*

Sed diſtingue, aut teſtator adiecit conditionem motus aliqua iuſta cauſa, & valet conditio nu. 16.

Aut ſine cauſa, & dilatio pendet ab arbitrio nubentis, & valet, ſi verò pendeat ab arbitrio, vel teſtatoris, vel tertij nõ valet n. 17. & 34.

De ratione differentię nu. 18.

19 *Faciens præparatoria ad actum illum incipere dicitur.*

23 *Iudex debet iudicare ſecundum communem opinionem.*

24 *Quomodo differant conditio nuptiarum affirmatiua, & negatiua.*

25 L. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. *habet locũ, quamuis propter nobilitatem, vel alia de cauſa difficile ſit nubere ei, quem nominauit teſtator.*

Dummodo non ſit perſona indigna, vel talis, cũ quo de iure non ſint licitæ nuptię n. 26.

28 *Extenſio fieri debet retentis qualitatibus rei extenſę.*

29 *Non tenet argumentum de ſtatuto tollente libertatem matrimonij ad diſpoſitionem teſtatoris inuitantis præmio ad nuptias.*

Quia etiam ſtatutum inuitans mulieres ſpe lucri ad certas nuptias valet nu. 30.

32 *Electio mariti, & conſtitutio dotis poſſunt remitti in alterius arbitrium.*

Sed tamen intelligitur, vt in electione debeat peti, non ſequi conſilium nu 33.

42 *Teſtator ſubſtituens filias ſub conditione, vt nubant in familia, ſi nuptæ ſint extra familiã tempore delationis hæreditatis, conditio tamquam impoſſibilis reijcitur.*

Quia

Quia conditio, quæ erat poſſibilis tempore teſtamenti, ſed ex poſt reddita fuit impoſſibilis habetur pro impleta nu. 42.

Sed hoc procedit, quando caſu, non facto eius, qui implere debebat, reddita eſt impoſſibilis num. 46.

Contrarium, quod nuptæ extra familiam non ſuccedant, quia teſtator ſenſerit ſolum de filiabus innuptis tempore peruentionis hæreditatis num. 44.

Vel de illis, quæ nuptæ eſſēt in familia nu. 48.

Quia aliàs adeſſet in voluntate teſtatoris perplexitas, & repugnantia, quod non eſt dicendum nu. 45.

47 *Vti quiſque rei ſuæ legaſſet ita ius eſto.*

49 *Verba illa* tunc & eo caſu *reſtringunt diſpoſitionem ad caſum expreſſum.*

50 *Regula* l. Boues §. hoc ſermone ff. de verb. ſignificat. *non habet locum, quando ex primo actu non ſequitur effectus, qui erat in mente diſponentis.*

51 *Ratio conſeruandi agnationem plurimum poteſt ad illuſtrandam, ampliandam, vel reſtringendam voluntatem teſtatoris & nu. 55. & 57.*

Cuius agnationis decus per diuitias conſeruatur nu. 38.

52 *In conditione filiorum non continentur fœminæ, præſertim quando teſtator fuit ſollicitus de conſeruatione familiæ.*

53 *Voluntas teſtatoris, quæ colligitur ex maioritate rationis, ſeruatur, ac ſi eſſet expreſſa.*

54 *Quando alia non poteſt afferri ratio, ex illa dicitur motus diſponens.*

56 *Dictio* vt ſupra *eſt relatiua ad præcedentia.*

58 *Teſtator non vocans proximiores, minus creditur vocaſſe remotiores.*

RESPONSVM LIII.

Sit Chriſtus illuminatio mea.

Vamuis Illuſtriſſ. Præſes D. Morottus, plura ſcripſerit pro Illuſt. D. Margarita Caſata; Mihi tamen contrariam, & iuſtiorem (vt opinor) cauſam agenti lōgè pauciora erunt ſcribenda, quia ſubiecta materia ita expoſtulat, & quia ante me in re graui, graues, & inſignes Iuriſconſ. multa ſcripſerunt, adeò vt nihil videatur addi poſſe, quod ab eis tactum non fuerit.

1 Illud prius extra omnem dubitationem eſſe exiſtimo, de conditione nuptiarum affirmatiua reijcienda, vel recipienda, pro reſolutione eſſe ita diſtinguendum; Aut adijcitur conditio pœnali diſpoſitioni, aut præmium, & lucrum continenti, primo caſu reijcitur conditio *l. fin. in fine C. de ſponſal. l. 2. C. de inutil. ſtipulat. l. Titia in princ. ff. de verb. oblig. l. Titio centum §. 1. ff. de cond. & demonſtrat. & c. gemma de ſponſal.* aliud eſt enim eligendi matrimonij pœnæ metu libertatem auferri, aliud ad matrimonium

2 certa lege inuitari, in † pœna, quæ non nubit ſentit damnum, alio caſu perdit lucrum, quorum non eſt par ratio *l. fin. §. pen. in fin. C. de codicil. l. aſſiduis in fine C. qui pot. in pign. hab.* Si diſpoſitioni præmium cōtinen-

3 ti, aut † illud expectatur ab vno ex coniugibus, & non recipitur conditio vti turpem ſuſpicionem præſeferrens *l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti §. fin. ff. de verb. oblig.* niſi circun-

4 ſtantia aliqua ſuſpicionē purget. Aut † expectatur a tertio, & tunc, aut deſignata eſt certa perſona, cui nubendū, & ſi honeſtè ei cōiungi non poteſt cōditio viduitatem indicit, & reijcitur *l. cum ita verſ. (videamus)*

5 *& in fin. ff. de cond. & demonſt.* ſi † verò indigna non eſt perſona, cui nubendum conditio ſeruatur *d. l. cum ita l. vter ex fratribus ff. de cond. inſt. l. 1. & 2. C. de inſt. & ſubſtit. l. 1. C. de his, quæ ſub modo l. ſi poſt §. item ſi ff. quando dies leg. ced. l. legatum C. de cond. inſert.*

6 Si autem † non ſit deſignata perſona, cui nubendū, Aut electio pendet à perſona, cui conditio iniungitur, & non legitur in iure, q̄ non ſit conditio ſeruanda; nimirum, quia nec libertas matrimonij in aliquo læditur,

7 nec matrimonium impeditur, ſi † verò actus nubendi pendeat à nutu alterius, vel ſit eius arbitrium, vel conſenſus, vel conſilium ex præcepto teſtatoris ſequendum, conditio ſpernitur *l. turpia §. 1. ff. de leg. 1. l. filia & l. cum tale §. reſcriptum* aliàs *§. ſi arbitratu ff. de cond. & demonſtrat.* vbi etiam ratio additur, *ne quod omninò nuptijs impedimentum inferatur*, quæ verba habere ſenſum diuerſum ab eo, quē excogitauit *D. Morottius* in hac cauſa, & prius *in eius conſ. 97.* opportunius inferius oſtendam.

Hæc diſtinctio eſt communiter ab omnibus recepta, qui de re hac docuerunt, præcipuè *in l. 1. C. de inſt. & ſubſtis. Butrigar. in addit. verſ. (vlt. nota) Bar. in fine Salicet. in princ. verſ. (tertio quia) & ſub nu. 4. oppoſit. 12. Paul. nu. 2. Fulgoſ. nu. 3. Iaſ. & Dec. nu. 4. Rim. nu. 2. in 3. notab. Corn. nu. 1. & 2. Iacobin.*

Digitized by Google

bin.nu.2.& Siebard.ſub nu.2. Feiin.in c.1.de ſponſal.nu.19 & 20.Paſet.conſ.86.nu.7.cum ſeq. in fortiori caſu, in quo requirebatur conſenſus tertij *Gabr. conſ. 12. in princ. & nu.14.in 2.Rota deciſ.433.nu.3.p.1.diuerſ. Vaſq.de ſucceſſ.creat.lib.1.§.5.nu.38.* & alij infiniti citãtur à *Turret.cõſ.67.in princ.* ĩ 2. & ab Excellentiſs. Aduocatis partis noſtræ.

Ex qua diſtinctione deducitur, quatuor eſſe conditionem nuptiarum reijcientia, pę-
na, indignitas eius, cui nubendum, violatio
libertatis matrimonialis, & impedimentum
nuptiarum: De indignitate non eſt tractan-
9 dũ; Nec † de pęna, quia teſtator vocat filias
ad lucrũ hæreditatis illis iniungendo, vt nu-
bant in familia, & ſi non nupſerint legat tã-
tum dotem, & eas priuat hæreditate alios
ad eam vocando, reſultat potius priuatio
lucri dati à teſtatore, quam priuatio, & di-
minutio proprij patrimonij, & ita non eſt
propriè timore pœnæ inducere mulieres ad
certas nuptias, ſed ſpe lucri eas ad id inuita-
re *Butr.in c.gema de ſponſal. nu.7. Præpoſit. Mediolanenſ. nu.6.* qui de communi *Card. ſub nu.2.oppoſit.4. Auchar. nu.9. & Abb.ſub nu.8. verſ.(& nota hoc)* qui ſequuntur *Oldrad.conſ.16.ſub nu.1.verſ.(& licet) Surd. conſ.315.nu.21.&.22.in 2.Papon.conſ.47. nu.6.cum ſeq.* vbi de communi *Capel.Toloſ. deciſ.291.* dum firmat, matrimonia debere
eſſe libera à pœna damni, licet non à pœna
luci, plura de hoc egregiè ſcripſit *Rimin.in d.l.1.in 3.not.C.de inſt.& ſubſtit.Mantic.de coniect.ult.volunt.lib.11.tit.18.*

10 Nec † pariter dici poteſt, in hoc lædi li-
bertatem mulieris, quæ, ſi nollet nubere il-
lis de familia alijs nubere poſſet, lucro ei
delato derelicto; Si enim non intelligitur
tolli libertas, quando à teſtatore nuptiæ ad
certam perſonam reſtringuntur, vt ſupra
probatum fuit, minus id intelligitur, quando
plures relinquuntur perſonæ, quarum vnam
11 ex arbitrio poterit mulier eligere; vel † di-
camus, ſi valet præceptum ad certam perſo-
nam reſtrictum, valebit etiam reſtrictum ad
incertam de certis, verificandum ex arbi-
trio mulieris *l.4.§.hoc amplius ff.de leg. præſtand.l.ſi ſeruus legatus §.huiuſmodi ff.de leg. 2. l.quidam relegatus ff.de rebus dub.* & in
puncto eſt *tex.in §.ſub certa verò Inſt. de le-*
12 *gat.* Id † enim teſtator ſtuduit, vt nuptijs in
familia cõtractis eius agnatio propagaretur
per maſculos, apud quos propterea bona
cõſeruarentur *Nen. conſ.31.ſub nu.2.verſ. (ſecundo facit)* non vero, vt filiabus tolleret
libertatem nubendi *Rim. iun.conſ.215.nu. 183.in 2.*

Reſtat impedimẽtum nuptiarum, in quo
præcipuè inſiſtit D. Morotius in patrocinio
aduerſę partis adducendo plura fundamen-
ta, quibus ipſe prætendit oſtendere in for-
tioribus terminis, in quibus minus impe-
diebatur matrimonium, quam hic remitti
conditionem, ergo & hic.

13 Quorum ſolutio pendet ab intelligentia
d.§.reſcriptum; putat enim D. Morotius non
minus impediri nuptias quo ad effectum,
de quo agitur, ex remotione facultatis nu-
bendi, quam impediantur ex dilatione tem-
poris, difficultate, & ſuſpenſione nubendi,
quod impedimentum ait reſultare, vbi ex-
pectandum eſt arbitrium, conſilium, vel
conſenſus tertij, de quo loquitur ſecundum
eum *Papin.* dum in d. § *reſcriptum* ait, *ne quod omnino nuptijs impedimẽtum inferatur*,
& hoc tenet etiam *in conſ.97.*

Hoc puto prorſus alienum à mente *Iuriſ-*
14 *conſ. & interpretum*; prius, † quod tempora-
le impedimentum, per quod nuptiæ vſq; ad
certum tempus ſuſpendantur reijciatur, eſt
contra *tex. l. ſed ſi hoc §.fin.& l.cũ tale §.Mynia,& ibi gloſ. in verbo (incertus) ff. de cond. & demõſt. Alex. in l. turpia in princ. ſub nu. 7.ff. de leg.1.Surd. deciſ.30.nu.30.Sim. de Prat.de interpr.ult.volũt.lib.2.ſol.2.n.107. fol.137.* & eſt de hoc celebre *conſ. Aret. 67.*
Et eſſe cõmunem opinionem fatetur *Coſta*
15 *d.§.reſcriptum limit.8.* licet † ipſe ſentiat con-
16 trariam eſſe veriorem, & ęquiorem, Et † quia
non poteſt inficiari, quin ſit controuerſa
opinio etiam ex illis, quæ ante *Coſtam* ſcri-
pſit *Gofred. in d.§.Mynia l.cum tale*, Ideò re-
cipiendæ eſſent hæ diſtinctiones, q̃d aut iu-
ſta adfuit cauſa, qua motus fuit teſtator ad
prohibendas nuptias vſque ad aliquid tem-
pus, & aliquid non ſit in fraudem legis pro-
hibentis indirecte viduitatem, & prohibitio
ſuſtinetur, Aut alia non fuit cauſa pręter di-
lationem nuptiarum, & non valet, quod
probauit ipſe *Coſt. in fin. d. limit 8.* Nos ſu-
mus in primo capite, quia conſtat ex verbis
teſtamenti, de quibus etiam inferius, ita
benè conſeruandi bona in agnatione, & ſi-
mul etiam, potius apud proprias filias, in-
duxiſſe teſtatorem ad hanc diſpoſitionem.

17 Aduertendum præterea eſt, dilationem
nuptiarum quandoque pendere à facto te-
ſtatoris, qui noluit prius celebrari nuptias,
vel à tertio, qui conſenſum, vel arbitrium
ſuum in nuptijs interponere debet; quan-
doque

doq; verò ab arbitrio nubẽtis, dũ ea animo
ſuo reuoluit, quæ ad perfectum matrimo-
nium celebrandum ſunt neceſſaria primæ
duæ dilationes ſunt, quæ ex mente *Doct.*
nocent nuptijs, tertia nequaquam, ratio
18 differentiæ, quia primæ adimunt mulieri li-
bertatem in matrimonio, tertia non; Am-
plius, dum primæ pendent dilationes, nihil
fit, quod pertineat ad matrimonium, ideò
tunc indicta eſt viduitas, ſed non æquè dum
19 tertia pendet, nam † conſiderare, quis inter
eos, qui ſunt ex familia ſit magis ad matri-
monium aptus, etiam iuxta voluntatem te-
ſtatoris, non eſt differre, ſed incipere con-
trahere nuptias, dùm præparatoria fiunt *l.*
2. §. capiſſe ff. de pollicit. Etiam talis mora ca-
dit, quando mulier vni nubere debet; quia
eſt de eius conditione, dignitate, ac mori-
bus inueſtigandum, & tamen non ideò ma-
gis reijcitur conditio, vt antea probaui
Vaſq. lib. 3. controuerſ. c. 94. ſub num. 19. ibi
(ſed nihil eſt) & hinc eſt, quod *Paul. in conſ.*
300. in pri. circa princ. ibi (item allegat) poſt
20 *Pet.* ait, † quod ea, quæ ſunt ex natura matri-
monij, vt requirere conſilium amicorum, &
propinquorũ, non impediunt aliquo modo
matrimonium, & nõ cadunt ſub diſpoſitio-
ne *d. §. reſcriptum*, & hæc eſt dilatio, quã pu-
tat D. Morotius morari nuptias in caſu no-
ſtro, & quam reijci debere, non eſt *Doctor*,
qui id dicat.

21 Dum præterea ſupponitur, ſub verbis *d.*
§. reſcriptum, ibi, *ne quod omnino nuptijs im-*
pedimentum inferatur, etiam contineri im-
pedimentum ſuſpenſiuum, dum arbitrium
inquireretur: Ego contra ſentio agi de im-
pedimẽto, quo indiceretur viduitas, quem-
admodum indicitur ex conditione, *ſi non*
nupſerit, quod indicitur directè in conditio-
ne illa, *ſi non nupſerit*, & reijcitur ex lege
Iulia Miſcella, quæ reſiſtit conditionibus,
quibus non ſimpliciter differtur matrimo-
nium, ſed quibus illud prorſus impeditur, &
viduitas indicitur, & quia id cõtingere po-
teſt, nedum directè in conditione, *ſi non*
nupſerit, ſed etiam indirectè *ſi nupſerit arbi-*
tratu Titij, quia hæc conditio habet in ven-
tre conditionem, *ſi non nupſerit, Titio non*
arbitrante, & alijs etiam modis, vt in *l. ſed*
ſi hoc §. vlt. l. cum ita legatum, l. ſeq. l. mulieri,
& l. heres §. vlt. ff. de cond. & demonſtr. ideò
dicitur *in d. §. reſcriptum* eam legis. ſ. Miſce-
liæ ſententiam videri, ne aliquod impedi-
mentum nuptiis inferatur. ſ. directè, vel quo-
quo modo indirectè, ſed per quod viduitas
indicatur, quod ad caput legis Miſceliæ
præcipuè pertinebat; Ad legem Miſceliam
eſſe hunc *tex.* referendum, & ita, vt dixi, in-
telligendum tenet *Cuiac.* vidend. prius *ad*
Cod. in l. 2. de indict. vid. tol. col. 1. verſ. (& cõ-
ſequenter) deinde etiam *ad pandect. ad §. 1. l.*
turpia de leg. 1. ibi (in ſuperiore caſu) & ple-
nius *ad lib. 18. quæſt. Papin. in explicat. d. §.*
reſcriptum, & id etiam eſt ex mente aliorum
Doctorum tenentium, conditionem, de qua
in *d. §. reſcriptum* æquipollere conditioni, *ſi*
non nupſerit, quoad indicendam viduitatem
Odofred. dicentis conditionem *ſi arbitratu*,
& *ſi non nupſerit* æquipollere *Paul.* qui ait,
conditionem *ſi arbitratu* ideò reijci, quia
per indirectum inducit viduitatem, & idem
tenent *Soc. in l. filia ff. de cond. & demonſtr. in*
d. l. turpia §. 1. ff. de leg. 1. Gofred. & Iaſ. nu. 3.
Anan. conſ. 15. qui optimè conſiderat in *d. §.*
reſcriptum in arbitrium tertij non fuiſſe re-
miſſum, cui nubendum, ſed ſubſtãtiam ma-
22 trimonij. ſ. an nubendum. Et † horum opi-
nionem præferendam eſſe ſingulari opinio-
ni *Coſta in vlt. ampliat. ſub nu. 12. verſ. (itaq;*
verius) putantis de impedimento dilationis
23 loqui hunc *tex.* non dubito, ſi † cauſæ ſunt
ex communi, & non ex ſingulari opinione
iudicandæ, iuxta *c. ne innitaris, & ibi ſcri-*
bentes de conſtit. Et in declaratione legum
magis ſemper deferem *Cuiacio*, cum quo &
plures ſentiunt, quam *Coſta*, cum quo ſolus
Imol. eſt, qui manifeſtè concurrat: In eo ve-
rò, an de arbitrio boni viri, an abſoluto ſit
tex. intelligendus non eſt inſiſtendum, quia
quocunq; modo intelligatur, ratio ſemper
fundata erit in eo, quod poteſt arbitrator
nolle arbitrari.

His ita pro veritate declaratis; non erit
difficile euertere fundamenta D. Morotij.

Primò, dum conſideratur maior difficul-
tas, & dilatio in caſu noſtro, quam in arbi-
tratu: negatur maior difficultas, quantum
ad id, quod conſiderandum eſt in puncto,
an reijcienda ſit conditio, imò maior eſt dif-
ficultas, dum nuptiæ pẽdent ab arbitrio al-
terius, quam quando pendent ab arbitrio
mulieris, in cuius poteſtate eſt vincere dif-
ficultates, ad quas vincendas lucro maximo
inuitata fuit: Nec circumſtantiæ conſidera-
tæ à teſtatore ſunt tantæ difficultatis, vt ex
aduerſo ſupponitur, & inferius opportunius
oſtendetur.

Nec pariter obſtat inductio *l. hoc modo,*
& l. cum ita legatum ff. de cond. & demonſtr.
de qua *in 2. & 3. fundamento*, procedunt

enim hi tex. in conditione negatiua, *ſi non
nupſeris tali*, iuxta *c. ne innitaris & ibi Scri-
bentes de cõſtit. vel in tali loco*, nos loquimur
24 in conditione affirmatiua; ratio † diuerſita-
tis in hoc conſiſtit, quod in negatiua, quæ-
cunq; difficultas nubendi cum alijs, vel in
alio loco, ita vt cum alijs, vel in alio loco
commodè mulier nubere non poſſit, facit,
vt conditio, quæ erat *ſi non nupſeris cum ta-
libus, vel in tali loco*. efficiatur ſimplex con-
ditio, ſi non nupſerit, & hac ratione reijci-
tur, ita aiunt *tex. allegati*, ſed in conditione
affirmatiua, etiam quod difficultas aliqua ſit
in perſonis nominatis, non ob id tollitur
facultas nubendi alijs, licet perdatur lucrũ:
25 alias † ad hoc vt ſuſtineretur cõditio de nu-
bendo certæ perſonæ, de qua in *d. l. 1. C. de
inſtit. & ſubſt.* oporteret nominatũ eſſe ta-
lem, cum qua mulier commodè nubere
poſſit, ſed ſi ob nobilitatem, vel aliam cau-
ſam difficile eſſet ei nubere, conditio reijce-
retur ſecundum principia D. Morotij, quod
26 tamen falſum eſt, quia † *d. l. 1.* limitatur tan-
tum in caſu, quo nominatus non eſſet in-
dignus, vel talis, cum quo de iure non poſ-
ſent eſſe licitæ nuptiæ, vt per *Doct. omnes in
d. l. 1 & 2. C. de inſtit. & ſubſtit.*

In quarto fundamento cõſideratur, quę-
rere cõſenſum modicam inducere moram,
quia requiſitus ſtatim conſentiet, aut non
conſentiẽdo mulier ſtatim nubet, & tamen
conditio conſenſus reijcitur, ergo & magis
conditio, de qua hic.

Soluitur hoc fundamentum, vt præcedẽ-
tia; deducitur enim ex maiori, vel minori
mora, cum deducendum eſſet ex maiori, vel
minori impedimento: demum facilius eſſe
mulieri requirere conſenſum alicuius, quam
deliberare, cui ex familia illi ſit nubendum;
tamen magis conſenſus alterius poterit im-
pedire matrimonium, quam deliberatio mu-
lieris, illum nõ habet mulier in ſua poteſta-
te, hanc verò vtique.

Præterea fuit à D. Morotio conſiderata
modica mora in requirendo conſenſu, &
non fuit conſiderata maxima mora in eo ex-
pectando, ſine quo non poſſet contrahi ma-
trimonium; Et ſi diſſentiente eo, qui con-
ſentire debebat mulier incontinenti nube-
re poteſt, id non eſt, quia conditio habeatur
pro impleta iuxta terminos *d. l. 1. C. de inſt.
& ſubſtit.* ſed eſt, quia conditio reijcitur, &
habetur pro non appoſita, ita loquuntur
Doct. qui ad hoc citantur.
27 Quintum fundamẽtum innititur opinio-
ni minus receptæ *Mantic. de coniect. vlt. vo-
lunt. lib. 11. tit. 18. n. 10. Palæot. de not. & ſpur.
c. 8. ſub nu. 7.* & in iudicando minus ſequen-
dæ *d. c. ne innitaris de conſtit.* & ſi aliqui ex
Doct. intellexerunt §. *reſcriptum* etiam in
28 conſilio, eſt extẽſio, quæ † fieri debet reten-
tis qualitatibus rei extenſæ *l. cum precario
ff. de precar.* ſcilicet quemadmodum *tex.* lo-
quitur de arbitratu, quo non morantur, ſed
impediuntur nuptiæ, ita extendatur ad con-
ſilium impeditiuum, ſcilicet quia nõ ſimpli-
citer iuſſerit teſtator filiam in nubendo pe-
tere conſilium, ſed & ſequi; alias per abſur-
dum eſſet, quod dilatio proueniens à con-
ſilio omnino in nuptijs, præſertim mulieri-
bus neceſſario, vitiaret conditionem, & no-
tabile, quod ibi ſumit *Bal.* oſtendit, eum lo-
qui de conſilio, quo impeditur libertas ma-
trimonij, non enim tanta eſt in matrimonio
neceſſaria feſtinatio, vt aliũ ſuper hoc con-
ſulere ſit tollere libertatem, *Bar.* verò loqui-
tur de conſilio, quatenus ſit ſequendum,
ideo opponit, quod conſilium videretur ſe-
quendum.
29 Argumentum ſextum de ſtatuto ad di-
ſpoſitionem teſtatoris non videtur proce-
dere, cum deſumatur ex ſtatuto tollente li-
bertatem, & contra ius canonicum, quod
non contingit in præcepto teſtatoris lucro
inuitante mulierem ad certas nuptias, quod
non tollit libertatem, & eſt de iure permiſ-
30 ſum, quemadmodum † etiam valeret ſtatu-
tum inuitans mulieres ad certas nuptias ſpe
lucri, vt communiter tenent *Doct. in c. 1. de
ſponſal.*
31 Septimo quãtum ad authoritatem *Coſtæ,
& Vaſq. Coſtam* puto in hoc valde errare,
qđ ſola dilatio noceat, nec poteſt ſaluari in
dilatione naſcente ex illis, quæ ſunt matri-
monij præparatoria, ſemper enim præcedũt
diſcuſſiones de qualitate perſonarum, mo-
rum, & facultatum, & earum nobilitate,
quæ dilationem patiuntur, Imò experientia
docemur, feſtinationem eſſe nuptiarum
nouercam: Accedat etiam, quod ſi attende-
retur hęc dilatio, nec in arbitriũ tertij poſ-
ſet remitti electio mariti, & conſtitutio do-
tis declarando teſtatoris voluntatem, quia
hæc, & præcipuè dos magnam dilationem
32 patiuntur, & † tamen à teſtatore reponi in
arbitrium tertij probat notab. *tex. l. Theo-
33 pompus ff. de dot. prælegat.* licet † electionis
commiſſio valeat ad petendum, & non ad
ſequendum conſilium, vt ibi *Gofred. Vaſq.* au-
tem *d. c. 94.* ſi ſequeretur opinionem *Coſtæ*,
quod

34 quod inſicior ream † ſequeretur, quando in præcepto teſtatoris non conſideraretur cõmodum eius, cui nubendum, vt in caſu noſtro fuit conſideratum commodum eorum de familia ſecundum principia ipſius *Caſq.* qui licet loquatur, quando certa perſona eſt deſignata, tamen idem erit, quando incerta 35 de certis ex antea probatis, licet † nõ probẽ, vt §. *reſcriptum* reſtringatur ad caſũ, quo nõ conſideraretur commodum eius, cui nubẽdum, ſed potius intelligam *tex.* generaliter cum *Cuiac.*

36 Ad octauum iam reſponſum eſt, multos ſequi *Aret. in conſ. 67.* Et quicquid ſit, in caſu noſtro non cadere temporalem viduitatem, cum quandocunque poſſit filia deliberare, cui ex familia nubere vellit.

37 Circa nonum fundamentum conuenio cum D. Morotio §. *reſcriptum* procedere nedum in arbitratu, ſed in alio actu, quo impediantur nuptiæ, non verò, quo ſuſpenſio nuptiarum induceretur, in hoc non conſentio, nec, quod in caſu noſtro inducatur illa temporalis viduitas, de qua loquuntur, qui tenent contra *Aret. in d. conſ. 67.* Et dùm tractatur de impediẽdo matrimonio admitto interpretatione illum paragraphum eſſe adiuuandum, ſed dùm non impeditur, potius dico adiuuandam teſtatoris volunta-38 tem conſeruandi bona in familia, ex † quo etiam conſeruatur decus, & honor familiarum, quod & ipſum publicè intereſt *l. 1. §. quamuis ff. de ventr. inſpic. l. 3. in princ. ff. de teſtib. l. ſi creditores ff. de priu. credit. §. ſcimus in auth. de teſti.*

Tandem, nec obſtant illæ cauſæ, quas D. Morotius dixit aduerſari libertati matri-39 monij: non † prima de incertitudine, quia obſtat, quando certificatio pendet à tertio, non à muliere, vt hìc, alias ſequeretur, quod ſi legaretur mulieri *ſi nuberet*, quia incertũ eſſet, cui nubendum, vt conditio reijceretur, quod tamen non eſt, quia dicat, ſaltem ob incertitudinem: Nec *Crauet.* & *Caſq.* vim faciunt in ſola incertitudine, ſed in eo, quòd eſt certificãda ab alio, qui poſſet nuptias impedire.

Secunda cauſa æqualitatis, in qua nititur D. Morotius excogitare tantam difficultatem, verè eſt faciliſsima, vti repoſita in voluntate nubentis, & quia id non præcisè iubetur à teſtatore, ſed prout fieri poterit, 40 Et † in caſu de quo apud *Plot. conſ. 15.* erat nubendum digniori, quod maiorem exigit diſcuſſionem, quam nubere pari, & tamen ſupponitur validitas conditionis, aliàs non fuiſſet, quod dubitaretur inter Doctorem, & militem, quia vnico verbo fuiſſent reſolutæ omnes difficultates dicendo, præceptum non valuiſſe, & mulierem potuiſſe nubere, vel militi, vel Doctori iuxta arbitriũ ſuum.

Eadem ratione nec impedit cauſa nobilitatis, quia non ſimpliciter nobilior eſt eligendus, vt in caſu *Plot.* ſed in nobilitate magis quam fieri poſſit æqualem.

Vltima cauſa haberet aliquem colorem quando teneretur filia nubere illis, in quibus caderent iſtæ difficultates, ſed teſtator ad hos non reſtrinxit præceptum, imò & illis, qui habitant Mediolani addidit, & eos, qui habitant Placentiæ, vt magis libera eſſet ipſius filię deliberatio, id ſolum curando, vt in familia nuptiæ fierent.

41 Tandem omnes iſtæ cauſæ eſſent etiam ſine præcepto teſtatoris ex prudentia filiæ diſcutiendæ, ideò non impediunt matrimonium, & ſi different, dilatio talis non reperitur iure reprobata, inde eſt, quod in caſibus etiam dubitabilioribus de hoc graues *Iuriſconſ.* non dubitarunt, vt apud *Menoch. conſ. 458 in 5.* vbi erat reſtrictum præceptum ad quoſdam de familia, imò, & certo modo remiſſum arbitrio tertij, quia dictum, quod ſi in ea familia non reperirentur iuuenes apti ex arbitrio cõmiſſariorum, vt eligi poſſent alij de eadem familia, ſed de alijs inſignibus, apud *Aym conſ. 78 5 in 5.* vbi nubendũ in familia de Tornielliis, & poterant oriri difficultates, quia nubendum ei, cui honeſtè, & commodè poſſet: apud *Randenſ. de analog. c. 15. ſub nu. 185.* ſupponentem validum præceptum de nubendo in familia Vicecomitũ. Caſus verò, in quo conſuluit ipſe *Moros. conſ. 97.* in pluribus diuerſus eſt à noſtro, & præcipuè, quod cum mulier eſſet requirenda pendebant nuptiæ à requiſitione, & ita ab arbitrio eius, cui nubendum, & in caſu noſtro prorſus pendent ab ipſa muliere.

Hæc quoad principale punctum conſultationis dicta ſufficiant.

42 Sequitur modo ſecunda concluſio, in qua D. Morotius concludit, quod cum conditio nubendi implenda fuiſſet cum peruenirent bona (vt in teſtamẽto legitur) & quia tempore peruẽtionis iam D. Margarita erat nupta, impoſſibile eſt, vt in familia nubat, & 43 ita conditio, quæ ex poſt facto reddita fuit impoſſibilis, licet tempore teſtamenti eſſet poſſibilis habebitur pro impleta *l. qua ſub*

condiſione §. *quoties de condit. inſt. cum authoritatibus cumulatis.*

44 His autem pro veritate ita ſatisfieri poteſt, quod cum à teſtatore addita fuerit qualitas nubendi tempore perueniionis hæreditatis, conſtat, quod illas tantum filias voluit vocare, quæ tempore vocationis eſſent innuptæ, in quibus talis qualitas nubendi 45 cadere poteſt, alio † modo non poteſt intelligi teſtatoris voluntas ſine manifeſta perplexitate, & repugnantia, quod non eſt admittendum *c. inter dilectos* §. *cæterum de fid. inſtrum. Dec. in l. vbi repugnantia ſub nu. 3. ff. de reg. iur. Alex. conſ. 55. ſub nu. 3. in 4. Pariſ. conſ. 3. num. 25. in 3.* quo caſu non poteſt conditio hæc impoſſibilis in D. Margarita 46 haberi pro impleta, eo † quod ſcripta à *legibus, & Doct.* de conditione impoſſibili procedunt, quando caſu eſt reddita impoſſibilis, cæterum, vbi culpa, & facto eius, qui implere debebat conditio eſt reddita impoſſibilis non habetur pro impleta *Menoch. præſumpt. 184. nu. 22. in 4.* Et ſi diceretur, ergo voluit teſtator, quod filiæ ſuæ innuptæ manerent quoad eueniret caſus vocationis, quod eſſet abſurdum: Replicaretur, quod ſi id voluiſſet teſtator abſurdum eſſet: at non id voluit, ſed tantum, vt filijs ſuis ſubſtituta eſſent fæminę innuptæ, & nuptæ extra familiam nequaquam, id non eſt abſurdum, quia 47 vti quiſq; legaſſet rei ſuæ, ita ius eſto *l. verbis legis ff. de verb. ſign.* §. *diſponat Auth. de* 48 *nupt.* Poterat † etiam D. Margarita ante caſum nubere in familia poſt mortem teſtatoris, & tunc eueniente caſu etiam, quod non eſſet innupta, eſſet tamen ſubſtitutionis capax iuxta tradita à *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 18. nu. 16. & 17.*

Laborat deinde D. Morot. in tertia concluſione, vt oſtendat, de iure, & ex voluntate teſtatoris præceptum reſtringi tantum ad primas nuptias.

Ipſius dicta non aliter referendo, vera reſponſio eſt, quod ab eo ſcripta procedunt, quando primæ nuptiæ ſecutæ fuerunt poſt caſum vocationis, & quando ex illis ſequebatur effectus à teſtatore conſideratus, vel quando in primis nuptijs conditio habita fuit pro impleta, vt in caſu *l. 1. C. de inſt. & ſubſtit.* Sed in caſu noſtro præceptũ nubendi reſtringitur ad caſum, quo finita prole filiorum maſculorum vocatæ eſſent fæminæ, 49 vt † oſtendunt illa verba, (*tunc, & eo caſu*) *Dec. in l. quamuis nu. 2. C. de impub. & al. ſubſtit. Anchar. conſ. 356. ſub nu. 3. verſ.* (*Tertio hoc*) *Menoch. conſ. 324. num. 3. in 4. Magon. deciſ. Florent. 37. nu. 23. & ſeqq.* ſi igitur intelligendum eſt in primis nuptijs, intelligetur de primis poſt caſum.

50 Præterea, nõ eſt, quod dubitetur, quin effectus, qui ſequi debebat ex actu nubendi in familia, & finis teſtatoris fuerit conſeruare bona in familia, vt ex progreſſu teſtamenti colligi poteſt in pluribus locis (quæ cum ſatis nota ſunt conſultò omittuntur) qui effectus non poteſt ſequi ex primis nuptijs D. Margaritæ, non ergo eſt locus regulæ *l. bonis* §. *hoc ſermone ff. de verb. ſign. Tiraquel. in* §. *& 6. limit.* Etiam probatum eſt in præcedenti ſecunda concluſione, quod cum ſteterit per D. Margaritam; quod conditio non potuit haberi pro impleta, ideò cum poſſit nunc impleri implenda erit.

Quę verò conſiderantur ad probandum, ſenſiſſe teſtatorem de primis tantùm nuptijs, partim non ſunt recipienda; quia illis attentis ad bona admitterentur hi, qui non ſunt de familia, excluſis illis, qui ſunt ex familia, quod eſt contra principalem mentem teſtatoris. partim non ſunt abſolutè vera, vt eſt illud, quod iniungere ſecundas nuptias viduæ, ſit quid parum honeſtum, quia; licet non ſit reprobatum illis indicere viduitatem, honeſtum tamen eſt ſecundas contrahere nuptias, præſertim, quando id fit pro conſeruanda familia; partim retorquentur, vt eſt illud, quod teſtator obligat filias ad nubendum, ergo de primis nuptijs, ad quas puellæ obligantur, cum viduæ ad ſecundas non obligentur, Imò ſi teſtator obligat, ſenſit de nuptijs, ad quas filiæ non obligabantur, aliàs ſuperfluum fuiſſet iniungere obligationem, ſatis fuiſſet iniũgere præceptum: partim non concludunt neceſſariò vt eſt illud de dotatione: & tandem omnia conſiderata, ſi eſſent vera, concluderent, teſtatorem vocaſſe tantum filias, in quibus cadere poterant primæ nuptiæ, quo nihil eſt quod magis aduerſetur intentioni D. Margaritæ.

Fuit quarta concluſio D. Morotij, quod non eſt opus nubere in familia, cum ad fine filij ex primo matrimonio vocati à teſtatore.

Sed nulli poterit perſuaderi, teſtatorem vocaſſe filios ex matrimonio cũ extraneis contracto; id enim non patitur enixum deſiderium conſeruandi bona in familia, nedùm expreſſum in prohibitione alienationis, ſed & in longo, & perpetuo progreſſu plu-

pluriũm graduum ſubſtitutionum ad fauo-
rem agnatorum, etiam cum conſtitutione
51 primogenituræ; quantum † autem ad volun-
tatem teſtatoris illuſtrandam, ampliandam,
vel reſtringẽdam valeat ratio conſeruandæ
agnationis, magis notum eſt, quam quod
probatione egeat, & ab Excellentiſs. viris,
qui ante me ſcripſerunt cumulatè proba-
tum fuit, & addi poſſet *Roderic. Hiſpan. de*
coniectarat. ment. defunct. lib. 4. c. 3. & 4. nu. 4.
cum pluribus ſeq. qui latiſſimè de hoc trã-
ctat. Nõ eſt veriſimile, quod voluerit teſta-
tor vnum maſculum alterius familiæ impe-
dire illas agnatorum ſubſtitutiones, & pri-
mogenituras ſummo ſtudio, & maxima di-
ligentia conſtitutas: Inſuper teſtator non
vocat filias filiorum ſuorum, vt conſtat ex
eo, quod iniungit onus nubendi tantum fi-
liabus ſuis, & fœminis à filiabus deſcenden-
52 tibus, non verò a filijs, quod efficit, vt † in
conditione filiorum non contineantur fœ-
minæ, præſertim, quando ſollicitus fuit te-
ſtator de conſeruatione agnationis *Oddus*
conſ. 6. nu. 17. Surd. deciſ. 60. num. 22. & ſeq.
ſi non vocauit filias filiorum, quæ ſunt de
agnatione, minus filios filiarũ, qui ex extra-
neis nati eſſent, ideò præſupponere oportet,
quod quãdo vocauit filios filiarum eos vo-
cauerit in caſu, in quo nati eſſent ex viro de
familia, quando ex voluntate propria, filiæ
ſperando ſucceſſionem, nupſiſſent vni ex fa-
milia, licet non fuerit viſum teſtatori con-
ueniens eas ad id obligare, niſi, quando ſu-
ſcium ſucceſſionis haberent.

Quinta, & vltima concluſio eiuſdem con-
ſultationis continet, nunc non eſſe tractan-
dum; an D. Margarita priuata ſit, quod non
nupſerit in familia, quia non extat aliquis
eorum, qui vocantur in caſu, quo fœminæ
non nubant iuxta teſtatoris præceptũ: Nec
poſſe dici vocari agnatos poſtea ſubſtitutos,
quia cum ſit prouiſum de particulari ſub-
ſtitutione, non eſt, vt ſubſtitutio agnatorum
ad hunc caſum extendatur, etiam conſide-
rata ratione conſeruandæ agnationis, mi-
nuſque facienda extenſio, quia tractatur
de priuanda filia hæreditate, ad quam vo-
cata fuit: Minus etiam, quia in odium filiæ,
& eius filiorum prius vocatorum non ſunt
extendendæ ſubſtitutiones agnatorum, Et
D. Margarita recuſando nubere in familia,
non poteſt filijs ſuis præiudicare, quæ omnia
pluribus probantur.

Sed hæc, rectè conſiderantibus mentem
teſtatoris, ne minimum quidem negotium
facere poſſunt, primo, quia ſi illis, qui cõſen-
ſerunt non ſeruantibus præceptum teſtato-
ris ſunt ſubſtituti, nedũ alij deſcendẽtes, ſed
& agnati vocati in vltimis ſubſtitutionibus,
multo magis dicendum eſt, eoſdem agnatos
eſſe ſubſtitutos, etiam ipſis præceptum teſta-
53 toris ſpernentibus; ex † maioritate enim ra-
tionis colligitur quid voluerit teſtator, & id
ac ſi eſſet expræſſum ſeruatur, vt ex indu-
ctione *l. hæredes mei in §. cum ita ff. ad Tre-*
bel. & l. cum auus ff. de cond. & demonſtrat.
probat *Simon. de Prat. de interpretat. vlt. vo-*
lunt. lib. 1. ſol. 5. n. 7. fol. 13. Dicatur obſecro,
quæ ſit ratio, quare recuſante filia nubere
conſentientibus alijs poſt eam vocatis, ad-
mittantur agnati, de quibus in vltimis ſub-
ſtitutionibus, & nõ admittantur, quãdo non
extant, qui cõſentiant, vel diſſentiãt? Quod
verò exiſtentibus cõſentientibus ſint vocati
agnati, legitur in teſtamento, dum dicitur *in*
caſu, quo vnus conſentiat, quod hæreditas per-
ueniat ad proximiorem vocatum, aut vocatũ,
aut vocandum, vel vocandam iſte proximior
vocandus non poteſt eſſe niſi proximior a-
gnatus, de quo in vltima ſubſtitutione: quia
poſt hæc verba alia non legitur vocatio, niſi
agnatorum. Secundo, id ipſum colligitur,
quod in caſu contrauentionis voluntatis te-
ſtatoris alienando, ſi vnus ex vocatis in
primis ſubſtitutionibus contra præceptum
teſtatoris alienat, nedum in eius locum vo-
catur proximior ex ſubſtitutis prius, ſed e-
tiam proximior ex ſubſtituendis poſtea,
quod vtique intelligitur de agnatis in caſu,
quo non extaret aliquis ex prioribus inſti-
tutis: hoc præceptum de non alienando eſt,
vt bona remaneant in familia, vt expræſsè
54 legitur in teſtamento; eidem † rationi etiam
innititur aliud præceptum de nubendo in
familia, cum alia non poſſit afferri ratio ar-
gumento *l. nominatim (la ſeconda) ff. de lib. &*
poſthum. gloſ. & Doct. in l. quamuis C. de fi-
deicommiſſ. Alex. conſ. 24. in fine in 2. Roderic.
de coniect. ment. defuncti lib. 4. c. 4. nu. 180
55 ſubſiſtente † ergo eadem ratione conſerua-
tionis familiæ, prius ſubſtitutis non ſeruan-
tibus præceptum nubendi admitterentur a-
gnati ſubſtituti in vltimis ſubſtitutionibus;
quemadmodum admittuntur, quando pri-
mi ſubſtituti non ſeruarent præceptum de
non alienãdo, eadẽ enim ratio demonſtrat
eandem teſtatoris voluntatẽ, latè in puncto
Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. c. 5. n. 7. cũ ſeq.

Tertio conſideranda eſt vocatio proxi-
miorum agnatorum ſub hac conditione &

ene-

eueniente caſu, quo deficeret linea teſtatoris
filiorum, & filiarum legitimorum, & natura-
lium, & de legitimo matrimonio genitorum,
& genitarū, vt ſupra, eo in caſu d. te. ſtatur &c.
56 hic conſidero † illam particulam (vt ſupra)
relatiuam ad præcedentia *Bar. in l. 1. §. ex*
hoc edicto ff. de poſtuland. Surd. conſ. 200 nu.
6. & in fin. in 2. & conſ. 362. nu. 9. in 3. Pereg.
conſ. 62. nu. 12. in 1. quæ cum neceſſario non
referatur ad qualitates filiorum, & filiarum,
quia expræſsè explicantur, ſcilicet legiti-
morum, & naturalium, & de legitimo matri-
monio genitorum, refertur ad modum defi-
cientiæ, ſcilicet deficiente linea filiorum, &
filiarum, vt ſupra, quemadmodum etiam re-
fertur apud *Ceph. conſ. 369. num. 40. in 2.* ſed
ſupra teſtator ſuppoſuit ad effectum admit-
tendi ſubſtitutos, vt filiæ nedum deficerent
morte, ſed etiam non obtemperando præ-
ceptui de nubendo in familia, ergo eodem
modo vocat agnatos, quādo deficiunt filiæ,
vel quia ſine prole decedunt, vel quia ſper-
nunt præceptum teſtatoris: Corruit igitur
fundamentum D. Morotij, quod cauſa no-
ſtra ſit in tali ſtatu, vt non ſeruando D. Mar-
garitam præceptum nubendi non ſit aliquis
vocatus, ceſſant & alia, quia ad hanc teſta-
toris voluntatem colligendam opus non eſt
57 extenſione aliqua, & † ſi illa neceſſaria eſſet
commodè fieri poſſet ex ratione cōſeruan-
dæ agnationis, iuxta ſcripta à *Molin. d. c. 5.*
lib. 1. de primogen. Hiſpan. Cui extēſioni, nec
obſtarent filij D. Margaritæ: quia non ſunt
vocati, vt antea probaui, & nunc adiungo,
arguendo pariter a multo magis, quod ſi te-
ſtator priuat D. Margaritam hæreditate iam
quęſita, ſi extraneo nupſerit, & id ratione
conſeruandi bona in familia, multo magis
dicendum eſt, eadem ratione velle ei dene-
gare acquiſitionem, ſi, quando venit caſus
vocationis ſit, vel fuerit extraneo nupta ar-
gumento *tex. l. patre furioſo ff. de his qui ſunt*
ſui vel alie. iur. & ita excluſa, vel non vocata
matre, & filijs, vel excluſi, vel non vocati e-
runt, vti à radice (quantum ad hoc) infecta
58 prouenientes, & † ſi teſtator non vocat ma-
trem, quæ eſt filia ſua, quia eſt extraneo nu-
pta, minus dicendum eſt, quod vocet filios
ex ea, & nepotes ſuos argumento *tex. in l. ſi*
viua matre C. de bon. matern. & l. Publius §. fin.
ff. de cond. & demonſt.

Hæc ſufficere poſſe exiſtimo pro reſpon-
ſione ad locupletiſſ. conſ. D. Morotij adiun-
ctis vrgentioribus rationibus ab alijs addu-
ctis. *Laus Deo, & Virgini.*

EPITOME.

Legatum relictum ſub conditione *ſi nuſpe-*
rit vni ex filiabus Didaci debetur legata-
rio, ſi requiſiuerit vnā ex dictis filiabus,
quæ nubere recuſauerit, nec tenetur al-
teram requirere.

SVMMARIVM.

1 *Coniectura plurimum poſſunt ad manife-*
ſtandam teſtatoris voluntatem, maxi-
mè in conditionibus.
2 *Legatarius ſub conditione, ſi alicui nubat, di-*
citur adimpleuiſſe conditionē, ſi fecit quan-
tum in ſe eſt, vt illi nuberet.
Talis enim conditio dicitur mixta pendens à
voluntate legatarij, & mulieris nubere de-
bentis nu. 3.
Et ideò dicitur impleta, quando non ſtat per
legatarium, quin eam impleat nu. 4.
Secus eſt in dote relicta ſub conditione nuptia-
rum, quia illa ſolum debetur, quando verò
contracta ſunt nuptia nu. 17.
Ratio diuerſitatis aſſignatur nu. 18.
5 *Si teſtator leget ſub duplici conditione, quarū*
alteram principaliter reſpexit, ſatis eſt le-
gatarium illam implere.
Sufficit enim conditionem implere in effectu
principaliter à teſtatore conſiderato nu. 7.
Et ideò ſi ſubſtituitur ſub conditione, ſi Titius
fiat presbyter *dicitur impleta, ſi Titius mo-*
riatur ſine filijs nu. 6.
8 *Conditio reſpiciens plures perſonas expreſſa*
verbis ſingularis numeri æquipollet plurib.
conditionibus alternatiuis. & ſub nu. 9.
Expreſſa autem verbis pluralis numeri æqui-
pollet pluribus conditionibus coniunctim
expreſſis nu. 9.
10 *Ex duabus conditionibus alternatiuis ſufficit*
vnam impleri.
11 *Idem operatur fictio, quod veritas.*
Quia paria ſunt quoad operationē iuris, quod
quid ſit tale, vel habeatur pro tali nu. 12.
13 *In conditione nuptiarum alternatiua electio*
eſt legatarij, quando verba ad eum diriguu-
tur, vel quando eſt expreſſa perſona incer-
ta de certis, cui ſit nubendum.
Et facta electione eſt, ac ſi teſtator ſolam condi-
tionem electam appoſuiſſet nu. 14.
Ita in contractibus, ſi duæ res alternatiuè
ſint in obligatione, electio facit naſci illos
effectus qui naſcerentur, ſi ſola res electa
debita fuiſſet nu. 15.
Et ideò perempta re electa liberatur debitor
nu. 16.

RE-

RESPONSVM LIV.

Ne auferas Domine de ore meo verbum veritatis.

Illud, quod pro veritate, & iuſtitia fuit reſolutum à ſacro Rotæ Romanæ auditorio in fauorem D.Emanuelis de Foſeca nō retractandum, ſed cōfirmandum venit: Aut.n.volumus, mentem teſtatoris fuiſſe, vt D.Emanuel nuptias contraheret cum D.Dionyſia, aut volumus intentionem fuiſſe, vt cum vna ex filiabus D.Didaci arbitrio ſuo eligenda contraheret, vt verba inſinuare videntur; ſi primum dicimus, vt coniecturis colligi mihi in facto ſupponitur (quæ
1 plurimum poſſunt ad manifeſtādum teſtantis voluntatem potiſſimum in conditionibus, *l. in conditionibus ff. de cond. & demonſtrat. l. cum virū C. de fideicommiſ. Corn. conſ. 105. nu. 2. in 2. Calcan. conſ. 47. nu. 3. Bero. conſ. 113. nu. 11 in 2. D. Mantic. de coniect.*
2 *vlt. volunt. lib. 11. tit. 16. nu. 3.*) vtrique † dicendum erit cōditionē pro impleta haberi, cum D.Emanuel, quantum in ſe erat, curauerit cum d.D.Dionyſia nuptias contrahere; ex. ſunt in terminis *in l. in teſtamento (la ſeconda) ff. de cond. & demonſt. in l. vter ex fratribus ff. de cond. inſtitut. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſt.*
3 Et facit, quod † conditio hæc nuptiarum dicitur mixta cōditio pendens à voluntate D. Emanuelis legatarij, & D.Dionyſiæ *Dd. in d. l. 1. C. de inſt. & ſubſtit. vbi Corn. nu. 22. Surd. conſ. 69. nu. 4. in 1. Burſat. conſ. 263.*
4 *num. 26. in 3.* & † ideo habetur pro impleta, quando non ſtat per legatarium, quin eam impleat, & ſatis dicitur legatum purificatum, vt a legatario conſequi poſſit *l. iure ciuili ff. de cond. & demonſtrat. l. iure ciuili ff. de reg. iur. l. qui concubinam §. uxorem ff de leg. 3. Dd. in d. l. 1 C. d. inſtit. & ſubſtit. & in d. l. in teſtamento (la ſeconda) ff. de cond. & demonſtrat.* vbi in ſpecie *Imol. & Soc. Emanuel. à Coſtato repet. §. ſi arbitratu l. cum tale ff. de cond. & demonſtrat. Ceph. conſ. 639. nu. 9. in 5. Surd. conſ. 156. nu. 6. in 2.* latiſſimè per *D. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 16. nu. 16. verſ. (certius eſt caſus) Menoch. lib. 4. præſumpt. 183. præſumpt. nu. 25.*
Nec.n.eſt D. Emanuel arguendus, quod non curauerit nuptias contrahere cum altera filia D.Didaci, quia ſi ſupponamus, teſtatorem grauantem legatarium ducere in vxorem vnā ex filiabus Domini Didaci voluiſſe eum ducere Dom. Dionyſiam, licet noluerit ligare liberam voluntatem legatarij, ſatis dicitur impleta conditio, ſi curauit D. Emanuel contrahere cum ea, de qua teſtator ſentiebant, & quam reſpexit faciendo legatum, etiam quod non requiſiuerit eam, quā
5 teſtator nō reſpexit, ad † quod facit id, quod reſpondet *Cranet. conſ. 59. nu. 4. & 5.* & ſequitur *Ceph. conſ. 80. n. 17. in 1.* quod ſi teſtator legat ſub duplici conditione, ſi legatarius duxerit vxorē, & ſi habitaret continuè cū vxore ipſius teſtatoris, quia prima cōditio eſt appoſita ratione ſecūdę, ideſt, vt facilius ſecunda conditio habitationis habeat effectum, quam principaliter reſpexit teſtator, ſufficit, quod impleatur ſecunda habitationis, licet non impleatur prima ducendi vxorem, ita & in ſpecie noſtra, cum teſtator grauando legatarium, vt cum vna filia Didaci matrimonium contraheret, ſibi in animo principaliter propoſuiſſet, vt ducenda eſſet Dionyſia; ſatis erit, quod D. Emanuel cum ea tentauerit nuptias contrahere, licet alteram filiam non requiſierit, ad effectum, vt conditio habeatur pro impleta.
6 Facit etiam id, quod reſpondit *Alex. conſ. 100. in 4.* fuit quidam ſubſtitutus ſub conditione ſi Titius fiet presbyter, quia intentio teſtatoris eſt, vocare ſubſtitutū, ſi Titius hæres morietur ſine filijs, ideo, licet non verificetur conditio, quòd fiat presbyter, ſatis eſt, quod moriatur ſine filijs ad effectum,
7 vt ſubſtitutus admittatur, quia † ſatis eſt, quod verificetur, & impleatur conditio in effectu principaliter à teſtatore cōſiderato, & *Alex.* ſequitur *Cranet. d. conſ. 59. ſub nu. 4.* & plures alij, quos commemorat *D. Mantic. d. tit. 16. nu. 9.* quibus addendus eſt *Paulus Leon. conſ. 1. num. 98.* Ita, & in caſu noſtro ſatis erit, quod habeatur conditio pro impleta quantum ad effectum, quem teſtator principaliter præ oculis habuit.
8 Si verò dicimus teſtatorem non minus ſenſiſſe D. Emanuelem cum Dionyſia, quam cum altera matrimonium contrahere, non poteſt inficiari, quin ratione perſonarum ſint duæ conditiones, ſcilicet ſi contraxerit cum Anna, & ſi contraxerit cum Dionyſia, quæ duæ cōditiones iniūctæ ſunt alternatiuè, quod oſtēdit natura nuptiarum contrahendarum, quæ non poſſunt contrahi, niſi cū vna ex duabus filiabus Didaci

Caſt.

Digitized by Google

in l.3.C.de legat. & poſt eum, & alios *Hond-ed.d.conſ.61.nu.38.in 1.& conſ.77.in fine in 2.*

Et quando etiam dici poſſet (quod prorſus negatur) eſſe reuocatum legatum, & voluiſſe teſtatorem Bailiuum habere prædium cum vſufructu, conſtaret tamen ex diſpoſitis in teſtamento eundē voluiſſe ab hæredibus ſuppleri, quatenus dictus vſufructus importaret pro complendis alimentis, quia ita etiam diſponit, quando vult, vt bona omnia ſint apud hæredes, vt ſatisfiat creditoribus, vt in decimo capite teſtamenti, ſed hæc ex abundanti dicta ſint, quia veritas eſt nullo modo eſſe reuocatum legatum, ita teneo eſſe iuris *an.*1618. *Octobris.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Sub legato his verbis concepto *laſcia la poſſeſſione &c. intiera, e ſenza diminutione alcuna con tutte le ſue ragioni, adherentie, e pertinenze*; quæ contineantur: Vbi de legato fundi inſtructi, & fundi cū inſtrumento.

SVMMARIVM.

1 L*Egatum fundi* con tutte le ſue ragioni, adherentie, e pertinenze *eſt legatum fundi cum inſtrumento.*

Sicuti eſt etiam legatum fundi cum omnibus ad eum ſpectantibus, vel pertinentibus *num.2.*

Nam inſtrumenta ſunt de iuribus fundi, & acceſſoria ad ipſum nu.3.

Et quæ comparata ſunt, vt fundus fertilior ſit in fructu, dicuntur inſtrumenta nu.7.

Et quoniā inſtrumenta à lege deputata ſunt, vt fundo accedant, & illi deſeruiant, ideò veniunt appellatione pertinentiarum n.5.

Quia pertinentiarum appellatione veniunt, quæ ſtatuto, conſuetudine, vel lege deputata ſunt, vt accedant nu.4.

Et ideò ſub huiuſmodi legato continentur Boues aratorij nu.6.

Et iuuenci nondum domiti, ad iugum tamen deſtinati nu.8 & ſeqq.

Quia deſtinatio patris familias eius voluntatem declarat nu.9.

Adeout ſtante deſtinatione bona mobilia habeantur pro immobilibus, vt pecunia deſtinata ad vſum prædiorum nu.10.

Continenturq; ſub dicto legato vaccæ nu.11. & ſeqq.

Et animalia, quæ ſunt ad ſtercorandū agrum num.12.

Quamuis alium fructum afferant præter illum, qui pertinet ad fundum, dūmodo non ſit eo maior nu.13. & 15.

Et pariter continentur ſues nu.14.

Et oues, ſi fundus nullam, vel parum vtilitatis afferret, niſi oues haberentur nu.15.

15 *Saltus ſunt terrena ad paſcua.*

16 *Legatum prædij* intiero, e ſenza diminutione *eſt legatum fundi inſtructi.*

Sub quo legato, quod magis amplum eſt, quàm ſit legatum cū inſtrumento, quæ contineantur nu.17.

Præcipua verò continentur vaccæ, & pecora nu.18.

RESPONSVM LII.

Auſpice Chriſto.

1 LEgatum his verbis conceptum *laſcia la poſſeſſione, che al preſente poſſiede con li edificij ſopraſtanti libera, intiera, e ſenza diminutione alcuna, con tutte le ſue ragioni, adherentie, e pertinenze, che di preſente ſi troua hauere &c.* ex ſententia mea eſt le-
2 gatum fundi cum inſtrumento, vt in legato fundi *cum omnibus ad eum ſpectantibus, vel pertinentibus* reſpondet *Alex. conſ 68. in princ. & ſub num.3. verſ.(nono comprobatur) in 6.* & ibi id notat *Natta in 1. addit.* verè
3 enim inſtrumēta fundi ſunt de iuribus fundi, & ſunt adherentiæ, vel dicamus acceſſoria ad fundum, & eius pertinentiæ *Bar. in l. ſi cui fundum nu. 4 ff. de fund. inſtruct.* &
4 cum veniant ſub nomine pertinentiarum, quæ ſtatuto, conſuetudine, vel lege deputata ſunt, vt accedant *Innocent. in c. cum ad ſedem de reſt. ſpoliat.* & ibi *Abb. nu.11. Bald. conſ 420. nu.5. in 1. Paul. conſ.143. in fin. in 1. Soc. conſ.47. nu.4. & 5 in 1. Rebuf. in form. mandat. Apoſt. in gloſ. in verb. pertinētijs Bertazol. de clauſ. clauſula 26 gloſ 13. n. 2.* alios allegat, & teſtatur dictū *Innocent.* eſſe com-
5 muniter receptum, cumque instrumenta fundi verè ſint à lege deputata, vt fundo accedant, & illi deſeruiant *l. inſtrumenta, & l. quæſitum §. conſeruande in fine ff. de fund. inſtruct.* ibi (conſtat enim eos, qui agri gratia ibi ſunt inſtrumento contineri) ſequitur, vt dum legatum loquitur de pertinentijs, vt intelli-

Digitized by Google

intelligatur de inſtrumentis.
6 Suppoſito igitur, quod in hoc legato re-
lictus ſit fundus cum inſtrumentis, ad id,
quod quętitur de animalibus facilè reſpon-
deri poteſt, nam boues aratorij, vel, qui ſub
iugo ponuntur, vel ſint boues antiqui, vel
iuuenci ſine difficultate ſunt de inſtrumen-
tis fundi, & continentur ſub legato *l. inſtru-*
menta ibi (præterea boues domiti) ff. de fund. in-
ſtruct. Aret. conſ. 159. *dubitat.* 7. *nu.* 18. *Me-*
7 *noch. præſumpt.* 154. *ſub nu.* 10. *in* 4. Et † hoc
eſt receptum apud *Iuriſconſ. in l. de grege*
ff. de fundo inſtruct. vt quod comparatum
eſt ad hoc, vt fundus fertilior ſit in fructu,
ſub nomine inſtrumenti contineatur, &
id firmat *Gofred in d. l. de grege num.* 1. *& in*
l. quæſitum §. *ſi quis eod. nu.* 16. *ff. de fund. in-*
8 *ſtruct.* Et † idem ſentirem de iuuencis non-
dum domitis, qui tamen eſſent deſtinati ad
9 iugum, & ad domandum, attenta † deſtina-
tione patris familias, quæ plurimum atten-
ditur in declaranda mente defuncti *l. ex fa-*
cto §. *verum autem Italicarum ff. de hæred. in-*
10 *ſtit. l. ſi cui ædes ff. de leg.* 3. adeò † vt ex deſti-
natione ea, quæ ſunt mobilia fiant immo-
bilia, vt contingit in pecunia deſtinata ad
emptionem immobilium *Soc. conſ.* 249 *col.*
pen. verſ. (ſecundo concludo) in 2. volum. plura
ad hoc adducit *conſ.* 21. *n.* 43. *cum ſeq. Sim.*
de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 4. *dubi-*
tat. 7. *num.* 49. *cum ſeq. fol.* 390. plura apud
Bim. conſ. 5. *nu.* 5. *in* 1.
11 Et idem dicerē de vaccis, eo quod, & ip-
ſæ ponuntur ſub iugo ad culturam prædio-
rum, & præſertim retinentur ob vitulos,
qui ex illis naſcuntur, quibus boues reno-
uantur, & antequam ſub iugo ponantur ſunt
12 ad ſtercorandum agrum, quo † reſpectu e-
tiam ſunt inſtrumenta fundi *d. l. inſtrumenta*
ff. de fund. inſtruct. l. cum quæreretur § *fin. ff.*
13 *de leg.* 3. *& l.* 2. §. *fin. C. de verb. ſign.* Nec † ob-
ſtat, quod ex illis habeatur lac, quod eſt in
fructu, & non pertinet ad inſtructionem
fundi, quia cum ſemper maior ſit vtilitas,
quę habetur ex cultura, partuque vitulorū,
& ſtercoratione, atque ſit vtilitas, quæ ha-
betur ex lacte, non ideo minus dicentur in-
ſtrumentum fundi *Gofred in d. l. de grege, &*
in d. l. quæſitum §. *ſi quis eodem in fine de*
fund. inſtruct vbi ait, idem etiam eſſe, quan-
do vtilitas eſſet æqualis.

De porcis autem idem ſentirē, ex *d. l. de*
grege ff. de fund. inſtruct. quæ *in ſecundo reſ-*
ponſo ait, quod ſi quis habeat ſaltus (qui
ſunt terrena ad paſcua *l. pen.* §. 1. *ſi ſeruit. ven-*
dic. d. l. inſtrumenta in fin. ff. de fund. inſtruct.
Conan. lib. 3. *commentar. iur. ciu. c.* 9. *nu.* 5. *in*
fine) & ex illis, vel nullam, vel modicam
habeat vtilitatem, niſi oues teneat, dum
tenentur dicentur inſtrumētum fundi, etiā
qđ ex illis alia præter fundum percipiatur
vtilitas, ita & in propoſito, cum quercus, &
robores eſſent, vel nullius, vel modicæ vti-
litatis, niſi retinerentur ſues, ideò crederē,
& hæc animalia venire ſub nomine inſtru-
mentorum.

De ouibus autem, quia in caſu noſtro
ſunt puſilli gregis poſſet dubitari, quod non
dicantur inſtrumenta fundi, præſertim, ſi in
fundo non eſſent ſaltus, qui ſine his ouibus
redderentur inutiles.
16 Sed, vt remoueatur omnis difficultas, &
vt oſtēdatur, omnia hęc animalia ſub legato
contineri, animaduertenda eſſe puto illa
verba *intiera, e ſenza diminutione,* quæ ver-
ba, cum ſignificent, fundum relictum eſſe
in integro ſtatu, etiam ſignificant fundum
inſtructum legatum eſſe *Bart. in l.* 2. *nu.* 5.
Bal. nu 3. *& 10. de Plat. ſub nu.* 1. *ſub verſ. (&*
nota primo) C. de bon. vac. lib 10. & ibi etiam
Cyriac. at † quando legatur fundus vti in-
ſtructus, eſt plus quam quando legatur cum
inſtrumento, quia intelligitur hoc caſu
legatus fundus cum omnibus illis, quæ in
fundo ſunt collata, vt in eo paterfamilias
eſſet inſtructior, licet non ſint inſtrumen-
ta fundi, & ita etiam ea, quæ ſunt in
fundo ad maiorem commoditatem patris
familias *l. quæſitum* §. *ſed ſi fundus ff. de fund.*
inſtruct. Cuiac. in d. l. 2. *C. de de bon. vac.* &
clarius *ad nouel.* 128. *de exact. public. tribut.*
Menoch. d. præſumpt. 154. *ſub nu.* 14. *in* 4.
18 talia ſunt pecora, quæ pater familias in fun-
do habet, vt ex illis fructus capiat, ergo at-
tentis prædictis verbis ſub legato ſine du-
bio vaccæ, & oues continebuntur, ad quod
plurimum apud me facit authoritas *Cuiac.*
in d. nouel. 128. *de exactoribus tributorum,*
in medio cuius cōſtitutionis habet hæc ver-
ba *inſtructi autem, & inſtrumenti differentia*
nota eſt, latior inſtructi appellatio, vt ecce pe-
cora paſcendi cauſa parata, vt ex eis fructus
capiatur inſtructo continētur non inſtrumen-
to, ita ex his dictis res clara redditur, imò
ait, & ſupellectilem contineri, ſed de hoc
non quæritur.

Ita ſentio ſaluo ſaniori iudicio, nec credo
obſtare ſcripta à *Natta conſ.* 243. *nu.* 5. quia
ipſe loquitur de inſtrumento coloni, quale
erant frumentum debitum à colono, hoe

putat

putat non contineri ſub fundo inſtructo, non tamen loquitur de inſtrumēto domini, vt de pecoribus; de quibus *Cuiac.* loquitur.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Conditio nuptiarum in diſpoſitione teſtamentaria, quando admittenda, & quando reijcienda ſit.

Intellectus *l. cum tale* §. *reſcriptum* alias §. *ſi arbitratu ff. de condit. & demonſtr.* in illis verbis, *ne quid omninò nuptijs impedimentum inferatur.*

SVMMARIVM.

1 *Conditio affirmatiua nuptiarum adiecta diſpoſitioni pænali reijcitur.*

Si verò adijciatur diſpoſitioni præmium continenti, quod dandum ſit ab vno ex coniugibus, & pariter reijcitur nu. 3.

Sicuti etiam reijcitur, ſi præmium dandum ſit à tertio, ſit autem deſignata perſona indigna, cui nubendum nu 4.

Si verò digna ſit perſona deſignata, conditio admittitur nu. 5.

At ſi perſona, cui eſt nubendum non ſit deſignata, ſed electio fieri debeat ab eo, cui conditio iniungitur, non reijcitur nu. 6.

Si verò electio pendeat ab arbitrio, conſenſu, vel conſilio alterius, & conditio non admittitur nu. 7.

DD. tenentes hanc diſtinctionem recenſentur num. 8.

9 *Matrimonia debent eſſe libera à pæna non autem ab amiſſione lucri prouenientis à grauante.*

Non enim par eſt ratio ſentire damnum, & perdere lucrum nu. 2.

10 *Præceptum, vt mulier nubat in familia, valet, quia non tollit libertatem matrimonij & num. 41.*

Et tale præceptum fit à teſtatore ad conſeruationem propria familia nu. 12.

Nec etiam impedit libertatē incertitudo, quæ pendet à muliere, ſecus, ſi pendeat à tertio num. 39.

Proinde etiam valet præceptum, vt nubendum ſit digniori nu. 40.

11 *Paria ſunt vocare certas perſonas, vel incertas de certis.*

13 *Intellectus* §. reſcriptū *alias* §. ſi arbitratu l. cū tale ff. de condition. & demonſtr. *in illis verbis* ne quid omnino nuptijs impedimentum inferatur *& per totum conſ.*

Et præſertim intelligitur ſolum de impedimēto quo inducitur viduitas directè, vel indirectè nu. 21.

Et ideò non intelligitur de dilatione, quæ fit requirendo conſilium amicorum, & parentum, faciendoq; alia præparatoria ad matrimonium, quia verè non dicuntur impedire matrimonium nu. 19. 20. 27. & 30.

Neq; adhærendum eſt opinioni Coſtæ *contrarium tenentis* in d. §. reſcriptum vltima ampliatione ſub nu. 12. verſ. (itaque verius) *quia eſt contra communem nu. 22.*

Secus verò, ſi teſtator iuſſerit filiam in nubendo petere, & ſequi conſilium nu. 19.

14 *Conditio, quæ differuntur nuptiæ vſq; ad certum tempus non reijcitur ex communi & nu 36. 37. & 41.*

Contraria opinio dicitur verior, & æquior a Coſta *nu. 15.*

Sed diſtingue, aut teſtator adiecit conditionem motus aliqua iuſta cauſa, & valet conditio nu. 16.

Aut ſine cauſa, & dilatio pendet ab arbitrio nubentis, & valet, ſi verò pendeat ab arbitrio, vel teſtatoris, vel tertij nō valet n. 17. & 34.

De ratione differentiæ nu. 18.

19 *Facient præparatoria ad actum illum incipere dicitur.*

23 *Iudex debet iudicare ſecundum communem opinionem.*

24 *Quomodo differant conditio nuptiarum affirmatiua, & negatiua.*

25 L. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. *habet locū, quamuis propter nobilitatem, vel alia de cauſa difficile ſit nubere ei, quem nominauit teſtator.*

Dummodo non ſit perſona indigna, vel talis, cū quo de iure non ſint licitæ nuptiæ n. 26.

28 *Extenſio fieri debet retentis qualitatibus rei extenſæ.*

29 *Non tenet argumentum de ſtatuto tollente libertatem matrimonij ad diſpoſitionem teſtatoris inuitantis præmio ad nuptias.*

Quia etiam ſtatutum inuitans mulieres ſpe lucri ad certas nuptias valet nu. 30.

32 *Electio mariti, & conſtitutio dotis poſſunt remitti in alterius arbitrium.*

Sed tamen intelligitur, vt in electione debeat peti, non ſequi conſilium nu 33.

42 *Teſtator ſubſtituens filias ſub conditione, vt nubant in familia, ſi nuptæ ſint extra familiā tempore delationis hæreditatis, conditio tamquam impoſſibilis reijcitur.*

Quia

Quia conditio, quæ erat poſſibilis tempore teſtamenti, ſed ex poſt reddita fuit impoſſibilis habetur pro impleta nu. 42.

Sed hoc procedit, quando caſu, non facto eius, qui implere debebat, reddita eſt impoſſibilis num. 46.

Contrarium, quod nuptæ extra familiam non ſuccedant, quia teſtator ſenſerit ſolum de filiabus innuptis tempore peruentionis hæreditatis num. 44.

Vel de illis, quæ nuptæ eſſẽt in familia nu. 48.

Quia aliàs adeſſet in voluntate teſtatoris perplexitas, & repugnantia, quod non eſt dicendum nu. 45.

47 *Vti quiſque rei ſuæ legaſſet ita ius eſto.*

49 *Verba illa* tunc & eo caſu *reſtringunt diſpoſitionem ad caſum expreſſum.*

50 *Regula* l. Boues §. hoc ſermone ff. de verb. ſignificat. *non habet locum, quando ex primo actu non ſequitur effectus, qui erat in mente diſponentis.*

51 *Ratio conſeruandi agnationem plurimum poteſt ad illuſtrandam, ampliandam, vel reſtringendam voluntatem teſtatoris & nu. 55. & 57.*

Cuius agnationis decus per diuitias conſeruatur nu. 38.

52 *In conditione filiorum non continentur famina, præſertim quando teſtator fuit ſolicitus de conſeruatione familiæ.*

53 *Voluntas teſtatoris, quæ colligitur ex maioritate rationis, ſeruatur, ac ſi eſſet expreſſa.*

54 *Quando alia non poteſt afferri ratio, ex illa dicitur motus diſponens.*

56 *Dictio* vt ſupra *eſt relatiua ad præcedentia.*

58 *Teſtator non vocans proximiores, minus creditur vocaſſe remotiores.*

RESPONSVM LIII.

Sit Chriſtus illuminatio mea.

QVamuis Illuſtriſs. Præſes D. Morottus, plura ſcripſerit pro Illuſt. D. Margarita Caſata; Mihi tamen contrariam, & iuſtiorem (vt opinor) cauſam agenti lõgè pauciora erunt ſcribenda, quia ſubiecta materia ita expoſtulat, & quia ante me in re graui, graues, & inſignes Iuriſconſ. multa ſcripſerunt, adeò vt nihil videatur addi poſſe, quod ab eis tactum non fuerit.

1 Illud prius extra omnem dubitationem eſſe exiſtimo, de conditione nuptiarum affirmatiua reijcienda, vel recipienda, pro reſolutione eſſe ita diſtinguendum; Aut adiſigitur conditio pænali diſpoſitioni, aut præmium, & lucrum continenti, primo caſu reijcitur conditio *l. fin. in fine C. de ſponſal. l. 2. C. de inutil. ſtipulat. l. Titia in princ. ff. de verb. oblig. l. Titio cenſum §. 1. ff. de cond. & demonſtrat. & c. gemma de ſponſal.* aliud eſt enim eligendi matrimonij pænæ metu libertatem auferri, aliud ad matrimonium

2 certa lege inuitari, in † pæna, quæ non nubit ſentit damnum, alio caſu perdit lucrum, quorum non eſt par ratio *l. fin. §. pen. in fin. C. de codicil. l. aſſiduis in fine C. qui pot. in pign. hab.* Si diſpoſitioni præmium cõtinen-

3 ti, aut † illud expectatur ab vno ex coniugibus, & non recipitur conditio vti turpem ſuſpicionem præſeferrens *l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti §. fin. ff. de verb. oblig.* niſi circun-

4 ſtantia aliqua ſuſpicionẽ purget. Aut † expectatur a tertio, & tunc, aut deſignata eſt certa perſona, cui nubendũ, & ſi honeſtè ei cõiungi non poteſt cõditio viduitatem indicit, & reijcitur *l. cum ita verſ. (videamus)*

5 *& in fin. ff. de cond. & demonſt.* ſi † verò indigna non eſt perſona, cui nubendum conditio ſeruatur *d. l. cum ita l. vxor ex fratribus ff. de cond. inſt. l. 1. & 2. C. de inſt. & ſubſtit. l. 1. C. de his, quæ ſub modo l. ſi poſt §. item ſi ff. quando dies leg. ced. l. legatum C. de cond. inſert.*

6 Si autem † non ſit deſignata perſona, cui nubendũ, Aut electio pendet à perſona, cui conditio iniungitur, & non legitur in iure, q non ſit conditio ſeruanda; nimirum, quia nec libertas matrimonij in aliquo læditur,

7 nec matrimonium impeditur, ſi † verò actus nubendi pendeat à nutu alterius, vel ſit eius arbitrium, vel conſenſus, vel conſilium ex præcepto teſtatoris ſequendum, conditio ſpernitur *l. turpia §. 1. ff. de leg. 1. l. filia & l. cum tale §. reſcriptum* aliàs §. *ſi arbitratu ff. de cond. & demonſtrat.* vbi etiam ratio additur, *ne quod omninò nuptijs impedimentum inferatur*, quæ verba habere ſenſum diuerſum ab eo, quẽ excogitauit *D. Morotius* in hac cauſa, & prius *in eius conſ. 97.* opportunius inferius oſtendam.

Hæc diſtinctio eſt communiter ab omnibus recepta, qui de re hac docuerunt, præcipuè *in l. 1. C. de inſt. & ſubſtit. Butrigar. in addit. verſ. (vlt. nota) Bar. in fine Salic. t. in princ. verſ. (tertio quia) & ſub nu. 4. oppoſit. 12. Paul. nu. 2. Fulgoſ. nu. 3. Iaſ. & Dec. nu. 4. Rim. nu. 2. in 3. notab. Corn. nu. 1. & 2. Iacobin.*

bin.nu.2.& Sichard.ſub nu.2. Feun.in c.1.de ſponſal.nu.19 & 20.Paſol.conſ.86.nu.7.cum ſeq. in fortiori caſu, in quo requirebatur conſenſus tertij *Gabr.conſ.12. in princ.& nu.14.in 2.Rota deciſ.433.nu.3.p.1.diuerſ. Vaſq.de ſucceſſ.creat.lib.1.§.5.nu.38.* & alij infiniti citãtur à *Turret.cõſ.67.in princ.ĩ 2.* & ab Excellentiſs. Aduocatis partis noſtræ.

Ex qua diſtinctione deducitur, quatuor eſſe conditionem nuptiarum reijcientia, pęna, indignitas eius, cui nubendum, violatio libertatis matrimonialis, & impedimentum nuptiarum: De indignitate non eſt tractan-
9 dũ; Nec † de pęna, quia teſtator vocat filias ad lucrũ hæreditatis illis iniungendo, vt nubant in familia, & ſi non nupſerint legat tãtum dotem, & eas priuat hæreditate alios ad eam vocando, reſultat potius priuatio lucri dati à teſtatore, quam priuatio, & diminutio proprij patrimonij, & ita non eſt propriè timore pænæ inducere mulieres ad certas nuptias, ſed ſpe lucri eas ad id inuitare *Butr.in c. gemma de ſponſal. nu.7. Prapoſit. Mediolanenſ. nu.6.* qui de communi *Card. ſub nu.2. oppoſit.4. Anchar.nu.9.& Abb.ſub nu.8. verſ.(& nota hoc)* qui ſequuntur *Oldrad.conſ.16.ſub nu.1.verſ.(& licet) Surd. conſ.315.nu.21.& 22.in 2.Papon.conſ.47. nu.6.cum ſeq.* vbi de communi *Capel.Toloſ. deciſ.291.* dum firmat, matrimonia debere eſſe libera à pæna damni, licet non à pæna luci, plura de hoc egregiè ſcripſit *Rimin.in d.l.1.in 3.not.C.de inſt.& ſubſtit.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.11.tit.18.*

10 Nec † pariter dici poteſt, in hoc lædi libertatem mulieris, quæ, ſi nollet nubere illis de familia alijs nubere poſſet, lucro ei delato derelicto; Si enim non intelligitur tolli libertas, quando à teſtatore nuptiæ ad certam perſonam reſtringuntur, vt ſupra probatum fuit, minus id intelligitur, quando plures relinquuntur perſonæ, quarum vnam
11 ex arbitrio poterit mulier eligere; vel † dicamus, ſi valet præceptum ad certam perſonam reſtrictum, valebit etiam reſtrictum ad incertam de certis, verificandum ex arbitrio mulieris *l.4.§. hoc amplius ff.de leg. præſtand.l.ſi ſeruus legatus §.huiuſmodi ff.de leg. 2.l.quidam re legatus ff.de rebus dub.* & in puncto eſt *tex.in §. ſub certa verò Inſt. de le-*
12 *gat.* Id † enim teſtator ſtuduit, vt nuptijs in familia cõtractis eius agnatio propagaretur per maſculos, apud quos propterea bona cõſeruarentur *Nouiz.conſ.31.ſub nu.2.verſ. (ſecundò facit)* non vero, vt filiabus tolleret libertatem nubendi *Rim.iun.conſ.215.nu. 183.in 2.*

Reſtat impedimẽtum nuptiarum, in quo præcipuè inſiſtit D. Mororius in patrocinio aduerſę partis adducendo plura fundamenta, quibus ipſe prætendit oſtendere in fortioribus terminis, in quibus minus impediebatur matrimonium, quam hìc remitti conditionem, ergo & hìc.

13 Quorum ſolutio pendet ab intelligentia *d.§.reſcriptum*; putat enim D. Morotius non minus impediri nuptias quo ad effectum, de quo agitur, ex remotione facultatis nubendi, quam impediantur ex dilatione temporis, difficultate, & ſuſpenſione nubendi, quod impedimentum ait reſultare, vbi expectandum eſt arbitrium, conſilium, vel conſenſus tertij, de quo loquitur ſecundum eum *Papin.* dum in d. § *reſcriptum* ait, *ne quod omnino nuptijs impedimẽtum inferatur*, & hoc tenet etiam *in conſ.97.*

Hoc puto prorſus alienum à mente *Iuriſ-*
14 *conſ. & interpretum*; prius, † quod temporale impedimentum, per quod nuptiæ vſq; ad certum tempus ſuſpendantur reijciatur, eſt contra *tex. l. ſed ſi hoc §.fin.& l.cũ tale §.Mænia,& ibi gloſ. in verbo (inceſtus) ff. de cond. & demõſt. Alex. in l. turpia in princ. ſub nu.7.ff. de leg.1.Surd. deciſ.30.nu.30. Sim. de Prat.de interpr.vlt.volũt.lib.2.ſol.2.n.107. fol.137.* & eſt de hoc celebre *conſ. Aret.67.* Et eſſe cõmunem opinionem fatetur *Coſta*
15 *d.§.reſcriptum limit.8.* licet † ipſe ſentiat con-
16 trariam eſſe veriorem, & ęquiorem, Et † quia non poteſt inficiari, quin ſit controuerſa opinio etiam ex illis, quæ ante *Coſtam* ſcripſit *Gofred. in d.§.Mænia l. cum tale*, Ideò recipiendæ eſſent hæ diſtinctiones, qđ aut iuſta adfuit cauſa, qua motus fuit teſtator ad prohibendas nuptias vſque ad aliquid tempus, & aliquid non ſit in fraudem legis prohibentis indicere viduitatem, & prohibitio ſuſtinetur, Aut alia non fuit cauſa pręter dilationem nuptiarum, & non valet, quod probauit ipſe *Coſt. in fin. d. limit 8.* Nos ſumus in primo capite, quia conſtat ex verbis teſtamenti, de quibus etiam inferius, ita bene conſeruandi bona in agnatione, & ſimul etiam, potius apud proprias filias, induxiſſe teſtatorem ad hanc diſpoſitionem.

17 Aduertendum præterea eſt, dilationem nuptiarum quandoque pendere à facto teſtatoris, qui noluit prius celebrari nuptias, vel à tertio, qui conſenſum, vel arbitrium ſuum in nuptijs interponere debet; quandoque

doq; verò ab arbitrio nubẽtis, dũ ex animo
ſuo reuoluit, quæ ad perfectum matrimo-
nium celebrandum ſunt neceſſaria primæ
duæ dilationes ſunt, quæ ex mente *Doct.*
nocent nuptijs, tertia nequaquam, ratio
18 differentiæ, quia primæ adimunt mulieri li-
bertatem in matrimonio, tertia non; Am-
plius, dum primæ pendent dilationes, nihil
fit, quod pertineat ad matrimonium, ideò
tunc indicta eſt viduitas, ſed non æquè dum
19 tertia pendet, nam † conſiderare, quis inter
eos, qui ſunt ex familia ſit magis ad matri-
monium aptus, etiam iuxta voluntatem te-
ſtatoris, non eſt differre, ſed incipere con-
trahere nuptias, dùm præparatoria fiunt *l.*
2. *§. capiſſe ff. de pollicit.* Etiam talis mora ca-
dit, quando mulier vni nubere debet; quia
eſt de eius conditione, dignitate, ac mori-
bus inueſtigandum, & tamen non ideò ma-
gis reijcitur conditio; vt antea probaui
Vaſq. lib. 3. controuerſ. c. 94. ſub num. 19. ibi
(ſed nihil eſt) & hinc eſt, quod *Paul. in conſ.*
300. *in pri. circa princ. ibi (item allegat) poſt*
20 *Pet.* ait, † quod ea, quæ ſunt ex natura matri-
monij, vt requirere conſilium amicorum, &
propinquorũ, non impediunt aliquo modo
matrimonium, & nõ cadunt ſub diſpoſitio-
ne *d. §. reſcriptum*, & hæc eſt dilatio, quæ pu-
tat D. Morotius morari nuptias in caſu no-
ſtro, & quam reijci debere, non eſt *Doctor*,
qui id dicat.

21 Dum præterea ſupponitur, ſub verbis *d.*
§. reſcriptum, ibi, *ne quod omnino nuptijs im-*
pedimentum inferatur, etiam contineri im-
pedimentum ſuſpenſiuum, dum arbitrium
inquireretur: Ego contra ſentio agi de im-
pedimẽto, quo indiceretur viduitas, quem-
admodum indicitur ex conditione, *ſi non*
nupſeris, quod indicitur directè in conditio-
ne illa, *ſi non nupſeris*, & reijcitur ex lege
Iulia Miſcella, quæ reſiſtit conditionibus,
quibus non ſimpliciter differtur matrimo-
nium, ſed quibus illud prorſus impeditur, &
viduitas indicitur, & quia id cõtingere po-
teſt, nedum directè in conditione, *ſi non*
nupſeris, ſed etiam indirectè *ſi nupſeris arbi-*
tratu Titij, quia hæc conditio habet in ven-
tre conditionem, *ſi non nupſerit, Titio non*
arbitrante, & alijs etiam modis, vt in *l. ſed*
ſi hoc §. vlt. l. cum ita legatum, l. ſeq. l. mulieri,
& l. hæres §. vlt. ff. de cond. & demonſtr. ideò
dicitur *in d. §. reſcriptum* eam legis I. Miſcel-
liæ ſententiam videri, ne aliquod impedi-
mentum nuptiis inferatur ſ. directè, vel quo-
quo modo indirectè, ſed per quod viduitas
indicatur, quod ad caput legis Miſcelliæ
præcipuè pertinebat; Ad legem Miſcelliam
eſſe hunc *tex.* referendum, & ita, vt dixi, in-
telligendum tenet *Cuiac.* vidend. prius *ad*
Cod. in l. 2. de indict. vid. tol. col. 1. verſ. (& cõ-
ſequenter) deinde etiam *ad pandect. ad §. 1. l.*
turpia de leg. 1. ibi (in ſuperiore caſu) & ple-
nius *ad lib. 18. quæſt. Papin. in explicat. d. §.*
reſcriptum, & id etiam eſt ex mente aliorum
Doctorum tenentium, conditionem, de qua
in *d. §. reſcriptum* æquipollere conditioni, *ſi*
non nupſeris, quoad indicendam viduitatem
Odofred. dicentis conditionem *ſi arbitratu*,
& *ſi non nupſeris* æquipollere *Paul.* qui ait,
conditionem *ſi arbitratu* ideò reiici, quia
per indirectum inducit viduitatem, & idem
tenent *Soc. in l. ſi ita ff. de cond. & demonſtr. in*
d. l. turpia §. 1. ff. de leg. 1. Gofred. & Iaſ. nu. 3.
Anan. conſ. 15. qui optimè conſiderat in *d. §.*
reſcriptum in arbitrium tertij non fuiſſe re-
miſſum, cui nubendum, ſed ſubſtãtiam ma-
22 trimonij ſ. an nubendum. Et † horum opi-
nionem præferrendam eſſe ſingulari opinio-
ni *Coſta in vlt. ampliat. ſub nu. 12. verſ. (itaq;*
verius) putantis de impedimento dilationis
23 loqui hunc *tex.* non dubito, ſi † cauſæ ſunt
ex communi, & non ex ſingulari opinione
iudicandæ, iuxta *c. ne innitaris, & ibi ſcri-*
bentes de conſtit. Et in declaratione legum
magis ſemper deferem *Cuiacio*, cum quo &
plures ſentiunt, quam *Coſta*, cum quo ſolus
Imol. eſt, qui manifeſtè concurrat: In eo ve-
rò, an de arbitrio boni viri, an abſoluto ſit
tex. intelligendus non eſt inſiſtendum, quia
quocunq; modo intelligatur, ratio ſemper
fundata erit in eo, quod poteſt arbitrator
nolle arbitrari.

His ita pro veritate declaratis; non erit
difficile euertere fundamenta D. Morotij.

Primò, dum conſideratur maior difficul-
tas, & dilatio in caſu noſtro, quam in arbi-
tratu: negatur maior difficultas, quantum
ad id, quod conſiderandum eſt in puncto,
an reijcienda ſit conditio, imò maior eſt dif-
ficultas, dum nuptiæ pẽdent ab arbitrio al-
terius, quam quando pendent ab arbitrio
mulieris, in cuius poteſtate eſt vincere dif-
ficultates, ad quas vincendas lucro maximo
inuitata fuit: Nec circumſtantiæ conſidera-
tæ à teſtatore ſunt tantæ difficultatis, vt ex
aduerſo ſupponitur, & inferius opportunius
oſtendetur.

Nec pariter obſtat inductio *l. hoc modo,*
& l. cum ita legatum ff. de cond. & demonſtr.
de qua *in 2. & 3. fundamento*, procedunt

enim hi tex. in conditione negatiua, *ſi non*
nupſeris tali, iuxta *c. ne inuitaris & ibi Scri-*
bentes de cõſtit. vel in tali loco, nos loquimur
24 in conditione affirmatiua; ratio † diuerſita-
tis in hoc conſiſtit, quod in negatiua, quæ-
cunq; difficultas nubendi cum alijs, vel in
alio loco, ita vt cum alijs, vel in alio loco
commodè mulier nubere non poſſit, facit,
vt conditio, quæ erat *ſi non nupſeris cum ta-*
libus, vel in tali loco, efficiatur ſimplex con-
ditio, ſi non nupſerit, & hac ratione reijci-
tur, ita aiunt *tex. allegati*, ſed in conditione
affirmatiua, etiam quod difficultas aliqua ſit
in perſonis nominatis, non ob id tollitur
facultas nubendi alijs, licet perdatur lucrũ:
25 aliàs † ad hoc vt ſuſtineretur cõditio de nu-
bendo certæ perſonæ, de qua in *d. l. 2. C. de*
inſtit. & ſubſt. oporteret nominatũ eſſe ta-
lem, cum qua mulier commodè nubere
poſſit, ſed ſi ob nobilitatem, vel aliam cau-
ſam difficile eſſet ei nubere, conditio reijci-
retur ſecundum principia D. Morotij, quod
26 tamen falſum eſt, quia † *d. l. 2.* limitatur tan-
tum in caſu, quo nominatus non eſſet in-
dignus, vel talis, cum quo de iure non poſ-
ſent eſſe licitæ nuptiæ, vt per *Doct. omnes in*
d. l. 1 & 2. C. de inſtit. & ſubſtit.

In quarto fundamento cõſideratur, quę-
rere cõſenſum modicam inducere moram,
quia requiſitus ſtatim conſentiet, aut non
conſentiẽdo mulier ſtatim nubet, & tamen
conditio conſenſus reijcitur, ergo & magis
conditio, de qua hic.

Soluitur hoc fundamentum, vt præcedẽ-
tia; deducitur enim ex maiori, vel minori
mora, cum deducendum eſſet ex maiori, vel
minori impedimento: demus facilius eſſe
mulieri requirere conſenſum alicuius, quam
deliberare, cui ex familia illi ſit nubendum;
tamen magis conſenſus alterius poterit im-
pedire matrimonium, quam deliberatio mu-
lieris, illum nõ habet mulier in ſua poteſta-
te, hanc verò vtique.

Præterea fuit à D. Morotio conſiderata
modica mora in requirendo conſenſu, &
non fuit conſiderata maxima mora in eo ex-
pectando, ſine quo non poſſet contrahi ma-
trimonium; Et ſi diſſentiente eo, qui con-
ſentire debebat mulier incontinenti nube-
re poteſt, id non eſt, quia conditio habeatur
pro impleta iuxta terminos *d. l. 2. C. de inſt.*
& ſubſtit. ſed eſt, quia conditio reijcitur, &
habetur pro non appoſita, ita loquuntur
Doct. qui ad hoc citantur.

27 Quintum fundamẽtum innititur opinio-
ni minus receptæ *Mantic. de coniect. vlt. vo-*
lunt. lib. 11. tit. 18. n. 10. Paleot. de not. & ſpur.
c. 8. ſub nu. 7. & in iudicando minus ſequen-
dæ *d. c. ne inuitaris de conſtit.* & ſi aliqui ex
Doct. intellexerunt §. *reſcriptum* etiam in
28 conſilio, eſt extẽſio, quæ † fieri debet reten-
tia qualitatibus rei extenſæ *l. cum precario*
ff. de precar. ſcilicet quemadmodum *tex.* lo-
quitur de arbitratu, quo non morantur, ſed
impediuntur nuptiæ, ita extendatur ad con-
ſilium impeditiuum, ſcilicet quia nõ ſimpli-
citer iuſſerit teſtator filiam in nubendo pe-
tere conſilium, ſed & ſequi; alias per abſur-
dum eſſet, quod dilatio proueniens à con-
ſilio omnino in nuptijs, præſertim mulieri-
bus neceſſario, vitiaret conditionem, & no-
tabile, quod ibi ſumit *Bal.* oſtendit, cum lo-
qui de conſilio, quo impeditur libertas ma-
trimonij, non enim tanta eſt in matrimonio
neceſſaria feſtinatio, vt aliũ ſuper hoc con-
ſulere ſit tollere libertatem, *Bar.* verò loqui-
tur de conſilio, quatenus ſit ſequendum,
ideo opponit, quod conſilium videretur ſe-
quendum.

29 Argumentum ſextum de ſtatuto ad di-
ſpoſitionem teſtatoris non videtur proce-
dere, cum deſumatur ex ſtatuto tollente li-
bertatem, & contra ius canonicum, quod
non contingit in præcepto teſtatoris lucro
inuitante mulierem ad certas nuptias, quod
non tollit libertatem, & eſt de iure permiſ-
30 ſum, quemadmodum † etiam valeret ſtatu-
tum inuitans mulieres ad certas nuptias ſpe
lucri, vt communiter tenent *Doct. in c. 1. de*
ſponſal.

31 Septimo quãtum ad authoritatem *Coſtæ,*
& Vaſq. Coſtam puto in hoc valde errare,
qđ ſola dilatio noceat, nec poteſt ſaluari in
dilatione naſcente ex illis, quæ ſunt matri-
monij præparatoria, ſemper enim præcedũt
diſcuſſiones de qualitate perſonarum, mo-
rum, & facultatum, & earum nobilitate,
quæ dilationem patiuntur, Imò experientia
docemur, feſtinationem eſſe nuptiarum
nouercam: Accedat etiam, quod ſi attende-
retur hęc dilatio, nec in arbitriũ tertij poſ-
ſet remitti electio mariti, & conſtitutio do-
tis declarando teſtatoris voluntatem, quia
hæc, & præcipuè dos magnam dilationem
32 patiuntur, & † tamen à teſtatore reponi in
arbitrium tertij probat notab. *tex. l. Theo*
33 *pompus ff. de dot. prælegat.* licet † electionis
commiſſio valeat ad petendum, & non ad
ſequendum conſilium, vt ibi *Gofred. Vaſq.* au-
tem *d. c. 94.* ſi ſequeretur opinionem *Coſtæ,*

quod

34 (quod iniſtior) eam ſequeretur, quando in
præcepto teſtatoris non conſideraretur cō-
modum eius, cui nubendum, vt in caſu no-
ſtro fuit conſideratum commodum eorum
de familia ſecundum principia ipſius *Vaſq.*
qui licet loquatur, quando certa perſona eſt
deſignata, tamen idem erit, quando incerta
35 de certis ex antea probatis, licet nō probē,
vt §. *reſcriptum* reſtringatur ad caſū, quo nō
conſideraretur commodum eius, cui nubē-
dum, ſed potius intelligam *tex.* generaliter
cum *Cuiac.*

36 Ad octauum iam reſponſum eſt, multos
ſequi *Aret. in conſ.* 67. Et quicquid ſit, in ca-
ſu noſtro non cadere temporalem viduita-
tem, cum quandocunque poſſit filia delibe-
rare, cui ex familia nubere vellit.

37 Circa nonum fundamentum conuenio
cum D. Morotio §. *reſcriptum* procedere ne-
dum in arbitratu, ſed in alio actu, quo im-
pediantur nuptiæ, non verò, quo ſuſpenſio
nuptiarum induceretur, in hoc non conſen-
tio, nec, quod in caſu noſtro inducatur illa
temporalis viduitas, de qua loquuntur, qui
tenent contra *Aret. in d. conſ.* 67. Et dùm
tractatur de impediēdo matrimonio admit-
to interpretatione illum paragraphum eſſe
adiuuandum, ſed dùm non impeditur, po-
tius dico adiuuandam teſtatoris volunta-
38 tem conſeruandi bona in familia, ex quo e-
tiam conſeruatur decus, & honor familia-
rum, quod & ipſum publicè intereſt *l. 1. §.
quamuis ff. de ventr. inſpic. l. 3. in princ. ff. de
teſtib. l. ſi creatores ff. de prim. credit. §. ſcimus
in auth. de teſti.*

Tandem, nec obſtant illæ cauſæ, quas D.
Morotius dixit aduerſari libertati matri-
39 monij: non prima de incertitudine, quia
obſtat, quando certificatio pendet à tertio,
non à muliere, vt hìc, alias ſequeretur, quod
ſi legaretur mulieri *ſi nuberet*, quia incertū
eſſet, cui nubendum, vt conditio reijcere-
tur, quod tamen non eſt, qui id dicat, ſaltem
ob incertitudinem: Nec *Craueta & Vaſq.* vim
faciunt in ſola incertitudine, ſed in eo, quòd
eſt certificāda ab alio, qui poſſet nuptias im-
pedire.

Secunda cauſa æqualitatis, in qua nititur
D. Morotius excogitare tantam diffi-
cultatem, verè eſt faciliima, vti repoſita in
voluntate nubentis, & quia id non præcisè
iubetur à teſtatore, ſed prout fieri poterit,
40 Et in caſu de quo apud *Plot. conſ.* 15. erat
nubendum digniori, quod maiorem exigit
diſcuſſionem, quam nubere pari, & tamen
ſupponitur validitas conditionis, aliàs non
fuiſſet, quod dubitaretur inter Doctorem, &
militem, quia vnico verbo fuiſſent reſolutæ
omnes difficultates dicendo, præceptum
non valuiſſe, & mulierem potuiſſe nubere,
vel militi, vel Doctori iuxta arbitriū ſuum.

Eadem ratione nec impedit cauſa nobi-
litatis, quia non ſimpliciter nobilior eſt eli-
gendus, vt in caſu *Plot.* ſed in nobilitate
magis quam fieri poſſit æqualem.

Vltima cauſa haberet aliquem colorem
quando teneretur filia nubere illis, in qui-
bus caderent iſtæ difficultates, ſed teſtator
ad hos non reſtrinxit præceptum, imò & il-
lis, qui habitant Mediolani addidit, & eos,
qui habitant Placentiæ, vt magis libera eſ-
ſet ipſius filię deliberatio, id ſolum curando,
vt in familia nuptiæ fierent.

41 Tandem omnes iſtæ cauſæ eſſent etiam
ſine præcepto teſtatoris ex prudentia filiæ
diſcutiendæ, ideò non impediunt matrimo-
nium, & ſi different, dilatio talis non reperi-
tur iure reprobata, inde eſt, quod in caſibus
etiam dubitabilioribus de hoc graues *Iuriſ-
conſ.* non dubitarunt, vt apud *Menoch. conſ.*
458 *in* 5. vbi erat reſtrictum præceptum ad
quoſdam de familia, imò, & certo modo re-
miſſum arbitrio tertij, quia dictum, quod ſi
in ea familia non reperirentur iuuenes apti
ex arbitrio cōmiſſariorum, vt eligi poſſent
alij de eadem familia, ſed de alijs inſigni-
bus, apud *Aym conſ.* 78 *in* 5. vbi nubendū
in familia de Torniellis, & poterant oriri
difficultates, quia nubendum ei, cui hone-
ſtè, & commodè poſſet, apud *Raudenſ. de
analog. c.* 15. *ſub nu.* 185. ſupponentem vali-
dum præceptum de nubendo in familia Vi-
cecomitū. Caſus verò, in quo conſuluit ip-
ſe *Morot. conſ.* 97. in pluribus diuerſus eſt à
noſtro; & præcipuè, quod cum mulier eſſet
requirenda pendebant nuptiæ à requiſitio-
ne, & ita ab arbitrio eius, cui nubendum, &
in caſu noſtro protſus pendent ab ipſa mu-
liere.

Hæc quoad principale punctum conſulta-
tionis dicta ſufficiant.

42 Sequitur modo ſecunda concluſio, in
qua D. Morotius concludit, quod cum con-
ditio nubendi implenda fuiſſet cum pertie-
nirent bona (vt in teſtamēto legitur) & quia
tempore peruētionis iam D. Margarita erat
nupta, impoſſibile eſt, vt in familia nubat, &
43 ita conditio, quæ ex poſt facto reddita fuit
impoſſibilis, licet tempore teſtamenti eſſet
poſſibilis habebitur pro impleta *l. quæ ſub*

conditione §. quidles de condit. inſt. cum authoritatibus cumulatis.

44 His autem pro veritate ita ſatisfieri poteſt, quod cum à teſtatore addita fuerit qualitas nubendi tempore peruentionis hæreditatis, conſtat, quod illas tantum filias voluit vocare, quæ tempore vocationis eſſent innuptæ, in quibus talis qualitas nubendi
45 cadere poteſt, alio † modo non poteſt intelligi teſtatoris voluntas ſine manifeſta perplexitate, & repugnantia, quod non eſt admittendum *c. inter dilectos §. cæterum de fid. inſtrum. Dec. in l. vbi repugnantia ſub nu 3. ff. de reg. Iur. Alex. conſ. 55. ſub nu. 3. in 4. Pariſ. conſ. 3. num. 25. in 3.* quo caſu non poteſt conditio hæc impoſſibilis in D. Margarita
46 haberi pro impleta, eo † quod ſcripta à *legibus, & Doct.* de conditione impoſſibili procedunt, quando caſu eſt reddita impoſſibilis, cæterum, vbi culpa, & facto eius, qui implere debebat conditio eſt reddita impoſſibilis non habetur pro impleta *Menoch. præſumpt. 184. nu. 22. in 4.* Et ſi diceretur, ergo voluit teſtator; quod filiæ ſuæ innuptæ manerent quoad eueniret caſus vocationis, quod eſſet abſurdum: Replicaretur, quod ſi id voluiſſet teſtator abſurdum eſſet: at non id voluit, ſed tantum, vt filijs ſuis ſubſtitutæ eſſent fæminę innuptæ, & nuptæ extra familiam nequaquam, id non eſt abſurdum, quia
47 vti quiſq; legaſſet rei ſuæ, ita ius eſto *l. verbis legis ff. de verb. ſign. §. diſponat Auth. de nupt.*
48 Poterat † etiam D. Margarita ante caſum nubere in familia poſt mortem teſtatoris, & tunc eueniente caſu etiam, quod non eſſet innupta, eſſet tamen ſubſtitutionis capax iuxta tradita à *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 18. nu. 16. & 17.*

Laborat deinde D. Morot. in tertia concluſione, vt oſtendat, de iure, & ex voluntate teſtatoris præceptum reſtringi tantum ad primas nuptias.

Ipſius dicta non aliter referendo, vera reſponſio eſt, quod ab eo ſcripta procedunt, quando primæ nuptiæ ſecutæ fuerunt poſt caſum vocationis, & quando ex illis ſequebatur effectus à teſtatore conſideratus, vel quando in primis nuptijs conditio habita fuit pro impleta, vt in caſu *l. 1. C. de inſt. & ſubſtit.* Sed in caſu noſtro præceptũ nubendi reſtringitur ad caſum, quo finita prole filiorum maſculorum vocatæ eſſent fæminæ,
49 vt † oſtendunt illa verba, (*tunc, & eo caſu*) *Dec. in l. quamuis nu. 2. C. de impub. & al. ſubſtit. Anchar. conſ. 356. ſub nu. 3. verſ. (Tertio hoc) Menoch. conſ. 324. num. 3. in 4. Magon. deciſ. Florent. 37. nu. 23. & ſeqq.* ſi igitur intelligendum eſt in primis nuptijs, intelligetur de primis poſt caſum.

50 Præterea, nõ eſt, quod dubitetur, quin effectus, qui ſequi debebat ex actu nubendi in familia, & finis teſtatoris fuerit conſeruare bona in familia, vt ex progreſſu teſtamenti colligi poteſt in pluribus locis (quæ cum ſatis nota ſunt conſultò omittuntur) qui effectus non poteſt ſequi ex primis nuptijs D. Margaritæ, non ergo eſt locus regulæ *l. boues §. hoc ſermone ff. de verb. ſign. Tiraquel. in 5. & 6. limit.* Etiam probatum eſt in præcedenti ſecunda concluſione, quod cum ſteterit per D. Margaritam; quod conditio non potuit haberi pro impleta, ideò cum poſſit nunc impleri implenda erit.

Quę verò conſiderantur ad probandum, ſenſiſſe teſtatorem de primis tantùm nuptijs, partim non ſunt recipienda; quia illis attentis ad bona admitterentur hi, qui non ſunt de familia, excluſis illis, qui ſunt ex familia, quod eſt contra principalem mentem teſtatoris. partim non ſunt abſoluè vera, vt eſt illud, quod iniungere ſecũdas nuptias viduæ, ſit quid parum honeſtum, quia; licet non ſit reprobatum illis indicere viduitatem, honeſtum tamen eſt ſecundas contrahere nuptias, præſertim, quando id fit pro conſeruanda familia; partim retorquentur, vt eſt illud, quod teſtator obligat filias ad nubendum, ergo de primis nuptijs, ad quas puellæ obligantur, cum viduæ ad ſecundas non obligentur, Imò ſi teſtator obligat, ſenſit de nuptijs, ad quas filiæ non obligabantur, aliàs ſuperfluum fuiſſet iniungere obligationem, ſatis fuiſſet iniũgere præceptum: partim non concludunt neceſſariò vt eſt illud de dotatione: & tandem omnia conſiderata, ſi eſſent vera, concluderent, teſtatorem vocaſſe tantum filias, in quibus cadere poterant primæ nuptiæ, quo nihil eſt quod magis aduerſetur intentioni D. Margaritæ.

Fuit quarta concluſio D. Morotij, quod non eſt opus nubere in familia, cum adſint filij ex primo matrimonio vocati à teſtatore.

Sed nulli poterit perſuaderi, teſtatorem vocaſſe filios ex matrimonio cũ extraneis contracto; id enim non patitur enixum deſiderium conſeruandi bona in familia, nedùm expreſſum in prohibitione alienationis, ſed & in longo, & perpetuo progreſſu plu-

plurium graduum ſubſtitutionum ad fauorem agnatorum, etiam cum conſtitutione
51 primogenituræ; quantum † autem ad voluntatem teſtatoris illuſtrandam, ampliandam, vel reſtringēdam valeat ratio conſeruandæ agnationis, magis notum eſt, quam quod probatione egeat, & ab Excellentiſs. viris, qui ante me ſcripſerunt cumulatè probatum fuit, & addi poſſet *Roderic. Hiſpan. de coniect. vltim. volunt. defunct. lib. 2. c. 3. & q. nu. 4. cum pluribus ſeq.* qui latiſſimè de hoc tractat. Nō eſt veriſimile, quod voluerit teſtator vnum maſculum alterius familiæ impedire illas agnatorum ſubſtitutiones, & primogenituras ſummo ſtudio, & maxima diligentia conſtitutas: Inſuper teſtator non vocat filias filiorum ſuorum, vt conſtat ex eo, quod iniungit onus nubendi tantum filiabus ſuis, & fœminis à filiabus deſcenden-
52 tibus, non verò à filijs, quod efficit, vt † in conditione filiorum non contineantur fœminæ, præſertim, quando ſollicitus fuit teſtator de conſeruatione agnationis *Oddus conſ. 6. nu. 17. Surd. deciſ. 60. num. 12. & ſeq.* ſi non vocauit filias filiorum, quæ ſunt de agnatione, minus filios filiarū, qui ex extraneis nati eſſent, ideò præſupponere oportet, quod quādo vocauit filios filiarum eos vocauerit in caſu, in quo nati eſſent ex viro de familia, quando ex voluntate propria, filiæ ſperando ſucceſſionem, nupſiſſent vni ex familia, licet non fuerit viſum teſtatori conueniens eas ad id obligare, niſi, quando lucrum ſucceſſionis haberent.

Quinta, & vltima concluſio eiuſdem conſultationis continet, nunc non eſſe tractandum, an D. Margarita priuata ſit, quod non nupſerit in familia, quia non extat aliquis eorum, qui vocantur in caſu, quo fœminæ non nubant iuxta teſtatoris præceptū: Nec poſſe dici vocari agnatos poſtea ſubſtitutos, quia cum ſit prouiſum de particulari ſubſtitutione, non eſt, vt ſubſtitutio agnatorum ad hunc caſum extendatur, etiam conſiderata ratione conſeruandæ agnationis, minuſque facienda extenſio, quia tractatur de priuanda filia hæreditate, ad quam vocata fuit: Minus etiam, quia in odium filiæ, & eius filiorum prius vocatorum non ſunt extendendæ ſubſtitutiones agnatorum, Et D. Margarita recuſando nubere in familia, non poteſt filijs ſuis præiudicare, quæ omnia pluribus probantur.

Sed hæc, rectè conſiderantibus mentem teſtatoris, ne minimum quidem negotium facere poſſunt, primo, quia ſi illis, qui cōſenſerunt non ſeruantibus præceptum teſtatoris ſunt ſubſtituti, nedū alij deſcendētes, ſed & agnati vocati in vltimis ſubſtitutionibus, multo magis dicendum eſt, eoſdem agnatos eſſe ſubſtitutos, etiam ipſis præceptum teſta-
53 toris ſpernentibus; ex † maioritate enim rationis colligitur quid voluerit teſtator, & id ac ſi eſſet expreſſum ſeruatur, vt ex inductione *l. hæredes mei in §. cum ita ff. ad Trebel. & l. cum auus ff. de cond. & demonſtrat.* probat *Simon. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 1. fol. 5. n. 7. fol. 13.* Dicatur obſecro, quæ ſit ratio, quare recuſante filia nubere conſentientibus alijs poſt eam vocatis, admittantur agnati, de quibus in vltimis ſubſtitutionibus, & nō admittantur, quādo non extant, qui cōſentiant, vel diſſentiāt? Quod verò exiſtentibus cōſentientibus ſint vocati agnati, legitur in teſtamento, dum dicitur *in caſu, quo vnus conſentiat, quod hæreditas perueniat ad proximiorem vocatum, aut vocatū, aut vocandum, vel vocandam* iſte proximior vocandus non poteſt eſſe niſi proximior agnatus, de quo in vltima ſubſtitutione: quia poſt hæc verba alia non legitur vocatio, niſi agnatorum. Secundo, id ipſum colligitur, quod in caſu contrauentionis voluntatis teſtatoris alienando, ſi vnus ex vocatis in primis ſubſtitutionibus contra præceptum teſtatoris alienat, nedum in eius locum vocatur proximior ex ſubſtitutis prius, ſed etiam proximior ex ſubſtituendis poſtea, quod vtique intelligitur de agnatis in caſu, quo non extaret aliquis ex prioribus inſtitutis: hoc præceptum de non alienando eſt, vt bona remaneant in familia, vt expreſſè
54 legitur in teſtamento; eidem † rationi etiam innititur aliud præceptum de nubendo in familia, cum alia non poſſit afferri ratio argumento *l. nominatim (lā ſecunda) ff. de lib. & poſthum. gloſ. & Doct. in l. quamuis C. de fideicommiſſ. Alex. conſ. 2. 4. in fine in 2. Roderic. de coniect. mont. defunct. lib. 4. c. 4. nu. 18.*
55 ſubſiſtente † ergo eadem ratione conſeruationis familiæ, prius ſubſtitutis non ſeruantibus præceptum nubendi admittentur agnati ſubſtituti in vltimis ſubſtitutionibus, quemadmodum admittuntur, quando primi ſubſtituti non ſeruarent præceptum de non alienādo, eadē enim ratio demonſtrat eandem teſtatoris voluntatē, latè in puncto *Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. c. 5. n. 7. cū ſeq.*

Tertio conſideranda eſt vocatio proximiorum agnatorum ſub hac conditione *&*

cue-

Digitized by Google

RESPONSVM LIV.

Ne auferas Domine de ore meo verbum veritatis.

ILlud, quod pro veritate, &
iuſtitia fuit reſolutum à ſa-
cro Rotæ Romanæ audito-
rio in fauorem D. Emanue-
lis de Foſeca nõ retractan-
dum, ſed cõfirmandum ve-
nit: Aut.n. volumus, mentem teſtatoris fuiſ-
ſe, vt D. Emanuel nuptias contraheret cum
D. Dionyſia, aut volumus intentionem fuiſ-
ſe, vt cum vna ex filiabus D. Didaci arbitrio
ſuo eligenda contraheret, vt verba inſinua-
re videntur; ſi primum dicimus, vt coniectu-
ris colligi mihi in facto ſupponitur (quæ
1 plurimum poſſunt ad manifeſtãdum teſtan-
tis voluntatem potiſſimum in conditioni-
bus, *l. in conditionibus ff. de cond. & demon-
ſtrat. l. cum virũ C. de fideicommiſ. Corn. conſ.
105. nu. 2. in 2. Calcan. conſ. 47. nu. 3. Bero.
conſ. 113. nu. 11. in 2. D. Mantic. de coniect.*
2 *vlt. volunt. lib. 11. tit. 16. nu. 3.*) vtique † di-
cendum erit cõditionẽ pro impleta haberi,
cum D. Emanuel, quantum in ſe erat, cura-
uerit cum d. D. Dionyſia nuptias contrahe-
re: *tex.* ſunt in terminis *in l. in teſtamento (la
ſeconda) ff. de cond. & demonſt. in l. vter ex
fratribus ff. de cond. inſtitut. in l. 1. C. de inſtit.
& ſubſt.*
3 Et facit, quod † conditio hæc nuptiarum
dicitur mixta cõditio pendens à voluntate
D. Emanuelis legatarij, & D. Dionyſiæ *Dd.
in d. l. 1. C. de inſt. & ſubſtit. vbi Corn. nu. 22.
Surd. conſ. 69. nu. 4. in 1. Burſat. conſ. 263.*
4 *num. 26. in 3.* & † ideo habetur pro imple-
ta, quando non ſtat per legatarium, quin
eam impleat, & ſatis dicitur legatum puri-
ficatum, vt à legatario conſequi poſſit *l. iure
ciuili ff. de cond. & demonſtrat. l. iure ciuili ff.
de reg. iur. l. qui concubinam §. vxorem ff. de
leg. 3. Dd. in d. l. 1 C. de inſtit. & ſubſtit. & in
d. l. in teſtamento (la ſeconda) ff. de cond. & de-
monſtrat.* vbi in ſpecie *Imol. & Soc. Ema-
nuel. à Coſtaso repet. §. ſi arbitratu l. cum tale
ff. de cond. & demonſtrat. Ceph. conſ. 639. nu.
9. in 5. Surd. conſ. 156. nu. 6. in 2.* latiſſimè per
*D. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit.
16. nu. 16. verſ. (tertius eſt caſus) Menoch. lib.
4. præſumpt. 183. præſumpt. nu. 25.*

Nec. n. eſt D. Emanuel arguendus, quod
non curauerit nuptias contrahere cum alte-
ra filia D. Didaci, quia ſi ſupponamus, teſta-
torem grauantem legatarium ducere in vxo-
rem vnã ex filiabus Domini Didaci voluiſſe
eum ducere Dom. Dionyſiam, licet nolue-
rit ligare liberam voluntatem legatarij, ſa-
tis dicitur impleta conditio, ſi curauit D.
Emanuel contrahere cum ea, de qua teſtator
ſentiebat, & quam reſpexit faciendo lega-
tum, etiam quod non requiſiuerit eam, quã
5 teſtator nõ reſpexit, ad † quod facit id, quod
reſpondet *Cranet. conſ. 59. nu. 4. & 5.* & ſe-
quitur *Ceph. conſ. 80. n. 17. in 1.* quod ſi teſta-
tor legat ſub duplici conditione, ſi legata-
rius duxerit vxorẽ, & ſi habitaret continuè
cũ vxore ipſius teſtatoris, quia prima cõdi-
tio eſt appoſita ratione ſecũdæ, ideſt, vt faci-
lius ſecunda conditio habitationis habeat
effectum, quam principaliter reſpexit teſta-
tor, ſufficit, quod impleatur ſecunda habita-
tionis, licet non impleatur prima ducendi
vxorem, ita & in ſpecie noſtra, cum teſtator
grauando legatarium, vt cum vna filia Di-
daci matrimonium contraheret, ſibi in ani-
mo principaliter propoſuiſſet, vt ducenda
eſſet Dionyſia, ſatis erit, quod D. Emanuel
cum ea tentauerit nuptias contrahere, li-
cet alteram filiam non requiſierit, ad effe-
ctum, vt conditio habeatur pro impleta.
6 Facit etiam id, quod reſpondit *Alex. conſ.
100. in 4.* fuit quidam ſubſtitutus ſub con-
ditione ſi Titius fiet presbyter, quia inten-
tio teſtatoris eſt, vocare ſubſtitutũ, ſi Titius
hæres morietur ſine filijs, ideo, licet non
verificetur conditio, quòd fiat presbyter, ſa-
tis eſt, quod moriatur ſine filijs ad effectum,
7 vt ſubſtitutus admittatur, quia † ſatis eſt,
quod verificetur, & impleatur conditio in
effectu principaliter à teſtatore cõſiderato,
& *Alex.* ſequitur *Cranet. d. conſ. 59. ſub nu. 4.*
& plures alij, quos commemorat *D. Mantic.
d. tit. 16. nu. 9.* quibus addendus eſt *Paulus
Leon. conſ. 1. num. 98.* Ita, & in caſu noſtro
ſatis erit, quod habeatur conditio pro im-
pleta quantum ad effectum, quem teſtator
principaliter præ oculis habuit.
8 Si verò dicimus teſtatorem non minus
ſenſiſſe D. Emanuelem cum Dionyſia,
quam cum altera matrimonium contrahe-
re, non poteſt inficiari, quin ratione perſo-
narum ſint duæ conditiones, ſcilicet ſi con-
traxerit cum Anna, & ſi contraxerit cum
Dionyſia, quæ duæ cõditiones iniũctæ ſunt
alternatiuè, quod oſtẽdit natura nuptiarum
contrahendarum, quæ non poſſunt con-
trahi, niſi cũ vna ex duabus filiabus Didaci

Caſt.

Caſt. in d. l. vter ex fratribus ff. de cond. inſtit. & modus loquendi in numero ſingulari dicendo, ſi cum vna, vel ſi cum altera, ſicut
9 enim conditio reſpiciens plures perſonas expreſſa verbis pluralis numeri æquipollet pluribus conditionibus cõiunctim expreſſis *Din. conſ. 40. incip. Quæritur talis eſt Soc. iun. conſ. 158 nu. 55. in 2.* ita, quãdo vna conditio reſpicit plures perſonas, & exprimitur verbis ſingularis numeri conueniẽter æquipollebit pluribus conditionibus alternatiuis, quæ verificandæ tantum erunt in vna
10 perſona: cum † autem ex duabus conditionibus alternatiuis ſufficiat vnius implemẽtum, vt legatum debeatur *l. ſi heredi plures ff. de cond. inſtit. l. is qui ducenta §. vtrum ff. de rebus dub. Capr. conſ. 11. nu. 6. Crot. cõſ. 353. nu. 7. in 3. Soc. iun. conſ. 108. nu. 35. in 2.* & D. Emanuel, quantum in ſe erat, vnam ex his conditionibus impleuerit, purificatum erit legatum, & ſicut ſi verè nuptias cõtraxiſſet cum D. Dionyſia, verè etiam diceretur impleta conditio, ita vt deberetur legatum, & D. Anna non eſſet requirenda, idem dicendum erit eo caſu, quo conditio ex diſpoſitione iuris fingitur impleta; idem
11 enim operatur fictio, quod veritas *l. lex Cor-*
12 *nelia ff. de vulg. & pup.* & † quantum ad iuris operationem paria ſunt, quod ſit tale, vel habeatur pro tali *Bar. in l. ſi maritus §. legis Iuliæ ff. ad l. Iul. de adulter.* alias ſi recuſatio D. Dionyſiæ non haberetur pro implemẽtò conditionis, ſequeretur, quod talis recuſatio tolleret D. Emanueli illã libertatem, quam teſtator noluit reſtringere, quippe qui voluit, vt poſſet ex illis duabus filiabus eligere, quã vellet, ſi electa recuſando illi iniiceret neceſſitatem aliam requirẽdi, ſi vellet conſequi legatum, cogeretur cum alia contrahere matrimonium contra voluntatem ſuam; quod vtique abſurdum eſt .ſ. vt contumacia D. Dionyſiæ præter voluntatem teſtatoris noceat D. Emanueli, ſi enim ei non nocet, quin conſequi valeat legatum, quod voluit teſtator illum habere, non video rationẽ, quare debeat nocere, vt cogatur exquirere voluntatem D. Annę, ad quod
13 teſtator eum cogere noluit: Nec ſ. n. dubito, quin electio ſit D. Emanuelis, tùm, quia ad eum diriguntur verba oneris iniuncti, tùm, quia eſt expreſſa incerta perſona de certis, cum qua eſt contrahendum matrimonium, quo caſu electio eſt legatarij, qui eligendo dicitur declarare, teſtatorem ſenſiſſe de re electa *l. qui duos ff. de leg. 1. l. Lucius ff. de leg. 2.* cum alijs, de quibus per *Sim. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 1. fol. 3. nu. 5. cum pluribus seq. fol. 11.* Et in caſu, non hoc expræſsè ſentit *gloſ. ult. in d. l. ſi heredi plures, & ibi Caſt.*

14 Quo fit, vt hoc modo declarata voluntate teſtatoris per electionem, ſit ac ſi teſtator grauaſſet legatarium nubere Dionyſiæ electæ, quod ſi eſſet, recuſante ea conditio haberetur pro impleta, vt antea concluſum fuit, ergo idem erit hoc caſu poſt electionẽ factam.

15 Ita etiam videmus in contractibus, quod ſi duæ res alternatiuè ſint in obligatione, electio facit naſci illos effectus, qui naſcerentur, ſi vna tantum eſſet debereur, ideò
16 traditum eſt, quod ſi duæ ſpecies debeantur alternatiuè, & vna eligatur, perempta illa, liberatur debitor eo modo, quo liberaretur, ſi ſola illa ſpecies debita fuiſſet *l. inter-ſtipulantem §. ſtichum ff. de leg. 1. l. ſtatu liberum §. ſtichum ff. de leg. 2. l. ſtipulatus ſum ff. de verb. oblig. Dec. poſt Bar. in l. quod te nu. 38. in vlt. decl. ff. ſi cert. pet.* plura ad propoſitum videri poſſunt apud *Euerard. in loco à natura alternatiuarum nu. 15.*

17 Concludendum igitur eſt, rectè fuiſſe decíſum in fauorem D. Emanuelis non obſtante, quod contrarium videatur dicendum, quando eſſet legata dos ſub conditione nuptiarum, & quando conditio nuptiarum non eſſet ad certam perſonam reſtricta, *l. hac conditio filia ff. de cond. & demonſtrat.*
18 quia † hæc ſunt diuerſa habentia particulares rationes, quæ non habent locum in caſu noſtro, quando enim legatur quid nomine dotis omnino interuenire debet verum matrimonium, quia ſine eo dos non datur, optimè *Coſta in d. §. ſi quis arbitratu l. cum tale nu. 28. ff. de cond. & demonſtrat.* Et quãdo conditio nuptiarum non reſtringitur ad certam perſonam, non poteſt haberi conditio pro impleta, quia non poteſt ſtare per perſonam, in qua implenda eſt conditio, ſicut ſtat in caſu noſtro, ſed ſtat per perſonã, quæ implere debet conditionem.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Agitur de nullitate vnius legitimationis, & de validitate alterius.

Mandatum quando morte mandantis non extinguatur.

SVM-

SVMMARIVM.

Priuilegium legitimandi conceſſum deſcendentibus Comitis tranſit in filium legitimatū per ſubſequens matrimonium.

Quia ex tali legitimatione filius conſequitur prærogatiuas nobilitatis patris Ibid.

2 Legitimatio facta cum clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato non prodeſt legitimato, niſi ſit inſtitutus à patre.

Nec legitimatus cum hac clauſula poteſt prætendere legitimam nu.3.

Per hanc clauſulam præſeruatur ius ſuccedendi etiam collateralibus nu.4.

Clauſula hæc poſita in priuilegio cenſetur repetita in legitimatione nu.5.

Operatur tantum hæc clauſula mortuo patre, quando delata eſt ſucceſſio venientibus ab inteſtato nu.6.

Sed hæc opinio eſt communiter damnata nu.7.

8 Legitimatio redditur nulla, quando non eſt expreſſum, patrem petentem legitimationem habere filios legitimos & nu. ſeqq.

Quia hoc retraxiſſet, vel ſaltem difficiliorem reddidiſſet Comitem ad legitimādū nu.10.

Cum regulariter filijs exiſtētibus prohibitum ſit poſtulare legitimationem, quæ ſolet concedi in ſolatium parentum prole carentium nu. 8.9.& 23.

Hæc verò procedunt, quando pater petit legitimationē, ſecus ſi ipſe filius nu.22.& 23.

Sicuti nec taciturnitas exiſtentiæ filiorum nocet legitimationi, quando derogatum eſt auth. quib.mod.natur. effic. ſui, & quib. mod.natur.fiant legit. nu.25.

Et quando dictum eſt in legitimatione, vt legitimatus ſuccedat cum filijs legitimis, & naturalibus nu.28.

Quod autem ſubreptio exiſtentiæ filiorum legitimorum nō reddat legitimationem nullam, quādo Comes poteſt legitimare etiam filijs exiſtentibus tenet Honded.conſ.89. in 1.nu.11.

Sed contraria opinio eſt verior, & communior nu.12.

13 DD. Comites Campeggij Bononienſes habent ampliſſima priuilegia apoſtolica, & imperialia legitimandi.

14 Legitimatus habet intentionem fundatam in inſtrumento legitimationis.

Et includitur ſub ſtatutis excludentibus fœminas propter maſculos nu.15.

16 Legitimatio reiterari poteſt, præſertim, quando in ſecunda ſit mentio primæ, Et plenior attenditur.

Legitimatio ſine cauſa non valet nu.17.

Nec ſatis eſt cauſa generalis ibid.

Sufficit tamen pro cauſa volūtas patris n. 18.

Et quando Princeps ſupremus legitimat, vt eſt Imperator, nulla requiritur cauſa nu.19.

Et idem, quando Comites Campegij legitimāt quoad actum ſucceſſionis ibid.

Quia legitimatio ab eis facta quoad ſucceſſionem eſt, ac ſi facta eſſet immediatè ab Imperatore nu.20.

Neque in legitimatione requiritur cauſa, quando Comes poteſt legitimare citatis, & non citatis illis, ad quos hæreditas ſpectare poteſt nu.21.

20 Dictio Ex denotat cauſam immediatam.

24 Subreptio, quæ oritur ex taciturnitate eorum, quæ non retraxiſſent Comitem à legitimando non reddunt legitimationem nullam.

26 Tantum poteſt derogatio generalis, quantum ſpecialis.

27 Ex clauſula quod pręſentes noſtrę literę vitio ſubreptionis &c. tollitur facultas dicendi de defectu voluntatis, & opponendi de ſubreptione.

30 Quando in legitimatione requiritur conſenſus patris ſufficit tacitus.

Secus ſtante Statuto Ferrarię lib.2.Rub.142 nu.29.& 30.

Dicitur tamen expreſſus, quādo in teſtamento pater dedit facultatem filio, vt curaret ſe legitimari nu. 31.

32 Mandatum morte mandantis extinguitur.

Fallit primo, quando non eſt ſimplex mandatum, ſed licentia, & poteſtas nu.33.

Secundo, quando eſt in gratiam mandatarij num.34.

Quod reſoluitur in conſilium Ibid.

Tertio, quādo eſt in re ipſius mādatarij n. 35.

Quarto, quando collatum eſt poſt mortem mandantis num.37.

Prout eſt mandatum ad recipiendum legitimationē toties, quoties opus fuerit n.36

Quinto fallit ſimiliter, quando mandatum non poteſt expediri, niſi poſt mortem nu.38

Sexto, quando in mandato interuenit ſtipulatio num.39.

40 Statutum Ferrarienſe d. Rub.142. excludit legitimatum extātibus filijs legitimis maſculis, non fœminis.

Quia in ſtatutis maſculinum non concipit fœmininum nu.41.

Maximè, quando id eſt ex veriſimili mente ſtatuentium nu.42.

43 Fœminæ non ſunt aptæ ad conſeruationem familiæ.

RE-

Digitized by Google

RESPONSVM LV.

Auſpice Chriſto.

PRima legitimatio, quam obtinuit Illuſt. D. Hippolytus Forzirolius a Perilluſt. D. Philippo Rhodio Comite Palatino, an ei plenè ſuffragari poſſit, vt ſuccedat patri ab inteſtato, excluſa ſorore nata ex legitimo matrimonio, non tranſit ſine aliqua difficultate, quia licet Comes legitimans habuerit mediantibus anteceſſoribus priuilegium legitimandi quoſcunque illegitimos, ita vt habeantur, ac ſi verè nati eſſent ex legitimo matrimonio, & vt valeant ſuccedere patri, matri, agnatis, cogna-
1 tis, attinentibus, & extraneis, taleque † priuilegium tranſitum fecerit in legitimantem, etiam quod ipſe ſit ex ſubſequenti matrimonio legitimatus, quia ita legitimati conſequũtur prærogatiuas nobilitatis paternæ *Lup., de illegit. lib. coment. 4. §. 1. nu. 9.* & legitimatio non videatur laborare graui ſubreptione, cum narrata ſit plenè conditio, & qualitas patris procurantis filij legitimationem, & filij legitimati, & præſertim adfuerit expreſſus conſenſus, imò & inſtantia patris, quod maximè conſiderãdum videtur, vt fœmina ſoror legitimati excludatur à ſucceſſione legitimæ in bonis patris iuxta diſpoſitionem *Statuti Ferrarienſ. lib. 2. Rub. 142.* Tamen maximè animaduertendum eſt, Papam concedere facultatem legitimandi, *ita vt legitimatus ad paternam, maternam, ac alias ſucceſſiones cognatorum, & agnatorum veniat, ſine tamen præiudicio illorum, qui ad huiuſmodi ſucceſſiones, ſi perſona ipſe ab inteſtato decederent de iure admitti deberent*, ex quibus puto colligi, non tribui facultatem legitimandi, niſi cum clauſula (*ſine præiudicio venientium ab inte-*
2 *ſtato*) ex † quo ſequitur, vt legitimatio non proſit legitimato, niſi pater decederet teſtatus, & ipſe legitimatus in totum, vel in parte eſſet inſtitutus, & præſertim non prodeſt ad excludendos alios deſcendentes, qui ab inteſtato ſuccedere poſſent *Angel. conſ. 264. Alex. conſ. 31. ſub num. 1. Alba conſ. 7. in princ.* qui poſt *Dec.* teſtatur eſſe communem opinionem, vt etiam teſtantur *Purpurat. conſ. 585. ſub num. 2. in 2. & Menoch. conſ. 89. num. 23. in 1. Soc. iun. conſ. 121. nu. 16. in 2. Sfort. Oddus conſ. 1. nu. 14. Capic. deciſ. 22.* & hoc vti expeditum ſupponit *Rota deciſ. 355. num. 3. cum ſequen. par-*
3 *te prima diuerſ.* quæ † determinat, ob hanc clauſulam filium legitimatum vti non capacem ſucceſſionis ab inteſtato, nec poſſe prætendere legitimam, quæ eſt pars ſucceſſionis debitæ ab inteſtato, & in *deciſ. 501.*
4 *ead. parte 1.* idem ſupponitur, dum † quæritur, an per dictam clauſulam præſeruetur tm̃ ius ſuccedendi ab inteſtato deſcendẽtibus, an etiam collateralibus, & deciditur, præſeruari etiam ius collateralibus ex magis communi opinione *Gabr conſ. 22. nu. 2. Caſ. Graſſ deciſ. 177. ſub nu. 3. alias 2. tit. qui fil.*
5 *ſint legit.* & † quamuis hæc clauſula *ſine præiudicio &c.* reperiatur tantum in priuilegio, etiam intelligitur reperita in legitimatione *Graſſ. deciſ. allegata nu. 13.* proſequitur latè *Lup. de illegit. commentar. 3. §. 1. nu. 65. cum*
6 *ſeq.* Nec † obſtat, quod ſint, qui teneant, hãc clauſulam duntaxat operari, quando legitimatio fit poſt mortem patris, quando iam ſucceſſio eſt delata venientibus ab inteſtato, tunc eis non præiudicat legitimatio, nõ quando pater viuit, & de eius conſenſu facta eſt, quia tunc nõ præiudicatur legitimis hæredibus, eo quod hæreditas nondum delata eſt, & pater poteſt eis præiudicare cum de bonis viuens diſponere poſſit *Ceph.* qui authores allegat *in conſ. 167. num. 14. &*
7 *ſeq. in 2.* Quia † hæc intelligentia ad hanc clauſulam eſt communiter damnata, vt per *Didac. Couarru. in epitome de ſponſal. parte 2. c. 8. §. 10. in princ.* & cõtra id, *Ceph.* ipſe ſenſit in *conſ. 442. nu. 40. in 3.* & in caſu noſtro nõ videtur hoc habere dubium, cum verba priuilegij reſpiciãt etiam ſucceſſiones, quæ poſſent deferri poſt legitimationẽ factam, cum dicatur *ſine præiudicio illorum, qui ad huiuſmodi ſucceſſiones, ſi perſona ipſa ab inteſtato decederent de iure admitti deberent.*
8 Alia rõne dubitatur, an hæc legitimatio proſit, quia facta eſt inſtante patre, qui filiam habebat legitimam, & naturalem, de qua nullam mentionem fecit, cum enim legitimatio concedatur in ſolatium parẽtum
9 prole carentium, adeò † vt exiſtentibus filijs regulariter prohibitũ ſit poſtulare legitimationem *§. illud tamen à nobis Auth. quibus mod. natur. effic. ſui, & §. ſi quis verò non habens Auth. quibus mod. natur. effic. legit.* tace-
10 re † exiſtentiam filiorum eſt tacere quid, quod vel terruiſſet legitimantem à legitimatione, vel ſaltem difficilius ad eam inductus fuiſſet, & hæc ſubreptio ſolet reddere nul-

lam

Digitized by Google

lam gratiam conceſſam *c. paſtoralis, & c. poſt translati de reſcript. Præpoſit. in c. per venerabilem nu. 27. qui fil. ſint legit. Paul. in l. Gallus §. & quid ſi tantum ſub nu. 16. ff. de lib. & poſthum. Ant. de Butr. conſ. 49. num. 1. & 2. Alex. conſ. 25. n. 7. in 1. vbi Rauaſcat.* allegat plura conſ. *Dec. concordantia Rom. conſ. 194. ſub num. 5. verſ. (ſed in caſu) Bero. conſ. 172. num. 8. in 2. Rol. à Valle conſ. 89. num. 32. & ſeq. & conſ. 61. nu. 24. in 1. Decian. conſ. 19. num. 47. in 1. Rimin. iun. conſ. 446. num. 49. in 4.* optimè *Hieron. Gabr. conſ. 23.* per totum *in 2. Pereg. conſ. 17. n. 9. in 4. & de fideicommiſſ. artic. 23. nu. 54. Ripa in l. ſi vnquam q. 23.* & ibi etiam *Tiraquel. in verbis (liberis) nu. 310. C. de reuoc. donat. Ant. Gabr. lib. 6. concluſ. tit. de legitimat. concluſ. 7.* & ex his multi de communi teſtantur *Lup. de illegit. & nat. reſt. lib. commentar. 3. §. 4. nu. 9.*

11 Nec negotium facit, quod *Honded. conſ. 89. in 1.* teneat, ſubreptionem exiſtentiæ filiorum, quando Comes poteſt legitimare etiam filijs exiſtentibus, non reddere legiti-
12 amationem nullam: quia† contra eum ſtat vera, & communis opinio, vt colligitur ex adductis à *Gabr. d. conſ. 23. per tot.* licet enim inualida nõ ſit ex defectu poteſtatis, eſt nulla ex defectu volũtatis: Præterea quicquid ſit, ipſe *Honded.* concludit hanc ſubreptionem efficere, vt filijs legitimis hæc legitimatio non noceat, ita vt quoad eos cenſeatur non facta, quod ſufficit ad concludendũ hanc legitimationem non prodeſſe D. Hippolyto in caſu, de quo agitur.

Nec obſtat, quod adſint clauſulæ generales derogatoriæ, quia illæ non ſufficiunt, ſed neceſſaria eſt clauſula derogatoria ſpecialis, in qua fiat mentio filiorum, vt ex pluribus authoritatibus probat *Gabr. d. conſ. 23. nu. 6. in 2.*

Hæc de prima legitimatione dicta ſufficiant.

13 Succedit ſecunda obtenta ab Illuſtriſs. Comite de Campegijs habẽte ad legitimandũ ampliſſima apoſtolica, & imperialia priuilegia nedum viuente patre, & coinſtante, ſed etiam eo inſcio, & poſt eius mortem, non citatis illis, qui ſucceſſuri eſſent, etiam extantibus fratribus, ita vt legitimatus contineatur ſub omnibus diſpoſitionibus loquentibus de filijs legitimis, & natis de legitimo matrimonio; & vt ſuccedat ex teſtamento, & ab inteſtato, ſecundum quas facultates cum fuerit legitimatus D. Hippolytus non videtur dubitandum, quin ſucce-
dat, ac ſi eſſet natus de vero, & legitimo ma-
14 trimonio; habet† enim eius intentionem fundatam in inſtrumento legitimationis *Dec. conſ. 307. in princ. & conſ. 462. num. 3. Cozad. conſ. 48. nu. 11. Rol. conſ. 61. nu. 28. in 1. & conſ. 96. num. 16. in 3. Soc. iun. conſ. 100. n. 30. in 2.* & latè proſequitur *Surd. conſ. 1. nu.*
15 *24. in 1.* & † includitur ſub ſtatutis, quibus cautum eſt, vt filij excludant filias, vt ex veriori, & communi tenent *Bal. in l. eam quam nu. 26. & in l. cum acutiſſimi nu. 7. C. de fideicom. Alex. conſ. 2. nu. 11. in 1. Dec. conſ. 365. nu. 7. Bimi. conſ. 139. n. 19. Tiraq. ad l. ſi vnquam verſ. (ſuſceperit liberos) nu. 82. Couar. in epitom. ſponſal. p. 2. c. 8. §. 8. nu. 3. Brun. de ſtatut. artic. 12. nu. 62. & ſeq. Lup. de illegit. cõ-*
16 *ment. 3. §. 1. num. 75.* & † etiam, quod alias D. Hippolytus fuerit legitimatus, nihil prohibet, quin iterũ ad cautelã legitimari poſſit, ita vt plenior legitimatio attendatur; reiecta enim eſt opinio eorum, qui putarunt, legitimationem reiterari non poſſe *Paul. conſ. 41. in 2. Dec. conſ. 55. nu. 7.* & alij plures citati à *Lup. de illegit. liber. comment. 3. §. 4. nu. 44.* & præſertim procedit, quando in ſecunda legitimatione de prima eſt facta mentio, vt in caſu noſtro facta fuit.

17 Nec video quid huic legitimationi obijci poſſit præter duo, quibus videtur mihi ſatisfieri poſſe; Primum eſt, legitimationem non continere ſpetialem aliquam cauſam, ſed illam generalem tantum, quod non cõuenit, vt filius, qui in nullo peccauit, portet iniquitatem patris, & ex defectu cauſæ legitimationem eſſe inualidam, præſertim, quando res agitur coram inferiori à Principe, cui nec credendum eſſet, ſi aſſereret, motum fuiſſe ex legitima cauſa tenet *Roſel. in tract. de legitimat. lib. 2. tit. de cauſa formul. legitimat. nu. 7. Decian. conſ. 90. num. 24. in 2. Menoch. conſ. 19. nu. 3. & conſ. 20. n. 9. in 1. Cephal. conſ. 285. n. 28. in 2. & conſ. 442. nu. 14. in 3.* &, quod cauſa debeat eſſe ſpecifica *Pariſ. conſ. 6. num. 39. in 2. Grat. conſ. 158. num. 34. in 2. Paſcib. conſ. 165. ſub num. 5.*

18 Huic obiectioni ſatis fit dicendo, narrari peti legitimationem ex voluntate, conſenſu, & mandato patris, quod ex prima legitimatione iuſtificatur, & id ſeruit pro cauſa legitima *Iaſ. conſ. 127. ſub nu. 6. ibi (& vltra iſtam cauſam) in 4. Soc. iun. conſ. 93. nu. 58. in 3.* vbi ait, id eſſe ex mẽte *Doct. in §. & quid ſi tantum l. Gallus Menoch. conſ. 19. nu. 22. in 1. Surd. conſ. 1. nu. 104. in 1.*

19 Secundò in Principe ſupremo, vt in Im-
peratore nulla cauſa requiritur præter ip-
ſius volũtatem *Iaſ. in d. §. & quid ſi tantũ nu.*
141. cum alijs copioſè allegatis à *Lup. d. cõ-*
ment. 3. §. 5. n. 3. & ſeq. Sed in priuilegio Do-
minorum Comitum de Campegio expreſ-
sè dicitur, vt legitimati ab eis poſſint ex im-
periali poteſtate ſuccedere, ſed in imperiali
poteſtate nulla cauſa eſt neceſſaria, vt pro-
baui, ergo quoad actum ſucceſſionis nõ re-
fert, an legitimatio ſit cũ cauſa, vel ſine cau-
20 ſa; etenim † dictio, Ex, quæ denotat cauſam
immediatam *l. 1. §. ex incendio ff. de incend.*
ruin. & nauf. oſtendit ſuccedere legitimatos
à Dominis Comitibus Campegijs, ac ſi im-
mediatè ab Imperatore eſſent legitimati.
21 Accedat † & tertio, quod facultas legiti-
mandi conceſſa eſt *citatis, & non citatis illis,*
ad quos hæreditas ſpectare poſſet, in quo caſu
valere legitimationem nõ habita cauſæ co-
gnitione ex *Gozad. & Rol.* ſcribit *Marzar.*
conſ. 10. nu. 26.

Altera obiectio oritur ex eo, quod Co-
miti D. Hippolytus non narrauit, ſe habere
ſororem, quod ſi narraſſet, fortè Comes non
legitimaſſet, cùm facile conijcere poſſet, id
eſſe ad præiudiciũ ſororis, quæ à ſucceſſione
excluderetur, ad quod faciũt ea, quæ allega-
ui ſupra, dũ tractaui de prima legitimatione.
22 Sed, & hæc obiectio prorſus tollitur, pri-
mo, quia in patre, extant iura diſponentia
ei Principem, vel eius Comitem facile con-
cedere legitimationem, quia ſobole care-
23 bat, in † cuius ſolatium à iure concedi legi-
timationem antea probaui, & colligitur a-
pud *Rol. conſ. 89. nu. 32. & conſ. 61. nu. 24. in*
1. ideò narrandum erat, patrem prole non
carere, quia Comes fortè non legitimaſſet
deficiente cauſa, ob quam legitimatio ſolet
concedi, ſed quando filius eſt, qui petit legi-
timari, non poteſt dici, ex ſubreptione exi-
ſtentiæ ſororis ceſſare cauſam legitimatio-
nis, imò, cum Princeps legitimet etiam
exiſtentibus fratribus, credendum eſt, quod
ſi narratum fuiſſet extare ſororem, Comes
24 etiam legitimaſſet: Itaque † hæc erit ſubre-
ptio, quæ, ſi non eſſet, non retraxiſſet Co-
mitem à legitimatione, & proinde non eſt
talis, ex qua reſultet defectus voluntatis le-
gitimantis, & reddat legitimationem nul-
lam, etiam quoad præiuditium ſororis, de
qua non ſit facta mentio *Aegid. deciſ. 4. Rota*
deciſ. 350. in antiquis Caſſador. deciſ. 10. de
præbend. & poſt iſtos *Veral. deciſ. 310. nu. 5.*
parte 1. Seraph. deciſ. 653. nu. 5.

25 Amplius quod etiam Comes legitimaſ-
ſet, ſi narratum fuiſſet extare ſororem le-
gitimati, imò, & de ea implicitè cogitaſſe,
ex eo vel maximè conſtat, quia expreſsè de-
rogat titulis *in Auth. quibus mod. nat. effic. ſui*
& quibus mod. natur. ſiant legit. in quibus in-
ter alia, & id continetur, non concedi legi-
timationem, quando adeſt proles legitima;
eſt ergo, ac ſi dictum eſſet in ſpecie, non ob-
ſtante exiſtentia prolis legitimæ, tantum
26 enim regulariter poteſt derogatio genera-
lis, quantũ poteſt derogatio ſpecialis *Bal. in*
l. ſed & ſi quis §. quæſitum n. 17. ff. ſi quis caut.
ſi igitur dictũ fuiſſet, *non obſtante prole legi-*
tima, certè dari non poſſet de ſubreptione,
quod non eſſet narratum extare filiam legi-
timam, quia conſtaret, Comitem voluiſſe
legitimare, etiam exiſtẽte d. filia, ergo idem
erit, cum ſub non obſtantia generalitatis, e-
tiam iſte caſus continetur. Nec obſtat *Gabr.*
allegatus in *d. conſ. 23. n. 6. in 2.* quia loquitur
in clauſulis derogatorijs magis generalibus.
27 Vltimo tollitur omnis defectus volunta-
tis ortus ex ſubreptione, quia in clauſula
(*non obſtantibus*) adduntur hæc verba *& quod*
præſentes noſtræ literæ vitio ſubreptionis, &
obreptionis, aliave quauis oppoſitione, etiam
voluntatis noſtræ, infringi, & caſſari non
valeant, quibus expreſsè tollitur omnis fa-
cultas dicendi de defectu voluntatis, & op-
ponendi de ſubreptione *Veral. deciſ. 218.*
par. 3. Put. deciſ. 377. p. 3. Seraph. deciſ. 1020.
ſub num. 1. & in recent. deciſ. 180. nu. 1. & 2.
p. 2. Alia etiam addi poſſent, de quibus
28 *Marzar. d. conſ. 10. nu. 40. & ſeq.* Et † præ-
ſertim *ſub d. nu. 40. ex Paulo Barbat. & Ruino*
ait, ſatis conſtare Comitem legitimare vo-
luiſſe extantibus filijs legitimis, licet de illis
non ſit facta mentio, quia ita legitimauit, vt
legitimatus ſuccederet cũ filijs legitimis, &
naturalibus, quod optimè ad caſum noſtrũ
accommodatur, quia licet à Comite id non
ſit expreſsè dictum, tamen implicitè eſt di-
ctum, quia à Principe habet poteſtatem le-
gitimandi, *ita vt legitimatus ſuccedat cum fi-*
lijs legitimis, & legitimat omni meliori mo-
do, quo poteſt virtute priuilegij ei cõceſſi,
ergo legitimat, vt legitimatus ſuccedat cũ
filijs legitimis, & naturalibus, iſte enim eſt
melior, & efficacior modus legitimandi.

Reiectis omnibus obiectionibus putarẽ,
ſecundam hanc legitimationem prodeſſe
D. Hippolyto, vt valeat excluſa ſorore ſuc-
cedere patri ab inteſtato, quemadmodum
ea excluſa ſuccederet, ſi natus eſſet ex legi-

timo

29 timatio narrata exiſtentia filiæ:) Nec † obſtat, quod ſtatutum Ferrariæ *lib.2.Rub.142.* velit, ad bona non ſuccedere legitimatos, niſi ex conſenſu, & voluntate patris, qui
30 conſenſus licet ex coniecturis colligi poſſit *Menoch.conſ.210.nu.25.in 3.* & alij allegati à *Lup.de illegit.commentar.3.§.6.* tamen in terminis huius ſtatuti neceſſarius videtur expreſſus, cum in verbis id dicatur, qui conſenſus videtur deficere in caſu noſtro, in quo legitimatio facta fuit mortuo iam patre.

31 Si quidem reſpondetur, imò ex conſenſu paterno fuiſſe factam, & quidem expreſſo, quod colligitur ex prima legitimatione, in qua pater in omnē caſum controuerſię omni meliori modo dedit D. Hippolyto ſtipulanti, & recipienti licentiam, poteſtatem, & facultatem, & plenum, & pleniſſimum mandatum, ſe legitimare faciendi toties, quoties opus fuerit ad prædicta omnia, ideſt ad ſuccedendum patri in defectu filiorum maſculorum in totum, & exiſtentibus maſculis, vt in legitima tantùm ſuccedere valeat,

32 Nec dicendum, hoc mandatum eſſe morte patris mandantis extinctum, vt eſt regulare *l.inter cauſas ff.mand.& l.mandatum C. eod.Soc.reg.311.Marſil. ſingular.44.Folin.*
33 *in c.eam te nu.10.de reſcript.* Primo † quia non eſt ſimplex mandatum, ſed datur facultas, licentia, & poteſtas, quæ licentia ſemel data non præſumitur mutata, niſi doceatur aliquid contigiſſe, ex quo poſſet argui mutatio voluntatis, *l.cum qui ff.de probat. cum alijs* de quibus *Menoch.præſumpt.39. in 6.*

34 Secunda, ſi eſt mandatum, eſt in gratiam mandatarij, qui propterea ſtipulatur, & recipit, & ob id reſoluitur in conſilium *§.in tantum Inſt.de mandat.* quod conſilium non extinguitur per mortem mandantis, quia ſemper poterit recipi ab eo, cui conſilium datum eſt.

35 Tertio eſt mandatum in rem mādatarij, quod morte mandantis nō extinguitur *Bar. in l.1.nu.4.C.de act.& obligat.Salic. in l. inter cauſas n.4.& ſub nu.5.verſ.(tertio caſu) ff.mandat.Moz.de contrac.tit.de mandato in 7.ſolum.quibus mod.annul ſeu fin.madat.ſub nu.21.in 7.fallent.*

36 Quarto verſamur in mandato, non adeò reſtricto ad vitam mandantis, & non adeò ſimpliciter facto, quin & poſt mortē collatū dicatur, cum fiat mandatū ad ſuſcipiendam nouam legitimationem toties, quoties opus fuerit, & quia poſſet opus eſſe poſt mortē patris, ſi tunc moueretur controuerſia, ita vt nō poſſet ſuccedere ſecundū volūtatem patris, imò non videtur poſſe naſci controuerſia circa ſucceſſionem, niſi mortuo patre,
37 ideo † ſuccedit illud receptum, vt mādatum poſt mortem collatum morte mandantis non extinguatur *l. mortis cauſa (ſecunda) §. Titia ff.de donat.cauſ.mor.Soc.d.reg.311.fallent.vlt.Doct. in d.l. mandatum C. mandat.*
38 *Moz.de mandat.d.col.7.n.21.* & † ad hoc bene conferunt ſcripta à *Salic.in d.l.inter cauſas ff.mand ſub n 5.* dum in ſua diſtinctione concludit, quod ſi mandatum ſit quid, quod non poſſit expediri, niſi poſt mortem, tunc morte non extinguitur, ſed quod petatur legitimatio ad effectum actualiter ſuccedēdi patri, vel ad ſedandam controuerſiam, quæ circa ſucceſſionem naſceretur, non contingit, niſi poſt mortem patris, ergo &c.

39 Non eſt etiam tacenda ſtipulatio adiecta ſuper hoc mandato, cuius natura attenta non videtur, mortem poſſe impedire effectum mandati, quemadmodum nec poteſt impedire effectum ſtipulationis.

Hæc omnia ſuadere poſſunt, morte hoc mandatum non extingui, & præſertim, quia eſt licentia, potiuſquam mandatum, & ſi eſt mandatum, eſt in rem mandatarij, & poſt mortem collatum, ideò morte non extinguetur.

40 Non omitto etiam id, quod alias ſcripſi ad hoc ſtatutum in alia cauſa, dicebam enim hoc ſtatutum excludere legitimatum à ſucceſſione patris defūcti ab inteſtato exiſtentibus filijs, ſcilicet maſculis, non verò exclu-
41 dere exiſtentibus filiabus, idque † colligebam ex eo, quod in ſtatutis maſculinum non concipit fœmininū *Bar* poſt *Dyn.in l.1.ff. de verb.ſign.* quē allegat *Georg.Natta de ſtatut. exclud.famin.q.3.num.58.* vna cum *Archid. in can.ſi quis ſuadente 17.q.4.& Gemin. in c.generali de ele.t.in 6.Bald.conſ.473.nu.3. in 5.Aym.conſ.250.ſub n.2.verſ(ideo vide-*
42 *mus* & † hoc maximè procedit, quando eſt ex veriſimili mente ſtatuentium ait *Bart. in d.l.1.ff.de verb.ſign.* eſt enim ex veriſimili mente ſtatuentium, qui maximè curarunt familiarum conſeruationem, vt conſtat ex
43 *Rub.139.de ſucceſſ ab inteſtato* filiæ † autem non ſunt aptæ ad conſeruationem familiæ *Aym.conſ.800.nu.6.Menoch.conſ.95.nu.53 & 56.Honded.conſ.75.num.25.in 1.* ideo licet de iure communi earum ſit prima cauſa ſucceſſionis, tamen ex d.ſtatuto *Rubr.139.*

Digitized by Google

excluduntur à tranſuerſalibus agnatis vſque ad quartum gradum ſecundum ius canonicum. Nec obſtat, quod in ſtatuto præced. *ſub. Rub.* 140. videatur dici, legitimatos non excludere filias, niſi ſint legitimati ex conſenſu paterno, quia in eo agitur de excludenda filia à ſupplemento legitimæ, de excluſione à ſucceſſione totali loquitur ſtatutũ *ſub Rub.* 142. vbi tantum de filijs loquitur, & non de filiabus: Sed omnes hæ difficultates ceſſant, quia adfuit conſenſus patris, vt iam probaui. Et ex his putarem D. Hippolitum ſuccedere patri excluſa ſorore ex vi ſecundę legitimationis. *Ianuae.* 1617.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Legitimatio ex pluribus impugnatur.

SVMMARIVM.

1 *INſtitutio ſpurij facta à patre eſt nulla.*
Prout, nec valet inſtitutio ſpurij nulliter legitimati facta ab eo, qui credebat fuiſſe ritè legitimatum nu. 23.
2 *Legitimationis validitas potiſſimum pendet à poteſtate, & voluntate legitimantis.*
3 *Legitimatio non poteſt fieri ab Imperatore, nec ab habente priuilegium ab eo reſpectu bonorum, quæ ſunt extra iuriſdictionem Imperialem.*
Præſertim quando agitur de præiudicio filiorum legitimorum nu. 4.
Nec ab ijſdem poteſt fieri legitimatio de ſpurio, ſed ſolùm diſpenſatio nu. 5. & 22.
Sicuti non poteſt Comes legitimare cum clauſula de plenitudine poteſtatis, *niſi id ſibi fuerit conceſſum à Principe nu. 6.*
Et ſi legitimat cũ hac clauſula, dicitur abuti priuilegio, & legitimatio eſt inutilis nu. 6. & 7.
Neque poteſt legitimare extantibus filiabus, ſi adſit ſtatutum, vt legitimatus excludat filias, quando habet facultatem legitimandi, vt legitimatus ſuccedat cum alijs filijs num. 8.
Id enim intelligitur tàm de maſculis, quàm de fœminis nu. 9.
Et ſi ignorauit tale ſtatutum, legitimatio corruit ex defectu voluntatis nu. 10.
Eſt præterea nulla legitimatio, ſi fiat ſine cauſa cognitione nu. 11.
Etiam ſi adſit conſenſus patris nu. 13.
Maximè, quãdo potius eſt diſpenſatio nu. 12.
Nulla eſt etiam legitimatio, quando non eſt facta mentio filiorum legitimorum n. 15.
Taciturnitas enim filiorum offendit cauſam, propter quam præcipuè fit legitimatio, ob carentiam ſcilicet filiorum legitimorum num. 16.
Et debet Comes ſcire, an ordinaria, vel plenaria poteſtate vti debeat, quia legitimare non extantibus filijs legitimis eſt ordinariæ poteſtatis, extantibus verò eſt ex plenitudine poteſtatis nu. 17.
Debetque fieri talis mentio filiorum, etiam ſi Comes habeat facultatem legitimandi citatis, vel non, illis, de quorum præiudicio agitur. nu. 21.
Et debet eſſe ſpecifica, & diſtincta, non ambigua nu. 18.
Ad tollendam enim ſubreptionẽ, nedùm factũ narrandũ eſt, ſed omnes qualitates, & circunſtantiæ, quæ magis, & minus poſſunt mouere concedentem nu. 19.
Narrandum eſt vlterius in legitimatione, extare ſtatutum excluſiuum fœminarum, quando adſunt filiæ nu. 20.
Hæ q; ſubreptiones magis nocent in diſpenſatione, quam in legitimatione nu. 22.
14 *Conſenſus, & voluntas non poteſt dari in eo, quod ignoratur.*

RESPONSVM LVL

Auſpice Chriſto.

LEgitimatio, de qua agitur, patitur plures graues defectus, ob quos redditur nulla, & aſſertus legitimatus remanet, vt prius ſpurius, & adulterinus, vti na-
1 tus ex viro coniugato, & † proinde a patre non poterit hæres inſtitui, & inſtitutus non valebit inſtitutio *Rol. à Vale conſ. 67. nu. 74. in 3. Sfort. Oddus conſ.* 1. *n.* 1. & pulchrè proſequitur teſtando de communi, & id firmando in ſpurio ex inceſtu, & adulterio nato *Illuſtriſſ. Card. Paleot. de not. & ſpur. ca.* 40. &
2 quia legitimationis validitas potiſſimum pendet à poteſtate, & voluntate legitimantis *Soc. conſ. 65. num. 4. in 3. Decian. conſ. 40. nu. 21. in 3. Menoch. conſ.* 108. *n.* 4. *Seraphin.*
3 *deciſ.* 1321. *nu.* 1. poſt *Bal. & Soc.* in † hac legitimatione reſpectu bonorum exiſtentium in territorio Eccleſiæ, vt eſt territorium Ferrarienſe (quod tunc erat Eccleſiæ ratione directi, & Sereniſſimi Ducis ratione vtilis

lis dominij) adeſt defectus poteſtatis Comi-
tis imperialis, qui non poteſt quempiam le-
gitimare, vt poſſit eſſe capax bonorum, quæ
ſunt extra iuriſdictionem imperialem *Inno-
cent. in c. per venerabilem nu. 2. qui fil. ſint.
legit. Bal. in l. cunctos populos nu. 14. verſ.
(tertio probatur) C. de ſum. Trinit. Alex. conſ.
67. nu. 8 in 1. Dec. conſ. 55 nu. 3. Pariſ. conſ.
2. nu. 21. in 2. Paſeth. conſ. 165. nu 67. Decia-
nus conſ. 90. nu. 21. in. 2. & alij* vt per *Lup. de*
4 *illegit. comment. 3 § 3. nu. 26.* quod † præſer-
tim procedit in hoc caſu, in quo agitur de
præiudicio filiarum legitimarũ *Marcabrun.
conſ. 1. num.* 88. & quamuis procurator in-
ſteterit, vt legitimatio fieret vtraque po-
teſtate, ſcilicet Apoſtolica, & Imperiali,
tamen non conſtat de hac authoritate apo-
5 ſtolica. Inſuper † deficit poteſtas, quia cum
non potuerit eſſe matrimonium inter geni-
tores ſpurij, quia pater erat vxoratus, hoc
modo legitimare, eſt in radicem matrimo-
nij, quod Imperatori, & eius Comiti non
licet, ideò eius legitimatio, etiam de ſubdi-
to dicitur diſpenſatio *Bal. in l. 1. in princip.
C. de natur. lib. Paul. conſ. 30. ſub nu. 4. in 1.
Colleg. Bonon. in cõſ. impreſſo poſt cõſilia Flor.
nu. 42. 43. & 44.* fundatum præcipuè ſuper
authoritate *Io. And. in d. c. per venerabilem.*
6 Amplius in fine legitimationis ait Co-
mes, id facere de plenitudine poteſtatis, quę
maximè attenditur, dum agitur de præiudi-
cando alijs, & tamen in legendo priuilegio
inſerto in legitimatione non inueni ab Im-
peratore concedi Comiti facultatem inſe-
rendi hanc clauſulam in ſua legitimatione,
ex quo ſequitur defectus poteſtatis, & abu-
ſus facultatis conceſſæ *Bald. in l. 2. nu. 44. C.
de ſeruit. & aqu. Pariſ. d. conſ. 2. nu. 32. Me-
noch. d. conſ. 108. ſub nu. 66 Decian. conſ. 19.
nu 19. in 1. & conſ 40. nu. 27. & ſeq. in 3.*
7 quo † fit vt legitimatio ſit inutilis *Dec. conſ.
338. in fin. Socin. conſ. 121. nu. 15. in 2. &
Oddus d. conſ. 1. nu. 47.*
8 Addi etiam poteſt, quod in ciuitate, cu-
ius legitimatus, & eius pater eſt oriundus,
ſupponitur extare ſtatutum, vt filij maſculi
etiã legitimati ex cõſenſu patris excludant
filias fœminas, cuius ſtatuti, ſi Comes noti-
tiã habuit, legitimauit vltra poteſtatem ſuã,
quia Imperator ei dedit facultatẽ legitimã-
di, ita vt legitimatus ſuccederet cum alijs
9 filijs, quod † vtique intelligitur tam fœminis,
quam maſculis non expreſſa qualitate ma-
ſculinitatis ibi *& etiam cum filijs legitimis,
& naturalibus, vel alijs venientibus ab inte-
ſtato c. venit. de iudic. Dominic. in c. generali
col. 3 verſ. (tertio caſu) de elect. in 6. Dec. in
l. fœmina nu. 118. ff. de reg. iur. Ruin. cõſ. 145.
nu. 15. in 3.* & ipſe legitimando non obſtan-
tibus alijs filijs, vt fecit ſtante d. ſtatuto, le-
gitimauit, vt legitimatus excluderet filias,
10 non, vt cum illis concurreret; ſi † verò Co-
mes non habuit notitiam huius ſtatuti, ade-
rit defectus voluntatis, quia credendum
non eſt voluiſſe legitimare in caſu, quo legi-
timatus excluderet filias cũ nõ poſſit legi-
timare, niſi vt cum illis concurreret, iſtud e-
nim eſſet grauiter præiudicare filiabus, qui-
bus non eſt credendum in dubio voluiſſe
Comitem præiudicare præbendo occaſio-
nem, vt à ſucceſſione excluderentur *Decian.
d. conſ. 19. nu. 62. & 63. in 1.* loquens in for-
tioribus terminis, quando eſt data facultas
procedendi de plenitudine poteſtatis.
11 His præterea accedit, quod Comes le-
gitimat, ita vt legitimatio intelligatur fa-
cta ex certa ſcientia, & cum cauſæ cogni-
tione, quod nõ poterat, niſi caſu, quo Prin-
ceps ei conceſſiſſet facultatem legitimandi
ſine cauſæ cognitione, quod cum ex tenore
priuilegij non legatur cõceſſum, hoc reſpe-
ctu pariter nulla erit legitimatio, cum non
probetur interueniſſe cauſę cognitionem
*Alex. conſ. 60. ſub n. 18 in 2 Decian. conſ. 90.
n. 24. in 2. Menoch. d. conſ. 108. n. 40. Siluan.
conſ. 45. nu. 17. & nu. 40. cum ſeq. Rol. conſ.*
12 *89. n. 51. in 1.* & † maxime procedit, quan-
do potius diſpenſatio eſt, quam legitimatio,
vt eſſe hanc, de qua loquimur, inferius pro-
babo, latiſſimè *Oddus d. conſ. 1. n. 66. cum
pluribus ſeq. vſq. ad n. 90.* vbi reſpondet om-
nibus, quæ contra aduci poſſent, *Decian. d.*
13 *conſ. 90. n. 24. in 2.* & † hęc procedunt etiam
quod adſit conſenſus patris, quippe qui nõ
poteſt facere, vt Comes habeat illam facul-
tatem, quam Princeps ei non dedit, *Cepol.
conſ. vlt. n. 9 verſ. (& per hoc patet) & nu. 25.*
ſequitur *Decian. conſ. 40. n. 82. & ſeq. in 3.*
Hactenus de poteſtate, habet etiam hæc
legitimatio defectum in voluntate naſcen-
14 tem ex ſubreptione, non † enim poteſt con-
ſenſus, & volũtas dari in eo, quod ignoratur
*l. cum verò §. ſubuentum ff. de fideicommiſ. li-
bert. l. 1. § hæc verba ff. ne vis fiat ei l. quidam
conſulebat ff. de re iudicat. l. mater decedens ff.
de inoffic. teſt.* & per hæc iura, & authorita-
tes Doctorum, *Decian. conſ. 38. nu. 30. in
3. Aym. conſ. 296. ſub n. 2. verſ. (his ita præ-*
15 *ſuppoſitis)* ſubreptio † autem conſiſtit in eo,
quod non narratur Comiti, extare filias pa-

tris legitimãtis, & ſorores legitimati, ac de-
ſcendentes ex illis, nec narratur maximum
præiuditium, quod illis infertur, quia per
legitimatum excludi poſſunt a paterna ſuc-
ceſſione, quæ ſi narrata fuiſſent, vel Comes
recuſaſſet legitimare, vel ſaltem reditus
fuiſſet difficilior ad legitimandum, & per
hanc taciturnitatem deficit voluntas legi-
timantis, & proinde corruit legitimatio,
*Curt. ſen. conſ. 16. ſub n. 26. verſ. (vltimo iſta
pars) Rol. conſ. 9. nu. 85. cum ſeq. in 2. Decian.
conſ. 19. n. 11. in 1. Marcabrun. conſ. 13. nu.
157. Menoch. d. conſ. 108. n. 24. in 1.* alios
allegat, & ſequitur, *Ruſtic. ad l. cum anus*
16 *lib. 2. c. 15. nu. 129.* Nec dubitandum, † quin
hic ſit grauis defectus, qui offendit cauſam,
ob quam præcipuè ſolet concedi legitima-
tio, ſcilicet ob carentiam ſobolis §. *ſi quis nõ
habens filios, & §. liceat igitur Auth. quibus
mod. nat. fiant legit. Decian. d. conſ. 19. n. 50.
in 1. Lup. de illegit. comment. 3. §. 5. num. 35.*
17 Amplius † legitimare, quando non extant
filij, eſt ordinariæ poteſtatis, legitimare ve-
rò exiſtentibus filijs, eſt ex plenitudine po-
teſtatis, *Paul. in l. Gallus §. & quid ſi tantum
in fine ff. de lib. & poſthum. Lup. d. commẽtar.
3. §. 4. nu. 27.* ideò maximè videtur neceſ-
ſarium, vt ſciat Comes, an ei ſit vtendum
ordinaria, an plenaria poteſtate; poteſt e-
nim eſſe, quod licet habeat poteſtatem legi-
timandi etiam exiſtentibus filijs legitimis,
quod tamen non vellit ea vti, & credendũ
eſt, quod noluerit in hoc caſu ob graue præ-
iudicium, quod infertur per excluſionem
à ſucceſſione.

Nec ceſſat iſte defectus ex eo, quod nar-
ratur Comiti, patrem carere ſobole maſcu-
lina, quaſi, quod inde inferatur, quod ha-
beat fæminas, & quia procurator inſtat le-
gitimari, ita vt legitimatus poſſit ſuccede-
re non obſtantibus alijs filijs.

18 Siquidem reſpondetur, hanc eſſe valdè
ambiguam narrationem, quia ex eo, quod
quis careat ſobole maſculina, non infertur
quod habeat fæmininam, nec ex eo, quod
dicatur legitimatum ſuccedere non obſtan-
tibus alijs filijs, infertur, quod illi filij tunc
extent, poteſt eſſe, quod agatur de filijs na-
ſcituris, quod propterea non tollit ſubrep-
tionem, ſed ſpecifica narratio, & clara nec-
ceſſaria eſt, *Rom. conſ. 326. ſub nu. 12. verſ.
(& huius eſt ratio)* quem authoritate *Bald.*
ſequitur *Curt. ſen. d. conſ. 16. ſub n. 26. verſ.
(vltimo iſta pars)* alios allegat *Mandoſ. in
19 addit. ad d. conſ. Rom.* imò † ad tollendam
ſubreptionem, nedũ quod eſt, eſſe narran-
dum, ſed etiam omnes qualitates, & circũ-
ſtantias, quæ magis, vel minus poſſent in-
ducere concedentem, tenent *Brun. conſ.
15. in fine,* qui ait ita *Rotam* iudicaſſe, ſequi-
tur *Marcabrun. conſ. 13. num. 169. cum ſeq.
Decian. conſ. 38. num. 49. & 50 in 3. Lup. de
illegit. coment. 3. §. 4. num 9. & nu. 19.* vbi,
quod eſt narrandũ, extare ſtatutum exclu-
ſiuum fæminarum.

21 Pariter nec obſtat ſi diceretur, non fuiſ-
ſe de filiabus exprimendum, quia nec ipſæ
citandæ erant, cum poſſet Comes legitima-
re citatis, & non illis, de quorum præiudi-
cio agebatur. Nam reſpondetur, omnino
narrandam eſſe exiſtentiam eorum, qui
non citabantur, vt ſciret Comes, quid age-
ret, *Alex. conſ. 94. ſub nu 9. in 1. Ruin. conſ.
80. ſub nu. 5. in 3. Surd. conſ 526. ſub num.
15. & 16. Soc. iun. conſ. 99. nu. 40. verſ. (poſ-
ſet etiam) in 2. Decian. conſ. 90. nu. 17. in 2.*

22 Et † iſte defectus, ex quo reſultat præiu-
dicium tertij, & defectus voluntatis maio-
ris eſt conſiderationis, quia cum legitima-
tus natus eſſet ex patre coniugato, non eſt
legitimatio, ſed diſpenſatio *Anchar. conſil.
241. & conſ. 427. in princ. Dec. conſ. 579. nu.
1. 393. nu. 10. 307. num. 10. & in alijs locis,*
vt allegatur ab *Oddo d. conſ. 1. num. 41. Doct.
plures* poſt *Hoſtienſ. in c. per venerabilem, qui
fil. ſint legit.* & *Doct. omnes* cõueniunt, quod
ſtrictius proceditur in diſpenſatione.

Ex hoc igitur, quod legitimatio ſit inua-
lida, ſequitur, vt, & inualida ſit ſubſtitutio
de hoc legitimato, nedum ea ratione, quia
remanet ſpurius, & incapax, vt antea dixi,
23 ſed † etiam, quia conſtat, quod pater eum
nominando legitimatum ipſum ſubſtituit,
quia cogitauit eſſe ritè, & rectè legitimatũ,
& carere vitio natalium, quod ſi non credi-
diſſet, veriſimile eſt, quod eum non ſubſti-
tuiſſet, ideò, quãdo vocat alios illegitimos,
eos vocat iubendo, vt legitimentur, vt in
eius teſtamento legitur, ex quo errore fit, vt
ſubſtitutio, vel inſtitutio illegitimi corruat
*Paul. in l. eam, quam nu. 4. C. de fideicõmiſſ.
Corn. in l. ſi pater ſub nu. 3. C. de hared. inſt.*
conferunt, & ſcripta à *Iaſ. in eadem l. eam,
quam nu. 1. Barbat. conſ. 27. nu. 5. in 1. Grat.
conſ. 124. nu. 8. & conſ. vlt. nu. 47. in 1.* Et
in puncto legitimationis non rectè factæ, &
ita in terminis, in quibus loquitur *Paul. de
Caſtro,* optimè *Dec. in cõſ. 287. incip. quæri-
tur in effectu, ſub nu. 2. verſ. (ſecundo alia
ratione) & conſ. 453. incip. conſultum fuit, in
fin.*

Digitized by Google

fin. & conſ. 600. incip. & inſpecto num. 10. Pariſ. conſ. 2. nu. 32. verſ. (ex quibus) & conſ. ſeq. num. 18. & ſeq. in 2. Alciat. conſ. 9. incip. quamuis in hac cauſa lib. 4. in princ. aliàs eſt conſ. 206 ſecundum impreſſionem Lugdunenſem Soc. iun. conſ. 99. nu. 34 in 2. Decian. conſ. 93. in fine in 2. Sfort. Odam conſ. 1. num. 31. ita vt dubitandum nõ ſit, quin hæc ſit communis, & recepta opinio, Et, quando non adeſſet error in hoc, quod crederet teſtator filium eſſe legitimatum rite, & non eſſet (qui tamen error adeſt) adeſſet error, quod crederet eſſe legitimatum, & eſſet diſpenſatus, vt antea probaui.

24 Omitto dicere, ex alio legitimationem poſſe dici inualidam, quia nõ eſt probatum legitimantem eſſe ex deſcendentibus eius, cui Carolus Quintus Imperator priuilegiũ conceſſit, prout probari debet *Pariſ. conſ. 2. nu. 12. conſ. 3. nu. 14. in 2. Crot. conſ. 422. ſub nu. 5. & ſeqq. Bec. conſ. 184. ſub nu. 23. verſ. (Poſtremo illud)*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Quamuis teſtator coram ſeptem teſtibus proteſtetur, nolle teſtamentum à ſe factum valere, attamen talis proteſtatio non operatur reuocationem, niſi exprimat, ſe velle decedere ab inteſtato.

An, & quando poſſit pater plus relinquere vni ex filijs.

SVMMARIVM.

1 *Nihil eſt tàm naturale, vt vnumquodq; reuocetur eo modo, quo inductum eſt.*

2 *Teſtamentum recipit validitatem à nuncupatione voluntatis coram ſeptem teſtibus.*

Dummodo tamen nominetur perſona, quæ inſtituatur hæres n. 23.

3 *Idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod operatur propoſitum in propoſito.*

4 *Inſtitutio reuocatur, quando inſtitutus non habet voluntatem teſtatoris.*

Cùm aliud non ſit teſtamentum, vel inſtitutio, quàm voluntatis noſtræ ſententia n. 5.

6 *Primum teſtamentum reuocatur, quando teſtator coram ſeptem teſtibus declarat nolle illud valere.*

Dummodo de tali voluntate conſtet legitimo modo n. 24.

Non tamen eſt neceſſe, vt exprimat, ſe velle decedere ab inteſtato n. 7. & 16.

Sicuti ille, qui non facit teſtamentum, dicitur vocare venientes ab inteſtato n. 8.

Talis enim expreſſio, cum tacitè inſit, nihil operatur n. 9.

Imò, ſi talis expreſſio eſſet neceſſaria illaquearentur idiotæ teſtamentum reuocãtes n. 10.

Sed hoc non eſſe attendendum, quia poſſunt conſulere peritos n. 26.

Contrarium verò, quod talis expreſſio ſit neceſſaria ad reuocandum teſtamentum nu. 11. & ſeqq. & 47. & ſeqq.

Alias teſtamẽtum non erit reuocatum ipſo iure, nec ope exceptionis nu. 62.

Et rationes afferuntur nu. 12. 13. & 25.

Doctoreſque tenentes hanc opinionem recenſentur n. 22.

Quæ expreſſio eſt de forma reuocationis n. 48 & 50.

Cùm de forma ſit id, ſine quo actus nihil eſſet nu. 51.

Sicuti enim de forma teſtamenti eſt nuncupatio hæredis n. 49.

Ita de forma reuocationis eſt, vt nuncupetur quis ſaltem in genere, qui adeundo adimat hæreditatem ab inſtituto n. 50.

Non enim tenet conſequentia, teſtator declarat nolle valere teſtamentum, ergo vult decedere inteſtatus n. 17. & 18.

15 *Intellectus* §. penult. in princ. Inſt. quibus mod. teſtam. infirm.

Et reijcitur intellectus Mantic. de coniect. vlt. volunt. tit. 15. ſub n. 23. *nu.* 14.

17 Caſtr. in §. regula l. ſi ita ſcriptum ſub nu. 5. ff. de liber. & poſth. *reprobatur & n.* 18.

18 *Intellectus* l. conficiuntur ff. de Iur. codicil.

20 *Intellectus* Imolæ, & Mantic. ad §. veteranus l. militis codicillis ff. de milit. teſtam. *impugnatur.*

27 *Non debet pater relinquere filijs ſecundi matrimonij, magis quam filijs primi matrimonij & nu. ſeq.*

Hoc tamen non eſt ex præcepto, ſed ex conſilio nu. 36.

Et certè poteſt relinquere filio magis feſtiuo aliquantulum plus n. 28.

Id, quod dicitur, patrem inter filios debere ſeruare æqualitatem intelligitur, vt in dubio credatur, eum voluiſſe ſeruare æqualitatem nu. 37.

Et quod dicitur, teſtamentum ex inæqualitate inter filios præſumi doloſum, & fraudulentum, quomodo procedat n. 40.

Præcipuè verò intelligitur quantum ad teſtamentum minus ſolemne, vt valeat ex priuilegio liberorũ ſolum, quando in eo æqualiter

liter ſunt inſtituti filij nu.39.

Contra, quod pater poſſit relinquere filijs ſecundi matrimonij mages, quam filijs primi matrimonij nu.22.& ſeqq.

Sicuti poteſt relictis filijs legitima, extraneis cætera bona relinquere nu.33.

31 L.hac edictali C. de ſecund. nupt. *habet locum in filijs ſecundi matrimonij.*

Contrarium, pro quo extat communis opinio tenent DD.allegati nu.34.& 41.

Quod eſt indubitabile, quando mortua eſt ſecunda vxor nu.35 & 42.

36 §.Illud auth.de nupt. *loquitur non precipiendo, ſed conſulendo.*

38 *Teſtatoris voluntas ſeruanda eſt.*

43 Statutum Senogalliæ *diſponens, patrem, & matrem non poſſe relinquere magis filijs ſecundi matrimonij, quã primi, quomodo intelligatur, & num. ſeqq.*

44 *Prima verba ſtatuti denotant cauſam finalẽ.*

45 *Statutum correctorium iuris communis eſt reſtringendum.*

Et conforme iuri communi ſecundum illud interpretatur nu.46.

52 *Iuramentum addit maius robur actui ex ſe valido.*

Et quandoq; etiam validat actum nullum nu.53.

Non tamen, quando actus eſt nullus ob defectum forma nu.54.

Quia actus, qui habet defectum in forma caret conſenſu nu.55.

Quo deficiẽte nihil operatur iuramentũ n.56.

Item iuramentum operatur, & actus, qui non poteſt valere eo modo, quo agitur, valeat eo meliori modo, quo poteſt nu.57.

Hoc tamen ex Bart. *non procedit tribus concurrentibus de quibus nu.58.*

Item iuramẽtum ſupplet defectũ cauſa n.59.

Quãdo cauſa requiritur in genere, nõ quando requiritur pro forma in indiuiduo nu. 60.

61 *De effectu clauſula* omni meliori modo.

RESPONSVM LVII.

Qui via, & veritas eſt dirigat me in viam veritatis.

EX teſtamento Illuſt.D.Marci Antonij Albertini Senogallienſis, & eius prætenſa reuocatione duo mihi proponuntur excutienda non leuia dubia.

Primum eſt, an hoc teſtamentũ fuerit rectè reuocatum à teſtatore proteſtante coram ſeptem teſtibus nolle illud valere.

Secundo dato, illud non fuiſſe rectè reuocatum, an ex eo infirmetur, quod in eo plus relictum eſt filijs ex ſecundo matrimonio naſcituris, quam filio ex prima vxore iam nato, & hoc de iure communi, & quid ſtante ſtatuto Ill. Ciuitatis Senogalliæ.

Quantum ad primum dubium attinet, prima conſideratione videbatur reſpondend. primum teſtamentum rectè reuocatũ eſſe.
1 Primò, quia nihil tam naturale eſt, quam
vt quid reuocetur eo modo, quo eſt inductũ
l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. l. prout quiſ-
2 *que ff. de ſolut. cum vulg.* At † teſtamentum
primum recepit validitatem, ex nuncupatione voluntatis coram ſeptem teſtibus *l. hac conſultiſſima §. per nuncupationem C. de teſtament. §. fin. Inſt. eodem tit.* ita poterit recipere inualiditatem declarata contraria voluntate coram ſeptem teſtibus, & hæc eſt ratio illa naturalis, quã ad hoc conſiderauit *Bald. in l. ſancimus nu.2. C. de teſt.* in quam ẽt
3 inclinat *Salic. ibi nu.3.* Idem † enim ſolet operari oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, *l. fin. §. fin. ff. de leg. 3.* ſicut ergo ad inducendum nuncupatiuum teſtamentum ſufficit nuncupare voluntatem coram teſtibus, ita ad illud tollendum contraria nuncupatio ſufficiet.
4 Facereque optimè videtur *l. 1. in §. pen. ff.*
ſi tab. teſt. nul. ext. ex qua colligitur, tunc reuocari inſtitutionem, quando inſtitutus non
5 habet voluntatem teſtatoris & † meritò, cũ
aliud nõ ſit teſtamentum, vel inſtitutio, quã voluntatis noſtræ ſententia *l. 1. ff. de teſta-*
6 *ment.* At † quando coram ſeptem teſtibus
expreſſit teſtator, ſe pœnituiſſe prioris teſtamenti, & nolle illud valere, remanet illud teſtamentum ſine voluntate, ergo nullum, & inualidum, & ideò ibi *tex.* inſinuat, inſtitutum non habere voluntatem, nedùm, quando inciſæ, vel cancellatæ ſunt tabulæ, ſed etiam, quando alia ratione teſtator voluntatem mutauit, ſub qua generalitate videtur ẽt includere, quãdo teſtator coram ſeptem teſtibus id declarat, & per hunc *tex.* poſt *Imol. in l. proximè ff. de his, quæ in teſt. del.* hanc opinionem ſatis efficaciter defendit *Barbat. conſ. 60. ſub nu. 14. verſ. (cum ergo) vſq; ad finem in 2.* & videtur ſequi *Guid. Pap. conſ. 147. nu. 3. verſ. (ad tertium.)*
7 Licet enim teſtator non expreſſerit cauſam, quia vult decedere inteſtatus, cùm tamen dicat ſe nolle illud teſtamentum vale-

re, & aliud non faciat, ſatis dicitur demon-
8 ſtrare, velle decedere ab inteſtato, ſicut † il-
le, qui non facit teſtamentum, dicitur vo-
care venientes ab inteſtato *l. conficiuntur ff.*
9 *de iure codicil.* Et † iſtud exprimere, aliud nõ
eſſet, quam dicere id, quod tacitè ineſt, quod
in iure non ſolet aliquid operari *l. 3. & ibi*
Dd. ff. de leg. 1. ita in puncto conſiderauit *Soc.*
iun. conſ. 145. n. 8. & ſeq. in 2. & eum ſequi-
tur *Illuſtriſſ. Mantic. de coniect. vlt. volunt.*
lib. 2. tit. 15. ſub n. 19. & ſeq. Imò addit *Bar-*
10 *bat. d. conſ. 60.* quod † ſi hæc expreſſio eſſet
neceſſaria, facile illaquearentur idiotæ te-
ſtamentum reuocantes, quod non eſt admit-
tendum.

11 His tamen, & alijs, quæ adduci poſſent
non obſtantibus, ſentio reuocationem teſta-
menti factam coram ſeptem teſtibus, ſi in ea
non exprimat teſtator velle decedere inte-
ſtatum, non valere ad primi teſtamenti re-
uocationem.

Quod primo euidenter probatur ex §. *pe-*
nult. in princ. Inſt. quibus mod. teſt. infirm.
vbi habetur, ex eo ſolo, quod teſtator poſtea
noluerit valere teſtamentum illud non infir-
mari, At, quando non dixit teſtator velle
decedere inteſtatum, vel vocare venientes
ab inteſtato coram ſeptem teſtibus, aliud nõ
facit, quam dicere nolle valere primum te-
ſtamentum, ergo nihil actum erit.

12 Cuius diſpoſitionis rationem egregiam
adducit *Bar. in l. ſi iure nu. 3. ff. de leg. 3.* quia
teſtatore non declarante velle decedere ab
inteſtato, non extat, qui ex expreſſa teſtatoris
voluntate adeundo poſſit confirmare adem-
ptionem hæreditatis, prout eſſe debet *l. ſed*
& ſi conditioni § fin. ff. de hered. inſt.

13 Quod etiam ſenſit *Paul. in l. ſancimus ſub*
nu. 6. dum ait, hanc eſſe nudam, non diſpo-
ſitiuam voluntatem, ideò non tollere primã
voluntatem diſpoſitiuam, licet in aliquo ipſe
Paul. à Bart. recedat, & eum ſequitur ibi *Iaſ.*
in 5. notab. ſub nu. 15.

14 Et licet *Mantic. d. tit. 15. ſub num. 23.* re-
ſpondeat *d. § penul.* procedere tantùm eo ca-
ſu, quo ſecunda voluntas eſt imperfecta, vel
ratione voluntatis, vel ſolemnitatis, tunc
non conuenit, vt perfecta voluntas ab im-
perfecta tollatur, quod in fine dicit ille *tex.*
ibi *nam imperfectum teſtamentum ſine dubio*
nullum eſt.

15 Replicari tamen poteſt, illum *tex.* prius
generaliter dicere, non reuocari teſtamen-
tum ex eo ſolo, quod quis noluerit id va-
lere, & poſtea addere in fortioribus termi-
nis, quod nedum, quando ſimpliciter con-
ſtat, teſtatorem nolle primum valere per de-
clarationem voluntatis, ſed etiam incæperit
aliud condere, quod primum non tollitur,
niſi ſecundum ſit perfectum, quod oſtendit
ille modus loquendi *vſque adeò, vt & ſi quis*
&c. ex quo conſtat, ex regula generali prius
propoſita inferri ad id, quod poſtea dicitur
de teſtamẽto imperfecto, nõ tamen reſtrin-
gi regulam *tex.* quaſi dicat Imperator iſtud,
vt ſimplici voluntate non reuocetur primum
teſtamentum, eſt adeo verum, vt etiam pro-
cedat caſu, quo ſit factum ſecundum imper-
fectum.

16 Pariter licet *Imol. in l. ſi ita ſcriptum in §.*
regula ſub num. 5 ff. de lib. & poſthum. dicat,
quod ex eo, quod teſtator dicit ſe nolle va-
lere teſtamentum, ſatis indicat; velle de-
cedere ab inteſtato, & proinde tacitè dicitur
vocare venientes ab inteſtato *l. conficiuntur*
ff. de iur. codicil. quo fit, vt ſecunda voluntas
non poſſit dici nuda, & vt ratio *Bar.* non ſit
habenda in conſideratione.

17 Rectè tamen replicat *Alex. conſ. 30. ſub*
nu. 5. in 3. quod non ſequitur, teſtator non
vult valere primum teſtamentum, ergo
vult decedere inteſtatus; poſſet enim eſſe
quod noluerit, illud valere intentione con-
dendi poſtea aliud, & in effectu, licet moriẽs
ab inteſtato dicatur vocare legitimos hære-
des, eſt tamen hæc vocatio prorſus tacita,
nec facit, quominus ſecunda diſpoſitio poſ-
ſit dici nuda.

18 Et poſſet etiam addi, præſumi teſtatorem
vocaſſe venientes ab inteſtato, quando eos
grauat fideicommiſſo in neceſſariam ante-
cedentiam, quia non grauatur, niſi ille,
qui honoratus eſt *l. ab eo C. de fideicommiſſ.*
ita vt *l. conficiũtur* ſenſus ſit, quod fideicom-
miſſa à veniẽtibus ab inteſtato relinqui poſ-
ſunt, quia creditur patrem familias ſua ſpõ-
te relinquere legitimam hæreditatẽ, ſ. quod
creditur ex eo, quod illos grauat.

19 Ad eandem ſententiam comprobandam
facit etiam *l. militis codicillis §. veteranus ff.*
de milit. teſtam. vbi veteranus nolebat vale-
re teſtamẽtum iure communi ab eo factum,
& dicitur tali voluntate illud non intelligi
reuocatum.

20 Nec obſtat quod *Mantic.* poſt *Imol. locis*
antea citatis dicat, iſtum tex. procedere de-
clarata voluntate coram paucioribus teſti-
bus, quam ſeptem.

Quia hoc, præterquam quod continet
diuinationẽ teſte *Alex. d. conſ. 30. ſub nu. 5.*
etiam

Digitized by Google

etiam reddit textum ferè indubitabilem contra *l. quod labeo ff. de carb. edict.* quod etiã ſenſit *Cuiac. ad lib. 6. reſponſ. Papin.* colligens ex eo §. regulam, nuda voluntate non tolli præcedentem voluntatem, & quidem *in princ.* licet in progreſſu dicat, idem, etiam procedere in voluntate minus ſolemni.

21 Eodem modo etiã inducitur *l. ſancimus C. de teſtament.* quæ ſimplici noluntate non admittit reuocationem teſtamenti, niſi certo tempore concurrente, nec dici poteſt, eã loqui in noluntate declarata coram illegitimo numero teſtium, quia rectè iſtud tollit *Alex. d. conſ. 30. nu. 4.*

22 Et vltra hæc iura authoritate Doctorum hanc ſententiam ſequentium ipſa confirmatur; illam enim tenet *gl. in l. hæredes palam. § ſi quid poſt ff. de teſtament. in verbo (omnia)* ibi *ſine alijs modis dicat, eos nolle eſſe hæredes Bar. in d. l. ſi iure,* qui licet id dicat *ſalua veritate*, de hoc tamen non dubitat, ſed illa verba profert reſpectu illius capitis, quando dixit teſtator, ſe velle decedere inteſtatum, quia tunc poteſt dubitari, quod non ſit reuocatum teſtamentum primum, vt per *d. §. veteranus* tenet *Paul. in d. l. ſancimus, & Bar.* ibi etiàm ſequitur *Com.* licet dubitet de ratione Bar. *Doct. in d. l. ſancimus Alex. ſub nu. 8. Iaſ. nu 15. Corn. nu. 7. & ſeq. Fulgoſ. num. 3. Rimin. ad finem verſ. (vltimo tractant) Alex. conſ. 104. in princ. in 2. & d. conſ. 30. in 3. & conſ. 159. in 4. Guigl. Benedict. in c. Rainutius p. 1. in verbo (teſtamentum il ſecondo) n. 8. de teſtament. Vinc. Franch. decis. 287. nu. 1.* & alij plures, quos citant *Clar. in §. teſtamentum q. 91. Graſſ. de ſucceſſ. in §. teſtamentũ q. 84.* ita vt appareat, hanc eſſe communem, & magis communem opinionem, & non eſſe deferendum his, qui contrariam ſecuti fuere vti contra communem loquentibus ad *not. in c. 1. & c. ne innitaris de conſtit.* maximè, quia (quicquid antea dictum fuerit) *Bal.* non contrariatur in hoc Bar. vt in *d. l. ſancimus* animaduertunt *Alex. Corn. & Rimin.*

23 Contrarijs autèm facillimè reſpondetur, ad primum, quod primum teſtamentum recipit validitatem à nuncupatione eius, qui hæreditatem adire debet, alias ſola nuncupatio voluntatis ſine inſtitutione non valeret *§. ante hæredis Inſt. de legat. l. penult. §. Calphurnius ff. de his, quæ in teſtam. delent.* ita oportet, quod in ſecundo teſtamento nuncupetur mutatio voluntatis cum expreſſione alcuius ſpecifica, vel generali, qui adeundo infirmet primam voluntatem.

24 Ad ſecundum reſpondetur, oportere remanere primum teſtamentum ſine voluntatẽ legitimo modo, & illa verba generalia *§. penul. l. 1. ff. ſi tab. teſt. nul. ext.* ſcilicet *quãdo alia ratione teſtator voluntatem mutauit* intelligenda ſunt ſecundum habiles terminos *l. ſed etſi lege §. vt gradatim ff. de muner. & honor.*

Nec dicendum eſt, quod cauſa *quia vult teſtator inteſtatus decedere* nihil operetur, quaſi exprimens id, quod tacitè inerat: quia imò iſtud non inerat tacitè, vt oſtendi ſupra in primo fundamento reijciendo con-

25 ſiderationem *Imolæ*, & addo, quod imò expreſſio huius cauſæ non ſtat in puris terminis præſumptionis *l. conficiuntur*, quia imò videtur inducere expreſſum teſtamentum, in quo ſint inſtituti venientes ab inteſtato vt optimè per *Sura. deciſ. 128. nu. 3.*

26 Minus nocet id, quod ex *Barbat.* dicebatur, quod ſimplices illaquearentur; quia id negatur, cum poſſint conſulere peritiores, & peritos vocare notarios, alias, ſi iſtud attenderetur, nulla ſubtilitas in teſtamentis eſſet conſideranda. Et hæc quoad primum dubiũ dicta ſufficiant.

27 Nunc tranſeo ad ſecundum, in quo prima facie videbatur reſpondendũ, non licuiſſe patri plus relinquere filijs ſecũdi matrimonij, quam filio primi ex *tex. in §. illud Auth. de nupt.* vbi *Impera.* vtendo verbis *ſancire, & decernere* diſponit, patrem non debere, relicta tantùm legitima filijs vnius matrimonij, alijs ferè omnia relinquere bona, vix concedens patri habenti vnum filium magis feſtiuum illum in modico reddere melioris conditionis.

29 Cum quo *tex.* quoad iſtud conueniunt, quæ de ſeruanda inter filios æqualitate notant *DD. in l. vt liberis C. de collat. Zanch. ad §. cum ita l. hæredes mei ff. ad Trebel. in 1. p. à nu. 28. ad 50. Rub. conſ. 6. Rom. conſ. 179. ſub nu. 16. & conſ. 385 ſub. nu. 5.* & ibi *Mandoſ. in addit.* allegat plures cõcordantes, teſtans de communi *Rom. Inn. conſ. 241. n. 21. & ſeq in a. & cõſ 771. n. 33. & ſeq. in. 7.* vbi allegat *Paul. conſ. 150. in 2.* & firmat, hanc eſſe cõmunem, quando adeſt maxima inæqualitas:

30 Imò ex inæqualitate præſumi teſtamentum doloſum, & fraudolentum, firmant *Albric. Bal. Angel. Fulgoſ. Caſt. & Cagn. in l. non eſt enim* per illum *tex. ff. de inoffic. teſt.*

31 His accedat etiã *tex. in l. hac edict. C. de ſec. nupt.* qui ſicut prohibet viro plus relinque-

re

quere nouercæ, atq; relinquat filijs prioris
matrimonij, eadem ratione videtur prohi-
bere plus relinquere filijs ſecundi matrimo-
nij, quam filijs primi, vt pluribus probat
*Theſaur.deciſ.Pedemont.*170. Et hoc in caſu
noſtro non videtur recipere aliquam dubi-
tationem ſuppoſito ſtatuto diſponente
mulierem nõ poſſe plus relinquere filijs ſe-
cundi matrimonij, atq; reliquerit filijs pri-
mi matrimonij, & iſtud ad virum etiam ex-
tendente.

32 Sed omnibus his nõ obſtantibus, teneo,
licuiſſe patri hanc inæqualitatem inter fi-
33 lios inducere, & † ſicut relicta legitima fi-
lijs poſſet omnia bona relinquere extra-
neis, ita relicta legitima vni ex filijs, vel
aliqua parte etiam minima, vt poſſit petere
ſupplementũ, poterit alijs filijs ſuis alia bo-
na relinquere *Caſt.& Iaſ.in auth.vnde ſi pa-
rens C.de inoffic.teſt.in 4.notab. Aym.conſ.
193.num.11.verſ.(ad tertium) & conſ.256.
34 in princ.Ruin.conſ.56.num.9.in* 3. Addi et-
iam poſſunt omnes illi *Doct.* qui tenẽt *l. hac
edictali C.de ſec.nupt.* nõ procedere in filijs
ſecũdi matrimonij, & proinde illis patrem,
vel matrem plus relinquere poſſe *Bal.conſ.
22.nu.2.in 5.Aym.conſ.40.nu.11.Durant.
de art.teſtand.de legat.cautel.65. Ant.Gabr.
de ſec.nupt.concluſ.4.nu.57.And.Gail.obſer-
uat.82.num.10.p.2. Vin.deciſ.396. Rota in
nouiſſ.deciſ.432.nu.7.p.1.* alios allegat *ad-
ditionator ad deciſ.Bonon.diuerſ.61.verſ. Et
certè conſiderando*.

35 Et hoc apud *Doct.* trãſit ſine dubio, quã-
do mortua eſt mater filiorum ſecundi ma-
trimonij, quia non poteſt ſuſpicari, patrem
potius ſuaſione vxoris, quã propria volun-
tate id egiſſe *Lancellot.Galiia conſ.*18. *num.*
46. & ſi illud admittitur à *Doct.* quãdo ma-
ter mortua eſt, quæ tamen potuit viuens id
quandoque marito perſuaſiſſe, & illum
induxiſſe ad odiũ in filios primi matrimo-
nij, quanto magis procedet in caſu noſtro,
in quo nondum teſtator duxerat ſecundam
vxorem?

36 Contraria autem non obſtant, ſi quidem
tex.in §. *illud*, etiam quod videatur vti ver-
bis præceptiuis, id tamen dicere ex conſilio
tenet ibi *gloſ.in verb.(adijcere)* & ipſemet
Impra. ibi inſinuat, dũ ait, *Hanc itaque partẽ
de æqualitate filiorũ ex priore, & ſecundo ma-
trimonio venientium adhortantes potiùs quã,
ſancientes dicimus &c.*

37 Ea verò, quæ ſcribunt *DD.in l.vt liberis
& Zanch.in* §. *cum ita* procedunt, vel in ter-
minis iuris communis, vel quando de vo-
luntate teſtatoris dubitatur, tunc enim om-
nis interpretatio eſt amplectenda, ex qua
fit, vt inter filios ſeruetur æqualitas, ita .n.
creditur in dubio patrem teſtatorẽ voluiſ-
ſe, ſecus, quando conſtat de voluntate te-
38 ſtantis, vt conſtat in hoc caſu ipſa † tũc ſer-
uanda eſt *l.verbis legis ff.de verb.ſign. &* §.
diſponat auth. de nupt.

39 Ex ea, quę ex cõmuni ſcripſerunt *Rub.Ro-
man.Rom.iun.* & alij, qui citantur *à Mandoſ.*
procedunt ad effectum, vt teſtamentum mi-
nus ſolemne valeat ex priuilegio liberorũ,
cũ .n. priuilegia ſint ſtrictæ interpretationis
*l.quod vero contra, & l.ius ſingulare ff.de le-
gib.* ideò reſtringitur ad caſũ, quo filij eſſent
æqualiter inſtituti: Præterea tale priuilegiũ
eſt in fauorem omnium filiorum inductum,
& nõ debet in odium aliquorum retorqueri
l.quod fauore C.de leg. vt retorqueretur in
odium eorum, quibus minus eſſet relictum,
ſi aliter diceretur; Nos autem habemus te-
ſtamentum ſolemne, ideo in his terminis nõ
verſamur.

40 Quod ex inæqualitate pręſumatur dolus,
procedit, quando non conſtat de deliberata
mente teſtantis, vt conſtat in hoc caſu, vel
quando ſubeſt perſona, à qua poteſt proce-
dere ille dolus, quæ non adeſt in hoc caſu.

41 Tandem non obſtat *l.hac edictali*, quia
contra *Theſaur.* eſt communis opinio illam
non procedere in filijs, vt cõſtat ex autho-
42 ritatibus antea deductis, vel † ſi tenemus cũ
Theſaur. id procedet, quãdo vult mater, vel
pater ſecundi matrimonij, quod maximè
ponderatur ab ipſo *Theſauro ibi nu.* 12. ita
vt ſequatur, authoritatem ipſius, & aliorum,
quos ipſe allegat, facere in fauorem teſta-
menti noſtri, quia non extabat mater ſecun-
di matrimonij.

43 Quantum ad ſtatutum illud habet ſecum
44 reſponſionem, quia † eius prima verba, quæ
ſolent cauſam finalem denotare *l.ſi.in ff.de
hæred.inſt.* indicant, factũ fuiſſe ad tollendas
fraudes, quæ excogitantur cõtra filios primi
matrimonij, quæ fraudes ceſſare in caſu, in
quo non extat mater antea probaui, & quã-
do iſtud ſtatutum extenditur ad virum, non
eſt dubitandum, quod extenditur ex eadem
rõne arg. *l.ſed eũ pręcario ff.de precar.* Pręte-
rea, aut tenemus opinionem illam, vt *l.hac
edictali* non procedat in filijs, & tunc hoc
45 ſtatutũ erit iuris cõis correctorium, ideo † re-
ſtringendum, vt tantum corrigat ius com-
mune eo caſu, quo eſt periculum ſubornatio-

nis

nis ob matris exiſtentiam iuxta *not. ab Ant.*
de Butr. Abb. & alijs in c. cum dilectus de con-
46 *ſuet. Soc. iun. conſ.* 122. *nu.* 5. *in* 2. Aut † tene-
mus *d. l. hac edictali* procedere in filijs, &
tunc ſtatutum diſponet idem, quod ius com-
mune idcò interpretabitur, vt procedat tan-
tum, quando mater extat, quemadmodũ de
iure communi recipi hanc ſententiam prius
probaui *Bal. in l. ita pudor C. ad l. Iul. de adul-*
ter. cum alijs citatis à *Menoch. conſ.* 187. *nu.*
31. *in* 2.

Ex his ſaluo tamen ſaniori iudicio opi-
nor, filium ſecundi matrimonij fouere iuſtiſ-
ſimam cauſam.

Auſpice Deo.

47 VT declaratio reuocationis teſtamenti
operetur ſuum effectum, oportet, vt in
ea exprimat reuocans, *quia vult decedere in-*
teſtatus, ita neceſſe eſt, vt extet ex expreſſio-
ne teſtatoris, qui adeundo poſſit confirmare
ademptionem hæreditatis, ita ſenſit *Bar. in*
l. ſi iure nu. 3. *ff. de leg.* 3. quem eſſe communi-
48 ter receptum alias probaui, ex † quo ſequi-
tur, vt pro forma reuocationis requiratur
49 expreſſio huius cauſæ, ſicut † enim pro for-
ma teſtamenti requiritur nuncupatio hære-
dis *§. ante hæredis, & ibi gl. in verb. (funda-*
mentum) Inſt. de legat. l. fin. ff. de iur. codicil.
50 ita † pro forma reuocationis conuenit, vt
nuncupetur ſaltem in genere aliquis, qui
adeundo adimat hæreditatem ab inſtitutis
in teſtamento; non eſt enim dubitandum,
quin ab expreſſione huius cauſæ dependeat
validitas, & eſſentia reuocationis, quæ aliàs
51 nihil eſſet, ergo † eſt de forma *l. Iulianus*
§. ſed & ſi quis ff. ad exhibendum, & ſenſit
Brun. de forma 6. 2. *de general. cognit. forma,*
col. 1. & cum communiter *Doct.* dicant non
aliter reuocari poſſe teſtamentum, niſi tali
cauſa expreſſa, non eſt dubitandum, quin ex
mente communi *Do.* illud fit de forma *Felin.*
in c. cum dilecta in 7. *ſigna forma de reſcript.*

Hoc pro veritate conſtituto, dubia, quæ
excitantur de iuramento, & clauſula *omni*
meliori modo non ſunt difficilis ſolutionis.

52 Nam quantum ad iuramentum attinet,
quod licet addat actui ex ſe valido maius ro-
53 bur, vt per *Seraph. priuileg.* 153. & † etiã addat
quãdoque robur actui nullo, & faciat illum
valere *Iaſ. in l. ſi qui num.* 36. *ff. de acquir.*
hæred.

54 Dicitur tamen, hoc non procedere, quan-
do actus eſt nullus, ob defectum formæ, hãc
nullitatem iuramentum non ſanat *Bar. in l.*
ſi quis pro eo nu. 14. *ff. de fideiuſſor. Imol. in c.*
cum contingat nu. 74. *de iure iurand.* ratio eſt
55 in promptu, quia † actus habens defectum in
forma caret conſenſu *Doct. in l.* 1. *§. ſi quis ita*
ff. de verb. oblig. ſignanter *Io. Crot. nu.* 44. &
Lancel. Galiaul. nu. 19. & *nu.* 21. hoc ſenſit
Bar. in l. nemo poteſt. in 1. *oppoſit. ff. de leg.* 1.
dicendo, quod, qui facit actum non ſeruata
eius forma, dicitur velle, & non velle facere
actum, & ita non adeſt deliberatus conſen-
56 ſus: quo † deficiente nihil operatur iuramen-
tum *l. fin. C. de non numerat. pec. Bal. cõſ.* 349.
ſub nu. 6. *in* 3. & *conſ.* 250. *in fin. in* 5. *Aret.*
conſ. 24. *nu.* 5. *Decian. conſ.* 39. *nu.* 81. *in* 2.

57 Nec obſtat, quod iuramentum efficit, vt,
ſi id, quod agitur, non valet eo modo, quo
agitur, ſaltem valet eo meliori modo, quo
poteſt *l. cum pater §. filius matrem ff. de leg.* 2.

58 Quia vltra ea, quæ inferius dicentur ad
clauſulam *omni meliori modo*, dico, quod ver
ſamur in actu pendente à voluntate votis,
agiturque de eius totalitate .i. de tollendo
in totum teſtamentum, & ſi daretur reuoca-
tio teſtamenti ſine expreſſione cauſæ, *quia*
quis vult decedere inteſtatus inter eam, &
aliam reuocationem eſſet differentia in
modo conſtituendi, quibus tribus concur-
rentibus tenet *Bar.* quod, ſi id, quod ago, non
valet, prout ago, nec valet, vt valere poteſt
in l. 1. *§. ſi quis ita ſub nu.* 5. *ff. de verb. oblig.* al-
legando *l. non codicillum C. de teſtament.* &
eum communiter ibi ſequuntur *DD.* licet du-
bitem, an *lex non codicillum* id probet, ita
hoc caſu non operabitur iuramentum, vt va-
leat reuocatio, prout valere poſſit, quia re
vera alio modo valere non poteſt.

59 Nec obſtat, quod iuramentum ſuppleat
defectum cauſæ, ob quem aliàs actus non
operaretur, ex latè congeſtis à *Seraph. priui-*
leg. 94.

60 Quia reſpondetur, loqui *Seraph.* quando
ad actum erat aliqua cauſa in genere neceſ-
ſaria, ſi interponatur iuramentũ, quia illud
arguit deliberatũ, & determinatũ cõſenſum,
vel ex eo præſumitur aliqua cauſa, vel ipſum
ſeruit pro aliqua cauſa, ideò per illud ſuſtine-
tur actus, ſed quãdo pro forma actus requiri-
tur in indiuiduo talis cauſa, vt eſt in propo-
ſito, *quia vult decedere inteſtatus*, quod iuramẽ-
tũ operetur hanc indiuiduã cauſam, hoc non
dicit *Seraph.* nec vlibi (quod credam) legitur,
quia minimè verum eſt, & contra illam pro-
poſitionem, quod iuramentum non ſanat a-
ctum nullum ob defectum formæ.

Illud

Illud verò, quod dicitur de clauſula, *omni meliori modo*, vel à iuramēto ſubintellecta, vel expreſſa, & ipſum negocium non facit.

61 Etenim procederet effectus huius clauſulæ, quando daretur alter modus, ex quo per aliam viam reſultaret idem effectus, vt contingit, quando teſtamentum valet in vim codicillorum, vel directa ſubſtitutio valet in vim obliquę, per alium modū impletur eo meliori modo, quo poteſt teſtatoris voluntas, ſed in noſtrò caſu nō datur alius modus, quo poſſit, nec directè, nec indirectè reuocari teſtamentū deficiente ſemper illo requiſito neceſſario, vt adſit aliquis, qui adeundo confirmet ademptionem, cum enim ad modum reuocandi teſtamentum ex ſimplici manifeſtatione voluntatis ſe reſtrinxerit teſtator, clauſula *omni meliori modo* nihil operatur, niſi in modo expreſſo, hoc eſt ſi ille modus poteſt valere magis, & minus efficaciter, vt amplectatur modus efficacior, non autem ſi non poteſt valere eo modo, vt alio diuerſo modo valeat *Ros. deciſ. 107. ſub n. 4. verſ. (non obſt.) in 1. parte nouiſſimarum* Et dato, quod alius reperiretur modus reuocandi teſtamentum per ſimplicem pænitentiam abſque eo, quod fieret noua diſpoſito, oporteret videre, an hæc clauſula eſſet concepta cum copula, an ſine copula, iuxta tradita à *Rota deciſ. 329. nu. 3. p. 1. & deciſ. 108. nu. 5. p. 2. nouiſſ.*

Additur præterea, quod ſaltem ope exceptionis erit reuocatum primum teſtamentum ex *Aret. in §. ex eo ſub nu. 2. verſ. (ſed Salic.) Inſ. quibus mod. teſt. infirm. Salic. in l. ſancimus ſub nu. 3. verſ. (quia attende) C. de teſtament. Corn. conſ. 39. ſub nu. 5. verſ. (Salic. autem) in 2.*

62 Sed nec iſtud obſtat, quia *Aret.* ſimpliciter refert *Salicetum*, & *Salicet.* hoc dicit dubitando *Corn.* ſimpliciter refert ita ſenſiſſe *Salicetū*, cui nec erat neceſſaria opinio *Saliceti* ad fundandam conſultationem ſuam, quia in eius caſu expreſsè dixerat teſtator ſe velle decedere inteſtatus, vt ipſe *Corn. ibi ſub nu. 3.* animaduertit, & in hoc vim facit, & non in ſingulari opinione *Salic.* Et quicquid ſit alias probaui pro *Bar.* ſtare communem opinionē nullo modo reuocari teſtamentum, niſi expreſsè reuocans dicat velle decedere inteſtatus. Et hæc quoad dubia concernentia reuocationem teſtamenti dicta ſufficiant.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Statutum Bononiæ, ſub Rub. *Quomodo, & qualiter forenſibus agentibus ius reddatur* latè declaratur.

SVMMARIVM.

1 S*Tatutum Bonon.* quomodo, & qualiter forenſibus &c. *habet locum ad excluſionem forenſis, quando fundaret intentionem ſuam in ſtatutis Bonon. non quando in iure cōmuni.*

DD. hoc tenentes recenſentur nu. 5.

Hoc ſtatutum nedum eſt ad fauorem ſubditorū, ſed etiam forenſium nu. 14.

Illudq; poteſt ſolum obijcere fiſcus, ad quem bona peruenerunt nu. 16.

Nec de eo poteſt obijcere ille, de cuius intereſſe manifeſtè non conſtet nu. 17.

Non cōprehendit forenſem, qui ſe offert ad ciuilitatem nu. 19.

Taleque ſtatutum non eſt Bononiæ vſu receptum num. 18.

Eoq; non obſtante, forenſi in ſtatuto datur immiſſio ex remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. *nu. 23.*

In quo admittitur quidem exceptio incapacitatis, ſed quæ prouenit à iure communi nu. 24.

Huic ſtatuto dicuntur ineſſe ſtatuta aliarum ciuitatum forenſes excludentia nu. 25.

2 *Statutū excludens Clericos à beneficio iuris communis vti contra libertatem eccleſiaſticam eſt inualidum.*

Secus ſi excludat à beneficio ipſius ſtatuti nu. 3.

4 *Statuta interpretantur, vt minus corrigant ius commune.*

Et ceſſant ceſſante eorum ratione nu. 20.

6 *Statuta excludētia forenſes ab acquiſitione ſacta ſunt, vt facilius onera exigantur.*

Quod intelligitur de perſonalibus, quia realia etiam à forenſibus exiguntur nu. 7.

Sed perſonalia ſolum ab habitatoribus nu. 8.

9 *Quis forum ſortitur in loco domicilij, non in loco originis, niſi ibi inueniatur, & ita ſecundum quid.*

Forum enim domicilij potentior eſt, & magis ſpectandus nu. 10.

11 *Si quis poſſit conſiderari vti Mediolanenſis, & Placentinus, & vti Mediolanēſis poſſet acquirere, talis iudicabitur.*

12 *Quando perſona conſideratur propter bona, attenditur ius domicilij, non originis.*

13 Conſtitutio Mediolanenſis Collegijs *non prohibet acquirere forenſibus, niſi illorum locorum, vbi viget ſimile ſtatutum prohibens acquiſ-*

Digitized by Google

quiſitionem forenſibus.

Dicta Conſtitutio *non valet quoad ſucceſſionẽ ab inteſtato, quia verba ſunt in perſonam forenſium non in rem num.* 15.

22 *Dictio* Etiã *implicatiua repetit qualitates præcedentes.*

RESPONSVM LVIII.

Reuerende Pater.

STatutum Bonon. *Quomodo, & qualiter forẽſibus agẽtibus ius reddatur* non obſtat D. Druſiano prætendenti ſuccedere ex fideicommiſſaria ſubſtitutione, & ab inteſtato reſpe-
1 ctiuè: Primo, † quia quatenus d. ſtatutum diſponit, vt forenſi illud ius reddatur, quod redderetur Bononienſi in foro forenſis, id eſt ad excluſionem beneficij ſtatuti, quando ſcilicet vellet forenſis fundare intentionem ſuam in ſtatuto Bononienſe, non poſſet, niſi quatenus doceret, idem ius ſeruari in ſuo foro cum Bononienſi, non verò ad excluſionem beneficij iuris communis, Quod colligo primò ex eo, quod vult, vt forenſis probet, quod ius redderetur Bononienſi in ſuo foro, quæ probatio eſt neceſſaria, dum forenſis vti vult ſtatuto Bonon. at dum vult vti beneficio iuris communis, non eſt neceſſaria, quia præſumenda eſt obſeruatio iuris communis, quatenus contrarium non probetur, & fruſtra expectaretur probatio à forenſi agente, qui nunquam contra ſe probaret tenorem ſtatuti ſuæ ciuitatis; hoc enim caſu potius eſſet reo iniunctum onus probandi, in foro actoris ſe non admitti ad beneficia iuris communis.

Secũdo id probatur, quatenus ſubijcitur, nõ facta probatione ab actore ius reddi ei ſecundum formam iuris ciuilis ſi laicus, & Canonici ſi Clericus, quaſi dicatur, non reddi actori non facta probatione ius ſecundum formam ſtatutorum, ſed ſecundum ius ciuile commune, niſi quatenus conuentus putaret ei commodius eſſe ius ſtatutarium reddi non ius cõmune, quia tunc nõ redderetur ius commune.

Tertio in §. *declaramus*, ſupponitur Mutinæ extare ſtatutũ tollens ciuibus Bononienſibus poſſe de iure communi emere à Mutinẽſibus, & expreſsè diſponitur, vt Mutinenſis nõ poſſit emere à Bononienſi, ſi ſtatutum dum vult, vt idem ius reddatur, ſentiret ad excluſionem remedij iuris communis, non neceſſe fuiſſet in ſpecie addere de Mutinenſibus: quia caſus ſatis fuiſſet ſub eodem ſtatuto comprehenſus exprimit igitur; quia ſupra intellexit, idem ius reddi ad excluſionem beneficij ſtatuti.

Quarto ſtatutum expreſsè etiam includit
2 clericos forenſes, ſi † excluderet à iure communi, eſſet inualidum, vti contra libertatem eccleſiaſticam diſponẽs vltra poteſtatem ſtatuentium *c. cum terra de elect. Dec. in c. eccleſ. S. Mariæ nu.* 3. *Felin. nu.* 68. *de conſtitut. Alex.*
3 *conſ.* 211. *nu.* 7. *in* 2. ſecus † excludendo tantũ à beneficijs ipſius ſtatuti *Alex. conſ.* 115. *ſub nu.* 8. *in* 7. *& in conſ.* 209. *ſub nu.* 13. *in* 2. & ibi *Natta in add. in verſ. (ius commune)* alios allegat: credendum ergo eſt ſtatuentes id voluiſſe, quod potuerunt etiã reſpectu clericorum, quos ſub ſua diſpoſitione incluſerũt vna cum laicis, aliàs reprehendendi eſſent contra *l. Saluius Ariſto. ff. de legat. præſtand.*

4 Quinto accedat, † quod ita interpretando minus corrigitur ius commune, contra interpretando magis, & vulgare eſt, ita interpretari ſtatuta, vt minus corrigant *l. quod vero cõtra, & l. ſeq. ff. de legib. Angel. conſ.* 158. *nu.* 2. *Cacheran. deciſ.* 21. *nu.* 12.

5 Sexto id ſuadetur, quia ita intelligenda eſſe huiuſmodi ſtatuta ſenſit *Aſin. de execut.* §. 1. *c.* 75. & in ſtatuto Bononiæ *Alex. d. conſ.* 209. *nu.* 12. *in* 2. *Rim. ſen. conſ.* 314. *num.* 49. *in* 2. *& Paul. conſ.* 156 *num.* 2. *in* 1. cuius authoritas in hoc magnifacienda eſt, cum ipſe (vt dicitur) fuerit vnus ex compilatoribus noſtrorum ſtatutorum.

At dato, quod intelligeretur ſtatutum ad priuationem iuris communis, (quod non pu-
6 to) adhuc non eſſet in caſu, quia † ratio ſtatutorum exludentium forenſes ab acquiſitione eſt, ne bona tranſeant ad eos, qui alibi onera ſubeunt, & vt facilius onera exigantur *Doct. in l. filius familias* §. *Diui ff. de leg.* 1. vbi *Ripa* poſt
7 alios *nu.* 80. *Alba conſ.* 218. *nu.* 5. *in* 2. & † id neceſſario intelligitur de oneribus perſonam concernentibus, cùm alioquin concernentia rei, etiam à forenſibus exigantur *Bertach. de gabel parte* 7. *q.* 7. *Purpurat. conſ.* 539. *nu.* 8. *in* 2. *Theſaur. deciſ.* 149. *ad fin. Magon. deciſ. Flo-*
8 *rent.* 66. *nu.* 9. ad † onera autem perſonam concernentia tenetur quis in loco habitationis, ibi. n. conuenitur, & ibi exigitur *Bald. conſ.* 139. *in* 1. *Caſtr. cõſ.* 455. *n.* 1. *& ſeqq. in* 3. ergò cũ in propoſito Druſianus habitauerit Panormi, licet originem habeat Grauedone, ratione ſubiectæ materiæ, de qua agitur non erit ſpectandum, quod ius ſeruetur Mediolani, ſed ſpectandum erit ius Panormi, quod in dubio intelligetur conforme iuri communi, vt

ſo:

Digitized by Google

forenſis acquirere, & ſuccedere debeat, donec
oſtendatur contrarium, *Paul. d. conſ. 156. ſub nu. 2.* quod à parte adhuc non fuit oſtenſum.

Addo, ſtatutum in §. *dicimus etiam*, in quo
loquitur, quando forenſis acquirere vult, di-
cere, ei ſeruari ius, quod Bononienſi ſeruare-
9 tur in foro illius forenſis, ſed † D. Druſianus
habitans Panormi, licet Grauedonæ oriundus
habet forum, vbi habitat, non in loco originis.
niſi ibi inueniatur *l. hæres abſens in princ. ff. de
iudic. Bart. in l. aſſumptio §. filius ſub nu. 2. verſ.
(ſed Iacobus) & ad finem verſ. (quarto caſu) ff. ad
municip. Paul. in l. 2. §. legatis nu.* 3. & ita abſo-
lutè in loco originis non habet forum, niſi ſe-
cundum quid, ſed tantum in loco domicilij
Laderch. conſ. 74. ſub num. 7. verſ (tertiò reſpon-
10 *deo)* etiam † forus domicilij potentior eſt, &
magis ſpectandus, vt poſt *gloſ. Bal. Alex. & Al-
ciat.* ſcripſit *Rim. iun. conſ. 353. num. 51. & ſeq.
in 4.* ſeruandum igitur eſſet ius Panormi, &
non Mediolani, & licet ſtatutum loquatur de
foris in plurali, tamen id ratione forenſium,
vel non ſubditorum, de quibus in plurali di-
ctum fuit: Ad huius argumenti confirmatio-
nem maximè conferunt duæ propoſitiones,
de quibus *Pet. Ant. Anguiſſol. conſ. omnium vlt.*
11 *nu. 7.* quarum vna eſt, ſi † quis poſſit conſidera-
ri Mediolanenſis, & Placentinus, vti Mediola-
nenſis non poſſit acquirere, vti Placentinus
poſſit, ſpectabitur qualitas, quod ſit Placenti-
nus, quia per eam minus ius commune lædi-
tur, ex qua propoſitione ſequitur, vt in hoc ca-
ſu non ſit Druſianus iudicandus Mediolanen-
ſis, ſed Panormitanus: Altera propoſitio Quã-
12 do † perſona non conſideratur propter ſe, ſed
propter bona vt hìc, dum agitur de excluden-
do forenſi à bonis, ſi diuerſum eſt ius originis,
& domicilij, ſeù incolatus, ſpectatur ius inco-
latus: videatur ipſe *Anguiſſol.* qui allegat *Bal.
Soc. & Ruin.* vt per eum.

13 Quando etiam ſpectãdum eſſet ius Medio-
lanenſe (quod non creditur) dicitur quod Me-
diolani cũ ciue Bononienſi nõ ſeruaretur *con-
ſtitutio Collegij*, & Bononienſes Mediolani ſuc-
cedere, & acquirere poſſent, ergo & Mediola-
nẽſes Bononiæ acquirent; Id deduco ex eo,
quo Mediolani extat ſtatutum, de quo apud
*Carpan. in 2. tomo c. 179. & Rim. conſ. 151. nu.
83. cum ſeq. in 2.* quod diſponit, vt in cauſis e-
tiam quoad deciſoria forenſibus ſeruetur illud
ius, quod Mediolanẽſibus apud forenſes ſerua-
retur, quo ſtatuto fit, vt decretum *collegij* non
ſeruetur, niſi cum illis qui ſimilem conſtitutio-
nem haberent, ſimilem conſtitutionem non
habent Bononienſes, imò ex eo, quod vetatur
forenſibus acquirere propè confinia per tria
milliaria, vltra permittitur, vel non prohibe-
tur acquiſitio *in ſtatuto de prohibit. alienat.* &
expreſsè permittitur acquiſitio per ſucceſſio-
nem, ergo ipſi Mediolani poſſent acquirere
non obſtante prædicto decreto, ſi igitur hìc
Mediolanenſi ſeruãdũ eſt ius, quod ſeruaretur
Bononienſi, ipſe capax eſſet acquiſitionis, erit
etiam Mediolanenſis hìc capax, & non obſta-
14 bit decretum *collegij*. Non † n. dubitandũ eſt,
quin ſtatutum, quod idẽ ius forenſi &c. proce-
dat nõ ſolum ad cõmodum ſubditorũ ſtatuto,
ſed &ẽ ad commodum forenſium *Rim. ſen. conſ.
314. nu. 49. in 2.* Poterit ergo Mediolanenſis
dicere, mihi eſt ſeruandum ius, quod tibi Bo-
nonienſi ſeruaretur Mediolani, ſed tibi Bono-
nienſi Mediolani non inhiberetur acquiſitio,
ergo nec mihi inhibenda.

15 At vbi etiam per ſtatutum noſtrum, dictum
decretum intelligeretur factum Bononiæ ad
excluſionem Mediolanenſium (quod ſemper
inficior) reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato nõ
valeret, quia eius verba directa ſunt ad foren-
ſes, eos excludendo à beneficio iuris commu-
nis, dũ in fine d. decreti dicitur *eo amplius ſan-
citũ eſt, quod non ſubditi huic dominio alicui ſub-
dito ab inteſtato ſuccedere non poſſint, Alex. conſ.
44. in 5. Ceph.* qui alios allegat *conſ. 161. n. 10.
& 11. in 2.* quicquid eſſet, ſi etiã diſponeretur, vt
bona ab inteſtato nõ peruenirẽt ad nõ ſubditos.

16 Sed ſi demus validitatem decreti, rectè ſcri-
ptum eſt, Albonium non poſſe illud obijcere,
ſed ad fiſcum pertinere, ad quem bona perue-
niunt *Marchabrun. conſ. 109. nu. 2. & ſeq. Ceph.
conſ. 700. nu. 26 in 5. Surd. conſ. 48. ſub nu. 19.
verſ. (quinto reſpondeo) in 1.* qui loquitur in ca-
ſu, in quo opponens prætendebat iure proxi-
mitatis ſucceſſionem remoto eo, cui oppone-
batur ſtatutum *Pereg. conſ. 19. nu. 25. in 3.* qui
loquitur quando opponens erat poſſeſſor, & à
dictis iſtorum colligitur reſponſio ad ea, quæ
dicuntur circa hoc in vltima informatione pro
17 Albonio. Et † maximè hæc procedunt in caſu
noſtro, in quo Albonius concludenter non
probauit ſe cognatum Ioannæ, nec probauit
ſe cognatum in tali gradu, in quo poſſit præ-
tendere ſucceſſionem, de cuius intereſſe cum
manifeſtè non conſtet, non poteſt dare de ſta-
tuto prohibente acquiri forenſi *Menoch. conſ.
165. nu. 13. in 2.*

18 Tandem omnis difficultas ex eo tollitur,
quod in hac ciuitate notorium eſt, non eſſe
vſu receptum, vt forenſes non acquirant, nam
ex conſilijs *Ceph. Rim. iun. Bertazol. Laderch.
& aliorum* conſtat, ſtatuta excludentia foren-

ſes extare Mutinæ, & Ferrariæ, & tamen Ferrarienſes, & Mutinenſes immobilia tenent in territorio Bononienſi, non ergo poterit dici, per allegatum ſtatutum Druſianum eſſe excluſum plenè *Surd. 4. conſ. 48. nu. 11. in 1.*

19 Non etiam diſplicet fundamentum illud pro nobis adductũ, ſcilicet dato, quod principalis noſter non poſſet acquirere bona in agro Bononienſi, id procederet, quando nollet profiteri hic ciuilitatem, & vellet bona retinere, tunc enim intraret ratio ſtatuti prohibentis, de qua ſupra, ſed quando forenſis offert ſe ad ciuilitatem, vel offert bona alienare, non intrat ſtatutum, nedum, quia de hoc ſunt deciſiones in terminis allegatæ ab alijs, qui cauſæ patrocinantur, quibus poſſet addi *Cornazan.*
20 *deciſ. Lucenſ. 10. nu. 13.* ſed † etiam, quia ceſſat ratio ſtatuti de difficultate exigendi onera, & ideò conuenit; vt & diſpoſitio ſtatuti ceſſet *c. cum ceſſante de appellat. Fulgoſ. conſ. 19. nu. 2.*
21 *Din. conſ. 49. nu. 1.* præcipuè, quia † licet ex huiuſmodi ſtatuto reſultet cõmodum publicum ſecundariò, eſt tamen communiter receptum, illud eſſe odioſum, & quo magis fieri poteſt ſtrictè interpretandum *Fulgoſ. conſ. 215. ſub nu. 2. verſ. (cum namque) Beroi. conſ. 48. nu. 12. & 13. Ceph. conſ. 13. nu. 3. & conſ. 53. nu. 2. in 1. & conſ. 526. nu. 22. in 4. Cornazan. d. deciſ. Lucẽſ. 10. nu. 13. & ſeq.* etiam quod adſint aliqui, qui contrarium teneant, qui allegantur in vltima informatione Albonij.

Placet etiam, non intrare ſtatutum Bonon. quia non fuit ſtatutus terminus Druſiano ad probandum, quod ius Mediolani ſeruaretur, optimè, & in puncto *Rim. iun. conſ. 501. nu. 30. in 5.* Illa enim qualitas aſſignationis termini licet legatur tantum in principio ſtatuti etiam reperita intelligitur in verſ. *dicimus etiam*, qui
22 cum implicatiuè veniat ad præcedentia, vt denotat dictio, *etiam*, intelligetur qualitatibus præcedentibus repetitis *l. auia in princ. & ibi gl. ff. de condit. & demonſtr. Bart. in l. Seio §. Caio ff. de fund. inſtruct. Iaſ. in l. legato generaliter nu. 11 ff. de leg. 1.* Nec obſtant illa verba *ſi placuerit tali ciui*, quia ponunt in poteſtate ciuis, id obijcere, ſed quando voluit obijcere, non negant, quin ſeruentur qualitates, de quibus ſupra.

Ex prædictis res certa eſt pro parte no-
23 ſtra, & vbi dubia eſſet requirens iudicis indaginem (quod ſemper negatur) non obſtabit in iudicio *l. fin. C. de edict. D. Adr.* in quo tantum attenditur, an in teſtamento non abolito, & cancellato, quis ſit vocatus, & nihil præterea,
24 & † ſi admittitur exceptio incapacitatis, id procedit, quando prouenit incapacitas ex iure communi, quod eſt ſemper certum, vt quando diceretur inſtitutum eſſe ſpurium, bannitum, vel ex delicto inteſtabilem, ita *Menoch.* loquitur in *remedio quarto adipiſcendæ q. 89.*

Nec prædictis obſtat, quod aliqua ex fundamentis noſtris procedant, quando diceretur Druſianus excluſus, quia forenſis, ſed hic agitur de eo excludendo, quia in loco ſui fori Bo-
25 nonienſis non admitteretur, vt ſcripſit D. Aduocatus Albonij.

Hæc enim (ni fallor) eſt differentia verbalis, quia ſtatutum, *quod idem ius &c.* facit, vt ſtatuto noſtro inſit ſtatutum Mediolanenſe excludens forenſem *Bimius conſ. 292. nu. 16. in 3. Decian. conſ. 2. nu. 95. & ſeq. in 2.* ita ſemper dicetur excluſus D. Druſianus, quia forenſis. Hæc pauca iuncta cum illis, quæ alij ſcripſerunt ſatis puto iuſtitiæ huius cauſæ ſuffragari *anno 1611.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

De intellectu Statuti Bononiæ *De ſucceſſione liberorum patre, vel matre &c. morientibus ab inteſtato §. Item ſtatuimus*, & præcipuè an locum habeat in dote data.

Ex quibus dicatur, teſtatorem voluiſſe directò ſubſtituere in terminis eiuſdem ſtatuti.

SVMMARIVM.

1 Statutum Bononię de ſucceſ. liber. &c. cond. teſtam. §. Itẽ ſtatuimus *permittit* ſubſtituere *filiabus etiam directè poſt aditam hæreditatem ideo, quod excedit dotes, & n. ſeqq.* 3
Idem ſtatutum *habet locum in dote deſtinata, nõ in data nu. 4.*
Contrarium defenditur nu. 7. & ſeqq.
Cui non contradicit Surd. conſ. 45. *vid. nu. 14.*
Et quatenus eſſet intelligendum ſolũ de dote deſtinata, ſufficeret tempore teſtamenti non fuiſſe datam. ſed deſtinatam nu. 5.
Quia ſufficit, qualitatem adeſſe tempore actus num. 6.
Idem ſtatutum *præiudicat legitimæ nu. 41.*
Intellectus verſicul. (In dote autem data) d. § Item ſtatuimus *num. 8.*
9 *Dictio* autem *eſt aduerſatiua.*
Retentis tamen præcedentibus qualitatibus n. 10.
11 *Statuta interpretari debent, vt prouideant in caſu magis dubitabili.*
Alias eſſent reprehendendi ſtatuentes, quod non eſt dicendum num. 10.
13 *Verbum præteriti temporis ſignificat actum receſſiſſe à tempore verbi.*

13 Le;

15 *Legitima non continetur ſub generali ſermone.*
Maximè, quando tractatur de ea oneranda num. 16.
Etiam, quod ſubſtituatur in tota hæreditate num. 17.
Quia legitima eſt quota bonorum, non hæreditatis num. 18.
Ea tamen continetur ſub directa ſubſtitutione, quæ omnia bona complectitur n. 37. & ſeqq.
19 *Voluntas colligitur ex verbis.*
20 *Subſtitutionem eſſe directam colligitur ex verbo* ſubſtituo *quod licet ſit commune, tamen ſit interpratatio, vt ſubſtitnũ ſit directè, quando qualitas perſonæ non repugnat nu. 21.*
Quia ſubſtitutio directa eſt fauorabilior, fortior, & dignior obliqua nu. 24.
Quæ interpretatio fit etiam, quando ſtatutum permittit ſubſtituere directè nu. 22.
Quia ſtatuta recipiunt paſſiuam interpretationem à Iure communi nu. 23.
Maximè quando ratio Iuris communis viget in ſtatuto nu. 24.
Ita, ſi ſtatutum extẽdat ætatẽ pupillarem vſque ad vigeſimum quintum annum vſq; ad illam ætatẽ poterit fieri ſubſtitutio pupillaris n. 26.
Item ſubſtitutionem eſſe directam, colligitur ex dictione ex nunc *nu. 27.*
Quæ intelligitur ipſo Iure *nu. 28.*
Hoc eſt ſine petitione, & ita iure directo nu. 29.
Pariter oſtendunt, eſſe directam verba illa in tota hæreditate *nu. 30*
Et quando teſtator infra dicit, ſe ſubſtituere directè, vt ſupra *nu. 31.*
Sicuti quando dicit, velle ſubſtitutionem ſuam ſortiri effectum abſq; aliqua detractione, vel diminutione nu. 32.
Et quando ſubſtituit directè minus dilectum, credendum eſt etiam ita ſubſtituere magis dilectum nu. 33.
Pariter verbum inſtituit *ſignificat ſubſtitutionem directam nu. 34.*
Et vocatio facta pro conſeruatione familiæ creditur directa, quando per directam magis familiæ conſultum eſt nu. 35.
33 *Primo vocatus dicitur magis dilectus.*
36 *Per diuitias familiæ conſeruantur.*
38 *Subſtitutio pupillaris comprehendit omnia bona pupilli.*
Et directa militaris omnia, quæ à patre miles habuit, etiam comprehenſa legitima nu. 39.
42 *Dos data à patre filiæ præcipuè in articulo mortis imputatur in legitimam.*
43 Statutum Bonon. de dotib. reſtit. §. Inſuper etiam *habet varios ſenſus.*
Intellectũ Alex. conſ. 117. in 6. *ſequitur Auctor num. 44. & ſeqq.*
Qui intellectus vſu receptus eſt num. 49.
Reprobantur intellectus Ruini nu. 46. & ſeq.
Cæpolæ nu. 50.
Et Gozadini nu. 51.
45 *Extenſio fit retentis iiſdem qualitatibus.*
47 *Expreſſio eius, quod frequentius contingit, non excludit id, quod minus frequenter euenit.*
48 *Relatio fit ad omnia præcedentia.*

RESPONSVM LIX.

Auſpice Chriſto.

QVæ indagandæ veritatis gratia proponuntur dubia à Dominis Arbitris cognoſcentibus cauſam inter D. Vincentium Almericũ hæredẽ teſtamentarium D. Margaritæ Turrinæ, & D. Iacobum Philippum filium D. Dominici Turrini ſubſtitutũ ipſi Margaritæ ab eius patre circa deductiones, videntur mihi reſoluenda in fauorem ipſius Iacobi Philippi, ſcilicet, quod ſubſtitutio, qua vocatus eſt, ſit directa, & proinde, nullã admittat deductionem: Hoc oſtendo ordine propoſito in ipſis dubiis,
1 ſcilicet† prius tractãdo de poteſtate: Qiuicquid ſit de iure communi, extat ſtatutum *de ſucceſſ. lib. patr. vel matr. vel aliis aſcend. defic. condit. teſt. in §. item ſtatuimus* quo permittitur parẽtibus ſubſtituere filiabus quocunq; modo ſubſtitutionis in eo, quod excederet dotes, quas pro eis deſtinaſſent, vel deſtinarent, vel quæ veriſimiliter deberent deſtinari, quo ſtatuto videtur ſatis fundata intentio Iacobi Philippi, quod D. Antonius Maria Turrinus vltra dotes potuerit Margaritæ filiæ etiã puberi poſt aditam hæreditatem ſubſtituere directè: nõ enim poſſũt verba intelligi de vulgari, quia ſeruiret ſtatutum de vento, cum illa poſſi: cuicunque fieri, nedum in eo, quod excederet dotes, quæ poſſent deſtinari, ſed indiſtinctè in omnibus bonis, ex quibus etiã eſſet dos deducenda, & id oſtendunt illa verba ſtatuti *videlicet in caſu non exiſtentium liberorum, etiam ſi dotes minus quam legitima ſibi debita fore reperirẽtur* in
2 vulgari enim non conſideratur, an quis deceſſerit cum liberis, vel ſine, ſed tantum, an adierit *l. poſt aditã C. de impub. & al. ſubſtit.* nec
3 habetur ratio legitimæ, cum ſecundus gradus vulgaris ſubintret in locum primi gradus inſtitutionis, & immediatè ſuccedatur teſtatori, adeò vt à ſecundo gradu teſtamentum incipere dicatur *Inſt. de vulg. ſubſtitutione*

in princ.Bar.& alij in l.1.ff.de vulg.& pupil. Et ideò neceſſarium eſt intelligere, quod poſſit pater quocunq; modo ſubſtituere poſt aditam hereditatem.

4 Dicitur autem hoc ſtatutum procedere tantum in dote deſtinata, non in data inter
5 viuos, cuius † ſtatuti ſuppoſito non verificato infertur non intrare eius diſpoſitionẽ *gloſ.in l. mancipia C.de ſeru. fugit.Surd.conſ.45.n.20.& conſ.150.num.78.in 1.& deciſ.39.num.1.& deciſ.276.nu.1.* quod dicitur non verificari in caſu noſtro; quia dos non deſtinata, ſed data fuit, & aſſignatur ratio differentiæ inter caſum datæ, & deſtinatæ dotis.

5 Cui motiuo reſpondetur, primo tempore facti teſtamenti, & ſubſtitutionis non fuiſſe datas, ſed tantum deſtinatas dotes, vel fuiſſe in ſtatu, in quo poterat conſiderari, quæ veriſimiliter deſtinari poterant, cum datio dotis ſecuta fuerit poſt teſtamentũ, & codicillos, vi-
6 deturq; † ad validitatẽ ſubſtitutionis ſufficere qualitatem adeſſe tempore, quo fit ſubſtitutio iuxta regulã *l.in delict.§.ſi extraneus ff.de noxal. act.l.ex facto §. ſi quis antẽ ff.ad Trebel.cũ vulg.*

7 At dato, quod tempore teſtamenti dos data fuiſſet, animaduertẽdum eſt, præſuppoſitum ſtatuti in eo præcipuè non conſiſtere, quod potius deſtinata, quam data eſſet dos, ſed in eo, quod perſona, cui ſubſtituitur ſit capax dotis, tunc in eo, quod excedit dotes deſtinatas quælibet ſubſtitutio fieri poterit; putant enim ſtatuentes, ſatis conſultum eſſe filiabus, ſi habent dotem liberam, & quia nõ minus conſultum eſt per dotem datam, quam per deſtinatam, imò melius, ideò *Monterent.* rectè interpretatur, idem eſſe, quando dos data eſt, & cum eo tenet etiam *Io.Crot.conſ.35.ſub nu 28. ibi (& ratio quare) & ad finem nu. 51.in t.* ſentiens, quoad hoc ſtatutum, cõfundi dotem datam cum deſtinata, ideò reſpondet, per dictum *verſ.* loquentem de dote data prohibitam etiam eſſe ſubſtitutionem in dote deſtinata conferunt, & ſcripta à *Barbat.conſ.91.in 4.* qui pluribus probat confundi dare, & deſtinare dotẽ, adeò vt in datione verè poſſit dici verificatum
8 præſuppoſitum deſtinationis. Et quod vera hæc ſit illius ſtatuti intelligentia ego ita probo, venit enim *verſiculus (in dote autem)* loquẽs de dote data aduerſatiue ad præcedentia, dum
9 negat poteſtatem ſubſtituendi, vt † oſtendit illud aduerbium; *autem*, quod eſt aduerſatiuum *gloſ.2.in l.hoc amplius §.1.ff. de dam.infect.Iaſ. in l.2.§.ex contrario nu.6 ff.de acquir.poſſ.* Aduerſari autem poteſt duobus modis, aut ratione dotis datæ, & deſtinatæ, ſcilicet vt ſubſtitui non poſſit in dote data, licet ſecus ſit in deſtinata: aut ratione exceſſus, ſcilicet quod licet ſubſtitui poſſit in exceſſu, ſubſtitui tamen non poſſit in dote, primo modo non poteſt aduerſari, quia repugnaret ſtatuto, quod permittens ſubſtituere in exceſſu dotis, etiam ſi tangeret partem legitimæ, negat ſubſtituere
10 in dote deſtinata: ſecundo † modo ſi aduerſatur, neceſſe eſt, vt aduerſetur retentis qualitatibus præcedẽtibus, ſcilicet etiam dotis deſtinatæ *l.mariti §.fin.& ibi gl.& Bart.nu.3 ff.ad l. Iul.de adulter.Carn.conſ.286 ſub n.10.in 1.Nat. conſ.570.nu.8.* cũ & deſtinata quantũ ad deſtinantẽ ſatis data dicatur, & ita sẽper verũ erit, ſiue data, ſiue deſtinata ſit dos, ſemper licere ſubſtituere in exceſſu: Preterea, ſi hoc ſtatutũ prohibens ſubſtituere in dote data, nõ ſupponeret, poſſe ſubſtitui in exceſſu, ad quid addere, in dote data nõ poſſe ſubſtitui, de hoc nõ erat dubitandũ, ſi in dote deſtinata non poterat ſubſtitui, fortius non poterat ſubſtitui in data, de eo autem poterat dubitari, an quemadmodum ſubſtituitur in exceſſu dotis deſtinatæ, ita poſset ſubſtitui in exceſſu dotis datæ, ſi non poſſet (vt ex aduerſo prætẽditur) ſtatuentes expreſſiſſent caſum minus dubita-
11 bilem, & tacuiſſent magis dubitabilem, quod cum minimè dicendũ ſit (id enim eſſet ſtatuẽ-
12 tes reprehendere) *l.Saluius Ariſto ff.de legat. præſtand.* ſemperq; † fit interpretatio vt fuerit prouiſum caſui magis neceſſario *c. cũ in iure, & ibi Abb.in c.not ab.de offic.delegat.Aym.conſ. 830.nu.11.Menoch.conſ 30.n.9.Signarol.conſ. 21.n.4.* oportet dicere in exceſſu intelligi datam poteſtatem ſubſtituendi, nõ minus in dote data, quã in deſtinata: Imò iuncto fine dicti ſtatuti cũ præcedentibus, dũ dicitur *in dote autem data, & eius augmento ſubſtitutio aliqua non procedat,* ſignificatur vltra dotem, & augmentũ quemcunq; modum ſubſtituendi procedere, vt in præcedentibus, & ita ſuppoſitum ſtatuti non eſt tantum in dote deſtinata, vt dicitur in dubijs, ſed etiam in data.

Nec ratio diuerſitatis ſubtiliter adducta in dubijs penes me plurimum momenti habet, quod dos data fiat mulieris, & quod nõ videatur aliquid habere à patre, ideò quod non liceat ei ſubſtituere abſolutè in exceſſu dotis, ſecus verò in dote deſtinata, quam filia habuit à patre, & maximè, quia hoc ſecundo caſu filia habet aliquam partem legitimæ liberam ab onere ſubſtitutionis, ſed in altero caſu retenta opinione, quod dos data non imputaretur in legitimam filia non haberet partem aliquam dotis liberam ab onere ſubſtitutionis,

imò

Digitized by Google

imò certo modo ſtatutum in totum tolleret
legitimam, quod cùm ſtatuentes non poſſint,
nec præſumuntur in dubio id velle.

Reſpondeo, licet data dos fiat mulieris ad
effectum, vt non reuertatur ad dotantem iux-
ta eius ſtipulationem, & vt de ea poſſit teſta-
ri *ex ſtatuto de Dotib. reſtit. §. Item dicimus quod
mulier* non ideo minus dicitur filia eam habe-
re à patre, & non ideò minus dicitur ei proui-
ſum, & conſultum, ac ſi in teſtamento relicta
eſſet, & licet eam non habeat ex teſtamento,
ad effectum, de quo agitur, id non refert: quia
etiam in caſu, quo pater non dediſſet, neq; in
teſtamento deſtinaſſet dotem, adhuc in eo,
quod excederet dotẽ poſſet ſubſtituere; ideò
ſtatutum nõ tantum loquitur de eo, quod ex-
cederet dotes, quas pater deſtinaret, ſcilicet
in teſtamento, dum etiam ſubſtituit, ſed etiam
deſtinaſſet, ſcilicet prius ante teſtamentum,
13 nam † verbum præteriti temporis ſignificat a-
ctum deſtinationis receſſiſſe à tempore verbi,
quo ſignificatur facultas ſubſtituendi *Bal. in l.
fin. ſub num. 7. C. de codicill.* & quæ veriſimiliter
deberent deſtinari, ſcilicet poſt teſtamentum,
& quandoq; etiam iam mortuo teſtatore, er-
go ad effectum ſubſtituendi, de quo in ſtatuto
non conſideratur, quod filia habuerit, vel nõ
habuerit aliquid ex teſtamento.

14 Et etiam, quæ ſcripſit *Surd. conſ. 45.* parum
in terminis noſtris eſſe videtur, ipſe reſpõdet,
decretum, vt filia ſit contenta dote data, non
procedere in filia, cui in teſtamento eſt dos re-
licta, nimirum, quia plus eſt dare, quam de-
ſtinare, & ideò excluſio in caſu dotis datæ nec
eadem, nec maiori ratione procedit in dote
deſtinata, ſed deſtinatio eſt minus datione,
ideò eadem, vel maiori ratione, ſi deſtinatio
operatur, vt in exceſſu poſſit ſubſtitui, fortius
operabitur, & datio: Præterquam quod con-
tra *Surdum* ſtant *d. conſ. Crot. 35. in 1.* in ſtatu-
to noſtro, & *Barbat. d. conſ. 81. in 1.* Quicquid
ergo in dubijs dicatur, crederem ſentiendum
cum *Montarentio*, vt ſtatutum fortius proce-
deret in dote data nõ obſtante ratione diuer-
ſitatis adducta.

Si verò clarè conſtaret, potuiſſe Antonium
Mariam ſubſtituere, vt prætenditur pro parte
noſtra, dubitatur de voluntate, ſcilicet quod
ſubſtituendo nõ incluſerit legitimam; Primo,
15 quia ipſa non continetur ſub generali ſermo-
ne, niſi de ea fiat ſpecialis mentio *l. ſi quando ſ.
& generaliter, & ibi Doct. C. de in offic. teſt. Ti-
raq. ad l. ſi vnquam verſ. (ſuſceperit liberos) nu.
16 113.* maximè † quando tractatur de ea oneran-
da *Angel. in l. precibus C. de impub. & al. ſubſtit.
Ruin. conſ. 52. ſub nu. 7. verſ. (nec obſtat ratio) in
17 2.* etiam † quod in ſubſtitutione dicatur de to-
18 ta hæreditate, quia † legitima eſt quota bono-
rum, non hæreditatis, & non habetur ex iudi-
tio teſtatoris, ſed ex prouiſione legis, ideo non
venit in reſtitutione *Intrigliol. de ſubſtit. cen-
tur. 3. q. 74. nu. 15. & ſeq.* Secũdo, quia conſtet
de contraria mẽte, nam in caſu præcepti ſpre-
ti teſtator ſubſtituit Margaritæ loca pia ple-
no iure, tamen reſeruauit ei legitimam, ergo
ſi reſeruauit in caſu ſpreti præcepti, magis in
caſu non ſpreti, & ſi reſeruauit, quando vo-
cauit piam cauſam, etiam pleno iure, ergo
multo magis, quando vocauit filium Domini-
ci in caſu non ſpreti præcepti, etiam quod vo-
cauerit ad totam hæreditatem.

19 Hoc verò non obſtante de mente opinor
ſatis conſtare ex qualitate verborum ad *l. La-
beo ff. de ſupellectil. legat. cum vulg.* Primo quod
teſtator voluerit ſubſtituere directè, & conſe-
quẽter includere legitimam, quia vſus eſt ver-
20 bo *ſubſtituo*, quod † licet vti cõmune ſignifi-
cent tàm directam, quam obliquam ſubſtitu-
tionem *Doct. in l. Centurio ff. de vulg. & pu-
pil. Bar. nu. 47. Iaſ. 62. Rip. nu. 187. Soc. iun. nu.
331. Bal. in l. precibus nu. 50. C. de impub. & al.
ſubſtit.* quos cum pluribus alijs allegat *Sfort.
Oddus de compend. ſubſt. partic. 4. fol. 63.* quan-
21 do † tamen qualitas perſonæ non repugnat, ſic
ſemper interpretatio ex voluntate teſtatoris
fuiſſe prouiſũ potius directè, quã obliquè *c. ſi
pater de teſtament. in 6.* vbi omnes id notant, &
præcipuè ibi proſequitur *Emanuel Coſta in 3.
parte in verbo (obliqua)* inducendo etiam ad id
l. fin. C. de hæred. inſt. comprobat rationes ad-
ducens *Illuſtriſs. Mantic. de coniect. vlt. volunt.
lib. 5. tit. 1. n. 3. cũ ſeq.* ſed hic perſona Marga-
ritæ, cui fit ſubſtitutio eſt talis, cui conuenire
poteſt directa, ſi non ex iure communi, ſaltem
22 ex allegato ſtatuto, quod † cum inducat, vt pu-
beri etiam poſt aditam hæreditatem poſſit di-
rectè ſubſtitui, ad illud accommodatur regula
iuris communis, vt non repugnantibus verbis,
nec perſonis ſubſtitutio cenſenda ſit directa
23 *d. c. ſi pater de teſtam. in 6.* eſt enim notiſſimũ
ſtatuta recipere paſſiuam interpretationem à
iure communi *l. ſi ſerui veſtri* vbi *Salic. C. de
noxal. act. not. in c. cum dilectus de conſuet.* ma-
24 ximè † quando ratio iuris communis intrat in
ſtatuto, vt hic intrãt rationes regulæ *c. ſi pater*
25 *§.* quia † directa ſubſtitutio eſt fauorabilior, for-
tior, & dignior obliqua, vt per *Mantic. d. tit. 5.*
26 *n. 4.* Ita & ſi ſtatutũ extẽdat ætatem pupillarẽ
vſque ad 25. annos, vſq; ad illam ætatem pote-
rit fieri pupillaris ſubſtitutio, quia tale ſtatu-

tum

tũ recipiet paſsiuam interpretationem à iure
communi *Alex. in l. 2. ſub nu. 14. verſ. (ſatis tamen concludo) ff. de vulg. & pupil. Iaſ. ſub num.*
18. *ibi (tenendo tamen &c.*

Hæc fortius procedũt ex adiũctis verbo *ſub-*
27 *ſtituo*, & † primo ponderandum eſt aduerbium
ex nũc, ibi *ex nunc d. D. Margarita &c.* quod ſi-
gnificat *ipſo iure gl. in c. cupientes §. cæterum in*
verbo (ſuſpenſos) de elect. in 6. Aret. in c. ſi diligenti
nu. 12. de for. cõpet. Tiraquel. ad l. ſi unquam in
verbo (reuertatur) nu. 145. & facit *tex. in c. ex-*
communicamus §. credẽtes ibi (ex nunc ipſo iure) de hæ-
ret. iuxta declaratione͂, de qua *Tiraq. in d. ver-*
28 *bo (reuertatur) nu. 26.* diceret † igitur *ex nunc*
ſubſtituo, aliud non eſt, quam dicere *decedentes*
Margarita ſine deſcendẽtibus ipſo iure ſubſtituo
29 *filios Dominici*, ſi † *ipſo iure*, ergo ſine petitio-
ne & ita iure directo *Aret. in §. extraneo ſub nu.*
2. *Inſt. de pupil. ſubſtit. Caccialup. in l. precibus*
C. de impub. & al. ſubſtit. n. 99. Oddus de cõpend.
ſubſt. partic. 5. artic. 1. verſ. (tertia eſt) fol. 42. à
tergo, & in verſ. (limitatur quinto) fol. 45. vbi
allegat *Bart. Iaſ. Galiaul. & Rip. in l. Centurio ff.*
de vulg. & pupil.

30 Secundo, ad id etiam ponderanda ſunt illa ver-
ba *in tota hæreditate*, quæ cum ſignificent ſub-
ſtitutos vocatos eſſe totaliter, & integrali-
ter, efficiunt vt verbum commune ſubſtituo,
reſtringatur ad ſenſum directũ *Bar. in d. l. Cen-*
turio nu. 27. & Galiaul. nu. 394. Oddus d. partic.
5. artic. 2. verſ. (quarto dicunt) fol. 46. qui teſta-
tur, hanc eſſe communem opinionem, eamq;
defendit ab obiectione *Soc. iun.* vt per eum, &
magis ſtringit hæc conſideratio, quod eadem
verba ſunt reperta in vocatione piæ cauſæ.

31 Tertio in vocatione piæ cauſæ teſtator re-
lationem habet ad ſubſtitutionem deſcenden-
tium Dominici, vt denotat illa dictio *vt ſupra*,
Cephal. conſ. 269. n. 40. in 2. & dicẽs ſe inſtitue-
re ita iure directo piam cauſam, quemadmodũ
ſubſtituit deſcendentes Dominici, ergo deno-
tat teſtator etiã deſcendentes vocaſſe directè.

32 Quarto id etiam denotant verba codicil-
lorum, in quibus occaſione ſumpta à ſubſtitu-
tione pupillari facta poſthumo profitetur co-
dicillans, velle nedum ſubſtitutionem, de qua
præcipuè loquebatur, ſcilicet factam poſthu-
mo, ſed etiam ſubſtitutiones in numero plura-
li, de quibus in teſtamento, plenarium ſortiri
effectum abſque aliqua detractione, vel dimi-
nutione, & ita ait diſpoſuiſſe, quod aliud non
eſt, quam declarare, velle ſubſtitutiones vale-
re directè, quia ex directa ſubſtitutione nihil
detrahitur.

33 Verbis etiã puto adiungi poſſe hanc con-
iecturam, quod cum deſcendentes Dominici
ſint vocati ante piam cauſam, neceſſe etiam
34 eſt dicere, eos magis dilectos fuiſſe *l. Publius §.*
Titia ff. de condit. & demonſt. ſed † non videtur
dubitandum quin pia cauſa ſit directè ſubſti-
tuta, cũ in eius vocatione adſit verbum *inſti-*
tuit DD. in l. Centurio ff. de vulg. & pupil. ergo
multo magis etiam ipſi deſcendentes erunt
vocati directè, vti magis dilecti.

35 Colligi etiam poſſet coniectura, quod hi deſcẽ-
dentes erant illi, qui debebant conſeruare
familiam teſtatoris, ideo etiam credendum
ipſum deſideraſſe maiorem partem bonorum,
36 quæ † ſunt familiarũ ſubſidium *§. ſcimus auth.*
de teſti. l. 1. ff. de cuſtod. reor. penes eos conſiſte-
re, idcò eos vocauit ad totam hæreditatem,
hoc autem deſiderium magis per directam,
quam per obliquam impletur, ergo credendũ,
teſtatorem voluiſſe, cum potuerit, magis di-
rectè, quam obliquè ſubſtituere.

37 His non obſtant, quæ in dubijs adducun-
tur, de quibus ſupra, nam ad primum reſpon-
detur, quod quando principaliter agitur de
prohibenda, vel onerãda legitima, vel de eius
renunciatione, quod non ſufficiunt verba ge-
neralia, ſed de legitima eſt facienda ſpecialis
mentio, At quando fit ſubſtitutio, ex qua ſe-
quitur, vt etiã contineatur legitima non eſt de
ea facienda mentio, quia id non eſt in ſpecie
prohibere legitimam, ſed facere talem ſubſti-
tutionem, quæ ob naturam directam etiam
legitimam includit, quatenus omnia compre-
hendit, alias ſequeretur, quod ſub pupillari
expreſſa non continerentur bona, quæ iure
legitimæ perueniunt ad filium impuberem,
niſi de illis ſimplicis mentio fieret, & idem eſ-
ſet in directa militari, quod tamen prorſus fal-
ſum eſt, quia † prima extenditur ad omnia bo-
na pupilli etiam, quæ à patre non habuiſſet *l.*
ſed ſi plures § ad ſubſtitutos ff. de vulg. & pupil.
gl. in princ. in verb. (ipſi filio) Inſt. de pupil. ſubſt.
38 & † ſecunda ad omnia, quæ miles à patre ha-
buiſſet etiam comprehenſa, legitima *l. Centu-*
rio ff. de vulg. & pupil. quod ab omnibus pro-
39 batur.

Non obſtat ſecundum, quia in caſu ſpreti
præcepti pia cauſa ſubſtituitur viuente Mar-
garita, ideo conuenit, vt ei legitima reſerue-
tur, ne filia prorſus remedio deſtituta rema-
neat, at deſcendentes Dominici non vocan-
tur, niſi poſt mortem Margaritæ, quo tempore
ei non eſt legitima neceſſaria, quia viuens om-
nia bona habuit.

Hinc ceſſant plura, quæ in dubijs dicuntur
40 de prohibitione legitimæ, & Trebellianicæ,

quod

quod ſcilicet hæ portiones, vel non potuerint
prohiberi, vel verba ad id non ſint apta: nunc
enim de hoc agendum non eſt, ſed cum ex cen-
ſura ſtatuti vltra dotem potuerit pater ſubſti-
tuere filiæ directè, & per obliquum, quomodo
voluerit ſubſtituere quæritur, & ex verbis dedu-
citur; vt directè, quo fit; vt non ſit locus dedu-
ctionibus, non quia vi verborum ſint prohibitæ,
ſed quia ex verbis reſultet talis ſubſtitutio, in
qua non ſit locus alicui deductioni.

41 Quibus ita ſtantibus non eſſet tractandum
de ſecunda parte motiuorum, ſcilicet an dos
data inter viuos in legitimam veniat imputan-
da, cum conſtet ſtatutum permittens quocunq;
modo ſubſtituere filiæ vltra dotem, etiam quod
dos ad legitimam non aſcenderet velle præiu-
dicare legitimæ; & cũ in directa non agatur de
42 deductione legitimæ. Sed † ex abundanti dici-
tur dotem imputari ex *l. quintam nouella C. de
inoffic. teſt.* præcipuè in hoc caſu, in quo, cũ dos
data fuerit in articulo mortis propriè non vide-
tur data inter viuos: nec repugnat *ſtatutum de
dote reſtit. §. inſuper etiam*, quia cum præcisè non
decidat hunc caſum, ſed per modum cuiuſdam
extenſionis dicendo, *& quod ſupra deductum
eſt de dictis nepotibus locum etiam habeat in di-
43 ctis filiab.* & † habeat varios ſenſus, vt per *Alex.
conſ. 117. lib. 6. Ruin. conſ. 206. in 2. conſ. 95. in
3. & conſ. 148. in 5. vt per Monterent. ibi* potius
ſtandum erit *ſtatuto de ſucceſſ. lib. patr. vel aliĩs
aſcend. defic. condito teſtamento &c.* quod lo-
quens de ſucceſſione ſpecificè, & clarè dicit *in
qua legitima, vel ſupplemento legitimæ tales fi-
liæ, vel deſcendentes ex eis, ſi quæ dotatæ fue-
rint ab ipſo teſtatore dotem datam ſibi debeant
44 imputare*: Præterea † ad *ſtatutum de dot. reſt.*
rectè reſpondetur ex mente *Alex. in d. conſ. 117.*
ſcilicet vt quemadmodum nepotes premortua
eorum matre, dum prætendunt legitimam ex
eorum perſona, in eam non imputent dotem
datam eorũ matri, nimirum, quia illam dotem
non habent ex bonis aui, ſed matris, ita etiam
ſit in filiabus, ſcilicet vt non imputent dotes
datas a parentibus ſuis earum filiabus premor-
tuis, nimirum, quia tales dotes non habent ex
45 bonis parentum ſuorum, ſed filiarum, ita † ſe-
cundum regulas iuris fit extenſio de nepotibus
ad filias, retentis iiſdẽ qualitatibus iuxta *l. cum
prætor ff. de prætor.* & retenta eadem ratione,
quod non eſt ſi interpretaremur, vt filiæ non
imputarẽt dotem eis datam, eſſet enim in caſu,
ad quem fit extenſio maior ratio imputandi cũ
dotes habeantur ab illis, in cuius bonis prætẽdi-
tur legitima, & minor in caſu, quo fit extenſio,
cum dotes non habeant ab eo, in cuius bonis

dotes prætenduntur.

46 Nec difficultas adducta contra hanc intelli-
gentiam à *Ruin. conſ. 148. in 5.* ſubſiſtere mihi
videtur, duo enim contra ipſe adducit; primũ,
quod ſi vera eſſet hæc intelligentia, ſtatutum
non tantum diceret, dictum in nepotibus habe-
re locum in filiabus, ſed id dixiſſet etiam in fi-
liĩs, cum in eis pariter dubitari poſſet, an in eo-
rum legitimam imputent dotem datam filia-
bus ſuis, & ita neptibus dotantis.

Hoc non credo obſtare, quia ideò de filia-
bus ſtatuentes tantum loquuntur, quia etiam de
illis tantum antea locuti fuerant, & frequentius
contingit dubitare de hac imputatione in filia-
bus, quæ vt plurimum non inſtituuntur, ſed vel
maſculi filiĩ inſtituuntur, vel extranei de fami-
47 lia; expreſſio † autem eius, quod frequentius
contingit non excludit id, quod minus frequẽ-
ter euenit *gloſ. in l. vnic. in verbo (ſponſam) C.
de rapt. virgin.* Et quod non ſit plurimi facien-
da hæc ſubtilitas, conſtat ex eo, quod in præce-
dentibus, dum ſtatuentes loquuntur de filiabus
dotatis prædecedentibus, aiunt, filios, & nepo-
tes in ſuam legitimam non imputare dotes ma-
ternas; & tamen idem dubium poteſt etiam
proponi in neptibus.

Secundo ait *Ruin.* ex hac intelligentia *Alex.*
non tolli contrarietatem ſtatutorum, quia *ſta-
tutum de ſucceſſione lib. &c. cõdit. teſt.* non tan-
tum iubet imputationem in filiabus, ſed & in
nepotibus ex eis ibi *tales filiæ, vel deſcendentes
ex eis.*

Faciliimè tamen reſpondetur, loqui hoc ſta-
tutum de deſcendentibus fæminis, quæ fuerint
ab auo dotatæ, quæ imputant in legitimam
dotes illis datas, non autem dotes maternas) vt
loquitur aliud *ſtatutum de dot. reſt.* quod mani-
feſtè declarant illa ſequentia verba *ſi quæ dota-
ta fuerint ab ipſo teſtatore*, quæ verba ita refe-
runtur ad deſcendentes ex filiabus, quemad-
48 modum ad filias; quia † ad omnia præcedentia
ſolet fieri relatio, niſi id prohibeat rationis di-
uerſitas *l. talis ſcriptura §. fin. ff. de leg. 1. l. 3. §. fi-
lius ff. de liber. & poſth. Soc. Iun. conſ. 139. nu. 5.
in 1.* Nec dicendum cum *Ruin.* verba hæc re-
ferri tantum ad filias, & non ad deſcendentes,
quia relatiuũ (*quæ*) fœminini generis, ſecundũ
ſtrictitudinem termonis non poteſt referri, niſi
ad filias, non ad deſcendentes, qui poſſunt eſſe
maſculi: Quia replicari poteſt, verbum *deſcen-
dentes* eſſe, & maſculi, & fæminæ, & ſequentia
verba *ſi quæ dotata &c.* reſtringere diſpoſitio-
nem ad deſcendentes fæminas, in quibus ſolis
cadere poteſt qualitas dotationis: ſubſiſteret
conſideratio *Ruin.* quando nomen deſcendens
eſſet

eſſet tantum maſculini generis, ita vt nõ poſſet fœmmas includere.

49 Subtilitates igitur *Ruin.* non debent nos retrahere ab intelligentia *Alex.* maximè, quia vt ait *Monterent. in ſtatuto de dot. reſt.* illa in facto ſeruatur, & vſu recepta eſt, nec mutanda ſunt, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt *l. minimè ff. de legibus.*

50 Alia intelligentia *Capola, & Ruin.* non eſt tenenda, quod vnum ſtatutum loquatur in dote data inter viuos, aliud in relicta in teſtamento, quia non benè accommodatur ad primum ſtatutum, quod non tantum de filia dotata à patre, & cui relicta ſit dos in teſtamento loquitur, ſed etiã de dote actualiter data, imò, & de augmento eiuſdem dotis, ibi *dotem datam, & augmentum dotis, ſi quod ab eo datum reperiatur.* Ideo *Capol.* non reſidet in hac ſola ſolutione, ſed aliã etiam adducit, quod primum loquatur condito teſtamento, & ſecundum mortuo patre ab inteſtato; quæ intelligentia facit pro nobis.

51 Intelligẽtia *GoZad.* in annotationibus eſt priori peior, quia imò primum ſtatutum loquitur non ſolum, quando maſculi concurrunt cum fœminis, ſed magis, quando ſolæ adſunt, quia dicitur, quod quando ſolæ fœminæ ſunt inſtitutæ deſcendentes ab eis, vel extranei, quod aliæ fœminæ non inſtitutæ agunt ad ſupplementum legitimæ, in quam legitimam ſequitur ſtatutum, quod imputatur dos data, ergo loquitur quando adſunt ſolæ fœminæ: Imò extantibus maſculis fœminæ debent eſſe dote contentæ, vt in ſtatuto, nec aliam legitimam prætendere poſſunt, ideo non eſt tunc agendum de eius ſupplemento, nec de imputanda dote in eam.

Concludendum igitur eſt, non obſtantibus excitatis dubitationibus non eſſe locum alicui deductioni, quia potuit Antonius Maria filiæ, & deſcendentibus ab ea ſubſtituere directè poſt aditam, hæreditatem, & poſt ætatem pupillarem, & voluit, & ſi de legitima eſſet agendum, in eam eſſe dotem imputandam.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME

In eadem cauſa: De eadem materia.

Quando dicatur facta ſubſtitutio directa, & quando obliqua.

Regula illa, vt credatur teſtatorem voluiſſe potius vti iure communi, quam iure priuilegiato, quãdo locum habeat, & quando non.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutio potius directa, quam obliqua cenſetur, quando verbis, & perſonis conuenit.*

Quæ regula cum ſemper loquatur ad leges nouas accommodari poteſt nu. 2.

Quia lex noua à veteri interpretationem recipit nu. 3.

Et cenſetur directa, quando teſtator conceſſit facultatem apprahendendi poſſeſſionem propria auctoritate nu. 23.

Et quando ſubſtituit in tota hæreditate num. 33. & ſeqq. & præſertim nu. 43.

Et ſtante dictione ex nunc *quæ ſignificat* ipſo iure *nu. 46.*

Maximè quando verba ſunt relata ad ſubſtantiam diſpoſitionis, & executionem iuris, non ad executionem facti nu. 47.

Item, quando adeſt verbum ſubſtituo, *quod licet ſit commune nu. 8.*

Tamen per prius, & magis propriè conuenit directæ ſubſtitutioni num. 7. & 8.

Cum fideicommiſſaria non ſit propriè ſubſtitutio num. 9.

Idem verbum ſubſtituo *poteſt ſignificare in vna perſona directã in altera fideicommiſſariam, ſi illis directa non conueniat num. 26. & 41*

Quia data diuerſitate rationis ceſſat regula quod vna determinatio plura reſpiciens ea æqualiter determinet nu. 28.

Non tamen hoc verbum ſignificare poteſt in vna perſona ſimplicem in altera duplicem ſubſtitutionem num. 27. & 40.

Ad inducendam autem directam verba expreſſa, ſunt neceſſaria nu. 24.

4 *In dubio creditur teſtatorem voluiſſe vti iure communi non priuilegiato.*

Rationes afferuntur nu. 11.

Quæ regula fallit primo, quando verlius eſt vti iure priuilegiato nu. 5.

Secundo, quando proprietas verborum magis infert ad ius ſpeciale, quam ad commune nu. 6.

Tertio, Quãdo coniectura aliud ſuadent nu. 10.

Quarto, Quando non datur concurſus iuris cõmunis, & iuris ſpecialis nu. 11. & ſeq.

10 *Coniecturæ fortiores vincunt debiliores.*

12 *Statuta ſunt ius commune in Ciuitate.*

Et præſumitur teſtator illis vti voluiſſe, & cum illis ſe conformare, potiusquam cum Iure ciuili Romanorum nu. 13.

14 *Subſtitutio exemplaris inducta non cenſetur, quando verba referuntur ad teſtatorem.*

Et quãdo teſtator non habet pro mentecapto eum, cui ſubſtituit nu. 15.

Nec illa cõprehẽditur ſub ſubſtitutione reciproca

cum

Digitized by Google

cum clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum *nu.19.*

Contrarium nu.22.& 23.

18 *Subſtitutio compendioſa verbis communibus cõcepta reſoluitur in fideicommiſſariam, non in priuilegiatam.*

20 *Onus regulatur iuxta honorem.*

21 *Dotes conſtituuntur habita ratione ad numerum filiarum.*

25 *Subſtitutio directa, de qua in* ſtatuto Bonon. de ſucceſ. liber. &c. cõdit. teſt. §. Item ſtatuimus *poteſt fieri tam filiabus, quàm nepotibus ex illis.*

Intellectus ad d. §. *in illis verbis* videlicet in caſu non exiſtentium librorum *nu. 29.*

31 *Legitima non continetur ſub generali ſermone, quando ei praiudicatur.*

Et ab ea reijcitur omne grauamen nu.37.

32 *Prius vocatus cenſetur magis dilectus.*

34 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*

Contrarium nu.39.

36 *Hareditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti.*

38 *In generali ſermone non includitur id, de quo facta eſt ſpecialis mentio.*

42 *Idem verbum reſpiciens patrem, & filios poſt eũ vocatos, reſpectu patris ſignificat inſtitutionem directam, reſpectu filiorum, vel ſolam vulgarem, vel fideicommiſſariam.*

44 *Verbum* inſtituit *quandoq; obliquatur.*

Quod procedit, quando non poteſt valere iure directo nu.45.

RESPONSVM LX.

Auſpice Christo.

QVamuis ſtatutum Bonon. *de ſucceſſ. liber. patr. vel matr. &c. deſic. condito teſtamento* nõ procedat vlterius expreſsè inducendo præſumptionem, vt ſi pater filiæ ſubſtituat cenſeatur legitimam cõprehendere voluiſſe, vt informando exhorditur Ill.mus ac Reuerendiſs. D. Zãbeccarius Sacræ Aulæ Conſiſtorialis Aduocatus, ſatis tamẽ eam inducit regula iuris cõ-
1 munis, de qua alias, quod † quando verbis, & perſonis conuenit ſic interpretatio, vt ſubſtitutio potius directa, quàm obliqua cenſeatur *c. ſi*
2 *pater de teſtam. in 6.* quæ † regula, cũ ſemper loquatur accommodari poteſt ad omnes leges poſtea de nouo inductas *Dec. poſt Soc. & Iaſ. in*
3 *l. 1. C. de edendo nu. 13.* nimirum, quia † lex noua à veteri interpretationem recipit *l. 1. §. lex falcidia ff. ad l. falcid.* & ibi *Alex. & alij l. 1. §. 1. ff. de muner. & honor. Bart. in l. omnes populi ſub nu. 60. verſ (2. in caſu quando paſſiue)* cum alijs, de quibus *Vtlegut. de extenſ. in Rub. de extenſione ſtatutorum nu. 5. fol. 138.* præterquam quod in caſu noſtro adſunt coniecturę ſumptæ ex teſtamento, & codicillis alias allegatæ, quæ euidentiſſimè oſtendunt, ſubſtituentem hoc voluiſſe.

4 Nec † obſtat, quod in dubio credendũ ſit, teſtatorem potius iure communi, quam priuilegiato vti voluiſſe *l. in teſtamento (la prima) & l. quamquam C. de teſt. milit. & vtrobiq; Doct.* no-
5 tant: Quia reſpondetur primo † hoc procedere datis paribus terminis *Menoch. praſumpt. 6. in fine in 6.* alias ſi vna via eſt altera vtilior cenſetur diſponens elegiſſe vtiliorem, & fauorabiliorem, etiam quod à iure cõmuni recederet *Alciat. de praſumpt. reg. 3. praſumpt. 36. ſub nu. 3. Menoch. in allegata ex aduerſo praſumpt. 4. ſub nu 6. in 4.* Vtilius autem eſt diſponenti ſubſtituere directè cum ſua voluntas plenè ſeruetur, ergo &c.

6 Secundo non procedit regula contraria, quando proprietas verborum magis infert ad ius ſpeciale, quam ad commune *l. 1. & 2. C. de teſt. milit. l. miles vnum ex fundo, & ſimiles ita in princ. ff. de teſtam. milit. Alciat.* per hæc iura
7 *d. praſumpt. 36. a limit. num. 4.* ſed † proprietas verbi *ſubſtituo* quo vſus fuit teſtator magis infert ad directã ſubſtitutionẽ ex iure ſpeciali cõ-
8 petentẽ, quã ad fideicõmiſſariã, licet † enim ſit verbum cõmune ſecũdum *Doct. in l. Centurio ff. de vulg. & pupil.* tamen per prius, & magis pro-
9 priè conuenit directæ ſubſtitutioni cum † fideicommiſſaria propriè non dicatur ſubſtitutio *Dec. in Rub. C. de impuber. & al. ſubſtitut.* vbi de communi *Cagn. in l. precibus C. eod. n. 37. & 50.* ergo &c. Etſi ſolum verbum, *ſubſtituo* propriè conueniret ſubſtitutioni fideicommiſſariæ, adiunctis illis verbis *in tota hareditate* non conuenit cum hoc adiuncto fideicommiſſariæ ſubſtitutioni, in qua locus eſt deductionibus, vt & inferius.

10 Tertio reſpondeo d. regulã non procedere, quando contra eã vrgent contrariæ coniecturę, quibus (quãdo ſunt fortiores) vt d. regula cedat neceſſe eſt ex reg. *l. Diuus ff. de in integ. reſt. Alciat. d. praſumpt. 36. num. 11.* ſed in caſu noſtro non leues extare coniecturas pro directa plenè in informationibus datis eſt probatum, ergo regula illa in noſtro caſu locum non habebit.

11 Vltimo tollitur omnis dubitatio, quia regula procedit dato concurſu remedij iuris communis cum remedio iuris priuilegiati, tũc vel quia ius commune eſt potentius ſpeciali, vt quidam ſen-

Digitized by Google

ſentiunt, vel quia (*vt alij*) priuilegium eſt ius ex-
traordinarium, quis cenſetur in dubio vti velle
iure cõi *Doct. in d. l. quãquam, & in d. in teſta-
mento C. de teſt. milit.* At in caſu noſtro iuris cõ-
munis eſt ſubſtituere per fideicommiſſum poſt
aditam hæreditatem, & pariter iuris communis
directè poſt impubertatem ex diſpoſitione ſta-
12 tuti, cum † in loco ſtatuta ſint ius commune *§. ius
autem ciuile, & ibi DD. Inſt. de iur. natur. gent.
ciuil. & in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. Bero.
conſ. 50. num. 31. in 2. Alciat. conſ. 2. num. 15.
in 2.* quo caſu ceſſante regula, de qua ſupra,
13 intrat † regula; præſumendum, teſtatorem po-
tius vti voluiſſe iure communi ſuæ ciuitatis, &
cum eo ſe conformare, quam iure cõmuni Ro-
manorum *Bar. in l. hæredes mei §. cum ita ui. 4.
ff. ad Trebel.* vbi, & alij *Iul. Clar. §. teſtamentum
q. 76. verſ. (ſatis tamen)* & plenè proſequitur *Il-
luſtriſs. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit.
8. num. 7. & ſeq.*

Et hinc tollitur prima inſtantia militis, qui
præſumitur teſtari de iure communi, non iure
priuilegiato.

14 Tollitur & ſecunda de exemplari ſubſtitutio-
ne, quia in caſibus *Dec. conſ. 371. Soc. iun. 103.
in 1. Ruin. 103. in 2. & Rol. 68. in 4.* ideò exem-
plaris inducta non cenſetur; quia verba relata
ad perſonam teſtatoris, & ad eius bona repu-
15 gnant, & † in caſu *Rol.* teſtatrix non habuit pro
mentecapto eo, cui ſubſtituit, hic vero verba
magis propriè conueniunt directæ ſtatutariæ,
quam fideicommiſſariæ.

Et tertia de maioratu & fideicommiſſo in
legitima, quia ſatis puto conſtare de intentione
teſtatoris, vt informatum fuit, & mox dicetur;
Præterquã quod inſtantia procedit, dum agitur
de oneranda legitima, hìc, dum de directa ſub-
ſtitutione agitur, non tractatur de onere, præ-
16 ſertim † cum ab hac directa ſubſtitutione ſem-
per excluſa ſit dos, quæ ſeruit pro legitima, quo
caſu ſtatutum non poteſt dici iniquum, & irra-
tionabile *Bal. conſ. 179. ſub nu. 1. in 5.*

Quo verò ad voluntatem, quod ea non adſit
in caſu noſtro, pluribus probatur, quæ non ſunt
difficilis ſolutionis; primo, quod ſi dicimus, te-
ſtatorem voluiſſe ſibi, & in bonis ſuis ſubſtitue-
re deſcendentes, vt voluit in inſtitutione, & fie-
ri ſolet in directa militari, non comprehende-
tur legitima, quę non eſt de bonis, nec de hære-
ditate teſtatoris, ſed vt comprehẽderetur, opor-
17 teret ſubſtitutionẽ fieri filiæ, nõ teſtatori, vt † de
exemplari dicunt *Doct.* antea citati, & additur
Gabr. conſ. 113. nu. 41. & ſeq. in 2.

In hoc non eſt quod inſiſtamus, quia ſtatu-
tum permittit ſubſtitui filiabus, & teſtator verè
ſubſtituit filiæ *in tota hæreditate*, ſi intelligimus
in tota hæreditate teſtatoris, quæ ad filiam per-
uenit; attento ſtatuto (cum quo præſumitur te-
ſtator ſe conformare) includentur omnia, quæ
vltra dotem filia habet, & proinde portio illa
legitimæ, quæ dotem excederet (ſunt enim
omnia de hęreditate, quæ à patre peruenit ad
filiam) ſi intelligimus de tota hęreditate
filiæ, & eius legitima incluſa eſſet, imò, & dos
ſi quo ad potentiam ſubſtituendi non eſſet à ſta-
tuto excepta.

Additur, quod ſi voluit teſtator ſubſtituere
filiæ, intelligitur per fideicommiſſum, cum non
adſint verba ſignificantia directam.

Imò adeſſe verba ſignificantia directam
probaui in alia informatione iam data, & ſi re-
ſpondetur inferius, ſuo loco replicationem ad-
ijciam.

18 Secundo dicitur nos verſari in compendio-
ſa verbis communibus concepta, quæ reſolui-
tur in fideicommiſſariam, non in priuilegia-
tam, vt de militari ſcribunt *citati Doct. in l. Cen
turio, & in l. precibus.*

Opinio magis communis Doctorum, qui al-
legantur, eſt, vt imò reſoluatur in directam mi-
litarem, maximè non extante matre (vt hìc non
extat) Et quicquid ſit, de militari ad directam,
de qua agimus non eſt arguendum ob diuerſi-
tatis rationem, de qua dixi ſupra ad primam
conſiderationem.

Conſideratur tertio, quod ſubſtitutio reci-
proca, quæ fit inter filias *vulgariter, pupillari-
ter, & per fideicommiſſum*, non continet directã
ſtatuti: quia tres ſubſtitutionis ſpecies ſunt ex-
19 preſsè, vt † de exemplari dicunt *Dec. Ruin.* &
alij ſupra citati, ergo nec continet illa ſubſtitu-
tio, per quam extraneus non deſcendens à te-
ſtatore vocatur, alias filia eſſet in legitima gra-
uata ad fauorem extranei, & non ad fauorem
alterius filiæ teſtatoris, quod eſſet abſurdum.

Hoc tamen abſurdũ tollitur à ratione diuer-
ſitatis, quæ triplex eſſe poteſt. Quãdo filiæ vicif-
ſim ſubſtituũtur, quęlibet earum in dimidia eſt
inſtituta, quando extranei ſubſtituuntur Mar-
garita in omnibus bonis eſt inſtituta, primo, er-
go caſu, quo minus honoratur Margarita, cõue-
nit, vt minus oneretur, & ſecundo caſu, quo ma-
gis honoratur, conuenit, vt magis etiam one-
20 retur, regulando † onus iuxta honorem ad not.
in l. ab eo C. de fideicommiſſ. ſecunda eſt diuerſi-
21 tatis ratio, quod † cum ex numero filiarum ſo-
leant dotes conſtitui *Decian. conſ. 27. nu. 4. cum
ſeq. in 2. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 149.*
quando Margarita habet ſororem minor ei eſt
dos deſtinanda, ideo ei ſubſtituitur, vt legitimã
ha-

Digitized by Google

habeat liberam, quaſi quod videatur teſtatori ſatis non eſſe, vt habeat ſolam dotem, de qua diſponere valeat, quando vero filia, quia etiam maiorem dotem habeat, tegiſſit teſtator, ei ſufficere poſſe dotem ipſam, ideo non ſubſtituit extraneum per fideicommiſſum, ſed ſimpliciter, & directè, inclusa etiã legitima, dicẽdo in tota hereditate, & ſubſtituerit. Tertia diuerſitatis ratio, quod [illegible] Margaritã in legitima ad fauorem ſuæ ſororis, ſperando, quod ſi prædecederet cum teſtamento, quod ſororem inſtitueret, [illegible] quod legitima perueniret [illegible] erat ſperandum in extraneo, itaque etiam quod teſtator non grauauerit Margaritam ad fauorem ſororis, & eam grauauit ad fauorem extranei, non eſt abſurdum, ſed [illegible] ratione factum eſt.

Accedat etiam, quod hoc argumentum cõcludit in onerãda legitima, ſed directa ſubſtitutio, de qua nos loquimur non ex onere legitimam includit, ſed ex natura ipſius directæ ſubſtitutionis.

22 Et cõtra hoc argumentum eſt in terminis *conſ. Bal. 20. in 3.* vbi inter filios teſtatoris facta fuerat ſubſtitutio *vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum,* poſtea inter filium teſtatoris, & ipſius teſtatoris fratrem fuit facta ſimplex cõpendioſa, & deciditur, continere exemplarem, nec repugnare clauſulã *vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum,* & ſi in caſu *Socini. & Decii conſ.* de quibus ſupra, [illegible] non includitur exemplaris, eſt quia ſtatutis verba illi repugnabant, hic verò directæ ſtatuta verba non repugnant, ſed aſſiſtunt.

Imò puto pro veritate dici poſſe, quod quando teſtator ſubſtituit filias inuicem *vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum,* quod etiam ſubſtituat per fideicommiſſari [illegible] formam, ſ. quia poſt aditam hæreditatem, & poſt impubertatem ſubſtituat, ſed quoad effectum, quod

23 ſit directa, quam ſtatutum concedit, quod [illegible] notant ſequentia verba, dum ſuperius concedit facultatem apprehendendi poſſeſſionem hæreditatis propria authoritate, quæ verba ſignificant directam ſubſtitutionem, quãdo fieri poteſt *Bald. cõſ. 20. ad fin. verſ. (quinta ratio) in 3.* Ita argumentũ contrarium retorquetur pro nobis, quod ſi in caſu ſubſtitutionis factæ expreſſè per fideicommiſſum, intelligitur [illegible], multo magis id intelligatur in ea parte teſtamenti, in qua ſimpliciter ſubſtituitur.

Subdebatur etiam conſulẽs [illegible] ex aduerſo, fideicommiſſarium ſucceſſiuum eſſe inter deſcendẽtes lineæ Margaritæ, & deſcendentes lineæ deſcendentium Dominici, vt inde inferatur, ſi per fideicõmiſſum deſcendentes Dominici eſſe ſubſtitutos Margaritæ, addẽdo & ſubiũs, quod verbum *ſubſtituo* non poteſt ſignificare directam in perſona Margaritæ, & fideicommiſſariam in perſona deſcendentium ab ea, tãto minus, quia

24 nil directam inducendam verba expreſſa ſunt neceſſaria *Bal. in l. cohæredi. ſ. ſecunda col. [illegible] (& hoc facit quod alii notant) [illegible]* *l. penult. col. 2. C. de impub. & alijs ſubſt.*

25 Reſpõdetur directam ſubſtitutionem in deſcendentibus ex filia fieri poſſe, vt in ipſo ſtatuto ibi *de bonis maſculis [illegible] ſubſtitutione,* quod intelligitur de deſcendentibus [illegible] dicit ibi *[illegible]* & ideo verbum *ſubſtituo* directam poteſt ſignificare etiam in deſcendentibus à filia, quam in filia.

26 Præterea, ſi deſcendentibus à filia non poteſt fieri directa poſt aditam hæreditatem non inconueniet, vt verbum *ſubſtituo* reſpectu Margaritæ accipiatur proprie, & ita directè [illegible] directa fieri poſſit, & reſpectu deſcendentium per fideicommiſſum, quia illa directa fieri non poteſt, facit *[illegible]* *in verb. [illegible]* quæ allegat ipſa concor-

27 dantia. Nec repugnat, quod diceres, verbum *ſubſtituo* determinari tali modo ſubſtitutionis, quæ conueniat omnibus perſonis, quibus ſubſtituitur *[illegible] ff. de vulgar. & pupill. & l. quamuis C. de impuber. & alijs ſubſtitut.* quia id procedit in reciproca, in qua ſi aliter diceretur, [illegible] eſſet duplex, & in alio ſimplex ſubſtitutio, [illegible] verbum denotans ſubſtitutiones factas pluribus, [illegible] ratio diuerſitatis, denotabit in omnibus perſonis eandẽ ſpeciem ſubſtitutionis [illegible] diuerſitate rationis [illegible] vt idem verbum reſpectu vnius perſonæ denotet directam, & reſpectu alterius obliquam ſubſtitutionem, ſi directam

28 de bonis non poteſt, [illegible] diuerſitate [illegible] quod vna determinatio æqualiter [illegible] *[illegible] conſ. 79. [illegible] 5. [illegible] l. [illegible] Menoch. conſ. 376. n. [illegible]* [illegible] vero dicitur, ſtatutum permittere ſubſtitutionem in caſu non exiſtentium liberorum, & ideo non procedere in caſu noſtro, in quo ſubſtitutio eſt facta etiam in caſu exiſtentium liberorum, nec dici poſſe eſſe locum reſpectu Margaritæ [illegible] liberorum, quia id eſſet inducere voluntatem teſtatoris, & inducere duplicem ſubſtitutionem contrariam.

29 Reſpõdetur imò ſtatutum permittere etiam ſubſtitutionem in caſu exiſtentium liberorum, cum non eorum permittatur in perſona filiæ, ſed &

deſcendentium abrea, repugnat enim rationi, quod quando pater in caſu non exiſtentium liberorum filiæ ſubſtitueret extraneum id poſſet directè, & quando vellet in caſu exiſtentium liberorum ipſos liberos filiæ ſubſtituere non poſſet, ita extranei in meliori conditione excederent liberos, quod minimè dicendum eſt, nec obſtãt verba ſtatuti, quia habẽt alium ſenſum, hoc eſt, vt repetant, quod ſupra dictum fuerat, ſcilicet poſſe patrem in caſu, quo ei non extarent liberi maſculi ſubſtituere directè, quem ſenſum ait ibi; *Monitevent*, ſibi placere, nimirum, quia eo atteri to, non ſequitur illud abſurdum, de quo ſupra, vt extranei ſint melioris cõditionis. Eſto etiam, quod alter ſenſus eſſet recipiendus ex præcedẽtibus, ad hoc argumentum patet reſponſio. Nã verbum *ſubſtituo* denotet directum caſu, quo ſine liberis Margarita decederet, quia eam denotare poteſt permittente ſtatuto, & caſu, quo de-
30 cederet cum liberis fideicommiſſariam, vt cõtingit in compendioſa verbis omnibus facta impubere, quæ eſt directa, ſi filius decedit impubes, alias fideicommiſſaria ſecundum opinionẽ magis communem Doct. *in d. l. Centurio, & d. l. precibus* vt per *Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 34. n. 24. & 25. & Intrigliol. de ſubſtit. centur. 3. q. 3* & alios allegant. Nec attenditur diuiſio, vel contrarietas voluntatis ob varia obiecta caſuũ perſonarum, vel temporum, ex quibus oritur varietas voluntatis.

Tandem, vt magis oſtendatur, teſtatorem de directa non ſenſiſſe, alia pars teſtamenti conſideratur, in qua deuolutis bonis ad loca pia, quia Margarita non ſeruat teſtatoris voluntatẽ, et legitima reſeruatur: ſi reſeruatur in caſu inobſeruãtiæ, ergo fortius in caſu obſeruãtiæ, ergo noluit teſtator facere directam ſubſtitutionem, ex qua legitimæ præiudicaretur. Item ſi dum ſubſtituit deſcendentes Dominici voluiſſet aliquid circa legitimam diſponere, quod eſſet irregulare, id dixiſſet, quemadmodum dixit in caſu contrauentionis, & non dixit, ergo no-
31 luit, præſertim, quia ſub ſermone generali non continetur legitima, quando ei præiudicatur *l. ſi quando §. & generaliter C. de inof. teſt.* cum alijs quæ allegantur ex aduerſo.

Sed & iſtud facillimè tollitur ex diuerſitatis ratione, nam ſubſtitutio in caſu contrauentionis facta fuit viuente Margarita, cui propterea conueniebat, vt legitima aſſignaretur, quæ ei pro alimentis ſeruiret, ſecus in ſubſtitutione deſcendentiũ Dominici, quæ facta fuit poſt mortem Margaritæ tempore, quo legitima non indigebat. Amplius, cum deſcendentes Dominici fuerint magis dilecti piis cauſa, ex eo quod
32 fuere prius vocati *l. Publicius ff. de condit. & demonſtr.* non tenet conſequentia, quando pia loca ſubſtituuntur, reſeruatur legitima, ergo etiam intelligitur reſeruata, quando vocantur deſcendentes Dominici: Nec pariter tenet conſequentia, in locis pijs, quia vult teſtator quid diſponere de legitima eam reſeruando id dicit expreſsè, ergo ſi voluiſſet eam includere ſub vocatione deſcendentium Dominici pariter id dixiſſet: Nam in locis pijs neceſſaria fuit reſeruatio, quia cum directè eſſent, ſubſtituta loca pia in caſu contrauentionis, qui poterat dari etiam poſt aditam hæreditatem, vt oſtendunt verba illa *ex nunc hæredes inſtituendo pleno iure*, & eſſet directa ſtatuti, quia alia eſſe non poterat, neceſſaria fuit legitimæ reſeruatio, alias, & ipſa ſub ſubſtitutione includeretur, quando verò eadem ſubſtitutione directa ſubſtituuntur deſcendentes Dominici, vt ſub illa includatur legitima, non eſt expreſſio neceſſaria, dum id veniat ex natura ipſius ſubſtitutionis: In ſumma conſequentia non tenet, exprimitur reſeruatio legitimæ, ergo & eius incluſio expreſſa fuiſſet, ſi ex mẽte teſtatoris fuiſſet, quia expreſſio reſeruationis eſt neceſſaria, ſed incluſio nequaquã, immò ex eo eſt neceſſaria expreſſio reſeruationis, quia legitima includitur in directa ſubſtitutione ſine expreſſione.

Ad illud de verbis generalibus non includẽtibus legitimam reſpondi plenè in alia informatione data, ad quam me refero.

33 Et quia inter plura partis noſtræ fundamenta, id præcipuè conſiderabatur, quod ſubſtitutio erat facta in tota hæreditate, cõtra hoc fundamentum plura dicuntur, quæ videntur mihi, ad id deduci, quod intelligitur de tota hæreditate deducta legitima, quæ potius eſt de hæreditate filiæ, quam teſtatoris, vt etiam intelligitur in ea parte teſtamenti, in qua ſubſtituitur in
34 caſu contrauentionis, declarando vnã partem teſtamenti ab alia *l. qui filiabus ff. de leg. 1.* Et
35 quod fundamentum non procedit, quia conſtat contraria mente, cum fuerit facta ſubſtitutio, etiam illis perſonis, quibus tantum fideicõmiſſaria fieri poterat, ad quod inducitur conſilium *Bal. 23. nu. 2.*

Quæ cõſiderationes aliquin doctè facilè tolluntur; nam in primis legitima poſſet conſiderari vt hæreditas filiæ, quando poſt mortem patris filiæ fuerat acquiſita, & à cæteris bonis deducta, ſi dicta conſiderata dum viuit teſtator, ipſa eſt cum cæteris bonis vnita, & eodem titulo
36 peruenit ad filiam, quo & cætera bona, & continetur ſub illa ſucceſſione in vniuerſum ius defuncti, quæ dicitur hæreditas *l. nihil eſt aliud ff.*

de

de verb.ſign.l.hæreditas ff.de reg.iur. vnde quã-
do teſtator de hæreditate ſua mentionem facit,
vt & legitima includatur neceſſe eſt,& ſi quan-
do ſubijcitur hęreditas fideicommiſſo,legitima
37 non continetur, id † eſt ob repugnantiam iuris,
quæ ab ea graua nen reijcit *l. quoniam in prio-
ribus l.ſcimus* § *cum autem C.de inoffic. teſtam.
gl. in l. ſi pater puella C. eod.* ſecus quando agi-
tur de ſubſtituendo directè in hæreditate, non
enim tunc ius repugnat, quin integra hæredi-
tas contineatur in ſubſtitutione. Quod verò
dicitur de alia parte teſtamenti, in † ea ſub no-
38 mine hæreditatis non includitur legitima,
quia de ea eſt facta ſpecialis mentio ad reg.
l. doli clauſula ff. de verb. oblig. ſecus vbi de
ſola hæreditate, imò, & de tota eſt facta men-
39 tio: Quinimò † hæc conſideratio rectè ad no-
ſtram intentionem ita deduci poteſt, in alia par-
te teſtamenti, quando teſtator vult diſponere
de hæreditate legitima deducta, eam expreſsè
deducit, & de hæreditate ſimplieiter loquitur,
ergo quando in alia parte nihil dicit de dedu-
ctione legitimæ, & de hæreditate, non loquitur
ſimpliciter, ſed de tota, intelligetur diſpoſitum
ita, vt & legitima contineatur ex regula *l.vnic.
§.ſin autem in fin C.de caduc.tol.* cum alijs, de
quibus *Tiraquel.ad l. ſi vnquam in verbo(liber-
tis)nu.3.C.de renoc.donat.& Surd.decis.332.nu.*
40 22. Ad † illud verò, quod ſubſtitutio etiam fa-
cta fuit illis perſonis, quibus tantum fideicom-
miſſaria fieri poterat antea reſponſum fuit, &
addi poteſt, quod *l.iam hoc iure ff.de vulg.& pu-
pil.l.2.& l.quamuis C.de impub. & al ſubſtit. &
l. in teſtamento (prima) C.de milit. teſt.* quæ ci-
tantur à *Bar.in conſ.22.num.2.* ad probandum
ſubſtitutionem factam pluribus intelligi æqua-
liter, intelliguntur, quando ſequeretur, vt re-
ſpectu vnius perſonę ſubſtitutio eſſet duplex, ſci
licet pupillaris, & fideicommiſſaria, iuxta varie-
tatem ætatum, & reſpectu alterius eſſet tantum
fideicommiſſaria, tunc ad euitandam hanc in-
æqualitatem reſpectu omnium perſonarum iu-
dicatur fideicommiſſaria, quod contingit in
directa pupillari, quę admittit ſocietatem fidei-
commiſſariæ in potentia, ratione diuerſarum
ætatum, ſed directa, de qua nos loquimur non
admittit ſocietatem fideicommiſſariæ, ideò ſe-
cundum regulas iuris reſpectu illarum perſona-
rum, quibus poteſt fieri directa erit vnica dire-
cta reſpectu aliarum erit etiam vnica, ſcilicet fi-
41 deicommiſſaria, quemadmodum † contingit,
quando verbum cõmune *ſubſtituo* reſpicit plu-
ra tempora, vt reſpectu vnius ſignificet ſolam
directam pupillarem, quando poteſt, & reſpe-
ctu alterius ſolam fideicommiſſariam, quando
non poteſt Importare directam, de qua *Menoch.
præſump.53.in 4.& Intriglıol.d.q.21.cẽtur.3.*
42 & ſupra demõſtratum fuit. Imò † magis in ter-
minis, quando idem verbũ reſpicit patrem, &
filios poſt eum ſucceſſiuè vocatos, quod reſpe-
ctu patris ſignificabit inſtitutionem directam,
& reſpectu filiorum ſubſtitutionem, vel ſolam
vulgarẽ, vel fideicommiſſariam *Rot.decis.579.
p.1.nouiſſ.* & ſuperioribus diebus in vna *Domi-
norum de Scappis* ita decidit *Rota Bonon.*

43 Subſiſtit igitur fundamentum noſtrum in il-
lis verbis *in tota hæreditate*, quæ verba ſignifica-
re directam, vt includatur legitima, quę ſi ſigni-
ficaretur fideicommiſſaria, non includeretur, &
ita non eſſet in tota hæreditate, dixit apertiſſi-
mè *Bar.in d.l.Centurio ſub nu.7.* qui ait ſi teſta-
tor dixerit *volo hæreditatem totam ad talem ve-
nire*, quia tunc non poteſt eſſe niſi vigore pupil-
laris directæ, quia alias ſubſtraheret legitimam,
& Trebellianicã, & ideo erit directa, ergo ſecun
dum principia *Bar.* dictio *tota* deſignat directã,
& quando dictum eſt *de tota hæreditate* includi-
tur etiam legitima, imò & fortius quando dixit
teſtator *de tota ſua hæreditate*, quæ *Bar.* dicta tol
lũt omnia, quæ in hoc pũcto ex aduerſo ſcripta
ſunt, & *Bar.* ſequuntur *Oddus, Menoch.Bolognet.
& Trentacinq.* quos citat *Intrigliol.d.q.11.nu.
103.* & iſti alios allegant.

44 Dum autem conſideratur verbum *inſtituit*,
quo pia cauſa ſubſtituitur finita linea deſcendẽ
tium Dominici obliquari ex doctrina *Alex.in l.
verbis ciuilibus n.10.ff.de vulg.& pupil.& Dec.
conſ.584.nu.6.*

45 Reſpondetur, ſuppoſito motiuo contrario, nõ
ob id tolli fundamentum noſtrũ, quod erat, piã
cauſam fuiſſe directè ſubſtitutam attenta pro-
prietate verbi *ſubſtituit*, quæ ſubſtitutio obli-
quatur, quia nõ poteſt valere iure directo, alias
non obliquaretur, & teſtator per obiectionem,
vt ſupra, oſtendit, ſe profiteri ſubſtituere piam
cauſam, quemadmodum ſubſtituit deſcenden-
tes Dominici, ergo hi deſcendentes ſunt ſubſti-
tuti directè, quemadmodum & pia cauſa, deſcẽ-
dentium autem ſubſtitutio poteſt ex cenſura
ſtatuti valere directè, vt eſt concepta, ergo non
obliquaretur ſubſtitutio pię cauſæ; ſi directè va-
lere poſſet. Vera enim, & communis opinio eſt,
ſubſtitutionem factam verbo directo, & commu
ni eſſe directam, & fideicommiſſariam *Intri-
gliol.de ſubſtit.cẽtur.3.q.27.in princ.* & quando
poteſt ſortitur effectum directè, alias fideicom-
miſſariæ.

Subſiſtit igitur fundamentum noſtrum in-
nitens verbo *(inſtituit)* de quo in ſubſtitutione
piæ cauſæ.

46 Subſiſtit etiam ponderatio verborum, *ex nunc*, quæ ſignificant *ipſo iure*, & ita ſignificant directam. addo nunc authoritatem *Ripæ in d. l.*

47 *Centurio nu.* 183. *&* 184. maximè, † quia ſunt verba relata ad ſubſtantiam diſpoſitionis, & ad executionem iuris, non verba relata ad executionem facti, iuxta doctrinam *Paul. in l. fin. in fin. C. de legat. Ripa in l. hæredes mei §. cum ita nu.68 ff ad S.C. Trebel.*

Hæc exiſtimo ſufficere ad tollenda omnia dubia, quæ cõtra partem noſtram oriri poſſent ex doctiſſimè ſcriptis ab Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domino meo D. Zambeccario.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

In eadem cauſa: De intellectu eiuſdem ſtatuti Bonon. ſub Rub. *de ſucceſſ. liber. patr. vel matr. &c. defic. condit. teſtam. §. Item ſtatuimus*. Et præcipuè an locum habeat in dote prius deſtinata, & poſtea data.

Vtrum detur lex ſine ratione, vbi de intelligentia *l non omnium ff. de legib.*

SVMMARIVM.

1 STatutum Bonon. in §. fin. de ſucceſſ. liber. &c, condit. teſtam. *non præſupponit eſſe neceſſariam dotis deſtinationem.*

Sed habet locum etiam in dote data vid. per totã conſ.

Rationes d. §. afferuntur nu. 15. *& ſeqq.*

Et cur ſtatuentes locuti fuerint de dote deſtinata, & non de data nu. 29. *& ſeqq.*

2 *Qualitas requiſita per ſtatutum probanda eſt ab illo, qui in eo ſe fundat.*

3 *Verbum præteriti temporis denotat actum verbi receſſiſſe à tempore.*

4 *Habilitas hæredis eſt neceſſaria tempore mortis teſtatoris.*

Sicuti in ſubſtitutione pupillari eo tempore neceſſaria eſt ætas pupillaris, & patria poteſtas nu. 5.

6 *Deſtinatio dotis non reuocatur per dationem.*

Nec ex eo, quod dos modo ſit deſtinata, modo data oriuntur duæ ſpecies diſtinctæ nu. 22.

Cùm etiam dos deſtinata dicatur data nu. 23.

Et multo tius deſtinatio eſt eiuſdem virtutis, cuius eſt implementum nu. 24.

Potiuſquè attenditur actus deſtinationis, quam dationis nu. 7.

7 *Ex duobus actibus, quorum ſecundus habet dependentiam à primo, & fit ad implementum illius potius primus attẽditur, quã ſecundus.*

8 *Actus deueniens ad eum ſtatum, à quo incipere non poteſt ob caſum tendentem ad implementum cauſæ finalis, non vitiatur.*

9 *Non inconueniens ſtatutum eſſe ſine ratione.*

Contrarium nu. 11. *& ſeqq.*

10 *Non eſt dicendum ſtatuentes feciſſe quid reprahenſione dignum.*

11 *Ratio eſt anima legis.*

Et eius forma nu. 12.

Et ideo ſine ratione non conſiſtit nu. 13.

14 *Intellectus* l. non omnium ff. de legib.

16 *Publicè intereſt teſtamenta ſortiri effectum.*

17 *Statutum excludens fœminam à ſucceſſione, ſi reſeruet dotem non eſt iniquum.*

18 *Statuta conſtituentia differentiã inter maſculos & fœminas facta ſunt ad conſeruationem agnationis.*

19 *Ad iudicem ſpectat declarare, an ſtatuentes vnica, vel pluribus moti ſint rationibus.*

20 *Argumentum à maiori ad minus non valet affirmatiuè.*

Sed affirmatiuè tenet de minori ad maius num. 21.

25 *In habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus.*

26 *Statuta correctoria extenduntur ex maioritate rationis expreſſe in ſtatuto, vel quando ſola reddi poteſt.*

Quia talis extenſio vti veniens ex mente corrigentium eſt permiſſa nu. 27.

28 *Inclusio vnius eſt alterius excluſio.*

Hæc regula ceſſat, quando incluſio eſt caſus magis dubij nu 29.

Vel caſus magis frequenter contingentis nu. 30.

Et quando repugnat mens includentis nu. 31.

RESPONSVM LXI.

Reuerende Pater.

SVmma eorum, quæ multis abſoluerunt Excellentiſs. DD. Mateſanus, & Gualandus in eorum doctiſſimo patrocinio pro D. Vincentio Almerico in duobus conſiſtit.

Primum, quod ſtatutum *de ſucceſſ. lib. patr. vel matr. &c condit. teſt. §. fin.* procedat tantum, quando dos fuerint deſtinata.

Secundum, quod non procedat in dote data, quia nec ſtatuti verba, nec eorum vis conueniat, nec in ſtatuto correctorio licita ſit extenſio de deſtinata ad datam dotem.

1 Reuertendo ad primum, illud facile tollitur ex verbis eiuſdem ſtatuti. *vel quæ veriſimiliter deberent deſtinari*, quæ oſtendũt, ad ſtatuti verifica-

Digitized by Google

ficationem non præſupponi ex neceſſitate de-
ſtinationem.

Quod ſi deſtinationis qualitas neceſſaria eſ-
2 ſet, & † à parte noſtra probanda ad *Bar. in l. 1.
§. quod autem ff. ne quid in ſlum. public.* ſatis pro-
baretur ex inſpectione teſtamenti, in quo fuit
Margaritæ deſtinata dos 40. mill.

Nec dicatur, quod nõ fuit deſtinata in eo ca-
ſu, quo ſubſtituti fuerunt deſcendentes D. Do-
minici Turini.

Quia ad ſtatutum ſufficit, quod aliquo caſu
fuerit facta deſtinatio, vt in alia informatione
3 probaui ex verbo *deſtinaſſet*, quod † cum ſit pre-
teriti temporis denotat actum verbi receſſiſſe à
tempore *Bal. in l. fin. n. 17. C. de codicil.* & ſi de-
ſtinatio facta in alia voluntate, & multò tem-
pore antequam ſubſtituatur (vt denotat verbũ
tẽporis pluſquam perfecti) ſufficit ad verifica-
tionem ſtatuti, multò magis ſufficiet in eadem
vltima voluntate, & facta tempore, quo ſubſti-
tuitur.

Et dum dicitur ex aduerſo, hanc deſtinatio-
nem non fuiſſe tempore mortis teſtatoris, cum
tunc data eſſet dos, quæ tamen videtur neceſſa-
4 ria tempore mortis, vt dicitur de habilitate hę-
redis *in §. in extraneis Inſt. de hered. qual. & diff.*
5 & † de impubertate, & patria poteſtate in ſubſti-
tutione pupillari *l. 2.* & ibi *Doct. ff. de vulg. &
pupil.*

6 Reſpondetur, tempore mortis duraſſe deſti-
nationem, quę non fuit à teſtatore reuocata, nec
tempore finita: nec enim datio eam tollit, cum
potius ad eius implemẽtum tendat, maximè in
caſu noſtro, quo datio fuit eiuſdem quantitatis,
& qualitatis imputationis dotium maternarum,
cuius fuit deſtinatio: Et ſi diceretur ſecuta da-
tione dos non dicitur tantum deſtinata, ſed de-
ſtinata, & data, tunc reſponderem, ſatis eſſe,
quod ſit deſtinata, cum ſtatutum taxatiuè non
7 loquatur de dote deſtinata: Imò † concurren-
tibus duabus his qualitatibus, cum datio depen-
dẽtiam habeat à deſtinatione, & ſit ad eius im-
plemẽtum, potius ſpectabitur qualitas deſtina-
tionis, quam dationis *l. & ſi non ſunt §. perueni a-
mus ff. de aur. & argent. legat. l. 3. § ſcio ff. de mi-
nor. l. damni infecti § ſabini ff. de dam. infect. Bal.
in l. diuortio in fine ff ſolut. matrim. & in l. fin. C.
de fruct. & lit. expenſ. Ang. in l. ſi poſſeſſor §. 1. ff.
de petit. hered. Soc. conſ. 70. num. 9. in 4. Dec.
conſ. 654.*

Et ſi datio tolleret deſtinationem, & deduce-
ret ſubſtitutionem ad caſum, quo incipere non
poſſet (quod tamen prorſus inficior) adhuc ſub-
8 ſtitutio non vitiaretur, quia † quando actus de-
uenit ad eum ſtatum, à quo incipere non poſſet
ob caſum tendentem ad implementum cauſæ,
ob quã actus ſubſiſtit, tunc actus ipſe non vitia-
tur *l. verbis ff. ad l. falcid. §. ſi quis debitori verſ.
(ex cõtrario) Inſt. de legat. vbi Aret. in fine Salic.
in l. ſi Gaudentius C. de contrah. empt.*

His ſtantibus pro defenſione partis noſtræ,
nõ eſt, quod de extẽſione agamus, & ideo opus
non eſſet inſiſtere in ſecundo articulo contra-
riæ conſultationis: ſed ex abundanti, & in hoc o-
ſtendam, iuſtitiam nobis aſſiſtere.

Etenim plures concluſiones firmantur à DD.
Conſultoribus, quibus omnibus vna excepta ad-
uerſamur.

Prima eſt concluſio, ſtatutum noſtrũ eſſe iu-
ris communis correctorium, quod admittimus.

9 Secunda, quod hoc ſtatutũ caret ratione, idq;
dicitur non inconuenire, cum dicat *Iulianus
in l. non omnium ff. de legibus (non omnium, quæ
à maioribus tradita ſunt ratio reddi poteſt)*

Non eſt vllo modo hæc concluſio admitten-
da, vt ſtatuentes ſine ratione ita manifeſtè rece-
dãt à vulgaribus regulis iuris cõis, qualis eſt, vt
poſt aditã hæreditatẽ nõ fiat puberibus directa
ſubſtitutio, & quod legitima in aliqua, vel mini-
ma parte ita afficiatur, vt qui eam habet ad li-
bitum de ea teſtari non poſſit iam pubes factus,
maxima repræhenſione digni eſſent ſtatuentes,
ſi abſque ratione iam grauiter ius commune læ-
ſiſſent, & id minimè dicẽdum eſt *vulg. l. Saluius*
11 *Ariſto ff. de leg. præſtand.* Etenim † dicitur, ra-
tionem eſſe animam legis *l. cum pater §. dulciſ-*
12 *ſimis ff. de leg. 2.* & † eſſe eius formã *Coraſ. de iure
in artem redigẽd. p. 1. c. 14. ad fin.* quemadmodũ
13 igitur non viuit corpus ſine anima, & non con-
ſiſtit eſſe formati actus ſine forma, ita nec lex ſi-
ne ratione *l. Iulianus ff. ad exhibendum Bal. in l.
ſi quis ſeruo alieno nu. 10. C. de furt.*

14 Nec obſtat *l. non omnium*, cuius finis non eſt,
probare dari legem ſine ratione, ſed inſinuare
difficultatem inueniendi veram rationem eorũ,
quæ à maioribus tradita ſunt *Lancelot. Polit. in
repet. l. filium, quem habentem nu. 90. C. fam. er-
ciſc.* Vel dicendum, ea lege damnari nimis ſtu-
dioſam inueſtigationem rationis in re clara,
ideo ſubiungitur *in l. ſeq. (& ideo rationes eorum,
quæ cõſtituũtur inquiri nõ oportet, alioquin mul-
ta ex his, quæ certa ſunt ſubuerterẽtur)* & ita ex-
plicat *Ant. Vacca in d. l. non omnium* optimè *Me-
noch. de arbitr. iudic. lib. 2 caſ. 82. nu. 14.* vnde
rectè dixit *Euerard. in loco à ratione legis larg. ad
extenſ. leg. nu. 22.* poſt *Cin. & Pet. in l. non dubiũ
C. de legib.* quod quando in lege non eſt ſcripta
ratio, debemus tentare cõiecturis illam aſſequi,
quia non eſt lex ſine ratione, ait ipſe, & allegat
cauerit autem lex 4. diſtinct.

Digitized by Google

15 Ratio autem ſtatuti noſtri ex eius lectura facile nobis innoteſcere poteſt, cum id ſtudioſè agant ſtatuentes, vt concurrant, vel non concurrant filiæ cum maſculis, ſeruetur teſtamentum,
16 & voluntas patris, quod † & publicè intereſſe dicitur *l. vel negare ff. quem teſt. infirm. prius in fin. princ. ibi (vel contra teſtamẽtum agi, vel excipi) in §. & de nullitate, & in §. vbi tamen,* vt agatur ad ſupplementum, & de nullitate teſtamenti nõ agatur *in § item dicimus ibi (& ex eorum præteritione teſtamentum nõ vitietur)* cum ergo omnia hoc ſtatuto diſpoſita fuerint ea ratione, vt teſtamenta parentum conſeruentur, neceſſe etiã eſt dicere, in fine ſtatuti dari parentibus eandem licentiam ſubſtituendi fauore conſeruandi ab
17 illis diſpoſita, & † erit diſpoſitio prorſus fauorabilis, cum mulieri remaneat dos, de qua diſponere poteſt *Bal. conſ. 179. n. 1. in 5.* Et ſi quæreretur ratio rationis, quare ſcilicet putauerint ſtatuentes ita fauendum vltimis voluntatibus parentum, tunc confugiendum eſſet ad vnicam, & ſingularem rationem ſtatutorum conſtituentiũ differentiam inter maſculos, & fæminas, ſcili-
18 cet † quia putarunt ſtatuentes, ita facilius fieri poſſe, vt bona ſub diſpoſitione patris facilius cõſeruentur apud agnatos, hanc vnicam, & vti expreſſam horum ſtatutorum rationem ex communi omnium *Doct.* opinione firmat *Brun. de ſtatut. excluſ. fæmin. artic. 3. nu. 12. Enerard. in d. loco à ratione legis larga n. 13.* Et licet dicatur, præſumi ſtatuentes motos pluribus rationibus id procedit in dubio, non in caſu, in quo ſumus certi, in quo ſtatuentes inſiſtant, & ad hoc credendum eſt fore, vt ſit iudicis arbitrium, ad
19 quem pertinet declarare, an ſtatuentes vnica, vel pluribus moti ſint rationibus *Enerard. in loco mox citato.*

Tertia concluſio, vt ſtatuta de dote data non procedant in promiſſa, vel deſtinata, in iure nõ modicam continet difficultatem, ſed quicquid ſit, id parum facit ad concludendum, ſtatutum de dote deſtinata non procedere in dote data, vbi enim quid cõcederetur, quia dos eſſet data; ſi inferre vellemus, id etiam concedi in dote,
20 vel promiſſa, vel deſtinata, eſſet † arguere affirmatiuè à maiori ad minus, quod non licet *Iaſ. in l. qui à de legato num. 4. ff. de leg. 1. Curt. Iun. conſ. 134. nu. 4. Surd. de aliment. tit. 9. q. 1. nu. 11.* in-
21 ferre † autem, vt conceſſum in dote deſtinata, vel quæ deſtinari debuiſſet, etiam eſſet conceſſum in dote data, eſt arguere de minori ad maius affirmatiuè, quod licet *Curt. Iun. conſ. 137. nu. 30. Paſian. de probat. lib. 2. c. 28. nu. 41.*

Quarta concluſio, quod duę ſint diſtinctæ ſpecies dotis, i. dos deſtinata, & data, adeò vt nõ liceat deducere ſtatutum correctorium de vna ſpetie ad aliam, quaſi quod id ſit ampliare correctionem contra iura vulgaria ad hoc.
22 Negatur, quod ex eo, quod dos ſit modo deſtinata, modo data, oriantur duæ diſtinctæ ſpecies dotis, ex deſtinatione, & datione oriuntur quędam differentiæ accidentales, quæ nõ conſtituunt diuerſas ſpecies, nec verum puto, adeò diſtinctã eſſe dotẽ deſtinatã à data; vt de vna
23 ad aliam nõ poſſit ſtatutũ porrigi, quod † videã dotem deſtinatã etiam dici datam vt in puncto noſtri ſtatuti ſcripſit *Crot. conſ. 35. ſub nu. 28. &*
24 *51. in 1. Barbat. conſ. 81. in 1.* & † multoties deſtinatio eſt eiuſdem virtutis, cuius eſt implemẽtum, de qua re *Iaſ. in repetit. l. admonendi nu. 53. cum ſeq. ff. de iureiurand. Felin. in c. cum adeo nu. 2. de reſcript. Tiraquel. de leg. cõnub. lege 15.* & poſt iſtos plura per *Rebuf. in l. ſi vnae adua §. paſſiua col. 4. in verbo (deſtinata) ff. de verb. ſign.* Vnde cũ non plurimũ diſtent dos data, & deſtinata, facilè in vnã diſpoſitum poterit trahi ad aliam,
25 quia † in habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus *l. item veniũt §. cum prædixerimus ff. de pet. hæred.*
26 Quinta concluſio cõtinens, ſtatuta correctoria nõ eſſe extendẽda de caſu ad caſum, nec ipſa abſolutè vera eſt, cum non procedat, quando in caſu, ad quem ſit extenſio adeſt maioritas illius rationis, quæ ex litera ſtatuti colligi poteſt, vel ex arbitrio iudicis vnica reddi poteſt *l. is ſoluit ibi (ſatis tacitè) C. de reuoc. donat. l. emptor in fine ibi (ea ratione reddita) ff. de rei vendic. gloſ. in clem. 1. in verbo (eligatur) de elect.* pluribus id probat *Velaguit. de extenſ. Rub. de extenſ. leg. corrector. q. vnic. nu. 11.* & eſſe communem opinionem facile conſtat ex allegatis ab *Enerard. d. loco à ratione legis larga nu. 18. cum pluribus ſeq.*
27 hoc † enim caſu non damnatur illa extenſio, quę venit ex mente corrigentium *Menoch. conſ. 187. ſub nu. 36. verſ. (& cum) in 2.*

Vltima concluſio ex prædictis deducta continet, ſtatutum noſtrum correctorium iuris communis diſponens in dote deſtinata, & tacens rationem diſpoſitionis non eſſe extendendum ad
28 dotem datã, imò † incluſionem dotis deſtinatæ excludere dotem datam *l. cum prætor ff. de iudic. c. nonne de præſumpt.*

At cum negari non poſſit, quin diſpoſitio huius ſtatuti ſit admodum fauorabilis patri ei concedens, quod iure ſpeciali militibus tantum conceſſum eſt, cur vnquam poterunt aduerſarij perſuadere, ſtatutum fauere patri non implenti officium paternum non deſtinando dotem, vel imperfectè implenti per ſolam deſtinationem; & nõ fauere patri plenè implenti officium

ſuum

Digitized by Google

ſuum dando effectualiter dotem? Hic enim
intrat maioritas rationis deductę ex ſtatuto,
quia ſi fauore conſeruandi voluntatē teſtatoris
patris, ei conceditur directè ſubſtituere poſt im-
pubertatem, & poſt aditam hæreditatem in
caſu, quo per eum filiæ, vel nullo modo eſt pro-
uiſum, vel imperfectè, multo magis intrat ea-
dē ratio fauoris, quando perfectè prouiſum eſt
per dationem dotis, hoc enim eſt arguere à ma
ioritate rationis in ſtatuto correctorio, quod
licere iam probaui, & hoc modo etiam arguit
29 *Monterent. in verbo (deſtinaſſet.)* Et † licet de
dote deſtinata ſtatutum loquatur, non tamen
excludit dotem datam, cum alia potuerit eſſe
ſua intentio: prius poteſt dici id factum fuiſſe,
vt à ſtatuto decideretur caſus in terminis ma-
gis dubijs, quod cū à ſtatuto factū ſit, vt deciſo
caſu dubitabiliori ex eo nobis liceret inferre
ad deciſionem caſus minus dubitabilis, nō po-
terit vnius caſus incluſio aliū caſum excludere
*Salicet. in l. de crimine ſub nu. 2. C. qui accuſ. non
poſſ. Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 4.*
30 *interpret. 2 dubit. 3. ſub n. 39. fol. 448.* vel † poſ-
ſumus dicere, caſum non exiſtētium liberorum
filiæ, cui ſubſtituitur, frequentius dari in mulie-
ribus, quibus non ſunt datę, ſed tantū deſtinatæ
dotes, quæ vt plurimū nondū nuptæ ſunt, & mi-
nus frequenter dari hunc caſum in mulieribus,
quibus datæ sūt dotes, quæ vt plurimū & nuptæ
ſunt, nec tunc intrat regula *l. cum prætor*, quia
expreſſio eius, quod frequentius eſt, non ex-
cludit id, quod minus frequens eſt *gloſ. in l. mā-
cipia in verbo (ſponſam) C. de rapt. virg. gl. in
clem. 1. verſ. præſidentes de reſcript. Iaſ. in l. 1.
nu. 33. ff. ſolut. matr. Gerard. ſingular. 97. in fin.*
Vel tandem dicere poſſumus, dictum fuiſſe de
dote deſtinata, vt excluderetur dos aduentitia,
quia in illo caſu iniquum fuiſſet ſeruare diſpo-
ſitionem patris, qui in aliquo non honoraſſet
filiam, & quæ de ſuo non haberet dotem, ideo
non ſine ratione non dicit ſtatutum, in eo quod
excederet dotes deſtinatas, vel quæ deſtinari
deberent, ſed dicit *in eo, quod excederet dotes,
quas pro eis deſtinaſſet* ſignificans deſtinatio-
nē à patre omnino prouenire debere, ideo non
conuenit, vt verba expræſſa ad excluſionem
dotis aduentitiæ, excludant caſum dotis datæ à
31 patre; Et † in ſumma repugnante ſtatuentium
mente non eſt locus regulæ *d. l. cum prætor. Me-
noch. conſ. 82. num. 30. Magon deciſ. Lucenſ. 81.
num. 21.*

His tolluntur omnia fundamenta informa-
tionis Excellentiſs. Mareſani, & Gualandi.

Laus Deo, & Virgini.

E P I T O M E.

Concurrente ad ſucceſſionem ab inteſtato Ma-
tre, Sorore, & Patruo, Soror admittitur ad
dimidiam proprietatis, Patruus ad alteram
dimidiā, reſeruato vſufructu Matri, ex diſpo-
ſitione ſtatuti Bonon. *de ſucceſ. aſcend. & col-
later.* Et latè tractatur de intelligentia §.
Volentes inſuper.

S V M M A R I V M.

1 Statutum Bonon. de ſucceſſ. aſcend. & col-
later. in §. volentes inſuper *comprahendit
caſum ſucceſſionis, quādo concurrunt Mater,
Soror, & Patruus, & per totum conſ.*
*Alij intellectus ad deſtructionem huius referun-
tur nu 10. 12. 23. 25. 29. & 32.*
Sed reijciuntur nu. 11. 13. 24. 26. 30. & 36.
*Diſpoſitio huius §. facta fuit ad tollendum illud
dubium, An ſtatutum diſponens in ſimplici
procedat in mixto nu. 15.*
Et ſub eo non continetur excluſio matris nu. 32.
Rationeſq; aſſignantur nu. 33. & 34.
Sed contra nu. 36.
2 *Statuta vocantia patruum ad excluſionem ma-
tris, & ſororis ſunt facta ad fauorem agna-
tionis.*
*Et ideò ſtatuta excludentia fæminas, & etiam
matrem propter maſculos attenta eorum prin-
cipali intentione ſunt fauorabilia nu. 8.*
Vt de ſtatuto Bononiæ nu. 9.
4 *Si Titius excludat Caium, concurrente Sempro-
nio de iure communi ceſſabit excluſio, dum-
modo tamen Titius excludatur à Sempronio.*
5 *Statuta recipiunt paſſiuam interpretationem à
iure communi.*
7 *Quando teſtator prouidet, vt ſi naſcatur filius
maſculus habeat octo uncias ſuæ hæreditatis,
& vxor quatuor, & ſi naſcatur fœmina illa
quatuor habeat, & vxor octo, ſi naſceretur ma-
ſculus, & fœmina, ex ſeptem partibus ille
quatuor habebit, hæc vnam, vxor duas.*
11 *Dictio* quatenus *exponitur, ideſt* in quantum *&
num. 24.*
14 *Frater vtrinq; coniunctus extante ſorore ſucce-
dit excluſo fratre conſanguineo tantum etiam
ex* ſtatuto Bonon.
15 *Statutum diſponens in caſibus ſimplicibus an
habeat locum in mixto remiſſiuè.*
*Procedit autem in mixto, quando de vtroq; ſim-
plici loquitur nu. 16.*
17 *Authoritas* Alex. *eſt maior authoritate* Roſelli.
Roſel. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 225. *verſ. (ſed po-
ne) reprobatur nu. 18. & ſeqq.*

18 *Caſus omiſſus à ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

Non tamen dicitur omiſſus caſus ille, in quo viget identitas rationis nu. 3.

19 *Dictio* infraſcriptis *denotat quid, quod oculis corporeis legi poſſit.*

Illud tamen dicitur ſcriptum, & legi poſſe, quod ex verbis colligitur, fuiſſe de mente ſtatuentium nu. 20.

Et quando venit in conſequentiam eorum, quæ leguntur, & adſit eadem ratio nu. 21.

Ita remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. *competens hæredi ſcripto, prodeſt etiam in parte prouenien te ex iure accreſcẽdi n. 22.*

27 *Statuti intellectus, ex quo deciditur caſus magis dubius cæteris præfertur.*

28 *Verba ſtatuti non debent eſſe ſuperflua.*

30 *Relatio fit ad omnia præcedentia.*

31 *Media à ſuis extremis declarantur.*

33 *Pia cauſa non comprehenditur ſub generali ſermone.*

Nec caſus fauorabilis nu. 35.

34 *Succeſſio parentum eſt maximè fauorabilis.*

RESPONSVM LXII.

Auxilium à Domino.

1 IN concurſu ſororis, matris, & patrui defuncti, alias conſultus, an caſus eſſet omiſſus à *ſtatuto de ſucceſſ. aſcend. & collater.* & remaneret ſub diſpoſitione iuris communis, reſpondi in cauſa de Brancaleonibus, caſum non eſſe omiſſum, ſed ſub ſtatuto contineri in §. *volentes inſuper*, & ita obtinui in Rota Bononienſi (cuius deciſio eſt inter *diuerſ. 99.*) ob authoritatem *Alex. conſ. 141. in 7. Grat. conſ. 134. nu. 51. & ſeq. in 1. Zoannet. conſ. 10. & Gozad. in addit. num. 104. Monter. ad d. ſtatutum in §. volentes in gl. 1.* & ante hos *Doct.* in ſtatuto noſtro conſuluit *Angel. conſ. 152. incip. ſtatuto Bononiæ*, ſupponendo etiam ſtatutum in fortioribus terminis, ſcilicet, quod illo non diſponatur aliquid in concurſu patrui, & ſororis, ſequitur *Crot. conſ. 16. nu. 16. in 1.*

Etenim prius diſponitur in ſuccedendo ſeruari iura communia, niſi in caſibus infraſcriptis; deinde in ſingulis §§. referuntur caſus varij cum eorum declarationibus, & limitationibus, poſtea in *d. §. volentes inſuper* expreſſè dicitur, vt omnia contenta in ſtatuto, & diſpoſita in caſibus ſupraſcriptis, ſi ſeparatim, ſeu diſiunctim contingant, locum habeant in dictis caſibus, etiam, ſi ſimul, vel coniunctim contingãt, quatenus poſſint adaptari, ſed ſi paratim in hoc ſtatuto, eſt prius diſpoſitum, vt concurrente patruo, & matre vidua, hæc ad vſumfructum, ille ad proprietatem admittatur, diſponitur etiam, vt in concurſu ſororis, & patrui pariter ſuccedant, ſi contingat coniunctio horum caſuum (vt in propoſito contingit) diſpoſitum, quando ſimpliciter caſus contingunt, ſeruandum erit, quatenus poteſt adaptari, ſcilicet, vt ſoror, & patruus æqualiter ad proprietatem ſuccedant matre vſufructum retinente.

2 Hocq; fuiſſe ex mente ſtatuentium faciliimè oſtenditur, nam aut ſequendo veritatem volumus ſtatuta vocãtia patruum ad excluſionem matris, & ſororis ſpectaſſe fauorem agnationis, vt inferius probabitur, aut pro nunc diſſimulando errorem deciſionis relatæ à *Monterent. in d. §. volẽtes*, dicimus id factum ratione maſculinitatis, nõ minus patruus eſt agnatus, vel maſculus, quando concurrit cum matre, & ſorore, quã quando concurrit cum ſola matre, vel ſola ſorore, ergo dicendum hunc caſum ab iiſdem ſtatuentibus fuiſſe comprehenſum in *d. §. volentes*, cum ob rationis identitatem rectè adaptari poſſit id; quód in caſibus ſimplicibus

3 antea ſtatutum fuerat, facit t. n. rõnis idẽtitas, vt caſus vti veniens ex mente ſtatuentiũ omiſſus non dicatur *Gabr. conſ. 154. n. 24. in 1. Ceph. conſ. 107. nu. 18. in 1. Sylnan. conſ. 63. nu. 7. in 2. Gauber. conſ. 22. nu. 24. Put. deciſ. 507. nu. 3. p. 2. Rota deciſ. 141. num. 6. p. 1. in nouiſſ.* Nec dicatur facilius eſſe patruo excludere vnam perſonam, quam duas: quia iſtud eſſet alicuius conſiderationis, quando vnio duarum perſonarum efficeret, vt ceſſaret ratio, ob quam permittitur patruo excludere, vel quando intraret ratio; ſi vinco vincentem te, multo magis vinco te: quod tamen non contingit in hoc caſu, in quo vnio matris, & ſororis non poteſt eſſe in cauſa, vt ſtatuentes minus faueant agnationi, vel maſculinitati, vel iſtud obiectum eſſet forſitè conſiderandum, quando augeretur excluſio; quæ tamen nõ augetur ex hoc concurſu, adhuc enim patruus excludit matrem a ſolo vſufructu, & ſororem à ſola dimidia.

4 Si præterea accommodemus hoc ſtatutum loquens de concurſu plurium, ad terminos iuris communis, idem dicendum erit, ſi quidem de iure communi, ſi Titius excludat Caium concurrente cum illis Sempronio, ita demum ceſſabit iſta excluſio, ſi Sempronius excludat Titium *l. ſi ſit agnatus & linquiſſimam ff. ad Tertul. l. fin. §. ſin autem C. ad Tertul. Soc. conſ. 28. nu. 17. & ſeq. in 4.* Ita, & in terminis noſtris

pa:

patruus excludit matrem ab vſufructu, ſi cōcur-
rat ſoror, vt ceſſet excluſio, oportet vt ſoror ex-
cludat patruū, vt conſuluerunt *Angel. conſ. 210.*
Dec. conſ. 71. incip. in caſu ad me tranſmiſſo Iaſ.
conſ. 130. in 1. Corn. conſ. 84. in 4. & tamen à di-
midia, de qua agitur, & à qua venit mater exclu-
denda, ſoror non excludit patruum, vel è contra
patruus excludit pro dimidia ſororē a proprie-
tate; cōcurrente matre ſi debet ceſſare hæc ex-
cluſio, oporteret, quod mater excluderet pa-
truum à proprietate, quem tamen non excludit,
ergo ſecundum regulas iuris cōis cōcurſus non
impediet excluſionem. Dum igitur tenemus in
concurſu perſonæ non excludentis, ſtatuentes
ſentire, diſpoſitionē in caſibus ſimplicibus pro-
cedere quatenus adaptari poteſt, accommoda-
mus mentem ſtatuentiū ad terminos, & regulas
5 iuris cōis, prout † fieri debet *Bart. in l. omnes po-*
li nu. 60. ff. de iuſt. & iur. Dec. conſ. 445. nu. 49.
6 ſicut † & in caſu contrario .ſ. quando a perſona
cōcurrēte excludēs vincitur, ceſſat excluſio ſta-
tuti, quia ita dictat ius cōmune, & cumulatio ca-
ſuum non poteſt accommodari ad diſpoſita in
caſibus ſimplicibus, hinc eſt, qđ licet frater pa-
truelis excludat matrē, quādo tamen concurrūt
frater patruelis mater, & ſoror frater patruelis
nō excludit matrē, ea ſanè ratione, quia ipſe ex-
cluditur à ſorore, vt cōſuluit *Bero. conſ. 149. in 2.*
7 Confirmatur hęc intelligentia ex apertiſſimo
tex. l. ſi ita ſcriptum ff. de lib. & poſthum. arguēdo
de vltima voluntate ad ſtatutum *Euerard. in loc.*
ab vlt. volunt. ad leg. &c. prouiſum fuit à teſta-
tore in caſu ſimplici, ſi ei maſculus naſceretur,
vt haberet octo vncias hęreditatis, & vxor qua-
tuor, ſi naſceretur fæmina, vt illa quatuor vncias
haberet, & vxor octo, omiſit autem caſum, quo
concurrent cum vxore filius maſculus, & fæ-
mina, qui caſus ſi eueniat, non dicitur a teſtato-
re omiſſus, ſed iuxta eius mentem volentis ma-
ſculum altero tāto amplius habere, quam vxor,
& vxorem altero tanto amplius habere, quam
ſi a fęmina, dicit *Iuris conſ.* diuidi hęreditatem
in ſeptem partes, quatuor aſſignari filio maſculo,
duas vxori, & vnam filiæ, ita caſus concurſus re-
gulatur, ſecundum caſus ſimplices, quatenus ad-
aptari poteſt, & ſatis dicitur, eſſe ex mente teſta
toris, licet realiter filius non habeat octo vn-
cias, & filia quatuor, ſatis eſt, quod filius habet
partem in duplo maiorem parte vxoris, & vxor
partem in duplo maiorem parte filiæ, & in pro-
poſito cum concurrente patruo, & matre ſtatutū
in proprietate anteponat, & magis diligat pa-
truum, & in vſufructu matrem, & concurrente
patruo, & ſorore eos æqualiter diligat, dato con-
curſu harum trium perſonarum, non inconue-
niet, vt retenta eadem mente ſtatuti æqualiter
diuidatur hæreditas inter patruum, & ſororem,
& vt vſusfructus ſit matris.

Scio, quoſdam dicere, non licere arguere ab
illo *tex.* tractante caſum fauorabilem ad noſtrū
8 ſtatutū odio ſum; ſed † etiam non me latet *Doct.*
magis cōiter tenere, ſtatuta excludentia quaſdā
fœminas, & vocantia maſculos de agnatione,
item & excludentia matrem attenta eorū prin-
cipali intentione, eſſe fauorabilia, licet inde re-
ſultet quoddam odium perſonarum excluſarū
Doct. in l. venia C. de in ius voc. in l. 1. ff. ſolut.
matrim. Bol. inter conſ. Angel. conſ. 68. ſub nu. 5.
verſ. (ſimiliter igitur) Angel. in conſ. ſeq. Corn.
conſ. 11. ſub nu. 10. in 1. & conſ. 82. ſub nu. 8.
& conſ. 171. nu. 6. in 4. Soc. iun. conſ. 23. nu. 37.
in 1. Thob. Non. conſ. 42. nu. 31. Brun. de ſtatut.
9 *exclud. famin. artic. 3. num. 12.* & † in puncto
noſtri ſtatuti *Alex. d. conſ. 141. nu. 9. & Grat. d.*
cōſ. 134. nu. 59. in 1. Brun. d. tract. art. 6. n. 156.

Addo tandem pro corroboratione huius ſen
tentiæ ſcripta ab *Ancharan. conſ. 335.* dicens,
quod ſi in priori parte ſtatuti agnatus excludit
matrem, & in vlteriori parte agatur de agnato,
& ſorore tantùm, quia non dicitur de agnato, ſo-
rore, & matre ſimul, non intelligitur receſſum
à priori diſpoſitione, in qua ab agnato mater
excluditur, & hoc ſubtilibus rationibus cōpro-
bat, ex qua doctrina deducitur, quod cum in
priori parte ſtatuti patruus excludat matrem
& in ſequenti parte agatur de patruo, & ſorore.
cum nihil dicatur de matre, non intelligitur re-
ceſſum ab excluſione matris, de qua ſupra, &
ita etiam remoto §. *volentes*, idem ex mente
Ancharan. ſentiendum eſſet .ſ. quod patruus et-
iam in concurſu ſororis excluderet matrem.
10 Modo huic ſententiæ fundatæ præcipuè in
d. §. volentes, non obſtare exiſtimo conſideratio
deciſionis relatæ à *Menterent. in d. §. volentes* .ſ.
diſpoſitum in caſibus ſimplicibus procedere in
caſibus mixtis, quatenus poſſit adaptari. i. ſi po-
teſt adaptari, ſed non videtur poſſe in propoſito
adaptari, quin diſpoſitio ſimplicium corrumpa-
tur, ſi dicimus matrem habere totum vſum-
fructum, corrumpitur diſpoſitio vocās ſororem
concurrentem cum patruo ad dimidiā proprie-
tatis, & vſusfructus, ſi damus ſorori dimidiam
proprietatis cum vſufructu, corrumpitur altera
ſimplex diſpoſitio, quia mater non habebit to-
tum vſumfructum, vt vult ſtatutum, quādo cum
patruo concurrit.
11 Facillimum enim eſt reſpondere ex illis ver-
bis, *quatenus poſſint adaptari*, quæ hoc loci non
important conditionem, vt ſupponitur in *deci-*
ſione, ſed exponuntur. i. *in quantum poſſunt ada-*

ptari,

ptari, hoc eſt habita conueniēt porportione, eſt
hæc propria ſignificatio aduerbij (*quatenus*)
l. ſi quis crediderit ff. de pact. Alberic. in dict. uocar.
in hoc verbo Rebuf in l. locus col. 10. verſ (quate-
nus) ff de verb. ſign. & in ſumma habita illa pro-
portione in genere, de qua in *d. l. ſi ita ſcriptum*,
Sed, & dato, quod verba hæc cōditionem ſigni-
ficarent, adhuc rectè diſpoſita in ſimplicibus,
adaptari poſſent ad caſum concurſus plurium,
quod, vt oſtendam prius ſuppono, alias mihi in-
formanti in cauſa Branchalcona placuiſſe opi-
nionē *Alex.* vt matri daretur vſusfructus dimi-
diæ, licet *Rota Bonon.* non placuerit hæc opinio,
ſed voluerit ei dari vſumfructum totius, non e-
nim inde fit, vt mater duplici onere grauetur .ſ.
vt perdat dimidiam proprietatis, quam ei dat
ius commune, & dimidiam vſusfructus ei dari à
ſtatuto, tunc enim dicitur onerari mater, quan-
do priuatur eo, quod ei datur a iure communi,
at quando adeſt ſoror ob *auth. defuncto C. ad*
Tertul. habet tātum dimidiam bonorum pleno
iure, ſi ei adimimus proprietatem remanente
apud eam vſufructu portionis ei de iure com-
muni obuenientis, oneratur in eo ſolo, quod pri-
uatur proprietate. Hoc ſuppoſito diſpoſita in
caſibus ſimplicibus benè adaptantur, nam quā-
do extat ſoror, & patruus, ſoror habet dimidiam
pleno iure, patruus habet alteram dimidiam,
& quando adeſt mater, & patruus, ipſe conſe-
quitur totam portionem, quam ius commune
dat matri, apud eam eiuſdem partis remanen-
te vſufructu: Dato modo concurſu, patruus con-
ſequitur illam partem, quæ de iure communi
obuenit matri, & vſusfructus apud eam rema-
net, ita adaptatur iſta diſpoſitio. Item ſoror
conſequitur dimidiam, alteram dimidiam
conſequitur patruus, ita & alia diſpoſitio ada-
ptatur, & licet patruus non habeat hanc dimi-
diam in vſufructu, & proprietate, hoc eſt ob al-
terum caſum ſimplicem .i. ob concurſum ma-
tris, & iſtud eſt, quod ſtatuentes ſignificarunt
in illis verbis *quatenus adaptari poſſent* ita, & in
d. l. ſi ita ſcriptū ff. de lib. & poſthum. benè ada-
ptatur voluntas teſtatoris, licet perſonæ vocatę
non habeant illas vncias hæreditatis relictas eis
ab ipſo teſtatore, illa etiam doctrina *Ang. in d.*
l. ſi ita nu. 3 ff. de lib. & poſthum. cui potiſſimum
innititur iſta deciſio, parum ad rem facit; nam
in caſu *Ang.* exiſtētibus filijs vxor à quibuſdam
bonis excludebatur, & exiſtentibus agnatis ab
alijs, concurrentibus filijs, & agnatis remanet
in totum excluſa, quia ſi ad aliqua admittere-
tur, oporteret vnum caſum ſimplicem corrum-
pere. At in propoſito remanent excluſiones
caſuum ſimplicium, remanet excluſa mater à
proprietate, ſicut contingit in caſu concurſus
cum patruo, & remanet excluſa ſoror à dimi-
dia, ſicut contingit, quando concurrit cum ſolo
patruo, quæ dimidia licet de iure communi eſ-
ſet matris, patruus illa matrem priuat, ita verè
nullus ex caſibus ſimplicibus corrumpitur.
12. Pariter nec credo, quātum ad hoc ſtatutum,
obſtare intellectum quēdam, qui alias circum-
ferebatur, quod intelligeretur hoc ſtatutum,
quando concurrerent ad ſucceſſionem perſonę
antea diſiunctiuè vocatæ; prout exempli gra-
tia eſt, quando ſtatutum vocat fratres ex vtro-
que parente, vel ex patre tantum coniunctos.
ad excluſionem ſororum in §. *dicti verò fratres*.
quaſi quod hoc ſtatuto diſponatur, vt concur-
rentibus iſtis fratribus omnes ſuccedant.
13 Hanc opinatus ſemper fui eſſe Ceruotinam
expoſitionem cōtra ipſum *tex.* expreſsè dicen-
tem, quod omnia contenta in præſenti ſtatuto,
& diſpoſita in caſibus ſupraſcriptis &c. inclu-
duntur, ergo omnes ſupraſcripti caſus, in qui-
bus ſtatutum contra ius commune aliquid ſta-
tuit, ſecundum enim hanc intelligentiam in
§. *dicti verò fratres* duo eſſent caſus, vnus, quan-
do adeſſent fratres vtrinq; cōiuncti, alter, quan-
do adeſſent fratres conſanguinei tantum, quod
tamen eſt contra mentem ſtatuti de omnibus
fratribus conſtituentis vnū caſum: Non .n. ſunt
plures caſus, prout ſunt plures perſonæ, ſed eſt
vnus caſus de pluribus perſonis mētionem ha-
14 bens, & ideò, cum ſuperioribus annis in *Rota*
Romana prætēderet frater cōſanguineus con-
currere cum vtrinq; coniuncto ex hoc §. *volen-*
tes, illi hanc interpretationem accommodan-
do, fuit eius intentio reiecta, & reſolutum, ſolū
vtrinque coniunctum ſuccedere, in vna de Mu-
zollis coram R.P. D. Robuſterio 3. Iulij 1582.
Et dato, citra veri præiudicium, quod in *d.* §.
Dicti vero fratres eſſent plures caſus, non video
rationem, quare ſtatutum reſtringatur ad hos
plures caſus hoc modo acceptos, cum dicat ge-
neraliter, *quod omnia contenta in præſenti ſta-*
tuto, & diſpoſita in caſibus ſupraſcriptis. Imò ſe-
cundum hanc intelligētiam deciderentur caſus
prorſus indubitabilis, & non egens deciſione,
.ſ. quod cum ſolus frater conſanguineus, & ſolus
vtrinque coniunctus excludat ſororem, ita et-
iam ambo excludant, quid eſt quod dubitetur,
ſi vnus ſolus excludit, quod iunctus cum alio
pariter excludet?
Et quod hoc ſtatutum referatur ad omnes
caſus, de quibus ſupra, & non ſolum ad voca-
tiones diſiunctiuas manifeſtè ſentit *Surd. conſ.*
15 *417. in* 3. qui † proptèrea in propoſito benè cō-
cludit, factum fuiſſe hoc ſtatutū ad tollendum
illud

Digitized by Google

illud non leue dubium inter *Doct.* an ſtatutum diſponens in caſu ſimplici, etiam intelligatur diſponere in caſu mixto, de quo per *DD. in l. 2. ff. de verb. oblig. Illuſtriſs. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 15. nu. 6. & ſeq.* quod dubiũ per hoc ſtatutũ reſolutũ remanet. De quo etiam ſi in propoſito tractandum eſſet, maximè pro
16 nobis faceret, quia † quando de vtroq; ſimplicium eſt facta mentio, facilè eſt, vt diſpoſitum in ſimplicibus etiam procedat in caſu mixto, quamuis materia odioſa eſſet *l. ſi ita ff. de inoff. tupt. & irrit. fact. teſtam.* & per hunc *tex. Bart. Paul, Imol. & Iaſ. in l. 2. ff. de verb. oblig.* qua ratione ad hoc vſi fuerunt *Alex. d. conſ. 141. nu. 13 in 7. & Zoannet. d. conſ. 10. ſub nu. 13.*

Cum igitur ſit caſus noſter ipſo ſtatuto deciſus, non eſt, quod tractemus, an ſimus in terminis, in quibus ſtatutum loquens in caſu ſimplici, procedat in mixto.

Prout nec crederem inſiſtendum in rationibus, quibus mouetur *Roſel. de ſucceſſ. ab inte ſtato nu. 225. verſ. (ſed pone &c.)* quia † non mihi
17 perſuadeo, quod authoritas *Roſelli* ſit comparanda cum authoritate *Alex.* cum quo & alij *Doct. Bonon.* ſenſerunt, & maximè, quia *Alex.* ex profeſſo reſpondet ſuper *ſtatuto Bonon.* & *Roſel.* ſuper *ſtatuto Patauino*, in quo concurſus nullo modo poterat pati diſpoſitionem caſuum ſimplicium &c.

Quicquid tamen ſit, vt conſtet etiam rationes *Roſelli* conſideratas fuiſſe; illis quã breuius fieri poterit, reſpondebitur.

18 Dicitur ergo primo à *Roſel.* hunc eſſe caſum omiſſum à ſtatuto, & ita remanere ſub diſpoſitione iuris communis *l. commodiſſimè ff. de lib. & poſthum.* maximè in ſtatuto noſtro profitente in eius principio, vt ſeruetur ius commune, niſi
19 in caſibus inſ aſcriptis, ita † vt neceſſe ſit illos caſus legi oculis corporeis *l. 1. ff. de his, quæ in teſt. del. Bar. in l. quiſquis §. hac verba ſub nu. 7. ff. de vulg. & pupil.*

Reſpondetur, caſum non eſſe omiſſum, ſed le-
20 gi oculis corporeis in d. § *volentes*, ſatis enim dicitur ſcriptum id, quod ex verbis colligitur fuiſſe ex mente ſtatuentium *Alex. conſ. 144. in fine in 6. Bero. conſ. 143. in 2. Crot. conſ. 157. nu. 11.*
21 *in 2.* Sicuti etiam ſcriptus dicitur iſte caſus, & legem ſtatuto, cum verſetur in conſequentiam eorum, quæ leguntur, & in eo ſit eadem ratio *Bart. in l. 1. in princ. ff. de his, quæ in teſt. delent. Dec. in l. humanitatis nu. 7. C. de impuber. & al. ſubſt. Ruin. conſ. 183. nu. 1. in 2. Hyp. conſ. 139. nu. 6. Fel. in c. fin. ſuper quibusdam in princ. ſub*
22 *nu. 13. de offic. deleg.* Item & remedium *l. fin. C. de edict. Diui Adriani tol.* illi conceditur, qui eſt in

reſtamento ſcriptus hæres, & communiter tenetur, illud etiam competere pro portione obuenientę ex iure accreſcendi illi, qui nullo alio dato cohęrede eſt in re ſingulari inſtitutus, quia pequi ex natura verborũ coadiuuãte lege, & ex mente teſtatoris videtur & in portione accreſcẽte ſcriptus hæres *Bar. Alex. Dec. & omnes in d. l. fin. Menoch de adipiſc. poſſeſ. remed. 4. nu. 116.*

Secundo dicitur ſtatutum vti odioſum, non procedere in caſu mixto, maximè, quia diſpoſitio in ſimplicibus caſibus corrumperetur.

Sed iſtud procederet, quando non haberemus ſtatutum loquens de caſu mixto: prętereà probatum eſt antea, ſtatutum eſſe fauorabile, & non corrumpi diſpoſitiones ſimplices.

Tertio dicitur, maiorem rationem eſſe, vt patruus excludatur à ſorore, & matre ſimul, quia duo vincula &c.

Quod procederet ſi iſtæ perſonę non excluderent ſolæ patruum ob earum imbecillitatem vnitæ fierent fortiores, & eum excluderent, ſed ſolæ non poſſunt, quia vel nõ ſunt de agnatione, vel eam non conſeruant, quæ ratio viget etiam, quando vnitæ ſunt, ergo non intrat regula duorum vinculorum vulgata *l. ſpadonem §. qui tria multa ff. de excuſ. tut.*

Omitto alia, quę ſupra tacta fuere, ex quibus conſtat, adeò leues eſſe has rationes, vt non poſſint aliquem iudicem trahere in ſententiam *Roſelli*, etiam quod non adeſſet expreſſa diſpoſitio ſtatuti, & authoritas *Alex. & ſequacium.* anno 1603.

Reuerende Pater.

IN cauſa Bonon. ſucceſſionis de Cappacellis tota difficultas deduci videtur ad §. *volentes inſuper in ſtatuto Bonon. de ſucceſſ. aſcend. & collat.* cui potiſſimum innititur intentio patrui prætendentis ſuccedere ad dimidiam proprietatis hęreditatis Io. Bapt. iunioris ab inteſtato defuncti; Cui §. licet varijs modis ab aduerſarijs reſpondeatur, reſponſiones tamen non ſubſiſtunt.
23 Primo dicitur hãc eſſe diſpoſitionem conditionalem quatenus diſpoſita adaptari poſſint d. ſi diſpoſita poſſint adaptari, ſed non poſſunt in propoſito adaptari, cum dato hoc concurſu impoſſibile ſit, vt mater, vel auia habeat integrum vſumfructũ totius hæreditatis, & vt patruus habeat dimidiam pleno iure.
24 Cui primæ rationi patet reſpõſio ex illis, quę alias ſcripſi d. quod illa verba *quatenus poſſunt adaptari* exponuntur *d. in quantum, & pro ea parte, in qua poſſunt adaptari*, vt exponit *Grat. d. conſ. 134.* & benè adaptantur habita porpor-
tione

tione concurſus, & in genere iuxta *tex. l. ſi ita ſcriptum ff. de lib. & poſthum.* nam mater, vel auia habêt integrum vſumfructum illius hæreditatis, qua priuatur, & patruus cum ſorore pariter ſuccedit, quoad proprietatem tantum admiſſo, ſed non ideo minus dicitur pariter ſuccedere, priuatur .n. vſufructu ex natura concurſus .ſ. ob concurſum matris, vel auiæ.

25 Alij dicunt, referri hunc §. ad caſus, in quibus perſonæ vocantur diſiunctiuè, veluti fratres vtrinq; coniuncti, vel coniuncti ex parte tantum, fratris, vel filij fratrum, hiis ſimul concurrentibus viget eadem diſpoſitio, & adhuc admittuntur.

26 In prima informatione reſpondi, quod iſti non ſunt varij, & diſiuncti caſus, ſed ſunt plures perſonæ in vno caſu, & quicquid ſit §. *volentes* loquitur generaliter in omnibus caſibus ſuprađictis. Imo addo, quod ſi ita intelligeremus hunc §. *volentes* decideret hic caſus prorſus indubitabilis; ſi enim vna ſola perſona ex. *lusa* cui dubium, quod vnita cum alia excluderetur; intelligere autem, vt intelligit *alex. in d. conſ. 141.* tollit dubium illud, an ſtatuta loquentia in caſibus ſimplicibus procedant in caſu mixto, quod

27 vti dubitabile egebat deciſione; præualeat enim ſemper intellectus magis dubitabilis. *l. quod labeo ff. de Carb. edict. l. ancilla C. de furt. Abb. in c. cum in iure peritus ſub nu. 1. verſ. ex quo infero* [illegible] *de elect.*

Si enim ſequeremur prædictā interpretationem, opus nō fuiſſet addere illud modo tamen, *quatenus adaptari poſſunt*, quia ſemper diſpoſitum in duabus perſonis ſeparatim, ſi ſint vnitæ, poſſet in eodē caſu adaptari, ita fieret, vt dicta

28 verba redderentur ſuperflua, quod † fugiendum eſt. *l. ſi quando ff. de leg. 1. c. ſi papa de priuileg. in 6.* Reijcienda igitur erit intelligentia hæc, & tenenda intelligentia *Alex.*

29 Tertio putant alij hunc §. *volentes* reſtringendum eſſe ad proximè dicta, ſ. ut fæminæ excluſæ moriantur nuptæ, vel nō nuptæ tranſmittant ius petendi dotem, ſ. quod ſi detur caſus mixtus, quod aliquæ ſint nuptæ, aliæ non nuptæ, quod tranſmittunt omnes ius petendi dotem, & ita, vt diſpoſita in hoc ſtatuto in caſibus ſeparatim contingentibus procedant etiam in caſibus coniunctim hoc modo contingentibus.

30 Cui intelligentiæ pariter obſtat illa generalitas verborum, *quæ omnia vendicent in præſenti ſtatuto, & diſpoſita in caſibus ſupra ſcriptis*. Repugnat etiam regula, quod relatio fiat ad omnia præcedentia. *l. 3. §. ſi ſit inter medios ff. de lib. & poſthum. l. fin. ff. de reb. dub. Bart. in l. fin. nu. 2. ff. de lib. leg.* Et quod ſtatuentes ad omnia præcedentia relationem habuerunt, ex eo vel maximè conſtat, quod prius referunt caſus ſucceſſionis, in quibus corrigitur ius cōmune, deinde *in §. volentes quod naturalibus tantum* ponunt quaſdam diſpoſitiones generales reſpicientes omnia ſupra diſpoſita .ſ. ſpurijs, & naturalibus ſuccedatur; Quod ſit locus legibus de ſecundis nuptijs loquentibus; Quod homicida nō ſuccedat; Quod fœminæ excluſæ dotētur, poſtea ponitur iſte §. *volentes inſuper* de cōcurſu loquēs, & ſequuntur ſtatuentes alia diſponendo vſq; ad finem ſtatuti, quæ reſpiciūt omnia prius diſpoſita. ſ. quod hæreditas tantum delata tranſmittatur, & declarādo, quomodo intelligātur omnia de patruo diſpoſita, ſi igitur ea, quæ præcedunt, & ſequuntur §. *volentes* referuntur ad omnia, præ-

31 cedētia eiuſdem naturæ erit §. *volentes*, vt † media à ſuis extremis declarentur. *l. ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. l. hæredes palam verſ. (ſed ſi notam) ff. de teſtam.*

32 Quarto *Corn. in conſ. 267. nu. 14. in 2.* ait, hoc ſtatutum vtcunque generale non referri ad hūc caſum, in quo tractatur de priuanda matre luctuoſa hereditate filij, quia, q̃d. mater ſuccedat

33 filio eſt pietas quædam, & † caſus pius nō comprehenditur ſub ſermone generali, quando nō eſt ex fauore piæ cauſæ, vt comprehēdatur *l. liberis §. poſthumus ff. de alim. & cib. legat. Rom. in c. ſi vero §. de vero in 24. fallent. ff. ſolut. ma-*

34 *trim.* & † quia ſucceſſioni matris in bonis filij magnus debetur fauor *l. fin. C. de inſt. & ſubſt. & l. nam & ſi parentibus ff. de inoffic. teſt.* & † ca-

35 ſus fauorabilis non continetur ſub diſpoſitione generali *Alex. in l. fin. in princ. C. de iure dot.*

36 At cum ex diſpoſitione ſtatuti conſtet, intentionem ſtatuentium fuiſſe fauore agnationis priuare matrem, & alias aſcendentes fœminas luctuoſa hæreditate filij, etiam conſtat, quod hanc pietatem ſtatuentes ſpreuerunt, & parui fecerunt fauorē matris in ſucceſſione filij, ideò vanum eſt dicere, generalem ſermonem, de quo in §. *volentes* non comprehendere caſum matris, vt piū, & fauorabilem, cum ſtatuentes hanc pietatem, & fauorem hunc non conſiderauerint, verba .n. ſunt adeò clara, dum dicitur de omnibus diſpoſitis in ſupradictis caſibus, inter quos etiā reperitur excluſio matris, vt nullo modo poſſit eſſe locus reſtrictioni *Corn.* Et quod dum ad excluſionem aliorum ſunt vocati patrui, id ſit factum fauore agnationis, & non ſolum fauore maſculinitatis, vt nonnulli putant, viſa ſcripta in prima informatione, probari etiam poteſt ex vltimis verbis *d. ſtatuti*, dū dicitur, quod quando ſit mentio de patruo, vt intelligatur tātum de fratre patris vtrinq; coniuncto, vel ex latere patris tantum, qui ſunt apti

ad

Digitized by Google

ad agnationem conſeruandam, cum frater patris ex latere matris tantum poſſit dici patruus maſculus, ſed non aptus ad agnationem conſeruandam.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

De eadem materia: Reſpondetur omnibus, quæ adducuntur contra intellectum in ſuperiori conſilio firmatum ad §. *Volentes inſuper Statuti Bonon. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. & collater.*

SVMMARIVM.

1 *Caſus ſimplices non vniuntur, quando illorum deſtructio ſequeretur.*

Et quid in terminis ſtatuti Bonon. de ſucceſſ. aſcend. & collater. *nu.* 2. *& ſeqq.*

Concurrente ad ſucceſſionem Matre, ſorore, & Patruo, hic habes dimidiam proprietatis per tot. conſ.

Doctoribus, qui in cõtrarium afferuntur reſpondetur nu. 3. 9. *&* 16.

Reſpondeturq; rationibus Roſelli de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 235. *vid. nu.* 2 *&* 3.

Et rationibus adductis per Rot. Bon. inter gloſ. Monter. in d. §. *volentes: vid. nu.* 9.

3 *Mater, & ſoror de iure communi æqualiter ſuccedunt & nu.* 7.

5 *Intellectus ille reprobari debet, per quem ius cõmune magis corrigitur.*

6 *Caſus non prouiſus à ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris communis, præcipuè quando ſtatutum mandat ſeruari ius commune ſaluis caſibus in eo expreſſis.*

Sed remanet in diſpoſitione iuris communis ſuppoſitis terminis ſtatuti nu. 15.

8 *Duo vincula magis ligant, quàm vnum.*

10 *Excluſo à Titio Caio, qui Titius impediebat Sempronium, cum Caio admittitur Sempronius, vel ipſe ſolus ſuccedit de iure communi.*

Et ſic admittitur ex perſona alterius, qui non admitteretur ex propria perſona num. 11.

12 *Ad ſucceſſionem fratris admittitur vtrinq; coniunctus excluſo conſanguineo tãtum extante ſorore, etiam ex* ſtatuto Bonon.

Et tunc non eſt locus d. §. volentes *nu.* 13.

Plures alij caſus, in quibus dato concurſu pluriũ perſonarũ non eſt locus diſpoſitioni d. §. n. 14.

RESPONSVM LXIIII.

Reuerende Pater.

DVm in terminis ſtatuti Bonon. quæritur, an patruus concurrẽte cũ eo matre, vel auia, & ſorore defuncti ad aliquam portionem admittatur cõtra opinionem, vt admittatur ad dimidiam, plura obſtant, quibus cum reſpondeãt *Alex. Grat. & Zoannes in conſ.* aliàs allegatis in illis non eſt, quod inſiſtamus. Alia etiam adducuntur ab illis, qui poſt *Alex.* ſcripſerunt; quibus facile reſpondetur.

1 Nam priùs *Ant. de Roſellis de ſucceſſ. ab inteſtato nu.* 235. ea præcipua ratione mouetur, quod caſus ſimplices non vniuntur ad eandem diſpoſitionem; quando concurrunt, ſi corrumpitur diſpoſitio facta in ſimplicibus, dum ſingulariter conſiderabantur, at corrumpi videntur in propoſito in caſu concurſus, quia patruus non habet dimidiam hæreditatis pleno iure, quemadmodum eam habet, quando concurrit cũ ſola ſorore: nec mater, ſeù in iſto caſu auia paterna habet integrũ vſumfructũ totius hęreditatis, quem habet cum ſolo patruo, ergo vniri nõ poſſunt caſus ſimplices ad eandem diſpoſitionem.

2 Cui rationi primo ſatisfieri poteſt ex verbis eiuſdem ſtatuti in §. *volentes* dicentis, locum eſſe eidem diſpoſitioni, quatenus poſſit adaptari, .i. in quantum poſſunt adaptari, & pro ea parte, pro qua poſſunt adaptari, ita etiam ſi formaliter non adaptarentur in totum *Grat. conſ.* 134 *nu.* 61. *in* 1.

Secundo reſpondetur, quod hæc ratio conſideratur à *Roſello* in caſu ſuo, in quo in concurſu, 3 agnati excludebant ſororem, & matrem contra ius commune, quod † vtrique earum dat dimidiam *auth. defuncto C. ad Tertul.* & ex ſtatuto vtraque earum tertiam tantum habebat, in eo caſu eſt conſiderandum, ne diſpoſita in ſimplicibus alterentur, vt inde nõ ſequatur maior correctio iuris communis. Sed in noſtro caſu ex hoc concurſu patruus non excludit ſororem, cum ipſa habeat id, quod ei dat ius commune, quando concurrit cum matre, vel auia, hoc eſt dimidiã, ſecundum conſideratur, quod in altera dimidia, quæ debetur matri, vel auiæ ſoror non impedit patruum, quin matrem, vel auiam à proprietate excludat. Ideo reſpectu ſororis, & patrui non eſt conſiderandum, an fiat alteratio, tantum reſpectu matris, & auiæ conſiderandum eſt, quarũ reſpectu nec fit alteratio, cum habeant vſum

fructum illius portionis, quæ ex iure communi illis deſtituit, & qua priuantur à patruo.

Tertio dicitur, ſimplicia in nullo corrumpi, quia dicit ſtatutum, vt ſoror, & patruus pariter, & æqualiter ſuccedant, in propoſito çqualiter ſuccedunt, licet enim patruus nō habeat vſumfructum, non ideo minus dicitur pariter ſuccedere reſpectu ſororis, cum ab ea non ſit ipſo vſufructu priuatus. Dicit etiam ſtatutū, vt patruus excludat matrem, & auiam, quod vtique intelligi-

4 tur ab ea parte, quæ ei defertur à iure communi, quia non poſſunt excludi ab ea parte, ad quā non vocantur, cum † priuatio præſuponat habitū *l. manumiſſiones ff. de iuſt. & iur.* & in hoc concurſu patruus excludit matrem, vel auiam à dimidia, quia tanta eſt portio, quæ ei ex iure communi debetur, inſuper dicit ſtatutum, quod ipſi matri, vel auiæ reſeruetur vſusfructus totius hæreditatis, à qua excluduntur. & in hoc concurſu dum cōſequuntur vſumfructum dimidię, conſequuntur vſumfructum integrum illius hæreditatis, qua priuantur, ergo ſimplicia in nullo corrumpuntur.

5 Secunda ratione mouetur *Roſellus*, quia admittendo patruum magis corrigitur ius commune, & extenditur ſtatutum odioſum ſaltem ex parte matris, quæ priuatur luctuoſa hæreditate filij contra communes, & notas iuris regulas, extenditur correctio, quia in caſu ſimplici concurſus patrui nō efficit, vt mater priuetur aliqua parte vſusfructus, & in concurſu cum patruo, & ſorore priuatur dimidia, cum tantum dimidiam retineat, & non videtur poſſe inficiari, quin magis corrigatur ius commune, cum correctio facta in caſu, quo patruus concurrit cum ſola ſorore, vel cum ſola matre, extenditur ad caſum, quo concurrit cum matre, & ſorore, in quo in duobus corrigitur ius commune: Imò in propoſito corrigitur in tribus, primo à ſorore non excluditur patruus, ſecundo a patruo excluditur mater, ita vt ob tranſitum ad ſecunda vota non poſſit nec vſumfructum prætendere, tertio à proprietate etiam

6 excluditur auia. Et † tanto minus videtur permittenda hæc extenſio correctionis in terminis *ſtatuti Bonon.* quod in eius principio proteſtatur, velle, vt in ſuccedendo ſeruetur ius commune, ſaluis caſibus in ipſo ſtatuto expreſſis, quæ proteſtatio iuncta cum regula iuris, vt caſus omiſſus remaneat ſub iure communi eſt maximæ efficaciæ *Decian. conſ. 61 nu. 7. in 2. Gabr. conſ. 18. nu. 53. in 2.* Hoc argumento etiam vſus fuit *Laur. de Palat. in tract. quod ſtant. maſc. fœmina non ſucced. nu. 168. & 169.*

Reſpondetur, quod cum in caſu mixto puniqualiter repetatur, quod in caſibus ſimplicibus correctū fuerat, non ampliatur correctio, ſemper enim ſoror habet dimidiam pleno iure, mater ex tranſitu ad ſecunda vota priuatur vſufructu, & auia retinet totum vſumfructum illius hęreditatis, quæ à iure communi ei defertur, nec dici poteſt, quod hoc caſu priuetur dimidia vſusfructus, non enim priuatur, ſed illud non conſequitur, quod non naſcitur ab operatione

7 ſtatuti, ſed à iure communi, quod † cum ea admittit ſororem vtrinq; coniunctam *auth. defuncto C. ad Tertull.* ita non ampliatur correctio, ſed illa repetitur in tribus caſibus ſimul concurrentibus, quæ nos adaptari poteſt, quod in ſtatuto ſcriptum legitur in *d. §. volentes*, ſcilicet vt omnia contenta in ſtatuto, & diſpoſita in caſibus ſupraſcriptis, ſi diſiunctim contingant, locū habeant in dictis caſibus, etiam ſi ſimul, vel cōiunctim contingant quotcunq; ſint caſus in ſimul, & coniunctim contingentes: quod ſtatutum tollit omnem dubitationem. Nō. n. tractatur de extēdendo ſtatuto correctorio, ſed quia huiuſmodi ſtatutum loquitur generaliter, oportet illud generaliter accipere, & ſi generaliter corrigeret, & quidē pluſquam, ſi particulariter corrigeret *Imol. in l. ſi vero §. de viro ſub nu. 10. verſ. (potes dicere) ff. ſolut. matrim. Rim. ſen. conſ. 187. nu. 18. in 1. Ruin. conſ. 32. nu. 11. in 3. Capr. conſ. 6. n. 9.* & citant *tex. in auth. ex teſtamēto, & in corpore vnde ſūmitur C. de collat.* & in caſu, in quo loquitur *Roſel.* non extabat talis diſpoſitio, quod potuit ipſe aliqua ratione, licet leui dubitare, de extenſione correctionis.

Tertia eſt ratio, qua vtitur *Rota Bonon.* impreſſa inter *gloſ. Monteroni. ad d. ſtatutum in §. volentes in 1. gloſ.* quod licet ſola mater, & ſoror non excludant patruum, vnitæ tamē eum exclu-

8 dent, quia † duo vincula magis ligant quam vnum *auth. itaque C. com. de ſucceſſ.*

9 Quæ argumentatio aliquid concluderet, ſi ratio, ob quam patruus excludit ſolam matrem, & ſolam ſororem, vel ab illis ſeparatim non excluditur, ceſſaret, quādo illæ cōcurrerent, quia naſceretur ab earum debilitate, tunc vnitæ fierent fortiores, & ratio ceſſaret, ſed cum ratio ſit, vt alias dixi, fauor agnationis, vel dicamus cum dicta deciſione, fauor maſculinitatis, viget eadē ratio, quando concurrunt ſoror, & mater, ergo & eadem excluſio. Præterea diſpoſita in *d. §. volētes* prorſus tollunt hanc argumentationem.

Quarta ratione nonnulli quādoq; vtebantur deducta ab cuitādo abſurdo, quod ſi ex §. *volentes* coniungerentur dicta *in §. ipſi quidem fratres* vbi patruus excludit matrem, cum dictis *in §. agnati nanque* vbi patruus pariter cum ſororibus ſucce-

ſuccedit, cum *in eodem* §. & dicatur patruum pa-
riter ſuccedere cum ſororibus conſanguineis
tantum, & cum filiabus fratrum, ſi concurrerent
patruus, mater, & ſoror cōſanguinea tantum, vel
filia fratris, ſequeretur, quod mater ob exiſten-
tiam ſororis conſaguineæ, vel filiæ fratris exclu-
deretur à ſucceſſione, & ſorores conſanguineæ,
atq; filię fratrum eſſent melioris conditionis, at-
que ſit ipſa mater, quod eſſet magis corrigere
ius cõmune, & hoc reſpectu eſſet ſatis abſurdũ,
cum minor ratio ſit, vt mater à luctuoſa hæredi-
tate filij excludatur, atque vt ſoror excludatur à
ſucceſſione fratris, vel filia fratris à ſucceſſione
patrui.

Quæ ratio poſſet vnico verbo euitari, quod
§. *volentes* non inducit coniunctionem, niſi qua-
tenus adaptari poteſt, ſatis eſt, quod poſſit ada-
ptari in caſu noſtro, .ſ. ſororis vtrinq; coniunctæ
abſq; eo, quod amplietur correctio iuris commu
nis, quid ſit de alijs caſibus non eſt curandum,
quia ſi in illis ampliabitur correctio, forte non
fiet caſuum ſimplicium coniunctio.

Sed melius reſpõdetur, quod nec in caſu ſoro-
ris conſanguineæ, & filiæ fratris ampliatur cor-
rectio iuris communis, ſiquidem non excludetur
mater, neque à ſorore cõſanguinea, neque à filia
fratris, ſed ab ipſo patruo ex diſpoſitione *d. §. ipſi
quidem fratres*, cum quo patruo excluſa matre
concurrunt ſoror cõſanguinea, & filia fratris ex
diſpoſitione eiuſdem ſtatuti in §. *agnatis nanque*
10 quod eſt ſecundum regulas iuris communis,
vt excluſo Titio à Caio, qui Titius impediebat
Sempronium, cum Caio poſtea admittatur Sẽ-
pronius, vel vt ipſe ſolus ſuccedat *l. 2. §. ſi ſit a-
gnatus & ibi Bar. ff. ad Senatus conſult. Tertul.* &
11 in ſumma, vt quis ex alterius perſona admittatur
ad id, ad quod non admitteretur ex perſona
ſua *l. Ariſto ff. quæ res pign. oblig. poſſ. l. ſi commu-
nem ff. quẽ. ſeruit. amit. c. per ſuas de arbitr. Abb.
in c. dilectus in fin. de offic. leg.* Et ſi quis diceret,
hoc poſſet procedere in proprietate, ſed in vſu-
fructu, cum patruus non poſſit excludere ma-
trem, ſi ſolam dimidiã vſusfructus habet, opor-
tet, quod altera dimidia priuetur à ſorore con-
ſanguinea, vel à filia fratris.

Reſponderem, quod quando *Alex. in conſ.
141 in 7.* reſpondet, matrem habere duntaxat
dimidiam vſusfructus, loquitur concurrente ſo-
rore vtrinq; coniuncta, quo caſu hæreditas, à qua
excluditur mater eſt dimidia, in quibus terminis
nos verſamur, quando vero concurreret ſoror
conſanguinea tantum, vel filia fratris, quia à to-
ta hæreditate excluderetur mater etiam habe-
ret vſumfructum totius hæreditatis, vt conſuluit
Zoanet. d. conſ. 10. & eſt ex mente ſtatuti in il-
lis verbis *(quatenus poſſint adaptari)*

12 Quintò Adducitur etiam, quod ſtatutum in
§. *dicti verò fratres* diſponit, vt fratres vtrinq; cõ-
iuncti excludant ſorores, item etiam, vt fratres
conſanguinei eas excludant, ſi tamen detur cõ-
curſus fratris vtrinque cõiuncti, & conſanguinei
tantum ab ambobus non excluditur ſoror, ſed à
ſolo vtrinq; coniuncto, ita diſpoſitum in ſimpli-
cibus nõ procedit in caſu mixto ex *d. §. volentes
Ceph. conſ. 323. in 3.* & ita alias deciſum fuit in
*vna Bonon. ſucceſſionis de Muzolis coram R. P.
D. Robuſterio.*

13 Quod nec quicquã obſtare exiſtimo, quia il-
lud, quod in §. *dicti vero fratres* legitur de fratri-
bus excludẽtibus ſorores nõ includit duos caſus
ſed vnum tantum .ſ. quod fratres vtrinq; coniun-
cti, vel ex patre tantũ excludunt ſorores, & ideò
quando concurrunt fratres vtriuſq; conditionis
non concurrunt coniunctim duo caſus ſupra ſe-
paratim expreſſi, & ita non intrat §. *volentes*, ſed
ille ſolus caſus loquens de fratribus alternatiuè
vtrinq; coniunctis, vel ex parte tantum intelligi-
tur ſecundum ius commune .ſ. prius vtrinq; con-
iunctus, & eo deficiente conſanguineus.

Secundo reſpondetur non eſſe locum §. *volẽ-
tes*, quia reſultaret vna correctio iuris cõis non
expreſſa à ſtatuentibus .ſ. quod conſanguineus
frater concurreret cum vtrinq; coniuncto cõtra
auth. itaq. C. com. de ſucceſſ. ſed in propoſito non
reſultat aliqua correctio, quæ non ſit expreſsè
inducta ab eodem ſtatuto, ergo &c.

14 Vltimo contra patruum poſſent adduci plu-
res caſus, in quibus dato concurſu plurium per-
ſonarũ non eſt locus diſpoſitioni à ſtatuto indu-
ctæ in caſibus ſimplicibus, de quibus per *Crot.
conſ. 267. nu. 5. & ſeq. in 2.* ex quibus ipſe con-
ſulendo in *ſtatuto Bononienſi* infert, quod con-
currente matre, & ſorore cum patruo excludi-
tur patruus.

Qui tamen caſus nihil ad rem faciunt, quia
in illis ſtatuta non diſpoſuerant, niſi ſuper vno
caſu ſimplici, & non ſuper alio, ideò diſpoſitum
in ſimplicibus non procedit in caſu mixto, quia
induceretur vna noua correctio iuris communis
non expreſſa à ſtatuentibus, quod non eſt in ca-
ſu noſtro.

15 His etiam addendũ puto, quod ſi vellemus,
hunc caſum vti omiſſum remanere ſub diſpoſi-
tione iuris cõmunis intelligitur remanere ſup-
poſitis terminis ſtatuti, ſcilicet, vult ius commu-
ne, vt auia, vel mater habeant dimidiã, & ſoror
alteram dimidiam, ita concurrente patruo, ſo-
rore, auia, vel matre, ſoror habebit dimidiam,
& alteram dimidiam habebunt illæ perſo-
næ, quæ ſuccedunt in locum matris, vel auiæ,

&iſte eſt patruus, quod deducitur ex doctrina *Paul.in l.illam num.8.& 9.C.de collat.* approbata à pluribus, vt per *Dec.conſ.407.incip.in cauſa Mutinenſi nu.3.& ſeq.Corn.conſ.271.nu.17.in 4.* Et ad hoc benè eſt animaduertendum, quia remoto §.*volentes*, & procedendo ſecundũ regulas caſus omiſſi, adhuc danda eſſet dimidia patruo ex perſona ſua, quando cum ſola ſorore concurreret, & ex perſona auiæ, vel matris vti ſubrogato in earum locum, quando cum illis concurreret.

Reuer. Pater.

DOctores, qui allegantur ad excluſionem patrui in concurſu ſororis, matris, & auiæ non ſunt in puncto, nec merentur allegari.

16 *Conſilium Collegij Peruſini inter conſilia Ang.conſ.210.* relatum ab *Anchar. in repetit.c. canonum ſtatuta ſub num.301.verſ.(ſed quid ſi verba) de conſtitut.* quod reſpondet, vt in concurſu matris, ſororis, & patrui ſit locus iuri communi, quia caſus ſit omiſſus à ſtatuto correctorio, & odioſo, & propterea non extendendo, loquitur in ſtatuto, in quo non erat actum, vt patruus excluderet ſororem, tunc enim, cum nihil de patruo, & ſorore ſit ſtatutum, caſus concurſus matris, patrui, & ſororis dicitur omiſſus; Itẽ viget ratio, quod ampliaretur correctio iuris cõmunis, quia ſoror à patruo excluderetur, Item quia patruus, ſi excluderet matrem, eam excluderet ad commodum ſororis, Item ſoror impedit patruum, ne excludat matrem, illum excludendo, excluſus.n. alium excludere non poteſt, Tandem non è diſpoſitum in vtroque caſu ſimplici, vt poſſit diſpoſitio extendi ad caſum mixtũ iuxta ſcripta in prima informatione. In propoſito extat ſtatutum admittens patruum ad dimidiam in concurſu ſororis, ideo caſus non poteſt dici prorſus omiſſus, nec in aliquo ampliatur correctio iuris communis, ſoror non impedit patruum, quin matrem excludere valeat. Imò in vtroque caſu ſimplici eſt diſpoſitum, ita vt diſpoſitio etiam ad caſum mixtum extendatur.

Dec.in conſ.decilino 71.incip.in caſu ad me tranſmiſſo pariter loquitur in ſtatuto, quo patruũ ſorores non excludebant, & in hoc potiſſimum inſiſtendo concludit, caſum, in quo cum matre concurrit ſoror, dici omiſſum, quia de ſorore ſtatutum non diſponebat, & ita procedunt doctrinæ *Bal.& Alex.* quas allegat *ſub num.2.*& ideò in caſu, in quo patruus excludebat ſororem contrarium conſuluit *conſ.407.incipiente in cauſa Mutinenſi*, & formaliter reſpõdet *ad conſ. collegij Peruſini col.fin.verſ.(non obſtat quod iſte caſus.)*

Iaſ.conſ.130 in 1.& ipſe loquitur in ſtatuto, in quo de ſorore nihil erat diſpoſitum, quod à parte, vel à tota hæreditate excluderet patruũ, ideò ſequendo *conſilium collegij Peruſini*, & ſimiles deciſiones reſpondet, ſororem excludere patruum, & cum ea matrem concurrere, quæ ex perſona ſororis conſequitur id, quod ex perſona propria conſequi non poteſt, excluſionẽ patrui.

Corn.conſ.84.in 4. in iiſdem terminis loquitur, conſiderando à ſorore patruum excludi, quia de ea quoad illud, vt à patruo excludatur, nihil ſtatutum loquitur.

Ruin.cõſ.19.in 3.in 1.dubio, & ipſe tenet, ſtatum diſponens, patruum excludere matrem, non extendi, vt etiam ſororem excludat, & cum non excludatur ſoror, quæ vincit patruum in concurſu tenet, quod mater nõ excludatur à patruo, quia ipſe à ſorore excluditur, ſed in noſtro caſu ſoror non excludit patruum ſaltem à dimidia, de qua nos agimus, ergo &c.

Bero.conſ.149.in 2.n.1. loquitur in noſtro *ſtatuto Bonon.* ſed in concurſu matris, ſororis, & fratris patruelis, qui licet matrẽ excludat ex ſtatuto, tamen non excludit ſororẽ, quia caſus ſororis eſt omiſſus; imò potius ſoror de iure communi excludit patruelem, & licet in §.*agnati namq;* dicatur agnatus vſq; ad quartum gradum incluſiuè excludere agnatas fęminas, & patruelis ſit in quarto gradu, tamen excipiuntur ſorores defuncti, quæ non excluduntur præter fratres ab alijs agnatis, niſi à patruis, ideò non poteſt diſpoſitio in ſimplicibus repeti in caſu mixto, quia in vno ſimplici deficit.

Surd.conſ.417.in 3. loquitur in noſtro caſu, ſed punctualiter in terminis, in quibus loquitur *Bero.* ſcilicet in concurſu matris, ſororis, & fratris patruelis; imò loquendo in caſu, in quo ſtatutum diſponat in vtroq; caſu ſimplici, tenet partem noſtram ex diſpoſitis in *d.§.volentes ſub nu.5.verſ(quoniam cum loquatur &c.)*

Ant.de Roſel.de ſucceſſ.ab inteſtato nu.225. loquitur in ſtatuto à noſtro lõgè diuerſo, in quo diſponebatur, vt agnatus haberet duas tertias, & matrem vnã tertiã, etſi agnatus concurreret cum ſorore, quod haberet duas tertias, & ſoror vnam tertiam, ſi detur concurſus matris, ſororis, & agnati, dicitur, non eſſe locum ſtatuto, quia in caſu mixto non poſſunt verificari diſpoſita in ſimplicibus, ſiquidẽ non poteſt agnatus habere duas tertias, & ſoror, & mater habere duas tertias, ideò ait *Roſel.* in caſu mixto non procedere illud ſtatutum Patauinum, non eque in ſtatuto noſtro, quia, vt dixi in alijs informationibus, da-

to concurſu mater priuatur proprietate ei de iure communi competẽti, & eius retinet vſumfructum integrum, & ſoror pariter cum patruo admittitur.

Laur. de Palat. in tract. quod ſtant. maſc. qu. 168, loquitur in eodem ſtatuto Patauino, in quo loquitur *Ant. de Roſellis*, ideo eodem modo reſpondetur ſuæ authoritati.

Io. Crot. ſolus inter plures, qui in contrarium citantur *in conſ. 267. in 2.* loquitur in ſtatuto noſtro, ſed quam leues ſint rationes, quibus mouetur, & quam à caſu noſtro extraneæ conſtat ex ſcriptis in tertia informatione, & quam irrationabiliter vellit reſtringere *d. §. volentes* dixi in ſecunda informatione, ita vt ſi eius authoritas conferatur cõ authoritate *Alex. Grat. Zoannet. & Corad.* omninò cedere debeat, & maximè, quia fuit ſibi contrarius conſulendo in ſtatuto Mutinæ in *conſ. 16. in 1. nu. 10. & ſeq.*

Rota Bonon. inter gloſ. Monterent. in d. §. volentes anteponit rationes *Roſelli* rationibus *Alex.* cum tamen quo ad ſtatutum noſtrum prævaleant rationes *Alex.* licet in ſtatuto Patauino fortè præualerent rationes *Roſelli*, & ad §. *volentes*, cui potiſſimum innititur conſultatio *Alex.* non reſpondet ſaltem concludenti, & bona reſponſione, idcirco *Rota* moderna melius ſingula perſcrutando non ſemel reſoluit contrarium, & reſolutiones dabũtur in ſcriptis, & ſperamus etiam fore, vt in ſacro *Romana Rota* auditorio ex iuſtitia ita reſoluatur.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Frater vtrinq; coniunctus in ſucceſſione fratris, quando præferratur conſanguineo tantum, & quando non, tum de iure communi, tum ex diſpoſitione ſtatuti Bononiæ, de cuius intellectu ſub *Rub. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. & collater.* amplè tractatur.

SVMMARIVM.

1 F*Rater vtrinque coniunctus ex* auth. itaque C. cõmuni. de ſucceſſ. *ſuccedit fratri defuncto ab inteſtato excluſo fratre conſanguineo tantum & nu. 4.*
Rationes vide num. 46. & 58.
Quod habet locum etiam ſtante ſtatuto Bononiæ de ſucceſſ. aſcend. & collater. *n. 2. cum plur. ſeq.*
Proceditq; etiam, quando ſucceditur ex pupillari ſubſtitutione nu. 49.
Amplia, vt etiam filij fratrum vtrinque coniunctorum præferrantur fratribus conſanguineis num. 38.
Secus autem ſi fratres veniant ad ſucceſſionem patris, quia omnes admittuntur n. 44. & 47.
Et etiam in ſucceſſione aliorum, quando à ſtatuto reputatur impertinens vinculum cognationis nu. 33.
Prout eſt in feudis nu. 34.
Et in emphiteuſi nu. 35.
Reputatur autem impertinens, quando mater à ſtatuto negligitur, ſecus, ſi honoretur nu. 18.
De iure etiam Codicis *omnes fratres admittebantur ad ſucceſſionem fratris nu. 53.*
Quia cum ſint in eodem gradu videbãtur æqualiter admittendi nu. 55.
Et ideò cum ſupradicta auth. *exorbitet à regulis iuris eſt ſtrictè interpratanda, & non eſt extendenda vltra ſucceſſionem patruorum, & fratrum nu. 36.*
Nec habet locũ inter patruos ſuccedentes ex veriori opinione nu. 23.
3 *Intellectus* d. ſtatut. de ſucceſſ. aſcend. &c. in princ. *& num. ſeq.*
5 *Dictio* infraſcriptus *ſignificat id, quod oculis corporeis cerni poteſt.*
Quia propriè id ſcriptum dicitur, quod legi poteſt, non quod ex interpratatione deſumitur num. 6.
Et ideò in ſtatutis, quæ ſunt propriè intelligenda retinebit hunc ſignificatum nu. 7.
Nec admittetur extenſio de caſu ad caſum nu. 36
Contra, quod ſatis dicatur ſcriptum, quod colligi poteſt ex mente ſtatuti nu. 8.
Hoc tamen eſt impropriiſſimum nu. 10.
Et intelligitur, quando id, quod colligitur ex mente de neceſſitate comprahenditur ſub caſu expreſſo nu. 9.
Et quod dicatur talis caſus collectus ex mente, cõprahenſus in genere ex identitate rationis, ſi non in ſpecie nu. 11.
Quia paria ſunt quid exprimi, vel colligi ex mente nu. 13.
12 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt nihil operatur.*
Fallit, quando exprimitur alio modo, quam ineſt nu. 14.
15 *Statuti verba debent aliquid operari.*
Et ceſſante eius ratione ceſſat diſpoſitio nu. 28.
Correctaq; ratione dicitur correctum ſtatutum num. 50.
Quia res de facili reuertitur ad ſuam naturam num. 51.
Et vna pars ſtatuti aliam declarat nu. 59.
Sed quando exorbitat à iure communi non declarat nu. 64. & 65.
Statuta ita intelligenda ſunt, ne ſequatur abſurdum,

ſurdum, & non poſſint reprehendi à ſapientibus nu.32.

Et ſtatutũ, de quo dubitatur an ſit correctorium iuris communis, ſecundum illud intelligendum eſt nu.30.

Exorbitanſq; à communi ſoloquatur in caſu ſimplici non trahitur ad mixtum num.39.

Et ideò ſtatutum abbreuians inſtantiam in cauſis ciuilibus, & criminalibus non habet locum in mixtis nu.40.

Limita tamen, vt ſtatutum loquens de ſimplici trahatur ad mixtum, quando viget eadem ratio nu.41.

Ratio ſtatutorum excludentium maſculos propter fœminas eſt conſeruatio agnationis num.42.

De quo tamen aliqui dubitant num.45.

17 *Dictio* videlicet *eodem tempore declarat, & reſtringit.*

19 *Dictio* Niſi, *quando præcedit oratio priuatiua, ponit.*

20 *Vſusfructus eſt pars dominij.*

Et vſufructuarius propriè venit appellatione domini nu.21.

Dicitur que honoratus ille, cui relictus eſt vſusfructus nu.22.

24 *Opinio, quæ à Doctoribus reputatur verior, ſupponenda eſt, donec in iure diſputatur.*

25 *Dictio* Vel *quando ponitur inter perſonas honoratas, in quibus eadem cadit affectio, ſumitur alternatiuè.*

26 *Poſtea nominatus eſt magis dilectus.*

27 *Dictio* etiam *explicat caſum magis dubitabilem.*

29 *Lex noua indiſtinctè loquens intelligitur ſecundum legem antiquam diſtinguentem.*

31 *Mutata, vel diminuta per ſtatutum legitima non intelligitur mutatus modus eam relinquendi titulo inſtitutionis.*

36 *Argumentum de maiori ad minus affirmatiuè non valet.*

37 *Succedunt ſpurij virtute cognationis, non agnationis.*

38 §. & etiam prædicti agnati ſub Rub. de ſucceſſ. aſcend. &c. *intelligitur de cognatis ſimplicibus, non de illis, qui ſunt agnati, & cognati.*

40 §. volentes inſuper ſub ead. Rub. *non habet locum in fratribus vtrinque coniunctis, & conſanguineis tantum.*

43 *Vbi viget eadem ratio, ibi debet vigere eadem iuris diſpoſitio.*

44 *Si frater conſanguineus repudiat hereditatẽ, alijs fratribus etiam vtrinque coniunctis accreſcit.*

48 *Bona patris, quæ peruenerunt ad filium non amplius dicuntur patris, ſed filij.*

54 *Diſpoſitio exorbitans à iure communi non eſt extendenda.*

57 *Si ſtatutum velit, vt gradus numerentur ſecundum ius canonicum, omnes, qui ſunt in eodem gradu admittuntur, quamuis alter eſſet proximior de iure ciuili.*

60 Statutum Bonon. ſub Rub. de dotib. reſtit. §. & ſi deceſſerit *cogit mulierem, quæ decedit ſine deſcendentibus, & aſcendentibus relinquere tertiam bonorum ſuorum fratribus vtrinq; coniunctis, & conſanguineis tantum.*

Sed an omnes concurrere debeant nu.62. & 63.

Et de intellectu dicti §. & ſi deceſſerit *à num. 60. vſq; ad fin.*

61 *Patrui, & filij fratrum ſunt in tertio gradu.*

65 *Leges dant formam tantum futuris negotijs.*

66 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*

RESPONSVM LXIV.

Ne auferas Domine de ore meo verbum veritatis.

STatuto ciuitatis Bonon. *ſub rub. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. & colat. ſub* §. *vbi verò fratres* cauetur, fratres vtrinq; coniunctos, vel ex patre tantum præferri ſororibus defunctę perſonæ etiam vtrinq; coniunctis, in dubium modo reuocatur, ex quo deceſſit Admodum Reuerendus, & Excellentiſs. D. Iacobus Muzolus ſuperſtitibus nõnullis ſororibus, & Excellentiſs. D. Io. Paulo Philoſopho inſigni fratre vtrinq; coniuncto, & D. Ludouico altero ex patre tantum, an illi ſuccedat ſolum frater vtrinq; coniunctus, quaſi quod iſte fuerit, caſus à ſtatuto omiſſus, & proinde ſub diſpoſitione iuris communis relinquendus, an potius cum hoc fratre concurrat etiam frater conſanguineus tantum. Rem hanc in ſtatuto noſtro ſatis perſpicuã apparere exiſtimo quicquid ſit de nonnullis alijs Italiæ ſtatutis, quorum occaſione quamplura, antiquorum, & modernorum DD. reſponſa ambiguitates pariunt, & varias excitarunt difficultates.

1 Exiſtimo igitur, nõ eſſe inconſulto recedendum à iuris communis diſpoſitione, quę præfert in tali ſucceſſione vtrinq; coniunctum conſanguineo tantum, quod etiam locum habere

2 exiſtimo inſpectis verbis ſtatuti noſtri conſiderando primo eius principium, quod his verbis legitur *Statuimus, quod ſi quis, vel ſi qua inteſtatus, vel inteſtata in quacunque ætate, ſiue teſtabilis fuerit, ſiue non, deceſſerit, quod in ſuccedendo ſeruentur ſibi iura communia, ſaluo ſuperiori*

periori ſtatuto, & ſaluo quã in caſibus infraſcri
ptis, videlicet, quod aſcendentes &c. Conſtat
3 ex hoc principio, poſitam eſſe à ſtatuentibus re-
gulam in ſucceſſionibus obſeruandam, à qua
ſunt exceptuati caſus infraſcripti, iſte autem ca-
ſus, de quo nos loquimur nunquam reperietur
infraſcriptus; in eo igitur ex mente ſtatuentium
4 ſeruandum erit ius commune, quod † præfert
vtrinq; coniunctum *auth. itaq; C. com. de ſucceſſ.*
auth. poſt fratres C. de legit. hæred. cũ ſimilibus, &
dato, non conceſſo tamen, quod caſus iſte poſſit
colligi per argumenta, & per ſubauditos intelle-
ctus, nũquã tamẽ dicetur ſcriptus, adeò vt oculis
5 corporeis legi poſſit, prout † importat illa dictio
infraſcriptis vt conſideratur per *Excel. D. Mon-*
tecent. allegando *conſ. Grat.* vt per eũ, & per *tex.*
in l. 1. ff. de his, quæ in teſt. del. doctrina eſt *Bar.*
in l. quiſquis §. hæc verba ff. de vulg. & pup. ſub
num. 7. quem ſequitur *Imol. in l. ſi quis filiusfa-*
milias §. fin. in fin. ff. de acquir. hæred. Alex. conſ.
6 *173. vol. 5.* facit † quia propriè id dicitur ſcri-
ptum, quod legi poteſt, non quod ex interpreta-
tione deſummitur *Bar.* per illum *tex. in l. vnic.*
ff. ſi tab. teſt. ext. compræhenſi igitur tantum
erunt caſus, qui propriè ſcripti ſunt, adeò vt legi
7 poſſint, cum † verba in ſtatutis ſint propriè in-
telligenda *l. 3. §. hæc verba ff. de negoc. geſt. Iaſ.*
in l. cum filiusfamilias num. 97. ff. de leg. 1. & hoc
præſertim habet locum in ſtatuto noſtro, quod
cum procedat limitando ius commune, appa-
ret, illius fuiſſe intentionis, vt minus læderet ius
commune, quam fieri poſſet, & velle illud ſer-
uare in omnibus his caſibus, in quibus ſeruari
8 poteſt, nec † obſtat, ſi diceretur, ſatis eſſe, id ex
mente ſtatuti colligi, vt inquit *Alex. conſ. 144.*
vol. 6. in fin. vbi allegat doctrinam *Bald.* qui
9 id procedit, quando caſus tacitus de neceſſitate
ſub caſu expreſſo compræhenditur, tunc dicitur
& ipſe expreſſus, & ſcriptus, at licet à ſtatuto
noſtro non conſideretur cognatio in ſororibus,
earum deſcendentibus, & nonnullis alijs cogna-
tis, hinc neceſſario non infertur, non fuiſſe etiam
in fratribus conſideratã, quia infra latè oſtendã
vinculum cognationis, per quod frater vtrinque
coniunctus præfertur cõſanguineo, à ſtatuenti-
10 bus conſideratum fuiſſe: præterea † *Bald.* qui al-
legatur, fatetur id eſſe impropriiſſimum, vt id,
quod legitur oculis intellectus, dicatur lectũ, ex
quo ſequeretur, nõ eſſe talem improprietatẽ in
ſtatutis admittendam; Et per hanc ponderatio-
nem reſpondetur etiam excogitatis à *Beroo*, dum
11 in *conſ. 143. vol. 2.* dixit, quod ſi non expræſſe in
ſpetie, ſaltẽ in genere ex idẽtitate rationis dica-
tur compræhenſus caſus iſte; nam cum velint ſta-
tuentes caſum legi (vt ſupra dixi) conſiderata à
Beroo non ſufficiunt, licet poſſint ſeruire pro re-
ſponſione illi ſtatuto, de quo ipſe loquitur, quod
diſponebat ſeruari ius commune, in caſibus, in
quibus non eſſet prouiſum à ſtatuto, & nõ dice-
bat in caſibus, in quibus à ſtatuto ſcriptum non
fuiſſet: Et inde etiam fit, non obſtare reſponſio-
nem in ſpetie his verbis accommodatam à *Io.*
Crot. conſ. 257. vol. 2. nu. 11. qui inquit, in præ-
dictis verbis ſtatuentes exprimere id, quod taci-
tè ineſt per regulam *l. commodiſſimè ff. de lib. &*
12 *poſthum.* quo caſu talis expreſſio nihil operatur
DD. in l. 3. ff. de leg. 1. ſed regula illa iuris com-
munis, vt caſus omiſſus compræhendatur ſub di-
ſpoſitione iuris communis, non habet locum in
caſu collecto ex mẽte ſtatuti, quia ipſe licet non
ſit expræſſus, non dicitur tamen omiſſus, nihil
13 enim refert, an quid verbis exprimatur, an ex men-
te, vel ratione colligatur *l. nominis, & rei §. verbũ*
ex lege ff. de verb. ſign. ergo nec etiam habebit
locum in tali caſu, quando hæc regula iuris com-
munis, quæ tacitè ineſt, à ſtatuto exprimitur; Hæc
14 (inquã) non obſtãt, quia † inter alias limitationes
quas DD. accommodant ad regulam *d. l. 3. ff. de*
leg. 1. illa notabilis eſt, quando exprimuntur ea,
quæ tacitè inſunt alio modo, quam inſint, tunc
talis expræſſio aliquid operatur, in ſtatuto verò
noſtro facta eſt expreſſio alio modo, quã ſubin-
telligeretur per regulas iuris, quia reſtricta eſt
talis expræſſio ad caſum omiſſum in ipſa ſcri-
ptura, quod ita non ſe habet in regula *l. commo-*
diſſimè, ergo debet aliquid operari talis expreſ-
ſio, & ita eius effectus erit excludere quemlibet
caſum tacitum nõ ſcriptum in ſtatuto, & eo ma-
gis in hanc ſententiam adducor, quia, ſi opinio-
nem *Croti* ſequamur, dicendum eſſet in his ver-
bis fruſtratorium eſſe ſtatutum, & nihil opera-
15 ri vltra ius commune, quod † tamen minime ad-
mittendum eſt *l. ſi quando ff. de leg. 1. cum vulg.*
& huius etiam ſententiæ fuit *Gozad. in annotat.*
ad hoc ſtatutũ §. agnati namq; dũ inquit, ſtatuti in-
tentionem fuiſſe, velle verba hæc aliquid opera-
ri: Dicamus igitur, ſtatuentiũ intentionẽ fuiſſe,
per hæc verba excludere quamlibet extenſionẽ
caſuum infraſcriptorũ, quæ fieri poſſet ob iden-
titatem rationis, vel ob aliam cauſam, & per hæc
verba hanc opinionem probat *Laurent. à Pin.*
conſ. 65. in princ. confirmantur prædicta ex do-
ctrina *Bald. in l. 2. C. de pa. ?. qui fil. diſtrax. ſub*
16 *nu. 11.* vbi ſentit, quod † quãdo tale eſt ſtatutum,
cuius litera innuat, comprehendere velle, quæ
oculis videntur, non quæ ſolo intellectu perci-
piuntur, vt eſt in ſtatuto noſtro, in eo nunquam
admittitur extenſio de caſu ad caſum, & *Bal.* ſe-
quitur etiam *Felin. in c. translato extra de con-*
ſtitut. ſub nu. 12.

Non

Digitized by Google

Non recedendo à prædictis verbis ſecundo redditur clara opinio hęc ex eo, quia poſtquam ſtatuentes dixerunt *ſaluis caſibus ſupraſcriptis*, incipiunt enumerare, & inquiũt, *videlicet quod aſcendentes maſculi, & per maſculum &c.* pondero illam diſtinctionem *videlicet*, quæ † eodẽ tempore declarat, & reſtringit *gl. in clemẽt. cauſam in verb. (videlicet) de elect. Bar. in l. 1. ff. ad l. Acq. Iaſ. in l. ſi pluribus ff. de leg. 1. nu. 11. Dec. cõſ. 423. n. 15.* facit *tex. in l. videlicet ff. de pact.* & ita reſtringit ſtatuti diſpoſitionẽ ad caſus in eo expreſſos, & ſcriptos, adeò vt in alijs caſibus ſit ius commune ſeruandum. Confirmatur hoc, quia quando in diſpoſitione legali adſunt tales dictiones reſtrictiuæ, nobis non licet excedere caſus, qui legi poſſunt, confert doctrina *Bar. in l. ſi conſtante ſub nu. 42. ff. ſolut. matrim.* dum loquitur de extenſione, quæ fit, quando adeſt dictio taxatiua, minuſque licitus videtur exceſſus iſte in hoc caſu, ex quo per talem extenſionem præiudicium infertur huic fratri vtrinque coniuncto, qui excluſis ſororibus ex ſtatuti diſpoſitione habet de iure communi potiora iura, quibus conueniens non eſt, vt priuetur ſine ſuo dolo, vel culpa per extenſionem factam contra ſtatuentium intentionem, faciunt ea, quæ ex ſententia multorum docet *Rip. in d. l. ſi conſtante nu. 38.*

Tertio perpendo *ſub eadem rub.* huius ſtatuti *§. & idem, ſi tales*, quo diſpoſitum eſt, poſſe ſorores excluſas dotari vſq; ad illam quantitatem, à qua excluſæ ſunt de iure communi, & hoc permittit ſtatutum, dum inquit, non poſſe dotem excedere partem, quam habituræ eſſent ſorores de iure communi, vſque ad illam quantitatẽ concedit eas dotari poſſe, ex hoc elicio ego, noluiſſe ſtatuẽtes excluſis ſororibus dare fratrum concurſum, quod probo hoc modo: Fingamus, extare fratrem vtrinq; cõiunctum pariter, & ſororem vtrinq; coniunctam, & fratrem conſanguineum, ſi horum fratrum datus eſſet concurſus, ſoror poſſet dotari vſq; ad dimidiã bonorũ; quia talis eſſet portio, à qua excluditur contra ius commune, altera autem dimidia eſſet poſtea inter duos fratres diuidenda, quod dubio procul eſſet abſurdum, & etiam contra mentem ſtatuentium; inde igitur deprehenditur, noluiſſe ſtatuentes horum fratrum concurſum dare, alioquin vſi non fuiſſent illo modo loquendi, ſed potius dixiſſent, in dotandis ſororibus eſſe animaduertendũ, ne ipſe haberent portionem excedentem illam, quam habiturus eſt quilibet frater, ſed cum illo modo loquendi vtantur, cõſtat, non admiſiſſe talẽm concurſum.

18 Corroboratur quartò veritas hæc, quia ad cognoſcendum, nũquid vinculum cognationis, quod reſidet in vtrinq; coniuncto, impertinens à ſtatuto habeatur, attenditur mater ipſa, an ſit admiſſa, an potius neglecta, ita ex mente multorum concludit *Gabr. conſ. 5. ſub nu. 1.* vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem, & ita à *Romana Rota*, alias deciſum fuiſſe: atque in terminis ſtatuti noſtri non neglecta, ſed maximè honorata eſt mater, vt oſtendam, ſequitur, ergo nõ eſſe impertinens vinculum cognationis in fratre vtrinq; coniuncto, quia cum tale vinculum ſit in matre conſideratum, conueniẽs eſt etiam, vt ſit in filio conſideratum, & conſequenter, vt habens duplex vinculum præferatur fratri habenti ſolum vinculum, matrem autem à ſtatuentibus in noſtris ſtatutis neglectam non fuiſſe, oſtendi poteſt in ſtatuto noſtro *in princ. & in §. ipſi quidem fratres*, dicitur prius, aſcendentes maſculos præferri aſcendentibus fœminis, ita fœminę aſcendentes negliguntur, poſtea excipitur mater, & auia paterna, quibus datur vſusfructus his verbis, *excepta matre, vel auia paterna &c.* ex quibus patet, non eſſe matrem neglectam: ſed magis in terminis noſtris patet hoc in *d. §. ipſi quidem*; quo diſponitur, fratres vtrinq; coniunctos, vel ex patre tantum pręferri aſcendentibus fœminis, ſed dicitur po-
19 ſtea *niſi matri, vel auia paterna*, illa † dictio *niſi*, cũ præcedit oratio priuatiua habet hanc efficaciã, vt ipſa ponat *l. 3. ff. de cuſtod. reor. Salicet. in l. actione C. de tranſact. Oinan regula peccatũ n. 1. & ſeqq. de reg. iur. in 6.* latè *Bar. in l. actione n. 1. C. de tranſact.* poſtquã igitur ſtatuentes priuarũt aſcendentes fœminas, per diſtinctionem *niſi* excipiendo matrem apparet, ipſos eam ponere in ſucceſſione, conſequenter illam non negligere; ſed potius conſiderare; nec dicatur, matrem ſpretam videri, ex quo ei vſusfructus tantum relinquitur; quia imò inde conſtat voluiſſe ſtatuentes eam honorare, ſed ne daretur occaſio matri de agnatione non exiſtenti, bona extra agnationem relinquere (quod potiſſimum præ oculis à ſtatuentibus habitum fuit, vt dicam infra) illi tantum datus fuit vſusfructus, patet ergo voluiſſe ſtatuentes matrem honorare his commoditatibus, quibus eam afficere poterãt, ſalua agnationis conſeruatione, quando verò hoc vinculum in fratre cadit; quia non eſt periculum, vt bona familiam egrediantur, conueniens eſt dicere, tunc voluiſſe ſtatuentes illud vinculum honorare vſufructu, & proprietate, prout honoratum eſt de iure communi; & quod per hoc non dicatur neglecta mater, facit, quia dũ ei relinquitur vſusfructus domina efficitur,
20 cum † ipſe pars dominij dicatur *l. 4. ff. de vſufr.*

&

21 & † vſufructuarius, propriè etiam loquendo, ve-
nit appellatione domini *Aret. in §. alienus nu. 1.*
Inſt. de hæred. inſt. Alex. conſ. 129. vol. 2. ſub nu.
3. alios ad hoc allegat *Caualcan. de vſuf. mulie-*
22 *ri relict. nu. 3. fol* 173. Facit † inſuper *tex. in §.*
igitur Inſt. per quas perſon. nob. acquir. vbi dici-
tur patri reſeruatus honor debitus, cum ſit illi
conceſſus vſusfructus in bonis aduentitijs filij.

23 Quintò pro confirmanda hac ſententia præ-
ſuppono, de iure cõmuni inter patruos non dari
prælationem occaſione duplicitatis vinculorũ,
quam ſententiam, licet dubitabilem, veriorem,
tamen dicit *Corn. in auth. poſt fratres C. de legit.*
24 *hæred. nu. 2.* de † qua cum non diſputetur, neceſ-
ſe eſt, opinionem à *DD.* veriorẽ iudicatã ample-
cti *l. qui teſtamẽto ff. de teſtament.* hoc ſuppoſito
conſidero differẽtiam, quam faciunt ſtatuentes
vocando fratres, & vocando patruos, quando
vocant patruos, ſemper eos vocant ſub nomi-
ne collectiuo, non addendo, an eſſent vtrinque
coniuncti, an ex patre tantum, ſed ſolum in
fine ſtatuti dicitur, quod dum eſt facta mentio
de patruis, intelligitur tã de fratre patris vtrin-
que coniuncto, quam de coniuncto ex patre
tantum, ſed quando de fratribus ſtatuentes lo-
quuntur, vt plurimum dicunt vocare fratres ex
vtroq; latere, vel ex parte patris tantum coniun-
ctos, ex hac differentia colligo, quod cum nulla
conſideretur prælatio inter patruos, eos ſtatuen-
tes vocarunt ſub nomine collectiuo, contenti in
fine ſtatuti addere illam clauſulam ad maiorem
declarationem, cum verò iſta prælatio in fratri-
bus conſideretur, eam etiam ſtatuẽtes conſide-
rando noluerunt fratres eo modo vocare, quo
vocarunt patruos, ſed expreſsè ſepararunt vtrin-
que coniunctum à conſanguineo, alioquin, ſi
talem prælationem non conſideraſſent, eo mo-
do loquuti fuiſſent de fratribus, quò de patruis
loquuntur, addendo poſtea clauſulã in fine, per
quã oſtẽdiſſent, ipſos loqui velle de fratre vtrin-
que coniuncto, & coniuncto ex patre tantum, nõ
eſt enim credendum, ſine miſterio ſtatuentes
vſos fuiſſe loquendi diuerſitate in illis perſonis,
in quibus cadebat diuerſitas ſuccedẽdi ob præ-
lationem.

Sextò deueniẽdo ad illam particulam ſtatu-
ti, quæ loquitur in materia, de qua agitur, poteſt
illa duplici modo pro opinione hac ponderari,
dicitur ergo *dicti verò fratres mares ex vtroque*
parente, vel ex patre tantum coniuncti, filijque
maſculi eorum, ſeu alter ex eis præferantur ſoro-
ribus defuncti a perſona etiam vtrinque coniun-
25 *ctis &c.* pondero † primo dictionem illam, *vel,*
quæ quando ponitur inter perſonas honoratas,
in quibus cadit affectionis ordo naturam ſuam
ſeruat, & ſtat alternatiuè, & non coniunctiuè *l. cũ*
pater §. pen. ff. de leg. 2. gloſ. & DD. in l. Gallus §. 1.
ff. de lib. & poſthum. at in ſtatuto noſtro ponitur
hæc dictio inter perſonas honoratas, & ad ſuc-
ceſſionem vocatas, & inter illas perſonas, in qui-
bus fuit à ſtatuentibus conſideratus ordo affe-
ctionis, vt mox oſtẽdam, ergo hæc dictio ſtabit
alternatiuè, & indicabit, vnum ex iſtis fratribus
poſt alterũ, ſiuè altero non exiſtente, vocari ad
ſucceſſionẽ, & non oẽs ſimul, quod verò fuerit à
ſtatuentibus conſiderata, ordinata quædã affe-
ctio in his fratribus, primo colligitur ex eo, quia
ſtatuentes nõ contenti nomine collectiuo expri-
26 munt duplicitatẽ vinculorum, & † ſemper prius
de vtrinq; coniuncto mentionem habent, ex quo
apparet eum maiori affectione proſequi ad re-
gulã *l. quoties ff. de vſuf. l. publius §. 2. ff. de cond.*
& demonſtr. præterea (vt ſupra demonſtratum
fuit) cum ſtatuentes matrem non negligant, nõ
eſt & veriſimile, voluiſſe eos ſpernere ipſius ma-
tris vinculum, quod in eius filio, & fratre vtrin-
que coniuncto cadit; alia ex quibus conſtare po-
teſt, hanc dictionem in noſtro ſtatuto alternati-
uè ſtare, videri poſſunt penes *Menoch. conſ. 187.*
à num. 20. vſq; ad 24. vol. 2. & huius ſententiæ
etiam eſt *Alex.* licet de ſororibus loquatur in
conſ. 5. ſub nu. 7. vol. 6. Præterea, & ſecundo cir-
ca hanc ſtatuti particulam, conſideranda eſſe
arbitror verba illa, quæ innuunt, fratres vtrinq;
coniunctos, vel ex patre tantum præferri ſorori-
27 bus etiam vtrinq; coniunctis, illa † etenim dictio
etiã, cum ſoleat explicare caſum magis dubita-
bilem *Fulgoſ. in l. qui ſe patris C. vnde lib. DD.*
in l. 1. C. qui admitt. oſtendit penes ſtatuentes
maius dubium fuiſſe, an ſoror vtrinq; coniuncta
excludenda eſſet, quã ſoror ex parte patris tantũ
coniuncta, ergo ſtatuentes nõ neglexerunt vincu-
lũ cognationis cum agnatione annexũ, ſi n. à ſta-
tuentibus fuiſſet tãtũ agnatio cõſiderata, fruſtra
ab illis poſtea dictum fuiſſet *etiam vtrinq; con-*
iunctis, ne igitur verba fruſtratoria ſint, dicamus
appoſita fuiſſe, vt oſtenderetur tale duplex vin-
culum, alioquin maximæ conſiderationis, non
fuiſſe in ſororibus conſideratum fauore agna-
tionis, quando autem non obeſt agnationi, vt
eſt in caſu noſtro, conſideratum fuiſſe; quaſi di-
cat ſtatutum, licet duplex vinculum magis liget
quam vnum, tamen in ſororibus, vt ſibi præfe-
rantur in ſucceſſione fratres etiam ex ſolo la-
tere patris coniuncti, volo, nullam habendam
eſſe rationem huius duplicis vinculi. Ex con-
ſequens igitur neceſſario fit, vt hæc duo vincu-
la in fratribus cõſideranda relinquantur ſecun-
dum diſpoſitionem iuris communis.

Poteſt ſeptimò opinio hæc confirmari argu-
men-

Digitized by Google

28 mentando à ceſſante ratione, vbi enim ceſſat ſta-
tuti ratio, conueniens eſt, vt eiuſdem diſpoſitio
ſileat *c. cum ceſſante extra de appellat. l. adigere
§. quamuis ff. de iur. patr. Dec. conſ. 334. num. 4.*
ratio autem, quare ſtatutum noſtrum cognatio-
nem non cōſiderat, eſt ne bona familiam egre-
diantur, hanc eſſe huius ſtatuti rationem, dicunt
omnes *DD.* ſuper quibuſdam ſtatutis pro con-
traria parte conſulentes, doctrina eſt *Io. And. in
addit. ad Spec. in rub. de ſucceſſ. ab inteſt. Albert.
Brun. in tract. excluſ. fam. in 3. artic. per totum,*
iſta autē ratio ceſſat, vbi cognatio eſt in fratre
cum agnatione iuncta, ceſſabit ergo, & effectus,
& proinde non erit in hoc noſtro caſu neglecta
cognatio, & hanc rationem ſentit etiam *Excel-
lentiſſ. Decian.* ætatis noſtræ I. C. inſignis *conſ.
16. nu. 33. vol. 1.*

29 Accedat octauo pro confirmatione eorum,
quæ ſupra dicta ſunt huiuſmodi ratio; Quando
habemus legem antiquam diſtinctè loquētem,
& ſuperuenit lex noua loquēs indiſtinctè, dicta
lex noua intelligitur ſecundum diſtinctionem
legis antiquæ, dummodo non appareat expreſ-
sè, legis nouæ intentionem fuiſſe, d. diſtinctioni
derogare *l. ſciendum in princ. ff. qui ſatiſdar.
cog.* iuncta *auth. offeratur C. de lit. conteſt. gl. 1.
in d. l. ſciendum, & ibi Iacobin. de ſanct. Georg.
num. 4.* Nos habemus ius commune vocans ad
ſucceſſionem fratres, & ſorores, cum hac ta-
men diſtinctione, vt coniuncti ex vtroque late-
re præferantur coniunctis ex vno latere tātum,
ſuperuenit poſtea ſtatutum, quod corrigendo
ius cōmune indiſtinctè, voluit fratres tam con-
iunctos vtroque vinculo, quam ex parte patris
tantum præferri ſororibus, & deſcendentibus
ex eis, ergo erit intelligendum cum diſtinctio-
ne iuris communis, quę eſt, vt vtrinq; coniunctus
præferratur conſanguineo tantum, præſertim
quia non cōſtat, per hoc ſtatutum fuiſſe expreſ-
sè derogatum huic prælationi. Quod confirma-
ri etiam poteſt, quia quando dubium eſt, an
30 ſtatutum correctorium ſit iuris communis, eſt
ſemper ſecundum terminos iuris communis in-
telligendum *Ruin. conſ. 32. nu. 13. vol. 3.* dubita-
mus autem nos, nunquid ſtatutum noſtrum cor-
rigat ius commune in prælatione, quæ prouenit
ex vinculorum duplicitate, ergo erit ſecundum
terminos iuris communis intelligendum, nec
dicatur vna cum eruditiſſimo *Menoch.* nos eſſe
in claris, quo caſu non procedit hæc doctrina
Ruin. quia reſponderem, id dictum fuiſſe à *Me-
noch.* in terminis ſtatuti Forliuij, quod alijs ver-
bis conceptum erat, in terminis autem ſtatuti
noſtri, ipſum non habuiſſe caſum ita clarum, &
reſolutum, oſtendunt verba, quibus ipſe vtitur,
quando reſpondendo authoritati *Excellentiſſ.
Monterent.* loquitur de ſtatuto noſtro, quæ legi
poſſunt in *d. ſuo conſ. 187. ſub num. 53.* quinimo,
caſum eſſe valde dubiū, oſtendunt authoritates
duorum Bononienſium Doctorum, qui hanc
opinionem ſequuti fuere videlicet *Excellentiſſ.
Monterent. & Laurent. à Pin.* Addo, & *Beroum
in conſ. 145. vol. 2.* quem refert Rota Bononien.
in deciſione cuiuſdam cauſæ Anchonæ.

31 Non omittam etiam nono hac veritate fir-
manda communem quandam opinionem, de
qua per *Polit. in l. filium quem habentem C. fam.
hercisc. nu. 154.* Iure municipali aucta, vel dimi-
nuta fuit legitima filiorum, quę de iure cōi eſt
tertia, vel dimidia ſecundum numerum filiorū
illis relinquenda honorabili titulo inſtitutionis
iuribus vulg. quęrebatur, ex quo correcta eſt ſū-
ma legitimæ, nunquid ſit etiam correctus mo-
dus relinquendi, adeò vt non eſſet patri impoſi-
ta neceſſitas legitimā filio relinquere titulo in-
ſtitutionis *Polit. loco ſupra citato,* ex ſententia
communi *DD.* concludit, non eſſe correctum
modum relinquēdi, cum de modo nihil dictum
ſit, ita & in caſu noſtro correctum eſt ius anti-
quum, quod fæminas, & earum deſcendentes
admittebat, non intelligetur propterea corre-
ctus, & immutatus modus ſuccedendi inter fra-
tres, cum de eo nihil dictum ſit.

32 Adducor decimò in hanc ſententiam ratio-
ne qua etiā vtitur *Ruin. conſ. 28. vol. 3. ſub n. 10.*
ſunt enim ſemper ita interpræanda ſtatuta, vt
ex eis nullum ſequatur abſurdum, & vt a ſapien-
tibus repræhendi non poſſint *l. nam abſurdum
ff. de bon. libert. l. Salarus triſto ff. de legat. pra. ?.
Cranet. conſ. 3. nu. 23. Iaſ. in l. non dubium n. 37.
C. de legib. Soc. conſ. 84. nu. 5. vol. 1. Cephal. conſ.
247. num. 46.* ſi autem ita ſtatutum interpræ-
taretur, vt vellet dare fratrum concurſum, ab-
ſurdū ex eo ſequeretur, ergo &c. abſurdū autem
quod ſequeretur eſſet hoc, ponamus, extare fra-
trē, & ſororē vtrinq; coniunctos, adeſſe et fratrē
conſanguineum: de iure cōmuni res ita ſe habet,
vt frater vtrinq; coniunctus admittatur ad dimi-
diā hæreditatis, & ſoror ad alteram dimidiā ex-
cluſo cōſanguineo, adeſt modo ſtatutū, quod ex-
cludit hanc ſororem à ſua dimidia, & illa fratrē
præfert coniunctum ex parte patris tantum, vel
vtrinq; coniunctum, ſi dicimus dari horum fra-
trū concurſum, illa portio dimidia, à qua eſt ex-
cluſa ſoror, ſpectabit ad fratrem conſanguineū,
& non ad vtrinq; coniunctum, & vtrinq; coniun-
ctus nihil habebit vltra id, quod ei datum eſt
de iure communi, quod dubio procul abſurdum
eſſet, & etiam cōtra mentem ſtatuentiū, & hanc
rationem probat latius eam deducendo *Clariſſ.*

De-

Decian. d. conſ. 16. *ſub nu.* 37. *vol.* 1. Et hæc ſunt
quæ adducere volui pro confirmatione conclu-
ſionis vtrinq; coniuncto fauentis, cętera, quæ hāc
ſententiam adiuuāt, videri poſſunt penes duo iu-
ris lumina, ſcilicet *Decian.* & *Cephal.* in conſilijs
ſupra allegatis.

33 Reliquum modo eſt, vt deueniam ad reſpon-
ſionē eorum, quæ allegantur pro cōtraria parte
licet occaſione aliorum ſtatutorum. Prima igi-
tur ratio, in qua maximum fundamentum fa-
ciunt tenentes contrarias partes illa eſt, quæ de-
ſumitur ex doctrina *Bal. in l.* 1. *C. de legit. hered.*
qui ſub *nu.* 3. exiſtimat, nullam dari differētiam
inter vtrinque coniunctos, & cōſanguineos, quā-
do vinculū cognationis impertinens eſt, & ideo
ſecundum eum ante *auth. itaque C. com. de ſuc-
ceſſ.* non erat talis prælatio inter fratres cognita,
quia caput cognatorū non erat ad ſucceſſionem
cognitum, poſtquā poſtea noua *Iuſtiniani* con-
ſtitutione fuit caput cognationis redditum habi
le ad ſucceſſionem, tunc cognita fuit prælatio
vtrinq; coniuncti, de qua *in d. auth. itaque* hanc
doctrinā *Bald.* vti cōem ſequuntur ibidē *Corn.*
& *Caſt.* certi aſt iuris eſſe dicūt, ſtatutum noſtrū
impertinens reddere caput cognationis, ſaltem
vſq; ad quartum gradum, cum in §. *& etiam præ-
dicti agnati* expræſsè diſponat, agnatos vſque
ad quartum gradum anteponi omnibus cogna-
tis ēt infra dictū gradū poſitis, erimus igitur in
terminis doctrinæ *Bald.* & ita reuertemur ad ius
antiquū, quo nulla fiebat differētia inter vtrin-
que coniunctū, & conſanguineum ob defectum
34 cognationis; confirmatur † hoc, quia in feudis, in
quibus minimè conſideratur cognatio, huiuſ-
modi prælatio non eſt cognita *Bald. inc.* 1. §. *at
vero ſub nu.* 1. *de ſucceſſ. fratrum in vſ. feud.* quē
ſequuntur *DD. in d. l.* 1. *C. de legit. hered.* & alijs
in locis, de quibus latè per *Excellentiſs. Menoch.*
35 *d. conſ.* 187. *nu.* 14. *vol.* 2. & † idem etiam eſſe in
emphyteuſi teſtatur *Curt. iun. conſ.* 78.

Huic argumento reſpondendo dico, illud
vna cum confirmationibus procedere in his ca-
ſibus, in quibus erat penitus, & omnino negle-
ctū caput cognationis, tunc enim poterat vnuſ-
quiſq; probabiliter concludere, dictū caput eſ-
ſe ſpretum, quando coniunctum eſt cum agna-
tione, ſicut eſt ſpretum, quando ab ea ſeparatū
eſt, ſed in terminis ſtatuti noſtri non fuit dictū
caput in totum neglectum, ſed vſq; ad certum
gradum, ideo non ita facile poſſimus conclu-
dere, fuiſſe etiam ſpretum, quando eſt cum
agnatione iunctum, quinimò argumentari velle
de caſu, in quo in totum neglecta eſt cognatio
ad caſum, in quo ſit in parte tantum neglecta,
36 eſt † argumentari de maiori ad minus affirma-
tiuè, quod non licet *Iaſ. in l. qua de legato nu.* 4.
ff. de leg. 1. *Curt. Iun. conſ.* 133. *nu.* 4. Et ideò di-
cit *Euerard in loc. à maior. nu.* 1. quod hoc argu-
mentum formatur deſtructiuè, ſeu negatiuè tan-
tum. Præterea, vt doctè, & ſubtiliter conſiderat
Præclariſs. Decian. d. conſ. 16. *num.* 72 ad quem
me refero, non eſt verum fuiſſe prius habilem
redditam cognationem ad ſucceſſionem, poſtea
inductam fuiſſe prælationem vtrinq; coniuncti,
vt exiſtimant tuentes contrarias partes, quin-
imò prius inducta fuit illa prælatio, antequam
eſſet cognatio facta habilis ad ſucceſſionem, &
poſtea admiſſi fuere cognati ad ſucceſſionem,
videatur ipſe *Decian.* loco ſupra citato, & hæ sūt
generales reſponſiones.

Deueniendo modo ad ſtatutum noſtrum cre-
do, ex ſupradictis adeò demonſtratum fuiſſe,
ſtatuentes nedum noluiſſe ſpernere, ſed etiam
voluiſſe præ oculis habere cognationem præ-
ſertim cum agnatione iunctam, vt velle nouis
rationibus hanc veritatem comprobare, ſit (vt
aiunt) facibus ſolem adiuuare; addam tamen
conſiderandum eſſe, ſtatuentes diſponere, vt ſpu-
rijs ſuccedi poſſit in § *volentes, quod naturalibus*
37 *ſub d. rub. de ſucceſſ. aſcend. & collateral.* & † tamē
talis ſucceſſio non poteſt dici delata virtute
agnationis, ſed virtute cognationis *l. ſi ſpurius
ff. vnde cognati*, ex quo conſtat etiam infra quar-
tum gradum fuiſſe a ſtatuentibus conſideratam
38 cognationē, nec † obſtat tex. in §. *& ēt prædicti
agnati*, quia ille loquitur de cognatis ſimplici-
bus, quibus præferuntur agnati, vt bona in fami-
lia remaneant, nos verò loquimur de illa cogna-
tione, quæ cadit in agnato, & non facit bona
egredi familiam, & ita eſſe hoc ſtatutum intel-
ligendum tenet *Ruin. conſ.* 19 *ſub nu.* 6. *& conſ.*
32 *ſub nu.* 14. *vol.* 3. *Cephal. cōſ.* 323. *nu.* 44. ſta-
39 tutum † autem loquens in caſu ſimplici ad mix-
tum non trahitur, quando eſt à iure communi
exorbitans, vt eſt ſtatutū noſtrum *Bart. in l. certi
condictio §. quoniam ff. ſi cert. pet. Rom. in l. ſi tibi
in princ. ff. de pact. Grat. conſ.* 47. *nu* 19. *lib.* 1. ita
40 de ſtatuto abbreuiāte inſtantiam in cauſis ciui-
libus, & criminalibus, vt non habeat locum in
mixtis dixit *Ang. cōſ.* 257. *vol.* 3. ſequitur *Alciat.
in l.* 2. *ff. de verb. oblig. nu.* 19. & licet ſub *eadem
rub. in §. volentes inſuper* dicatur, expræſſa in ca-
ſibus ſimplicibus etiam habere locum, ſi dicti
caſus cōiunctim concurrant, quando tamen da-
tur aliquis, qui coniunctus ſit vinculo cognatio-
nis, & agnationis ſimul, non dicuntur dari duo
caſus coniunctim, & alter eſt ſenſus illorum ver-
borum, vt patet percurrēdo conſ. *Alex.* 141. *vol.*
7. Aliquid tamen difficultatis facere videtur id,
quod traditur Excellentiſs. *Menoch. d. conſ.* 187.
nu. 18.

Digitized by Google

*nu.*18.dum prædictæ conſiderationi reſpóden-
41 do inquit, in † ſtatutis caſum mixtū ſub ſimplici
contineri, quando eſt eadem ratio *l. interdum §.
quod ait* iunct. *l.* 1. *ff. de his qui not. infam.* ratio
autem quare agnatus ſimplicem cognatum ex-
cludit (inquit ipſe) ea eſt, vt agnatio, & familia
conſeruetur, quæ conſeruatio cum tam fiat per
agnatum ſimplicem, ſicut per agnatū, & cogna-
tum ſimul, merito quod in vno diſpoſitum eſt,
& in alio cenſetur diſpoſitum; Huic conſidera-
tioni partes noſtras tuendo exiſtimo, reſponderi
poſſe negando eandem rationem eſſe in caſu
mixto, quę & in ſimplici cadit, quod clare (vt cre
do) ita oſtendi poteſt, volunt ſtatuētes ab agna-
tione excludi cognationem ſimplicem, hic eſt
caſus ſimplex, ea eſt ratio, vt bona remaneant
in familia, & ipſa ita conſeruetur, demus modo
caſum mixtum .i. vt cognatio ſit iūcta cum agna-
tione, & quæramus nunquid agnatio excludet
hanc cognationem, quaſi quod in ea vigeat illa
ratio, quæ viget in cognatione ſimplici, dicam
ego, quod non, quia hic non viget ratio conſer-
uandæ familiæ, ſi .n. excludenda eſt talis cogna-
tio, vtiq; non excluditur, vt conſeruetur familia,
quia ipſa non erat impedimento dictæ conſer-
uationi, ita credere eſſe ſublatum primum fun-
damentum partis aduerſæ.

42 Secundum argumentum, quo nititur pars ad-
uerſa, fundatum eſt in ratione ipſius ſtatuti, nulli
.n. dubium eſt, rationem ſtatuti noſtri fuiſſe fa-
uorem agnationis, & familiæ conſeruationem,
pro vt hanc fuiſſe rationem latè probant *Ruin.
d. conſ.* 28. *vol.* 3. *Berous conſ.* 143. *vol.* 2. *Alba
conſ.* 81. at, cum agnatorum caput id ſolum ſit,
per quod conſeruantur familiæ, & æqualiter vi-
geat, tam in fratre cōſanguineo, quam in vtrin-
que coniuncto, proinde ſequetur verumq; gau-
dere ſtatuti diſpoſitione, vt fęminas excludat
43 iux. † vulgatam regulam, quod vbi viget eadem
ratio; ibi etiam viget eadem iuris diſpoſitio
*l. illud ff. ad l. aquil. l. à Titio ff. de verb. oblig. l.
44 his ſolis in fin. C. de reuoc. donat.* & † ad hoc con-
fert id, quod notabiliter tradit *Bar. in l. re coniū-
ctis nu* 62 *ff. de leg.* 3. *& in l. Lucius in fin. verſ.
(quæro quidem &c.) ff. de vulg. & pup.* quibus in
locis decidit ipſe, ſi decedat pater duobus filijs
relictis ex vna vxore, & duobus ex alia, & vnus
repudiet, pars eius omnibus accreſcit, non ob-
ſtante, quod vnus ſit vtrinq; coniunctus, & alij
ſint conſanguinei tantum, quia cum agatur de
ſucceſſione patris, & non matris, ratio illa, quę
admittit fratrem vtrinq; coniunctum ad ſucceſ-
ſionem, admittit & conſanguineum tantum, &
ita, quando ceſſat caput cognationis maternæ,
& viget tantum agnatio paterna æqualiter om-
nes admittuntur, quia in omnibus eadem viget
ratio.

Concedendo rationem ſtatuti noſtri fuiſſe
45 familiæ conſeruationem, licet † de hoc dubitari
poſſit, vt apparet ex *deciſione*, quam ponit *D.
Montevent. in §. volētes inſuper* reſpondeo, quod
licet in his fratribus æqualiter vigeat ratio ex-
cluſionis fæminarum, ex quo tamen vnus habet
vnum vinculum non neglectum à ſtatuto, vt ſu-
pra oſtendi, ratio poſtulat, vt talis præferatur
alteri fratri, ſicut etiam videmus, quod licet in
alijs agnatis poſitis in vlterioribus gradibus
vigeat eadem ratio conſeruandæ agnationis,
quia tamen hi, qui ſunt in proximiori gradu
habent proximitatis prærogatiuam, ideo præ-
feruntur, ita etiam in fratribus dicendum eſt,
46 quia † frater vtrinque coniunctus reſpectu con-
ſanguinei, quoad effectum ſucceſſionis dicitur
in proximiori gradu conſtitutus, vt per *Ruin.
d. conſ.* 28. *ſub num.* 11. non erit igitur etiam
inconueniens dicere, vt per talem prerogatiuā
47 alteri fratri præferatur, doctrina † verò *Bar* nul-
lum negotium facit, quia ipſe loquitur, quando
ſucceditur patri, tunc, quia reſpectu patris non
poteſt dici vnus filius magis coniunctus altero,
mirum non eſt, ſi æqualiter ſuccedunt, ſed quan-
do agitur de ſucceſſione fratris, vt eſt in termi-
48 nis noſtris, quo † caſu bona non dicuntur am-
plius patris, ſed fratris *l. ſed ſi plures §. filio ff. de
vulg. & pupill. Cro. conſ.* 263. *nu.* 1. *vol.* 2. tunc
quia reſpectu fratris vtrinque coniunctus habet
neſcio quid maioris prærogatiuæ ipſe ſolus ad
49 ſucceſſionem admittendus eſſet, & † ideo *Bar.
in d. l. re coniunctis* loquens de ſucceſſione, quæ
prouenit ex pupillari ſubſtitutione, per quam
ſucceditur filio teſtatoris, non ipſi teſtatori *Inſt.
de pup. ſub. in princ.* dixit fratrem vtrinque con-
iunctum preferri conſanguineo.

50 Tertia ratione vtitur *Iac. Mandel. d. conſ.* 81.
quę talis eſt *DD. omnes in auth. quas actiones C.
de ſacroſanc. eccleſ.* exiſtimant, quando correcta
ratione reducimur ad ius antiquum, ſeù ad di-
ſpoſitionē, quæ aliquo iure admiſſa fuerat, tunc
etiam legē ipſam dici correctā ea ratione, quia
51 res de facili ad naturā ſuam reuertitur *l. ſi vnus
52 §. pactus ne peteret. ff. de pact.* ſed † admittūr om-
nes, rationē, quare in *d. auth. itaq;* vtrinq; coniun-
ctus præfertur conſanguineo fuiſſe, quia duo
vincula potentius operantur, ac operetur vnum
tantum vinculum, per ſtatutū autem quod ſper-
nit cognationem corrigitur hæc ratio duplicita-
tis vinculi, intelligetur ergo correcta diſpoſitio
d. auth. itaque, & res redacta ad terminos iuris
53 antiqui *Codicis* ante ius *authenticorum* quod frat
trū, concurſum dabat, vt in *d. l.* 1. *C. de legit. hæred.*

Patet

Patet reſponſio huic argumento ex his, quæ dixi ſupra reſpondendo primo fundamento, quo loci probaui, non fuiſſe neglectum in totum caput cognationis, præſertim quando eſt cum capite agnationis iunctum, ex quo ſequitur in caſu noſtro, non eſſe correctam iuris communis rationem, vt credit *Mandel.*

54 Suadetur, & quartò, opinionem ex aduerſo veram eſſe, quia quando diſpoſitio exhorbitans eſt à regulis iuris cõmunis ſtrictè eſt intelligenda, & non extendenda ad alias diſpoſitiones per actiuam, vel paſſiuam interpretationem *c. quæ à iure de reg. iur. in 6. l. quod verò contra ff. de legib. Dec. conſ. 19. num 3. Corn. conſ. 219. vol. 3.* at diſpoſitio *d. auth. itaq;* exorbitat à regulis iu-
55 ris communis dictantibus, vt hi, qui ſunt in eodem gradu admittantur ſimul *§. ſi plures Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* non erit igitur talis diſpoſitio extendenda ad ſtatutum noſtrum per interpretationem paſſiuam, præſertim repugnante diſpoſitione ipſius ſtatuti, dum cognationis vin-
56 culum à ſucceſſione excludit, & hac ratione dicebat *Bar. in l. poſt conſanguineos in §. legitima ff. de ſuis, & legit. d. auth.* diſpoſitionẽ habere tãtũ locũ, quando agitur de ſucceſſione patruorũ, vel fratrũ, vlterius autẽ nõ extendere vires ſuas.

Facili negocio tollitur iſtud fundamentum, vtpotè, quod procedit, quando nos vellemus talem interpretationem paſſiuam facere abſq; legis authoritate, ſed in caſu noſtro ita nos interpretamur ex expreſſa mente ſtatuti, quæ eſt vt in caſibus non expreſsè correctis, & ita non inſraſcriptis ius commune ſ[illegible]ruetur.

57 Adiuuatur quintò hæc opinio per deciſionẽ *Rota. in conſ. 32. nu. 5. vol. 3.* quam adducit *Socinn. conſ. 24. nu. 11. vol. 4.* fingamus, extare ſtatutum, vt in ſucceſſionibus gradus dinumerentur ſecundum ius canonicum, reperiuntur duo, qui de iure canonico ſunt in eodem gradu, ſed vnus eorũ eſt de iure ciuili in proximiori gradu, quæritur nunquid ambo æqualiter ad ſucceſſionem admittantur, attento tantum gradu iuris canonici, an præferatur ille, qui eſt in proximiori gradu de iure ciuili, quia ipſe habet illam gradus proximitatem, concludit ibi *Rota.* hos eſſe æqualiter ad ſucceſsionem admittendos, quia licet vnus eorum legatus ſit duplici vinculo, gradu. ſ. iuris ciuilis, & canonici, quia tamen gradus iuris ciuilis à ſtatuto negligitur, ideò illi non opitulatur ad ſucceſsionem, ita etiam videbatur dicendum in propoſita ſpecie, licet vtrinq; coniunctus legatus ſit duplici vinculo, quia tamen vnum ex his à ſtatuto non conſideratur, ideò non videtur poſſe illi opem ferè ad ſucceſsionẽ.

Etiam ex his, quæ ſupra dicta ſunt reſpondendo primo argumento patet reſponſio ad illud fundamẽtum *Soc.* ſtatutum enim quod diſponit, vt in ſucceſsione attendatur numeratio graduũ ſecũdum ius canonicum in totum reprobat numerationem iuris ciuilis, nimirum ſi poſtea talis gradus non ſuffragatur ad ſucceſsionem, res ita non ſe habet in cognatione, quæ vt dixi, & probaui, non fuit in totum à ſtatuentibus neglecta.

Poteſt ſexto ponderari ſtatutum noſtrum confirmando hanc ſententiam contrariam, primo conſiderãdum eſt in *§. dicti verò fratres,* ſtatuentes prius nominare fratres vtrinq; coniunctos, vel ex patre tantum, poſt fratres nominare eorum filios, ex quo apparet ipſos voluiſſe recedere ab ordine ſuccedendi, ſeruato inter
58 agnatos de iure communi, qui talis eſt, vt fratres vtrinq; coniuncti præferãtur fratribus conſanguineis poſt illos eorum filij repræſentando perſonam patris, & ipſi fratribus conſanguineis præferrantur *auth. poſt fratres C. de legit. hæred.* ſtatuentes autem primo nominant fratres poſitos in ſecundo gradu, poſtea eorum filios poſitos in tertio gradu, ergo voluerunt ſucceſſionem deferendam eſſe ſecundum gradus prærogatiuam, & non alia ratione, conſequenter ſequetur omnium fratrum concurſum dari, ex quo omnes in eodem gradu ſunt; Accedat
59 etiam, quia ex vna parte ſtatuti clara, altera ambigua declarari poteſt *l. vtrum in princ. vbi Caſ.*
60 *nu. 2. ff. de pet. hæred.* habemus autẽ nos ſtatutum *ſub rub. de dotibus reſt. in §. & ſi deceſſerit,* quo cauetur, quod ſi mulier ſine filijs, & aſcẽdẽtibus deceſſerit teneatur fratribus vtrinq; coniunctis, vel ex patre tãtum relinquere tertiã partem totius dotis, augmenti, & aliorum ipſius bonorũ, & non exiſtantibus fratribus patruis, & filij fratrũ tenetur dictam tertiam relinquere inter eos diuidendam, adeò vt patrui dimidiam, & filij fratrum alteram dimidiam habeant; conſtat ex hac diſpoſitione in ſucceſſione, quę etiam ſit inter agnatos in terminis ſtatutorum noſtrorum non fuiſſe conſideratam prælationem vinculorum, vel repræſentationis, de qua in *auth. itaque C. com. de ſucceſſ. & auth. poſt fratres C. de legit. hæred.* ſed tantum fuiſſe habitum in conſideratione ordinem graduum, ideò prius vocantur fratres in ſecundo gradu poſiti, poſtea vocantur
61 patrui, & fratrum filij, qui omnes ſunt in tertio gradu *l. iuriſconſultus ff. de grad. affinit. §. tertio gradu Inſt. de gradib. cognat.* per hanc igitur ſtatuti particulam declarando particulã poſitã in *d. §. dicti verò fratres* dicendũ erit, gradum tantum conſideratũ fuiſſe ad ſucceſſionẽ, & nõ prærogatiuã duplicitatis vinculorũ, vel repræſentationis.

62 Huic conſiderationi (quæ cum excogitata

fuerit à ſapientiſſimo Iuriſconſulto, valde etiam
vrget) crederem, poſſe hoc modo reſponderi, &
primo licet in hoc §. *dicti verò fratres* prius no-
minentur fratres, & poſtea eorum filij, non per
hoc ſequitur, ſtatuẽtes voluiſſe inducere ſucceſ-
ſionem ſecundũ ordinem graduum, hac ratione,
quia licet ſint hæ perſonæ nominatæ ſecundum
ordinem graduũ, tamen omnes poſtea claudun-
tur, & regulantur, vnico verbo *præferuntur* de
modo autẽ prælationis in ſuccedendo nihil ſta-
tuentes dicũt, quippe qui hoc repoſuere in arbi-
trio iuris cõmunis. Cõfirmatur hoc, quia quando
ſtatuentes volunt nominatos ſuccedere ſecundũ
ordinem graduum contra ius commune, hoc ex-
primere ſolent, vt eſt in *d.§. & ſi deceſſerit*, vbi ex-
preſsè in vna clauſula prius fratres vocantur, &
in altera clauſula non extantibus fratribus vocã-
tur patrui, & fratrum filij, ſi in ſtatuto noſtro pa-
riter ordinem graduum voluiſſent ſtatuentes cõ-
ſiderare vſi fuiſſent in hoc ſtatuto eo modo lo-
quendi, quo etiam vſi fuere in *d.§. & ſi deceſſerit*
quod tamen ab eis minimè factum fuit, ſed in
§. nec non fratres, in *§ ipſi quidem fratres, & in §.
dicti verò fratres* ſemper ſub eadem clauſula
fratres, & eorum filij vocantur ad excluſionem
deſcendentium per fęminas aſcendentium fæ-
minarum, & ſororum, earumq; liberorum. Præte-
rea ſi volumus concedere, ex quo fuere prius no-
minati fratres, & poſtea eorum filij, voluiſſe ſta-
tuentes ſecundum ordinem graduum prius fra-
tres, poſtea eorum filios vocare ita ſecundum
eundem ordinem dicere poterimus, voluiſſe ſta-
tuentes prius vocare vtrinq; coniunctum, & po-
ſtea conſanguineum, ex quo ille ſecundum ordi-
nem ſcripturæ prius nominatus eſt, quod faciet
pro noſtra opinione: Vlterius licet per talem
nominationem poſſimus arguere, ſublatam fuiſ-
ſe prælationem repræſentationis, & inductam
ſucceſſionem ſecũdum ordinem graduum, nun-
quam tamen nobis licebit arguere etiam fuiſſe
ſublatam prælationem duplicitatis vinculorum,
quę cadit inter eos, qui poſiti ſunt in eodem gra-
du, quia iſtud eſſet argumentari ex diuerſis, dice-
re id, quod non dicũt, nec innuunt ſtatuentes, &
facere extẽſionem in correctorijs, & ſtrictè inter-
prætandis, quod eſſet cõtra iura vulgaria, & om-
63 nibus nota: Quod t poſtea in ſpecie attinet ad §.
& ſi deceſſerit crederẽ primo reſpõderi poſſe, per
illum non fuiſſe ſublatam prælationem dupli-
citatis vinculorum, quę cadit in eodẽ gradu, cum
hoc ex verbis ipſius ſtatuti minimè colligi poſſit
ſolam autem prælationem repręſentationis ſub-
latam fuiſſe, de qua nos non loquimur: Sed eſto,
illud ſtatutum etiam tollere prelationem dupli-
cis vinculi, adhuc dico, illam diſpoſitionem non
poſſe ſe referre ad ſtatutum noſtrum, & ita non
poſſe ſtatutum noſtrum declarationem recipe-
re ab illo §. *& ſi deceſſerit* duplici ratione, primo
64 quia quando aliqua diſpoſitio exorbitat à iure
communi, illa non intelligitur repetita in alijs
capitibus, ſed ſtricte tantum intelligetur pro-
cedere in capite, in quo exprimitur, ita inquit
*Bar. in l. prætor ait (la ſeconda) §. ereçque hac diffe-
rentia ſub nu. 1. verſ. (ſecundo caſu) ff. vi bon.
rapt.* vbi ipſe refert, & ſequitur opinionem *Iac.
de Belauſ.* ſatis ad negotium noſtrum ſpectãtem,
quæ eſt, quod quando ſtatutum in vno capite di-
ſponit, ſuam deciſionem habere locum in futu-
ris, & præteritis negotijs, quia t talis diſpoſitio ex-
65 orbitat à regulis iuris communis, quæ t dictant,
leges dare formam tantum futuris negotijs *l. le-
ges C. de legibus*, ideo non intelligitur talis diſpo-
ſitio habere locum in alijs capitibus ſtatuti, &
hanc eandem doctrinã ſequitur *Imola in clem.
1. de ſupplen. negligent prælat. in fin.* dato igitur
in *d.§. & ſi deceſſerit*, ſublatam fuiſſe prælationẽ
vtriuſq; vinculi, id erit cõtra ius commune, pro-
inde non erit repetendũ in hoc §. *dicti vero fra-
tres*, & ad hunc caſum trahendum: Secundo ille
§. & ſi deceſſerit, loquitur in lucro dotis, quod de-
fertur virtute ſtatuti *§. dicti verò fratres* loquitur
de ſucceſſione, quæ ab inteſtato defertur, de ca-
ſu igitur diuerſo, in quo expreſse ęquales fratres
redduntur ad caſum noſtrum diuerſum, in quo
expreſsè dicitur, in caſibus non prouiſis eſſe
recurrẽdum ad ius commune, non erit cur illa-
tio fiat *l. fin. ff. de calum. l. Papinianus libro ſe-
cundo in princ. ff. de minor. l. naturaliter §. nihil
commune ff. de acquir. poſſeſſ.*
Septimo animaduertendũ eſt in *d.§. dicti vero
fratres* ſtatuentes ponere regulam vna cũ eius
limitatione, regula eſt, fratres vtrinq; cõiunctos,
vel ex patre tantum, & eorum filios præferri ſo-
roribus, eorum filijs & etiam fratribus, & ſorori-
bus vterinis, exceptio autem, & limitatio eſt in
bonis maternis, in quibus dicunt ſtatuentes,
66 ſeruandum eſſe ius commune, tunc t ſic, exce-
ptio in caſibus non exceptuatis regulam firmat
*l. nam quid liquidè §. pen. ff. de pen. legat. l. cum
delationis §. fundum ff. de fund. inſtruct.* hic ex-
ceptuantur bona materna, vt in illis ſeruetur ius
commune, ergo in alijs bonis non exceptuatis
non erit ſeruandum ius communẽ, ſi non ſerua-
bitur ius commune, ergo dabitur fratrum con-
curſus, alioquin ſi præferretur vtrinque coniun-
ctus, in his bonis etiam ius commune ſeruaretur,
quod eſſet contra mentem ſtatuentiũ, hoc argu-
mento vtitur *Excellentiſs. Montercut. in illo §. di-
cti verò fratres in verſ. (ex patre.)*
Rectè tamen intuenti facilè erit huic argu-
mento

Digitized by Google

mento reſpondere, ſi quidem illa exceptio bonorum maternorum ſe refert ad id, de quo principaliter agitur in ſtatuto, & ad id, in quo ius cõmune corrigitur, & hoc eſt, vt fratres ſororibus, & earum deſcendentibus præferrantur, exceptis bonis maternis, in quibus ius commune ſeruatur, quia ſcilicet fratres non excludunt ſorores, & iſte eſt verus intellectus horum verborum, quo ſtante ceſſat conſideratio prædicta, quia illa verba *exceptis bonis maternis*, in quibus ſeruantur iura communia vtique oſtendunt in alijs bonis non ſeruari iura communia, non tamen per omnia, ſed in caſu ibi expreſſo, ad quem ſe refert illa exceptio.

Et ita ſublatis contrarijs remanet firma noſtra opinio, vt frater vtrinq; coniunctus non obſtante ſtatuto præferatur fratri conſanguineo tantum. *anno* 1582.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

In eadẽ cauſa Reſponsũ Eminentiſs. Cardinalis Mãticæ quo cũ olim Patauij publicè ius ciuile profiteretur, præcedens cõſiliũ cõfirmauit.

SVMMARIVM.

1 *STatuta excludentia fœminas propter maſculos condita ſunt ratione conſeruandæ agnationis & nu. 16.*

Quod publicè intereſt nu. 2.

Et ideò ſunt fauorabilia ex communi, & magis communi opinione nu. 3 & 4.

Nec debent in læſionem maſculorum conuerti n. 5.

Contra quod ſint odioſa alij tenent, qui etiã communem dicunt nu. 9.

Quia excludere fœminas propter maſculos eſt cõtra naturalem rationem, & ideò odioſa nu. 7.

Quapropter talia ſtatuta appellantur exhæredationes, quæ ſunt odioſa nu. 8.

Et ideò talia ſtatuta ſunt ſtrictè interpretanda nu. 10.

Præſertim quando agitur de præiudicio fœminarum nu. 1.

Alij verò tenent, hæc ſtatuta eſſe partim fauorabilia, partim odioſa nu. 15.

6 *Frater vtrinq; coniunctus ſuccedit excluſo fratre conſanguineo tantum & num. 38.*

12 *Quod non mutatur cur ſtare prohibetur?*

13 *Non dicitur correctum niſi quod ſpecialiter exprimitur.*

17 *Quod conſtitutũ eſt in terminis ſimplicibus non habet locum in coniunctis.*

18 *Subſtitutio pupillaris non tranſit ad hæredem ſubſtituti, ſecus ſi ſit coniuncta cum iure accreſcendi.*

19 *Actio perſonali aduerſus vnum ex hæredibus datur pro portione hæreditaria.*

Coniuncta autem cum rei vendicatione competit in ſolidum, quando hæres habet facultatem totius rei reſtituendæ nu. 20. & 21.

Et ita virtute coniunctionis ſequitur naturam rei vendicationis, quæ in ſolidum competit contra quemlibet poſſidentem nu. 21.

22 *In disiunctiua* Vel *ſufficit alteram partem eſſe veram.*

Quod eſt ſecundum propriam ſignificationem huius dictionis, quæ in ſtatutis præſertim attendenda eſt nu. 25 & ſeq.

Quando tamen ponitur inter perſonas honoratas habet vim copulatiuæ nu. 24.

23 *Liberi vocantur ad contratabulas bonorum poſſeſſionem eo iure, eoq; ordine, quo vocantur ad ſucceſſionem iure ciuili.*

25 *A verbis ſtatutorum non eſt recedendum.*

Quod n. ſtatutum non dicit, neq; ex ratione neceſſario conſequitur, nec nos dicere debemus nu. 37.

Verba tamen ſtatutorum non debent eſſe ſuperflua nu. 29.

Quæ in dubio propriè intelligenda ſunt nu. 26.

Ita tamen, vt ſtatuta ipſa minus corrigant ius commune, quam fieri poſſit, etiam ſi à propria verborum ſignificatione eſſet recedendum nu 14 & 27.

24 Menoch. conſ. 187. nu 18 *reprobatur & n. ſeqq.* Riminald. Iun. conſ. 401. *conſuluit contra* d. conſ. Menoch. *nu.* 39.

28 Socin. iun. & Decian. *fuerunt Præceptores Eminentiſs.* Manticæ.

30 *Diſpoſitio* auth. de conſang. & vterin. fratr. *fuit facta antequã ſublata eſſet differentia agnationis, & cognationis & nu. 31.*

Et d. auth. *pluribus rationibus fuit conſtituta num. 31.*

32 *Ceſſante vna ex pluribus rationibus non ceſſat diſpoſitio.*

34 *Quando probationes ſunt pares, ſi ex altera parte qualis qualis præſumptio acceſſerit illa debet obtinere.*

35 *Statuta derogatoria iuris communis ab eo non debent recipere interpretationem.*

Sed verior, & receptior ſententia eſt, vt ab eo paſſiuam recipiant interpretationem nu. 36.

RESPONSVM LXV.

Diuino Numine ſuffragante.

PLacet mihi ſententia præſtan-
tiſſimi Iuriſconſulti D. Hiero-
nymi Buccaferrei, & aliorum
Dominorum ſubſcribentium,
& præſertim eximij Iuriſcon-
ſulti Domini Antonij Gypſei,
à quibus non minus doctè, quam copioſè fuit
reſponſum: fratrem vtrinque coniunctum à fra-
tris defuncti ſucceſſione excludere fratrem con-
ſanguineum tantum, non obſtante *ſtatuto Bono-
nienſi*, quod fratres maſculos ex vtroq; parente,
vel ex patre tantum coniunctos, fœminis, & ma-
ſculis per fœminas coniunctis, anteponit.

Et quia nihil ferè dici poteſt, quod ab acutiſ-
ſimis eorum ingenijs non fuerit excogitatum,
ſatis eſſe exiſtimabā, ſi nuda, ac ſimplici ſubſcri-
ptione eorum ſententiam comprobarem; Sed
ne videar egregia eorum reſponſa perfunctoriè
legiſſe, ac nodum difficultatis non perpendiſſe,
ſubiectis iuribus, & rationibus, eandem ſenten-
tiam magis confirmo.

Primum itaque conſidero, quod ſtatutum ex-
cludens fœminas propter maſculos aut eſt fauo-
rabile, aut eſt odioſum, aut eſt partim fauorabi-
le, & partim odioſum. Quodcunque autem dixe-
ris, oſtendo ſic debere illud interpretari, vt non
corrigat ius commune, quando contentio eſt in-
ter ipſos fratres coniunctos ex vtroque latere, &
conſanguineos tantum.

Nam ſi primum dicamus, hoc ſtatutum eſſe
1 fauorabile, quia † ſcilicet inſpecto principali
poſito ſtatuentium, conditum eſt propter fauo-
rem maſculorum, & ratione conſeruandæ agna-
tionis, iuxta *§. cæterum inſtitut. de legit. agnat.*
2 *ſucceſſ.* Id † quod publicam etiam videtur reſpi-
cere vtilitatem, vt familiarum dignitas ſalua ſit
3 *l. 1. §. penult. de ventr. inſpicien.* quam † ſenten
tiam ſentit *Cynus in l. 2. C. ad l. Iul. de adulter. &
Bar. in l. ſeruo legato §. ſi teſtator de legat. 2. & ſe-
quitur Paul. Caſtr. in l. qui exceptionem ff. de cō-
dit. indeb. & Roman. in conſ. 4. nu. 7. & Curt. ſen.
in conſ. 9. num. 18. & in conſ. 80. col. 4. & Socin.*
4 *ſen. in conſ. 5. nu. 5. lib. 1.* & pleriq; alij, qui † et-
iam profitentur cōmunem hanc eſſe opinionē,
vt ſcribit *Dec. in conſ. 258. nu. 9. & Albert. Brun.
in Tract. ſtatut. repellent. à ſucceſſ. fam. propt.
maſcul. in 4. articul.* & magis cōmunem atteſta-
tur *Pariſ. in conſ. 85. nu. 28. in fin. lib. 2.* tunc ego
ſic argumentor. Hoc ſtatutum conditum eſt fa-
5 uore maſculorum, ergo † non debet in eorum læ-
ſionem conuerti, & in aduerſariam figuram
trāsformari *l. quod fauore C. de legib. l. nulla iuris
ratio ff. eod. titul. l. falſa demonſtratio nu. 2. de
condit. & demonſtr.* huic autem conſequens eſt,
vt ſtatutum non debeat duriore interpretatione
trahi ad præiudicium fratris vtrinque coniuncti,
6 qui † ex iure cōmuni excludit fratrem conſan-
guineū tantum, *vt in Auth. de conſangui. & vte-
rin. fratrib. & Auth. itaq; commun. de ſucceſſion.*
7 Si verò ſecundo loco nos dicimus, hoc ſtatu-
tum eſſe odioſum, quia ſcilicet fœminas contra
naturalem rationem à ſucceſſione excludit pro
pter maſculos, quod quidem maximum vitium
videtur eſſe *l. maximum vitium de liber. præter.*
& quod contra naturalem rationem eſt conſti-
tutum, cēſetur odioſum *Ang. in conſ. 210. ſtatu-
8 tum in prin.* Vnde † etiam huiuſmodi ſtatuta
appellantur quædam exhæredationes *Bal. in l.
illam C. de collat.* & exhæredatio ſine dubio eſt
9 odioſa *l. cū quidam de liber. & poſthum.* & † hāc
ipſam opinionem, quod huiuſmodi ſtatutum ſit
odioſum, ſēſit *Bar. in l. 1. nu. 32. in fin. de ſum-
ma Trinit. & fid. Cathol. & Bald. in l. certum in
princ. C. vnde cognat.* dicens odioſum eſſe, quic-
quid eſt contra iuſtitiam æquitatis, & ſequitur
*Rapha. Fulgoſ. in conſ. 62. nu. 1. & Alex. in conſ.
128. nu. 7. vol. 1. & in conſ. 7. nu. 11. vol. 2.* quam
etiam opinionem communem teſtatur *Dec. in
conſ. 13. nu. 7. & ſequitur in conſ. 333. num. 1.* &
alij per multi, quos euitandæ prolixitatis gratia
non refero; tunc etiam idem probo hoc argu-
10 mento. Hoc † ſtatutū eſt odioſū, ergo debet po-
tius reſtringi, quā extēdi *d. l. cū quidā de liber. &
poſthum. c. odia de reg. Iur. lib. 6. c. 1. de filys pre-
11 sbyter. eod. lib.* quæ † ſententia, quoties agitur de
præiudicio fœminarum eſt admittēda, quamuis
etiam ſtatutum poſſet dici fauorabile, propter
principale propoſitum, quia principaliter reſpi-
ciat fauorem maſculorum, vt ſuperius dictum
fuit; nam adhuc in conſequentiam venit odium
fœminarum, & ideò cum agitur de earum præ-
iudicio, ſtatutum debet reſtringi *Ruin. in conſ.
24 num. 5. & 6. vol. 3.* Quod ſi ſtatutum ſtrictè
debet intelligi, quando tractatur de excluſione
fœminini ſexus in terminis ſimplicibus, certè
multò anguſtius debet interpretari, quādo agi-
tur de excluſione ſexus fœminini in terminis
duplicibus, conſequens eſt, vt ſi vinculum ma-
terni generis ſit coniunctum cum vinculo gene-
ris paterni, nullam a ſtatuto recipiat læſionem.
Atqui ex iure communi vinculum paterni ge-
neris coniunctum cum vinculo generis materni
habet ius prælationis, quia frater vtrinque con-
iunctus excludit fratrem conſanguineū tantum,
vt dictum eſt; ergo hoc non debet intelligi
ſta-

Digitized by Google

12 ſtatuto correctum,nec im mutatum; quod † enim
non mutatur cur ſtare prohibetur? *l. ſancimus*
13 *C.de teſtam.*& † quod ſpecialiter nõ exprimitur,
non intelligitur eſſe correctum *l. præcipimus in*
fin C.de appellat.c.cum expediat de elect.& elect.
14 *poteſt lib.6.*& † illa interpretatio eſt accipienda,
per quam ius commune minus corrigatur *c.cum*
dilectus,& ibi notat *Anto.de Butr. Imol.& Abb.*
nu 6 in fin.de conſuetud.& hoc eſt tritum, & per
vulgatum.

15 Si verò tertio loco nos dicimus,hoc ſtatutum
eſſe partim fauorabile, partim odioſum,hoc eſt
fauorabile in capite agnatorum incluſiuo; &
odioſum in capite fęminarum excluſiuo,vt *Bald.*
intelligit *in l. venia ad fin. C. de in ius vocan &*
ibi Paul.Caſtrenſ.Alex.& Iaſ.& ſequitur *Socin.*
ſeni. in conſ.5.n.5.lib.1,quam etiam opinionem
magis communem profitetur *Iaſ. in l. qui exce-*
ptionem ſub nu.1.ff.de condict.indeb.& in l.maxi-
*mum vitium nu.2.de liber.præter.*tunc idem et-
iam concluditur,vt, cum agatur de capite inclu-
ſiuo agnatorum,quod eſt fauorabile,nõ debeat
in odium eorum fratrum retorqueri, qui ſunt ex
vtroque latere coniuncti,quiq; maiori fauore di-
gni cenſeri debent; Et ſimiliter, cum agatur de
excludendo ſexu fæminino,& hoc fuerit expreſ-
ſum in ſimplicibus,non debet extendi, vt locum
habeat in duplicibus,quia in hoc capite, tanquã
odioſum debet reſtringi,vt ſuperius demonſtra-
tum fuit;Et hoc quidem multò magis in ſtatuto,
de cuius interpretatione agitur, eſt recipiẽdum,
quia in caſibus nominatim non deſcriptis,recur-
rẽdum, eſt ad Ius cõmune,vt ſtatutum expreſſit,
& Excellentiſſimus Dominus Conſulens diligẽ-
ter explicuit:& propterea in hoc etiam ſtatutũ
debet aliquid operari,vt longè minus à Iure cõ-
muni ſit recedendum:Et hæc eſt prima conſide-
ratio, quæ me in hanc ſententiam trahit.

16 Secundò cõſidero,quod ſtatutum in eo corri-
git ius cõmune, vt per fratres vtrinque coniun-
ctos,vel ex latere patris, fæminæ,& deſcenden-
tes ex fæminis excludãtur, ea nimirum ratione,
quę vnica reddi poteſt, & habetur pro expreſ-
ſa, vt familiarum dignitas facilius conſeruetur,
vt eſt communis Doctorum ſententia *Paul. Ca-*
ſtrenſ.in l.quamuis nu.4.C.de fideic.& in conſ.
83.n.1.vol.2.& Fulgo.in conſ 77.nu.3.Alex.in
conſ.89.nu.4.& infra vol 6.Corne.in conſ.224.
nu.6.& infra vol.2.Curt.ſeni.in conſ.80.nu.2.
Socin ſeni.in conſ.128.nu.6.vol.4. Dec.in conſ.
227.nu.6.in fine & 7.Curt.Iuni.in conſ.87.nu.
5.& alibi ſæpę *Ripa reſpon.lib.2.cap.3 n.4.& 5.*
& Socin.Iun.in conſ.1.n.44.& 38.& infra lib.1.
Quæ quidem ratio cõſeruandæ agnationis ne-
ceſſariò non concludit, vt frater conſanguineus
debeat ex parte excludere fratrem vtrinque
coniunctum, vel quod ſimul debeat ſuccedere
cum fratre ex vtroq; latere coniuncto, quia fa-
miliæ dignitas in fratre vtrinq; coniuncto pro-
cul dubio conſeruatur,vt ad ſenſum patet. Vnde
ſi naſcitur controuerſia inter ipſos fratres qua-
liter debeant ſuccedere, ad ipſum ſtatutum non
eſt recurrendum,quia nõ fuit expreſſum, & ſatis
abundè proſpectum eſt à Iure cõmuni,neq; ver-
ba ſtatuti repugnant,neque mens,quę colligitur
ex ratione,refragatur,& correctio Iuris commu-
nis,quoad fieri poteſt, vitãda eſt,iuribus vulga-
ribus, & ideò, cũ ſtatutum nihil diſponat de cõ-
curſu inter ipſos fratres,hoc ex verbis etiam ip-
ſius ſtatuti expreſsè relictum eſt diſpoſitioni iu-
ris communis,quę quidem vult, fratrem vtrinq;
coniunctum in ſucceſſione eſſe potiorem, vt ſu-
perius dictum fuit.

17 Tertiò mouet me,quia id, quod conſtitutum
eſt in terminis ſimplicibus,non habet locum in
coniunctis *l. qui patri de acquir.hæred.*coniuncta
l.qui ex duabus eod.tit.& l.qui habeat de vulgar.
ſubſtit.& l.ſi ex pluribus ff.de ſuis & legitim.hæ-
18 *red.*ex quibus colligitur,quod licet ſimplex ſub-
ſtitutio pupillaris non tranſeat ad hæredem ſub-
ſtituti, tamen ſi ſit coniuncta cum iure accreſcẽ-
di,virtute coniunctionis tranſmittatur;quia ipſũ
Ius accreſcendi ad hæredes etiam tranſit. Vnde
19 etiam *Bar.in l.4.,§. Cato in 3.oppoſitione de ver-*
*bor.oblig.*concludit, quod licet actio perſonalis
aduerſus vnum ex plurib. hęredibus non com-
petat,niſi pro portione hęreditaria, pro qua eſt
obligatus, iuxtà *l.pro hæreditarijs C.de hæredit.*
20 *actio & l.1.C.ſi cert.pet.*tamen † ſi ſit coniuncta
cum rei vendicatione, competat inſolidum ad-
uerſus eum, qui totius rei reſtituendæ habet fa-
cultatem, & ita *Bar.*poſt *Dyn.* intelligit *l.ſi plu-*
*res de vi,& vi arm.*coniuncta *l.ſi quis emptionis*
21 *§.ſed hæc ſuper illis de præſcr.30.anno.*quia † ſci-
licet actio perſonalis, quamuis ſit ſtricti iuris,
virtute coniunctionis in hoc ſequitur naturam
ipſius rei vendicationis, quæ inſolidum compe-
tit contra quemlibet poſſidentem, *l. actionum*
genera ff.de actio.& oblig.l. officium ff.de rei vẽ-
dic.& hanc *Bart.*ſententiam Doctores frequen-
tiori calculo ſequuntur, vt per *Iaſ & alios recen-*
*tiores in dicta 3.oppoſitione.*Quare ſimili quoque
modo, quamuis vinculum fæminini ſexus,quan-
do eſt ſimplex, non habeat ius ſuccedendi, exi-
ſtentibus agnatis intra quartum gradum,tamen
ſi fuerit coniũctum cum vinculo agnationis,vir-
tute coniunctionis ab eo aliquid iuris debet re-
cipere, adeo vt frater defuncti, qui ex vtroq; la-
tere coniunctus eſt, in ſucceſſione præferatur
fratri, qui ſolius patris coniunctionem habet,

ſicuti à iure conſtitutum eſt, cui in hoc iure pręlationis nec verba ſtatuti repugnant, nec mens
aliud vult, vt colligitur ex ratione conſeruandę
agnationis, quæ per fratrem vtrinq; coniunctum
perfectiſſimè cõſeruatur, vt ſuperius dictũ fuit.
Quartò conſidero etiam verba ſtatuti Bono-
nienſis, quod quidem duobus in locis diſiuncti-
uè loquitur, dicens, quod fratres perſonæ defun-
ctæ ex vtroq; parente, vel ex patre tantũ coniun-
cti, præferantur deſcendentibus per fæminam,
22 & ſororibus. Atqui † in diſiunctiua ſufficit alterã
partem eſſe veram *l. ſi quis ità ſtipulatus in fin.
de verbo oblig. l. ſi hæredi plures in fine de condit.
inſtitut.* Igitur, vt ſtatutũ locum habeat, ſufficit,
quod frater ex vtroq; parente cõiunctus ſucce-
dat, & fęminas, earumq; deſcendentes excludat,
quoniam neq; ex verbis, neq; ex mente neceſſa-
riò ſequitur, quod frater ex latere patris tantum
coniunctus, ſimul ſuccedat cum fratre ex vtroq;
latere coniuncto. Quinimo etiam ſi ſtatutum
copulatiuè loqueretur, vel collectiuè, tamen ad-
huc eſſet intelligendum ſecundum Ius commu-
ne, vt fratres in concurſu admittantur ordine
23 ſucceſſorio, vt † in §. *vlt. Inſtit. de capit. dimin.
& l. 1. paulo poſt princ. in verſ. (vocantur) ff. de
bono poſ. contrà tab.* vbi dicitur, quod vocantur
ad contrà tabulas bonorum poſſeſſionem liberi
eo iure, eoq; ordine, quo vocantur ad ſucceſſionẽ
Iure ciuili. Igitur ſimili modo, ſi fratres excluſis
fęminis, & ex his deſcendentibus, à iure munici-
pali vocantur ad ſucceſſionẽ, eo iure, eoq; ordine
vocati debent intelligi, quo vocantur à Iure ci-
uili, quia Ius ciuile minus debet intelligi corre-
ctum, quam fieri poſſit, vt ſatis ſuperq; dictum
fuit; Atq; hoc multò magis eſt recipiendum,
quia ſtatutũ loquitur diſiunctiuè, & propria ver-
borum ſignificatio non repugnat, ſed deſeruit,
& mens ipſa apertiſſimè ſuffragatur.
24 Neque obſtat, quod cum diſiunctiua ponitur
inter perſonas honoratas, habeat vim copulati-
uę *l. penult. & ibi Bar. Bal. Saly. & alij C. verbo. ſi-
gni.* quo argumento in his terminis vtitur, & co-
natus fuerit *Menoch. alioqui inſignis Iuriſconſul-
tus, in conſ. 187. nu. 18. cum ſequent.* Quia, ex
his, quæ diximus, hoc argumentum belliſſimè
25 retorquetur, primum, quia † à verbis ſtatutorum
non eſt recedendum *l. 1. §. ſi is qui nauem ff. de
26 exercitor. act.* & † in dubio propria verborum ſi-
gnificatio ſequenda eſt *l. nõ aliter in prin. de leg.
27 3. l. ſi alij de vſufr. leg.* & † in ſtatutis hoc paſſim
ab omnibus receptum eſt, quod ſic ſemper ſunt
intelligenda, vt minus corrigant ius commune,
quam fieri poſſit, etiamſi neceſſe ſit à propria
verborũ ſignificatione recedere *c. cum dilectus,*
& ibi notat in ſpecie *Abb. nu 6. in fine, & Ioann.
de Anna* ſcribit *in conſ. 72. nu. 2. verſ. (debet ergo
re ſtringi) Alex. in conſ. 52. circà princ. vol. 1. &
in conſ. 83. num. 6. vol. 2. Ruin. in conſ. 169 num.
8. vol. 3. Seuerin in l. omnes populi nu. 107. de
Iuſtit. & Iur. Rimini. Sen. in conſ. 43. num. 13.
Ripa reſponſ. lib. 2. cap. 2. num. 8. Zraquel. de
Iur. primogen. q. 24. nu 6. Rolan à Val. conſ. 21.
nu. 21. vol. 1.* & ideò multò magis ſtatuta ſunt
propriè intelligenda, ſi ex propria ſignificatio-
ne verborum Ius commune minus corrigatur.
Secundò etiam tollitur, & reflectitur argu-
mentum, quia oſtendimus, quod & ſi ſtatutum
loqueretur copulatiuè, adhuc tamẽ à iure com-
muni congruam reciperet interpretationem, &
ſic deberet intelligi, vt fratres ſuccedant eo iu-
re, eoque ordine, quo vocantur à iure ciuili,
*d. l. 1. paulò poſt princip. ff de bonor. poſſeſſ. con-
tra tab.* Et ratio ſtatuti, cui Excellentiſs. *Menoch.*
adhæret, non facit, vt in concurſu frater con-
ſanguineus tantum ſimul ſuccedat cum fratre
vtrinq; coniuncto, & ius commune corrigatur,
ſed ſolum facit, vt ſicuti frater vtrinq; coniunctus
fauore conſeruandæ agnationis excludit ſoro-
res, & alios deſcendentes per fæmininum ſe-
xum, ità etiam frater ex latere patris tantum
coniunctus, ſi ſolus ſuperſit, debet eas exclude-
re, quia per eum agnatio quoq; conſeruatur: nã
ſtatutum hoc modo intellectum non redditur
inutile, ſed ſuum effectum ſortitur, & minus cor-
rigit ius cõmune, ſicuti frequentiſſimo omnium
Doctorum calculo receptum eſt: & in ſpecie
ſtatutum Anchonitanum in hac ipſa diſiunctiua,
quicquid *Menoch.* contradixerit in ſtatuto Foro-
liuienſi, quod ſimiliter loquitur diſiunctiuè, ſic
28 intelligit, & interpretatur clariſſimus pręceptor
meus *D. Socin. Iun. in conſ. 50. n. 3. & infrà vol.
4.* qui et refert ità conſuluiſſe *Bartholomeum Ap-
poggium, Ioannem Ronchegallum, & Ludouicũ
Catum.* Addo etiam eidem reſponſo ſubſcri-
pſiſſe *Berouum in conſ. 145. nu. 1. & infra vol. 2.*
Præterea idem quoque *Socin. Iun. in d. conſ. 50.
nu. 5. verſ. (& vltrà eos)* rectè conſiderat, quod
ſi ſtatutum nullam inter fratres vtrinq; coniun-
ctos, & conſanguineos tantum, voluiſſet facere
differentiam, ſatis fuiſſet dicere, quod fratres
ex latere patris coniuncti, excluſis ſororibus,
ſuccedant, quia ſinè vlla dubitatione contine-
rentur etiam fratres ex vtroq; parente coniun-
cti: Sed cum ſtatutum ſpecialiter prius fecerit
mentionem de fratribus ex vtroque latere con-
iunctis, & poſtea de fratribus coniunctis ex pa-
tre tantum, datur intelligi, quod ipſi fratres ex
vtroq; parente coniuncti ſecundum ordinem
litteræ, & intellectus prius admittantur, & dein-
de ordine ſucceſſorio fratres ex latere patris tã-
tum

tu n co me ꝛ li ſuccedan⁊, ſicuti à iure communi
eſt conſtitutum. Neq; enim verba ſtatutorum
debent eſſe ſuperflua, argumento *l.3. in princ. ibi (nec fruſtra adycit Prætor) ff. de iure iur. & l. ſi quando in princ. de leg. 1. & c. ſi Papa de priuileg. in 6.*

Neq; huic conſultationi refragatur illud precipuum argumentum, quod deducitur ex *l.1. C. de legitim. hæred.* cum doctrina *Baldi*, & aliorum: Quia ab Excellentiſs. D. Conſulente fuit
30 doctiſſimè reſponſum; Atq; † illud verius videtur, factam fuiſſe conſtitutionem illam, in *Auth. de conſangu. & vterin. fratrib.* ex qua ſumitur *Auth. itaq; commun. de ſucceſſ.* antequam eſſet ſublata differentia agnationis, & cognationis per alteram conſtitutionem *de hæred. ab inteſt. venien.* vt egregiè oſtendit recolendę memo-
31 riæ, & celeberrimus ciuis, † præceptor, & aliquando collega meus Dominus *Decian. in conſ. 16. nu. 71. & infrà lib. 1.* quem Dominus Conſulens refert; Et quamquam ipſe *Decian.* dixerit, neminem ſe legiſſe, qui ad hoc animaduerterit; tamen hoc ego reperio fuiſſe dictum à *Rapha. Fulg. in d. l. 1. ſub n. 1. verſ. (quanquam) C. de legitim. hęred.* Sed *Decianus* id apertius declarat, & clariſſimè probat.

32 Hoc amplius ego etiam puto, ad illud argumentum poſſe reſponderi, quod in *Auth. de conſang. & vterin. fratr. in §. plurima* dicitur, illud pluribus rationibus fuiſſe conſtitutum, vt ſcilicet frater vtrinq; coniunctus excludat fratrem ex altero tantum latere coniunctum, & *Iacob. de Beluiſ. ibidem circa finem illius conſtitutionis* dicit, quod Imperator vnam tantum rationem expreſſit gratia exempli, ſed alias in corde reti-
33 nuit. Vnde † poteſt dici, quod etſi vna ratio ceſſet, non tamen debeat ceſſare diſpoſitio *l. liberorum §. 1. de his qui not. infam. & l. ſi non lex Aelia Sentia ff. de bar. inſtit. & §. affinitatis Inſt. de nupt.* Et huic conſequens eſt, vt licet à ſtatuto Bononien. inducta ſit differentia agnationis, & cognationis, quæ nouiſſimo *Authenticorum* iure fuerat ſublata, non tamen neceſſariò ſequitur, vt intelligatur correcta illa conſtitutio *de conſangu. & vterin. fratr.* quæ pluribus rationibus voluit fratrem vtrinque coniunctum excludere fratrem ex altero tantũ latere cõiunctum; præſertim, quia nec abſolutè extinctum eſt vinculum cognationis, & fæminini ſexus, ſed ſolum intra quartum gradum, & cum aliquo temperamento, vt ab Excellentiſs. Conſulentibus fuit expoſitum, id quod *Socin. Iun.* etiam ſcribit *in d. conſ. 50. nu. 11. verſ. (ſed vltrà eum) lib. 4.* Atque hoc ego naturali exemplo confirmo, nam cum reſpectu agnationis, & conſanguinitatis, huiuſmodi fratres ſint omninò pares, qui autem ex vtroq; latere coniunctus eſt, habeat etiam vinculum materni generis, quod per omnia à *ſtatuto* non fuit extinctum, certè ſequitur, vt in ſucceſſione fratri conſanguineo tantum debeat præferri, quia ſimili quoq; modo, quando pondera ſunt in æquilibrio vtrinq; paria, ſi ex altera parte aliquid vel modicum adiectum ſit, ſine
34 dubio facit, vt illa pars præponderet, vt † in alio propoſito ſcribit *Bal. in l. ſi duo patroni circa fine princ. ſub verſ. (quare quod operetur) ff. de iureiur.* vbi per hanc rationē concludit, quod ſi vtrinq; ſint pares probationes, & ex altera parte qualis qualis preſũptio acceſſerit, illa debeat obtinere.

35 Neque etiam poteſt dici, quod ſtatutum derogatorium iuris communis non debeat ab eo recipere interpretationem, ſed ſimpliciter intelligēdum ſit, vt iacet *Bal. in l. maximũ vitiũ n. 15. de liber. prater. & in c. cũ non liceat nu. 5. de præſcript. & Paul. Caſtrenſ. in l. vlt. §. in cõputatione C. de iure delib. Alex in conſ. 35. n. 5. lib. 6. Rum.*
36 *in conſ. 32. n. 13. lib. 3.* Quia † imò verior, & receptior eſt ſententia, quod ſtatutum etiam ſi ſit correctoriũ iuris cõis ab eo paſſiuam recipiat interpretationē, vt *Curt. Sen.* profitetur *in conſ. 78. n. 4. & Dec.* ſequitur *in conſ. 445. nu. 49.* quam etiã communem atteſtatur *Rolan à Val. in conſ. 72. nu. 34. & infra vol. 3.* Et hoc quidem in ſtatuto, de quo agitur, nullam recipit dubitationē, quia in caſibus ſpecialiter non expreſſis, vel non deſcriptis, vult Ius commune ſeruari, vt ſuperius dictum fuit. Igitur in hoc caſu, qui à ſtatuto nõ deciditur, recurrendum eſt ad diſpoſitionem Iuris communis; Neq; enim apparet ſtatutum voluiſſe corrigere Ius commune, quando contentio eſt inter ſolos agnatos maſculos, ſed ſolum, quando contentio eſt inter agnatos maſculos, & fæmi-
37 nas, & ex eis deſcendentes. Vnde † cum ſtatutum non dixerit, ſimul debere ſuccedere fratres conſanguineos tantum cum fratribus ex vtroque latere coniunctis, neque ex ratione hoc neceſſariò conſequi poſſit, nec nos dicere debemus, *l. ſi ſeruum §. non dixit Prætor de acquir. hæred. l. vnica §. ſin autem ad deficiētis de caduc. tol-*
38 *lend.* Ideòq; † Ius commune ſeruandum eſt, quod fratres vtrinq; coniunctos iubet preferri, *dicta Auth. itaque commun. de ſucceſſ. & in Auth. de conſang. & vterin. fratrib.*

Ad alia verò, quæ obijciũtur, nihil eſt neceſſe reſpondere, quoniã à clariſſimis Dominis cõſulentibus iuridicè, & copioſè reſponſum fuit, &
39 vltrà eos in ſpecie *Rimin. Iun. conſ. 401.* qui pro hac etiam ſententia aduerſus Excellentiſſimum *Menoch.* in eodem ipſo caſu latiſſimè conſuluit, & alios ſibi conſonantes refert, omniaq; fundamenta

Digitized by Google

menta, quibus *Menoch.* ipſe vtitur, ſigillatim ſubuertit.

Quarè ex his, & alijs non minus eleganter, quam doctè ab Excellentiſs. Conſulentibus deductis, Ego quoq; eorum ſententiæ ſubſcribendum puto &c.

Laus Deo, & Virgini.

Franciſcus Mãtica Iuriſc. in Florentiſsimo Patauino Gymnaſio iuris Cæſarei veſpertini Ordinarius interpres, vt ſuprà, reſpondi, & manu mea ſubſcripſi meoq; ſigillo obſignari iuſsi ad laudem Dei.

Locus Sigilli

R. P. D. ROBVSTERIO.

Bonon. de Muzolis.

13. *Iunij* 1582.

DEceſſerat in Ciuitate Bononiæ Iacobus
de Muzolis ſuperſtitibus duobus fra-
tribus Io. Paulo vtrinque coniuncto, ac Ludoui-
co conſanguineo tantum agebant inter ſe de
ſucceſſione bonorum d. Iacobi fratris non ta-
men à matre prouentorum, eorumque differen-
tias remiſerunt Deciſioni Rotæ, & illę ſolum
conſiſtebant circa intelligentiam *ſtat. Bonon.*
de ſucceſſion. aſcendend. & tranſuerſal. in quo 1
fratres exclusis ſororibus ſuccedunt, & videtur
de mẽte ſtatuentium, quod vinculum cognatio-
nis ſit inefficax, & impertinens, cum ferrè in to-
tum excludatur à ſucceſſione filij mater, quæ
eſt caput cognationis, imò in *verſiculo volentes*
inſuper, de quo in dicto ſtatuto ſatis apertè videñ-
tur ſtatuentes innuere, quod in omnibus ſupra
diſpoſitis ſub ſimplicibus comprehendatur ca-
ſus mixtus, & clarè ex ſupra diſpoſitis colligitur,
quod frater conſanguineus admittatur ad ſuc-
ceſſionem fratris conſanguinei excluſa ſorore 4
vtrinque coniuncta, ergo idem erit dicendum ſi
concurrat etiam frater vtrinq; coniunctus, ſi ſub 5
ſimplicibus ſupra diſpoſitis comprehenditur
caſus mixtus: Tamẽ toto tenore huiuſmodi ſta- 6
tuti diligenter inſpecto, & re maturè diſcuſſa
inter Dominos meos *vigeſima octaua Maij*, & 8
demum *decima tertia Iulij præſentis anni* 1582.
fuerunt concordes, quod huiuſmodi ſtatutum 9
inter fratres nõ intendit innouare, vel corrigere
ius cõmune niſi ſolum excludere ſorores vtrinque coniunctas tam per fratres vtrinq; coniunctos, quã ſolũ conſanguineos itaq; quod ſi extant, pro vt hic fratres vtrinque coniuncti, & conſanguinei ſolum, ſorores excludantur iuxta ordinẽ, & diſpoſitionem iuris communis ex paſſiua interpretatione, vt ad illarum excluſionem, & ſucceſſionem fratris, prius admittatur vtrinq; coniuncti, & demum conſanguinei. Accedit nam *ſtat.* dicit in *princ.* quod ſeruetur ius commune præterquã in caſibus infraſcriptis, non reperitur ſcriptum, quod iſti fratres in concurſu debeant ſuccedere, cum non dicat, quod ſuccedant inſimul, vel pariter, pro vt dicit ſtatutum Romanum, ergo in hoc intendit ſeruare ius commune, præſertim cum vno ex quo videtur deprehendi, quod Rota tenuit hanc rationẽ, quod vbi linea cognationis eſt effecta impertinens nõ eſt in conſideratione, pro vt hic, & paria ſunt non eſſe, & non ſuccedere *l. ſi & ex vno dicat. §. filius de bon. lib. cum alijs per Cor. conſ. 125. in 4. Dec. conſ. 296. col. 2. Brun. de ſtat. ſtãt. maſcul. artic. 1. col. 5.*

EPITOME.

Suppoſito, quod de iure communi fratres patrueles ſuccedant in capita, idem erit extante ſorore, quæ ab eis excluditur per ſtatutũ Bonon. ſub *Rub. de ſucceſſion. ab inteſt. aſcend. & collateral. §. Dicti verò fratres.*

SVMMARIVM.

1 *Stante ſtatuto fœminas excludente eſt ac ſi ipſe mortuæ eſſent.*

Et ideò non connumeratur inter alios ad taxandam legitimã quantitatem nu. 2.

Præſertim, quando dos illis reſeruata non ſuccedit loco legitimæ nu. 3.

Huiuſmodi ſtatuta excludentia fœminas ſunt facta ad fauorem agnatorum nu. 13.

Qui ſuccedunt ad portionem, à qua excluduntur fœminæ, prout de iure communi ſuccedere debent nu. 7.

4 *Caſus non prouiſus à ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

5 *Statuta ita interpretantur, vt minus corrigãt ius commune, ac fieri poſſit.*

6 *Illud dicitur ſcriptum, quod oculis corporeis legi poteſt.*

8 *Lex noua à lege antiqua diſtinguitur, ac declaratur.*

9 *Statuentes nolle dicuntur id, quod non expreſſerunt.*

Illud

Illud tamen dicitur expreſſum, quod venit in neceſſariam conſequentiam expreſſi nu. 10.
11 *Ius commune per ſubauditum intellectum, & coniecturas non eſt corrigendum.*
12 *Frater vtrinque coniunctus ſuccedit excluſo fratre conſanguineo tantum etiam extante ſorore excluſa per ſtatutum.*
14 *Plus & minus non faciunt differre ſpecie.*
15 Statutum Bonon. *cur magis excludat fœminas ſtantibus filijs fratrũ, quã extãtibus patruis.*
16 *Amplectendum eſt id, quod continet minus odij.*
17 *Repręſentatio non poteſt fieri pro parte, & pro parte non.*
Contra diuerſis inſpectis, quia tũc vna res diuerſi iuris cenſeri poteſt nu. 18.
19 Gabr. conſ. 1. nu. 20. lib. 2. *in quibus terminis loquatur.*

RESPONSVM LXVI.

Reuerende Pater.

Vppoſito, quod de iure communi fratres patrueles ad bona patrui communis in capita & non in ſtirpes ſuccedant, vt iam deciſione Sacræ Rotæ in hac cauſa nobilium de Graſſis ſuccedentium ab inteſtato Reuerendiſs. D. Cæſari de Graſſis olim eiuſdẽ Sacræ Rotæ Auditori, terminatum fuit (quę deciſio reperitur in *p. 4. diuerſ. deciſ. 391. & inter recent. deciſ. 27. p. 1.*) Idem dicendum arbitror, etiam quod extet ſoror defuncti à *Statuto Bonon.* excluſa ſub *Rub. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. & collateral. §. dicti vero fratres* motus præcipuè ea ratione, quod
1 cum ſtatuentes diſponendo, fratres, & fratrum filios in ſucceſſione præferri ſorori defuncti rẽ ipſam redigunt ad ſtatum, ac ſi nulla extaret ſoror defuncta, quia iã mortua eſſet *l. 1. §. quadã ff. de bon. poſſ. contra tab. Georg. Nat. de ſtat. fam.*
2 *exclud. 3. q. princ. n. 52.* Conferunt, q̃ de filia à ſtatuto excluſa non connumeranda inter alios ad taxandam legitimæ quãtitatem ſcripſit poſt alios *Brun. de ſtat. exclud. fœmin. artic. 13. q. 3. num. 19. cum pluribus ſeq.* E. quando fœminæ
3 excluſæ ex ſtatuto ſunt dotatæ tali dote, quæ non ſuccedat loco legitimæ, quod pro mortuis habeantur, nec in calculanda legitima ſint conſiderandæ *Gabr.* ex cõmuni *conſ. 15. nu. 20. in 1.* & ex magis communi *Theſaur. deciſ. pedemont. 159. nu. 7.* vt in caſu huius ſtatuti iubentis in §. *mandantes* fœminam excluſam dotari ex bonis tranſuerſalium non ſuccedet dos in locum legitimæ, ergo erit ac ſi verè defuncta eſſet ad effectum, de quo agitur, ſed ſi verè defuncta eſſet patrueles in capita ſuccederent, ergo & hoc caſu idem dicetur.

Addo præterea, quod ſtatutum nihil diſponit, quemadmodum inuicem ſuccedant ipſi patrueles, quãdo ſoli ſuccedunt, ſed tantum diſponit, vt
4 ſororibus præferantur, ergo ſucceſſio inter eos remanebit ſub diſpoſitione iuris cõmunis, tum quia ita vulgo receptum eſt ex *l. commodiſſime ff. de lib. & poſthum. l. præcipimus C. de appellat.*
5 & ex eo, quod ſtatuta ſemper interpretantur, vt minus corrigant atq; fieri poſſit, *Bar. Abb. & alij in c. dilectus de cõſuet.* tum quia hoc expreſsè ſtatuẽtes diſponũt *in princ.* quod ſeruetur ius cõmune, niſi in caſibus infraſcriptis, inter quos caſus nõ poteſt connumerari caſus ſucceſſionis inter ipſos patrueles, vtpote, qui non reperitur infraſcriptis, ita vt oculis corporeis legi poſſit *l. 1. ff. de his, quæ in teſt. del. Bar. in l. quiſquis §. hæc verba ſub nu. 7. ff. de vulg. & pupil. Imol. in l. ſi quis filius familias §. fin. in fi. ff. de acquir. hæred.*
7 In puncto benè ſeruiunt tradita à *Brun. de ſtat. excludent. fœmin. artic. 13. q. 4. nu. 59.* vbi ſtatuto excludente fœminas ob filios fratrum, patruos, & alios intelligitur, vt ad portionem, à qua excluditur fœmina ipſi ſuccedant, prout de iure communi vocantur, ea præcipuè motus ratione, quod ſatis ſit, vt ſtatutũ corrigat ius commune in excluſione fœminæ abſq; eo, quod corrigat in maſculorum ſucceſſione *l. quod verò cõ-*
8 *tra ff. de legibus*, & quia lex noua a lege antiqua diſtinguitur, & declaratur *l. nã & poſteriores ff. de leg.* cum alijs ab ipſo *Bruno* citatis *d. loco ſub nu. 64.* ita & hoc caſu ſtatutum præferens filios fratrum ſororibus intelligetur ſecũdum ius cõmune .i. in ſtirpes, quando cum patruis concurrunt, alias in viriles.

Nihil facilius fuiſſet ſtatuẽtibus id exprimere, ſi voluiſſent, ſicut expreſſerunt in filijs fratrum conſiderari ſtirpes in eodem ſtatuto §. *ipſi quidem fratres* ratione tamen matris, non autẽ
9 inter eos, non expræſſerunt, ergo id noluerunt *l. vnic. §. ſin autem in fine C. de caduc. tol. & ad apoſtolicam de decim.* Ea n. ratio, quæ dictauit, ſtatuentes in caſu matris conſideraſſe ſtirpes in filijs fratrum, non dictat idem in caſu excluſionis matris: Illud enim factum fuit, ne mater excluſa à luctuoſa hereditate filij *l. fin. C. de inſt. & ſubſt.* nimis grauaretur, vt re vera grauaretur, ſi filij fratrum venient in capita, poſſet, n. facilè vſusfructus ad minimam partem reduci, quod grauamen non eſt in hoc caſu conſiderabile, quia ſuccedant patrueles inuicem in capita, vel in ſtirpes ſemper in totum ſoror eſt excluſa, nec minus, aut magis grauatur, præterquam quod

ma-

Digitized by Google

matri eſt magis debita ſucceſſio filij, quã ſorori ſit debita hæreditas fratris, vel ſororis, ita vt non ſit inconueniens, vt ſtatuentes aliquid diſpoſuerint, vt minus excluderetur mater, quod non præſumatur, illos voluiſſe in alijs caſibus, in quibus non eſt ſucceſſio ita debita.

10 Nec eſt, quod dicatur, hoc ſatis dici expreſſum, cum veniat in conſequentiam expreſſi *Aret.* poſt *Bar. in l. ſi in teſtamento nu. 2. ff. de vulg. & pupil. Dec. in l. humanitatis num. 7. C. de impub & al. ſubſtit.* quaſi quod veniat in conſequentiam, quia quando ſtatutum præfert filios fratris defuncti ſororibus, eos præferat in gradu parentum ſuorum; ita vt ſicut quando de iure communi filij fratris cum ſorore ſuccedunt, ſuccedunt ex perſona patris, ita præferantur ſorori ex perſona patris alioqui, ſi ex eorum perſona excluderent ſororem, eadem ratione eandem excluderent patrui, qui, & ipſi ſunt in tertio gradu, qui tamen ſororem nequaquam excludere conſtat ex eodẽ ſtatuto §. *agnati verſ. (& ſaluo.)*

Reſpondeo.n. quod vt veniens in conſequentiam expreſſi dicatur expreſſum, oportet, vt veniat in conſequentiam neceſſariam, vt loquuntur *DD.* citati, maximè ad effectum corrigendi ius cõ mune, vt.n. id quod venit in conſequentiam non neceſſariam non dicatur expreſſum ad effectum correctionis, facit illud vulgare, 11 quod † per ſubauditos intellectus, & coniecturas non eſt ius commune corrigendum *gloſ. in c. cupientes §. quod ſi per viginti de elect. in 6. Iaſ. in l. filius n. quem habentem in fi. C. fam. erciſc. Soc. iun. conſ. 131. nu 50 in 1.* Et minus eſt hoc dicendum in hoc caſu, in quo ſtatutum expreſsè vult, vt non dicatur derogatum iuri communi, niſi caſibus manifeſtè ſcriptis.

Licet.n. verum eſſet, patrueles ex perſona patris excludere amitam, non ſequitur ex neceſſaria conſequentia, quod etiam ex perſona patris ſuccedant ad portionem, a qua excludunt ſororem, quod oſtendo data optima inſtantia; 12 Concurrentibus † cum ſorore fratribus conſanguineis tantum, & vtrinq; coniunctus ſoror ab illis fratribus tam conſanguineis tantum, quam vtrinq; coniunctis excluditur, & ita in excluſione vtrinq; coniunctus conſideratur vti conſanguineus tantum, quia vinculum cognationis nihil ei prodeſt ad excludendam ſororem fauore agnationis, ſed dum poſtea quæritur, quomodo iſti fratres ſuccedant ad portionem, à qua excluſerunt ſororem, reſponſum fuit, illos ſuccedere iuxta regulas iuris cõmunis, ſcilicet, vt vtrinque coniunctus præferatur, ita ille, qui vt conſanguineus tantum excluſit ſororem, vt vtrinq; coniunctus in ſuccedendo excludit conſanguineum, ne ſequatur augmentum correctionis iuris communis, vt latè conſuluit *Ceph. conſ. 323. in 3.* plura adducens maximè ad caſum noſtrũ conferrentia, quæ deduxiſſem, ſi id potiſſimum ſtuduiſſem, vt folia plura implerem item *Ceph. conſ. 623. & 648 in 5. Rom. iun. conſ. 301. in 4. Decian. conſ. 16. nu. 29. in 1.* quod licet non tranſeat ſine difficultate, vt videre eſt apud *Gabr. conſ. 6. in 1.* & *Menoch. conſ. 187. in 2.* tamen non ſemel pro vtrinq; coniuncto iudicatum fuiſſe teſtatur *Mazol. conſ. 23. nu. 64* & in puncto ſtatuti noſtri *in vna de Mezzolinis alias ſub die 3. Iunij 1582.* ita tenuit *Rota cognitore Reuerendiſſ. D. Robuſterio*, adeo vt hodie de hoc i õ ſit dubitandum; Ita licet patrueles ex perſona parentum excluderent amitam corrigendo ius commune, tamen inuicem ex eadem perſona non ſuccederent ad augendam iuris communis correctionẽ, non.n. ſucceſſio inuicẽ ex perſona patris venit in conſequentiam neceſſariam excluſionis ſororis expreſſe, ad effectum, de quo agitur.

Addo præterea, minimè verum eſſe, ex perſona patrum patrueles excludere amitam, cum 13 .n. receptum ſit, fauore agnationis ita à ſtatuentibus conſtitutũ fuiſſe *Bran. de ſtat. exclud. fem. artic. 3. nu. 12.* & in ſtatuto noſtro *artic. 6. num. 156. Soc iun. conſ. 23. n. 37. in 1. Thob. Non. conſ. 42 nu. 31. &* patrueles ita in proprio gradu ſint agnati, ſicut fuit conſiderati in gradu paterno, non eſt neceſſe, vt ex perſona patris amitam excludant.

Quod patruus, qui eſt in eodem gradu, eam non excludat falſum eſt, quia ex ſtatuto conſtat, quod imò eam excludat a dimidia, vel ab alia etiam maiori portione, vt in eodem ſtatuto *d. §. agnati nam ij*, & licet patrui minus excludant, 14 quam filij fratris defuncti, ex † hoc non ſequitur, quod non excludant arg. *l. fin. ff. de fund. in-* 15 *ſtruct.* forte † ita factum à ſtatuentibus fuit, quia conſiderarunt, patruos de iure communi nullo caſu ad ſucceſſionem concurrere cum ſorore defuncti, filios autem fratris aliquo caſu concurrere, ideò eis placuit, vt minus patrui excluderent, quam filij fratris, ſicut etiã ijdem ſtatuentes in §. *ipſi quidem fratres* diſponunt filios fratris excludere matrem defuncti à tota proprietate, & etiam a parte vſusfructus, & patruos illã excludere à ſola proprietate, & nullatenus ab vſufructu.

Nec huic veritati obſtant rationes, quas audio in contrarium adduci: primo non obſtat, quod de iure cõi filij fratrum ex perſona patris cõcurrant cũ amita in ſtirpes, ita vt et videatur dicẽdum eoſdẽ in ſtirpes, præferri amitæ. Quia veritas eſt, quod dũ ſtatuẽtes diſponũt, filios fratrum

Digitized by Google

trum præferri amitæ excludunt, & è medio tollunt amitam, ſed quando de iure communi è medio ſublata eſt amita, & ſoli filij fratrum ſuccedũt inter eos diuidunt hęreditatem in capita, ergo eodem modo in iſtis terminis ſtatutum interpretabitur, & ita benè ſeruabitur pręceptum ſtatuti, vt in caſibus non correctis ſeruetur ius commune, benè ſeruiunt tradita à *Ceph. d. conſ. 323. nu. 15. & ſeq. in 3.*

Non obſtat, quod minus odij ſit, quod filij fratrum ex perſona parentum, quam ex perſo-
16 na eorum excludant amitam, & † quod propterea iſtud continens minus odij ſit amplectendũ ad *Paul. conſ. 119. in fin. in 1.*

Quia reſpondetur, quod cum hoc ſtatutum ſit fauorabile tendens ad conſeruationem agnationis, vt antea probaui, & mandet dotari excluſas, in vanum tractatur, vt non extendatur illud odium, quod non reperitur, & in omnem euentum conſideratio odij attenderetur, quando tractaremus de extendendo ſtatuto, ſed cum verſemur in illis perſonis, quæ ex verbis ſtatuti excludunt ſororem defuncti, & odium conſiſtat in excluſione, parum refert, quod ex perſona ſua, vel ex parentum perſona excludant, maximè in ſtatuto, quod etiam ad excludendas fæminas admiſit agnatos tertij gradus, nam patruos admittit ad excluſionem ſororum pro parte, & ad excluſionem matris ratione proprietatis, vt etiam prius dictum fuit.

Tandem, quicquid ſit, concludit hoc argumentum, quod filij fratrum excludant amitam ex perſona parentum ſuorum. ex hoc modo nec ſequitur, nec ſequi debet, vt facta excluſione in ſucceſſione admittantur in ſtirpes illi, qui è medio ſublata amita de iure communi in capita ſuccederent.

Ad ſtatutum in §. *agnati eiuſdem Rub.* iam eſt reſponſum. quod imò patrui ſorores excludunt à parte & ratio diuerſitatis, quare non excludát à toto, aſſignata fuit, & etiam oſtenſum fuit in fauore agnationis ſtatutum fundari.

17 Ad quintum, quod ſequeretur pro parte fieri repręſentationem, & pro parte non, quod non videtur admittendum *Curt. ſen. conſ. 74. nu. 2. Menoch. conſ. 215. nu. 145.* in 3.

Reſpondetur, quod in aliquo filij fratrum nõ repręſentant eorum parẽtes, ita non ſequitur inconueniens aliquod, & ſi neceſſaria eſſet repræſentatio, illa neceſſaria fuiſſet ad effectũ excludendi amitam, ad effectum autem ſuccedendi
18 nulla eſt neceſſaria repræſentatio; diuerſis † autem inſpectis non inconuenit, vt vna res diuerſi iuris cenſeatur *l. bona fides ff. de poſit.* ita in excluſione ſororis frater vtrinq; coniunctus conſideratur vti conſanguineus tãtum, quia in excluſione ſolum vinculum cõſanguinitatis conſideratur, & in ſucceſſione conſideratur vtrunq; vinculum, vt ſupra probaui.

Demum non obſtat, quod amita etiam excluſa faciat neceſſariam eſſe repręſentationem in actu ſuccedendi ad *Gabr. conſ. 1. nu. 20. in 2.*

19 Quia in caſu *Gabrielis* Amita erat excluſa à ſolis fratribus, de quibus tãtum ſtatutum Vrbis loquebatur, dato, quod extent filij fratris, ſi eos conſideremus in ſuo gradu, non excludunt amitam, ideo ab ea impediuntur ſuccedere, non poteſt propterea dici, quod iſti filij fratris ſuccedant in capita iuxta terminos iuris communis, quia excluduntur ab amita, ſi in eorum gradu conſiderentur, vt igitur admittantur ad ſucceſſionem, oportet quod in locum patris ſubintrent, hoc modo ſuccedendo amita illos impedire non poteſt: Nos autem verſamur in ſtatuto manifeſtè excludente amitam, quæ propterea non poteſt impedire filios fratris, quin ſuccedant iure proprio eo modo, quo mortua, & è medio ſublata amita ſuccederent.

His attentis, & reiecta omni ſcrupuloſa ſubtilitate opinor perſiſtendum in deciſione iã prudenter facta, vt in capita ſuccedatur.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Ad tertiam, quam mulier tenetur relinquere ex diſpoſitione ſtatuti Bononiæ *ſub Rub. de dotib. reſtituend. §. & ſi deceſſerit* admittũtur fratres, nec; cum illis concurrunt filij fratrum.

SVMMARIVM.

1 *IN ſucceſſione ab inteſtato frater concurrit cũ nepotibus ex altero fratre.*

Quod eſt ſecundum ius authenticorum *ſecus de iure antiquo nu. 23.*

Et talis concurſus eſt etiam in fideicõmiſſis nu. 8.

Et in diuiſione legitima nu. 6.

Nepotes tamen admittuntur virtute repræſentationis, quia alias frater vti proximior illos excluderet nu. 17.

Quandoq; etiam frater concurrit cum aſcendentibus nu. 12. & 19.

2 *Statuta ſunt interpretanda ſecundum ius commune.*

Quod fallit, quando ſtatutum loquitur præter ius commune, vel ad eius correctionem n. 21.

Intelligendaq; ſunt ſtatuta, vt minus illud corrigant ac fieri poſſit nu. 3.

Sed quomodo iſtud procedat nu. 22.

4 *Frater non tenetur aliquid relinquere fratri.*

5 Sta.

5 Statutum Bonon. de dotib. reſtit. §. & ſi deceſſerit *inducit quandam legitimam tranſuerſalibus debitam.*

Ad quam concurrunt nepotes cum patruis num. 1. & ſeq.

Contrarium nu. 11. vſq; ad finem.

Rationes d. ſtatuti *nu. 7.*

Ad tertiam huius ſtatuti admittuntur etiam ſorores nu. 9.

Contra nu. 26.

13 *Ablatiui abſoluti important conditionem.*

14 *Quando quis vocatur non exiſtente alia perſona, illa ſemper præfertur.*

15 *Quando verba ſtatuentium ſunt clara non datur quæſtio voluntatis.*

Et in claris non eſt opus coniecturis nu. 16.

18 *Statuta tollentia concurſum agnatorum, & cognatorum tollunt etiam prælationem fratres vtrinq; coniuncti.*

Media declarantur ex præcedentibus, & ſequentibus.

24 *Statutum, quo reducimur ad ius antiquum correctum eſt fauorabile, & ampliandum.*

25 *Sorores veniunt appellatione fratrum, ſed non filij fratrum.*

26 Alex. conſ. 36. in 6. *reprobatur.*

28 *Caſus omiſſus à ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

29 *Datum ſub vna conditione cenſetur ſub contraria ademptum.*

31 Bologin. conſ. 17. *impugnatur.*

RESPONSVM LXVII.

Auſpice Chriſto.

Videretur prima conſideratione dicendum, tertiam partem dotis, & aliorum bonorum debitam ex ſtatuto *de dot. reſtit. in §. & ſi deceſſerit* concurrentibus fratre mulieris defunctæ cum teſtamento, & ex alio fratre prædefuncto nepote dictam tertiam partem non applicari totam fratri, ſed ipſi pro dimidia, & nepoti pro

1 alia dimidia, Primo, quia in ſucceſſione ab inteſtato ita datur ſucceſſio à iure communi *auth. vt fr. ſtr. filij in rub. & ingr. §. reliquum Auth. de hæred. ab inteſtat. ven. & auth. ceſſante C. de ſuit. & legit. hæred. Conar. de ſucceſſ. ab inteſt. ſub nu. 7. verſ. (primum quidem) Ioſeph. Ludouic. deciſ. 11. nu. 2. Capriol. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 3. num. 2. & 3.* & alij omnes, qui de ſucceſſione ab inteſtato tractatus ediderunt, ergo, & eodem modo erit

2 hæc tertia diuidenda, tum quia ſtatuta ſunt ſecundum ius cōmune interpretanda *Salicet. in*

3 *l. 2. C. de noxal. act.* vt minus corrigāt ius commune, quam fieri poteſt *Abb. & alij in c. cum dilectus de conſuet. Soc. iun. conſ. 122. num. 5. in 2. Aym. conſ. 259. nu. 2.* ſi ita dicimus in vno tantū corrigitur ius commune, quod tranſuerſalis tenetur teſtando portionem aliquam relinquere

4 tranſuerſalibus ad correctionem *l. fratris, & l. fratres C. de inoffic. teſt.* quod ſi aliud diceremus, in hoc corrigeretur ius cōmune, & in alio, quod ſolos fratres vocaret, & non admitteret repræſentationem parentum in perſona nepotum ad

5 correctionem *d. §. reliquum*; tum etiam quia videtur hoc ſtatutum inducere quandam legitimam debitam tranſuerſalibus *Manterent. ad d. ſtatutum in verbo (tertiam)* igitur videtur inter tranſuerſales diſtribuēda, vt nepotes ex fratre prædefuncto cōcurrant cum patruo, quem-

6 admodum inter deſcendētes diuiditur eorum legitima *§. neque illo Auth. de trient. & ſemiſſ. Cuch. de legit. rub. quomodo legitima ſit quota &c.*

7 Idem videretur dicendum attenta ratione ſtatuti, quia, vel dicamus factum fuiſſe ſtatutum fauore agnationis, vel quia cum ad præiudicium eorum, quibus ſoluto matrimonio dos obuenire debuiſſet, & à quorum bonis ipſa dos receſſit, dictum ſtatutum diſponat, vt mulier dotem lucretur, viſum fuit ſtatuentibus conueniens grauare mulierem hāc tertiam partem nedum dotis, ſed & omnium aliorum bonorum relinquere illis, ex quorum bonis dotem habuit, vt has duas rationes huius ſtatuti quandoq; audiui allegari, ſemper ſequitur, nepotem concurrere cum patruo, cum in eius perſona ita concurrat conſeruatio agnationis, quemadmodum & in fratris perſonæ defunctæ, & cum ipſe ex bonis, à quibus deducta fuit dos tantum habeat, quantum habet

8 frater mulieris, & ſuus patruus, & ita etiam in fideicommiſſis ſeruatur ad *gloſ. Auth. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de leg. 2. & ibi Pereg. de fideicommiſſ. art. ...*

9 Maximeque id ſuaderi videtur, quia cū ad hāc tertiam veniant etiam ſorores, licet de fratribus tantum ſtatutum loquatur *Alex. conſ. 85. in 4. Curt. ſen. conſ. 9. nu. 13. Bologuin. cōſ. 60. nu. 14.* ita, & veniunt nepotes, licet de fratribus tantum ſit facta mentio, imò & fortius, cum nepotes apti ſint conſeruare, & propagare familiam; ad quod ſorores non ſunt aptæ.

10 Tandem ceſſare videtur omnis difficultas, cū habeamus authoritatem *Alex.* ſeſe ō tentis pro concurſu nepotum *in conſ. 36. in 2. dubio nu. 7. in 6.* & adducentis ſatis validas rationes pro hac opinione, nec habeamus Doctorem, qui in terminis huius ſtatuti contrarium reſpondeat. Imò cū

11 *Alex.* expreſſè tenet *Bologuin. in conſ. inferius* nō-

ter

ter addit. ad tract. Matheſilani de ſucceſſ. ab inteſt. in 1. mēbro tertij articuli princ. in 1. addit. qui etiam teſtatur ita fuiſſe iudicatū; & hoc eſt ſuum *conſ.* 17. inter alia eius conſilia.

11 His tamen omnibus non obſtantibus videtur mihi, ſtatutum eſſe ſatis apertum ad excluſionē nepotis exiſtente fratre, quod vtiq; erit ſpectandum in iſta tertia delata ex forma ſtatuti, & nullo modo cognita à iure communi; Etenim ipsū prius vocat fratres, deinde nepotes vnà cū patruis, & patruis non exiſtentibus ſolos nepotes, ergo nō vocat nepotes cum fratribus; Imò quādo ſtatutum vocat patruos, & nepotes, vel ſolos nepotes, expreſsè vocat fratribus non exiſtentibus, ergo fratribus exiſtentibus non vocat nepotes, quemadmodum vocauit ſtatutum fratres, non extantibus aſcendentibus, vel liberis, & intelligitur nullo modo vocare fratres, quando extant aſcendentes, licet † de iure communi
12 quandoq; vocentur vna cū aſcendentibus *Auth. de hered. ab inteſt. §. conſequens autem* ita vocando nepotes non exiſtentibus fratribus intelligitur non vocare nepotes, quando extant fratres;
13 illi † enim ablatiui abſoluti *fratribus nō extantibus* important conditionē *Doct. in Rub. ff. ſolut. matrim. l. euictis ff. de euict. l. à teſtatore ff. de condit. & demōſtrat. Bec. conſ. 39. n. 18. Decian. conſ. 2. nu. 77. in 2. Vtu decіſ. 119. nu. 5.* vocantur ergo nepotes ſub ea conditione, ſi non extant fratres, ergo extātibus fratribus, & conditione non
14 purificata non vocantur, & † quādo vnus vocatur non exiſtente alia perſona, ſemper iſta perſona prefertur illi, qui vocatur, optimè *Bal. conſ. 264. ſub nu. 2. propè tertium ibi (ſecundo, quia mater) in 1.* vbi ex eo, quod mater à ſtatuto vocabatur ad ſucceſſionem, ſi non exiſteret pater, colligit *Bal.* quod pater obijciatur matri, & illi præferatur, ita & in caſu noſtro ex eo, quod vocantur nepotes, ſi mulier decedit ſine fratribus, colligitur, fratres obijci nepotibus, & illis
15 præferri, & † cū verba ſint clara, nō datur quæſtio voluntatis ſtatuentiū *l. ille, aut ille §. cum in*
16 *verbis ff. de leg. 3.* & † in claris opus nō eſt coniecturis *l. cōtinuus §. cū ita in fin. ff. de verb. obligat.*
17 Amplius, quod filius fratris concurrat cum fratre perſonæ defunctæ, ſequitur ex eo, quod filius fratris repræſentat patrem ſuum, ſublata enim hac repræſentatione non daretur iſte concurſus, ſed frater vti proximior in gradu anteponeretur *§. ſi plures Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. auth. ceſſante cum auth. ſeq. C. de legit. hered.* hanc autem repræſentationem ſtatutum noſtrum tollit, dum cum filijs fratrum vocat patruos, quos non vocaret, ſi ſeruaret repræſentationem *auth. poſt fratres C. de legit. hered.* ergo etiam tollit cōcurſum filiorum fratris cum fratre *Bal. in l. 1. ſub num. 3. C. de leg. hered.* qui
18 tenet, ſtatuta tollentia admiſſionē ad ſucceſſionem, & concurſum agnatorū, & cognatorum, ex quo ſequitur, vt fratres vtrinq; coniuncti præferantur conſanguineis tantū *d. auth. itaq; C. com. de ſucceſſ.* tollere etiam prælationem vtrinq; cōiuncti, & *Bal.* ibi ſequūtur *Corn. & Caſt. Alba 1. cōſ. 81. Menoch. d. conſ. 187. in 2. Surd. deciſ. 239.*

Accedat, quod in §. præcedenti dū ſoli aſcendentes vocātur, & non fratres defunctæ mulieris cum illis, conſtat ſtatuentes in hac tertia ſeruare formam ſuccedendi iuris prioris, non iuris
19 nouiſſimi *authenticorum*, quo † fratres vtrinque coniuncti concurrunt cum aſcendentibus *§. 1. Auth. de hered. ab inteſt.* Et in *§. ſeq.* loquendo de patruis, & nepotibus idem ius prius ſequitur, ergo in §. in quo loquitur de fratribus, dicendum erit ſtatuētes loqui in terminis iuris prioris, quo
20 nepotes cum fratre non concurrebant, quia † ex præcedētibus, & ſequētibus media declarantur *l. ſi ſeruus pluriū § fin. ff. de leg. 1. l. heredes palā §. ſi quis poſt ff. de teſtam. Surd. conſ. 351. nu. 30.* Hoc modo, & ſiи hanc opinionē ſtatutū noſtrū intellexit *Brun.* cino videndus *de ſtatut. excluſ. faeminas art. 13. n. 70. & 71. Barz. deciſ. 83. n. 1. & Monter. add. §. & ſi deceſſerit in verſ. (fratrib.)*

Contraria non obſtant, quia procederent, quando dubitaretur de mente ſtatuentium, ſed cum clara ſit ex verbis, vt iam deduxi argumentis contrarijs non eſt locus, † præſertim non ob-
21 ſtat, ſtatutum eſſe intelligendum ſecundum ius commune, quia id procederet, quando ſtatutum loqueretur de eo, quod ius commune diſponeret, cæterum quando præter ius commune, vel ad eius correctionem diſponit, non recipit ab eo declarationem *Bal. in l. ita pudor C. ad l. Iul. de adulter. & in l. maximum vitium num. 14. C. de lib. prateriт. Paul. in l. fin. §. in computatione in fine C. de iure delib. Caccialup. in l. omnes populi nu. 202. ff. de iuſt. & iur.* & alios allegat, & de cōi teſtatur *Menoch. conſ. 187. ſub nu. 31. verſ. (ſecundus caſus) & verſ. (tertius caſus) in 2.*

Nec pariter attendendum eſt, quod ſtatuta
22 interpretatur, vt minus corrigant, quia id procedit in caſu, in quo nō eſt manifeſta correctio, non in caſu, in quo eſt manifeſta, vt hic; Præterea id procedit, quando circa ſucceſſionem iuris communis ſtatutum vocat aliquos alio modo, atque ſint vocati à iure cōmuni, ſed in caſu noſtro ſtatutum adinuenit modum ſuccedendi nō cognitum à iure communi, cui modo vti ab eo inuento poteſt præſcribere formam iuxta arbitrium ſuum, & hanc formam præſcribendo in vno tantū corrigit ius commune non in duobus.

Non obſtat, quod dicitur de ratione agnationis, & quòd dos receſſit à bonis, ad quæ etiam nepotes vocantur, quia hæc ratio eſſet alicuius momenti, quando diceremus, fratres vocari; & nullo modo nepotes, ſed dicimus vocari etiam nepotes, & patruos, ſed per prius fratres attento ordine gradus, & nõ repræſentatione, quam ſta
23 tuentes noluerunt conſiderare, in † quo obſeruandum eſt ſtatutum reducere nos ad ius Codicis correctum, poſtea à iure authenticorum *l. 3. cum auth. quæ eam ſequitur C. de legit. hæred.* in
24 quo ſtatutum reputatur fauorabile, & in hoc nõ reſtringendum, ſed maximè ampliandum *gloſ. in c. ſtatutum in verbo (numerandum) de præbend. in 6. Alba* in ſtatuto pariter correctorio *conſ. 81. nu. 19*, vbi correctio magis ampliatur, quam regulariter ampliaretur, quando reducimur ad ius antiquum prius correctum *Socinu. conſ. 24. nu. 16. in 4. Menoch. d. conſ. 287. nu. 36. in 2.*

25 Non obſtat, quod ſorores veniant cum fratribus, quia non ſunt pares termini, nam ſorores nõ ſunt in alia parte ſtatuti vocatæ, nepotes verò ſunt vocati in ſuo gradu, item ſub nomine fratrũ non includuntur aliquo modo filij fratrum, & ita nepotes, ſed ſorores ſub nomine fratrum includũtur; quia maſculinum cõcipit fœmininum, qua ratione potiſſimum mouentur conſulentes allegati; Amplius excludere ſorores, eſt prorſus cõtra omnem iuris communis diſpoſitionẽ, ſed vocare nepotes poſt fratres eſt ſecundũ ius
26 commune *Codicis*; tandem † illa opinio *Alex.* & aliorum non eſt recepta, nam expeditum eſt, in noſtra ciuitate fratres tantum, & non ſorores ad hanc tertiam vocari, pro qua parte cõſuluit *Mãtu. conſ. 18. in 2.* ſubſcribendo conſilijs aliorum *Doctorum.*

27 Non etiam obſtat *conſ. Alex. 36. in 6.* quia eius rationes ſunt nimis à remotis, procedunt enim omnes in caſibus, in quibus de perſona, quã ait concurrere cum perſona à ſtatuto vocatas, ſtatutum non fecerat mentionem, ideò in dictis deciſionibus concluditur, perſonam, de qua nõ eſt facta mentio, & de qua propterea probabiliter dubitabatur an concurreret, concurrere, vel quia in ea intrat identitas rõnis ſtatuentium, vel quia continetur appellatione perſonæ, vt quãdo vocatur filij, quorũ appellatione veniunt nepotes, his rationibus proſequitur *Alex.* hoc defendendo *à nu. 7. ad 16.* quæ non intrant in caſu noſtro, quia de nepotibus ſtatuentes mentionem faciunt, & caſum exprimunt, quo vocantur. ſ. vel ſoli, vel cum patruis, quando fratres non extant.

Nec dicatur, ſtatutum loqui de nepotibus, quando ſoli extant, & quando extant cum patruis, non verò, quando extant cum fratribus,
28 ideò † caſus iſto à ſtatuto omiſſus remanebit ſub diſpoſitione iuris communis *l. commodiſſime ff. de lib. & poſthum.* Quia dicitur, ſtatutum non omiſiſſe hunc caſum, quia vocando nepotes non exiſtentibus fratribus expreſſè excluſit concurſum fratrum, & nepotum, vt ſuperà probaui, & iſtud eſt expreſſè corrigere ius commune æqui
29 ſſimum, non autem per coniecturas; id tenuit, quod datur ſub conditione, ſub contraria conditione denegatur *l. ſi legatum pure ff. de adimend. legat. l. aliquando ff. de condit. & demonſtr. l. ſi pecuniam ff. ſi cert. pet.*

30 Præterea *Alex.* loquitur in ſtatuto antiquo, & ideo *in verſ. (conſiderandum) ſub nu. 16.* mouetur illa ratione .ſ. quod non extantibus fratribus ſtatutum vocat patruos, & omiſit vocare filios fratris, qui pariter ſunt in tertio gradu, imò, & in potiori ob repræſentationem, non alia ratione niſi, quia volebat, vt nepotes ſuccederent cum fratribus. Id enim procedit tantum in ſtatuto antiquo, quia ſtatutum nouum non exiſtentibus fratribus etiam nepotes vocat: Imò ſi *Alex.* in caſu, in quo ſupponit nullo modo de nepotibus dictum, reputat caſum in puncto iuris dubitabilem, vt ipſe concludit in fine illius dubij, quid dixiſſet, ſi ei fuiſſet propoſitum ſtatutum nouum .ſ. quod etiam nepotes vocabat? Merito addentes ad ipſum *Alex. ſub litera C.* aiunt *Alex.* malè conſuluiſſe.

31 Rationes etiã, quibus mouetur *Bologn.* inſunt leues, & præſertim illa, quod quando ſtatutum vocat nepotes cum patruis, intelligitur cum patruis ſuis, .ſ. ipſorum nepotum, qui ſunt fratres perſonæ defunctæ. Quia ſi vocat nepotes cum patruis non exiſtentibus fratribus, quomodo poteſt intelligi de patruis .i. fratribus mulieris defunctæ? & patrui in ſtatuto ſunt illi, qui etiam ſub nomine patruorum vocantur, quando ſoli ſunt, ſed quando nepotes non adſunt fratres mulieris defunctæ non poſſunt dici patrui, ergo non ſunt illi patrui, de quibus ſtatutum loquitur, & alijs rationibus *Bologn.* optimè; & perfectè reſpondet *Brun. d. art. 13. nu. 70.* ſũtq; rationes adeo leues, vt vix credam pro dicta opinione fuiſſe iudicatũ, vt ipſe aſſerit. Hæc pro nunc ſufficiant. *anno 1613.*

Laus Deo, & Virgini.

E P I T O M E.

Lucrum dotis non debetur marito, quando ob eius culpam ſequuta eſt thori ſeparatio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *L*Vcrum dotis non conſequitur maritus, qui occidit vxorem.*
Nec qui malè eam tractat nu.2.
Neq; ſi diuortium eius culpa fiat nu.3.
Quia in lucris nuptialibus ineſt conditio, niſi ſequatur diuortium nu.4.
Et idem eſt, ſi ſequatur thori ſeparatio, quæ æquiparatur diuortio nu.6.& 10.
Virq; perdit commoda, quæ habet contemplatione matrimonij, quando culpa ſua non moratur cum vxore nu.5.
Nec pariter illi lucrum debetur, quando non ſuſtinet onera matrimonij nu.7.
Quia illud conceditur ob huiuſmodi onera nu.8.
Vel ob memoriam benè anteacti matrimonij n.9.
Item priuatur lucro maritus erga vxorem ingratus nu.11.
Et quando illam è domo expulit nu.12.
Præſertim, ſi illi alimenta nõ ſubminiſtrauit n.13.
Quia denegans alimenta necare dicitur nu.14.
9 *Quarta* auth.præterea C.vnd.vir.& vxor. *debetur in memoriam benè anteacti matrimonij.*

RESPONSVM LXVIII.

Adſit S. Trinitas.

SI ſupponamus in facto, ob nimiam ſæuitiam mariti verbera, & alia ſimilia ſecutam fuiſſe thori ſeparationem, exiſtimo in iure, defendi poſſe, maritum perdere lucrũ dotis ei à
1 ſtatuto delatũ: Quia † licet *tex.in l.ſi ab hoſtibus §.ſi vir ff. ſolut. matrim.* priuet ſolũ maritũ occidentẽ mulierem lucris matrimonialibus, tamen
2 ibi *gloſ.& Doct.* omnes textũ extendunt ad ſimiles caſus, in quibus maritus malè vxorem tractaret, & in ſpecie decidunt, ob huiuſmodi malam tractationem maritum perdere lucrum dotis a ſtatuto, vel particulari conuentione delatum *Ruin.conſ.8.nu.3.in 2.Simon.de Prat.conſ.9.nu.25.Rot.deciſ.741.nu.4.p.4.diuerſ.*
3 Et in ſpecie vbi maritus dediſſet cauſam diuortio, quod priuandus eſſet huiuſmodi lucro faciunt tex.in *l.filia ff.ſolut.matrim.l. dubium C.de repud.Rom.in d.§.ſi vir.ſub n.19. Aret.ſub nu 2.verſ.(vnde illarationes) Cuman. nu.2. Iaſ.ſub-*
4 *nu.4.* lucris † n.nuptialibus ineſt tacita conditio, niſi diuortium fiat *l.Lucius ff.ſolut.matrim.l.cõſenſu ff.de repud.* ex quo ſequitur, vt ſi culpa viri ſoluatur matrimonium, & diuortium fiat, vt ip-
5 ſe lucra perdat: Et † quod vir perdat illa commoda, quæ habet contemplatione matrimonij, quando culpa ſua fit, vt cum eo vxor nõ habitet ex *Alex.& Soc.iun.* quos allegat, tenet *Cranet.*
6 *conſ.31.nu.6.* In † caſu autem noſtro licet non fuerit ſecutum diuortium: culpa tamen viri ſupponitur ſecutam thori ſeparationem, quæ cum diuortio æquipolleat *DD.in l.1.C.vnde vir.& vxor.Gabr.conſ.161.in princ.vol.1.* ſequitur, vt dictũ in diuortio ex regula æquiparatorum etiã procedat in ſeparatione thori.
7 Amplius addi etiam poteſt, facta hac ſeparatione maritum non amplius ſuſtinuiſſe onera matrimonij, cum filios non haberet, quo caſu traditum eſt, non poſſe lucrari dimidiam dotis *Bal.in auth.dos data nu.5.C.de donat.ant.nupt.& in conſ.53.n.2.in 5.Marſil.ſingul.514.Aret.in d.§.ſi vir ſub nu.2.verſ.(item determinat) Ceph.conſ.408.n.13.in 3.Malnatic.conſ.10.n.30.Roland.de lucr.dot.q.64.nu.11.& in conſ.40.nu.6.in 4.Marzar.conſ.18.n.4.Alex.conſ.122.nu.15.in 7.*
8 *Rot.A.deciſ.741.n.3.* & quidem merito, cum † d. lucrũ concedatur ob onera matrimonij, ita vt dicatur deberi ex cauſa oneroſa *Burſat.conſ.266.nu.8.in 3.Dec.conſ.402.nu.7: deciſ.Pedemont.21.nu.18.* quæ ſi maritus culpa ſua non ſuſtinet, nec lucrum percipere debet, & ſi non dicimus, hanc fuiſſe rationem ſtatuti lucrum huiuſmodi deferentis, neceſſe eſt, vt dicamus, id fuiſſe a ſtatuto diſpoſitum in memoriã benè anteacti ma-
9 trimonij, ſicut † eadem ratione iure communi ſancitum eſt vxorem inopem lucrari quartam in bonis mariti *auth.præterea C.vnd.vir.& vxor.& ibi Doct.* Quæ ratio, & ipſa ceſſabit in caſu, in quo culpa viri commercium matrimoniale ſolutum eſt; non.n. video quemadmodum tunc dici poſſit matrimonium benè anteactum reſpectu
10 viri: Hoc † ipſum, vt ceſſet hoc lucrum, quando culpa viri eſt matrimonium ſeparatum poſt *Soc.iun.conſ.27. in fin.vol.1.* tenet *Phanuc.de lucro dot.gloſ.14.ſub nu.6.verſ.(tertius eſt caſus) Sim.de Prat.conſ.113.ſub nu.13.& Odd.conſ.52.nu.8.* vbi alios allegat, & communem dicit. Quibus etiam addi poteſt, quod maritus nimia vtens ſæuitia in vxorem ſuam verè erga eam dicetur ingratus, maximè quando ſæuitia eſt talis, vt deueniatur ad ſeparationem thori *iuxta not.à gloſ.in §.ſciendum eſt, verſ.(ex cauſis) Inſtit.de donat.*
11 & † ob ingratitudinem priuari dicto lucro poſt *Rip.in l.fin.C de reuoc.donat.num.14.* tradit *Phanuc.vbi ſupra verſ.(Item quando.)*
12 Illud præterea addendum eſt, maritum non lucrari dotem vxoris, quam è domo expulit *Bal.in l.vnic.§.ſed ſcimus n.1.C.de lat.libert.tol.Barboſ.in l.ſi ab hoſtibus §.fin.ſub nu.37.ff.ſol.matr.*

Io. de Anan. in c. 1. num. 14. de inſ. languid. Alex. conſ. 78. nu. 4. in 5. Tiraq. de vtroq; retract. tit. 1. §. 10. gloſ. vnic. Nat. conſ. 103. num. 9. num. 12. Atqui cum in caſu iſto facta ſit ſeparatio thori ob culpam viri, verè dici poteſt virum expuliſſe vxorem, ex quo fuit in culpa, vt cum eo non cõmoraretur, ergo erit lucro dotis priuandus, &
13 magis hæc procederent, ſi poſt ſeparationem vxori non ſubminiſtraſſet neceſſaria ad victum, quia quantum in ſe eſt vxorem necaſſet *l. nec are ff. de lib. agnoſc.* & hoc caſu dictum *Bal. in d. §. ſed ſcimus* abſq; vlla difficultate procederet *Roland. de lucr. dot. q. 68. nu. 11.* Et ita iuris eſſe arbitror.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Pactum, quo fit dilatio per quadriennium ad reſtituendam dotem, & interim ſoluantur quinque pro centenario, validum eſt.

Statutum Bononiæ *de dotib. reſtit. §. inſuper etiam ſtatuimus verſ. Poſt vero dictum* valet, & ſufficit lapſus diei, vel iuramẽtum loco interpellationis per eum requiſitæ,

SVMMARIVM.

1 *Vidua, quæ non poteſt exigere dotem impediente iure communi, vel conditione hæredum, vel conuentione, poteſt aliquid percipere loco alimẽtorum vltra ſortem dotis. & n. 2.*

Rationes afferuntur nu. 3. & ſeqq.

Et ideò pactum, quo conceditur viro, & eius hæredibus dilationem quadriennij ad reſtituendã dotem, & interim alimenta præſtentur, valet nu. 6.

Præſertim, quando mulier aliunde non habet, vnde viuere poſſit, quo caſu cenſetur conuentio ad alimenta nu. 7.

Vel pro intereſſe damni emergentis, quod in conuentionem deducere licet nu. 8.

Quando verò de contrario non conſtat, præſumitur mulierem non habere vnde ſe alat nu. 9.

Etiam ſi patrem habeat nu. 11.

Nec ſufficit eam habere bona, ex quibus alienando poſſet viuere, ſed debet habere bona introitus reddentia nu. 10.

8 D. Cæſar Manentus *diſcipulus auctoris.*

12 Statutum Bonon. de dotib. reſtit. §. inſuper etiam ſtatuimus *quo hæredes mariti non ſoluentes dotem coguntur præſtare mulieri pro alimẽtis ſeptem pro centenario valet.*

Nec eſt correctorium iuris communis nu. 16.

Et ideo ſecundum illud eſt interpretandũ nu. 17.

Ad hoc, vt locum habeat ſufficit proteſtatio extraiudicialis nu. 13.

Cuius loco ſatis eſt lapſus diei, qui interpellat pro muliere nu. 14. & ſeqq.

Quia vbi de iure communi tãtum poteſt expreſſum quantum tacitum, ſtatutum etiam contra ius commune procedit in tacito, & expreſſo nu. 15.

Et ſufficit etiam iuramentum, quod habet vim interpellationis, denunciationis, & litis conteſtationis nu. 19.

18 *Ius commune æquiparat interpellationem, & lapſum diei reſpectu intereſſe, vſurarum, & earum, quæ veniunt extra ſortem.*

20 *Mulier, cui in dotem datum eſt nomen debitoris, poteſt pro intereſſe onerum matrimonij vſuras percipere.*

Eadem ratione licitum eſt ſecundo viro exigere vſuras ab hæredibus primi viri nu. 21.

RESPONSVM LXIX.

Auſpice Chriſto.

1 Quicquid ſit de muliere vidua, indulgente dilationem hæredibus viri ad dotem reſtituendam, certiſſimum eſt in iure, quod quando exigere non poteſt dotem, vel impediente iure communi, aut conditione hæredum, vel inter viuos conuentis, licet ei aliquid ratione alimentorum percipere vltra ſortem dotis *gloſ. 1. in l. diuortio, & ibi Doct. omnes ff. ſolut. matrim. gl. in l. vnic. §. exactio C. de rei vxor. act. Iaſ. in §. fuerat nu. 23. & ſeq. Inſt. de act. Franch. deciſ. 289. in princ. Gama. deciſ. Luſitan. 62. num. 1. Mandoſ. in annal. caſ. nu. 37. Didac. Spin. in ſpecul. teſt. gloſ. 11 princip. num. 70. Surd. de aliment. tit. 1. q. 44. nu. 11. & q. 45. nu. 26. & num. 55. Martin. Coler. de alim. tit. 1. c. 11. nu. 3. cum ſeq. Frideric. à Sole de dote parte 1. q. 51. nu. 28. Alphonſ. Velaſq. de vſur. q. 22. concluſ. 12.* & ſatis latè *Theſaur. deciſ. 43.*
2 licet enim multi ex iſtis *Doct.* & ex illis, qui ab eis citantur, loquantur durãte anno conceſſo ad reſtituendam dotem conſiſtentem in pecunia, vel mobilibus, tamen etiam in alijs caſibus id procedere, ſcilicet ſi à ſtatuto, conſuetudine, vel alio modo impediretur mulier dotem petere tenent *Alex. conſ. 74. ſub nu. 15. ibi (ſecus ſi nõ poteſt) in 5. & Iaſ. conſ. 8. col. 8. verſ. (5. principaliter) in 1.* viget enim eadem ratio, quæ viget durante anno luctus, ſcilicet quia mulieri non eſt, quod imputetur ſi dotem non exegit .ſ. quia non poterat reſiſtente impedimento iuris communis, conſuetudinis, vel alio ſequitur *Surd.* id

plenè

plenè confirmando *de alimentis tit.1.q.45.nu.*
3 55. Quemadmodum † dicitur, priuilegiũ, quod
à iure communi habent hæredes, vt dotem in
pecunia non reſtituant, niſi finito anno luctus,
non debere conuerti in præiudicium mulieris, &
propterea ipſam poſſe petere alimenta, & pro-
inde de illis paciſci, quia quod de iure debetur
etiam in pactum deduci poteſt *Abb. in c. ſalubri-
ter nu.6. de vſur. Soc. conſ.176. nu.4. in fin. verſ.
(ſeptimo confirmatur) ſūa. Sard. d.q.45. num.75.
Aym. conſ.189. ſub nu.7. verſ. (ſed tamen)* ita, &
priuilegium, quod ex pacto habent hęredes non
reſtituendi dotem, niſi finito quadriennio, non
eſt conuertendum in damnum mulieris dotatæ,
4 vt interim alimenta petere non poſſit, vel † di-
camus vna cum *Coler. d.c.11.* quod licet hære-
des habeant annum ad dotem reſtituẽdam, non
ideò minus eſt dos proprium patrimonium mu-
5 lieris, & † quia ex re ſua nemini ſunt alimenta
deneganda *Bal. in auth. & quis iurat. num.39. C.
de bon. auth. iudic. poſſid. Aud. Cordub. in l. ſi quis
à liberis §. ſi quis ex his nu.133. ff. de lib. agnoſc.*
ideò durante anno dicitur mulieri alimenta de-
beri, & in caſu conuentionis non ideò minus dos
dicitur patrimonium mulieris, quod conuentum
fuerit, vt non reſtituatur, niſi poſt quadriẽnium,
ideò &c.

6 His iuridicis concluſionibus conſequens eſt,
quod cum reſiſtente conuentione paterna non
licuerit D. Pompiliæ repetere dotes ante qua-
driennium, quod ei licuit durante d. quadriẽnio
ex dote proprio eius patrimonio alimenta præ-
tendere, & proinde quod licuerit patri conce-
denti dilationem genero, & eius hæredibus et-
iam conſulere indemnitati filię conueniendo de
alimentis.

7 Quorum conuentio eo magis ſuſtinetur, quod
D. Pompilia aliunde non habebat vnde viuere
poſſet, quo caſu cenſetur conuentio ad alimenta,
& ea ratione valida *Couar. lib.3. reſol. c.1. ſub
num.3. verſ. (ſexto hinc etiam) Campeg. de dot.
in 2. p. q.18. nu.2. Lap. de vſur. commentar. 1. §.
4. nu.87. Sard. d.q.44. n.34. Neguſant. de pignor.
in 5. memb. 5. partis ſub num.19. ibi (primo modo)
Afflict. deciſ.284. nu.2. Nauar. in manual. c.17.
nu.219. in fin. Molin. de Hiſpan. primogen. lib.4.
8 c.5. nu.6. Menoch. conſ.7. nu.17. in 1.* valida † etiã
quia ſoluenda ſingulis annis in muliere non ha-
bente vnde ſe alat ſuccedunt pro intereſſe dam-
ni emergentis, quod in conuentionem deduce-
re licet *Alex. conſ.200. ſub nu.6. in 6.* qui allegat
Laurent. de Rodulphis expreſsè teſtãtem, id ſuc-
cedere in locum damni emergentis, & de eo
conueniri licere in *c. conſuluit q.65. de vſur. D.
Manent.* olim diſcipulus meus *de iur. contract. li-
bel. pact.15. num.22. & ſeqq.*

9 Quatenus verò non probat pars aduerſa, D.
Pompiliam habuiſſe vnde ſe aleret, præſumetur
non habuiſſe, & pręſumptione iuris ſatis funda-
ta erit eius intentio *Theſaur. d. deciſ.43. num.5.*
10 teſtans ita iudicatum fuiſſe, nec † ſufficiet proba-
re habuiſſe bona, quæ vendere poterat, ſed pro-
bandum habuiſſe bona introitus reddentia *Ca-
pic. deciſ.24. ſub num.2. Bal. conſ.30.* alios citat
11 *Sard. d.q.44. num.41.* Et † licet Domina Pom-
pilia habuerit patrem, non ideò magis dicitur
habere, vnde ſe alat, poſtquam dotata eſt *Angel.
in l. unic. §. cum autem ad finem ibi (& ſi autem)
C. de rei vxor. act.* dum enim agitur inter patrẽ,
& hæredes primi viri de alimẽtis viduę dotatæ,
quia pater, qui ſemel dotauit tractat de damno
euitando, & hæredes de lucro, tenendum eſt
contra hæredes, qui retinent dotem, hanc ratio-
nem pluribus authoritatibus exornat *Coler. de
aliment. lib.1. c.11. ſub nu.6.*

His puto ſatisfactum eſſe primo quæſito re-
ſpondendo, conuentionem de ſoluendis quinq;
pro centenario pro alimentis, antequam dos re-
ſtituatur, valere.

Succedit modo ſecundum dubium, an lapſo
quadriẽnio teneantur hęredes conſtituti in mo-
ra ex lapſu diei accedente iuramẽto ad ſeptem
pro centenario iuxta *Statutum de dot. reſt. §. in-
ſuper etiam ſtatuimus verſ. (poſt verò dictum)*
12 De † cuius ſtatuti validitate non eſt dubitandũ
ex allegatis à *Coler. d.c.11. ſub nu.26. verſ. (ſta-
tutum igitur)* & à *D. Manent. d. pact.15. num.23.*
& minus dubitandum eſt de *Statuto Bonon.* au-
thoritate apoſtolica in pleniſſima forma confir-
mato a Iulio Secundo, Videretur, quia non præ-
ceſſit proteſtatio aliqua, ſaltem extraiudicialis,
13 quæ † ſufficere videtur *Monterent. in d. Statuto
verſ. (inchoato iudicio)* quod non poſſint peti ali-
menta ad rationem ſeptem pro centenario.

14 Crederem tamen iuridicè defendi poſſe,
quod cum ad diem conuentum eſſent hæredes
obligati reſtituere, quod lapſus diei interpella-
ret pro muliere iuxta *l. magnam C. de cont. & co-
mit. ſtip. & not. in l. vinum ff. ſi cert. pet.* & ita,
quod conſtitutis hæredibus in mora intraret di-
15 ſpoſitio ſtatuti, nam † vbi de iure communi tan-
tum poteſt expreſſum, quantum tacitum, & ſta-
tutum licet diſponens contra ius cõe prodit in
tacito, & expreſſo *Bal. in l. ad probationem (la
prima) C. de probat. Alex. in l. iuris gentium §. quod
ferè nu.10. ff. de pact. Dec. in l. cum quid nu.3. ff.
16 ſi cert. pet* præſertim † quia hoc ſtatutum verè nõ
corrigit ius commune, quod nõ repugnat, vt vi-
dua non habens, vnde victum quærat, poſſit ali-
menta conſequi, quando per eam non ſtat, quin

dotem recipiat ex ſcriptis à *Theſaur. d. deciſ. 43.* vt in propoſito nõ poteſt dici ſtare per eam, niſi probaretur recuſaſſe recipere dotem oblatam ſed tantum prçter ius commune taxit dicta ali-
17 menta in ſeptem pro centenario, quo † caſu conuenit, vt ſtatutũ interpretetur ſecũdum ius commune ad *l. 2. & ibi not. C. de nox al. act.* quemad-
18 modum † igitur ius commune quoad intereſse, vſuras, & ea, quæ veniũt extra ſortem non agnoſcit differẽtiam inter interpellationem, ſeu proteſtationem expreſsam; & introductam à lapſu diei *d. l. magnam C. de contrah. & cõmit. ſtip.* traditur *in l. vinum ff. ſi cert. pet.* ita nec hoc ſtatutum hanc agnoſcet differentiam.

19 Accedit etiam iuramentum, quod cum habeat vim interpellationis, denunciationis, & cõteſtationis, à qua iudicium incipit, vt pluribus probauit *Seraph. de priuileg. iurament. priuileg. 47. 49. & 50.* videtur deſeruire pro interpellatione, vel inchoatione iudicij, quæ ſunt qualitates neceſſariç, vt d. ſtatutum intret.

20 His omnibus addo, quod cum dos reſtituenda ab hæredibus D. Emilij eſſet conſtituta pro dote I I. D. Portiæ Maluetiæ de Seccadenarijs noſtræ principalis, vel pro dote eſſet aſſignatum nomen ipſorum hæredum, dicendum eſt, deberi vſuras vltra ſortem poſt mortem D. Põpilij, quia nõ ſunt vſurç, ſed sũt pro damno emergẽti, pro oneribus matrimonij ſuſtinendis à marito ipſius D. Portiæ, ad quod egregiè conferunt ſcripta à *Grat. conſ. 56. nu. 3. in 1. Lup. de vſuris commentar. 1. §. 6. nu. 90. Surd. de alimẽt. d. q. 45. nu. 50. Plot. ad l. ſi quando § 1 l. nu. 26. C. vnde vi* dicens hac ratione maritum ſuſtinẽtem onera matrimonij poſſe per iuramentum in litem declarare, quãti
21 ſua interſit, & † licet iſti *Doct.* loquatur, quando ſecundus maritus peteret dotem ab hæredibus primi viri. i. illam dotem, quç prius erat dos eiuſdem mulieris, quæ ſecundum matrimonium cõtraxit, & in propoſito caſu maritus petat dotẽ, quæ non erat dos D. Portiæ, quando prius nupta erat, nec eam petat ab hæredibus primi viri, tamen ratio, qua prædicti *Doct.* mouentur fundata in oneribus matrimonij, & in diſpoſitis in *c. ſalubriter de vſur.* benè accõmodatur, ideo & eadem erit diſpoſitio iuribus vulg. *anno 1606. menſe Iunij.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Dos minor legitima an, & quando congrua dicatur.

Agitur de intellectu, & conciliatione Statuti Fani *lib. 2. c. 65. & cap. 66.*

Iuri petendi ſupplementum legitimæ quanto tempore præſcribatur.

SVMMARIVM.

1 *Dos congrua dicitur, quæ non eſt minor legitima.*

Sed contra nu. 11.

Vel ſaltem congrua dicitur, quando conſtituitur à patre nu. 9. 22. 16. & 25.

Quia dos, quæ patri viſa eſt congrua, alijs non debet videri incongrua nu. 14.

Niſi tenuiſſimam conſtituiſſet nu. 13. 22. & 26.

Item opinio illa, vt dos minor legitima congrua non dicatur, non habet locum ſtante ſtatuto, quod excludit fœminas à ſucceſſione, & legitima nu. 17.

Tunc autem dicuntur excluſæ à legitima, quando ſtatutum eas excludit propter maſculos non ex eo, quod ſint dotatæ nu. 18.

Neq; pariter procedit dicta opinio in locis, in quibus ſolitum eſt conſtitui dotes non habita ratione ad legitimam nu. 19.

Congruitas autem dotis inſpici debet tempore mortis patris nu. 2. & ſeq.

Quia dos ſuccedit loco legitimæ, in qua calculãda inſpicitur tempus mortis teſtatoris nu. 3.

Contra, quod congruitas debeat inſpici tempore dotationis nu. 6.

Quod præcipuè locum habet, quando filia dotata à parte dicit ſe læſam nu. 7.

Nec habetur ratio augmenti facultatum patris poſtea ſubſecuti nu. 8.

4 *Legitima aſſignata à Patre filijs in vita augetur auctis facultatibus.*

5 *Qualitas verbo adiecta debet adeſſe tempore verbi.*

10 *Quando filij ſunt vltra quatuor legitima eſt ſemis.*

15 Statutum Fani lib. 2. c. 66. *mandans filias excluſas à ſucceſſione aſcendentium congruè dotari, ſentit, quod ſi dotatæ eſſent non ſit tractandum de congruitate dotis, cum videantur congruè dotatæ.*

Hoc ſtatutum *excludit fœminas à ſucceſſione, & legitima nu. 18.*

Contrarietates inter hoc ſtatutum, *& caput præcedens recenſentur nu. 20.*

Et conciliantur nu. 21.

Sta-

Digitized by Google

22 *Statuta, quæ videntur contraria conciliandæ ſunt.*

Et quando non poſſunt conciliari, ſtandum eſt ſecundo nu. 27.

23 *Præcedentia declarantur ex ſequentibus.*

28 *Ius petendi ſupplementum legitimæ durat triginta annis, & nu. ſeq. & 34.*

Quia actionibus perſonalibus huiuſmodi ſpacio præſcribitur nu. 34.

Sed ſi proponatur per modum querelæ debet quinquennio extingui nu. 30.

Vt finitur querela inofficioſi teſtamenti nu. 29.

In qua filius conqueritur teſtamentum factum contra officium pietatis nu. 31.

Tale autem ius petendi ſupplementum non competit heredi, ſi ille, cui competebat vixit per quinquennium, & non petijt nu. 32.

33 *Limitatio in fine poſita refertur ad omnia præcedentia.*

RESPONSVM LXX.

Auſpice Chriſto.

IVſta (prima conſideratione) videtur prætenſio nepotum ex filiabus D. Antonij Baglioni; conſequendi ſ. ſupplementum dotium congruarum ex perſona matrum ſuarum, quia *ſtatuto ciuitatis Fani Rub. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 2. c. 66.* cauetur, vt filiæ exiſtentibus maſculis à paterna ſucceſſione excluſæ (ſi dotatæ non ſint) de-
1 beant congruè dotari: congrua † autem dotatio (ſecundum opinionem magis communem) eſt vſq; ad legitimam *Doct. in auth. nouiſſima C. de inoffic. teſt. & in auth. res, quæ C. com. de legat. & in his locis Iaſ. in fin. auth. nouiſſima. & in 6. not. auth. res, quæ Soc. conſ. 159. in 2. Aymo. conſ. 236. nu. 3. Cacher. conſ. 76. num. 24. Burſat. conſ. 332. num. 1. in 2.* qui alios allegant, & teſtantur de cõi, & magis cõi: adeo vt, ſi in facto filiabus D. Antonij non fuiſſet tempore nuptus aſſignata dos aſcendens ad legitimam eis, & ſuis hæredibus nunc liceat ſupplementum petere.
2 Et † ad cognoſcendum, an cõgrua fuerit dos, & legitimæ æquipollens, non tantum ſpectandum eſt tempus nuptus; ſed & tempus mortis paternæ, ita vt, ſi poſt nuptias creuerint bona, ſit etiã illius augmenti habẽda ratio *Paul. conſ. 73. in 1. dubio in 1. Dec. conſ. 276. nu. 3. Aymo. conſ. 683. nu. 6. & 940. nu. 3. Bald. nouel. in tract. dot. p. 6.*
3 *ſpecial. 17.* ſi † enim dos ſuccedit in locum legitimæ *l. quoniam nouella C. de inoff. teſt.* &, vt iam dictum eſt, nõ poteſt eſſe minor legitima, quemadmodum in calculanda legitima tempus mortis patris ſpectatur *l. quæritur C. de inof. teſt.* ita conuenit, vt in calculo dotis idem tempus ſpe-
4 ctetur, & † quemadmodum augmenti contingentis poſt aſſignatam legitimam in vita patris ratio habetur ad augendam legitimam *Bal. in l. pactum q. 6. C. de collat. Iaſ. in auth. nouiſſima. nu. 9. C. de inof. teſt.* ita eiuſdem eſt habenda ratio ad augendam dotem, quando quæritur an congrua ſit: Si enim dotatio eſt, quæ excludit filiam à ſucceſſione paterna, vt eſt in *ſtatuto*, de quo ſupra, de ſucceſſione agitur tempore mortis paternæ, ergò & hoc tempore erit ſpectandũ,
5 an dos congrua ſit: quia † qualitas verbo adiecta debet adeſſe tempore verbi *l. in delictis §. ſi extraneus ff. de noxal. act.* Et tantò magis iuſta videtur hæc actorum prætenſio, quod pro ea videtur adeſſe caſus apertus in *ſtatuto lib. 2. c. 65.* quo dicitur, filiam excluſam dotã dam eſſe legitimè, & tunc intelligi dotatam legitimè, ſi habeat legitimam eius, quod ab inteſtato habitura eſſet, & ſi nõ habeat, quod debeat ſuppleri vſque ad legitimam.

Re ipſa tamen diligentiori ſtudio conſiderata opinor, hanc prætenſionem ex pluribus oſtendi poſſe à iuſtitia, & æquitate prorſus alie-
6 nam: Primò † obſeruandum eſt, veram, & communem eſſe opinionem, ad congruitatem dotis eſſe inſpiciendum tempus celebrati matrimonij ſ. conſideratis conditione perſonarum ſ. dotantis, dotatæ, & mariti, quantitatis patrimonij, numero filiorum, & conſuetudinem regionis *l. cũ poſt §. genera, & l. quæro ff. de iure dot. Dec. conſ. 26. Ruin. conſ. 56. nu. 11. in 3. omnes in d. auth. res, quæ. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 149.* vbi latè *Honded. conſ. 10. num. 31. in 1.* Et quicquid ſit, quando agitur de dotanda filia excluſa ab hæreditate iam mortuo patre, communis,
7 & vera eſt opinio, quando agitur de dote data à patre, & quæritur, an ſit læſa filia, adeò vt poſſit conqueri dotem eſſe minus idoneam, conſiderandam eſſe quantitatem bonorum iuxta tempus dotationis *Bal. in d. auth. res, quæ num. 16. & Iaſ. nu. 27. Anchar. Reg. conſ. q. 51. nu. 11.* & poſt iſtos, & alios, quos allegat *Menoch. d. caſ. 149. nu. 16.* & plenè *Sord. conſ. 488. nu. 28. cum ſeq. in 4.* vbi pluribus defendit, dum quæritur de congruitate dotis datæ à patre conſiderandum eſſe ſtatum bonorum, vt tempore dotatio-
8 nis, nec † rationem habendam augmenti poſteà ſubſecuti *Aym. conſ. 114. nu. 16. Rim. iun. conſ. 97. nu. 13. in 1. Gratian. in deciſ. Marchia. 29. nu. 12. Menoch. & Sord.* reſpondent contrarijs, de quibus ſupra.

In caſu noſtro, mihi ſupponitur D. Antonium fuiſſe

fuiſſe patrem ſex filiarum, & vnius maſculi, & ab hinc iam annis ſexaginta, & pluribus (quo tempore dotes erant longè exiguiores illis, quæ hoc tempore conſtituuntur) filias dotaſſe, eiuſque bona poſt dotationem maximè aucta, quibus omnibus conſideratis non poſſumus, non fateri, maximè congruas fuiſſe dotes, nec de illis potuiſſe filias conqueri, nec nunc eius hæ-
9 redes poſſe: Imò † vbi de hoc dubitaretur, ita præſumendum eſſet in dote conſtituta à patre *Alex. conſ. 33. nu. 4. in 4. Ruin. conſ. 52. num. 13. in 2. Dec. d. conſ. 26. num. 2. Honded. d. conſ. 10. num. 432.*

Attento igitur *ſtatuto ſub Rub. 66.* quo diſponitur filiam eſſe congruè dotandam, reſoluendum eſt ex eo, iuſtam non fieri prætenſionem actorum.

Nec obſtat, quod nõ poſſit dici dos congrua, quę ad legitimam non aſcendat; quia varijs modis tollitur iſte obex.

Primò in facto impoſſibile quodãmodo eſt, vt dos data non aſcenderit ad legitimam, quia
10 ſi ſex filiæ extabant, & vnus filius, ſemis, † quæ erat legitima §. 1. *Auth. de trient. & ſemiſſ.* erat diuidendus in ſeptem partes, qua diuiſione facta facilè reperietur, vel filias habuiſſe integrã legitimam, vel ſaltem quid minimum defuiſſe, quod nõ erit tale vt poſſint arguere dotationem paternam minus congruam.

11 Secundo dato, quod in facto dos eſſet minor legitima, adhuc dicitur, opinionem illam, vt non poſſit eſſe minor legitima à pluribus erroneam reputari, quos allegat *Decian.* qui etiam eos ſequitur *in conſ. 17. n. 19. & ſeq. in 2.* & præſertim *Soc. conſ. 288. in 2. num. 15. cum ſeq.* impugnatis omnibus rationibus, quibus mouentur, qui tenent, dotem minorem legitima non poſſe conſtitui, *& ſub nu. 17. verſ. (quare viſum)* ait, viſum ſemper fuiſſe ſomnium, & maximum errorem dicere, bonum virum non poſſe arbitrari dotem legitima minorem.

12 Tertio, opinio, vt dos legitimæ ſit cõmenſuranda, nõ procedit in dote conſtituta filiæ à patre viuente, vt in caſu noſtro conſtitutæ fuere dotes ab Antonio patre in vita, quod tenent complures allegati à *Menoch. d. conſ. 149.* qui
13 reſpondet rationibus contrarijs, & † limitat, niſi pater tenuiſſimam dotem aſſignauerit, in caſu
14 cuius limitationis nos non verſamur. Ea † enim dos, quæ viſa eſt patri congrua, alijs non poteſt videri incongrua *arg. l. ſi furioſo puberi in fine ff. de curat. furioſ. Decius d. conſ. 26. num. 2. Decian. d. conſ. 17. nu. 16. in 2.* qui & alios allegat.

15 Quod etiam ſenſerunt ſtatuentes in *d. c. 66.* dum ſtatuerunt, filias à ſucceſſione patris, & aſcendentium excluſas congruè eſſe dotandas, ſi dotatæ eſſent, ſentientes, quod ſi dotatæ eſſent, non ſit tractãdum de congrua dote aſſignanda, cũ ſatis congruè dotatæ videantur, *Cocapan. inter conſ. Zuchardi conſ. 77. ſub nu. 25. ibi quando*
16 *autem dotatur à patre,* id enim quid de legitima dicitur procedit tantum in dote data poſt mortẽ patris, non in data eo viuẽte *Sim. de Prat. conſ. 138. nu. 47.* vbi adducit rationem diuerſitatis.

17 Quarto reſpondetur, dotem conſtituendam ad legitimam vſq; aſcendere debere, quando in terminis iuris communis quæritur; quæ dos ſit aſſignanda, vel in terminis illorum ſtatutorum, quæ licet excludant fæminas à ſucceſſione, non tamen excludunt à legitima, ſecus, quando ſtatuta excludunt à ſucceſſione, & legitima, primo .n. caſu conuenit, vt dos non ſit minor legitima, ne fæminæ per dotantem excludantur à portione iure naturæ debita, à qua non excluduntur à ſtatuto, altero verò caſu cum non habeant ius legitimæ, ſed tantum congruæ dotis, non eſt, vt congruitatem regulent ſecundum legitimam, ſed ſatis eſt, vt arbitrio boni viri pro modo congruo honeſtati perſonarum, dos conſtituatur, vt dicitur in *auth. res, quæ, & in corpore unde ſumitur C. com. delegat.* alias ſi ſtatutum excludens à legitima, & mandans poſtea excluſas dotari cõgruè, intelligeretur vſq; ad legitimam, ſibi con-
18 trariaretur. Nos † autem verſari in ſtatuto à legitima excludente, conſtat ex eo, quod pro conſeruatione domus, & familiæ, & propter maſculos (vt in eius principio dicitur) fæminæ excluduntur, & mandatur, eas dotari, & non excludũtur, quia ſint dotatæ, adeò vt dotatio excluſionẽ præcedat, vt egregiè ſcripſit *Paul. in l. Titio centum §. Titia genero ſub nu. 8. ibi (ego plures conſului) ff. de cond. & demonſt. Ceph. conſ. 5. nu. 68. & ſeq. in 1. Cocap. d. conſ. 77. nu. 10.* Dictaque doctrina *Paul.* benè ad propoſitum cõfert, quod dos non regulatur à legitima, quando dotata eſt excluſa à legitima, quia tenet, hoc caſu dotem recipere conditionem, & non deberi ante nuptum, ſecus verò alio caſu, quando filia non eſſet à legitima excluſa.

19 Tandem, nec illud omittendum puto, opinionem, vt dos non ſit minor legitima, nõ procedere in illis locis, & ciuitatibus, in quibus cõſuetũ eſſet conſtitui dotes ſecundũ qualitatem perſonarum, non aliter habita ratione ad legitimam *Brun. de ſtatut. exclud. famin. artic. 9. n. 35. Aym. conſ. 236. ſub nu. 3. Decian. d. conſ. 17. nu. 8. in 2. Aſcan. Clement. de pat. poteſt. effectu 11. nu. 30. Menoch. d. caſu 149. n. 38. Grattian. in decif. Marchiæ 27. nu. 7. Barz. decif. Bonon. 127. nu. 6.* qui ait, probationem requiri ex parte mulieris, ſ.

in

in ciuitate ſolitum eſſe commenſurare dotes legitimæ.

Ex his ſequitur, hæredes filiarũ Antonij, nec de iure communi, nec ex *ſtatuto Fani* ex perſona matrum earum poſſe petere aliquid complementum congruæ dotis.

Maximæ autem contra partem noſtram obſtare videtur aliud ſtatutũ ſub *Rub. 65*. quo declaratur, quod filia tũc intelligitur legitimè dotata per defunctum, vel alios aſcendentes, ſi legitimam habeat, & ſi eam non habet, dicitur poſſe petere eius ſupplemẽtum itaq; non videtur heſitandum in caſu, in quo adeſt ſtatutum clarum, & apertum, ſed illud ſequendum eſſet.

20 At pro declaratione huius ſtatuti animaduertendum puto, illud repugnare ſequenti ſtatuto *in c. 66*. in pluribus: Primo, etiam, quod fæmina ſit à defuncto dotata, permittit, vt aliquid petere poſſit.ſ. ſupplementum legitimæ, & permittit, vt de dotis legitimitate tractari poſſit etiam in muliere dotata: ſed ſtatutum ſequens nõ permittit, vt de congruitate dotis tractetur, niſi in caſu, quo mulieres non eſſent dotatæ.

Secundo ad cognoſcendam legitimitatem, & congruitatem dotis vult ſpectari, an dos ad legitimam aſcendat, At aliud vult, vt ad cõgruitatem dotis non ſolum patrimonij facultates ſpectentur, ſed etiam qualitas perſonarum, qua attenta ex ſententia *Doct.* dos poſſet eſſe maior, & minor legitima.

Tertio non admittit aliquod arbitrium dotãtis, ſed vult, vt dos prorſus legitimæ cõmenſuretur. Aliud verò id remittit arbitrio conſanguineorum, ſi vel à defuncto, vel à ſuccedentibus mulier non ſit maritata, vel dotata.

Quarto concedit petitionem ſupplementi legitimæ; Quod prorſus negat aliud ſtatutum, dum vult, vt conſtituta dote ſecundum formam ab eo præſcriptam, aliud peti non poſſit ratione legitimæ, vel alteriuſſ ſucceſſionis, & ita in eo, de quo nunc agitur ſtatuta ſunt prorſus contraria.

Quinto non tacitat primum ſtatutum mulieres dotatas, ſecundũ verò manifeſtè eas tacitat.

Tandem ſi legitimè mulier non ſit dotata, concedit primum, vt ſupplementum petatur: Aliud verò concedit, vt mulier retineat bona, quouſq; fuerit congruè dotata.

21 Hæ contrarietates horum ſtatutorum ſunt omnino conciliandę argumento *c. inter dilectos §. cæterum de fid. inſtrument. Alex. in l. 1. nu. 3. ff. ne quis eum, & ibi Iaſ. nu. 7. cum ſeq. idem Alex. conſ. 141. nu. 5. in 2. Dec. conſ. 602. (viſo puncto) nu. 5. & 6. Rota deciſ. 97. in princ. in prima parte nouiſſ.*

Ego tribus modis conciliari poſſe puto, primum ſtatutum declarat, tunc dotem eſſe legitimã, quando aſcendit ad legitimã, vt inde inferatur, nõ debere dotem legitimam excedere, & ſi nõ aſcẽderet ad legitimã, vult, vt petatur ſupplementum, non quidem ſimpliciter, ita vt dos non poſſit eſſe minor legitima, ſed vt caſu, quo diceretur, dotem non eſſe congruam ſecundum quantitatem patrimonij, & qualitatem perſonarum, iuxta formam ſequentis ſtatuti, vt tunc hæc allegata incongruitas dotis, ſi adeſt, emendetur per petitionem ſupplementi legitimæ, & non vltra, ita primum ſtatutum intelligitur in terminis ſecundi, & non contrariatur, ſecundũ quam intelligentiam ex primo ſtatuto tantum colligitur, poſſe peti ſupplementum legitimæ, quando datum pro dote nõ ſufficeret ad conſtituendam congruam dotem iuxta ſequens ſtatutum: ſed in caſu noſtro attento ſtatu Antonij, quãdo dotauit filias, numero filiarum, & qualitate maritorum dotes vtiq; erãt congruæ, imò tales in dubio te-
22 putandæ erant, niſi † doceretur de exceſſiua incongruitate *Rota deciſ. 268. p. 4. diuerſ.* ergo non erit locus petitioni ſupplementi legitimæ, quod prorſus denegatur à *ſtatuto ſub c. 66.* quando mulier non poteſt conqueri, quod non ſit legitimè, & congruè dotata, & hæc erit legalis conciliatio, ſecundum quam primum ſtatutum in-
23 telligetur iuxta ſecundum, cum † poſteriora maximè conferrant ad intelligentiam præcedentium *l. ſi ſeruus plurium §. fin. & ibi Iaſ. nu. 3. ff. de leg. 1. l. quaſitum §. fin. ff. de leg. 3. gl. vlt. in l. fin. §. cui dulcia ff. de vin. trit. oleoq; legat. Bald. in l. legatorum petitio §. vlt. in fin. ff. de leg. 2.*

Vel ſecundo ita cõciliari poſſunt, vt primum intelligatur, quando filia aliquo titulo habet legitimam, vt tunc ſatis dicatur legitimè dotata, & non poſſit amplius petere ſe dotari, ſed tãtum petat ſupplementum legitimę, ſi conqueratur legitimam integram non habuiſſe, Aliud ſtatutum procedit, quando datur dos, & de legitima nihil tractetur, vt tunc debeat eſſe congrua ſecundũ facultates, & perſonas, & ſi talis ſit, aliud non petatur pro ſupplemento legitimæ: Nos autem verſamur in hoc ſecũdo ſtatuto, non in primo, quia non fuit à D. Antonio filiabus relicta legitima, ita vt conſtaret, ipſum velle, eas habere integram legitimam, quæ illis ſeruiret pro dote, quo caſu peteretur ſupplementum ex primo ſtatuto, ſed verſamur in ſecundo ſtatuto, cum ab Antonio tempore nuptus fuerint conſtitutæ dotes, ideo intrat ſolum hoc ſecũdum ſtatutum, & quærendum eſt, an dos fuerit congrua tempore nuptus, id eſt congrua ſecundum formam dicti ſecundi ſtatuti, & nõ ſecundũ formã primi

Ter-

Tertio conciliari poſſunt hęc duo ſtatuta con-
ſideratis tribus caſibus.

Primus. quando pater non dotauit, ſed ab in-
teſtato decedens aliquid pro legitima reliquit
puta in codicillis, vel viuens legitimã aſſignauit.

Secundus, quando non dotauit, nec aliquid
reliquit.

Tertius eſt, quando pater viuens dotauit.

In primo caſu intrat primum ſtatutum, vt le-
gitimæ ratio habeatur, ideò dicitur, quod mu-
lier intelligatur legitimè dotata, ſi à defuncto
legitimam habuit.

In ſecundo caſu oportet videre, quam viam
eligunt illi, qui excludunt mulierem à ſucceſ-
ſione, aut volunt ei conſignare bona pro legiti-
ma, vt cum ea ipſa ſe dotet, & tunc, quia parere
eis debet via, quam elegerunt, oportet, vt con-
ſignent integram legitimam, & ſi minus conſi-
gnent, poterit peti ſupplemẽtum legitimæ, ita
procedit primum ſtatutum loquẽs etiam, quan-
do ab hæredibus excludentibus filiam defun-
cti ab inteſtato, legitima aſſignatur; Si verò eli-
gant viam dotandi, tunc intrat ſecundum ſtatu-
tum loquens de dote congrua, quę ſi ſecundum
eius formam ſit congrua, non poteſt peti ſupple-
mentũ legitimæ: In his duobus caſibus nos non
verſamur.

Tertius eſt caſus, quando pater viuẽs marita-
uit filiam, & ei dotẽ conſignauit, in quo nõ pro-
cedit primum ſtatutum nihil diſponens de dote
data à patre, ſed tantum de legitima aſſignata,
vel relicta à patre, nec ſecundũ loquens de con-
gruitate dotis conſtituendæ mulieri dotandæ
24 poſt mortem patris, ſed † caſus iſte remanet ſub
diſpoſitione iuris communis *l. commodiſſimè ff.
de lib. & poſthum.* & quia iſte eſt caſus noſter, ſe-
quendum eſt id, quid ius commune diſponit,
25 quod eſt, vt † conſideratio legitimæ non habea-
tur in dote à patre viuente conſtituta, vt antea
probaui, & egregiè tradit *Sim. de Prat. in conſ.*
26 *138. nu. 47.* tantum † in hoc caſu poteſt filia
conqueri de exceſſiua, & enormiſſima læſione
in dotando, & nihil præterea, vt per *Rotam d.
deciſ. 268.*

Et ſi hæ conciliationes non placerent, licet
ſint tales, quæ placere poſſunt, maximè hæc vl-
tima, quæ eſt ad mentem ſtatuentiũ; tunc opor-
27 teret dicere, ſtandum † eſſe ſecũdo ſtatuto, quod
contrarium primo in petitione ſupplementi le-
gitimæ ei derogare diceretur *Cin. in l. 2. C. de
teſtament. Ang. in l. in ciuile ff. de legibus Alex.
conſ. 141. nu. 4. in 2. Dec. conſ. 44. diligenter pro
tenus, ſub nu. 7. ibi (tertio ſtatutum.)*

Sed & ex abundanti additur, quod vbi etiam
Dominis aduerſarijs competeret ius petendi
ſupplementum legitimæ, vel de iure communi,
vel ex ſtatuto *ſub c. 65.* non eſſent de iure au-
28 diendi; quia † licet ius petendi d. ſupplementũ
29 duret triginta annis, & † non extinguatur quin-
quẽnio, vt querela inofficioſi teſtamenti *l. ſi quis
filium in fine C. de inoff. teſt.* vt tenent *Ang. in l.
Papinian. §. ſi conditioni ff. de inoff. teſt. Bal. conſ.
20. in fin. in 2.* & alij plures, quos citant addẽtes
ad *d. conſ. Alex. Balb. de præſcrip. in 4. part. 4. par.
princip. q. 23. & Tiraquel. ad l. ſi vnquam verbo
(reuertatur) nu. 396. C. de reuoc. donat.* qui teſtan-
tur de magis cõmuni contra *Bar. in d. l. ſi quis fi-
30 lium.* Tamen non videtur procedere hæc opinio
magis communis in propoſito caſu, in quo hoc
ſupplemẽtum petitur per modum querelę, quia
conqueruntur, filij ex perſona matrũ de incon-
grua dote, ideò conuenit, vt tale ius propoſitum
per modum quærelæ, ſcilicet, quod dos à patre
contra officium pietatis ſit conſtituta nimis te-
nuis etiam extinguatur quinquẽnio, vt extingui-
31 tur quærela inofficioſi teſtamenti, in † qua pari-
ter dicitur teſtamentum factum contra officium
pietatis *Inſt. de inof. teſt. in fine princip.*

32 Secundo, & melius reſpondetur, ius petendi
ſupplementum in eo, cui immediatè competit
durat triginta annis, ſed hæredi eius non com-
petit, ſi lapſum eſt quinquennium viuente filio,
cui immediatè competebat ius petendi ſupple-
mentum, quod expreſsè dicitur in *d. l. ſi quis fi-
lium in fine C. de inof. teſt.* quæ dum æquiparat,
vel quod ille, cui competebat querelã eam re-
pudiauerit, vel quinquennio tacuerit, vt ſcilicet
vtroque caſu hæres nihil petere poſſit, non tan-
tum ad quærelam refertur, ſed & ad petitionem
ſupplementi, de qua antea dictum fuerat; con-
33 uenit † enim, vt limitatio in fine poſita refera-
tur ad omnia præcedentia *l. tales ſcriptura §. 1.
ff. de leg. 1. cum vulg.* & hoc tenet *Angel.* vidend.
*d. l. Papinianus §. ſi conditioni ſub nu. 3. ibi (ſed re-
ſponde ad l. ſi quis filiũ.)* Ex hoc ſequitur, quod ſi
poſt dotationem filię vixerũt quinquẽnio, & non
petierunt aliquod ſupplementũ, vt morientes nõ
tranſmiſerint ad hæredes ſuos ius aliquod petẽ-
di d. ſupplementum, nimirum, quia magis cõis
opinio, vt tale ius duret triginta annis non pro-
cedit in hæredibus eorũ, quibus immediatè ta-
le ius competebat quinquẽnio lapſo, vt iam dixi
ex ſententia *Angel.*

Tandem ceſſat omnis difficultas, quia etiã, q
34 tale ius duraret triginta annis, vt † durãt omnes
actiones perſonales *l. 2. C. de condit. ex pec. cum ſi-
mil.* in caſu noſtro lapſum eſt tempus quadragin
ta, & pluriũ annorũ, vt mihi ſupponitur, & cum
filius Antonij non ipſe dotauerit, ſed eius pater
non conquerentibus filiabus habebat iuſtã cau-

ſam

tam credendi fuiſſe competenter dotatas, ita habebat bonam fidem, & multò magis eius poſteri ab eo cauſam habentes, qui nec nati, & fortè nec concepti erant tempore dotationis.

Ita vt non ſit dubitandum quin iuri petendi dictum ſupplemẽtum ſit legitimè præſcriptum.

Concludendum igitur, iniuſtam eſſe prætenſionem actorum, quia nec de iure communi, nec municipali competit ius, quod prætendunt. Et ex abundanti (dato, & non conceſſo) quod competeret, tempore, & taciturnitate ſublatum eſſet.

Laus Deo, & Virgini.

E. P. I. T. O. M. E.

Statutum Florẽtinum *ſub Rub.* 130. *Qualit. mulier ab inteſt. ſucced.* extantibus fratribus defunctæ perſonę excludit à ſucceſſione auiam.

Et nunquid intelligatur de fratribus conſanguineis tantum. Item an procedat in bonis ad defunctum peruentis à matre.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 Statutum Florẽtinum ſub Rub. 130. Qualiter mul. ab inteſt. ſucced. *excludit auiam à ſucceſſione exiſtentibus fratribus.*

Sed intelligitur de fratribus vtrinque coniunctis nu. 5.

Contra, quod intelligatur etiam de conſanguineis à nonnullis nu. 7. & ſeqq.

Quia ſimpliciter loquitur de fratribus, & ita continentur, etiam conſanguinei nu. 13.

Nam ſtrictè ſunt propriè fratres nu. 9.

Et cum ſtatutum ſit factum fauore agnationis, idē iudicatur de illis, ac de fratribus vtrinq; coniunctis nu. 10.

Et idem eſt, quando mater eſt excluſa per ſtatutũ, quia tunc non conſideratur vinculum cognationis nu. 11.

Multi tamen tenent vtrinque cõiunctum præferri conſanguineis tantum, etiam ſtante ſtatuto excluſiuo cognationis nu. 18.

Hocque ſtatutum in capite incluſiuo pariter comprehendit fratres vterinos nu. 15. & 34.

Et dum loquitur de ſororibus, intelligitur etiam de conſanguineis tantum nu. 14.

Intelligiturque, vt non excludat à bonis obuentis perſonæ defunctæ per matrem nu. 18.

Contra nu. 20. & ſeq.

2 *Statutum excludens matrem à ſucceſſione dicitur etiam excludere auiam.*

Quia in materia ſucceſſionum, ſi vinco vincentē te, multo magis vinco te. nu. 3.

Et dicitur factum tale ſtatutum pro conſeruatione bonorum in agnatione nu. 9. & 33.

5 *Fratres conſanguinei de iure communi ſuccedunt pariter cum defuncti vtrinque coniunctorum.*

6 *Auia, & mater de iure communi ſuccedunt vna cum fratribus vtrinq; coniunctis.*

16 *In claris non eſt opus coniecturis.*

Et quando verba ſunt clara, non datur quæſtio voluntatis nu. 17.

18 *Statuta excludentia à ſucceſſione ſorores propter fratres, vel fratres vterinos propter conſanguineos, non habent locum in bonis, quæ à matre peruenerunt.*

Quoniam in perſona excluſi bona materna conſtituunt vnum patrimonium, & paterna, vel aliunde quæſita aliud nu. 19.

Quæ bona pariter ſeparantur à iure communi in concurſu tranſuerſalium nu. 48.

Secus in concurſu aſcendentium, & tranſuerſalium nu. 43.

Et quando mater, & filij ſimul ſuccedunt nu. 23.

Et pariter quando ſuccedunt illi, qui ſunt in pari gradu nu. 38.

21 *Hæreditas matris diuiditur æqualiter inter filios.*

22 *Bona, quæ obuenerunt ex hæreditate fratris, qui ea habuit à matre, non dicuntur materna, ſed fraterna.*

24 *Negatiua præpoſita verbo poteſt denegat omnimodam potentiam.*

25 *Rubrica habens orationem perfectam poteſt allegari ad indicandam mentem ſtatuentium.*

26 *Statuentes non ſunt reprehendendi.*

27 *Verbum* ſuccedere *denotat vniuerſalitatem bonorum defuncti.*

29 *Si ſtatutum firmat regulam excipiendo aliquos caſus, in alijs caſibus ſtandum eſt regulæ ſtatuti, & non iuris communis.*

Quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis nu. 28.

Et caſus, qui veniunt in conſequentiam diſpoſitorum in ſtatuto non dicuntur omiſſus, ita vt vltimetur diſpoſitione iuris communis nu. 30.

Expreſſumque ſtatuto illud cenſetur, quod venit in conſequentiam expreſſi nu. 31.

32 *Extenſio intelligitur facta retentis qualitatibus diſpoſitionis extenſæ.*

35 *Aſcendentes à ſucceſſione excludunt fratres vno tantum vinculo coniunctos.*

36 *Statuta non accommodantur ad ea, quæ de raro contingunt.*

37 *Vna pars ſtatuti aliam declarat.*

39 Fulgoſ. conſ. 54. *in quibus terminis procedat.*

Et in quibus Caſtr. cõſ. 291. in 2. & conſ. 39. in 3. *Vid. nu. 40.*

Eo-

Eorumq; rationibus reſpondetur nu. 44. & 45.
42 *Ius nouum per antiquum diſtinguitur.*
44 *Quando ſtatutum correctorium iuris communis ſit reſtringendum, & quando non.*
45 *Statutum etiam aurum obſeruandum eſt.*

RESPONSVM LXXI.

Ne auferas Domine de ore meo verbum veritatis.

1 CLari, & aperti iuris eſſe exiſti-
mo *ſtatutum Florent. ſub Rub.*
130 *qualiter mulier ab inte-
ſtato ſuccedat*, diſponere, vt
exiſtentibus fratribus perſonę
defunctæ, auia materna non
ſuccedat. Etenim primo diſponitur, vt nulla
mulier poſſit ſuccedere filio (ita agitur de ma-
tre) exiſtentibus perſonis in ipſo ſtatuto com-
memoratis, inter quas etiam ponitur frater, re-
ſeruatis ei alimentis, & poſtea additur, *& totũ,
quod dictum eſt de matre, locum habeat etiam
in auia, & omnibus, & ſingulis attinentibus, vel
coniunctis cuilibet tam maribus, quam fœminis
deſcendentibus, per lineam maternam, ſeu ex la-
tere matris*, ita cõſtat, quod ſicut ſupra ſancitum
eſt, vt mater nõ ſuccedat exiſtentibus fratribus,
ita inferius diſponitur in auia, quæ expreſsè no-
minatur, & etiam compræhenditur ſub genera-
litate, dum ſtatutum loquitur de coniunctis per
lineam maternam.
2 Imò, etiam quod ſtatuto hoc non caueretur,
eo ipſo, quod cautum eſſet, fratrem excludere
matrem, idẽ intelligeretur diſpoſitum in auia,
quæ venit repræſentando matrem, cui ipſa ce-
3 deret, & † vulgare eſt in materia ſucceſſionum
illud, ſi vinco vincentem ſe, multo magis vinco
te, quod tenent *omnes in l. illam C. de collat. Bal.
ſub nu. 2. verſ. (not. in tex.) Fulgoſ. ſub nu. 2. verſ.
(ſecus autem) Caſt. nu 8. Alex. ſub nu. 7. verſ. (&
in hoc primo membro) Dec. nu. 13. Corn. nu 8. &
in conſ. 21. nu. 3. & conſ. 119. nu. 1. in 1. Soc. ſen.
conſ. 241. nu. 12. in 2. Ruin. conſ. 18. nu. 10. in 3.*
& poſt iſtos latè *Caphal. conſ. 470. in 4.*

Tota autem difficultas præſentis conſultatio-
nis ad duo puncta reducitur, primum eſt, an me-
moratum ſtatutum procedat in fratribus con-
ſanguineis tantum, quales ſunt Illuſtres DD. Vi-
ctorius, & Verius de Cerchijs, pro quibus red-
dendum mihi eſt conſilium. Secundum an hoc
ſtatutum procedat etiam in bonis peruentis ad
perſonam defunctam à matre filia huius auiæ,
cum qua nunc eſt contentio, nam de paternis
non eſt, quod dubitetur.

4 Quantum ad primum dubium attinet breui-
bus agendo, licet fortè cuique videretur reſpon-
dendum, ſtatutum hoc correctorium iuris com-
munis ſtrictè interpretandum, vt tantum conti-
neat fratres vtrinq; coniunctos; qui magis pro
priè videntur, & per prius dici fratres, cum alij
videantur dici fratres ſecundum quid ſ. conſan-
5 guinei, & per poſterius, quippe † qui tantum de
iure communi ſuccedunt in defectum vtrinque
coniunctorum *auth. itaque C. com. de ſucceſſ. §. 1.
Auth. de conſang. & vter. fratribus*, Et tanto ma-
gis, quod ſecundum hanc interpretationem mi-
nus læditur ius commune, ſi quidem auia, & ma-
6 ter excluduntur tantùm à parte, cum † de iure
communi cum illis concurrant etiam fratres
vtrinque coniuncti *auth. defuncto C. ad S.C. Ter-
tul.* quod ſi cõprehenderentur conſanguinei tã-
tum excluderentur in totum. Nota autem magis
ſunt illa vulgaria, ſtatuta correctoria ſtrictè inter
pretari, vt minus lædant ius commune, quam
quod opus ſit Illuſtriſs. D. Iudices grauare lon-
ga allegationum ſerie ad ea probanda.
7 Mihi tamen magis probatur, vt etiam de cõ-
ſanguineis fratribus ſtatutum ſentiat, cum de
8 fratribus ſimpliciter loquatur, & propriè † ita
ſint fratres conſanguinei, ſicut vtrinq; coniuncti;
illud. n. adiunctum conſanguinei additur ad dif-
ferentiam denotãdam, non ad improprietatem
*l. 1. §. 2. gradu ff. de grad. Soc. ſen. conſ. 1. nu 6. in 1.
conſ. vlt. nu. 2. in 2. & conſ. 25. nu. 4. in 3.* egregiè
*Belon. lib. 1. ſupputat. c. 14. nu. 2. Angel. Aret. in §.
1. in fine Inſtit. de leg. agnat. ſucceſſ.* Itaque at-
tenta proprietate ſermonis continebitur frater
conſanguineus tantum: Idem dicendum erit at-
9 tenta mente ſtatuentium, quæ † fuit conſeruare
bona in agnatione *Dd. in l. 2. § prætor ff. de in ius
voc.* latè *Brun. de ſtatut. exclud. fœmin. artic. 3.*
cum alijs citatis *à Carpan. ad ſtatut. Mediolanen.
10 c. 278. in princ. nu. 10.* in † quo caſu idem ex mẽ-
te ſtatuentium ſolet iudicari de conſanguineis,
quod iudicatur de vtrinq; coniunctis poſt *Bal. in
l. 1. nu. 3. C. de legit. hæred.* latè *Alba conſ. 81. in 1.
Bero. conſ. 143. in 2. Menoch. conſ. 187. in 2.* Et
11 quando mater eſt excluſa, quod non conſide-
rato vinculo cognationis ſtatutum intelligatur
idem ſentire de fratre conſanguineo tantum,
quod ſentit de vtrinque coniuncto *Gabr. conſ. 6.
nu. 1. in 1.* vbi teſtatur de magis communi opi-
nione *Surd. deciſ. 239. Magon. deciſ. Florent. 82.*
12 Et licet multi ſentiant, ſtante ſtatuto excluſi-
uo cognationis adhuc vtrinq; coniunctum præ-
ferri conſanguineo, vt per *Caph. conſ. 323. in 3.
Decian. conſ. 16. nu. 29. in 1. Rim. iun. conſ. 401.
in 4.* tamen nõ inficiantur, quin ſtatutũ loquens
ſimpliciter de fratribus etiam compræhendat

con-

conſanguineos tantum, alias non eſſet, quod diſputarent, an cum vtrinque coniuncto concurrerent.

13 Et in puncto, quod ſub ſtatutis ſimpliciter de fratribus loquentibus etiam includantur fratres ex vno duntaxat latere coniuncti tenent *Bal. cōſ. 205. in 4. Rom conſ. 411. nu. 5. & 6. Afflict. ad conſt. Neapol. lib. 3. Rub 14. nu. 1. Iaſ. in l. tres fratres nu. 18 ff de pact. & in conſ 67. col. 2. verſ. (confirmo etiam) in 1. Menad. deciſ. 36. nu. 9 Capra conſ. 8. Ruin. conſ. 28. nu 1. & nu. 11. in 3.* Et

14 in puncto ſtatuti noſtri, quod quando loquitur de ſororibus, quod loquatur æqualiter de conſanguineis, & vtrinque coniunctis *Ant. Cieph. cōſ. 8. à princ. vſq; ad nu. 5.*

15 Si enim tenemus cum *Soc. ſen. in conſ. 1. in 1.* in ſtatuto iſto, & *in conſ. vlt. in 2.* in ſtatuto Aretij ſimili, vt dum dicitur de fratribus etiam vterini tantum includantur, maioritas rationis dictat, vt idem dicatur de fratribus conſanguineis tantum.

Quæ verò contra adducebantur, parum obſtant vti procedentia in dubio, non in caſu, in
16 quo verba ſunt clara, adeò † vt opus non ſit confugere ad coniecturas *l. continuus §. cum ita in fin.*
17 *ff. de verb. oblig.* & † cū ipſa verba ſatis ſint clara, non datur quæſtio de voluntate ſtatuentium argum. *l. ille, aut ille §. cū in verbis ff. de leg. 3.* cum pluribus vulgatis, & ſimilibus, q̃ mihi facile eſſet cumulare, ſi exiſtimarem, opus eſſe probare attendendam eſſe mentem ſtatuentium etiam ad auctionem correctionis ſumptam ex verbis.

18 Succedit modo ſecundum punctum propoſitæ conſultationis, an ſ. memoratum ſtatutum etiā procedat in bonis peruētis à matre ad defunctā perſonam; in quo prima cōſideratione aliquam dubitationem facere poſſet, qđ ſtatuta diſponētia, vel ſorores à ſucceſſione excludi à fratribus, vel fratres vterinos à cōſanguineis, nō p̄cedere in bonis maternis ſcripſerunt viri non ſpernendæ authoritatis *Fulgoſ conſ 54. Paul. in auth. itaque nu 2. C. com. de ſucceſſ. in conſ. 291. in 2. & conſ. 39. in 3. Rom. conſ. 40. nu. 6. Ruin. conſ. 2. nu. 8 in 3. Rub. Alexand. conſ. 145. nu. 6. Albert. Brun. de ſtat. exclud. famin. artic. 8. q. 15. nu. 55. & artic. 12. q. 18. verſ. (qua opinio) nu. 59. Gabr. conſ. 6 nu. 7. in 1.* Vnde ſicut in eo ſtatuto excluſio non extenditur ad bona materna, nec videtur in hoc ſtatuto extendi. Maximè, quia applicari videntur rationes, quibus illi *Dd.* mouentur, quod ſtatutum vti correctorium iuris communis, quando aliquid operatur in cæteris reſtringitur, quoad fieri poteſt, vt minus lædatur ius cōmune, & quia iniquum prorſus, & impium eſſet, quod ſoror, vel frater vterinus excluderentur à fratre cōſanguineo, qui reſpectu bonorum maternorum nullam cum ſorore, vel fratre vterino videtur habere coniunctionem, vt hæc omnia
19 pluribus ab ipſis probantur addendo, † in perſona excluſi bona materna conſtituere vnum patrimonium, & paterna, vel aliunde q̄ſita aliud *argumento l. 1 & 2 ff de milit. teſt. & l. de emancipatis C. de legit. hæred.*

20 Quibus tamen minimè obſtantibus ego ſentio, auiam nihil prætendere poſſe, & omnia bona ad fratres conſanguineos D. Humilianæ pertinere, etiam quod obuenerint à matre, vel aliquo per matrem coniuncto, excluſa prorſus D. Conteſſina auia materna d. D. Humilianæ.

Prius tamen obſeruandum puto, quod ſi bona Franciſcæ filiæ D. Conteſſinæ obuenerunt æqualiter Humilianæ, & Franciſcæ iuniori, vt
21 obuenire debent *l. 1. C. de bon. matern. §. 1. Auth. de hæred. ab inteſt. ven. & §. 1. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deſer.* & poſtea per mortē d. Franciſcæ iunioris bona, quæ erant Franciſcæ matris obuenerint Humilianæ ſorori vtrinq; coniunctæ, de
22 iſtis bonis non eſſet dubitandum, quod fratres conſanguinei illa haberent auia excluſa, quia licet primam originem habeant à matre; ad Humilianam tamen non peruenerunt vti bona materna, ſed potius vti bona agnationis, cum Franciſca fuerit Humilianæ agnata *Alex. conſ. 198. num. 5. & ſeqq. in 6.* & in hoc vlterius non inſiſto, tum quia mihi non ſatis conſtat de facto, tum etiam, quia inſtituti mei erit oſtendere, quod etiam quando bona dici poſſunt propriè materna, Conteſſina auia remanet excluſa.

Id ergo probo varijs modis ponderando ſtatutum noſtrum, & primo dum *in princ.* excludit matrem à ſucceſſione filij exiſtente fratre perſonæ defunctæ ſuppono, ipſam indiſtinctè excludi ab omnibus bonis, nec fieri diſtinctionem inter paterna, & materna, idque probo primò,
23 quia † dum de ſucceſſione agitur inter matrem, & filios ſuos de iure communi non ſit bonorum diſtinctio *Aym. conſ. 176. Boer. deciſ. 185. in princ. Franch. deciſ. 59. n. 6. Couar. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 7. verſ. (porro)* ideo quando ſtatuto cauetur, vt filij, & fratres perſonæ defunctæ excludant matrem, non poteſt accommodari bonorum diſtinctio, quæ non erat à iure communi cognita, ſed potius erit ſentiendum, ſtatutum excludere matrem ab illis bonis, ad quæ vocabatur de iure communi, ita arguit *Soc. ſen. conſ 89. ſub nu. 5. verſ. (ſecunda iſta opinio) in 4.*

Secundo hoc ipſum probo, dum ſtatutum ait *nulla mulier poſſit ab inteſtato ſuccedere filijs,*
24 *vel filiabus defunctis,* in † quibus verbis negatiua eſt præpoſita verbo *poteſt*, & proinde dene-

gat omnimodam potentiam ſignificando tota-
lem impoſſibilitatem ſaltem de iure,& in diſpo-
ſitione legis *Dd.in l.1.in princ. ff. de verb. oblig.*
vbi Iaſ.nu.2.& in l.Gallus in princ.vbi idem Iaſ.
n.19.& ſeq ff.de lib.& poſthum.& in l.nemo po-
teſt ff. de leg.1. ſignificatur igitur,matrem eſſe
omnimodo impotentem ad ſuccedendum filijs,
ſi eſt omnimodo impotens, ergo etiam ratione
bonorum maternorum,hoc eſt peruentorum ad
filium occaſione alicuius ei coniuncti à latere
ipſius matris.

25 Tertio conſidero *Rub.ſtatut.* quæ licet non
habeat orationem perfectam ſaltem poteſt alle
gari ad indicandam mentem ſtatuentium *Doct.*
omnes in l.1.ff ſi cert.pet. latè *Menoch.præſumpt.*
2.in 6. dicens inficiari non poſſe,quin ex *Rub.* ſta-
tutorum coniectura,& præſumptione aſſequi va-
leamus,quid ſtatuẽtes ſenſerint:Atqui huic ſtatu
to præponitur *Rub. qualiter mulier ab inteſtato*
ſuccedat, ergo indicatur,in nigro ſtatuentes vel-
le referre caſus,in quibus mulieres,& præſertim
matres filijs ſuccedũt,referunt in vno caſu dun-
taxat ſuccedere ad conſequenda alimenta,& in
alio caſu,vt poſſit ſuccedere in quarta parte, ni-
hil autem dicitur de bonis peruentis ad filium
ex linea, & conſanguinitate ipſius matris, ergo
ad talia bona non dicitur ſuccedere mater, alias
26 contra *l. Saluius Ariſto ff.de leg.præſtand.* eſſent
repræhendendi ſtatuentes, quod profiteantur
ſtatuere,qualiter mater,vel mulier ſuccederet,&
tamen,ne verbum quidem habuerint de ſucceſ-
ſione maternorũ ſpeciali ſpecificatione egente.

27 Quarto non eſt omittendum,ſtatutum exclu-
dendo matrem vti verbo *ſuccedere* ibi *nulla mu-*
lier poſſit ab inteſtato ſuccedere, denotante vni-
uerſalitatem quandam aptam complecti omnia
bona defuncti vndecunq; prouenientia *l.1.ff. de*
petit.hæred.& l.lege obuenire ff de verb. ſign. igi-
tur excludit matrem ab omnibus bonis cuiuſcũ-
que qualitatis, vt ex *Corn.Bal.Angel.Salicet.Ber-*
trand. & alijs copioſè citatis firmat *Ceph. conſ.*
470. nu. 36.in 4.

Quinto in ſtatuto ponitur diſpoſitio vniuerſa-
lis negatiua,quod filio nulla mulier ſuccedat,cui
diſpoſitioni adduntur duæ exceptiones, vna, vt
alimenta pretendere poſſit, altera, vt alio caſu
28 quartam petere poſſit, non reperitur in exce-
ptionibus aliquid dictum de bonis prouentis ex
latere matris, ergo illa non intellingentur exce-
ptuata, ſed remanebunt ſub vniuerſali prohibi-
tione *c.qui ad agendum de procurat. in 6. Dec.in*
l.3.n.31 ff.de reg.iur. Afflict.decif.298.Bal.in l.
29 *1.§ ſed excipiuntur ff.de ferijs*,qui loquẽs in ſta-
tutis habet hæc verba, *aut ſtatutum procedit vl-*
terius faciendo quaſdam exceptiones, tunc dico,
quod non habebit locum ius commune,quia in ca-
ſibus in ſtatuto non exceptis debemus ſtare ſtatu-
tis, non iuri communi &c. ergo in propoſito in
bonis maternis non exceptuatis non intrabit ius
commune,ſed potius prohibitio generalis ſtatu-
30 ti;ille n.caſus, qui venit in conſequentiam di-
ſpoſitorum in ſtatuto,non dicitur omiſſus, ita vt
in eo intret regula *l.commodiſſimè ff. de lib.& po-*
ſthum. §. vt remaneat ſub diſpoſitione iuris cõ-
munis *Rim.ſen.conſ.187 ſub nu.22. verſ.(ad ſe-*
cundum)in 1.Bero.conſ.143.ſub nu.20.verſ (nõ
31 *obſtat)in 2.*& ſolet dici,expreſſum illud cenſeri,
quod venit in conſequentiam expreſſi *Aret. in l.*
ſi in teſtamento nu.2 ff.de vulg.& pupil.Dec in l.
humanitatis n.7.C.de impub.& al.ſubſtit. Fel. in
c. ſuper quæſtionum in princ.ſub nu.3.verſ.illud
dicitur de offic.delegat. Et hoc, quod dicitur de
exceptione præſertim procedit in hoc caſu, in
quo ſunt in exceptionibus poſita verba taxatiua,
& reſtrictiua,vt eſt dictio *tantum*, & verba illa,
quod mulier plus petere non poſſit.

Suppoſito igitur, quod in matre excluſio ſta-
tuti intelligatur generaliter in quibuſcunq; bo-
nis, cum ſtatuentes diſpoſitum in matre ad auiã
extendant dicendo, *& totum, quod dictum eſt*
32 *de matre locum habeat etiam in auia* facta in-
telligetur extenſio retentis qualitatibus diſpoſi-
tionis extenſæ *l.ſed & ſi manente ff.de precario l.*
lecta,vbi id notat *Iaſ.nu.8.ff. ſi cert.pet.* conſimi-
les *tex.* allegat *Alex.in l.2.§.& poſt operis nu.14.*
ff.de oper.non.nunc.

Aliquæ ex conſiderationibus pręcedentibus,
quibus oſtenſum fuit,matrem indiſtinctè repel-
li etiam ſeruiunt in auia vltra argumentum ex-
tenſionis.

33 Addi etiam poteſt,ſtatutum iſtud totum fun-
datum eſſe in fauore agnationis,vt communiter
tenetur fundata eſſe ſimilia ſtatuta latè *Albert.*
Brun.de ſtat.exclud.famin.artic.3. cum alijs ci-
tatis à *Carpan.ad Stat.Mediolanẽ.c.278 in princ.*
& dixi ſupra, in punctoq; huius ſtatuti tenet *Cio-*
fius d.conſ.8.nu.15. ergo non erit illud patri-
monium, quod in perſona defuncti erat vnum,
diuidendum, ita vt ſeparentur bona paterna à
maternis, vt fere in puncto ſcripſit *Bal.conſ.30.*
nu.4 in 1.

Conſtatq; etiam de intentione ſtatuentium,
quod voluerint matrem, & auiam excludere et-
34 iam à maternis bonis, ſi ſequimur conſultatio-
nem *Soc.ſen.in conſ.1.in 1.* tenentis, quod dum
ſtatutum noſtrum diſponit, vt fratres excludant
matrem, & auiam, quod etiam includat fratres
vterinos, qui vterini dubio procul eas excludũt
35 à bonis maternis contra ius commune,quod nõ
admittit, vt fratres vno tantum vinculo coniun-

cti

cti excludant aſcendentes *d. auth. defuncto C. de legit. hæred.*

Fortiuſq; intentio ſtatuentium transferendi
etiam bona materna ad fratres conſanguineos,
& ad agnationem colligitur ex eodem ſtatuto
in §. fratres verò, in quo diſponitur, vt fratres vte-
rini, & alij nati ex linea fœminina non poſſint
ſuccedere fratribus vterinis exiſtente aliquo cō-
iuncto ex linea patris, non poteſt hoc ſtatutum
loqui de ſucceſſione in bonis paternis, quia in il-
lis clarum eſt, fratrem vterinum nullum ius ha-
bere, & ideo vanum eſſet ſtatutum, non eſt etiam
credendum loqui tantum in bonis aliunde quæ-
36 ſitis, quia † cum rarò id contingat, ad ea tantum,
quæ rarò contingunt non eſt credendum ſtatu-
tum accommodatum fuiſſe *l. nam ad ea ff. de le-
gibus*. Et cum in hac parte ſatis euidenter appa-
reat, ſtatuentes fratres conſanguineos etiā vo-
care ad bona materna, dicendum erit, eundem
ſenſum eos habuiſſe in priori parte eiuſdem ſta-
tuti, dum matrem, & auiam excludunt; quia
37 vna pars ſtatuti aliam declarat *l. verū, vbi Bart.
ff. de petit. hæred. Dec. in conſ. 553. incip. in ciuita-
te Lucana nu. 8. Rim. iun. conſ. 228. nu. 63. in 2.*

38 His etiam accedat, quod licet frater ſit de-
functæ perſonæ in ſecundo gradu, & auia ma-
terna pariter in ſecundo gradu, tamē ſtante ſta-
tuto præferente fratrem conſtat, ipſum fratrem
poni in primo gradu, & auiam in ſecundo gradu
remanere, ex quo ſequitur neceſſaria conſequē-
tia ſecundū terminos iuris cōmunis, quod nulla
ſit conſideranda bonorum diſtinctio, eo quod
non eſt cōſiderata inter eos, qui non ſunt in pari
gradu, vt poſt *Cin. Caſt. Bar. Iaſ. & Neuiz.* tradit
Theſaur. deciſ. Pedemont. 27. nu. 4.

His pro hac opinione ex ſententia mea veriſ-
ſima conſtitutis non obſtant modo, quæ ex ad-
39 uerſo adduci poſſent, & † primo quantum attinet
ad *conſ. Fulgoſ.* aduertendum puto, in eo tracta-
ri de filio vnius mulieris, quæ non erat excluſa,
quia non erat dotata, ideo cum nō fuerit mulier
excluſa, nec conueniens erat, quod filius illius
mulieris excluſus eſſet, qđ ibi conſiderat *Fulgoſ.
ſub nu. 3. & Imola in ſubſcriptione illius cōſilij*, ſed
in noſtro caſu conſtat, matrem Humilianæ ex-
cluſam eſſe, ergo & auia Humilianæ coniuncta
per matrem: præterea in caſu *Fulgoſij.* ſtatutum
habebat verba denotantia tractari de hæredita-
te maſculorum, & deſcendentium ab eis, ponde-
rata ab eo *ſub nu. 2. verſ. (in oppoſitum)* quæ non
adſunt in caſu noſtro, cum ſtatutum loquatur ge-
neraliter, imò ex pluribus colligatur, etiam ſen-
ſiſſe de bonis lineæ fœmininæ, quę omnia benè
ponderantur ad declarandos terminos *d. conſilij
à Bruno de ſtat. exclud. fœmin. art. 8. q. 15. n. 3. a*

40 Ad *conſilia* autem *Paul. Caſt.* præterquam
quod ſunt reprobata ſubtilibus rationibus à *So-
cin. ſen. conſ. 89. in 4. Ant. Raſello de ſucceſſ. ab in-
teſt. n. 167. & ſeq. Couar. in epitom. de ſucceſſ. ab
inteſt. ſub nu. 8. propè nu. 9.* Etiā pro reſponſione
dici poteſt, cōſiderandum eſſe, ipſum cum alijs,
qui illum ſequuntur, loqui inter fratres, hoc eſt,
quod à fratribus conſanguineis tantum non ex-
cluditur frater vterinus a bonis maternis, nos ve-
rò quærimus, an auia excludatur à maternis per
fratres conſanguineos perſonę defunctæ, ita in
concurſu fratrum, & auię, inter quos caſus eſt di-
41 uerſa ratio, quia † in concurſu tranſuerſalium
ius commune ſeparat bona paterna à maternis
*Dd. in d. auth. itaq; C. com. de ſucceſſ. & in auth.
poſt fratres C. de legit. hæred. Tiraquel. de retract.
lignag. §. 14. gloſ. 2. nu. 4.* ideo ſtatutum præferēs
conſanguineum, vterino poteſt, vt minus corri-
gat, recipere interpretationem, vt tantum pro-
cedat in paternis retenta diſtinctione patrimo-
42 niorū facta à iure cōi, & † etiam quia ius nouum
per antiquum diſtinguitur *l. ſcianum vbi Ang. ff.
qui ſatiſd. cog. iunct. auth. offeratur C. de lit. conte-
43 ſtat.* In † concurſu verò tranſuerſalium, & aſcen-
dentium ius commune non facit hanc bonorum
diſtinctionem *Aym. conſ. 176. cum alijs ſupra ci-
tatis*, ideò nō eſt, quod ſtatutum noſtrum ad pa-
terna tantum reſtringatur, & ita termini *conſ.
Caſt.* ſunt a noſtris diuerſi.

Nec rationes, quibus præcipuè mouentur
Fulg. & Caſt. aliquid obſtant; illa. n. quod ſtatu-
44 tum vti correctorium ſit reſtringendū procedit
in dubio, non quando ſtatutum manifeſtè dero-
gat iuri cōmuni, & generaliter loquitur, adſunt-
que coniecturæ ſuadentes, ipſum intelligendum
eſſe generaliter, & quando in conſequentiam
expreſſi venit correctio, in quibus caſibus nos
verſari antea probaui, tunc. n. ſtatutum corre-
ctorium non reſtringitur *Ruin. conſ. 32. num. 14.
in 3. Rim. ſen. conſ. 187. nu. 28. in 1. Capra conſ.
8. num. 9.*

Non obſtat, quod iniquitas reſultaret, quia
non poteſt dici neq; impium, neq; iniquum id,
quod introductum eſt fauore agnationis, & mi-
nus in hoc caſu, in quo per ſucceſſionem bona
hæc videntur potius Humilianæ, quam Franciſcæ
ſuæ matris, & fortè fuerūt bona dotalia, vel alia,
quæ ipſa Franciſca habuit à domo D. Franciſci
Zacheria patris ſui, potius quam à Conteſſina
matre, vel ab aliquo coniuncto ex familia de
Guidettis. Et in omnem euentum quocunq; mo-
do res ſe habeat, non oritur impietas aliqua, &
45 ſi oriretur, ſufficeret dicere, ita ſtatuto cautum
fuiſſe *l. proſpexit ff. qui & à quibus.* Nec eſt, quod
in propoſito conſideretur diuiſio patrimoniorū,

 quia-

quia nec de iure communi inter tranſuerſales,& aſcendentes conſideratur, vt prius probaui. Cõcludo igitur Illuſtres DD. Victorium,& Verium de Cerchijs in ſucceſſione bonorum relictorum ab Humiliana præferrendos Conteſſinæ, & ita iuris eſſe dico.

Laus Deo,& Virgini.

EPITOME.

Excluſis à ſucceſſione per ſtatutum fœminis dotatis propter maſculos, quo tempore requiratur dotatio, ad intelligentiam ſtatuti Regij *lib.2.ſub Rub.qui ſucced.debe. ab inteſt.*

Statutum eiuſdem Ciuitatis ſub *Rub. quod mul. dotat.nõ poſ.haber.regreſſ.ad bon.patern.* mandans filiam dotatam à fratre de bonis aſcendentium non habere regreſſum ad bona eorundem aſcendentium multipliciter declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Filij ante omnes ſuccedunt parentibus.*
Tàm maſculi, quam fœminæ nu.2.
A qua ſucceſſione non conuenit excludere fœminas per coniecturas nu.3.
4 *Quando ſtatutum excludit à ſucceſſione fœminas dotatas propter maſculos, oportet, vt tempore ſucceſſionis ſint dotatæ.*
Quia qualitas debet adeſſe tempore verbi nu.5.
Et præſertim in filia, quæ eſt ſua hæres, ſufficit capacitas ſucceſſionis tempore, quo illa defertur num. 6.
Nec ſatis eſt, quod poſt tempus ſucceſſionis fœmina excluſa dotentur nu.7.
Secus eſt, quando ſtatutum fœminam excludit,& mandat eam dotari nu.16.
Et dicitur dotata, quando in teſtamento illi relicta eſt dos nu.10.
Dũmodo relinquatur purè, non ſub conditione nuptiarum nu.19.
Taleque relictum ſit collatum in tempus habile ad excludendum nu.18.
Et ſtatutum excludat dotatam, nõ eam, cui ſit dos data nu.14.
9 *Filius intelligitur quaſi quodãmodo Dominus bonorum paternorum eo reſpectu, vt non adire, ſed ſe immiſcere dicatur in hæreditate patris.*
11 *Bona, quæ habuit filius ex hæreditate patris non amplius dicuntur patris, ſed patrimonium filij.*
Ad effectum tamen vt dicatur proprium patrimonium neceſſe eſt, vt ſe immiſceat in ipſa patris hæreditate nu.13.
15 *Fœmina ſi per ſtatutum excludatur duobus concurrentibus, vno deficiente non excluditur.*
20 *Legitimum illud dicitur, quod à lege communi recipitur.*
21 *Dos non debet eſſe minor legitima, niſi ſit data à patre, vel ſtatutum diſponat, vt fœmina ſit contenta dote data.*
22 *Statutum, quod mandat fœminas excluſas à bonis aſcendentium dotari de ijſdem bonis eſt conforme iure communi.*
Et intelligitur de huiuſmodi bonis immediatè, non propter illa nu.12.
Dotatioq; debet eſſe in totum de illis bonis, non pro parte, & pro parte de alijs bonis nu.23.
24 *Statuta excludentia fœminas in capite excluſiuo ſunt odioſa, & ſtrictæ interpretationis.*

RESPONSVM LXXII.

Ne auferas Domine de ore meo verbum veritatis.

Apertiſſimis iuris communis deciſionibus innititur intẽtio Ill. D. Iuliæ Calcaneæ ſuccedendi pro virili ad hæreditatem patris iã quatuor ab hinc annis ab inteſtato defuncti: filio-
1 rum † enim primam eſſe ſucceſſionis cauſam legitur in §.1. *Inſt.de hæred.quæ ab inteſt.defer.* &
2 §.1. *de hæred. ab inteſt. ven.* nulla † habita ſexus differentia *l.maximum vitium C.de lib. præterit. §.cæterum verſ.(ideo nos) Inſt.de legit.agnat.ſucceſſ. auth. in ſucceſſione C. de ſuis, & legit. Corn. conſ. 49. nu.1. in 1. Mynſing. conſ.10. num.10. Natta conſ.74. in princ. Honded. conſ.29. nu. 1.*
3 *in 1. Euerard.iun.conſ.29. nu.1. in 2.* A † qua hæreditate non conuenit temerè, & per coniecturas ipſam filiam excludere *Alciat.conſ.71.incip.lecto conſilio nu.21. lib.9. Burſat. conſ.300. nu.54.in 3.* qui allegant *Bal.in l. ſi defunctus C. de ſuis, & legit.* id apertè ſentientem *ſub nu.3.*

Difficultas tota reddigitur ad duo *ſtatuta inclitæ ciuitatis Regij in lib.2.* primum *ſub Rub. qui ſucced.deb. ab inteſt.* alterum *ſub Rub. quod mul. dot.non poſſ. hab.regreſſum ad bona pater.* An his ſtatutis D. Iulia priuetur ſucceſſione iuris communis.

Breuiter, non priuari arbitror, nã quod ad primum ſtatutum attinet, illud ait, ſtatutum eſſe vt cuicunq; decedenti ab inteſtato prima cauſa ſucceſſionis ſit filiorum, & aliorum deſcendentium maſculorum, excluſis filiabus, & deſcendentibus fœminis, legitimè tamen dotatis, opor-
4 tet † igitur, vt qualitas dotationis adſit tempore, quo

quo datur locus primæ cauſæ ſucceſſionis eius,
qui ab inteſtato decedit, & ita tempore mortis
patris, & delatæ ſucceſſionis, cum oporteat, vt
fundans ſe in ſtatuto qualificato probet qualita-
tem adeſſe *Bar. in l. 1. §. quod autem ff. ne quid in
flum. publ.* & *Nattacon. cõſ. 453. nu. 2. & conſ. 474.
nu. 38. Sim. de Prat. conſ. 42. nu. 9.* & oportere
probare hanc qualitatem adfuiſſe tempore, quo
datur aditus ipſi ſucceſſioni, & quando præten-
5 dit maſculus fœminam excludere; ad huiuſmo-
di n. tempus refertur in hoc ſtatuto hæc quali-
tas, ideo opus eſt probare eam adfuiſſe hoc tem
pore *l. in delictis. §. ſi extraneus ff. de noxal. act. l.
ſi Titius ff. de teſtament. milit. l. Mela in princ. ff.
6 de alim. & cibar. legat.* & † præcipuè in filia ſua
hærede, in qua conſiderandum eſt tempus de-
lationis, ſufficitq; vt eo tempore adſit habilitas,
& capacitas ſucceſſionis *l. 3. §. liberi ff. de bon. poſſ.
contra tab. l. ſi quis filio exhæredato in princ. ff. de
iniuſt. rup. & irrit. fact. teſt. l. 2. §. proximum ff. de
ſuis, & legit. & §. ea demum Inſt. de hæred. quæ ab
7 inteſt. defer.* nec † ſufficit, q͛d filia capax ſucceſ-
ſionis tempore delationis poſtea dotetur, quia
dotatio non poteſt tollere ius iam quæſitum, &
facere deſinere eſſe hæredem illam, quæ ſemel
hæres fuit *l. fin. ff. vnde lib. l. 3. §. ſi emancipatus
il 2. ff. de bon. poſſ. contra tab. & l. ei, qui ſoluendo
ff. de hæred. inſt. l. & ſi fine §. ſed quod Papinianus
ff. de minor.* Et his, alijſq; rationibus adductis hoc
tenent *Bar. conſ. 31. incip. quidam deceſſit inteſta-
tus Anchar. conſ. 300. Abb. conſ. 107. ad fin. in 2.
Paul. conſ. 25. nu. 10. in 3. Alex. conſ. 151. nu. 1.
in 2. conſ. 48. nu. 1 conſ. 83. nu. 10. in 3. & conſ.
162. nu. 2. in 6. Curt. ſen. in addit. ad cõſ. 27. Dec.
conſ. 587. incip. in cauſa, quæ ſub nu. 9. & conſ.
684. incip. conſului alias Corn. conſ. 75. in 1. conſ.
96. in 2. conſ. 60. in 3. & conſ. 300. in 4. Soc. ſen.
conſ. 42. in 4. Soc. iun. conſ. 5. in 2. Nattaconſ. 74.
nu. 1. & conſ. 581. in 1. dubio Bec. conſ. 112. nu.
20. Surd. conſ. 100. ſub nu. 9. in 1. Bal. in l. ſi plu-
res ſub nu. 29. C. de condit. inſert. Georg. Nat. de
ſtatut. exclud. fæm. in q. 10. 2. quæſt. principalis
nu. 49. Albert. Brun. in cod. ſtatuto artic. 6. in 4.
caſu q. 16. n. 266.* Ita vt non ſit dubitandũ, quin
hæc ſit vera, & communis opinio, prout eam ve
ram dixit *Soc. iun. d. conſ. 5. in 2. ad fin.* & com-
munem *Bec. d. conſ. 112. Mandoſ. ad conſ. Rom.
442. ſub litera D. Rip. in l. ex facto nu. 32. ff. de
vulg. & pupil.* & pro qua reſolutum fuit in *Rota
Marchiæ Medic. deciſ. 42.* ſed ſupponitur in fa-
cto, tempore mortis patris D. Iuliã nullo modo
dotatam fuiſſe, ergo ei non obſtabit hoc ſtatu-
tum, quominus iuſtè prætendere poſsit ſucceſ-
ſionem paternam.
8 Præcipuè, quia licet aliqui reperiantur tenẽ-
tes ſufficere ſi iũ dotari poſt mortem eius, à cu-
ius ſucceſſione excluditur, præterquam quod lo-
quuntur contra communem, id tenent extra ter-
minos noſtros, vel quando agitur de ſucceſſio-
ne materna, quo caſu filia non eſt ſua, ita vt in
ea conſideretur neceſſariò qualitas tempore de-
lationis, & ita conſuluit *Rom. conſ. 442.* vel quan-
do ſtatutum permittit, dotem non aſsignatam
poſſe offerri poſt mortem; *vt Cant. conſ. 7. in 1.
dubio in vol. 2.* vel idem ſtatutũ permittit expreſ-
sè dotari poſt delationem, vt in caſu *Ruin. conſ.
65. in 3.* Quod non permittit hoc primum ſta-
tutum, ſed abſolutè dicit, primam cauſam ſuc-
ceſsionis eſſe filiorum maſculorum excluſis fæ-
minis legitimè tamen dotatis, ita potius ſentit,
dotationem adeſſe debere tempore, quo fœmi-
næ excluduntur, quod contingit tempore, quo
pater moritur, & maſculi obtinent primam cau-
ſam ſucceſsionis.

Pluſculum autem dubitationis eſſe videtur in
alio ſtatuto ſub *Rub. q̃ mulier dotata &c.* q͛d per-
mittere videtur fœminam dotatam & poſt mor-
tem patris excludi, dum diſponit, vt mulier do-
tata a fratre de bonis aſcendentium non poſſit
habere regreſſum ad bona dictorum aſcenden-
tium, vtiq; non datur caſus, quo frater dotet ſo-
rorem de bonis patris, niſi poſt eius mortem,
cum eo viuo nullũ ius nec ſimplicis adminiſtra-
9 tionis habeat in bonis patris, licet † eorum in-
telligatur quaſi quodammodo dominus, eo re-
ſpectu, vt non adire, ſed immiſcere dicatur *l. in
ſuis ff. de lib. & poſthum.* ergo permittit ſtatutum
dotationem poſt mortem patris, & ita ſatis erit
ad excluſionem, quod D. Iulia ſit dotata à fra-
10 tre poſt mortem patris, & † ſatis dicitur dotata,
cum ei fuerit in teſtamento dos deſtinata *Bar. in
l. Titio centum §. Titio genero nu. 6. ff. de condit. &
demonſtrat. Bal. conſ. 73. in 4. Ang. Aret. in §. fue-
rat nu. 34. Inſtit. de act.*

At hæc tanti ponderis nõ ſunt, quod receden-
dum propterea ſit ab hac ſententia, vt iuſta ſit
prætenſio D. Iuliæ; Nam circa hoc ſtatutum
prius obſeruandum puto, quod licet permittat,
vt frater poſt mortem patris poſsit dotare ſoro-
rem, & ita efficere vt a ſucceſsione excludatur, id
tamen vult fieri antequam frater immiſceat ſe
bonis paternis, quod colligo ex eo, quod vult
ſororem dotari a fratre de bonis paternis, quod
non poteſt impleri niſi ante immixtionem, non
11 poſt, † quia tũc bona nõ dicuntur amplius patris,
ſed fratris *l. ſed ſi plures §. filio ff. de vulg. & pupil.*
& ibi notãt *Doct. & in l. 1. §. veteres* vbi *Alex. &
Iaſ. ff. de acquir. hæred. Pariſ. conſ. 20. n. 1. & conſ.
12 68. nu. 7. in 2.* & † maximè colligitur ex eo, quod
dicit ſtatutum fœminam à fratre dotandam eſſe

de bonis aſcendentium, dictio, *De*, habet ſignificationem immediatam, & importat vt fęmina dotetur immediatè de bonis aſcendentium, & non mediatè, ſcilicet vt non dotetur propter bona aſcendentiũ, quę ad fratrem ob immixtionẽ, vel additionem peruenerunt. ſed de bonis, quæ ſint aſcendentium, quando pro dote conſignantur, in puncto ſeruit *tex. in l. 1. §. nunc videamus in fin ff. de coniung. cum emancip. liber.* ibi *non de bonis aui, ſed propter bona &c. Bar. in l. 1. §. emancipatus nu. 4. ff. de coniung. cum emancip. lib. & in l. 1. §. ſi plures q. 1. ff. de exercitor. act. Dec. & alij omnes repet. in Rub. ff. ſi cert. pet. Alex. conſ. 144. nu. 12 & 13. in 6. Menoch. conſ. 124. nu. 99. in 2.*

13 Nec obſtat, ſi diceretur, quod cum agitur de ſuo hærede parum differt, quod ſit adita, vel nõ ſit adita hæreditas, quia etiam ante immixtionem erat hæres: Nam reſpondetur, quod licet id procedat quoad nomẽ hæredis, & ius adeundi, tamen quoad conſequendam hæreditatem effectualiter, ita vt incipiat eſſe patrimonium filij, eſt differentia, quia iſte effectus non ſequitur, niſi ſecuta immixtione ob beneficium abſtinendi, quod competit ſuo hæredi *Bar. in l. neceſſarijs ff. de acquir. hæred. gloſ. in l. ſi cum dotem in verbo (extitit) ff. ſolut. matrim. Camer. Imperial.* ex communi *deciſ. 26. nu. 260. lib. 1.*

Pariter nec huic conſiderationi obſtat, quod idem ſtatutum mandat fęminam excluſam alendam, donec ei de marito prouideatur, quaſi ſentiens non conſtituendam dotem, niſi tempore nuptiarum.

Reſpondetur enim, hæc duo non repugnare, quod mortuo patre ante immixtionem cõſtituatur dos filiæ a fratre ſuo, ſed quod non detur, niſi tempore matrimonij, & ideò teneatur frater, dũ retinet apud ſe dotem conſtitutam expectando oportunitatem nuptiarum, ſororẽ alere; hinc
14 eſt, quod ſtatutum loquitur de filia dotata, & illud vult ſufficere, vt excludatur, non loquitur autem de ea, cui ſit dos data; quia tunc non ſufficeret dotis conſtitutionem, ſeù deſtinationem, benè conferunt ſcripta *à Bar. in l. iubemus §. ſi ſane nu. 7. & Paulo nu. 3. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Bal. conſ. 467. in 4.* & ab alijs citatis a *Bec. conſ. 53. nu. 5. & ſeq.* Teneo igitur, mentem ſtatuentium fuiſſe, vt ita demum filię denegaretur regreſſus ad bona paterna, ſi frater ante immixtionẽ, vel in ipſa immixtione conſtitueret ei certam, & determinatam dotem, ad quam dandam effectualiter teneretur tempore matrimonij, eũ enim in ipſa immixtione effectualiter excludat ſororem, conuenit etiam, vt in eodem actu conſignetur filiæ excluſæ id, quod ei reſeruatur pro eo, quod de iure communi competeret, & à quo per ſtatutum excluditur: Eſtq. quod credatur, id fuiſſe ex mẽte ſtatuentium, quippe qui ex primis verbis ipſius ſtatuti profitentur id velle ſtatuere, quod bonis moribus conuenit: quibus conuenit, vt certa ſit fæminæ conſtituta dos ante matrimonium, vt facilius poſſit virum conditioni ſuę parem inuenire.

Inſuper oportebat, vt frater dotaret ſororem tempore, quo poſſet excludi, non enim dubitandum eſt, quin duo requirantur à ſtatuto, vt fæmina excludatur, primum, vt extet maſculus, qui poſſit excludere, ſecundo, vt excludenda ſit do-
15 tata, deficiente † vno ex his requiſitis fæmina non excluditur *§. in fraudem Inſt. quibus ex cauſ.*
16 *man. non lic.* hic † tendit illa diſtinctio *Paul. & Cum. in l. Titio centum in §. Titio genero ff. de cond. & demonſtrat.* relata ab *Alex. conſ. 13. nu. 12. in 3. & à Bruno d. tract. artic. 6. in 4. caſu q. 7. nu. 217.* quod aut ſtatutum extantibus maſculis excludit fæminam, & mandat eam dotari, & ſufficit ad excluſionem ſola exiſtentia maſculi, aut ſtatutum excludit fæminam dotatam, vt in noſtro ſtatuto, & tunc exiſtentia maſculi, & dotatio concurrere debent ad excluſionem, ſed in caſu noſtro dum vixit D. Narciſus non potuit dici excluſa D. Iulia, quia nunquam dotata
17 fuit, ſi † quidem dos deſtinata in teſtamento non potuit habere aliquem iuris effectum, niſi ſecuta morte teſtatoris *c. cum Martha de celebrat.*
18 *miſſ. cum vulg.* eo † verò mortuo deficit aliud requiſitum, ſcilicet exiſtentia maſculi, qui poſſit ex ſtatuto D. Iuliam excludere, & iſtę erit caſus, quo deſtinatio dotis, vti collata ad tempus inhabile ad excludendum fæminam ob defectum maſculi nihil poterit operari *l. quod ſponſæ C. de donat. ante nupt.* & q͂a intelligo alios DD. Aduocatos ſuper hoc latè ſcripſiſſe vlterius nõ inſiſto.

19 Amplius, quando ſtatutum excludit dotatam, communiter receptum eſt, vt oporteat eſſe dotatam purè, & non ſufficere, quod relicta ſit dos collata ad tempus nuptiarũ, quia tunc dos non dicitur purè relicta, ſed ſub conditione nuptiarum, vt poſt *Paul. & Cum. in l. Titio centũ in §. Titio genero ff. de cõd. & demonſt. Alex. conſ. 55. in 2. & conſ. 13. nu. 12.* & alios plures ex communi tenet *Brun. d. tract. artic. 6. in 4. caſu q. 7. nu. 217. 221. & 225.* & plenius *artic. 11. q. 3. nu. 34. cũ ſeq.* Sed in propoſito, cũ D. Narciſus legauerit dotes ſoluendas futuro ſponſo, & tempore eũ eo conueniendo, non eſt, quod dubitetur, quin ad tempus nuptiarum ſit hoc legatum collatum, & vt ſit conditionale, ergo non dicetur legitimè dotata D. Iulia, ita vt excludenda ſit, maximè, quia ſtatutũ non requirit tãtum, vt ſit dotata, ſed
20 vt ſit legitimè dotata, & † ita dotata tali dotatione,

ne, quia à lege communi recipiatur *l. legitima ff. de pact.* quo fit, vt licet probaretur ex communi vſu loquendi in ciuitate Regij dotatam illam dici, cui in teſtamento eſt deſtinata dos ſoluenda tempore nuptiarum, id tamen non ſufficeret, cũ ſtatutum non contentum, quod ſit dotata, velit, vt ſit legitimè dotata.

Inſuper ex eo, quod hoc ſtatutum vult, vt excludenda ſit legitimè dotata, deducitur, quod ei, eſt conſignanda dos, quæ nõ ſit minor legitima,
21 quia tanta ex diſpoſitione legis, oportet, vt ſit dos filiæ excluſæ à ſucceſſione, quando dos non eſt data à patre, vel quando ſtatutum non procedit vlterius diſponendo, vt fæmina ſit contenta dote datà *Afflict. deciſ.* 160. *Grammat. deciſ.* 57. *nu.* 21. 40. *&* 41. *Alex. conſ.* 69. *nu.* 2. *in* 1. *& conſ.* 83. *n.* 2. *in* 4. *Capra conſ.* 165. *nu.* 4. *Aym. cõſ.* 236. *nu.* 3. *Cacher. conſ.* 76. *nu.* 24. *Ceph. cõſ.* 245. *nu.* 33. *in* 2. *& conſ.* 642. *nu.* 122. *in* 5. *Rim. iun. conſ.* 514. *nu.* 15 *in* 5. *Menoch conſ.* 8. *nu.* 9. *in* 1. *Fab. Turret. conſ.* 5. *nu.* 52. *in* 1. *Decian. conſ.* 17. *nu.* 4. *& ſub nu.* 49. *verſ.* (*non obſtat ſecundum*) *in* 2. *& conſ.* 39. *nu.* 4. *in* 5. Qui alios infinitos allegant, & de communi, & magis communi teſtantur, nec videtur recipere dubitationẽ ex eo, quod ſtatutum vult fæminas legitimè dotari, vt in puncto noſtri ſtatuti *Menoch. de arbitr. indic. caſ.* 149. *ſub nu.* 22. Atqui in caſu noſtro dẽptis bonis maternis, quæ nõ poſſunt imputari in dotem filiæ excluſæ, quicquid frater in teſtamento diſpoſuerit, quia vult ſtatutum, vt dotentur de illorum aſcendentium bonis, à quibus excluditur, &
22 quia ita iuris eſt *Brun. d. artic.* 6. *in* 4. *caſu q.* 10. *nu.* 215. *Honded. conſ.* 1. *nu.* 45. *in* 2. *ex l. neque mater C. de iure dot.* facile poterit eſſe, quod conſideratis bonis paternis dos non aſcendat ad legitimam, & conſequenter non erit legitimæ dotata, & non excludetur.

23 Imò etiam dici poteſt, quod cum à ſtatuto ſit præſcripta forma, quod frater dotet de bonis aſcendentium maſculorum in totum, & D. Narciſus pro parte dotauerit ex maternis bonis, dotatio nõ poterit dici legitima ſecũdum mentem ſtatuti, nec pro ea parte, quæ continet bona paterna, cum ſit dos vnicum corpus, in quo videtur, quod vtile per inutile vitietur; Aut enim volumus quantum ad effectum excluſionis, vt ſit dos ſcutorum decem millium, vt voluit Narciſus, & id non poterit eſſe ob admixtionem maternorũ bonorũ repugnante ſtatuto; Aut demptis bonis maternis volumus, vt dos ſit minor, & id non erit admittendum, vti contra voluntatem Narciſi, qui voluit, vt dos ſit decem millium, vt ſoror excludatur, facit ad hoc notabilis *tex. in l. in ambiguo ff. de reb. dub.*

34 Demũ ad fundandam intentionem D. Iuliæ maximè facit, quod ſtatuta excludentia fæminas in capite excluſiuo reputantur odioſa, & ſtrictę interpretationis *Soc. conſ.* 30. *nu.* 18. *in* 1. *Corn. cõſ.* 96. *ſub n.* 12. *in* 2. *& conſ.* 300. *ſub nu.* 2. *in* 4. *Cephal. conſ.* 623. *nu.* 15. Si ergo, vt antea probatũ eſt, ſtatuta, de quibus agimus, requirunt, vt filia excludẽda ſit immediatè dotata de bonis paternis, oportet, vt dotetur antequam bona ſint facta fratris, & ita ante immixtionem; oportet etiam, vt dotetur tempore, quo extet maſculus, qui poſſit eam excludere, & non tempore, quo non amplius maſculus extet, vt dotatio ſit pura, & non conditionalis, & vt ſit verè legitima, hoc eſt talis, qualis ex diſpoſitione iuris eſſe debet: Ita ſentio ſatis iuridicam eſſe ipſius D. Iuliæ pretenſionem.

Quia tamen ex ſcriptis à duobus grauiſſimis Iuriſconſ. Conſulentibus in puncto horum ſtatutorum colligi poſſunt aliqua prædictis aduerſantia, non poſſum non laudare, & perſuadere omnem honeſtam concordiam.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

De intellectu ſtatuti Veronæ *lib.* 2. *cap.* 87. *& cap.* 89.

Dictio *Vſque*, quando ſtet incluſiuè, & quando excluſiuè.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione hæredum continentur tam maſculi, quam fæminæ.*

2 *Intellectus ſtatuti Veronæ* lib. 2. cap. 87. & cap. 89. *& nu. ſeq.*

Dictio Vſque *in d. ſtatuto ſtat excluſiua num.* 6. *& ſeq.*

3 *Sorores vti proximiores ſunt hæredes excluſis prioribus ſobrinis, & nu.* 9.

4 *Dictio* Vſque *accipitur incluſiuè, & excluſiuè.*

Incluſiuè autem accipitur, quando refertur ad gradus nu. 7.

Contrarium in ſtatutis vocantibus agnatos vſq; ad certum gradum nu. 18.

Præſertim in ſtatutis contrarijs Iuri communi, & quæ tendunt ad illud corrigendum nu. 8.

Excluſiuè etiam accipitur in diſpoſitionibus ſtricti iuris nu. 16.

Et ideo in iuribus ſpecialibus, & exorbitantibus, quorum natura eſt reſtringibilis, debet recipi ſenſus reſtrictiuus, ſiue includat, ſiue excludat nu. 17.

5 *Agnati, qui de iure Canonico ſunt in ſecũdo gradu*

du poſſunt eſſe vſque ad quartũ gradum iuris ciuilis.

10 *In ſucceſſionibus de iure communi non fit differẽtia inter maſculos & fœminas.*

Et attenduntur gradus ſecundum ius ciuile, nõ ſecundum Ius Canonicum nu. 11.

12 *Statuta ita ſunt interpretanda, vt minus corrigant Ius commune, ac fieri poſſit.*

Maximè quãdo agitur de praiudicio tertij nu. 13.

14 *Statuta ſunt ſtricti iuris.*

Praſertim, quando tendunt ad corrigendum ius commune nu. 15.

RESPONSVM LXXIII.

Auſpice Chriſto.

SCripſi ſuperioribus diebus ſuper teſtamento Illuſtriſs. D. Horatij Sagramoſij nobilis Veronenſis reſpondendo, in fideicommiſſo, quo cautum eſt bona peruenire de hęrede in hę-
1 redem contineri etiam fœminas, tum † quia ex cenſura iuris communis appellatio heredum eſt communis ad vtrũq; ſexum *l. vlt. C. de ſuis, & legit. Dec. conſ. 495. nu. 5.* tum quia id ſuadebant conſtitutiones ciuitatis Venetiarum, vbi teſtamentum conditum fuit, nec ex teſtamẽto viſum fuit mihi, poſſe colligi coniecturas contrarium ſuadentes, nec repugnabant ſtatuta Veronæ originis teſtatoris, imò aſſiſtebant admittendo ad ſucceſſionem agnatas fœminas defuncti cum agnatis maſculis.

Quia tamen mihi ſupponebatur, ſtatutũ Veronæ ab inteſtato facere hęredes ſorores defuncti pro tertia parte, & agnatos maſculos conſtitutos etiam in tertio gradu iuxta computationẽ iuris canonici pro alijs duabus tertijs, ideò reſpondi (aliter tamen non putando de hoc dubitari) conformando voluntatem teſtatoris cum ſtatuto ſuæ ciuitatis originariæ, hæredes Marci Antonij proximè defuncti pro tertia parte tantum eſſe Illuſtriſs. D. Druſilam ſororem, pro duabus tertijs Illuſtriſs. DD. Horatium, & Michaelẽ propiores ſobrinos defuncti.

Sed cum nunc mihi clarius fuerit ſuppoſitum id, quod ſtatuta Veronæ diſponunt, dubito de reſpõſione mea quoad diuiſionẽ hęreditatis, inclino potius, vt Druſila ſit hæres in totũ, ad quod moueor duabus cõſiderationibus reſpicientibus ſtatutum, quę apud me ſatis concludunt, quarum
2 prima reſidet in illis verbis *ſuccedentibus agnatis fœminis de iure communi ipſe habeant tertiam partem tantum, & aliam habeant agnati maſculi* (ita ſupponitur diſponere ſtatutum *in lib. 2. c. 87. & 89.* quæ verba oſtendunt, ſtatuẽtes nolle immutare ius ſuccedendi præſcriptum à iure communi, ſed tantum velle, vt caſu, quo de iure communi ſuccederent, & eſſent hęredes agnatę fœminę, vt eſſent contentę tertia parte, & duas partes relinquerent agnatis, qui eas haberent vti lucrum delatum à ſtatuto, non vti ſucceſſores, vel hæredes, quando de iure communi non eſſent vocati:
3 quare cum ſola Druſila de iure communi vti ſoror, & proximior defuncto ſola ſit hæres, & non aliter propiores ſobrini *§. ſi igitur defunctus Auth. de hæred. ab inteſt. ven. §. ſi plures Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. Matheſil. de ſucceſ. ab inteſt. in 1. membro tertij articuli in princ.* conformando voluntatem teſtatoris cum ſtatuto, vel cum iure communi, a quo ſtatutum non receſſit, dicendum eſt voluiſſe, vt de M. Antonio in Druſilam bona omnia tranſirent, ita enim ſeruatur ordo de hærede in hæredem. Nec obſtat, quod Druſila cogatur duas tertias conſignare agnatis, quia id procedit, quando ſuccedit ab inteſtato, vt ſtatutum loquitur, non quando ſuccedit ex diſpoſitione teſtatoris, vt quãdo venit ex fideicommiſſo *l. cohæredi §. cum filia ff. de vulg. & pupil.*

Altera conſideratio eſt, quia vult ſtatutum, vt duas tertias partes habeant agnati maſculi vſq; ad tertium gradum ſecundum ius canonicum, &
4 cum dictio (*Vſque*) accipiatur incluſiuè, & excluſiuè *Alberic. in dictio. in hoc verbo (vſque) Doct. in l. meminiſſe in princ. ff. de off. procõſ. in l. 1. in princ. ff. ad l. falcid. Cin. Bald. & Fabr. in l. à collegato C. de nupt. Belam. in c. cũ dilectus n. 4. de fid. inſtrument.* & latius in *c. 1. de ordinat. ab Epiſc. qui renunciauit,* vbi *à princ. ad nu. 9.* ferè per octo columnas refert varias *Doct.* diſtinctiones *Rebuf. in l. Auſentem ff. de verb. ſign. col. 4. fol. 633. Bald. in auth. hoc amplius nu. 24. C. de fideicom. Marc. deciſ. 339. p. 2. Parif. conſ. 68. nu. 23 in 3.* ſi accipitur incluſiuę ſtatutũ vocabit Michaelem, & Horatium cum Druſila, quia ſunt in tertio gradu ſecus ſi accipitur excluſiuę, quia tunc erunt voca-
5 ti tantum agnati in ſecundo gradu, qui † poſſunt eſſe plures, cum de iure canonico poſſint eſſe vſque ad quartum gradum iuris ciuilis, vt in arbore cõſanguinitatis *Inſt. poſt tit. de grad. cognat.* &
6 dicendum puto, in ſtatuto Veronæ hunc terminum ſtare excluſiuè, & à vocatione excludere agnatos in tertio gradu triplici ratione, primo
7 quia in diſpoſitione contraria iuri communi, & quæ tendit ad illud corrigendum aduerbium (*Vſque*) accipitur excluſiuè *Cin. Belam. & alij antea allegati:* imò †
8 *Bar. in l. patronus in §. Sempronio ff. de leg. 3.* firmat hoc aduerbium relatum ad gradus ſtare incluſiuè, niſi quãdo legi communi

con-

contrararietur, quia tūc ſtat excluſiuè *Bald.in d. l.à caligato ſub nu. 3.verſ (ſimiliter quare)Io Andrea in c. 1. de ordin. ab Epiſc. nu.* 14 vbi quod recipitur ille ſenſus, qui eſt magis amicus alijs iuribus, & quod ſtat excluſiuè, ne alia lex violetur *Rebuf. ad conſt. Gal. de ſentent. prouiſ. artic. 2. gloſ.* 3. ſed hoc ſtatutum contrariatur iuri communi

9 in tribus, primò † quia cum proximioribus agnatis fæminis vocat remotiores agnatos, contra §. *ſi plures de legit. agnat. ſucceſſ. & d. titulum Auth.*

10 *de hæred. ab inteſt. ven.* ſecundo † in quantitate bonorum facit differentiã inter maſculos, & fæminas contra *l. maximũ vitium C. de lib. præterit.*

11 tertio † vult, vt in ſucceſſionibus, quę ſunt iuris ciuilis attendantur gradus ſecundum ius canonicum, quod deuiat ab eo quod cõmuniter tenetur *Brun. de ſtatut. exclud. fæmin. artic.* 12. *q.* 21. *nu.* 282. merito in eo aduerbium *(Vſque)* accipietur excluſiuè, & maximè, quia hoc modo reſtringitur correctio iuris communis, quæ ſecundum alium ſenſum ampliaretur, ſi quidem ſoror pro duabus tertijs partibus excluderetur à pluribus agnatis quarti, quinti, & ſexti gradus, qui de iu-

12 re canonico ſunt in tertio gradu, ſunt † enim ſtatuta ita intelligenda, vt minus ac fieri poſſit corrigãt ius commune *Abb. & alij in c. cũ dilectus de conſuet. Salic. in l. 2. C. de noxal. act. Pariſ. cõnſ. vlt. nu. 6. in 3. Gozad. conſ. 19. nu. 5. Aym. conſ.* 219. *nu. 2. Soc. iun. conſ.* 122. *nu. 5. in* 2. maximè

13 quando agitur de præiuditio tertij *Honded. conſ.* 66. *nu.* 100. *in* 1. vbi, quod ſtatutorum verba ſũt, quoad fieri poteſt, reſtrigenda, vt minus ac fieri poſſit pręiudicent.

14 Secunda ratio ſuadens dictionem *(Vſque)* accipi excluſiuè deducitur ex natura ſtatutorum, quę ſunt ſtricti iuris *l. conſtitutionibus ff. ad mu-*

15 *nicip. & de incol.* præſertim † quãdo tendunt ad corrigendum ius commune *Alberic. de ſtatut.*

16 *in 1. parte q. 2. num. 3.* & † in diſpoſitionibus ſtricti iuris aduerbium *(Vſque)* accipitur excluſiuè *Belam. in d. c. 1. de ordinat. ab Epiſcop. ſub n. 8.* qui

17 ait, in iuribus ſpecialibus, & exorbitãtibus, quorum natura eſt reſtringibilis, debet recipi ſenſus qui reſtringit, non qui ampliat, vel ſit incluſiuus, vel excluſiuus per *l. in bonorarijs, §. ſed cum ff. de act. & obligat. c. non ſolum de regular. & c. conſtitutionem eod. de regular. in 6.* ſed in hoc ſtatuto ſenſus excluſiuus reſtringit, ergo talis ſenſus recipiendus eſt.

18 Tertia ratio, quę vnumquenq; mouere poteſt, eſt, quia in puncto ſtatutorum vocantium agnatos vſq; ad certum gradum aduerbium *(Vſque)* accipitur excluſiuè, vt apud *Bero. conſ.* 148. *à nu.* 42. *ad* 46. *in* 2. *Soc. iun. conſ.* 6. *nu.* 28. *in* 1. qui ad idẽ ẽt allegat *Corn. in cõſ.* 276. *in* 2. *&* 3. *col. ĩ* 3.

Quare concludendum eſt etiam conformando voluntatem teſtatoris cum ſtatuto D. Druſilam ſuccedere in totum, & ita putarem iuris eſſe ſalua ſaniori ſententia.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Statutum Ferrarię, quo Ciues ex priuilegio redduntur incapaces acquiſitionis, niſi fecerint ſe alibrari in æſtimo, & in Ciuitate, vel diſtrictu habitauerint tempore acquiſitionis, in quibus terminis procedat, & in quibus non.

Filius viuens per decem annos ſeorſum à patre præſumitur emancipatus, & ſi habitet ſeorſum per viginti annos præſcribit libertatem à patria poteſtate.

SVMMARIVM.

1 *Pater habet vſumfructum bonorum, quæ peruenerunt ad filios à matre.*

Et iſte eſt effectus patriæ poteſtatis nu. 2. & 21.

Quod habet locum etiam in auo, quoad bona materna, quæ peruenerũt ad nepotes exiſtentes in eius poteſtate nu. 3.

Habetq; vſumfructum tam in mobilibus, quam in immobilibus nu. 4.

Sine onere præſtandi cautionem de vtendo; & fruendo arbitrio boni viri nu. 6.

Et reddendi rationẽ, ac conficiendi inuentarium licet ad aliquam bonorum deſcriptionem teneatur nu. 7.

5 *Verbum* Res *eſt generale.*

8 *Ex* ſtatuto Ferrariæ *Ciues ex priuilegio non ſunt capaces acquiſitionis, niſi fecerint ſe alibrari in æſtimo, & in ciuitate, vel diſtrictu habitauerint tempore acquiſitionis.*

Cuius ſtatuti *ratio eſt, vt conſeruatis bonis apud habitatores, facilior ſit exactio onerum n. 15.*

Hoc ſtatutum *ceſſat ſtante Priuilegio Principis cum derogatione ſtatutorum nu. 9.*

Quando tamen Priuilegium eſt contrarium ſtatuto ſub nu. 27.

Huic ſtatuto *eſt ſatisfactum, quando per filium pater habitat, & onera ſuſtinet nu. 10.*

Dummodo viuat in communi cum filio, qui etiam nomine patris onera ſuſtineat nu. 30.

Et ſufficit, vt ciuis ex priuilegio poſſit habitare, & onera ſubire nu. 11.

Contra nu. 35.

Sufficitq; vt ſit ad onera, & habitationem paratus nu. 12. & ſeqq.

Dummodo non ſit alteri ius quæſitũ nu. 31. & 32.

Quia ius quæſitum tolli non debet nu. 33.

Nec

Nec pariter ſtatutum locum habet in acquiſitione vſusfructus nu.14.

Cōtra,quia onera perſoluēda ſunt ab vſufructuario nu.36.

13 *Empliteuſi conceſſa, vt poſſit tranſire in ſaminam, quæ nubat ſubdito monaſterio concedenti,debebit ſæmina nubenti viro,qui ſit paratus ſubijci monaſterio.*

16 *Filius viuens ſeorſum à patre per decem annos præſumitur emancipatus & nu.20.*

Et ſic viuens per viginti annos præſcribit libertatem à patria poteſtate, ibid.cum num.ſeqq.

22 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*

Et ideò ceſſat priuilegium ceſſante eius cauſa nu.25.

23 *Auus non habet in ſua poteſtate nepotes ex filio, qui ſit ſui iuris.*

24 *Probœmium oſtendit cauſam finalem.*

26 *Deſerens propriam ciuitatem perdit eius priuilegia, ſi alio ſe conferat ad habitandum animo ibi perpetuo permanendi.*

27 *Priuilegium per non vſum amittitur.*

28 *Clauſula* Nō obſtātibus *habet locum ſolum in eo, quod contrariatur conceſſioni.*

Nec talis clauſula impedit,quin diſpoſitio ab alijs legibus declaretur,& limitetur nu. 29.

32 *Prima cauſa ſuccedendi eſt filiorum.*

35 Bertazol.conſ.ciuil.55.nu.14.& ſeqq. *reprobatur* a Laderch. conſ.52.& conſ.74.& a Rim. Iun.conſ.351.& ſeqq.lib.4.

RESPONSVM LXXIV.

Sit Chriſtus Illuminatio mea.

Videretur prima conſideratione Illuſtriſs.& Excellētiſs. D.Albericum Cibo prætendentem vſumfructum bonorū maternorum valoris ſcurorum centum mille, & vltra,peruentorū ad eius nepotes ex Alderano filio prædefuncto fouere iuſtam cauſam ex pluribus, & præſertim, quia eius intentio fundari videtur apertiſſimo

1 *tex.l.1.C.de bon.matern.*quo † cauetur,vt rerum, quæ ex matris ſucceſſione ad filios peruenerunt ita ſint in parentum poteſtatem, vt in eis duntaxat

2 ius vtendi,& fruendi habeant: Qui † *tex.* licet loquatur de rebus delatis filijs, cum tamen concedendo vſumfructum parentibus fundatus ſit in iure patriæ poteſtatis *l.ſi viua matre in princ.C.de bon.matern.& l.1.in princ. C. de bon. quæ lib. Pincl. ad l.1. in 1.parte nu.2 C.de bon. matern.lo.Gutierez.in § ſin n.26. Inſt.de hæred. qual.& diſf. 10.Caſtel.de vſuf. c.3.num.8.& 9.*

3 procedit † etiam in nepotibus ex filio, qui,quando non adeſt filius, & eorum pater, ſunt ſub po-

4 teſtate aui §.1.*Inſtit.de pat. poteſt.* Et † hunc vſumfructum habet auus non tantum in immobilibus,ſed & in rebus mobilibus, tū quia patria poteſtas ita operatur in mobilibus,quemadmodum in immobilibus, tum etiam, quia *d. l. 1.C.*

5 *de bon. matern.* vtitur verbo *Rei*, quod † eſt generale *l.1.in fin.ff.ſi cert.pet. l.rei appellatio,& & l.rei appellatione ff. de verb. ſign.*

6 Et hunc vſumfructum habebit auus ſine onere præſtandi cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de rebus reſtituendis finito vſufructu,in his enim ſupplet confidētia legis,vt parētes pro liberis capiant optimum conſilium *l.cum oportet §.nō autem,& l.fin.§.ſin autem C.de bon.quæ lib.lo.de Monte Sperelo cōſ.97.n.9.& 11.*

7 *Caſtel.d.c.3.de vſuf. nu.*85. Imo † & ſine onere reddendi rationem, vel cōficiendi inuentarium, licet ad aliquam bonorū deſcriptionem teneatur *Alba conſ.127.n.12.in 2. Boer.deciſ.61.n.7. Rol.tract.de confect.inuentar.q.26.nu.3.ad fin. Caſtel.d.c.3.nu.87.88.& 89.* poſt plures alios, quos allegat.

8 Nec ei obſtare videtur *ſtatutum Ferrariæ* volens,vt ciues ex priuilegio non ſint capaces alicuius acquiſitionis, niſi fecerint ſe alibrari in æſtimo communis Ferrariæ,& in ipſa ciuitate, vel diſtrictu habitauerint tempore acquiſitionis, & poſtea per quinquēnium perſeuerauerint habitando, & ſuſtinendo onera realia, & perſonalia.

9 Si quidem reſpondetur, Sereniſs. D.Ducem Alphonſum concedentem priuilegium ampliſſimum D.Alberico Marchioni Maſſę,& ſuis deſcendentibus cum derogatione legum, & ſtatutorum in contrarium faciētium, etiam derogaſſe huic ſtatuto requirenti habitationem, cum de ea nihil dicatur in priuilegio.

10 Secundo poſſet reſponderi, D.Albericum per perſonam Alderani eius filij habitaſſe,& munera ſubijſſe quod ſufficit *Boer.deciſ.272.nu.2.Vrſil.ad deciſ.Afflict.384.nu. 5.Bart.in l.cum ſcimus nu.3.C.de agric.& cenſit.lib.10.Ruin.conſ. 200.n.6.& in fine in 2.Rimin.iun.conſ.353.nu. 196.in 4.Surd.conſ.461. n. 20.in 4.Coraſ.inter conſ.Zuchard.conſ.75.nu.153.& ſeq.* Satiſque

11 ſufficere videtur,quod D. Albericus potentia poſſit habitare, & onera ſuſcipere *Bertazol.conſ. ciuil.55. nu.14.& ſeq.*

12 Tertio reſponderur, ad implendum dictum ſtatutum poſſe D.Albericum nunc,quando vult acquirere vſumfructum habitare, & onera ſuſcipere,quia & ſtatutū hæc requirere videtur tempore acquiſitionis,& etiam iuris ita eſſe videtur, vt ſufficiat quod quis ſit paratus habitare, & munera

nera

nera ſubire, quando acquirere vult, ad quod eſt allegata deciſio *Bar. in l.murileguli C. de murilegul.lib.* 11. qui † dixit, quod ſi à monaſterio fuit
13 conceſſa emphiteuſis cum pacto, vt tranſeat in fœminam, quæ tamen nubat alicui ſubiecto iuriſdictioni monaſterij, ſi fœmina nubit extraneo, qui paratus eſt ſubijci iuriſdictioni, illa retinebit emphiteuſim *Bal. in c. dudum n. 27. de elect. Soc. iun.conſ.* 18. *nu.* 12. *lib.* 3. qui tenent, quod ſi ciuis ex priuilegio debet onera ſubire, ſatis eſt, quod purgãdo moram incipiat illa ſubire, *Surd. conſ.* 569. *à nu.* 3. *ad* 7. *in* 4.

14 Addi etiam poſſet, prędictum ſtatutum impedire acquiſitionem in perſona ciuium ex priuilegio, qui non habitant, & onera ſuſtinent, & in caſu noſtro acquiſitionem radicari in perſonis filiorum Illuſtriſs. D. Marphiſæ, qui ciues sũt, habitatores, & onera ſubeũtes, licet poſtea acquireretur vſusfructus D. Alberico non habitanti, id non videretur attendendum, cum ſit quid temporale, ſed acquiſitio perpetua reſidet in perſonis habitantibus, de acquiſitione perpetua non videtur dubitandum quin ſtatutum loquatur, cu-
15 ius † ratio eſt, vt conſeruatis bonis apud habitatores facilior ſit exactio onerum *Alex. conſ.* 41. *nu.* 11. *in* 5. *Alciat. conſ.* 10. *nu.* 7. 9. *&* 11. *in* 2. *Doct. in l. filiusfamilias* §. *Diui*, vbi in ſpecie *Ripa nu* 80. *ff. de leg.* 1. ideo ſufficere videtur ad onera, quod proprietas conſeruetur apud habitãtes, nam ex hoc ſolo eſt ſatisfactum menti ſtatuentium, licet vſusfructus acquiratur forenſi.

At his omnibus minimè repugnantibus intrepidè teneo, in caſu de quo agitur vſumfructum non pertinere ad Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Albericum, ſed cum proprietate remanere apud Illuſtriſs. eius nepotes.

16 Illaq; potiſſima ratio in hanc ſententiam me inducit, quod in facto mihi ſupponitur D. Alderanum filium D. Alberici per decem, & viginti, & plures annos vixiſſe ſeorſum à patre gerendo ſe pro patre familias, ex qua quaſi poſſeſſione exiſtentiæ ſui iuris nedum præſumebatur à patre emancipatus, ſed & viuens dicitur præſcripſiſſe libertatẽ à patria poteſtate, ita vt pater prorſus perdat patriam poteſtatem, *Bal. in l. poſt mortem in fine ff. de adopt. in l.* 2. *C. ſi aduerſ. rẽ iudic. Iaſ. in l. ſi emancipati nu.* 12. *& alij, præſertim recentiores C. de collat. Alciat. de præſumpt. reg.* 2. *præſumpt.* 2. *Aſcan. Clement. de pat. poteſt. c. vlt. num.* 101. *Tiraquel. de præſcrip.* § 1. *gl.* 4. *verſ. (ſeptimo ſuperioribus)* cũ pluribus alijs tenẽtibus hoc caſu præſumi emancipationẽ allegatis à *Menoc. præ-*
17 *ſumpt.* 55. *nu.* 21. *& ſeq. in* 6. Q uod † verò pater ſciens filiũ ſuũ ſe gerere ſeorſum ab ipſo pro patrefamilias, perdat patriã poteſtatem eſt formalis *tex.* iuncta *gloſ. in l.* 1. *C. de patr. poteſt.* & ibi id notant *omnes*, præcipuè *Odofred.* dicens non audiri patrem permittentem filium longo tem-
18 pore ſe gerere pro patre familias *Bar.* quod † libertas à patria poteſtate præſcribitur longo tẽ-
19 pore: *Bal.* quod † hoc caſu filius ſibi hæreditatem acquirit, ac ſi eſſet emancipatus, *Salic.* quod liberatio à patria poteſtate præſcribitur longo tempore, & *Fulgoſ.* quod filius, qui ſciente, & patiente patre tanquam paterfamilias diu vixerit, liberatur à patria poteſtate, idem etiã tenet *Balb. de præſcript. in* 4. *parte* 4. *partis princ. q.* 8. *Fran-*
20 *ch. deciſ.* 10 *ſub num.* 2. qui † egregiè diſtinguit, quod ex curſu decem annorũ pręſumitur emancipatio allegata, ſed ex curſu viginti filius intelligitur eſſe ſui iuris, etiam quod non allegetur emancipatio, quod etiam expræſſe ſenſit *Salic. in d. l.* 1. *C. de pat. poteſt.*

Igitur cum D. Alderanus viuens nõ eſſet ſub poteſtate patris, conſequens eſt, vt ipſe habuerit filios ſuos ſub ſua poteſtate, & proinde, vt eo mortuo, eius filij facti fuerint ſui iuris, & ita, vt bonorum maternorum vſusfructus nullatenus
21 pertinere poſſit ad auum; cum † enim acquiſitio vſusfructus ſit effectus patriæ poteſtatis, vt ſupra probatum fuit, & tradit *Aſcan. Clement. de pat.*
22 *poteſt. c.* 6. *effect.* 2. ceſſante † patria poteſtate, & ceſſabit d. acquiſitio, *c. cum ceſſante de appellat. l. adigere* §. *quamuis ff. de iur. patron. l. ſi pater ff.*
23 *de hered. inſt.* nec † potuit D. Albericus habere ſub ſua poteſtate nepotes ex filio, qui erat ſui iuris §. *illud autem verſ. (quod ſi poſt) Inſtit. quibus mod. ius patr. poteſt. ſoluit.*

Aliud fundamẽtum excludens D. Albericum illud eſt, quod cum ipſe propriè dicatur forenſis in Ciuitate Ferrarienſi, quia in alio loco habeat domicilium originis, & habitationis *Dec. conſ.* 550. *ad fin. Menoch. conſ.* 74. *nu.* 4. *in* 1. non poterit in ea aliquid acquirere, excluſus nedum à ſtatuto, de quo ſupra loquente de ciue ex priuilegio, ſed & ex alio clariori ſtatuto, ſuper quo conſuluerunt *D. Laderch. conſ.* 74. *& conſ.* 52. *& Bertazol. conſ.* 55. *& ſeq. in ciuil.*

Nec videtur D. Alberico ſuffragari poſſe allegatum priuilegium: Primo, quia ex mente Sereniſs. Ducis concedentis priuilegium ſupponi-
24 tur habitatio in loco, vt oſtendunt verba prohęmialia priuilegij denotantia eius rationem finalem *l. fin. ff. de hæred. inſt.* ibi *clariores effici ciuitates præſtantiũ, excellentiũq; virorũ acceſſione &c.* ſ. quod Sereniſs. Dux ea ratione motus eſt, vt eius ciuitates clariores fierent habitatione, &
25 acceſſione D. Alberici; ceſſante † igitur hac finali cauſa, quia D. Albericus nũquam habitauit, nunquam acquiſiuit, & nunquam dicto priuilegio

gio vſus fuit, ideo et priuilegium ceſſat *c. ſuggeſtum de deci. Anchar. conſ. 394. ſub nu. 3. Gemnian. conſ. 96. nu. 9. Roman. conſ. 180. nu. 7.* ſi
26 enim ille, qui actu gaudet priuilegijs ciuitatis, ſi alio ſe conferat ad habitandum animo deſerendi primam ciuitatem perdit commoda, & priuilegia prioris ciuitatis, & quoad eam eſt forenſis *Bal. in auth. ſed omnino n. 35. C. ne vxor pro merito Afflict. deciſ. 384. Hondea conſ. 5. nu. 27.* & ferè *per totũ in 1.* multò magis ille, qui poteſt vti priuilegio ciuitatis, ſi manet in alio domicilio, & nunquam curat ſe conferre ad ciuitatem, in qua habet priuilegiũ ciuilitatis, perdit illud, quod habitu tantum, & non actu habuit, facit. n. ad hoc regula *l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt*
27 *ſui vel alie. iur.* & † ſi aliquo tempore oblata fuiſſet occaſio aliqua D. Alberico vtendi hoc priuilegio ciuilitatis, fortè ex acquiſitionibus factis ab Alderano filio, & eo vſus non fuiſſet, tunc extra omnem difficultatem eſſet, priuilegium eſſe amiſſum ad ea, quæ ſcribunt communiter *Doct. in c. accedentibus de priuileg.* latè *Felin. in c. cum acceſſiſſent n. u. 25. de conſtitut. Balb. de præſcript. in 4. parte 5. partis princ. q. 4.*

Sed & omnis difficultas ceſſat, quia ſtatutum clarum eſt, non aliter ciues ex priuilegio effici capaces, niſi in æſtimo fuerint alibrati, habitauerint, ſuſceperintque onera tempore acquiſitionis.

Cui ſtatuto non poteſt dici eſſe in priuilegio derogatum, ex illa clauſula *& hac non obſtantibus*, quia derogatur tantum ſtatutis, in quantum obſtarent tenori ipſius priuilegij: hoc autem ſtatutum non repugnat priuilegio, ſed cum eo concordat, quatenus vult, vt ciues priuilegiati nõ aliter gaudeant commoditate ciuilitatis, niſi munera ſubeant, quod & in priuilegio continetur,
28 ergo † nõ continetur ſub clauſula *(non obſtãtibus) Bar. in tract. ad reprimendum in verſ. (non obſtantibus) nu. 6. Bal. in l. vnic. § fin. nu. 3. C. de lat. liber. tol. Gõzalez. ad reg 8. Cancellar. gloſ. 9. §.*
29 *1. nu. 57.* talis † enim clauſula non impedit, quin diſpoſitio ab alijs legibus declaretur, & limitetur, quia tantum contrarijs derogatum intelligitur ait *Bar. loco citato.*

Nec obſtat, quod D. Albericus ſuſtinuerit onera, & habitauerit per interpoſitas perſonas
30 filij. & nepotum. Quia † iſtud ſolum procederet, quando filius, & nepotes habuiſſent bona communia cum ipſo D. Alberico, pro quibus onera perſoluiſſent, vel quando onera ſuſtinuiſſent nomine D. Alberici, & non aliter *Soc. in Rub. ff. ſolut. matrim. n. 31. Rom. cõſ. 200. in fin. in 2. Rim. iun. conſ. 353. nu. 196. in 4. Burſat. conſ. 8. nu. 32. & conſ. 36. nu. 14. in 1. Hondcd. conſ. 5. nu. 46. in 1.*

31 Vt nec etiã obſtare exiſtimo, quod D. Albericus ſit paratus nũc habitare, & onera ſubire, aliaque implere, de quibus in ſtatuto memorato, ſaltem per mãdatarios, & factores ſuos: Siquidem, iſtud procedere poſſet, quando in defectum habitationis, & aliorum alijs non eſſet ius quæſitum: ſed in caſu noſtro per obitum D. Marphiſæ mortuæ ab inteſtato bona deuoluta ſunt ad eius fi-
32 lios, quorum † eſt prima cauſa ſuccedendi *§. ſed ſui quidẽ Inſt. de hæred. qualit. & differ. §. 1. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. auth. de hæred. ab inteſt. venien. in princ.* & quidem pleno iure cum eorum Auus non eſſet capax vſusfructus, ac ſi ipſum Auum non habuiſſent, in quorum præiudiciũ ad eruendum ab illis vſumfructum, non licet ipſi Auo velle nunc implere ſtatutum, & incipere
33 habitare. *Aym. conſ. 441. nu. 5. in 3.* mouet ea ratione, quod ius quæſitum tolli non debet *l. fin. ff. de pact. l. bonorum ff. rem rath. hab. & l. id quod noſtrum ff. de reg. iur.*

Accedat etiã, quod ſtatutum expreſsè requirit qualitatem habitationis, & alibrationis tempore acquiſitionis, ibi, *niſi fecerint ſe alibrari in æſtimo communis Ferrariæ, & in ipſa ciuitate, vel eius diſtrictu habitauerint tempore acquiſitionis,* ergo non ſufficit, quod hæc fiant poſtea; debet. n.
34 adeſſe qualitas tempore verbi *l. in delictis §. ſi extraneus ff. de noxal. act. Bar. in l. ex facto in princ. ff. de vulg. & pupil. Bero conſ. 173. nu. 48. in 1. Rim. iun. conſ. 353. n. 190. in 4. Hondea. cõſ. 6. nu. 37. in 2.*

35 Et hinc etiam tollitur illud, quod ſufficit, vt potentia ſubeantur onera ab eo, qui vult ſuccedere: quia præterquam quod in hoc *Bertaζol.* eſt reprobatus à *D. Laderch. conſ. 52. & 74. & Rim. iun. conſ. 351. cum tribus ſeq. in 4.* negatur, quod D. Albericus, quãdo deceſſit D. Marphiſa, & ita tempore acquiſitionis potentia fuerit ſubiectus oneribus, cum non habitaret aliquo modo, & nõ eſſet alibratus: Et ſtatutum, de quo loquimur nõ eſt contentum, vt potentia ſuſcipiantur onera, ſed vult, vt actu perſoluantur, ibi *habitauerint ſuſtinendo onera realia, & perſonalia.*

Demum, nec negotium facit, quod ſit ſatisfactum ſtatuto, quia bona, quorum contemplatione perſoluuntur onera ratione proprietatis ſunt penes ciues, & onera ſubeuntes, non conſiderato vſufructu, qui eſt quid temporale.

Reſpondetur enim, vanam prorſus eſſe hanc conſiderationem, dum de oneribus agitur, quia
36 perſoluenda non ſunt à proprietarijs, ſed ab vſufructuarijs *l. ſi pendentes §. ſi quid cloacarij ff. de vſuf. Bar. in l. neque ſtipendium ff. de impenſ. in rebus dot. fact. Pinel. ad l. 1. 2. parte ſub nu. 72. verſ. (diſtinctio autem) C. de bon. matern. Alex. conſ.*

Digitized by Google

conſ. 4. in princ. in 5. Ceph. conſ. 290. nu. 4. in 2. Molin. de primogen. hiſpanor. lib. 1. c. 27. nu. 8. Io. Caſtel. qui alios allegat *de vſuf. c. 56. nu. 14.*

His omnibus dicerem, nullis in bonis à matre peruentis ad nepotes deberi vſumfructum Auo ſalua tamen cuiusliber rectiori ſententia.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Pro ſententia, quæ plura continet capita Iudici plura debentur ſalaria.

Agitur de intellectu Conſtitutionis Ferrariæ Eminentiſs. Cardinalis Aldobrandini circa Iudicum ſalaria.

SVMMARIVM.

1 Conſtitutione Ferrariæ Eminentiſs. Card. Aldobrand. *cauetur, vt ſportulæ Iudicis non excedant duodecim aureos, & concurrentibus pluribus creditoribus ad idem corpus non excedant decem, & octo.*

Dicta conſtitutio *quomodo intelligatur nu. 9. & per totum conſilium.*

In eo, in quo non recedit à iure communi ſecundũ illud intelligitur nu. 10.

2 *Iudex in vnaquaque cauſa debet habere ſportulas.*

Et ideo, quando plura ſunt capita plura debet habere ſalaria, quia quando diuerſa ſunt materia, & origines negotij diuerſæ ſunt cauſæ n. 3.

Eſtque communis opinio, ſententiam continentem plura capita eſſe multiplicem, adeout quot sũt capita, tot ſunt ſententiæ nu. 5.

Etiam ſi diuerſa capita ex eadem cauſa proficiſcãtur nu. 6.

Et ideo conſtitutio taxans ſalarium in mandato de exequendo, ſi in mandato contineantur plures perſonæ, vel plura debita, pro qualibet perſona, & quolibet debito integrum ſalarium debetur nu. 11.

Ita etiam tot ſoluendæ ſunt gabellæ, quot ſunt capita ſententiæ nu. 8.

4 *Sportulæ debentur Iudici ſecundum qualitatem rei in iudicio deductæ.*

7 *Salarium iudicis in ſententia interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, taxatur prout in diffinitiua.*

12 *Si ſtatutum dicit iudicem recipere tãtum decem pro ſalario ab vtraque parte, intelligitur decem ab vna, & decem ab alia.*

13 *Cui non conueniunt verba ſtatuti, nec conuenit diſpoſitio.*

Quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris, & ſtricte interpretanda nu. 14.

Et ſi requirant aliquam qualitatem non habent locum niſi illa qualitas interueniat nu. 17.

15 *Statuta, quæ fauore agnationis excludunt aliquas fœminas non extenduntur, vt alias excludant.*

Quia nemo priuandus eſt iure ſuo, niſi expreſſa lege caueatur nu. 16.

18 *Iudices non ſunt fraudandi ſuis laboribus.*

19 *Id, de quo non diſponit ſtatutum remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

20 *Conſuetudo in ſportulis Iudicum ſeruanda eſt.*

De qua poteſt Iudex ex officio ſuo ſe informare nu. 21.

Sic etiam ſtylus circa ſportulas Iudicis ſeruandus eſt nu. 24.

Qui tamen legitimè eſt probandus nu. 25.

Et in iiſdẽ terminis, vt de cõſuetudine dicitur n. 27

Nec ſufficit qualis qualis atteſtatio Curialium nu. 26.

22 *Statutum, quod non eſt vſu receptum, non ligat.*

23 *Diſpoſitio, & conſultatio fundata ſuper pluribus rationibus non ceſſat altera ex rationibus ceſſante.*

RESPONSVM LXXV.

Auſpice Chriſto.

QVantum attinet ad taxationem ſalarij, ſeu ſportularum iudicis, de cuius taxationis iuſtitia cõtrouertitur, ego prima cõſideratione inclinabam in opinionem; taxationem fore moderandam, motus præcipuè ex conſtitutione tranſmiſ-
1 ſa, qua † cauetur, vt ſportulæ non excedant duodecim aureos vtcunq; cauſa ſit grauis, & vt etiam concurrentibus pluribus creditoribus ad idem corpus non excedat ſalarium decem, & octo aureos; vtcunq; eſſent diuerſi proceſſus, & diuerſæ ſententiæ, prohibendo etiam ferri diuerſas ſententias, etiam quod capita eſſent diuerſa.

Re tamen ipſa maturius, & diligentius conſiderata reſedi firmiſſimè in hac ſententia, vt non obſtante memorata conſtitutione taxatio vti iuſta, & honeſta ſuſtineri poſſit, & prius plurimum
2 me monet, quod † *Iuſtin. in §. ne autem circa hoc labor Auth. de iudicibus* diſponit, iudices in vnaquaq; cauſa ſalarium, ſportulaſue conſequi, ſed
3 cum capitula ſunt diuerſa, quemadmodum † diuerſæ ſunt materiæ, & origines negotij, diuerſæ etiam ſunt cauſæ *c. forus de verb. ſign.* ergo quot ſunt cauſæ, conuenit etiam, vt iudex tot conſequatur ſportulas, ſi in vnaquaque cauſa ſportulas conſequi debet.

4 Facit etiam, quod ſportulæ dantur iudicibus
ſecundum qualitatem rei in iudicium deductæ
*§. ſi quis autem Auth. de iudicibus §. tripli Inſt. de
act. Doct. in l. cum quadam §. fin. ff. de iuriſd. om.
iud.* quos ſequitur *Alciat. conſ. 156. nu. 7. in 5.*
qualitas autem in propoſito eſt, vt plures cen-
ſeantur cauſæ ob diuerſitatem capitulorum, er-
go iuxta hanc qualitatem ſalaria ſunt ſoluenda.

5 Accedat, receptiſſimum eſſe, ſententiam cõ-
tinentem plura capita diſtincta eſſe multipli-
cem, adeò vt tot ſint ſententiæ, quot capita *gloſ.
in l. etiam §. ex cauſa ff. de minor. in verbo (audien-
dus) Bar. in l. Lutius §. qua habebat nu. 3 ff. ad Tre-
bel. & in l. ſcire debemus* per illum *tex. in fine ff.
de verb. oblig at. & ibi etiam alij* præcipuè *Alex.
nu. 2. Aret. ſub nu. 3. verſ. (ſecundo arguunt) Iaſ.
ſub nu. 5. verſ (amplia)* & ſentiunt *Doct. in c. cum
inter de re iud. Io. And. ſub nu. 3. Abb. ſub nu. 23.*
quos ſequitur *Rota deciſ. 33. nu. 10. parte 2. no-
uiſſ. Corn. in l. edita ſub num. 47. C. de edend. Con-
tard. ad l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appel.
limit. 1. num. 38. Barbat. conſ. 10. num. 5. in 1.
Mar. Anguiſſ. conſ. 92. nu. 4. & conſ. 160. nu. 83.
Ruin. conſ. 65. in princ. in 4. Ceph. conſ 87. nu 6.
in 1. Aym. conſ. 232. nu. 7. Bertaz. conſ. crim. 16.
nu. 14. Bec. conſ 92. nu. 4. Pacian conſ. 1. nu. 04.
Surd conſ. 101. nu. 40. in 1. & conſ. 150. n. 130.
6 Eugen conſ. 71. n. 2 & 42.* Etiã † quod diuerſa ca-
pitula ex eadem cauſa proficiſcantur, vt ſi iudi-
cetur ſuper petitorio, & poſſeſſorio, vel ex eodẽ
delicto quis condemnetur ad pœnã corporalẽ, &
ad confiſcationem bonorum, ex qua diuerſitate
quemadmodum colliguntur alij effectus diuer-
ſarum ſententiarũ, præſertim, vt pro parte poſſit
appellari, & pro parte non, ita colligitur idem
effectus quoad ſolutionem ſportularum, cum
idem ſit iudicis labor, ac ſi in diuerſis cartis di-
uerſas tuliſſet ſententias: ſi enim ob diuerſitatẽ
capitulorum ſententia, licet in vna carta, habet
vim plurium ſententiarum, conuenit etiam, vt
ſalarium ſoluatur habita ratione ad plures ſen-
7 tentias, quemadmodũ † ſi ſententia ſit interlo-
cutoria, ſed habeat vim diffinitiuæ taxatur ſala-
rium, vt in diffinitiua *Rim. iun. conſ. 206. nu. 6. in
2.* qui ad id allegat *Bellam. & Felin.* vt per eũ; Ita
8 etiam de gabella dicitur, quod tot ſoluuntur ga-
bellæ, quot ſunt capita, quia tot intelliguntur pe-
titiones libelli, & ſententiæ *Ang. & Paul. in d. l. ſci-
re debemus ff. de verb. obligat. Doct. in d. l. edita C.
de edend.* & optimè *Dec. conſ. 344. nu. 3.* Et præci-
puè id procedit in caſu noſtro, in quo ſuperior
delegans dedit facultatẽ terminandi omnia vni-
ca, vel pluribus ſententijs.

9 Tota igitur difficultas conſiſtit in allegata cõ-
ſtitutione, quæ prius nõ obſtat, dum diſponit ſa-
larium non excedere duodecim aureos, quia
neceſſario intelligitur, quãdo tractaretur de au-
gendo ſalario ob grauitatem cauſæ, vt in litera
conſtitutionis legitur, ſemper enim de vna cau-
ſa loquitur, non intelligitur autem quando eſſent
plures cauſæ, & tractaretur de multiplicandis
ſportulis multiplicatis cauſis, ſed quando tracta-
10 retur de augendo eodem ſalario, in † eo enim, in
quo conſtitutio non recedit à iure communi, ſe-
cundum illud intelligitur .ſ. vt tot ſint ſententiæ,
quot capita, & ideo tot ſalaria debeantur, ita ta-
men, vt nullum eorum excedat aureos duode-
cim; id enim eſt regulare *Salic. in l. 2. C. de noxal.
act. Doct. in c. cum dilectus de conſuet.* & in pun-
cto extat doctrina *Gomeſ. var. reſolut. tom. 3. c.
11 11. num. 16. in fine.* Supponitur † extare conſti-
tutionem taxantem iudici ſalarium in mandato
de exequendo, & dicitur, quod ſi ſub vno man-
dato contineantur plures perſonæ, vel plura de-
bita, pro qualibet perſona, & quolibet debito in-
tegrum ſalarium debetur, quia cenſentur plures
executiones, & idem ſi eſſet vnus debitor diuer-
ſarum ſummarum, & ait ita practicari. Seruit
12 in ſimili id, quod ſcribit *Alberic. in prima parte
ſtatutorum q. 54.* ſtatutũ dicit, iudicem pro ſala-
rio recipere tantum decem ab vtraq; parte, dubi-
tatur, an id intelligatur in ſenſu cõpoſito, .ſ. quin-
que ab vna, & quinque ab alia; an in ſenſu diuiſo,
.ſ. decem ab vna, & decem ab alia, reſpondet *Al-
beric.* intelligi decem ab vtraq. parte, quia ita de
iure communi ſtatutum eſt *§ ne autem Auth. de
iudic.* idem tenet alios allegando *Brun. de conſti-
tut. & decret. in verbo (iudex) col. 9 in princ. verſ.
(ſtatutum, quod iudices)*

Nec pariter obſtat eadem conſtitutio in ſe-
cundo capite tranſmiſſo, dum vult, vt cõcurrenti-
bus pluribus creditoribus ad eandem rem, vel
idem corpus ſportulæ non excedant aureos de-
cem, & octo, & vna duntaxat feratur ſententia,
etiam quod actiones eſſent diuerſæ: Quia con-
ſtat in verbis, eam non percutere caſum noſtrũ,
quando .ſ. inter duos plures lites controuerte-
rentur, ſed quando plures creditores conſtitue-
rent idem corpus & pariter ad vnum corpus eo-
13 rum actiones vniformiter dirigerent, & † cum
verba non accõmodentur, nec diſpoſitum *l. 4. §.
toties ff. de dam. infect. l. hoc accuſare §. omnibus
autẽ ff. de accuſat. l. quod conſtitutum ff. de milit. te-
ſtam. Tiraquel. ad l. ſi vnquam in verbo (libertis)
14 nu. 5. C. de renoc. donat.* ſunt † enim conſtitutiones
ſtrictiiuris, & ſtrictè etiam interpretantur, qua-
tenus ex verbis colligitur *l. conſtitutionibus ff. ad
municip. Bar. in l. omnes populi nu. 60. ff. de iuſt. &
iur. & ibi etiam alij Io. de Anan. conſ. 104. Bec. cõſ.
3. nu. 42. & conſ. 11. nu. 16. & ſeq.*

Nec

Digitized by Google

Nec dicendum, ex identitate rationis hanc
conſtitutionem extendi ad caſum .ſ. ne litigãtes
nimis grauentur, quæ ſola vnica videtur reddi
poſſe. Quia cum conſtitutio diminuat quantitatẽ
ſalarij, quæ iudici debetur ob labores, non eſt ad
maius grauamen extendenda ad caſum non co-
15 gitatum, nec expreſſum à conſtituente, vt † dici-
tur à *Doct.* de ſtatutis fauore conſeruandæ agna-
tionis excludentibus quaſdam fœminas, quæ ex
eadem ratione nõ extenduntur ad excluſionem
aliarum fœminarum expreſsè non excluſarum,
16 nimirum, quia † non eſt quis priuandus iure ei
competenti, niſi expreſſa lege id caueatur ar-
gumento *l. at ſi quis §. Diuus ff. de relig. & ſumpt.
fun. § cum igitur in Auth de non elig. ſec. nub. Me-
noch. lib. 2. de arbitr. iudic. caſ* 276. Ad hoc benè
conferunt ſcripta à *Bar. in l. ſi mater §. vlt. ff. de
vulg. & pupil.*

Præterquam quod etiam negari poteſt, vni-
cam tantum poſſe reddi rationem generalem,
ne litigantes nimis expenſis grauentur, imò po-
teſt dici, hanc rationem conſtituens præ oculis
non habuiſſe, alias non ſe reſtrinxiſſet ad caſum
concurſus creditorum, ſed generaliter id ſtatuiſ-
ſet in omnibus cauſis, in quibus vnica ſententia
plures petitiones terminarentur, ſed putandum
eſt, id eſſe factum, ne illud corpus, ad quod ten-
dunt actiones plurium creditorum nimis dimi-
nueretur ex ſolutione ſportularum ad præiudi-
cium creditorum, quod vſu euenire hodie com-
pertum eſt, vt expenſæ litis, quæ fiunt in hoc cõ-
curſu creditorum, præſertim in graduatione
abſorbeant ferè totum, adeò vt parum pro cre-
ditoribus remaneat, quæ ratio nõ benè accõmo-
datur ad caſum noſtrum: credendum propterea
eſt, non ſine ratione conſtitutionem loqui cum
17 qualitate concurſus creditorum, quę † qualitas
debet interuenire, vt ſit locus conſtitutioni *Bar.
in l. 1. §. quod autem ff. ne quid in flum. public. Nat-
ta conſ.* 153. *nu.* 2. & *conſ.* 474. *nu.* 8. *Tiraq. de re-
tract. lignag. §. 8. gloſ.* 7. *nu.* 1.
18 Et † cum tendat conſtitutio ad fraudandos
iudices ſuis laboribus contra *l. pen. §. illo C. de
neceſſar. hæred. inſt.* mihi perſuaderi non poteſt,
conſtituentem velle includere etiam caſus ab eo
non expreſſos: Imò d. conſtitutio in his caſibus,
in quibus expreſsè nõ diſponit, prorſus ſe remit-
tit ad *ſtatutum de ſalarijs iudicum Rub.* 83. *lib.* 2.
& vult, illud inuiolabiliter obſeruari, & quate-
nus iuerit in deſuetudinem, illud renouat, quod
ſtatutum tantum taxat ſalaria, & non diſponit, vt
data ſententia plurium capitum, quæ eſt multi-
plex ſententia, non poſſit recipi niſi vnicum ſa-
19 larium, vnde † id remanet ſub diſpoſitione iuris
communis *l. cõmodiſſimè ff. de lib. & poſthum.* &
ex diſcurſu d. conſtitutionis conſtat tantum de
intentione taxandi ſalaria, vt non excedant duo-
decim, vel decem, & octo aureos, & non reſtrin-
gendi ea, ita vt, ſi ſint plures ſententiæ vnicum
tantum ſalarium ſoluatur, niſi in concurſu plurĩũ
creditorum: Addo etiam, quod quando conſti-
tutio vult, vt in cõcurſu plurium creditorum vni-
cum ſolum ſalarium ſoluatur, non loquitur in ca-
ſu, in quo ageretur de meritis cauſarum credito-
rum, in quibus examinandis opus eſſet maximo
labore iudicis, ſed quando ſuppoſito credito iu-
ſtificato ageretur diſcuſſione bonorum, & credi-
torum graduatione, vt colligitur ex fine dicti
capitis d. conſtitutionis ibi *e pagare le ſportule
per la ſententia della diſcuſſione de' beni, & gra-
duatione de' creditori prohibiamo &c.* cum verò
noſter caſus verſetur in cauſis, in quibus agendũ
fuit de meritis in iure ſatis difficilibus, non faci-
libus, vt in graduatione, & non magis in facto,
vt in diſcuſſione bonorum, quam in iure conſi-
ſtentibus, conſtitutio non eſt ad terminos caſus
noſtri.

His omnibus, & illud addendum puto, quod,
vt mihi ſupponitur non eſt in caſu noſtro conſti-
tutio in vſu, imò ſeruatur conſuetudo, vt ſalarium
ſoluatur iuxta capita eiuſdem ſententiæ, quando
ſunt capita diſtincta, & ita ſeruatur, id quod eſt
20 conforme iuri communi, quę † conſuetudo maxi-
mè in ſportulis iudicum ſpectanda eſt *l. 1. §. ſpor-
tulas C. de offic. præfect. Aphric. l. nullum C. de of-
fic. Rector. prouinc. § ſcriptum eſt Auth. vt iud. ſi-
ne quoque ſuffrag.* & per hæc iura *Bim. conſ.* 103.
nu. 34. *in* 2. *Specul. de ſalar. iudic. nu.* 9. *Rol. conſ.*
87. *in princ. in* 2. *Bertazol. conſ. crim.* 71. *nu.* 21.
& *conſ.* 81. *nu.* 5. *in* 1. *Giurbatan. lib.* 1. *diſceptat. fo-
renſ. c.* 55. *nu.* 37. *Mynſing. obſeru.* 75. *nu.* 12. *cen-
21 tur.* 2. de † qua conſuetudine poterit iudex ex of-
ficio ſuo ſe informare *Ceph. conſ.* 204. *n.* 37. *in* 2.
per *l. ſi non defendantur ff. de pan.* & per *Doctores*
citatos à *Marſil. in practic. § ſequitur nu.* 43. & *in
§. opportunè nu.* 14. & plenè à *Surdo conſ.* 372. *nu.*
39. & *conſ.* 354. *nu.* 4. *in* 3. Et quando pertineret
ad partes probare vſum, vel non vſum conſtitu-
tionis, in caſu, de quo agitur, pertineret ad eos,
qui aduerſantur taxationi ſalarij ſe fundantes in
d. cõſtitutione probare, illam eſſe vſu receptam,
22 in tantum † enim ligat conſtitutio, & ſtatutum,
in quantum probatur eſſe vſu recepta *Felin. conſ.*
18. *nu.* 16. *Ceph. conſ.* 441. *nu.* 107. *in* 3. *Menoch.
conſ.* 75. *nu.* 91. *in* 1. & poſt illos *Cacher. conſ.* 76.
nu. 4. Et quando reuocaretur in dubium, an fun-
dans ſe in conſtitutione noua, teneatur probare
eius obſeruantiam, illud eſt certum, quod quando
negatur obſeruantia, iudex debet de hoc ſe in-
formare, ex illis quæ iam allegaui.

Digitized by Google

Quare ego puto D. Iudicem fundantem ſe in taxatione iam facta ſoluere iuſtitiam ita diſponente iure communi, ſuadente & ſtatuto ſub d. Rub. 83. dum *in princ.* ait dignum putare non dimittere labores meritorios irremuneratos, & non repugnante noua conſtitutione, applaudenteq; conſuetudine *anno* 1617. *Iunij.*

Auſpice Chriſto.

INformaui aliàs, iuridicam eſſe taxationem ſalarij, vt in vnica ſententia haberetur ratio plurium cauſarũ, quę in ea terminabantur, ita vt quot eſſent cauſæ, & capita diſtincta, tot eſſent ſalaria, & id præcipuè probaui allegationibus iuris, & addidi ad cõfirmationẽ conſuetudinem, quæ mihi præſupponebatur; Nũc quia audio, ex ſcriptis meis deduci, quod non exiſtente, vel non probata tali conſuetudine ſenciam, iniuſtam eſſe taxationem; propterea nunc cogor pro veritate ſubijcere, quod licet non eſſet probata talis conſuetudo, non ob id deducitur fundamentum contra taxationem, quia ſemper extant regulę
23 iuris communis, quæ eam iuſtificãt, & quemadmodum quando vna diſpoſitio innititur duabus rationibus, licet vna ſola ratio ceſſet, non ceſſat diſpoſitio, ſed per aliam rationem conſeruatur *§. affinitatis Inſt. de nup.* ita quando opinio duplici innititur fundamento, licet vnum corruat, alio remanente adhuc remanet opinio, pręcipuè quando fundamentum, quod ceſſat, nõ eſt principale, ſed acceſſorium, & ad benè eſſe, & ad abundantiorem iuſtificationem conſultationis, vt in propoſito caſu fuit fundamentum conſuetudinis à me adiectum in fine conſultationis.

24 Si verò conſtaret de ſtylo in contrarium, tunc putarem, cedendum eſſe, & adhærendum taxationi, quæ eſſet ſecundum ſtylum, quia ſecũdum ſtylum, & conſuetudinem eſſet intelligenda cõſtitutio Aldobrandina *l. minime ff. de legibus Clem. ſæpe §. & quia, & ibi Cardin. Floren. in 6. q. de verb. ſign. Bar. in l. iuriſperitos ff. de excuſat. tut. Rot. conſ. 70. nu. 13. in 1. Afflict. decis. 79. in*
25 *fin. &* 135. *nu.* 5. Sed, cum de pręiuditio tertij agatur, non ſufficeret, iudicem de huiuſmodi ſtylo ex ſe informationem ſumere, ſed legitima probatio eſſet neceſſaria, præſertim dum agitur de decidendo caſu, qui controuertitur *Soc. conſ.* 38. *nu.* 11. *& conſ.* 39. *nu.* 28. *&* 29. *in* 4. *Cacher. decis.* 22. *nu.* 3. *Rol. conſ.* 53. *nu.* 37. *in* 2. *&* per has authoritates *Rota apud Caſ. Graff. decis.* 53. *attas*
26 5. *de probat.* nec complectetur talis probatio ex qualiquali atteſtatione eorum, qui in foro verſantur; ſed qui de hoc ſtylo, vel conſuetudine deponerent, deberent deponere cum iuramento, & coram iudice, vel notario, ſtatim ab eo examinati & cum interrogatorijs partis, ſi ea dare voluerit, vt eſt conſuetũ *Gent. Papienſ.* 129. *ſub nu.* 4. & plenius *Bero. conſ.* 40. *nu.* 7. *in* 3. *de conſ. Bonif.*
27 *ſucc. vſ. & ſtyli gloſ.* 3. *nu.* 53. Et eſt etiam aduertendum, vt ſtylus ſit in caſu, de quo agitur, ſ. quando plures cauſæ eadem ſententia terminentur; ſi enim probaretur in diuerſis terminis, nihil faceret talis probatio, vt de conſuetudine tradunt *Oldrad. conſ.* 237. *Ancharan. conſ.* 339. *nu.* 8. *Aym. conſ.* 96. *nu.* 4. *Surd. decis.* 131. *ſub nu.* 7.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Clericus Cameræ Apoſtolicæ, qui abeſt à Curia ad tempus inſeruiendo Sum. Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ, maximè ſi ſit præſens in prima Camera, ſuccedit in Decanatum non obſtante Conſtitutione Cameræ *ſub tit. De officio Decani*, de cuius intellectu agitur.

SVMMARIVM.

1 I*Ncola alicuius loci dicitur ille, qui ibi habet domicilium. Iuuen, ſorum aſq; ſuus.*
Et ideò aduena dicitur incola, quandò ea mente in aliquã regionem venit, vt ibi perpetuò ſit nu. 2.
3 *Cui conueniunt qualitates Conſtitutionis conuenit eius diſpoſitio.*
4 *Intellectus* Conſtitutionis Cameræ Apoſtolicæ De officio Decani *& nu. ſeqq.*
Ad eius Conſtitutionis *implementum ſufficit, vt ille, qui ſuccedit in Decanatu ſit præſens in prima Camera nu.* 19.
Quia ſufficit, vt qualitas, quæ reſpicit effectum, reperiatur tempore effectus nu. 20.
5 *Dictio* Et *ſtat augmentatiuè.*
6 *Punctus fungitur officio copulæ.*
7 *Conſtitutiones declarantur per Rubricam.*
8 *Afflicto non eſt addenda afflictio & nu.* 9.
10 *Infirmus habetur pro præſente, & ſeruiente.*
Sicuti & abſens ex iuſſione Principis inſeruiendo Sum. Pontifici nu. 17.
11 *Conſtitutiones ſic intelliguntur, vt iniquitatem non contineant.*
Vt non poſſint reprehendi à ſapientibus nu. 12.
Et vt potius adhæreant iuri communi, quàm quod ab eo recedant nu. 13.
14 *Vna pars dictionis aliam declarat.*
15 *Dictio* Autem *aduerſatur in iure, & in facto.*
Et quandoque ſtat inceptiuè nu. 16.
18 Barbat. conſ. 57. lib. 1. *in quibus terminis loquatur.*
2 *Verbum* ſubrogetur *non intelligitur officiaret, ſed requi.*

requirit factum hominis.
Nec impertat canonem lata ſententia, ſed ferenda nu.22.
Secus ſi adiecta ſint verba ſine dilatione *nu.23.*
Sed contra nu.24.
Verba ſtatim, & omni obiectione ceſſante *important ipſo iure nu.25.*
Verba futuri temporis non intelliguntur ipſo iure nu.26.
27 *Obſeruantia declarat conſtitutiones dubias.*

RESPONSVM LXXVI.

Reuerende Pater.

CVm in perſona Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Maluaſiæ Cameræ Apoſtolicæ Clerici concurrãt qualitates, de quibus *in conſtitutionibus dictæ Cameræ in capitulo, de officio Decani* .ſ. quod prius ad collegiũ admiſſus fuerit poſt Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Epiſcopum Tudertinum abſentem in perpetua reſidentia, & curiam incolat, in
1 qua iam domicilium, larem, rerumq; ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit *l. ciues C. de incol. lib. 10. l. pupillus §. incola ff. de verb. ſign.* vbi
2 *Alciat. nu. 11.* dicens † incolam eum eſſe, qui cũ aduena eſſet in aliquam regionem ea mente habitaturum venit, vt ibi perpetuò ſit *Rota deciſ. 150.*
3 *nu. 3. p. 2. nouiſſimarum* conſequens † eſt, vt iure prætendat ad eum pertinere Decanatus officiũ ad *Bar. in l. 1. §. quod autem ff. ne quid in flum. public. in l. prætor ait in §. deterere ff. vi bon. rapt. Rota. C. d. deciſ. 150. in princ.*

Nec obſtat, quod licet ſit incola curiæ, & primo admiſſus, quod tamẽ non erat præſens tempore mortis Reuerendiſs. Vitelij prius Decani, quæ videtur alia qualitas neceſſaria expoſita in illis verbis *eo autem abſente, vel infirmo proximior tempore ſubrogetur.*

4 Quia pluribus modis reſpondetur, & primo, vera intelligentia eſt, quod qui plurium rerum curam habiturus ſit, ille ſit, qui prius ad collegiũ admiſſus fuerit addito moderamine modo curiam incolat, & hic finiuntur requiſita ad Decanatũ, deinde additur *eo autem &c.* ideſt, eo autem .ſ. qui plurium rerum curam habet tanquam primo admiſſus, & curiæ incola, abſente, vel infirmo proximior tempore ſubrogetur, .ſ. in ipſa adminiſtratione durante abſentia, & infirmitate ipſius Decani, & hunc eſſe verum ſenſum, conſtat, quia cum illa particula *eo abſente* ſit per ſignum parentheſis clauſa, denotat, conſtituentes non continuare eundem ſermonem .ſ. enumerãdi qualitates ad Decanatum neceſſarias, ſed addere diſpoſitionem, qua remota ſenſus remaneat integer, vt eſt ex natura parentheſis, & remota illa clauſula *eo autem &c.* ſenſus remanebit integer, & abſoluta oratio *Zaſ. in l. eum, qui 56. §. ſi hominem ſub nu. 9. ff. de verb. oblig.* vt admiſſus prius ad collegiũ, modo incolat curiam plurĩũ rerum habeat adminiſtrationem, & appelletur Decanus, ſi verò contrarium dicimus, ſenſus præcedens non remanebit integer, quod ad obtinendum Decanatum non ſufficiet prior admiſſio, & incolatus, ſed requireretur etiam præſentia, & ſanitas.

Eadem intelligentia probatur, quia, ſi per d. clauſulam aliæ exprimeretur qualitates neceſſariæ ad Decanatum, vtiq; idem ſermo conti-
5 nuaretur per copulam. Et † quæ ſtat augmentatiuè *l. ea tamen adiectio ff. de legat. 3. Bero. conſ.*
6 *151. ſub nu. 14. in 2.* vel † punctum fungentem officio copulæ *l. triplici §. videamus ff. de verb. ſignif. Bar. in l. ſi duob. §. an eundem ff. pro ſoc. Bald. in l. placet C. de ſacroſ. Eccleſ.* vel ſimilẽ dictionem continuatiuã, aut eodem verbo d. clauſula regularetur iuxta not. apud *Rot. deciſ. 49. in prin. p. 2. nouiſſ.* & diceretur *modo curiam incolat, præſens ſit, & ſanus, alias proximior ſubrogetur,* ſed noua, & diſtincta incipit oratio, *eo autem abſque &c.* conſtat ergo, quod idem ſermo non continuatur, ſed incipit noua diſpoſitio, ſcilicet, vt abſente, & infirmo exiſtente Decano proximior in officio ſubrogetur.

Quod etiã ex eo, vel maximè ſuadetur, quia dum dubitatur, an agatur de ſubrogatione ratione adminiſtrationis tantum, & officij, an ratione obtinendi locum ipſius Decanatus, ad reſoluendum hoc dubium plurimum poteſt *Rub.*
7 quæ de officio indicat, ſecundum † quam nigrum declaratur *Bar. in l. Imperator ff. de in diem adiect. DD. in l. 1. ff. ſi cert. pet.* plura *Menoch. præſumptione 1. in 6.*

Adduitur etiam, quod ſi de ſubrogatione intelligeretur, vt ex aduerſo ſupponitur, maximè iniqua eſſet conſtitutio, quæ habentem omnes qualitates requiſitas priuaret dignitate Decanatus ex eo ſolo, quod eſſet infirmus, contra
8 æquitatem, quæ † non patitur, vt afflicto addatur afflictio *l. iam dementis C. de epiſcop. audien. l. Diuus Marcus in princ. ff. de offic. præſid. l. ſi idem ff.*
9 *de iuriſd. omn. iudic.* & † in terminis, vt non ſit addẽda afflictio ægroto *c. ex parte tua de cleric.*
10 *ægrot.* & contra ius ſcriptum, quod vult, vt † infirmus habeatur pro ſeruiente *l. cum hæres §. Stichus ff. de ſtatu lib. gloſ. in l. 1. §. Diuus ff. de var. & extraord. crim.* cõiter approbata *Zabarel. conſ. 1. nu. 3. Roman. conſ. 263. ſub nu. 2. Abb. conſ. 70.*

11 *in princ. in 3.* & vulgare eſt conſtitutiones ita
interpretari, vt non nutriant iniquitatem *l. me-*
12 *minerint §. unde vi*, vt non poſſint reprehendi
13 *l. Saluius, Ariſto ff. de legat. praſt and.* & vt po-
tius adhæreant iuri ſcripto, quam quod ab eo re-
cedant *not. in l. 2. C. de natal. ad.*

Et ſi ad euadendas has difficultates dicatur
ex aduerſo, conſtitutionem loqui de infirmitate
perpetua, nõ temporali, præterquam quod poſ-
ſet replicari, id diuinationem ſapere, etiam di-
14 ceretur, vnam partem orationis alteram decla-
rare *l. 1 & l. verum ff. de rebus dub.* ergo ſicut
de infirmitate perpetua intelligitur, ita intelli-
getur de abſentia perpetua, & Reuerẽdiſs. Mal-
uaſia abſenti ad tẽpus non obſtabit conſtitutio.

Accedat etiam, quod hæc ex aduerſo præ-
tenſa intelligentia ſupponit neceſſario, quod di-
ctio *aũt* ſtet aduerſatiuè, ita vt in præcedentibus
dicatur, Decanũ eſſe, qui prius admiſſus fuit, &
in ſequentibus dicatur non ipſum, ſed proximio-
15 rem, quod tamen eſſe non põt, quia quandiu hęc
dictio ſtat aduerſatiuè, aduertatur in iure, & in
facto *l. hoc amplius §. ac his autẽ ff. de dam. infect. l. ſed & ſi lege in princ. §. quod autẽ ff. de pet. hered. not. in l. 2. ff. ne quis eũ, qui in ius voc. eſt* & p hęc
iura *Bar. in l. tranſigere nu. 6. C. de tranſact. Iaſ. in l. 4. §. ſi is, qui duplã, n. 1. ff. de verb. oblig. Pariſ. cõſ. 44. n. 10. in 2.* & hoc in caſu reſpectu infirmitatis
nõ poſſet aduerſari in facto, cũ de ſanitate nihil
dictum fuerit, reſpectu verò abſentiæ oporteret,
ꝙ ageretur de abſentia, per quã fiat, vt quis de-
ſinat eſſe incola *hoc autem patriam non incoluerit*, ita
eſt abſentia perpetua, quia certũ eſt, tẽporalem
nõ tollere incolatum: Ergo vel dicendũ falſam
eſſe intelligentiam ex aduerſo datam, vel non
nocere intentioni Reuerendiſs. Maluaſiæ, & ſi
tenemus intelligentiam veram, vt reſpiciat ſo-
lum exercitium temporale durante impedimẽ-
16 to, tunc dictio *autem* non aduerſabitur, ſed ſta-
bit inceptiuè, vt etiam ſtat in *l. 3. §. poſt longum ff. fin. regun. vbi gloſ.*

Dato autem (nunquã tamen conceſſo) quod
iſta conſtitutione caueretur, abſentem non poſ-
17 ſe fieri Decanum, dicendum tamen eſt D. Mal-
uaſiam abſentem ex iuſſione Principis, & vt
deſeruiat Sedi Apoſtolicæ verè non dici abſen-
tem *l. Seia §. Pamphila ff. de fund. inſtruc. c. de ca-
tero c. cum dilectus*, & optimè in *c. ad audientiam*
ibi *(cũ abſentes dici nõ debeat, ſed præſentes, qui ſecum pro suo, & ipſius eccleſiæ ſeruitio commo-rantur) de cleric. non reſid. Bald. in l. iuri ſperitos nu. 3 ff. de excuſ. tut. Anchar. in c. vnic. num. 2. de cleric. non reſid. in 6 Boer. deciſ. 13. n. 7. Afflict. deciſ. 269. nu. 35. Petr. Gregor. de Eccleſ. benefic. c. 7. nu. 9. Alberic. de ſtatut. lib. 2. q. 174. num. 2. Nicol. de Mil. in verbo (abſens in ſeruitio Papæ) Franc. Marc. in c. quoniam contra num. 311.*
18 *de probat.* Et licet *Barbat. conſ. 57. in 1.* non ad-
mittat, abſentem haberi pro præſente, diuerſi
ſunt termini, quia ipſe nõ loquitur in eo, qui ab-
eſſet, vt Principi ſeruiret, vt nos loquimur, Præ-
terea loquitur in abſentia procurata *ſub nu. 4. verſ. (tertio)* & ipſe reſpondet in caſu, quo re-
gulæ, de qua in *d. conſultat.* expreſsè loquebãtur
de actu exercentibus *ſub eod. nu. 4. verſ. (Quinto imo plus videtur.)*

Sed & omnis prorſus ceſſat difficultas, cũ ipſe
Reuerẽdiſs. Maluaſia audita morte Decani ſta-
tim in Vrbem ſe contulerit, & fuerit præſens pri-
mæ congregationi poſt mortem Reuerẽdiſs. Vi-
tellij, & ita, quando cura rerum habenda erat, ꝙ
ſufficit, quia cum ad Decanum ſpectet præ cæ-
teris rerum curam habere, vt in conſtitutione, &
vt fiat Decanus, oportet, quod præſens ſit, ſatis
erit, quod ſit præſens, quando poſt mortem alte-
rius Decani de rebus cura eſt habenda, & quan-
do actualiter facienda eſt ſubrogatio. Cũ enim
20 qualitas hæc reſpiciat effectum, vt plurium rerũ
curam continuam habeat, ſufficit, ſi qualitas re-
quiſita reperiatur tẽpore executionis, & effectus
Bar. in l. præcipimus §. ſanè C. de appellat. Caſtr. in l. in facto nu. 2. verſ. (ſecundo caſu) ff. de vulg. & pupil. Imol. in clem. litteras nu. 37. de reſcript. Ge-min. conſ. 113. n. 1. & ſeq. Dec. conſ. 40. ſub n. 2.
Nec dici põt ſtatim mortuo D. Vitellio acquiſi-
tũ fuiſſe ius Reuerendiſs. Centurioni, quia con-
ſtitutio non vtitur verbo *ſuccedat*, vel alio ſimili
denotante operationẽ legis ſine operatione ho-
21 minis, ſed vtitur verbo *ſubrogetur* indicante a-
ctualẽ ſubrogationem faciẽdam ab eo, ad quẽ
22 id muneris pertinet, & ideo hoc verbum non
importat canonem latæ ſententiæ, ſed ſententiã
ferendam *Tiraquel. in l. ſi vnquã in verb. (reuer-tatur) n. 186. C. de reuoc. donat. Rot. deciſ. 813. nu. 12. p. 1. diuerſ.* Nec obſtat *tex. in l. petitionem §. quando autem C. de aduocat. diuerſ. iudic.* quia
23 ſi ibi verbum *ſubrogari* operatur ipſo iure, id eſt
24 ob adiuncta illa verba *ſine dilatione*. Quãuis poſ-
ſet & dici, quod licèt verba *ſine dilatione* acce-
lerent actũ ſubrogationis, non tamen important
ipſo iure adiecta verbo *ſubrogari* deſignante
factum hominis *Tiraquel. ad d. l. ſi vnquam in verbo (reuertatur) n. 112. cum pluribus ſeq. Tex.* verò *in l. 1. C. de agent. in rebus lib. 12.* vtitur ver-
bo *ſuccedat* deſignante operationem iuris, &
25 addita ſunt verba *ſtatim, & omni dilatione ceſ-ſante* quæ tollunt omne dubium *gloſ. in §. 1. auth. de triẽ. & ſem.* *Surd. deciſ. 57. nu. 9.*

26 Quibus etiam addi poteſt, quod conſtitutio
prædicta vtitur verbo futuri temporis ibi *habi-*

tur

Digitized by Google

turus eſt & ibi *is erit* & ideò non intelligitur ipſo iure *gl. in l. iubemus nulli §. ſanè (il primo) & ibi Bart. nu. 12. C. de ſacroſ. eccleſ. Abb. in c. clericis in 1. notab. ne Cleric. vel Monac. Cremenſ. ſingular. 7. Iaſ. in l. non dubium nu. 25. C. de legib. Tiraquel. in d. l. ſi vnquam in verbo (reuertatur) nu. 39.*

Quantum poſtea attinet ad obſeruantiam in perſona Illuſtriſs. Cardinalis Saluiati, etiam
27 quod illa plurimũ poſſit ad illuſtrandas conſtitutiones dubias *Aym. conſ. 161. n. 3. Bec. conſ. 96. nu. 14.* nihil tamen facit pro Reuerendiſs. Centuriono, cum non ſit in terminis huius controuerſiæ; nam Archiepiſcopus Montis Regalis non erat abſens abſentia temporali, ſed perpetua, nec ipſe fortè reuerſus fuit tempore primæ congregationis ſtatim poſt mortem prædeceſſoris ad accipiendum officium Decanatus animo non recedendi, vt fecit ipſe Reuerendiſs. D. Malualia, quem his rationibus puto iuſtiſſimam fouere cauſam, ſaluo tamen ſemper iudicio cuiuſlibet rectius ſentientis.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

An remediũ *Can. Reintegrandæ 3. q. 1.* ſit impreſcriptibile, vel potius aliqua præſcriptione tollatur.

SVMMARIVM.

REmedio Can. Reintegrãda 3. q. 1. *præſcribitur triginta annis, quando agitur de re prophana, & quadraginta, quãdo agitur de rebus eccleſiæ, & per totum conſ.*

Doctores quinquagintaquinq; tenẽtes hanc opinionem recenſentur nu. 16.

Quia non poteſt quis remoueri à poſſeſſione, nec à dominio rei alienæ, quam ſine interpellatione poſſedit per quadraginta annos nu. 2.

Multo magis tale remedium tollitur per centenariam præſcriptionem nu. 37.

Dictio omnis *comprahendit dictum remedium num 4.*

Cũ dictiones vniuerſales nihil excludant, & omnia comprahendant etiam impropria nu. 5.

Hoc remedium eſt exorbitans à regulis iuris, & innititur ſpecialitati nu. 11.

Intellectus dicti can. Reintegranda *nu. 17. vſq; ad fin.*

Dictus Canon *quo tempore fuerit factus nu. 25.*

Per alios Canones, & leges Imperatorum fuit ſublatus Ibid.

3 *Præſcriptio quadragenalis omnem prorſus actionem excludit.*

Et etiam officium Iudicis nu. 6.

Item dominium nu. 7.

Actiones perſonales ad dandum nu. 8.

Actionem furti nu. 9.

Interdictum vnde vi nu. 10.

Condictionem ex lege nu. 22.

Actionem de dote nu. 23.

Pactum quandocunq; redimendi nu. 24.

Et iura agentis ad poſſeſſionem nu. 33.

12 *Præſcriptio inducta eſt propter bonum publicum, ne dominia rerum ſemper ſint in incerto, & vt quandoque ſit litium finis, ac propter alias rationes & nu. ſeqq.*

Et inuenta eſt tam propter dominium, quam propter poſſeſſionem nu. 28.

Eſtq; introducta in pœnam negligentium n. 34.

18 *Verbum* conditio *non quantitatem, ſed qualitatẽ propriè ſignificat.*

19 *Non eſt credendum Sum. Pont. vno verbo obſcuro totam præſcriptionis materiam multis vigilijs excogitatam velle ſubuertere.*

20 *Verba dubia non ſunt intelligenda ad correctionem iuris communis.*

21 *Iura, quæ volunt, poſſe quid reuocari nulla obſtante præſcriptione, non excludunt præſcriptionem triginta annorum.*

26 *In materia præſcriptionis, remota mala fide, nulla eſt differentia inter ius Canonicum, & ius Ciuile.*

27 *Quando aliquid eſt dubium de iure Canonico, & de iure Ciuili adeſt regula clara, illi ſtandum eſt.*

29 *Abſurdum eſt, tantum tempus requiri ad amittendam poſſeſſionem, quantum ad amittendum dominium.*

30 *Remota exceptione proprietatis non remouetur exceptio, quæ ita concludit in poſſeſſorio, ſicut in petitorio.*

31 *Exceptio præſcriptionis eſt exceptio litis finitæ, & impedit litis ingreſſum.*

35 *Verbum* perpetuum *relatum ad actiones intelligitur ſpacio triginta, vel quadraginta annorũ.*

Et ideò actiones reales, & perſonales hoc ſpacio præſcribuntur, quamuis dicantur perpetuæ nu. 36.

37 *Præſcriptio centenaria nunquam intelligitur excluſa per excluſionem præſcriptionis.*

Cum per eam præſcribantur etiam impræſcriptibilia, habeatq; vim legis nu. 38.

RE-

RESPONſVM LXXVII.

1 REV. Pater. Reſoluendum videtur dictum remedium *can. Reintegrandæ 3. quæſt. prima* cum bona fide tolli præſcriptione triginta annorum, ſi agatur de re prophana inter laicos; vel præſcriptione quadraginta annorum ſi agatur de rebus Eccleſiæ, *Balb. de præſcript. par. 4. quæſt.*
2 *24. ſub num. 4. verſ. (concludo igitur)* Tum † quia non poteſt quis, nec de poſſeſſione, nec dominio rei alienæ remoueri; quam per cõtinuum annorum quadraginta curriculum abſque legitima interpellatione poſſedit *c. Iubemus 16. quæſt. 3. l. competit C. de præſcription. 30. vel 40. annorũ;*
3 Tùm † etiam, quia quadragenalis præſcriptio omnem prorſus actionẽ excludit *c. ad aures de præſcript. c. illud, & c. quia indicante eod. c. placuit el primo, & c. poſt quingentos 16. quæſt. 3. & auth. quas actiones C. de ſacroſ. Eccleſ. & l. ſicut & l. omnes C. de præſcription. trigin. vel quadragin. annorum.*

Quibus firmiter inhærendũ venit, tàm ex eo, quod in contrarium nullam habemus legem, vel canonem explicitè diſponentem condictionem; & remedium huiuſmodi præſcriptione aliqua nõ tolli; quàm etiam, quia canones, & leges prædictæ generaliter loquuntur, prout eſt *c. ad aures de præſcript.* quod expreſsè omnem prorſus
4 actionem excludit, quæ † dictio *omnem* includit etiam condictionem ex dicto *can. Reintegranda Ruin. conſ. 103. num. 7. lib. 5.* (iuncta maximè dictione *prorſus* nullam admittente exceptionem) prout ad idem faciunt, & *l. ſicut, & l. omnes C. de præſcription. trig. ann.* cum dictionibus vniuerſalibus, ſæpius etiam reiteratis *qualicunque actione, nullum Ius, quacunque cauſa, quacunq;*
5 *perſona, ſuper quolibet iure,* quæ † dictiones nihil excludunt, & omnia prorſus cõprehendunt etiã, quæ alias propriè non comprehenderentur *Iaſ. conſ. 115. num. 27. & ſeq. lib. 4.* latè *Aym. conſ. 294. col. 3. & 4.* prout ità in propoſito firmat *Cõtard.* (poſt *Bellam. in c. cum ad Sedem circa fin. de reſtitut. Spol.*) *de moment. poſſeſſ. §. 4. limit. 2. nu.*
6 *29.* Imò tanto tempore excluditur quis à quocũque Iure etiam quod officio Iudicis competeret latè *Rolan. conſ. 72. num. 20. lib. 2.*
7 Et in iſtam ſententiam eundum eſſe concludentiſſimis ſuadetur rationibus; Nam ſi tali tempore triginta, vel quadraginta annorum dominium, quod eſt maioris præiudicij præſcribi admittitur *c. Sanctorum, & toto tit. de præſcrip. l. Si quis emptionis C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Bar. in l. Rem alienam num. 7. ff. de acquir. poſſeſſ.* à fortiori acquiri dicẽdum erit veram, & tutam poſſeſſionem minoris præiudicij; prout ſic ad propoſitum firmat *Soc. in l. Rem quæ nobis quæſt. 8. princ. nu. 18. ff. de acq. poſſeſſ.* quem ſequuntur *Doctores* inferius citandi, & ſignanter *Pariſ. cõſ. 1. n. 153. lib. 1. Balb. de præſcript. 4. par. princ. quæſt. 20. nu. 1. Rolan. conſ. 6. nu. 8. lib. 3. & conſ. 72. nu. 19. lib. 2. Contard. de moment. limit. 2. nu. 30. cum alijs.*
8 Preterea concurrit, quod ſicuti ex tali curſu præſcribuntur actiones perſonales ad dandum, *d. l. ſicut l. omnes C. de præſcript. & c. l. ſequitur*
9 *§. ſi viam. ff. de vſucap.* Item † actio furti *l. 1. §. Ad hæc C. de annal. exceptio.*
10 Item ſicut tollitur dicta præſcriptione longiſſimi tẽporis interdictum Vnde vi *d. l. cum quærebatur circa fin. C. vn. vi.* multo fortius, & ſecurius tolli debet condictio poſſeſſionis ex dicto *cano-*
11 *ne Reintegranda* tanquam † magis exorbitans à regulis Iuris communis, & magis innitens priuilegio ſpecialitatis, ita *Caſtren. cõſ. 105. nu. 3. lib. 1.* quem cæteri inferius citandi ſequuntur.
12 Eoque magis opinio iſta venit amplectenda, quod remedium prædictum ſit præſcriptibile. Tàm propter bõnum publicum, quod in ſe continet, ne ſcilicet diù & ferè ſemper dominia rerũ ſint in incerto *l. 1. ff. de vſucapio. §. 1. inſtit. eod.* & ne poſſeſſores immortali timore teneantur *l. Cum notiſſimi C. de præſcript. trigint.* Vtq; aliquis ſit litium finis, vt dixit *Tex. in l. fin. & ibi gloſ. in ver. (finis) ff. pro ſuo.*
13 Quam etiam vt euitetur æternitas infinitatis temporis, quæ dum agitur de actione, & obligatione ſeruanda reijcitur, vt per *l. Qui bona, & ibi Bart.* communiter receptus *ff. de damn. inf.* & tenet *Socin. Iun. conſ. 145. ſub nu. 58. verſ. (vel ſecũdo dico) vol. 1. & Bald. in c. de quarta ſub nu. 4. verſ. (Et ideo)* inquiens non fieri extenſionem vltra quadraginta annos, quia perpetuum non ſuſcipit pluſquam perpetuũ, ne quaſi in infinitum procedatur.
14 Vlterius vt fugiatur inanis circuitus ex præſcripto dominio reſtitutorium iudicium poſſeſſionis ex dicto *remed.* auocatæ, intentandi, prout in Iure euitari debet *l. Dominus Teſtamento, & ibi Bart. nu. 1. ff. de condit. indebit. l. Cum fundus §. 1. & ibi Alex. nu. 1. ff. ſi cert. pet.*
15 Et tandem, vt occurratur litigantium calumnijs, & cõſiderabile euitetur inconueniens, quod per probationes periculoſas de auditu, & fama propter temporis antiquitatem legitimi poſſeſſores eorum Inſtrumenta, & Iura, vel ſiniſtro caſu belli, incẽdij, aut peſtis amiſſa, vel ætate conſumpta oſtendere nequeuntes proprijs bonis

Digitized by Google

iniuſtè priuentur, in vniuerſum Reipublicæ exitium, vt per *Alphed.deciſ.17.de reſt.ſpoliat.Sarment.de reddit.Eccleſ.par.3.c.4.n.13.& Selecť.interpret.lib.2.cap.13.nu.3.*

Cum quibus accedit auctoritas Doctorum, qui articulum iſtum examinantes hanc partem ex profeſſo tenuerũt ordinatum inferius numerandi; vbi quamplures de communi, & magis communi teſtantur. Videlicet.

16 *Butr.in c.2.in fin.de reſtitut.ſpoliat.* qui verè ita ſentit,vt inter alios animaduertit *Socin.Sen.* inferius referendus.

Abb.in ead.c.2.num.14. qui ſic intelligit, & declarat *Goffredum,& Io.Andream & idem Abb.in c.1.col.vlt.verſ.(oppono vlterius) eod.tit.de reſtit.ſpoliat.* dum ſequitur *Rotam* inferius ponẽdam.

Caſtren.conſ.105.in quæſtione, quæ ſpectatur [illegible] *col.vlt.lib.1.*

Angel.Aret.in §.quadrupli nu.32.in fin.inſtit.de actio.

Bellam.in c.cum ad Sedem num.21.de reſtitut.ſpoliat.

Riminal.ſen.conſ.54.col.6.verſ.(circa ſecundum) lib.1.& conſ.418.nu.11.lib.3.

Gram.conſ.47.nu.29.lib.1.

Socin.Sen.in l.Rem quæ nobis num.18.ff.de acquir.poſſeſſ.& conſ.29.nu.5.in fin.lib.3. qui ſic intelligit loqui *Bartolum,& Abbat.* ſupra commemoratos,& de magis communi.

Oland.Sixſell.in d.l.Rem,quæ nobis nu.7.in fin.

Rum.conſ.69.nu.14.libro primo,& conſ.44.nu.36.lib.4.& conſ.103.nu.7.lib.5.

Dec.conſ.301.ſub nu.22.

Balb.in tract.de præſcript.in 4.particula quartæ partis principalis,quæſt.24.

Bero.in c.2.nu.39.de reſtit.ſpoliat.& conſ.56.nu.4.& conſ.61.nu.19.lib.3.& in quæſt.82.nu.4. vbi de vera,& communi opin.

Neuizan.conſ.79.nu.25.

Grat.conſ.70.nu.18.lib.2. vbi de communi.

Purpurat.conſ.374.nu.13.lib.1.

Maranl.de ord.iudic.in 7.diſtin.nu.50.in fin.

Ant.Mattha.in l.Naturaliter,§.Nihil commune 35.ampliatione ff.de acquir.poſſeſſ.

Laurent.de Pinu conſ.62.nu.1.

Alba conſ.416.nu.14.lib.3.

Bellon.conſ.36.nu.2.

Crauett.conſ.124.nu.14.& conſ.425.lib.1.

Rolan.conſ.72.nu.19.lib.2. vbi de communi.

Collegium Papienſe inter conſ.Pauli de Montepico conſ.27.nu.120.

Galleſ.in lib.3.de exercitatione Iuris per integrum num.56.

Petrus Antonius Anguiſola conſ.13.n.26.lib.4.

Conciol.in l.vnica in 2.imitatione§.4.nu.18. *verſ.(altera verò opinio) C.ſi de moment.poſſ.*

Decian.conſ.63.num.2.lib.5. qui teſtatur hanc eſſe veriorem,& magis communem.

Granat.in addit.ad Veſte.lib.7.c.3.nu.41.verſ.(Nam, vt dixi) qui aſſerit eſſe opinionem receptiorem.

Bezinam.conſ.4.nu.8.par.3.incip.Venerabilis.

Hieronymus de Monte quæſt.22.nu.38.

Federicus Scottus reſpon.27.lib.4.Tom.1.

Cephal.conſ.235.nu.23.lib.2.& conſ.315.num.50.lib.3. vbi de communi.

Phil.in l.ſi quando,num.71.verſ.(Durat tamen) C.unde vi.

Io.Petrus Surdus conſ.28.nu.8.lib.1.

Franciſcus Sarment.lib.2.Selecť.inter.c.13.num.4.

Menoch.de recuperan.poſſeſſ.remed.15.n.418.

Alex.conſ.167.nu.8.lib.6.

Aldobrandin.in conſ.49.nu.18.

Emanuel Coſta in ſuis communibus opinionibus in verbo (ſpoliatus) vbi de communi.

Burſat.conſ.424.num.13.vol.4. vbi communem,& veriorem iuribus,& auctoritatibus roboratam.

Turrett.conſ.54.nu.2.& duobus ſequen.& conſ.18.nu.21. vbi de magis communi.

Caroc.de locat.in tit.colon.recuperando num.39.& 41. vbi de magis communi.

Gallia.Alex.conſ.74.nu.84.cum ſeq.

Io.Gutier.ſuis canon.quæſt.cap.34.nu.67.

Gabriel.de reſtitut.ſpoliat.concl.5.num.64. ex cuius cumulatis pro vtraque opinione hanc magis communem apparet.

Secundum quam iudicantes ſimiliter ſenſiſſe docetur.

Rota Romana deciſ.11.ſi Rector alias 159.de reſtitut.ſpoliat.in nou. quam ad propoſitum, quod tale remedium præſcribatur allegant; & inducunt *Aym.Galleſ.& Grauat.* ſuperius citati.

Rota Bononien.per Benintend.deciſ.10.nu.3.

Rota Peruſina per Ioſeph Ludouic.deciſ.9.num.9.par.1. vbi de veriori,& magis communi.

Rota Maceraten.per Sebaſtian.Medic.deciſ.18.

Pedemont.per Theſaur.deciſ.29.nu.2.

Borgnin.deciſ.23.nu.42.par.2.

Adduntur *Reuerendiſſimi Domini Auditores Rotæ,* qui pro iſta opinione in deciſionibus *Caſſad.& Pu.* tenuerunt.

Nec prædictis obſtant Doctores,qui pro cõtraria opinione allegari poſſent. Nã vltraquod ante deciſionem *Caſſad.6.de reſtitut.ſpoliat.* nullus,excepto *Imola,* tenuit contrarium; ſed omnes ſecundum ſuperius firmatam concluſionẽ, vel expreſsè ſcriptum reliquerunt; vel tacitè ſenſerunt; vt refert *Galleſ.de exercitatione Iuris*

pertio

perito lib.3.ſub n.56.& per eum *Contard.de moment.poſſeſſ.limit.2.nu.26. & Granat.ad Veſtr. lib.7.cap.3.nu.41.*

Reſpondetur, quod omnes quotquot ſint contrariam eorum fundant opinionem in verbis, *quacunque conditione temporis*, poſitis in dicto *cap. Reintegranda 3.quaſt.1. & in gloſ.vlt. c.2. de reſtitut.ſpoliat.* quæ in illorum tenore, veroq; ſenſu conſiderata nullo modo obſtare ex inferius duducendis apparebit.

17 Dum enim contrarium tenentes verba dicti *c.quacunq; temporis,conditione* vniuerſalia eſſe ponderant; & ad quantitatem temporis referri interpretantur, ità vt tempus perpetuũ, & infinitum comprehēdere, & ſignificare velint; videntur decipi in naturali ſenſu verbi *cōditionis*, quæ 18 non quãtitatem, ſed qualitatē propriè ſignificat *l.1.§.Denique ait.ff.de aqua pl.uu.l.Teſtium in princ ff.de Teſtibus*, latè *Rebuff.in l.Conditionales 62.verſ.(Quarto, & cōditio accepitur) & verſ. ſeq.de verb.ſignif.* Prout ita verba huiuſmodi intelligenda, videtur ſenſiſſe *Archidiac.ibi in verb. (conditione)* dum dicit *forè ibi erat, Guerra, vel metu latronum, nullus audebat morari*; Et importare qualitatem temporis, & non præſcriptionē, (de qua in Textu, nullum verbum) tradit *Cōtard. de moment. poſſeſſ. §.4. limit.2.nu.28.* poſt *Io.de Turrecrem. & Bellam.* Verbaq; illa *quacũq; conditione temporis* determinant verba *perdidiſſe noſcuntur*, vt benè per *Caſtren. dicto conſ.105. ſub nu.3.par.prima, Galleſ. de exercit. Iuriſper. lib.3.ſub nu.56. verſ.(Verum quocirca) Nicol. Ant.Granat.ad Veſtr.lib.7.c.3. nu 41.* vbi iſtum verum, & germanum ſenſum appellat, *Menoch. de recuperan.remed.15.nu.422.* Itaut ſenſus ſit prout per eundem *Caſtren. Maſſam*, & alios ſuperius citatos explicatur.

19 Qui ſenſus amplectendus venit, tum ex præmiſſis, tum quia non eſt credendum Pontificem vno verbo, illoq; obſcuro voluiſſe totam materiam præſcriptionis multis vigilijs excogitatam ſubuertere, & radicitus euellere *gloſ in cap.1.§. Præterea in verb.(præſcriptione) de cap.Corrad.* & voluerunt *Caſtren.dicto conſ.105. Caſſad. dicta deciſ.6.n.4.Maſſa, Sarmiēt.& alij* ſuperius allegati poſt *Tiraq.de retract.conuentio.§.1.gloſ.2.* 20 *n.12.* Tùm † & tertio, quia verba illa non debent diſtorqueri ad correctionem Iuris communis, *Contard.dicto §.4 limit.2.num.28.*

Et tamen, etiam quod daretur, talia verba ad quãtitatem temporis referri, tollitur obiectum, quia aut veniunt intelligenda in ſpolio violento (vt ſibi velle videtur verba dicti Canonis ibi *aut violentia maiorum*, quo caſu propter vitium reale, præſcriptionem non intrare, & firmatam ſuperius concluſionem limitari poſt alios, quos cumulat, tenet *Contard.de moment.dicta limit.2. nu.34.*) Vel ex verbis eiuſdem *Can.Reintegranda* ibi, *aut dolo, &c.* interpretanda ſunt in poſſeſſore cõuento, qui ſit in verà manifeſta malà fide; cũ qua de iure canonico, nulla currit præſcriptio, *ad cap. fin. de præſcript.* prout ità, ſecundo limitari tradit idem *Contard.vbi ſupra, n.35.* & latè proſequitur *Menoch.de recuperan.remed.15.nu.416. & Sarmient.de reddit.Eccleſ.prima par.cap.4.nu. 10.verſ.(Præterea eſt) & lib.2.Select.interpret. c.13.nu.4.*

21 Aut & tertio in omnem caſum per talia verba (ſaltim extra iſtos duos caſus) præſcriptio longiſſimi temporis triginta, vel quadraginta ann. non excluditur, ſed vſq; ad finem à Conſtitutionibus introductum extenduntur *§.1. verſ.(aliquando) inſtit.de perpet.& tempor.act.* & intelligenda veniunt, niſi tantum tempus ſit decurſum, quantum ſufficit ad legitimã præſcriptionem, ita *Caſtren. dicto conſ.105. ſub nu.3.Pariſ.conſ.2.nu.155. lib.1. Menoch.de recuperan.remed.15.nu.422.* ſicuti in ſimili habemus, *l.1.C.de bon. matern.* vbi nullam poſſe opponi præſcriptionem filijs quandocunque vendicantibus rem ſuam ſtatuitur, & tamen ibi *gloſ.in verb.(præſcriptionem)* exponit, niſi triginta annorum; quam *gloſ.* ſequuntur poſt Alios, quos allegat *Tiraq.de retract.conuentio.§ 1.gloſ.2.num.9.Socin.Iun.conſ.145. num.47.lib.1. Rolan.conſ.21.num.44.lib.2.* Ad idem facit, *cap.1.§.1.de cap.Corrad.* vbi diffinitum eſt Dominis feudorum licere reuocare feuda alienata, nulla obſtante præſcriptione, & tamē ibi *gloſ.* exponit, & excipit præſcriptionem triginta annorum, quam ſequuti ſunt *Doct.ibi & Curt ſen.conſ.penult.col.2. Brun.conſ.61.nu.4. Socin.Iun.conſ.6.nu.15.lib.3.Tiraq. de retract.* 22 *conuention.§.1.gloſ.10.num.15.* Ad † hæc, conditio, ex lege dicitur perpetua *Inſtit.de perpet. & tempor.actio.* & ibi not. *Angel.Aret.& reliqui*, & tamen curſu triginta annorum tollitur, *l.ſicut, & l.Cũ notiſſimi C.de præſcript.30.vel 40.ann. Balb.de præſcript.4.par.princ.in princ.quaſt.1.* 23 *& Boer.quaſt.182.n.6.* Prætereat dotis cauſa ad eã recuperandam dicitur actio perpetuò priuilegiata. *l.1.ff.ſolut.matr.* & nihilominus tollitur curſu triginta annorum, *l.in rebus.§.omnes C.de iur.dot.* quem ità ibi intelligunt *Doct.* & manifeſtè reſponderunt *Bald.conſ.4.factum tale quidam Luc.lib.3.& conſ.250. Actioni de dote, lib. 4.& Corn.conſ.56.nu.3.& conſ 92. num.7.lib. 4.& Balb.de præſcript.in 4.par.princ.in princ.* 24 *quaſt.1.* Poſtremo † infertur, concluſio Doctorũ tenentium pactum venditori factum; vt poſſet quandocunque atque ita perpetuò redimere

tres

rem venditam tolli curſu trigiuta annorum, *Menoch.conſ.962 nu.39 lib.10.* vbi quadraginta
tres *Doctores* hoc affirmantes adducit.
25 Accedit vlterius, quod etiam dato, quod dicta verba *quacunque temporis conditione* refer-
rentur ad quantitatem temporis, adhuc tamen,
& quarto non obſtarent, quia dictum *cap. Reintegranda* conditum apparet ab *Euſebio* Pontifi
ce Max. qui Sedē Petri tenuit, anno ſalutis 304.
Secūdum *Menoch. in prælud. tract. de recuperan. nu.58.* ſeu anno ſalutis 310. ſecundum Catalo-
gum Pōtificum, & ante eum, *Caius, & Fabianus*,
& poſtea *Ioannes primus*, Summi Pontifices idē
ſenſerunt; & deinde, de anno ſalutis 1145. ſub
Eugenio Tertio, per *Gratianum* decretorum
compilatorem, inter ſacros canones relatum,
prout idem *Menoch. ſub dicto n.58.* Vnde cum
poſtea ab *Alexandro Tertio*, qui cœpit ſedere,
de anno 1159. ſeu 1160. poſt *d. c.* conditum, &
completum decretum, vt ex eodem catalogo
Pontificum eſt videre emanauerint *c. de quarta,
c. vigilanti, cap. Ad aures, & cap. quia iudicante,
de præſcript.* quæ cum Imperatorijs, *l. ſicut l. omnes. & l. competit. C. de præſcript trigin. ann.* ſe
conformantia, ex quadragenaria præſcriptione,
omnem prorſus actionem excludi voluerint, di-
cendum oportet hanc præſcriptionis diſpoſitio-
nem tanquam vltimam attendendam, & omni
caſu, ex illis correctum, per *Alex. Tertium* præ-
fatum *canon. Reintegranda*, Et ex eiſdem ceſſate
vlterius obiectum, quod à ſolo iure Ciuili actio-
nes perpetuæ ad triginta, vel quadraginta annos
fuerint reſtrictę, & ob id *canonem Reintegranda* non comprehēdi, cum imo legatur etiam re-
ſtrictas in prædictis *Capitulis* de iure Canonico,
26 inter † quod, & ius ciuile, remota mala fide, in
materia præſcriptionis nullam eſſe differentiā
dicit *Abb. in cap. de quarta, nu. 14. verſ (Ego præmitto, quod regulariter) de præſcript. Balb. de præ-*
27 *ſcript. par. 4. quæſt. 24. nu. 6.* Quinimò † quando
aliquid eſt dubiū, de iure Canonico, & reperia-
tur clara Regula de Iure ciuili, debet ſtari iuri
ciuili, vt per quāplura Iura, firmat *Iaſ. in l. quoties, nu. 23. verſ. Secundò moueor. C. de rei vendit.*
28 Nec eſt verum, quod præſcriptio ſit inuenta
propter dominium, non autem etiam propter
poſſeſſionem; cum contrarium expreſſis verbis
legatur in iure ſtatutum *cap. ſubemus, 16. quæſt. 3. l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. l competit. C. de præſcriptio. trigint.* vbi ex curſu quadraginta an-
norum, de poſſeſſione rei, atq; de dominio, quis
remoueri vetatur; Facit *l. 1. in princ. ff. de vi, & vi arma, & l. 2. C. vnde vi* vbi ad recuperandam
poſſeſſionem annale interdictum conceditur.
29 Quinimò † abſurdum eſſe, quod tantum tempus
requiratur ad amittendam poſſeſſionem, quan-
tum ad amittendam proprietatem dicunt *Innoc. in c. quarelam ſub nu. 2. & ibi Bellam. nu. 10.*
poſt *Imol.* relatos per *Contard. de moment. dicta limit. 2. nu. 31.*
Et hinc etiam apparet falſam eſſe conſequen
tiam cōtrarium tenentium, dum arguunt in hoc
remedio nō admitti exceptionem dominij, ergo
nec præſcriptionis, nam vltra reſponſionē, *Balb. q. 24 ſub nu. 4. in tract. de præſcript. par. 4 verſ. (nō obſtat)* infertur ex præmiſsis, & alia validior
reſponſio, quod nō inde fiat, quin poſsit dari dē
pręſcriptione; quæ obſtat, nō ſolū in proprieta-
te, & petitorio, ſed etiam in poſſeſſorio, vt apertè
habetur in ſupra dictis citatis iuribus, & firmat
Gozad conſ. 7. nu. 18. & fruſtra præſcriberetur
poſſeſſioni, ſi præſcriptio ipſa nō poſſet opponi,
30 præſertim † cum, remota exceptione proprieta-
tis, non remoueatur exceptio, quæ ita concludi-
in poſſeſſorio, ſicut in petitorio, prout in termi-
nis *can. Reintegranda per Rotā deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat. in nou.* & alios, quos allegat firmat *Rip. reſponſ. 1. num. 9. de reſtit. ſpoliat.* Idque ſumma
ſuadetur ratione, tam ex eo, quod licet non ad-
mittatur proprietatis, & dominij exceptio, non
tollitur exceptio peremptæ actionis per præ-
31 ſcriptionem, † quæ omnem prorſus actionem
excludit, *c. ad aures, & ibi Doct. de præſcript.* & ita
argumētare videtur, *Parif. d. cōſ. 1. n. 155 lib. 1. &*
32 *Contard. d. §. 4. limit. 2 n. 32.* & † eſt exceptio litis
finitæ, & impedit litis ingreſſum, *Dec. conſ. 301. ſub n. 22. ſub verſ. (Nam tanto tempore) Balb. de præſ. par. 4. q. 24. verſ. (non obſtat)* Quàm etiam
ex eo, quod non excluditur exceptio amiſſi Iuris
33 agendi ad poſſeſſionem, cui † ex tanto tempore
præſcribitur *Aym. conſ. 124. n. 14.* quem in hunc
ſenſum refert, & ſequitur *Menoch. de recuperan. remed. 15. n. 423.* & illis deſeruit dictum *Abbat. in c. 2. nu. 5. verſ (contraria) de reſtit. ſpoliat.*
Pro qua propterea ſic amiſſa poſſeſſione tāquā
34 ex proprio facto, & negligentia (in † cuius pœnā
præſcriptiones emanarunt *c. vigilanti de præſcript. cum vulg.*) nō poteſt Iure optimo compe-
tere, nec competit Remedium huiuſmodi *can. Reintegranda*, vt bene *Socin. conſ. 39. ſub num. 5. verſ. (præterea non competit quia eorum negligentia) lib. 3.* & latius poſt multas auctoritates, quas
affert *conſ. 266. num. 19. & ſeq. lib. 2. Ruin. conſ. 69. n. 14. vol. 1. Afflict. lib. 1. conſtit. rubr. contra quem de reſtit. agat. n. 29. Beuintend. deciſ. 10. n. 2. Aldobran. conſ. 49. num. 4.* cum nō modo ſolo
curſu præfato, ſed etiam ex tacito cōſenſu iſtius,
contra quem præſcribitur iuncta Iuris auctorita-
te, pręſcriptio inducatur *Natta conſ. 636. num. 70. lib. 3.*

Quo

Quo verò ad *gloſ. fin. c. ſolicitè de reſtitut. ſpoliat.* dicimus nec minus eam obſtare; quia dum vult etiam ſecundum canones perpetuò agi poſ-
35 ſe ad damnum, ſiue ad pœnam, debet † intelligi ſecundum ſignificationem dictionis *perpetuò*, quę dùm verbo actioni adhęret tempore triginta, vel quadraginta annorum communiter terminatur, & vſque ad finem conſtitutionibus introductum ſolummodo extenditur §. 1. *verſ. (Aliquando) Inſtit. de perpet. & temp. act. l. miles §. Qui iudicati ff de re iudic. l. Macedoniani C. ad Macedon. l. Prætor ait §. Hoc interdictum perpetuò*
36 *ff. de oper. non. nunc.* Prout † etiã videmus actiones rei perſecutorias, & perſonales dici perpetuas *But. in c. ſolicitè nu. 14. in fin. de reſtit. ſpoliat.* & tamen ſpatio triginta, vel quadraginta annorum ad ſummum terminantur *l. ſicut omnes & tot. tit. C de præſcript. 30. & 40. annorum*. Et ſecundum iſtum ſenſum *gloſ.* hanc eſſe intelligendam tradit *Ruin. conſ. 44. num. 16. verſ. (& ita etiam) vol. 4. Bero. conſ. 56. num. 40. lib. 3.* faciunt latè congeſta ad propoſitum per *Pariſ. conſ. 1. num. 155. lib. 1. & Rolan. conſ. 72. nu. 20. & ſeq. lib. 2.* Non autem intendit dicere, quod viuat cum effectu in ſempiterna ſecula, vt benè per *Caſtren. dicto conſ. 105. ſub num. 3. verſ. (Nõ tamen intendit)* Et quod verè iſte ſit ſenſus dictæ *gloſ.* ſi accuratè legatur, & ponderetur, videtur conſtare ex eo, quod firmat ex auctoritatibus Iuris ciuilis prætorias actiones eſſe tẽporales quoad pœnam, & damnum, & perpetuas quoad rei proſecutionem, & ſubdit ſecundum canones eſſe etiam perpetuas quoad pœnam, & damnũ, Itaut pariformiter perpetuitatem determinet in illis actionibus quoad rei perſecutionem de Iure Ciuili, quàm quoad pœnam de Iure canonico, vt ſint videlicet perpetuæ eo modo, quo de Iure ciuili perpetuæ ſunt rei perſecutoriæ, & ſic vſque ad triginta, & quadraginta annos *inſtitut. de perpet. & temp. act. §. 1.* cum alijs ſuperius adductis, præſertim attenta virtute dictionis *etiam*, quæ præcedẽtem diſpoſitionem extendit ad qualitatẽm, quæ adiungitur, Vltra quod nõ adducit niſi eundem *c. Reintegranda*, cui ſuperius abundè reſponſum fuit. Iuxta quæ ſunt etiam intelligendi Doctores, qui remedium huiuſmodi perpetuum eſſe tradidere ex præmiſſis.

Et ſupplicamus aduerti, quod *Caſſad.* qui ſolet pro contraria opinione allegari in *deciſ. 6. de reſtit. ſpoliat.* nihil firmat. Quinimo contrarium ſentire videtur, dum id relinquit cogitandum in fine, prout & *Put. deciſ. 115. lib. 1. nu. 14.* declarat tenuiſſe pro præſcriptione. Et *Simonett. deciſ. 61. In cauſa Florentina*, quod ſibi nunquam placuit illa opinio, quod dictum remedium ſit impræſcriptibile, & periculoſã appellat *Mohed. deciſ. 17. de reſt. ſpol.*

Ex quibus omnibus concludimus remedium iſtud *can. Reintegranda* non eſſe impræſcriptibile, vbi non adſit violentum ſpolium, & lęta, manifeſtaq; mala fides poſſeſſoris, ſed illi præſcribi ſpatio triginta annorum contra laicos, & quadraginta annorum contra Eccleſiam, vt in Iuribus, & auctoritatibus ſuperius deductis, Imò cũ titulo, & bona fide, ex curſu decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, & contra Eccleſiam quadraginta, vt per *Balb. de præſcript. par. 4. quæſt. 24. ſub num. 4. verſ. (Quinimo) & per Menoch. de recuperand. remed. 15. nu. 425. Benintend. deciſ. 10. num. 2. Theſaur. deciſ. 29. nu. 2. Cephal. conſ. 315. nu. 58. vol. 3. Rolan. conſ. 72. num. 21. lib. 2.*

37 Et quando concurrit præſcriptio centenaria, vel immemorabilis indubitanter dictum remedium nõ competere, cum nunquam intelligatur ſublata centenaria præſcriptio, etiam ſi ſtatutũ, priuilegium, vel lex deroget expreſsè præſcriptioni, vt latè quampluribus firmat auctoritatibus *Ruin. conſ. 103. nu. 8. vol. 5.* & multos congerit *Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 25. Aym. de antiquit. tẽp. 4. par. nu. 43. Burſat. conſ. 23. nu. 22 lib. 1. Afflict. deciſ. 254 nu. 5. Iaſ. conſ. 92. nu. 16. & ſeq. lib. 3. Galleſ. dicto libro 3. de exercit. Iuriſper. ſub n. 56. verſ. (Et vbi etiam omnis excluſa) Port. Imolen. conſ. 24. numero 4.* & ita ſenſit *Rota deciſ. 11. ſi Rector in fin. de reſtit.*
38 *ſpoliat. in non. vt* per *Gozad. conſ. 7. n. 18.* Et † per eam quęrantur etiam impręſcriptibilia, & habeat vim legis *Natta conſ. 446. num. 12. Oſaſc. conſ. 34 nu. 44.* poſt *Caſſan. Boer. Alciat. & Alios*, anno 1599.

Iacobus Menochius.

Vincentius Bantius.

Hieronymus Buccaferreus.

Horatius Giouagnonus.

Io. Baptiſta Coſta.

Philippus Maſſinius.

Iacobus Aliferi.

M. Antonius Roueſcalenſis.

Io. Bernardinus Siccus.

Io.

Io. Ambroſius Morſentius.

Leonardus Zuchinellus.

Nicolaus Angelius Aduo.

Io. Baptiſta Spada Aduo.

Bernardinus Scottus Aduo.

Iulius Pheus.

Gabriel Falconius.

Antonius Ciſonius.

Suprapoſita allegationes deprompta ex ſcriptis à ſupranominatis Aduocatis exhibita fuerunt in Sacra Rota Romana, à qua cauſa fuit deciſa, vt in deciſ. 1360. Eminẽt. ſ. Card. Seraphinis Ea verò, quæ ſigillatim ſcripſerunt Aduocati Bononienſes, nempe Bãtius, Buccaferreus, & Gionagnonius, reperiuntur inter conſ. eiuſdẽ Gionagnonij conſ. 4. lib. 1.

EPITOME.

Donatio, quando ſit valida, & quando non.
I. donatione quando contineantur bona fidei commiſſo ſubiecta, & quando non.
Et an contineantur bona futura.

SVMMARIVM.

1 *Minor vigintiquinque annis nec etiam cum iudicis decreto donare poteſt.*
Nec cum ſolemnitatibus ſtatutarijs nu. 2.
Iuramentum tamen validat donationem minoris nu. 9. & 21.
Præſertim quando ea eſt correſpectiua nu. 22.
Et ideò minor poteſt donare propter nuptias n. 25.
Adeſt autem correſpectiuitas, quando donationes factæ ſunt eadem die, coram ijſdem teſtibus, & ab ijſdem notarijs nu. 26
Non tamen iuramentum conualidat contractus minorum, quando continent enormiſſimam læſionem nu. 10.
Nõ poteſt minor remunerationis cauſa ſine decreto donare immobilia nu. 4.
Quamuis remuneratoria donatio ſit valdè priuilegiata nu. 3.
5 *Donatio eſt contractus.*
Et ideò continetur ſub ſtatutis inducentibus ſolemnitates in contractibus minorum nu. 6.
Sed contra nu. 31.
8 *Principis conceſſio non poteſt extendi vltra intentionem concedentis.*
Et propter obreptionem corruit nu. 7.
11 *Donatio ob metũ reuerentialem facta non valet.*
Neque valet donatio facta abſenti, & de ratione num. 12.
Etiam ſi donator velit donationem, quamuis abſenti factam, valere nu. 13.
Quia non poteſt quis facere actum, & non ſeruare eius ſubſtantialia nu. 14.
Nec poteſt valere in vim pollicitationis nu. 15.
Valet tamen donatio facta abſenti, quando notarius pro eo ſtipulatur nu. 35.
Et quando interuenit iuramentum, & donans ſibi retinet vſumfructum nu. 36.
Item Donatio non inſinuata non valet nu. 18.
Neque inſinuationi renunciari poteſt etiam cum iuramento nu. 19.
Contra nu. 38.
Donatio autẽ remuneratoria, vel ob cauſam valet ſine inſinuatione nu. 37.
17 *Actus, qui non valet eo modo, quo agitur, nec valet prout valere poteſt.*
20 *Inſtrumentum facit rem notoriam nulla egentem diſceptatione.*
23 *Coniuges inuicem donare prohibentur.*
Poſſunt tamen facere donationem correſpectiuam nu. 24.
27 *Statutum ſimpliciter inhabilitans perſonam non includit forenſem.*
Secus ſi eam inhabilem reddat, quando certam formam non ſeruet nu. 28.
29 Statutum Parmæ de form. & ſolem. obſeru. in contract. filiorum fam. & minor. *non inhabilitat ſimpliciter perſonam & nu. 30.*
Idem ſtatutum, & ſtatutum Ciuitatis Caſtelli. Quod minor viginti ann. *non habent locum in donationibus nu. 31.*
Præſertim correſpectiuis nu. 32.
Et iuratis nu. 33.
Nec quando donatio reſoluenda eſt in aliquo caſu nu. 43.
30 *Rubrica ſtatuti declarat nigrum.*
34 *Obreptiones, & ſubreptiones ceſſant ob clauſulam* motus proprij.
38 *Statuta requirentia ſolemnitates in donationibus non habent locum in donatione remuneratoria, & ob cauſam.*
Nec in donatione iurata nu. 40.
39 *Verba ſtatutorum propriè intelligenda ſunt.*
Et recipiunt interpretationem à iure communi nu. 41.

42 *Verba non aliter, nec alio modo reſoluunt diſpoſitionem, quando non concurrunt qualitates adiectæ.*

43 *Bona fideicommiſſo ſubiecta non veniunt ſub donatione facta à grauato.*

Quia præſumitur donantem donare ea, de quibus diſponere poteſt nu. 45.

Quamuis verba ſint generalia, & vniuerſalia, quia non comprahendunt impoſſibile, vel illicitum nu. 46.

Continentur tamen dicta bona viuente donatore nu. 49.

Nec pariter continentur bona fideicommiſſo ſub generali inſtitutione nu. 48.

Niſi ſit inſtitutus fideicommiſſarius nu. 50.

Quia poteſt teſtator grauare hæredē in rebus proprijs, quem honorauit nu. 51.

Item Donatio non cōprehendit bona futura n. 52.

Etiam ſi collata ſit poſt mortem donantis nu. 54.

Quia donatio eſt ſtricti iuris, & interpratatur, vt minus grauet donantem nu. 55.

53 *Quod non eſt veriſimile non eſt attendendum.*

56 *Donator poteſt imponere pœnam priuationis in caſu alicuius contrauentionis.*

57 *Legitima eſt quota bonorum, & ab ea reijcitur cōditio & nu. 59.*

58 *Nepotes non ſuccedunt ab inteſtato Auo materno viuente matre.*

59 *Diſpoſitio qualificata non habet locum non concurrentibus qualitatibus.*

60 *Reſolutio donationis poſt ius quaſitū eſt pœnalis. Et ideo dicitur odioſa, & ſtrictè interpratanda nu. 61.*

RESPONSVM LXXVIII.

Qui via, & veritas eſt dirigat me in viam veritatis.

Icut prudētiſſimè agit Illuſtriſs. D. Virginia Sabella auia, & tutrix Illuſtriſs. D. Chiapini Vitelij, dum antequam progrediatur in litibus iam cæptis ſcrutatur, an eius cauſa iuſtitiā foueat: ita & mihi erit diligentiſſimè elaborandum, vt pro viribus iuſtiſſimo deſiderio ſuæ Illuſtriſs. Dominationis ſatisfaciam. Vt autem tota hæc conſultatio clarior reddatur, eam diſtinguam in tria capita. Agam primo de validitate donationis Illuſtriſs. D. Ferrātis Vitellij: Secūdo data eius validitate, quæ bona ſub ea compræhendātur inquiram: Tertio ſcribam aliqua ſuper illis, quæ d. Illuſtriſs. Domina prætendit aduerſus Illuſtriſs. DD. de Monte.

Ad primúm igitur accedendo multa, & quidem grauia ſunt, quæ me prius inducebant ad reſpondendum contra donationem.

1 Primo nanq; ex perſona donantis ipſe eſt minor vigintiquinq; annis, cui regulariter eſt prohibitum donare, etiam cum iudicis decreto *l. nō ſolum C. de prædijs minor. dic l. fin. & cum ibi ſolem. & ſi maior fact. rat. hab. l. 1. poſt princ. ff. de tutel. & rat. diſtrahend. Dd. in d. l. fi. § ſi cum autem, & in c. in præſentia de probat. Paul. conſ. 191. non eſt dubium ſub nu. 1. verſ. (tamen etiam) in 2.*

2 *Io. de Amic. conſ. 33. nu. 26.* quod † adeò verum eſt, vt aliqua ſolemnia, vel iuris communis, vel ſtatutorum non valeant reddere validam donationem factam à minore *Anchar. conſ. 69. nu. 2.*

3 *& 3.* Imò † licet maximè priuilegiata ſit donatio remuneratoria *Dd. in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. in l. ſi nō ſortem § libertus ff. de condict. indebi.* tamen † nec remunerationis gratia licet mi-

4 nori immobilia donare ſine decreto, vt ſentiunt omnes, & etiam cum decreto, vt ſentiunt *plures ex veriori ſententia: Aret. conſ. 20. in fin. Octauius Simoncel. de decret. lib. 1. tit. 2. inſpectione 4.* vbi latè; ita vt non videatur donatio, de qua agitur ſuſtineri poſſe ea ratione, quod certo modo ſit facta in remunerationem donationis factæ ab Illuſtriſs. Paulo Vitellio ad fauorem d.

5 Illuſtriſs. Ferrantis Vitellij donatoris.

Videturque tanto magis reſpondendum pro inualiditate donationis, quod cum ipſa ſit contractus *l. ſi donationis C. quod met. cauſ. l. contractus C. de fid. inſtrum. not. in § alia Inſt. de donat.* non valebit, quia ſeruata non fuit ſolemnitas *ſtatuti Parmæ de formis, & ſolemnitatibus obſeruandis in contractibus filiorum fam. & minor.* nec ſo-

6 lemnitas *ſtatuti ciuitatis Caſtelli ſub Rub. Quod minor viginti annis,* quæ † ſtatuta vtique videtur procedere etiam in donatione, quæ & ipſa eſt contractus, & ſenſiſſe videtur *Alex. conſ. 125. ſub nu. 2. in 1.* Nec obſtare videtur derogatio dicti *ſtatuti* habita à Sereniſs. Duce Parmæ, primo ex eo, quia narratur Principi D. Ferrantem velle inire contractus pro inueniendis pecunijs ob cōpoſitionem factam cum Camera Apoſtolica, ob quam neceſſitatem Sereniſs. Dux concedit petitam licentiam, vt denotant illa verba, *quoad effectus, de quibus in precibus.* At cum contractus donationis non ſit aptus ad parandas pecunias, imo maximè præiudicialis minori ſupplicanti,

7 ideò ſpetiali nota dignus, ſequitur, vt † licentia D. Ducis nihil faciat ad validitatem donationis, quia obreptum id fuit, q ſi expreſſum fuiſſet non ita facilis fuiſſet Princeps ad concedendam petitam licentiam *Paul. in l. ſed ſi hac lege § patronum autem ſub nu. 2. ff. de in ius voc. & ibi etiam*

arg.

Ang & alij Dd. in c. per venerabilem. qui fil. ſint
8 *legit.* & † quia non conuenit, vt cōceſſum a Prin-
cipe ex gratia quoad effectus, de quibus in pre-
cibus, & ita quoad inueniēdas pecunias pro cō-
poſitione extendatur vltra intentionem conce-
dentis ad illos contractus, quibus non parantur
pecuniæ *l. non omnis ff. ſi cert. pet. cum vulgar.*
9 Pariter nec obſtare videtur iuramentum, per
quod ſolet minor effici maior, &, quo fit, vt con-
tractus ab eo facti ſint inuiolabiliter ſeruandi
auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.
Quia cum eo ipſo, quod nati ſunt filij Illuſtriſs.
D. Io. Vincentio reſoluta fuerit, donatio facta
ab Illuſtriſs. D. Paulo ad commodum ipſius Illu-
ſtriſs. D. Ferrātis remanſit donatio facta ab ipſo
D. Ferrāte ſine vlla cauſa, & ſine vlla recompen-
ſatione, ex quo ſequitur, vt ipſe donanti grauem,
10 & enormiſſimam inferrat læſionem, quo † caſu
iuramentum nihil operari vti carens iudicio, &
iuſtitia pleniſſimè poſt alios ſcripſit *Lancellot.
Galia conſ.* 34. poſt *Nat. conſ. 173. & conſ. 180.
nu. 7. & ſeq. in 1. & Roland. conſ. 54. nu. 29. &
ſeq. in 2.* Et † etiā poſſet dici, quod ob ætatē ma-
iorem, & pecunias, quas pro liberando ſe à com-
poſitione Cameræ Apoſt. expectabat D. Fer-
rantes à D. Paulo caderet in eo metus quidam
reuerentialis, ob quem & donationem, vel nul-
lam, vel infringendam pluribus reſpōdet *Panci-
rol. conſ. 1. nu. 70. cum pluribus ſeq.*
12 Sed & ex parte donatoris nulla videtur hæc
donatio, quippe qui abſens erat, & abſenti dona-
tio facta non valet *l. abſenti ff. de donat. l. neque
ambigi C. de donat. & vtrobique gloſ. Bar. Odoſ.
Ang. & alij Ant. Gomez. de donat. ſub num.* 2. Et
13 licet donator profiteatur velle donationem va-
lere, etiam quod donatarius ſit abſens, id non vi-
detur attendendum, quia cum ad ſubſtantiam
donationis veluti cōtractus ſit neceſſarius ſimul-
taneus conſenſus, qui non habetur inter abſentes
niſi mediante nuncio, vel epiſtola, vt per *Ant.*
14 *Gomez. citato loco* velle † facere donationem, &
non ſeruare ea, quæ ſunt de eius ſubſtantia, eſt
excludere actum *l. nemo poteſt vbi Dd. ff. de leg. 1.*
15 Nec † videtur dicendum, valere donationem in
vim iuratæ pollicitationis, quaſi quod, ſi actus
non valet eo modo, quo agitur, ſaltem valeat eo
meliori modo quo poteſt: Quia repugnare vide-
tur intentio donantis, qui expreſsè profitetur
16 ſe inter viuos donare velle, ideò † benè videtur
ſuccedere id, quod legitur in *l. in ambiguo ff. de
rebus dub.* quod, ſi vult ſimpliciter polliceri, di-
cendo ſe donare non dicit, quod vox ſignificat,
quia non vult, nec id, quod vult, quia vox id non
ſignificat, & cum non conſtet donatorē voluiſſe
donationē alio titulo valere, & agitur de contra-
henda obligatione in illis, quæ depēdent à con-
ſenſu duorū, eſtq; differentia inter donationē m
& pollicitationem quoad modum conſtituendi,
cum pollicitatio ſit ſolius offerentis promiſſio,
& donatio vtriuſq; cōſenſum requirat, ſequetur,
17 † ſi actus non valebit eo modo, quo agitur, nec
valebit eo modo, quo valere poterit, vt declarat
Bar. à cęteris ꝓbatus ī *l. 1. §. ſi quis ita ff. de verb. ob.*
18 Tandem ex parte donationis ipſa inualida
videtur ob defectum inſinuationis *l. data C. de*
19 *donat. & §. alia Inſt. de donat.* cu † non videtur
poſſe renunciari, nec cūm iuramento *Gabr. lib.
3. concluſ. tit. de donat. concluſ. 1. nu. 9 & ſub nu.
66. verſ. (& iſta quidem)* vbi recenſentur multi
tenentes, nec cum iuramento licere renunciare
inſinuationi *Tiraquel. ad l. ſi vnquam in præfat.
nu 159. C. de reuoc. donat.* Adeſt etiam defectus
iuris ſtatutarij, nam *Statutum Ciuitatis Caſtelli*
vult, vt donationes tribus vicibus banniantur
infra decem dies poſtquam fuerunt factę, & *Sta-
tutum Ciuitatis Parmæ ſub Rub. de modo obſer-
uandi in quibuſcunque donationibus* alias requi-
rit ſolemnitates, quæ non interuenerunt.
His tamen minimè repugnantibus ego incli-
no in contrariam ſententiam, quod ſi Illuſtriſs.
D. Ferrātes deceſſit ſine filijs, vetit locus dona-
tioni ad fauorem Illuſtriſs. D. Chiapini, & quia
eius intentio ſatis fundata eſt ſuper inſtrumento
20 publico donationis, quod † facit rem notoriam
nulla egentem diſceptatione fori *Bal. conſ.* 400.
*nu. 5. in 5. Iaſ. in l. 1. in princ. nu. 10 ff. de oper.
nou. nunc. Ceph. conſ. 4. nu. 20. in 1. cum alijs, qui
vulgo ad id allegantur.* Tota difficultas redigitur
ad reſolutionem contrariorum, quę facili nego-
21 cio videtur poſſe reſolui: Nam † ad primam re-
ſpondetur omnē difficultatem ceſſare ob iura-
mentum, quod reddit minorem maiorem *Auth.
Sacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.* etiam
in contractu donationis, vt poſt *gloſ.* tenent *om-
nes in d. Auth.* & ex communi, & magis commu-
ni teſtatur *Ant. Gabr. lib. 2. concluſ. tit. de minor.
concluſ. 5. nu. 5. Eugen. conſ. 3. nu. 4. cum pluribus
ſeq.* vbi plura ad rem, præſertim de virtute iura-
menti *Oddus de reſt. in integ. q. 58. artic. 1. nu. 4.
Simoncel. de decret. lib. 1. tit. 2. inſpect. 1. nu. 14.
Alex. conſ. 125. nu. 3. in 1. Alba conſ. 11. num. 4.
in 1. Gabr. conſ. 127. nu. 8. in 1.* Minoremque
22 difficultatem habet hæc communis opinio in
hoc caſu, in quo, vt infra probabitur, donatio fa-
cta à D. Ferrante ob correſpectiuitatem dicetur
facta in recompenſationem donationis, vel re-
ceptæ, vel ſtatim recipiendæ a D. Paulo, quo ca-
ſu facilius donatio ſuſtinetur *Simoncel. d. lib. 1. de
decret. tit. 2. inſpec. 4. q.* licet teneat, opus eſſe de-
creto ex veriori ſentētia, quicquid multi teneāt

in contrarium; ceſſat tamen hic difficultas decreti, & authoritatis curatoris, cum iuramentum efficiat minorem maiorem: data .n. hac correſpectiuitate donationis ceſſat læſio, ob quam dicitur non licere minori donare; quia .ſ. in donatione non poteſt ſubeſſe cauſa, vt hac ratione principaliter mouetur *Lancellot. Gal. d. conſ.* 34. in
23 ſimili dicitur, vnum ex coniugibus alteri donare non poſſe, ne mutuo amore ſe inuicem ſpolient *l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.* concedi-
24 tur † tamen, vt vnus ex coniugibus donet alteri correſpectiuè ad alteram donationem, quia tunc ceſſat periculum ſe inuicem ſpoliandi *l. quod aũt §. ſi vir & vxor. ff. de donat. inter vir. & vx.* prout illũ *tex.* ita intellexit *Simoncel. d. tit. 2. inſpect. 4.*
25 *verſ. (& huic quoq; rationi)* hacq; † ratione correſpectiuitatis etiam conceditur minori donare propter nuptias *l. 1. C. ſi aduerſ. donat.* & per hunc tex. *Sfort. Oddus de reſt. d. q. 58. artic. 1. nu. 5.* cor-
26 reſpectiuitas † autem non difficulter colligitur ex eo, quod ambæ donationes eadem die, & coram iiſdem teſtibus factæ fuerunt, & ab iiſdem notarijs conſcriptæ *Bal. in l. petens num. 49. C. de pact.* latè *Menoch præſumpt. 12. in 6. Rota deciſ. 95. num. 4. in nouiſſ. & deciſ. 446. in princ. par. 1. Aym. conſ. 298. num. 13. Surd. conſ. 355. nu. 31. in 3.* & licet videatur communiter receptum, ſaltem ſine decreto non valere donationem immobilium remunerationis gratia factã à minore, vt demonſtratum fuit in hoc primo argumento contrariæ partis, tamen adiecto iuramento, quod (vt probatum eſt) facit minorem haberi pro maiore quantum ad contractus obſeruationem, res prorſus dubitatione carere mihi videtur, falſoq; additur adeſſe læſionem, quia natis filijs D. Io. Vincentio reſoluta fuit donatio facta ad commodum D. Ferrãtis. Etenim facilè eſt reſpondere hanc eſſe læſionem prouenientem ab euentu, quæ non nocet, cum & potuerat D. Ferrantes decedere cum filijs, & D. Io. Vincentius ſine filijs.

Minuſque videntur repugnare *ſtatuta* tùm *Parmæ*, tùm *Ciuitatis Caſtelli* de cõtractibus loquentia, quia hæc loquuntur in minori viginti. annis, & D. Ferrãtes erat maior vigintitribus annis, vt in inſtrumentis ipſe teſtatur; illa ẽt ex plu-
27 ribus poſſent euitari, & quidẽ primo, licet † facile poſſet ſuſtineri tale ſtatutum non includere forenſem, quia videtur inhabilitare perſonam in eius primis verbis, dum ait, quod nulli minores poſſint ex aliquibus contractibus ſe obligare, niſi ſeruata forma ab eo præſcripta, iuxta tradita à *Iaſ. in l. 1. C. de ſum. Trinit. & fid. cath. in lectura nu. 19. & 42. & in repet. nu. 86. Bal. ad cõ-*
28 *ſuet. Alex. præfat. 8. nu. 36.* Non † perſiſto tamen in hac reſponſione, quod videam plures tenere ſtatutum non ſimpliciter inhabilitans perſonam, ſed tantum eam inhabilem reddens, vbi certam formam non ſeruaret comprehendere etiam forenſem *Iaſ. conſ. 48. nu. 3. in 1.* optimè *Aret. conſ. 54 ſub n. 2. verſ. (tertia ratio principalis) & conſ. 73. ſub nu. 5. verſ. (his ergo præmiſſis)*
29 tale † videtur ſtatutum Parmæ. Imo attenta *Rub.*
30 quæ † maximè ſolet conferre ad declarandum nigrũ *l. 1. & ibi Dd. ff. ſi cert. pet.* apparet ſtatuẽtes tantum cogitaſſe de forma ſeruanda in contractibus minorum, & nõ de inhabilitanda perſona, dum dicitur *de formis, & ſolemnitatibus obſeruandis in contractibus filiorum fam. & min.* Hinc eſt, quod quidam, qui nouiſſimè ediderunt *ad notat. ad ſtatuta Parmenſia* ita exiſtimaſſe videntur allegando *Iaſ. & Aret. in conſ. ſupra cit.*

31 Vltra igitur hanc reſponſionem dicerem ego, hæc ſtatuta diſponentia minores ex aliquo contractu non obligari, niſi cum authoritate curatoris, & decreto iudicis, cum cauſæ cognitione non procedere in donationibus, in quibus nulla cauſa poteſt ſubeſſe præter liberalitatem donantis, ideo opus non eſt, nec authoritate curatoris, nec decreto iudicis cum cauſæ cognitione in puncto *Alex. conſ. 125. ſub nu. 3. in 1.* ita ſentiunt *apoſtillant. ad hoc ſtatutum*, dum allegant *Alex.* & præterea etiam *Barbat. conſ. 41. col. 6. & ſeq. in 3.*

32 Secundo dico, quod ſi procederent in donatione, non procederent in hac donatione facta cõtemplatione alterius donationis, vt poſt *Tiraquel. & Lamberteng.* quos allegat firmat *Carpan. ad ſtatuta Mediolan c. 328 nu. 71. part. 1.*

33 Tertio dici poteſt hoc ſtatutum Parmæ non complecti contractum iuratum *Alciat. conſ. 32. tom. 1. lib. 2. Socin. Iun. conſ. 32. in 3. Ambroſin.* poſt multos, quos allegat *deciſ. Peruſ. 14. num. 24 & ſeqq.* quicquid ab eo diſponatur ibi *& ſacramentum minorum &c.* ob defectum poteſtatis, cum ſit conditum à laicis, nec de confirmatione Apoſtolica cõſtat, vt copioſè per *Alex. cõſ. 59. in 1. & Aret. conſ. 8. Grat. conſ. 41. in 1.* qui alios allegant.

Quarto ceſſat omnis difficultas ob licentiam Sereniſſ. Ducis, de cuius authoritate nõ eſt quod dubitetur, cui non obſtat quod nihil dictum fuerit de donatione, quia ſatis eſt, quod de contractibus dictum eſt in genere, ſub quo ẽt cõtineri donationem inter viuos iam probatum eſt, nec poteſt dici nihil facere hanc donationem ad parandas pecunias pro concordia inita cum Sede Apoſtolica, quia cum iſti contractus donationis fuerint facti illa die, qua, & alij contractus ob compoſitionem fuere celebrati eſt veri-

ſimile,

ſimile, quod D. Ferrãtes non facile pecunias ac-
cepiſſet à D. Paulo, niſi, & donationem feciſſet,
& recepiſſet reſpectiuè, ſicut ipſe D. Paulus nec
pecunias dediſſet, ſi alij contractus celebrati nõ
fuiſſent: Et cũ ſub generalitate ſermonis etiam
donatio contineatur nihil poteſt dici Principi
34 obreptum, ſtanteq; clauſula *motus proprij* ceſſat
omnis obreptio, ſeu ſubreptio, & omnis ratio,
ꝙ ſi cõcedens intellexiſſet difficilius conceſſiſſet
*c. ſi motu proprio de præbend. in 6. Felin. in c. cau-
ſam quæ (il ſecondo) verſ. (vltimo conſidero) de
teſt. Ant. Gabr. lib. 6. concluſ. tit. de clauſul. con-
cluſ. 2. in princ. & nu.* 84. Nec ſequitur aliquid
præter intentionem reſcribentis, quia identitas
temporis, vt mox dicebam, benè denotat, & do-
nationem factam fuiſſe ad pecunias parandas
pro compoſitione: Ceſſat etiam id, quod dice-
batur de læſione ob correſpectiuitatem, ſicut et-
iam ceſſat metus reuerentialis, quia non conſtat
tempore donationis D. Paulum præſentem fuiſ-
ſe, imò conſtat de eius abſentia.

Quantum verò ad inualiditatem conſidera-
tam ex perſona donatarij, quod eſſet abſens, fa-
cillimè reſpõdetur ceſſare omnem difficultatẽ,
quia notarius pro eo ſtipulatus fuit, vt legitur in
donatione, in ceſſione iurium: nam D. Ferrantes
in executionem donationis inter viuos factæ ad
commodum D. Pauli, licet abſentis, iura quæ-
cunq; ei cõpetẽtia cedit d. D. Paulo licet abſen-
ti, & notario pro eo, & eius heredibus ſtipulante
vt ſupra, & ita titulo donationis inter viuos acce-
35 ptanti, & ſtipulanti, ita † vt dubitari non poſſit,
quin pro donatario notarius fuerit ſtipulatus, ex
quo ſequitur donationis manifeſta validitas,
*Alex. conſ. 53. nu. 5. in 7. Soc. iun. conſ. 67. nu. 4.
in 3. Clar. in §. donatio q. 13. Io. Bolognet. conſ. 6.
36 n. 15. Hondea. conſ. 37. nu.* 24. Et † quia adeſt iu-
ramentum, & donans ſibi retinuit vſumfructum
valet donatio etiam abſenti facta *Thob. Non. cõſ.
1. nu. 6. & 7.*

37 Ad tertiam autem imperfectionem in primis
reſpectu deficiẽtis inſinuationis: Primo reſpõde-
tur, ꝙ cũ alteram donationem hæc reſpiciat, vel
remuneratoria, vel ob cauſam dicetur, & neutro
caſu eſt neceſſaria inſinuatio, vt communiter te-
netur à *Doct.* allegatis ab *Ant. Gabr. lib. 3. cõcluſ.
tit. de donat. concluſ. 1. nu. 60. Alex. in l. licet nu.
7. & Iaſ. ſub nu. 15. C. de pact. Idem Iaſ. in l. ſi pa-
ter puella nu. 3. C. de inoff. teſtam. Rom. in l. Aqui-
lius nu. 6. ff. de donat. Curt. Iun. conſ. 81. num. 5.
Clar. d. §. donatio q. 16. verſ. (ſed nũ quid) & verſ.
(ſed quid) Eugen. conſ. 7. nu. 9. & 10. Ceph. conſ.
272. n. 130. in 2. Ant. Gam. deciſ. Luſit. 163. ſub
nu.* 3. Secundo dato, quod fuiſſet neceſſaria, illi
in ſpetie renunciatum fuit cum iuramento, de
cuius renũciationis validitate non dubitat com-
munis ſcola *Doct. Gabr. d. concluſ. 1. nu. 69. Tira-
quel. ad l. ſi vnquam in præfat. nu. 143. C. de re-
uoc. donat. Decian. conſ. 60. n. 1. in 4. Veral. deciſ.
286. p. 1. Vin. deciſ. 453. lib. 3.*

Reſpectu verò ſolemnitatum iuris municipa-
lis quantum ad *ſtatutum Ciuitatis Caſtelli de do-
nationibus* nullam in eo lego ſolemnitatem, præ-
ter hanc, quod ad inſtantiam alicuius ex parti-
bus dicta donatio banniatur, quod non concer-
nit ſolemnitatem celebrandæ donationis, ita vt
omiſſa vitietur, ſed eſt poſt donationem perfe-
ctam quid introductum in fauorem donatarij,
vt nullus contrahat cum donatore, qui non ſciat
factam eſſe illam donationem, & oportet, vt vna
ex partibus inſtet, ſi non conſtat inſtitum fuiſſe,
non eſt, quod opponatur, id ſeruatum non fuiſſe.

Magis vrgere videtur *ſtatutum Parmæ*, quod
præterquam quod certam formam ſeruandam
in donationibus præſcribit, etiam ſubiungit,
quod ſi contrafactum fuerit in aliquo, talis do-
natio ſit nullius momenti.

Sed ſi, nec donator, nec donatarius erant ſub-
diti Iuriſdictioni Parmæ, reſponſio colligitur ex
eodẽ ſtatuto, dum diſponit dicta ab eo procede-
re tantum in donationibus, quæ fiunt inter ſub-
ditos, vel inter vnum ſubditũ, & alium non ſub-
ditum.

38 Et ſi D. Paulus donatarius erat ſubditus, ſe-
cundo reſpondetur, tale ſtatutum procedere in
vera donatione, nõ in ea, quæ fit alterius contẽ-
platione, quæ non eſt propriè donatio, ſed ob cau-
ſam donatio, *Menoch. conſ. 1. nu. 370. Gabr. conſ.
136. nu. 4. in 2. Anton. Gabriel. d. concl. de donat.
39 nu.* 65. etenim † vulgatum illud eſt, ſtatuta intel-
ligi ſtrictè in caſu proprio tantum, in puncto
*Alex. conſ. 43. num. 31. in 4. Puteus deciſ. 426.
lib. 1.*

40 Tertio etiam reſpondetur huiuſmodi ſtatuta
non afficere donationem iuratam *Pariſ. conſ.
33. nu. 45. & ſeq. in 3. Alex. conſ. 125. nu. 12. in
1. Barz. deciſ. 25. nu.* 48. & in hoc *ſtatuto Parmæ*
conſuluit *Iaſ. conſ. 51. in primo*, & alios eiuſdem
ſententiæ *Dd.* allegant *apoſtillatores ad hoc ſta-
tutum in 1. apoſtilla*, ratio ſatis euidens eſt, quia
cum iuriſdictio ſtatuentium laicorum non extẽ-
datur ad caſus iuratos, vti ſpiritualitatem præ-
ſeferentes, nec in dubio eſt, quod credamus ſta-
tuentes id voluiſſe, quod non potuerunt: Præte-
rea iam probatum fuit cum iuramento licere
renunciare inſinuationi iuris communis, non vi-
deo quare cũ eodem iuramento non liceret re-
nunciare inſinuationi ſtatutariæ introductæ ſine
dubio ad tollendas fraudes, quemadmodum eſt
introducta inſinuatio iuris cõmunis, vt in inſtru-

mẽto donationis ipſe D. Ferrantes verè renunciauit cuicunq; inſinuationi introductæ à ſtatu-
41 to Parmæ; vulgatum † eſt enim illud in ſtatutis eam recipi interpretationem, quæ recipitur etiam in iure communi ad not. *à Salic. in l. 2. C. de noxal. act. ab Ant. de But. & alijs in c. dilecti de conſuet.*

42 Poſſet fortè etiam dici, quod, cum hæc eſſet donatio reſoluenda, ſi D. Ferranti filij naſcerẽtur, vt denotat clauſula *non aliter, nec alio modo Bal. in c. 1. §. vlt. in fin. qua fuer. prim. cauſ. beneſ. amit. Abb. & alij in c. fin. extra de feud. Gozad. conſ. 3. nu. 13. Surd. conſ. 143. ſub nu. 43. in 1.*
43 quod † in ea non ſit locus ſtatuto, vt in indiuiduo colligitur ex *Bar. in l. 1. in fine iuncto ipſo tex. & ex l. filius familias n. 4. ff. de donat.* quem ad hoc propoſitum allegat *Ruin. conſ. 126. nu. 19. in 3.*

Nunc modo accedo ad ſecundum dubium principale: Quæ bona contineantur ſub hac donatione, in quo contingit de duobus dubitare, primo an ſub ea comprehendantur bona ſubiecta fideicõmiſſo, de quo in teſtamento Illuſtriſs. D. Camilli Vitellij: ſecundo an ipſa donatio cõtineat etiam bona acquiſita a D. Ferrante donatore poſt donationem: Primum videtur mihi
44 eſſe extra omnem difficultatem, quia † cum bona ſubiecta fideicommiſſo ſint inalienabilia *auth. res quæ C. com. de leg. cum vulg.* certi iuris eſt, quod non cõtinentur ſub donatione grauati, quæ eſt alienatio, alias eſſet in poteſtate cuiuſcunque grauati donando eludere voluntatem fideicommittẽtis. An verò D. Ferrantes voluerit etiam bona fideicommiſſi complecti ſub d. donatione, ita vt eius hæredes teneantur ad
45 æſtimationem: Quia † prout colligere poſſum ex ſcripturis mihi exhibitis, ex ſingulis bonis relictis ipſi D. Ferrãti licuit deducere Trebellianicam, & etiam legitimam, ſtante eius legitimatione, quæ aſcendunt regulariter ad dimidiam, quo caſu etiam quod donauerit omnia, & quæcunque ipſius donantis terras, poſſeſſiones, domos, & bona quæcunq; mobilia, & immobilia, in dubio crederem intelligendam eſſe de illis, de quibus ipſe diſponere donando poterat, cum
46 omnis ſermo vtcunque generalis, ſeu vniuerſalis ab eo, quod eſt impoſſibile, vel illicitum reſtringatur *Raudenſ. de annalog. c. 22. nu. 105. & 130. Surd. deciſ. 233. nu. 13.* & in caſu, quo adiecta ſint verba vniuerſalia in hac cauſa id ex *Beroto Cranet. & Conar.* deducit *Sola in nouiſſ. conſ. Ciſmont. tit. de alienat. bon. gl. 3. ſub nu. 13. verſ.*
47 *(quartò adducebatur)* & † in puncto, quod ſub donatione omniũ bonorũ nõ præſumatur donatorem voluiſſe complecti bona reſtituenda *Cranet. in l. 1. nu. 53. ff. de leg. 1.* facit arguendo de vltima voluntate ad contractũ donationis, quod
48 qui teſtatur non intelligitur teſtari de bonis ex fideicommiſſo reſtituendis *Suna. conſ. 14. nu. 3. Ceph. conſ. 485. nu. 144. in 4. Alciat. conſ. 54. nu. 2. & 3. lib. 6.*

49 Et ſi quandoq; *Dd.* tenent donationem etiam hæc bona complecti, loquuntur viuo donatori, quia bona fideicommiſſi poſſunt alienari, licet per mortem grauati reſoluatur alienatio, ita *Surd. cõſ. 73. ad fin. in 1.* ſecus in hac donatione, quæ confertur ad tempus, quo bona veniunt reſtituenda; & alienationes reſcindendæ *l. quod*
50 *ſponſa C. de donat. inter vir. & uxor.* Et † ſi *Dd.* quandoq; tenent in inſtitutione vniuerſali etiam comprehendi bona fideicommiſſi, loquuntur inſtituto fideicommiſſario, ita *Belon conſ. 9.* quia
51 licet teſtatori in rebus proprijs grauare hæredẽ, quem honorauit *l. ab eo C. de fideicommiſſ.* alij etiam ſunt, qui loquutur, quando ſi bona fideicommiſſi non continerentur inanis redderetur diſpoſitio At in hoc caſu in dubio non video rationem, ob quam ſit dicendum voluiſſe donantem etiam hæc bona includere; Cum tamen *Dd.* dicant has donationes reciprocas eſſe quaſdam permutationes dicerem plurimam voluntatem dubiam illuſtrari poſſe conſiderato valore bonorum donatorum per D. Paulum, quia ſicut in venditione pretium ſolet declarare, quę res fuerit vendita, ita & in permutatione ſimili emptioni conuenit dijudicare, quam rem quis voluerit dare ex illa, quam recepit; & eius valore.

52 An vero contineantur bona futura: Regula eſt non contineri probata communiter a *Dd. in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta ff. de verb. oblig. & in l. vlt. C. de pact.* à qua licet ex cõiecturis recedatur, tamen in caſu iſto non concurrere coniecturas ad id eſſi ſatis benè oſtendũt *Sola loco mox citato, & Thes. ſuper. deciſ. 199.* conſulendo in pronunciando ſuper hac donatione; quorum rationibus mihi non videtur plenè ſatiſfactum, & earum aliquæ ſunt ita vrgentes, vt opinor illis reſponderi non poſſe: Quibus & illa addi poteſt, quod cum habeat hæc donatio relationem ad aliam donationem, quæ nedum non eſt bonorum præſentium, & futurorum, ſed nec omnium bonorum præſentium, ſed quorundam tantum ad certam locum reſtrictorum, non video, quæ ratio poſſit perſuadere, quod pro certis bonis vtcunque maximi valoris velit quis donare omnia ſua præſentia, & futura, cum poſſet acquirere bona in triplo, quadruplo, & vltra excedentia valorem
53 bonorum à D. Paulo donatorum; & † in omni caſu hoc non eſt à cõiter accidentibus veriſimile, ideò nõ admittendum *l. non eſt veriſimil. ff. eo quod met. cauſ.* Addi etiam poteſt authoritas

Senatus

Senatus Mantuani relatore *Surdo deciſ. 233.* qui
licet loquatur, quando non erat facta reſeruatio
pro teſtando, tamen adſunt, & rationes ad caſum
noſtrum cōferentes, maximè illa fundata in eo,
54 quod dictum erat de bonis ſuis, & † quando eſt
poſt mortem collata donatio, quod nō ideo ma-
gis futura includantur reprobata opinione *Salic.*
tradit idem *Surd. conſ. 450. nu. 45. in 3.*

55 Hoc † ēt dictat natura donationis, quæ dicitur
ſtricti iuris, & interpretatur vt minus grauet do-
nantem ac fieri poſſit *l. cū qui, & ibi Bar. Paul. &*
Rom. ff. de donat. Et licet plura articulum exami-
nando ſubtiliter poſſent cōſiderari tamen omni-
bus reſponderi optimè poteſt ex ſcriptis ab ipſis
Sola, & Theſaur & potiſſimum non obſtat, quod
agatur de modico præiudicio ob reciprocā do-
nationem D. Pauli, quia id benè eſſet verum,
quā do & illa D. Pauli eſſet bonorum futurorum,
tunc quia poſſet D. Ferrantes ſentire, & nō ſenti-
re commodum, modicum inde reſultaret præiu-
dicium, ſed cum donatio D. Pauli ſit tantum pre-
ſentium, non habet D. Ferrātes, quod correſpon-
deat bonis futuris, ideo remanet præiudiciū con-
ſiderabile: Nec ideo minùs eſt præiudiciū, quod
bona poſſent obuenire, & nō obuenire, quia cum
de futuris cōtingentibus non ſit determinata ra-
tio ſemper donatio omnium bonorum referetur ad
futura, quia ſemper id eſſet modici præiudicij,
& regula deſtrueretur dicens talem donationē
complecti tantū præſentia. Nec mihi arridet ra-
tio, quod alias ſequeretur inualiditas donationis,
cum omnia bona D. Ferrantis eſſent fideicom-
miſſo ſubiecta, quia extant portiones detrahen-
dæ, & in facto id falſum credendum eſt; in ſum-
ma ab aduerſarijs eſſet probandum.

Reliquum modo eſt, vt aliqua dicam circa
prætentionem dict. Illuſtriſ. D. Chiapini iunio-
ris aduerſus Illuſtriſſ. Fratres de Monte: qua in-
re prius nonnulla ſuppono, prout ea colligere
potui ex allegationibus Excellentiſs. Aduocati
Vrbinatis, & ex donatione, & teſtamento Illu-
ſtriſs. D. Pauli; Supponitur etenim Illuſtriſs. D.
Gentilinam matrem d. D. Pauli, & D. Chiapini,
& Illuſtriſs. D. Pantaſileæ matris dictorum DD.
de Monte prius inſtituta d. D. Pantaſilea, & al-
tera filia D. Lucretia in dotibus eis datis in caſu,
quo ambo eius filij maſculi decederent ſine fi-
lijs maſculis legitimis, & naturalibus, & de legi-
timo matrimonio natis, iure inſtitutionis reli-
quiſſe eidem D. Pantaſileæ, & ſorori, vel aliqua
ipſarum præmortua eius ex ea filijs relictis quę-
dam bona in ipſo teſtamento ſpecificata.

Supponitur præterea D. Paulum cauſa mortis
donaſſe dictis fratribus de Monte (mortua iam
D. Pantaſilea eorum matre) ſcuta decem milia,
& quingenta, cum conditione, & declaratione
voluntatis his verbis expreſſa: *Quam donationē*
d. Illuſtriſſimus Dominus fecit ex ſua libera vo-
luntate, & pro omni iure, & portione, quam, &
quod dicti donatarij petere poſſent, vt hæredes D.
Pantaſileæ eorum matris contra ipſum donatorē;
& Illuſtriſſ. D. Chiapinum eius fratrem, & eo-
rum hæredes occaſione legitimæ, tam ſuper bonis
paternis Illuſtriſs. D. Nicolai, quā bonis maternis
D. Gentilinæ eorumq; matris, & patris reſpectiuè;
licet dictus Illuſtriſs. donator credat, quod Illu-
ſtriſs. D. Gentilina, vt prudens mulier, & fidelis
dicta D. Pantaſilea taliter prouiderit, quod d. D.
Pātaſilea habuerit debitam portionem tam bono-
rum paternorū, quam maternorū; Et in euentum,
in quem dicti donatarij, aut aliquis ipſorum con-
tra ipſum donatorem, & fratrem, aut eorum hære-
des aliquid peterent occaſione d. legitimæ, tunc &
eo caſu dictus donator voluit præſentem donatio-
nem eſſe nullam, & nullius valoris, & pro infe-
cta quoad portionem contrauenientis haberi, &
eius portionem ad hæredes donatoris reuerti.

Supponitur vltimo, quod iam diem functis
DD Paulo, & Chiapino ſine filijs natis de legi-
timo matrimonio dd. DD. Fratres de Monte in
Rota mouerint iudicium aduerſus hæredes di-
ctorum DD. Pauli, & Chiapini, vt exiſtimo, pe-
tendo res particulares ex teſtamento D. Gentili-
næ relictas, quia deceſſerat D. Paulus ſine aliqui-
bus filijs, & D. Chiapino cum D. Io. Vincentio fi-
lio legitimato, & nō aliter nato de legitimo ma-
trimonio: Hinc modo quæritur an ob talem pe-
titionem donatio reſoluta ſit.

In quo dubio ſententia mea eſt, quod ſi iſti
DD fratres de Monte vti hęredes matris ex eius
perſona peterent legitimam, vel ſupplementum
legitimæ, vel aliquid eius occaſione, quod eſſēt
donatione priuandi, quia verba D. Pauli donan-
56 tis ſunt clara, & † non eſt dubitandum, quin ipſe
potuerit adijcere in ſua diſpoſitione pœnam pri-
uationis in caſu alicuius contrauentionis ad *tex.*
in §. diſponat auth. de nupt. l. 1. C. de his, quæ pæn.
nom. §. pæna Inſt. de legat. Surd. de aliment. tit. 9.
q. 25. nu. 3. & deciſ. 194. nu. 11. Sed difficultas
in eo cōſiſtit, an dicti DD. de Monte cōtrauene-
rint; Quia ſi petierunt non habita ratione ad ali-
quam quotam hæreditatis D. Gentilinæ, & non
incontinenti mortua Illuſtriſs. D. Pantaſilea
eorum matre, nec vti eius hæredes, & ex ſua per-
ſona, hæc facta extrinſeca demonſtant eorum
intrinſecam voluntatem non fuiſſe petere occa-
57 ſione alicuius legitimę, nam † ſi hæc fuiſſet eorum
intentio, non res particulares, ſed quota in bo-
norum, vel eius ſupplementū petijſſent iuxta *not.*
in auth. nouiſſima C. de inoff. teſt. non ex [illegible]

per-

Digitized by Google

perſona, quia, pręcedēte matre tempore mortis
D. Gentilinæ, ipſi non habent ius petendi legiti-
58 mam, cum † nec ab inteſtato ſuccedere poſſint
*§. 1. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. §. 1. Auth. de
hered. ab inteſt.* & legitima ſit portio portionis
ab inteſtato obuenturæ. & nō expectato aliquo
59 euentu cōditionis, quia † legitima talem euentū
non expectat *l. quoniam in prioribus C. de inoffic.
teſt.* ſed incontinenti mortua matre translata in
eos petitione, quæ viua matre non competebat,
petendo autem dictas res relictas ex teſtamento
D. Gentilinæ, & ex eorum perſona meo iudicio
non priuat eos donatione, tum quia conſtat D.
Paulum certo modo acquieuiſſe diſpoſitis à D.
Gentilina, dum in ipſa donatione, & in hac pro-
hibitione petendi dixit, ſe credere d. D. Genti-
linam taliter prouidiſſe D. Pantaſileæ, vt debi-
tam portionem habuerit, quæ prouiſio poterat
eſſe facta, tàm inter viuos, quam in teſtamento à
d. D. Gentilina. Præterea, cum verba ſint clara,
quando peterent DD. de Monte vti hęredes ma-
tris, & occaſione legitimę, ita concurrentibus his
59 duabus qualitatibus, ſi † nō concurrūt qualitates,
nec eſt locus diſpoſitioni donantis *Bar. in l. 1. §.
quod autem ff. ne quid in flum. public. Nat. conſ.*
60 *153. nu. 2. Sim. de Pret. cōſ. 42. nu. 9.* & † maximè,
quia iſta reſolutio donationis poſt ius quæſitum
eſt diſpoſitio pęnalis *l. pater familias teſtamento,
vbi Bar. ff. de hered. inſt. Ceph. cōſ. 52. ſub nu. 6. in*
61 *1. Menoch. conſ. 78. ſub n. 25. in 1.* pænales † vero
diſpoſitiones odioſæ ſunt, & ſtrictè interpretan-
dæ *reg. in pœnis de reg. iur. in 6.* ob id nō erit, quod
dicatur in hanc pęnam DD. hos fratres incidiſſe,
niſi formaliter vti hæredes matris petijſſent, &
occaſione legitimæ.

Nec crederem eſſe in hoc caſu conſiderandā
prohibitionem latiorem, de qua in teſtamento
d. D. Pauli, quia verè ipſa non videtur mihi reſpi-
cere donationem, ſed tantum legatum ſcutorum
25. mill. factum in caſu finitæ lineæ D. Chiapini,
vt verba indicāt ibi *hac tamen cōditione, quod dd.
eius nepotes priuſquā d. legatū conſequantur &c.*

Sicut etiam mihi nec alia ratio, licet ſubtilior
plenè ſatisfacit, quod res relictæ in teſtamento
D. Gentilinę ſint pro legitima relictę, ita vt dum
petuntur, legitima petatur; quia contrarium de-
notat modus relinquendi ſub conditione, & in
omnem euentum D. Paulus non videtur prohi-
buiſſe aliquid petere occaſione legitimæ ex diſ-
poſitione ipſius D. Gentilinæ, vt denotant verba
mox relata, & id non petunt fratres de Monte vti
hæredes D. Pantaſileæ: Hæc in prædictis diffi-
cultatibus eſt ſententia mea, quam tamen ſubij-
cio iudicio cuiuslibet rectius ſentientis.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Donatio quando pura, & ſimplex, & quando re-
muneratoria dicatur.
Donationis cauſa, quando in genere, vel in ſpe-
cie, aut in indiuiduo expreſſa cenſeatur.
Quæ ſit cauſa finalis, & quæ impulſiua.

SVMMARIVM.

1 *Donatio perfecta eſt irreuocabilis.*
*Et mera, ac pura, non remuneratoria eſt do-
natio, quando talis nominatur à partibus
num. 3.*
*Quia actus talis iudicatur, qualis à partibus appel-
latur nu. 4.*
*Et ille contractus cenſetur celebratus, cuius nomen
expreſſum eſt nu. 5.*
*Dicitur etiam pura, & mera donatio, quando inter-
uenit inſinuatio, quæ non eſt neceſſaria in dona-
tione remuneratoria nu. 6.*
*Et talis etiam dicitur, quamuis donator moueatur
ad donandum propter benemerita donatarij nu.
8. & 19.*
*Quod intellige, quando merita ſunt expreſſa in ge-
nere, ſecus ſi ſint expreſſa in ſpecie nu. 22.*
*Quando verò dicantur expreſſa in genere, quando
in ſpecie, & quando in indiuiduo n. 23. & ſeqq.*
*Et quando merita dicātur cauſa finalis, & quando
impulſiua donationis nu. 27.*
*Item quando conſtat qualem donationem voluerit
quis facere non attenditur cauſa, licet illa ſit
ad transferendam donationem in aliam ſpeciem
nu. 10.*
*Donatio verò remuneratoria eſt, quando donatur
propter obligationem nu. 9. & 14.*
Et hæc non eſt pura, & ſimplex donatio nu. 20.
*Sed potius debiti ſolutio, ac permutatio, & obuenire
dicitur ex titulo oneroſo nu. 21.*
*Ex beneficijs namque oritur obligatio antidoralis,
& affectio erga perſonam, à qua beneficium re-
cipitur nu. 13.*
*Quando donatur intuitu obligationis, eſt donatio
remuneratoria, quando verò donatur intuitu af-
fectionis eſt ſimplex donatio nu. 14.*
2 *Inſtrumentum eſt probatio probatiſſima.*
7 *Ex ſolemnitatib⁹ adhibitis cognoſcitur an quis vo-
luerit teſtari in ſcriptis, vel nuncupatiuè, & an
voluerit teſtari, vel codicillari.*
11 *Donatio facta, itaut nunquam reuocetur dicitur in-
ter viuos, non cauſa mortis, quamuis facta fue-
rit mentio mortis.*
*Idem eſt, quando donatur inter viuos cauſa mortis
nu. 12.*

De-

15 *Donatio propter merita non probatis meritis, vel in totum, vel pro parte remanet ſimplex donatio & nu. 31.*

Contrarium tenet Batt. *nu.* 16.

Qui tamen loquitur, quando donatór noluit valere in vim ſimplicis donationis nu. 17.

Merita tamen probanda non ſunt, quando non verſamur inter perſonas prohibitas nu. 28.

28 *Diſpoſitiones ita interpratantur ne eorum verba ſint ſuperflua.*

20 Peregr. conſ 3. nu. 13. lib. 3. *impugnatur.*

24 *Legatum eſt generale, ſi dictum ſit* lego ſubſtantiam, *vel* lego hominem.

25 *Intellectus* l. Acquilius ff. de donat.

Et de ratione illius nu. 26.

27 *Cauſa qua dicatur finalis, & qua impulſiua.*

29 *Ex pluribus cauſis donationis vna ceſſante donatio non ceſſat.*

Sicuti non ceſſat, quando donans voluit donare ea donatione, ad quam non erat neceſſaria talis cauſa nu. 30.

32 *Dolus non præſumitur præſertim, quando interuenit præſentia, & inſinuatio iudicis.*

33 *In donatione non poteſt dari de enormiſſima læſione.*

34 *Succumbens in iudicio condemnandus eſt in expenſis.*

RESPONSVM LXXIX.

Auſpice Chriſto.

PLacuit Illuſtriſs. D. Co. Io. Baptiſtæ Ferrario donare adm. Reu. D. Io Paulo Fõtanæ ducatonos decem ſingulo menſe eius vita durante, quę donatio (licet exigua attenta conditione, & nobilitate donantis) interueniente rogitu notarij, inſinuatione iudicis perfecta fuit, & omnib⁹ nu-
1 meris abſoluta, & † vti talis non admittit pæni-
tentiã donantis, nec retractari poteſt *l. ſi ne emãcipatis C. de donat. l. perfecta C. de donat. quæ ſub modo l. velles, & l. donationes C. de reuoc. donat. l. inciuile & ibi gloſ. C. de rei vendicat. l. fin. C. de vſucap. pro donato l. donationes in concubinam §. pater ff. de donat. §. alia Inſt. de donat. Bar. in l. fin. ſub n. 7. verſ (iſtam partẽ ego teneo) ff. de condit. cauſ. dat. & non ſecut. D. Paris. in conſ. 52. nu. 32.* ex quo ſequitur, vt intentio Fontanæ petentis eius executionẽ ſit optimè fundata, præſertim, cum habeat pro ſe publicum inſtrumentum,
2 quod rem claram, atq; notoriam reddit, cum ſit
probatio probatiſſima *Iaſ. in l. 1. n. 10 ff. de oper. nou. nunc. Aym. conſ. 10. nu. 7. Grammat. deciſ. 45. num. 9. Tiraquel de retract. lignag. §. 1. gloſ. 11. nu. 20.*

Magiſque eluceſcet iuſtitia intentionis Donatarij, ex reſolutione eorum, quæ pro motiuis, doctiſſimè, & ſubtiliter data fuerũt ab Illuſtriſs. DD. Iudicibus, quæ potiſſimum ad hæc capita deduci vidẽtur: Quod donatio non fuerit pura, ſed remuneratoria attẽtis primis verbis inſtrumenti, præſertim quia merita videntur enunciata in ſpecie, ex quibus elicitur ratio ſi talis donationis, quæ dicitur ceſſare non probatis meritis, imò quia cõſtare videtur donatorem in hoc deceptum fuiſſe ex pluribus, quæ deducuntur, ceſſare videtur cauſa, & intentio donandi.

3 Accedendo ad primum, quod eſt præcipuũ
in hac cauſa non videtur dubitandũ, quin donatio ſit pura, & mera donatio, nõ remuneratoria, quia talis à donante nominatur ibi *titulo puræ,*
4 *meræ, ſimplicis, & irreuocabilis inter viuos dona-*
tionis, talis † n. actus eſt iudicandus, qualis à partibus nominatur, quia voluntas non præſumitur aliena à verbis *l. labeo §. idẽ Tubero ff. de ſupellect. leg. et c. ſecundo regis de appellat. can. is autẽ*
5 *22. q. 2. Aym. conſ 20. in princ.* & † ille contractus
cẽſetur celebratus, cuius nomen expræſſum eſt *l. 1. §. ſi te rogauero ff. depoſit. l. tenetur §. 1. ff. de act. empt. Bart. in l. idemq; §. ſi quis Titio ff. mand.*
6 *Soc. iun. in Rub. ff. de verb. oblig. nu. 241.* Declara-
tur † ẽt mens donãtis ex eo, q curauit donationẽ inſinuari, quæ ſolemnitas ſecundum opinionem communem *Doctorum* non eſt neceſſaria in donationem remuneratoria *Bar. in l. Aquilius ff. de donat. & idem Bar. Ang. & Imol. in l. pen. §. 1. ff. de donat. Rom. conſ. 26. nu. 3. Rim. Inſt. de donat. in princ. nu. 130. & in § 1. nu. 471.* qui de cõmuni teſtatur, ideò figura hæc, & forma propria donationis purę denotat, donantem voluiſ-
7 ſe puræ donare, quemadmodum † & in vltimis
volũtatibus ex ſolemnitatibus adhibitis cognoſcitur, an quis voluerit teſtari in ſcriptis, vel nuncupatiuè, vel an voluerit teſtari, vel codicillari *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 7. & lib. 2. tit. 3. Menoch. præſumpt. 2. & 3. in 4.*
8 Nec obſtat, quod donator relatis meritis do-
natarij, & eius patris concludat ſe venire ad donationem; vt fugiat vitium ingratitudinis, & vt ſignum gratitudinis ob merita, & ſeruitia donatarij exhibeat: Quia hæc verba benè oſtendunt beneficia recepta fuiſſe in cauſa, vt deueniret donator ad donationem, ſed ad quam donationem, ad remuneratoriã? non, quia nõ eſt dubia voluntas donantis, ſed clara, quod intendit recõpenſare merita donatione pura, non verò donatione impropria, & ob cauſam, qualis dicitur donatio remuneratoria, ſentiens, quod licet in-

gentia

Digitized by Google

gentia eſſent merita, quod tamen venit ad do-
nationem ex pura liberalitate, ne in conſpectu
9 nobilium videtur ingratus, non † quia putaret, ſe
ad id aliqua ratione teneri, vt cõtingit in dona-
tione remuneratoria ſecundum opinionem, quã
veriorem putat *Arius Pinel. ad l. 1. C. de bon. ma-
tern. in 3. parte ſub nu. 59. verſ. (vbi ſemper pla-*
10 *cent:)* vbi † enim conſtat qualem donationem
quis voluerit facere, non attenditur cauſa, ob
quam deuenitur ad donationem, licet illa cauſa
ſit habilis ad transferendam donationem in
aliã ſpetiem, facit optimè tex. in *l. vbi ita dona-*
11 *tur ff. de mortis cauſ. donat.* ſi † quis pro cauſa
donãdi ponat mortem, & poſtea donet, vt nullo
caſu reuocetur, quia hoc repugnat donationi
cauſa mortis, mors magis eſt cauſa donãdi, quã
donatio cauſa mortis *Menoch. præſumpt. 35 nu.
21. in 3. Gabr. tit. de iure iurando concluſ. 9. nu.*
12 *2. & ſeq.* & † idem, quando cauſa mortis donatur
inter viuos *Alex. conſ. 14. in 1. Doct.* communi-
ter *in l. quæ dotis ff. ſolut. matrim* & in caſu no-
ſtro donatur cauſa beneficiorum receptorum, &
adijcitur qualitas ſignificata illis verbis *titulo
puræ, meræ, ſimplicis inter viuos donationis* erit
ergo pura donatio, & mẽtio meritorũ potius erit
cauſa donandi, quã quod faciat donationem re-
13 muneratoriam: etenim † ex beneficijs receptis o-
ritur obligatio antidoralis ad remunerandum,
oritur & affectio ad perſonam, à qua beneficia
recepimus *l. affectionis ff. de donat.* ibi *erga bene-
merentes amicos, vel neceſſarios*, quando intuitu
14 obligationis fit donatio, eſt remuneratoria, ſed
quando ob affectionem etiam ex meritis ortam,
eſt ſimplex donatio *Paul. in d. l. affectionis* poſt
Bal. quem allegat, quod contigit in caſu noſtro,
cum in narratione meritorũ nihil dicatur de ob-
ligatione, ſed de gratitudine, & amore, & ita ex
affectione; dicitur enim fieri donationem, *vt ſit
ſignum gratitudinis, & amoris*, non ergo fit do-
natio pro remuneratione, imò iudicãtur merita
ita ingẽtia, vt vix remunerari poſſint, ſed fit pro
ſigno gratitudinis, hoc eſt, quod donatori fue-
rint grata talia beneficia, propter quod donatio
fit, & pro ſigno amoris, & ita affectionis, ideo
donator adſcribit donationi titulum puræ, &
ſimplicis donationis dicens, etiam id feciſſe, ne
prorſus ſe redderet indignũ beneficijs receptis,
quæ non inſinuant implementum obligationis,
ita vt donatio fiat pro ſatisfactione meritorum,
ſed potius inſinuant memoriam beneficiorum
receptorum, & amorem, affectionemque in do-
natarium; igitur ſecundum vera principia iu-
ris hæc non poterit dici donatio remunerato-
15 ria, ſed ſimplex, vt nominatur, & † tanto magis
eſſet eundum in hanc ſententiam, ſi verum eſ-
ſet id, quod prætendit pars aduerſa, quod meri-
ta non probentur, ergo erit donatio ſimplex, vt
concludit *Paul. in d. l. affectionis*, & quamuis re-
ferat repugnare doctrinã *Bart. in l. per diuerſas*
16 *C. de mand.* dicentis † ceſſionem propter merita
nõ valere non probatis meritis, quia mutatur ti-
tulus; tamẽ ipſe *Paul.* recedit à doctrina *Bart.* à
qua etiam, quod non eſſet recedendum non fa-
17 ceret contra nos, nam † mouetur *Bart.* quod illa
ceſſio, de qua loquitur, non valeret in vim do-
nationis remuneratoriæ, quia merita non pro-
bantur, nec puræ, quia donator id noluit; hoc vl-
timũ ceſſat in caſu noſtro, quia cõſtat, quod do-
nator id vult, & credendum eſt data opera hæc
verba addita fuiſſe, ne pro validitate donatio-
nis eſſent probãda merita, & ne periclitaret do-
natio, ſi ipſa nõ iuſtificarentur, & vt oſtendere-
tur, quod non attẽtis meritis tantũ, donatur, ſed
etiam ob affectionem puram ad donatarium.

18 Fauet etiam huic opinioni, quod † ſemper eſt
accipiẽda interpretatio, per quam verba diſpo-
ſitionis non redduntur ſuperflua *l. ſi quando ff.
de leg. 1. cum alijs vulg.* ſi dicimus eſſe donatio-
nem puram nihil ſuperflui adeſt, quia mentio
meritorum ſeruiet pro colore ad donandum, &
pro ratione impulſiua: ſi dicimus id, quod ex ad-
uerſo prætenditur, illa verba *puræ, & meræ, &
ſimplicis donationis* erunt prorſus ſuperflua, &
contraria menti donantis: Nec dicatur fuiſſe
adiecta ex capite notarij, quia hoc dicere eſſet
pura vanitas, cum hæc verba non concernant
clauſulas ex ſtilo notarij adijciendas, ſed concer-
nunt titulum donationis, qui non poteſt haberi,
niſi à voluntate donantis, & cum (vt intelligo)
notarius ſit vir in arte periti ſſimus, & integerri-
mus, credendum eſt id ſcripſiſſe, quia fuerit ex
intentione donantis.

19 Tandem, vt oſtendatur hanc opinionem non
eſſe deſtitutam authoritatibus grauiſſimorum
Doctorum, illius fuit author *Oldradus in conſ. 5.*
quem ſequuntur plures *Doctores* relati à *Bec.
conſ. 20. nu. 5. & 6.* latius ab *Honded. conſ. 47. ſub
n. 10. in 1. & à Menoch. conſ. 112. n. 41. in 2.* qui-
bus addo *Albam. conſ. 225. nu. 24. in 2. Io. Franc.
à Ponte conſ. 80 nu. 13. Purpurat. conſ. 510. nu.
14 in 2. Maluaſ. conſ. 3. n. 34. & 62* idem ſentit
licet *Oldradum* non alleget *Hier. de Laurentijs
deciſ. Auenion. 23. nu. 15. Rota* apud *Card. Sera-
phin. deciſ. 181. nu 8. Mantic. de tacit. & ambig.
connent. lib. 13. tit. 42. nu. 2.* ita vt non ſit dubi-
tandum, quin hæc ſit receptiſſima opinio quic-
20 quid † inaduertenter dixerit *Pereg. conſ. 3. n. 13.
in 3.* non allegans *Oldradum*, nec alium cum co
tenẽtem, & motum ea ratione, quod donatio ob
benemerita eſt pura, & ſimplex donatio, quæ eſt

fri-

triuola, & falſa ratio contra dictum *miſc; in l.*
1. in princ. de donat. quod, quando donatur ob
aliam cauſam, quam vt liberalitas, & munificen-
tia exerceatur, non eſt pura, & propria donatio, &
21 & † in ſpetie, quod donatio remuneratoria non
ſit verè donatio, ſed potius quędam debiti ſolu-
tio, & permutatio, & ob id ne dicatur ex titulo
oneroſo, *Seraphin. deciſ. 416. nu. 3.* [illegible]
22 Illud autem obſtare videtur, quod conſilium
Oldradi procedit, quando merita ſunt expreſſa in
genere, non ſi ita ſunt expreſſa in ſpetie, vt
colligitur ab eodem *Oldrado in fine conſilij Bec.*
d. conſ. 20. n. 31. [illegible] *C. de collat.* & † quod in caſu noſtro ſunt expreſſa
23 merita in ſpetie probatur, quia expræſſio merito-
torum ſatis ſimilis eſt illi, de qua in *l. Aequilius*
ff. de donat. ſecundo, quia eſt ſimilis illi, de qua
Menoch. conſ. 112. nu. 3. & Tertio, quia dif-
ferentia eſt, an expræſſio ſit facta in ſpetie, an in
indiuiduo *Mãt. de cõiec. vlt. vol. lib. 12. tit. 8. n. 6.*
Sed hæc dicta quamuis ſpecioſa ſatis, non vi-
dentur tamen caſui noſtro deſeruire, quia dona-
tor, quantum ad Fontanam donatarium, ſtat in
pura generalitate, cum dicat donare attenta fi-
deli, & ſibi gratiſſima ſeruitute, quam domui ſuę
præſtitit, & præſtat D. Io. Paulus donatarius, &
idem quantum ad obſequia præſtita patri; dicit
enim ſibi innoteſcere gratioſa, notabilia, ferèq;
incogitabilia ſeruitia, tam ad conſeruationem
facultatum, quã ad vitæ defenſionem, quæ ver-
ba ſine dubio ſunt generalia, quia defenſio fa-
cultatum poteſt ſub ſe includere varias ſeruitio-
rum, & officiorum ſpecies omnes tendentes ad
tuendas facultates, & idem eſt de defenſione
perſonæ, deuentum eſſet ad ſpetialem expreſ-
ſionem, quãdo dictum fuiſſet, quia præſtitit ſer-
uitia ad conſeruationem facultatum, vti nego-
ciorum geſtor, vel procurator, aut curator in
emendo, vendendo, locando, & ſimilia agendo,
vel in defenſione perſonę eum aſſociando, vel
defendendo à violentijs illatis, vel in iudicijs cri-
minalibus verbis, & factis perſonam defenden-
do; expræſſio autem in indiuiduo, eſſet, quando
ſingulariter exprimerentur illi actus, qui facti
eſſent pro defenſione facultatum, vel perſonæ,
conueniunt hęc illis, quæ de expræſſione in ge-
nere, in ſpetie, & in indiuiduo ſcripſit *Mãtic. loco*
citato, & quæ habuit à *Bart. in l. 1. nu. 4. ff. ſi quis*
in ius voc. non ierit, in l. vlt. nu. 4. ſi cont. ius, vel
vtilit. publicam, & in l. 1. n. 7. ff. de vulg. & pupil.
ſubſtit. & ibi alij Doctores non inficior, quod ſi
tantum dictum eſſet *ob innumerabilia ſeruitia,*
quod verba eſſent magis generalia, & minus,
quando additum *pro conſeruatione facultatum,*
& defenſione perſonæ, tamen etiam hoc caſu ex-
preſſio eſt generalis, quia non eſt reſtricta ad
24 certam ſpetiem ſeruitij, quemadmodum † ſi di-
catur *Tego ſubſtantiam* legatum dicitur magis
generale, quam ſi dicatur *lego hominem*, & tamen
vtroq; caſu legatum eſt generale *gloſ. in §. ſi gene-*
raliter Inſt. de legat. l. legato generaliter, & ibi
poſt gloſ. Bar. & alij ff. de leg. [illegible]
Nec illa expreſſio, de qua in caſu noſtro vide-
tur ſimilis illi, de qua in *l. Aequilius* noſtra enim,
vt oſtendi, eſt generalis, & habet circumſtantias,
quæ eam reddunt minus generalem, ſed nõ quę
25 reddant eam ſpetialem, ſed † in *d. l. Aequilius* ex-
præſſio erat talis, *quoniam tu & apud patrem meum ſemper*
fuiſti, & me eloquentia, & diligentia tua meliorem
reddidiſti, quæ expræſſio dirigebatur ad Nico-
ſtratum rethorem, hoc eſt profeſſorem rethori-
cæ, vt legit *Cuiac. in lib. 29. quæſt. Papin. & Ant.*
Concius, non rectorem. ſ. prouinciæ, vt legebatur
in antiquis codicibus, vel legendum eſt præce-
ptorem, vt in baſilicis legi notat *Duaren.* & legẽ-
dum eſſe oſtendunt illa verba *veram officium*
magiſtri, & benè animaduertit *Romanus ibi* hęc
circũſtantia, quod ille, cui donatur, fuerat pręce-
ptor donantis, qui fatetur ſua doctrina meliorẽ
redditum fuiſſe, oſtendit qua ratione donatarius
fuerit penes patrem donatoris. ſ. vt eius filium
inſtrueret, & quę fuerint merita. ſ. in inſtruendo
filio in literis humanioribus: His concludo ex-
præſſionem, de qua in *d. lege* non fuiſſe ſimilem
expræſſioni, de qua in noſtra donatione; Nec li-
cet ex ea lege arguere, quod ſicut ibi erat do-
natio remuneratoria, ita, & in caſu noſtro, quia
26 ideo ibi ita ſtatuitur, eo quod merita talia erant,
ob quę ſaltem competebat officium iudicis *Cum.*
& Rom. in d. lege & Paul. ad l. 1. parte 3. num. 62.
C. de bon. matern. qui etiam allegat *Dec. in l. do-*
nari ff. de reg. iur. & in eo tex. Aequilius donator
ſimpliciter dixit dono, & nõ curauit de inſinua-
tione, merito, ſi iudicatur donatio remuneratio-
ria, hic donator dixit donare purè, & curauit ad
hiberi inſinuationem, ſolemnitatem propriam
donationis puræ. Nec expræſſio illa ſpetialis, de
qua loquitur *Menoch. d. conſ. 112. nu. 11.* ſ. quia
ab hoſtibus me redemiſti, eſt ſimilis expræſſioni
noſtræ, quia illa exprimit vnam ſpetiem ſeruitij,
quod licet varijs modis exequi poſſit, tamen in
eo exequendo non oriuntur variæ ſpeties ſerui-
tiorum, ſed in caſu noſtro ex varijs modis curan-
di bona, & defendendi perſonam variæ ſpetiès
beneficiorum reſultare poſſunt.
27 His, quę hucuſq; pro veritate ſcripta ſunt cõ-
ſequens eſt, vt dicatur rationem finalem dona-
tionis fuiſſe exercitium liberalitatis ab affectio-
nem ad donatarium, & non recompenſationem
meritorum, ſed potius merita fuiſſe cauſam im-
pulſiuam

Digitized by Google

pulſiuam ad donandum purè, quia quando me-
rita ſunt in genere expreſſa, & donatio facile
poteſt excedere merita, vt audio prętēdere par-
tem aduerſam, ratio meritorum non dicitur fi-
nalis, & præcipuè, quia, cum donetur purè, con-
ſtat, quod, etiam ſi non fuiſſent merita, donatum
fuiſſet, alias non donatum fuiſſet purè, ſed ob
merita *Rota deciſ. 125. ſub nu. 5. parte 1. nouiſſ.*
Bim. conſ. 193. ſub nu. 8. verſ. (quod verò) in 2. ex
eo .n. quod donatum eſt purè, & merè reſultant
tria, quæ oſtendunt cauſam non fuiſſe finalem,
primū, q conſtat donatorem, alias donaturū, vt
dixi; ſecundū, quod cum puræ donationes fiāt ēt
non præcedentibus meritis, ſed ex pura affectio-
ne ad donatarium, vel ex naturali liberalitate
donantis, cauſa eſt ſpetialior cauſato, vel dica-
mus, quod cauſatum in plus ſe habet quam cau-
ſa; tertiū eſt, quia ex meritis præcedentibus, licet
reſultet vt donetur, non tamen reſultat ex neceſ-
ſitate, vt donetur purè, ſed ex voluntate, quæ
omnia deuiant à natura cauſæ finalis, & acce-
dunt naturæ cauſæ impulſiuæ *Io. And. & Io. Mo-*
nach. in c. fin. de heretic. in 6. Barz. deciſ. 25. nu.
85. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa limit. 1. nu. 62.
Salicet. in l. 1. nu. 3. C. de falſ. cauſ. adiect. legat.
Nec obſtat, qđ hæc cauſa legatur in prohęmio
donationis, quia verū eſt prohæmiū denotare
cauſam finalē, quando tamen concurrunt qua-
litates propriæ cauſæ finalis, non quando con-
currunt qualitates cauſæ impulſiuę, vt hic, &
quamuis *Grammatic. deciſ. 59. n. 5.* dicat cauſam
finalē illā eſſe, quę eſt obligatoria, vel de rigo-
re, vel de æquitate; tamen ex beneficijs receptis
poteſt dici reſultare, vt donetur, ſed vt donetur
purè nequaquam: Præterea auertendum eſt id,
quod etiam tetigi ſupra, in prohęmio donationis
non dici tantum de gratitudine, ſed & de amo-
re, & affectione ad donatarium, quod nō reſtrin-
gitur ad donationem remuneratoriam.

28 Et dato etiam, non tamen conceſſo, quod hęc
donatio fuerit ob merita tantum, ad eam ſuſti-
nendam merita à donatario non eſſent proban-
da, ſed ſtādum eſſet aſſertioni donantis, cum nō
verſemur inter perſonas prohibitas *Guid. Pap.*
deciſ. 95. nu. 2. Clar. in §. donatio q. 3. verſ. (ſed hic
occurrit) eſt communis opinio, vt per *Maſcard.*
concluſ. 500. vol. 1. de probat.

Nec, quod donator fuerit in meritis deceptus,
aliquo modo conſtat, quia licet impubes fuerit
tempore mortis patris, tamen ex auditu ab alijs
potuit intelligere de meritis patris donatarij,
Item licet dicat patrē donatarij geſſiſſe curam
facultatum, tamen neceſſario nō infertur, quod
credidiſſet eum manſiſſe in domo, cum etiam
extra domum potuerit curare conſeruationem
facultatum, & licet donator enunciet donatariū,
qui in domo manebat continuaſſe ſeruitutem
patris, inde neceſſario non infertur, quod credi-
derit, & patrem in domo manſiſſe; quia ſatis di-
citur ſeruitus filij ſeruituti patris ſimilis, dum
tendit ad cōſeruationem bonorum, & defenſio-
nem perſonæ, licet ipſe in domo maneret, & pa-
ter, non. In ſumma ex his non infertur neceſſario
ad aliquam deceptionem, & quando etiam do-
nator fuiſſet deceptus in meritis patris (quod
non admittitur) non fuit deceptus in meritis do-
natarij, quæ benè ei potuerunt innoteſcere, & in
amore, quo eum proſequebatur, quæ fuit altera
29 cauſa donandi, quæ ſola poſſet ſuſtinere dona-
tionem, quando cauſa meritorum patris ceſſaret
§. affinitatis Inſt. de nupt. Roman. conſ. 497. in
fin. Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa limit. 22.
30 His accedit, quod licet donator eſſet in cauſa
deceptus, & ea falſa fuiſſet, cum tamen conſtet
velle donare tali donatione, ad cuius validitatē
cauſa illa non erat neceſſaria ſuſtinetur donatio
l. damus & l. in ſumma §. ad quoq; ff. de cond. inde-
bit. Lud. Silueſter inter conſ. Marzar conſ. 58. n.
31 *23.* huc tendunt, quæ tradunt *Doct.* non iuſti-
ficatis meritis, vel in totum, vel pro parte dona-
tionem remanere puram *Ang. & Imol. in d §.*
Acquilens ff. de donat. Rip. in l. ſi vnquam q. 13.
nu. 27. & 28. C. de reuoc. donat. Aym. conſ. 301.
nu. 4. Ceph. conſ. 445. nu. 23. in 3. & conſ. 736.
num. 5. in 5. & vti pura debet valere in caſu no-
ſtro, cum inſinuatio interuenerit.

Hęc puto ſufficere pro reſolutione dubiorum
quæ in cauſa propoſuerūt Illuſtriſs. Domini mei.
In alijs, quę fortè poſſent adduci ab Aduocatis
partis aduerſæ, nō inſiſtam, quod exiſtimem his
ea reſolui; pręſertim, ſi diceretur de dolo; notū
32 eſt, illum non præſumi, præſertim, quando inter-
uenit pręſētia, & inſinuatio iudicis, ſed ad alle-
gāte eſſet probandus *Bec. cōſ. 123. n. 7. in 2. Ma-*
ſcard. de probat. concluſ. 531. Nec dubitandum
eſt de diligentia iudicis, quia id eſſet detrahere
eius integritati; ipſe enim, cum ex lectura inſtru-
menti, & audito donatore intellexerit velle do-
nare purè, & ſimpliciter ob cauſas pręcedentes,
merito in inſinuatione ſine errore, ſed pro veri-
tate facti dixit donationem fuiſſe factam pręci-
puè ex mera liberalitate, & ex cauſis in inſtru-
mento expreſſis.

33 Vanum etiam eſſet dare de enormiſſima
læſione in donatione pura, vel quæ quatenus ex-
cederet merita poſſet valere vti pura ex volun-
tate donātis *Bereta*, qui alios allegat, & de com-
muni teſtatur *conſ. 54. nu. 1. Malnaſ. conſ. 9. nu.*
1. Pedroch. ex communi *in conſ. 26. num. 28.*
& 29.

Et

Digitized by Google

Et per hæc ego puto iure condemnandum eſſe D.Co. ad obſeruantiam donationis, quam
34 obſeruare iurauit, & † ad expenſas præſentis iudicij, quia in his, quæ pendent à ſuo facto tantũ non põt habere iuſtam cauſam litigandi, pręſertim, quia reſtitutio expenſarum venit ex conuẽtione, cum in inſtrumento donator expreſsè obligetur donatario ad refectionem damnorum, expẽſarum, & intereſſe litis, iuxta ſcripta à *Doct. in l. properandum §. ſiu autem alterutra C. de iudic. in c. finem litibus. de dol. & contumac. & in c. accedens, vbi Abb. & Felin. de accuſat. Couar. c. 27. practicar. quæſt.* & latiſſimè *Aſin. in praxi iudiciaria §. 32. c. 2.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Diminuenda eſt penſio conductori ob vites exiccatas propter immenſa frigora, quamuis ſuper hoc caſu non fuerit facta conuentio, ſed ſuper alijs.

Conductor pacto obligatus plãtare arbores, intelligitur obligatus eas emere ſuis ſumptibus.

SVMMARIVM.

1 *Affictus diminuitur arbitrio boni viri pereunte parte rei locatæ & n. 13.*
Et ſi pereat in totum à tota penſione liberatur conductor n. 14.
Ita precium diminuitur ſi pereat pars rei vendita n. 2.
Et valet argumentum de venditione ad locationem n. 3.
Ideoq; euulſis vi ventorum arboribus fructiferis penſio minui debet n. 4.
Et pariter deſtructis ædificijs n. 5.
Aliquo enim diminuto conſequens eſt, vt diminuatur illud, quod reſpectu illius deſtinatum fuerat n. 8.
6 *In contractu locationis conſideratur bona fides.*
9 *Exiccatis vitibus cenſus imponi nõ poteſt pro illis.*
Et impoſitus diminuendus eſt nu. 10.
Sicuti etiã, ſi res à flumine exportata fuerit Ibid.
11 *Arbores ſunt pars fundi.*
Et vites inter arbores connumerantur n. 12.
15 *Valet argumentum de toto ad partem.*
16 *Argumentũ à contrario ſenſu ſumitur ad limites verborum ſenſus directi.*
17 *In conductione non fit remiſſio mercedis, quando fructus, qui colliguntur non ſufficiunt ad dimidiam penſionis, vel dimidia fructuũ iuxta ſolitum non habeatur.*
Quod procedit, quando damnum eſt in fructibus, ſecus ſi ſit in proprietate n. 21.
Et de ratione diuerſitatis n. 22.
19 *Conductor, qui in ſe ſuſcepit caſus fortuitos non intelligitur ſuſcepiſſe caſus inſolitos, & rarò contingentes.*
20 *Ex diuerſis non infertur.*
23 *Obligatus ad factum tenetur facere ſuis impenſis.*
Præſertim. quando habet recõpenſationem n. 24.
Et ideò obligatus ad ſerendum, tenetur emere proprijs ſumptibus ſemen n. 25.
Quia obligatus ad conſequẽs, dicitur obligatus ad antecedens neceſſarium nu. 28.
Et obligatus ad aliquid cenſetur obligatus ad ea, quæ neceſſaria ſunt, vt illud ſortiatur effectum n. 29.
26 *Imputandum eſt locatori, qui legem pacti apertius non dixit.*
Sed quando dicatur, vel non pactũ obſcurũ n. 30.
27 *Finis, ad quem actus dirigitur eſt ſpectandus.*
31 *Conductor tenetur in locum arborum exiccatarum alias ſua pecunia emendas ſubrogare, & de ratione.*
32 *Pacta in locatione intelliguntur ſecundum ius cõmune, & ſecundum naturam contractus.*
Et ita, vt non contineant iniquitatem n. 34.
Inducta q; ad fauorem ſic intelligũtur, vt in odiũ non retorqueantur n. 33.

RESPONSVM LXXX.

Ne auferas Domine de ore meo verbum veritatis.

EXiccatis vitibus ob immenſa frigora conductori diminuendam eſſe penſionem exiſtimo hac potiſſimum ratione, quod cum ex dictis vitibus non leuẽ fructum ſoleret cõductor pręcipere, dicendum eſt ipſum promiſiſſe affictum librarum 1480 etiam contemplatione fructuũ, qui percipiebantur ex vitibus, quibus non exiſtentibus eſt extra omnem difficultatem, quod tantam ſummã non promiſiſſet pro affictu, ergo
1 ceſſãte d. fructu proportionabiliter pro eius rata conuenit, vt affictus remittatur, vel potius diminuatur, & quidẽ arbitrio boni viri *l. arboribus*
2 *contrahend. empt.* ſicut † etiam, ſi pereat pars rei venditæ, pretium diminuitur, iuxta practicam *l. officio ff. de act. empt. & vendit. l. domum ff. de contrahend. empt. ſecundum cõem intellectum* pulchre *Cuiac. ad lib. 10. quæſt. Papin. in explicat. d. l. arboribus vol. 3. fol.* 237. ita, & in con-
3 ductione ſumpto † argumento de venditione ad locationem iuxta *l. 2. & l. ſi fundus, quem*

Digitized by Google

4 *mihi ff. locat.* per † quam rationem diminuendā
eſſe penſionem euulſis vi ventorum arboribus
fructiferis, in puncto tenet *Alba conſ. 389. nu.*
5 *13. in 2.* & † ex deſtructione ædificiorum mi-
nuendam penſionem, licet remaneat res locata
cum vtilitate minori, ſatis ad caſum noſtrum *idē*
Alba tenet *conſ. 394. incip. puto eſſe, in 2.*

6 Solet .n. in contractu locationis conſiderari
bona fides *l. licet certis C. locat & l. cū venderem*
ff. locat. quæ non patitur, vt ſi non extant fructus
virium, eorum contemplatione aliquid ſoluatur,
8 diminuto † .n. principali conſequens eſt, vt mi-
nuatur illud, quod reſpectu illius principalis de-
ſtinatum fuit *l. 3. §. fin. ff. vbi pupil. educar. deb.*

9 Accedat, quod caſus videtur in puncto deci-
ſus in *l. forma §. ſi vites ff. de cenſibus*, vbi, ſi vites
mortuæ ſint iniquum eſt cenſum imponi pro vi-
10 tibus, & † ibi notat *Bar.* in ſummario, quod offi-
cialis debet minuere cenſum, & libram, ſi res
eſt à flumine exportata, vel vinea eſt exiccata
ſine culpa poſſeſſoris eum *Sebaſt. Medic. de fort.*
caſ. parte 2, q. 3. nu. 9.

Cum enim vites, dum ſunt in fundo verè di-
11 cantur pars fundi, arbores † .n. pars fundi ſunt
12 *l. quintus ff. de act. empt. & vendit.* & † vites in-
ter arboris connumerātur *l. 1. §. arboris ff. de arb.*
cad. & l. vitem in princ. ff. arb. furt. caſ. dicen-
dum eſt, & eas conductorem conduxiſſe, quibus
exiccatis conſequens eſt, vt dicatur pro parte
13 perijſſe rem conductā, & † proinde, vt pro hac
parte diminuatur, & remittatur penſio *Boſſ. de*
remiſſ. merced. nu. 103. cum ſeq. Alb. d. conſ. 389.
nu. 13. & d. conſ. 394. Vozz. de locat. & conduct.
14 *Rub. de accidental. locat. num 8. & 18.* & † ſicut
re in totum perempta à tota penſione cōductor
liberatur *l. ex conducto verſ. (ſed & ſi ager) l. ſi*
quis domum §. fin & l. qui inſulam §. 1 ff. locat. Ro-
man. conſ. 417. ſub nu. 5. idem dicetur, quando
15 pro parte eſt perempta arguēdō de toto ad par
tem *l. quæ de tota ff. de rei vendicat. l. iuriſgen-*
tiū §. adeò ff. de pact. adeſt .n. proportionabiliter
eadem æquitas.

Nec obſtat, quod conductor conuenerit, vt
certis caſibus .ſ. tempeſtatis, aquarū, belli, & pe-
ſtis fieret remiſſio, quaſi quod non conuenien-
do de alijs caſibus in ſe ſuſceperit periculum.

Pluribus .n. modis reſpōdetur, Primo hac con-
uentione cautum eſt, vt nō teneatur locator fa-
cere remiſſionem, niſi damnum excedat libras
quinquaginta, ergo ſequitur, vt in alijs caſibus
in faciēda remiſſione nō habeatur ratio damni
librarū quinquaginta, non .n. conuentum eſt, vt
illis tantum caſibus fieret remiſſio, ita vt ſequa-
tur contentum eſſe conductorem, vt in alijs non
fieret remiſſio, ſed cum conuentum ſit, vt illis
tantum caſibus fiat remiſſio, illa forma, vt in a-
lijs caſibus non fiat eadem forma, conferunt,
16 quæ de argumento à cōtrario ſenſu ſumendo ad
limites verborum ſenſus directi ſcripſit *Dec. in*
l. 1. in vlt. not. ff. de offic. eius.

17 Secundo, cum de iure cōmuni ſecundum opi-
nionem magis receptam nō videatur eſſe locus
remiſſioni, niſi tale ſit damnum, vt deductis im-
penſis tot ex fructibus colligi non poſſit, quod
ſufficiat ad dimidiam pēſionis, vel dimidia fru-
ctuum non habeatur ſecundum ſolitum *Dd. in*
l. ſi merces §. vis maior ff. locat. in l. licet C. locat.
& in c. propter ſterilitatem de locat. vbi Abb. nu.
12. Boſſ. de remiſſ. merced. nu. 2, cum alijs cita-
tis à Caroc. de locat. de remiſſ. merced. fol. 184.
ſequitur, vt conuentio, de qua agitur, ſit in fauo-
rem conductoris, cum facilius inducat remiſ-
18 ſionem, ac faciat ius commune, ergo † in eius
odium non poteſt retorqueri *l. quod fauore C. de*
legibus l. 3. §. accedit C. de rei vxor. act. l. quam-
uis in princ. ff. de pignor. act. vt verè retorque-
retur, ſi operaretur ipſum in ſe ſuſcepiſſe alios
caſus.

Tertiò dato ēt, quod manifeſtè appareret cō-
ductorem ſuſcepiſſe in ſe omnes caſus, cum iſte
ſit caſus rarò contingens, & inſolitus, non intelli-
geretur ſuſceptus ab ipſo cōductore *l. fiſtulas §.*
frumenta ff. de contrah. empt. & eſt cōmunis opi-
nio *Boſſ. de remiſſ. merced. n. 66. Alba conſ. 1.*
& ibi addentes ad eum in 1. Corn. conſ. 23. in 2.
Ayn. conſ 95. nu. 2. & 5. Alciat. conſ. 49. lib. 8.
optimè *Magon.* videndi. *deciſ. Florent. 67.*

Quartò dato, quod eſſent ſuſcepti etiam ca-
ſus inſoliti (nunquā tamen conceſſo) eſſent ſuſce-
pti tantum caſus concernentes fructus, quales
ſunt caſus in conuentione cōmemorati, non au-
20 tem caſus concernentes proprietatem, quia † ex
diuerſis non fit illatio *l. Papinianus lib. ſecundo*
in princ. ff. de minor. l. naturaliter §. nihil cōmu-
ne ff. de acquir. poſſeſſ. & damnum, de quo agitur,
ex ſententia *Doct.* concernit proprietatem, cum
vites, quæ pars fundi iudicātur exiccatæ prorſus
ſint, ita vt ab illis nō poſſit ſperari fructus, ſaltē
niſi poſt terminū locationis per multos annos.
Nec obſtat ſi diceretur, quod licet ſint exiccatæ
vites, qđ cōductor ex cæteris fructibus poterit
hoc anno, & alijs percipere dimidiam merce-
dis, & vltra, & ita quod hoc reſpectu non ſit lo-
cus remiſſioni, vt antea probaui.

21 Reſpondendum .n. eſſet, illam opinionem,
quod ſit ſterilitas, quādo dimidiū penſionis nō
percipitur, procedere, quando damnum eſt in
fructibus, ex quo propriè oritur ſterilitas, ſecus
verò, quando damnum eſſet in proprietate; non
.n. tunc ageretur propriè de remiſſione, ſed de

dimi-

Digitized by Google

diminutione mercedis *Boſſ. de remiſſ. merced.*
nu.104.& 107. Surd. deciſ. 326. ſub nu. 64. pro-
pè nu. 65. ibi *(quia vbi ſubſtantia rei extingui-*
tur, tunc etiam ſi minima ſit pars, ſit pro ea remiſ-
22 *ſio) Mez. loco antea citato n.* 18. Ratio † .n. diuer-
ſitatis eſt in promptu, quia, quando eſt damnum
in fructibus, fieri facilè poteſt, quod ſi hoc anno
cōductor non percepit integram penſionem, vt
illam ſequētibus annis percipiat, & etiam lucre-
tur, ſed quādo damnum eſt in proprietate, & ita
exiccatis vitibus, nec hoc, nec ſequentibus annis
aliquid percipi poterit, & ita ſemper conductor
eſſet in damno.

Quare de iure, & æquitate exiſtimo ad ratam
vtilitatis, quæ ex dictis vitibus percipiebatur ar-
bitrio boni viri eſſe mercedem minuendam.

Quoad ſecundum dubium, certi iuris eſſe,
exiſtimo, conductorem pacto obligatum plan-
tare arbores, & vites, teneri eas emere pecunia
23 ſua; Ea potiſſimum ductus ratione, quod † ad fa-
ctum obligatus eſt, & qui ad illud eſt obligatus,
tenetur id facere expenſis ſuis *l. ſuo victu, & l.*
quod niſi, ibi *(quia vnuſquiſq; quod ſpoponderit*
ſuo impendio dare debet) ff. de oper. libert. & per
hæc iura *Rom. conſ. 346. ſub nu. 13. verſ. (quoad*
ſeptimum) Soc. conſ. 26. num. 3. in primo. Al-
ciat. conſ. 60. nu. 5. in 5. Iaſ. in l. ſi non ſortem §.
libertus n. 28. ff. de condict. indebit. & in l. fru-
24 *ctus nu. 13. ff. ſolut. matrim.* & † præſertim id
procedit, quando factum non eſt gratis in obli-
gatione, ſed habet recompenſationem, vt hic
25 *Rom. Alciat. & Iaſ. in locis citatis*; Et † in condu-
ctore obligato ad ſerendum, qui teneatur pro-
prijs ſumptibus emere ſemen, & ita de ſuo ſe-
minare *Natta conſ. 243. num. 3. & 4. Surd. deciſ.*
301. nu. 6.

Nec dicatur, conductorem obligatum eſſe
ad plantandū, non ad emendum, & ita, vt tenea-
tur ad impenſas neceſſarias ad plantationem,
non autem ad emptionem, cum actus emptio-
26 nis differat ab actu plantationis, & † videatur
imputandum locatori, quare ſibi legem pacti
apertius non dixerit iuxta regulam *l. veteribus*
ff. de pact.

Si quidē reſpondetur, quod cum actus emē di
plantas ſit ad plantationem neceſſarius, adeò
vt plantæ ſint materia plantationis, ratione con-
nexitatis, & cum emptio dirigatur ad plantatio-
nem, neceſſarium eſt dicere, expenſam emptio-
nis ratione finis eſſe expenſam plantationis, ſpe-
27 ctari † enim ſemper ſolet finis, ad quem actus
dirigitur *l. & ſi non ſunt §. peruenìamus ff. de aur.*
28 *& argent. legat.* & † conductor obligans ſe ad
plantationem, quæ eſt conſequens, & ad eius ex-
penſam intelligitur etiam ſe obligare ad expen-
ſam emptionis, quæ eſt neceſſarium antecedens
l. oratio ff. de ſponſal. Rom. ſen. conſ. 299. nu. 26. in
2. vbi quod promittens conſequens intelligitur
etiam promittere antecedens, & ſequitur *Na-*
var. conſ. 4. nu. 4. de offic. ordin. dum poſt *Doct.*
quos allegat, firmat hanc propoſitionem, quod
quicunque tenetur facere aliquid, tenetur ad
faciendum illud, ſine quo id vere fieri nequit.
29 His proxima etiam eſt regula, quod † obligatus
aliquid facere, omnia facere debet, quæ neceſ-
ſaria ſunt, vt factum promiſſum ſortiatur effe-
ctum *Paul. in l. inuitum nu. 4. ff. de ſeruit. vrb.*
prædiorum Zoannet. conſ. 14. nu. 7.

30 Nec intrat regula *l. veteribus*, quia in caſu no-
ſtro nulla eſt ambiguitas, vel obſcuritas in ver-
bis, adeò vt opus ſit interpretatione, ſed in eo cō-
ſiſtit difficultas, an actus plātationis, qui eſt in o-
bligatione, habeat incluſum actū emptionis vti
præambulum *Magon. deciſ. Florent. 8. ſub nu.*
32. dicitur enim tūc pactum obſcurum, vel am-
biguum, quando non cōſtat, de quo paciſcentes
ſenſerint, vel quia verba ad plures ſenſus accō-
modari poſſint, vel ſi ad vnum accōmodantur
non conſtat, quod ſit illud vnum, de quo partes
ſenſerint *Soc. in l. in ambiguo ff. de reb. dub. Cagn.*
poſt alios plures, quos allegat *in l. ſēper in obſcu-*
ris ff. de reg. iur.

31 Tandē hęc veritas mirificè confirmatur, quia
de iure communi conductor omnibus ſuis ex-
penſis tenetur in locum arborum exiccatarum
alias virides plantare, emendas ab eo pecunia
ſua *l. ſi agri, & ibi not. ff. de vſuf.* nimirum, quia
tenetur rem locatam conſeruare in ſtatu, in quo
erat tempore locationis, alias non vteretur arbi-
trio boni viri, vt tenetur. facto igitur pacto, vt
certum numerum arborum plantare teneatur,
neceſſario eſt intelligendum prorſus ſuis expen-
32 ſis, ex duobus, primo, quia † pacta inter loca-
torem, & conductorem intelliguntur ſecundum
terminos iuris cōis *Bal. conſ. 329. ſub nu. 1. in 1.*
& ſecundum quod ex natura contractus ſolent
intelligi idem *Bal. conſ. 434. verſ. (item contra-*
riū) in 1. Goz. ad conſ. 84. nu. 9. Surd. conſ. 36. nu.
33 *34. cum ſeq. in 1.* vbi latè. Secundò, † quia, ſi aliter
intelligeretur hoc pactū, vtiq; inductum fauo-
re locatoris, potius in eius damnū retorqueretur
quia teneretur emere plantas & quatenus ſub-
rogarētur in locum exiccatarum, quod minimè
dicēdum eſt *l. quod fauore C. de legibus & l. nul-*
34 *la iuris ff. eod. Bal. d. conſ. 329. ad finem,* & † eſ-
ſet, ſi aliter diceretur, trahere pactum ad iniqui-
tatem, quod non licet *Bal. d. conſ. 434.* ibi *(nam*
dicere contrarium) in 1.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

An Hoſpitalia comprehendantur ſub diſpoſitione *extrau. Pauli Secundi de reb.eccl. nõ alien.* Quæ dicantur Hoſpitalia Eccleſiaſtica,& quę laicalia.

SVMMARIVM.

1 EXtrauagans Pauli Secundi de rebus Eccl. non alien. *comprehendit loca pia,& nu.2.*

Et ideo locum habet in Hoſpitalibus, & Confraternitatibus, quæ ſunt loca pia nu.3.& 6.

Illiſque relicta, dicuntur relicta ad pias cauſas num.4.

Intellige tamen de Hoſpitalibus publicis erectis de licentia Superiorum nu. 11.& 26.

2 *Proœmium demonſtrat rationem finalem.*

7 *Hoſpitalia gaudent prærogatiuis, & priuilegijs Eccleſiæ.*

Quando tamen erecta ſunt authoritate Superioris nu.27.

Alia ſunt priuata, & laicorum, alia publica, & Eccleſiarum nu.8.

Quando dicantur publica, & quando priuata num.9.

Et quomodo cognoſcatur erecta fuiſſe, vel non authoritate Superioris remiſſiuè nu.10.

Coniectura, ex quibus colligitur interueniſſe talẽ authoritatem nu.12.

Et in quibus caſibus locum habeant num. 22. & ſeqq.

Contrariæ coniectura recenſentur nu.13.

Sed urgentiores vincunt minus urgentes nu. 21.

Vt eſt regulare in omni materia nu.20.

In dubio tamen quando Hoſpitale regitur à laicis præſumitur erectum ſine authoritate Epiſcopi nu.24.

Secus, ſi habeat faciem loci Eccleſiaſtici nu.25.

Hoſpitalia viſitari poſſunt ab Ordinario, & ad quem effectum nu.28.

Et viſitatori ſubminiſtranda ſunt expenſa, niſi reditus Hoſpitalis ſint valde tenues nu. 29.

Quando Hoſpitalia ſunt laicalia non tenentur ad decimas, ad quas tenentur loca Religioſa num.30.

18 *Sententia declarans ſtatum Hoſpitalis facit ius quoad omnes.*

Præſertim quãdo peruenit eius primæuum ſtatum nu.19.

15 *Argumentum de perſona ad locum valet.*

16 *Sententia rem notoriam facit.*

Præſertim in antiquiſſimis, in quibus ſufficiunt leuiores, & præſumptiuæ probationes nu.17.

Et ſententia, quando tranſiuit in rem iudicatam probat ſine proceſſu nu. 18.

23 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*

RESPONSVM LXXXI.

Auſpice Chriſto.

COnſultus, vt pro veritate dicam, an Gubernatores Hoſpitalis Beatæ Mariæ de terra Crepalcorij diſtrictus Bononiæ poſſint locare bona eiuſdem hoſpitalis ſine authoritate apoſtolica vltra triennium, Prima conſideratione
1 inclinabam, quod non poſſent, quia † *conſtitutio extrauagans Pauli ſecundi in tit. de rebus Eccleſ. non alienandis*, quæ id prohibet, includere etiã videtur loca pia, dum in verbis prohœmialibus
2 denotantibus † eius rationem finalem *l.fin. ff.de hæred. inſtit.* de illis loquitur ibi *immobilia Deo dicata, ex quibus Eccleſia, monaſteria, & pia loca*
3 *reguntur, illuſtranturque &c.* ſed † non videtur poſſe inficiari, quin hoſpitale, in quo opera pietatis exercentur, ſit locus pius *Specul. de inſtrument. edit. §. nunc aliqua verſ. (& ſcias) Bal. in auth. ſimiliter C. ad l. falcid. archid. in can. ſi ex laicis 10.q.1. Tiraquel. de priuileg. piæ cauſæ in præfat. in princ. verſ. (ſi item relictum hoſpitali)* & bona, quæ erogantur in diuerſas operas pietatis (vt mihi in facto ſupponitur) vtique dicentur bona, quibus loca pia reguntur, & illuſtrantur, ergo cum conueniant verba, & ratio d. *conſtitutionis*, conueniet etiã eius diſpoſitio, quæ continet bona non poſſe alienari, nec locari vltra triennium inconſulto Summo Pontifice. Et conſtitutio dum loquitur de periculis, in quę incidunt tranſgredientes ait *Alienanti verò bona eccleſiarum, monaſteriorum, locorumque piorum quorumlibet* & ita includit quælibet loca pia, ita vt nec hoſpitalia excludantur, etiam † faciunt, quæ *Abbas*
4 ſcripſit *conſ. 31. in f. & conſ. 32. in 2.* dum tenet relicta confraternitatibus dici relicta ad pias
5 cauſas; & † ita, quod ſolemnitates, quę requiruntur in alienatione rerũ locorum piorum requiruntur in alienatione rerum hoſpitalium tenent *Anchar. & Cardin. in clem. quia contingit, de relig. dom. Doct. in c. nulli de rebus eccleſ. non alien. Paul. Alex. Corn. & Iaſ. in conſilijs allegatis ab Ant. Gabr. lib. 6. concluſ. tit. de pia cauſa, concluſ. 2. nu. 9.* & ſatis latè *Laurent. de Rodulfis in can. ſine exceptione 12.q.2. in q.19. nu.82.* & nouiſſimè *Bartholom. Peres in commentar. ad d. extrauagan. Pauli ſecundi in verſ. (præterquam in caſibus à iure permiſſis) nu. 29.* maximè † quia ho-
6 ſpi-

ſpitale, de quo agitur eſt publicum, & non poteſt dici alicuius priuati, ſecundum diſtinctionem *ipſius Peretti loco iam citato.*

8 Et quando etiam *d. conſ.* loqueretur tantum de eccleſijs adhuc dicendum videretur, eam etiam includere hoſpitalia, quia gaudent priuilegijs, & prærogatiuis eccleſiæ *l. omnia priuilegia, & ibi Bar. C. de epiſcop. & cleric. c. requiſiſti de teſtament. & ibi Dd. & in d. c. nulli de rebus eccleſ. alien. vel non Io. And. in c. 2. de reſt. in integ. in 6.*

Sed re ipſa diligentius conſiderata, & plenè inſtructus de qualitate hoſpitalis, teneo licere Gubernatoribus locare vltra triennium ſine authoritate ſuperioris, ad commodum pauperum, 9 Ad quod probandum prius ſuppono, quod † hoſpitalium alia ſunt, quæ priuata dicuntur, & laicorũ, & alia publica, & eccleſiaſtica *Fed. de Sen. conſ. 111. in princ. Rom. conſ. 477. à nu. 1. ad 6. Angel. in ſumma in verbo (Hoſpitale) Silueſtr. in ſumma eodem verbo (Hoſpitale) n. 2 Abb. q. 3. ſub n. 14. verſ. (condeſcendo nunc) Selu. de beneſic. parte 1. q. 6. nu. 6. & 8 Rota deciſ. 714. nu. 16. parte 2. nouiſſ.* & id ſupponunt omnes, qui docent, quã do publica, & religioſa dicuntur, & quando pri- 9 uata, & laicalia: Secundo † ſuppono, hoſpitalia tunc dici publica, & religioſa, quando ſunt erecta authoritate Epiſcopi, vel alterius ſuperioris, priuata verò, & profana, quando conſtructa, & erecta ſunt ſine hac authoritate *Imol.* poſt *Innocent. & Butrium in c. inter dilectos ad finem de donat. Felin. in c. de quarta ſub n. 12. de præſcrip. Alex. conſ. 120. nu. 3. in 1. & conſ. 9. in princ. in 2. Ant. Gabr. d. tit. de pia cauſa concluſ. 2. in princ.* 10 *& alij, qui ab illo citantur.* Tertio † ſupponendũ eſt, conſtare poſſe de authoritate ſuperioris, vel de eius defectu euidenter ex forma erectionis, ſeù ex ſignis, & coniecturis, de quibus *Maſcard. & alij ab eo allegati de probat. cõcluſ. 869. & apud Rotam d. deciſ. 714. & deciſ. 725. parte 1. & deciſ. 106. & 114 parte 2. nouiſſ.* Quarto 11 magis ad rem noſtram ſupponendum, diſpoſitionem *d. extrauagantis Pauli II.* & alias ſolemnitates neceſſarias in alienatione rerum eccleſiaſticarum eſſe neceſſarias tantum in hoſpitalibus religioſis, & erectis authoritate Epiſcopi, non autem in hoſpitalibus laicalibus *Redoan. de rebus eccleſ. non alien. q. 28. Peret. in d. extrauag. verſ. (præterquam in caſibus) nu. 28. cum ſeq. Ant. Gabr. d. concluſ. 2. nu. 8. & 9. Barbat. in c. nulli ſub nu. 2. ibi (& ſimiliter retineas te ad hanc diſtinctionem) de rebus eccleſ. non alien. Felin. conſ. 47. nu. 7. Mantua in c. ex literis nu. 3. & ſeq. de conſuetud.* vbi poſtquam *nu. 2.* firmauit, hoſpitalia habere priuilegia eccleſiæ, & propterea eorum bona ſine ſolemnitate non poſſe alienari ſubdit *n. 3.* id tantum procedere in hoſpitalibus, & locis pijs erectis authoritate Epiſcopi, & ita etiam *Card. Tuſch. littera H. concluſ. 163. nu 9.* firmat bona hoſpitalium alienari non poſſe ſine ſolemnitate, poſtea *n. 12 ex Ancher. Rom. Alex. Iaſ. Curt. iun. & Felin.* declarat, id tantum procedere, quando hoſpitalia ſunt fundata authoritate Epiſcopi *Rebuf. in compendio alienat. verſ. (eccleſia ſua) nu 57* & de cõfraternitatibus ſcribens *Monald. conſ. 29. in 1.* eandem diſtinctionem ſequitur poſt *Felin. Imol. Iaſ. Pariſ. & Capram.*

Ex quibus ſuppoſitis deducitur, reſolutionem huius difficultatis pẽdere ab hoc, an hoſpitale, de quo agitur ſit erectum Epiſcopi authoritate, de cuius fundatione cum non conſtet, 13 neceſſe eſt confugere ad coniecturas, & † quamuis pro authoritate Epiſcopi ſtet coniectura, quod hoſpitale habet annexam eccleſiã, quod adeſt altare, in quo diuina celebrantur publicè omnibus, & adeſt campana, ad cuius pulſum populus conuocatur, quę ſunt apud *Felin. Maſcard. & alios antea citatos* ſigna arguẽtia interueniſſe conſenſum, & authoritatẽ Epi: Tamen præponderare mihi videntur vrgentiores cõiecturæ arguẽtes non interueniſſe hanc authoritatem. Primo inſtitutio, & deſtitutio Rectoris, & officialiũ fit à laicis ſine licentia ſuperioris eccleſiaſtici, quod non fieret, ſi locus eſſet religioſus *c. cum ex iniuncto de hæretic. & c. de xenodochijs de relig. dom. Rom. d. conſ. 477. nu. 8* Secundo per laicos tantum regitur hoſpitale, & nullo modo per eccleſiaſticos, quod non eſſet, ſi locus eſſet religioſus. Tertio non adeſt ſepultura, vel cimiteriũ *Rom. eod. conſ. nu. 11. & 12.* & non adſunt campanæ eleuatæ ſupra tectum, nec forma campanilis, ex qua præcipuè colligitur locum eſſe religioſum, & fundatum authoritate ſuperioris *Maſcard. d. concluſ 869. in princ.* Quarto rem indubitatam reddit ſententia lata de anno 1536. & ita octuaginta ab hinc annis, qua declaratur, hoſpitale eſſe merè profanum, alias erectum, & inſtitutum per homines ſocietatis ex eorum proprijs bonis, & mera, & propria volũtate, & deuotione, & non habens ſigna, ſeu veſtigia eccle- 14 ſiaſtica, quæ † ſententia cum declaret vnumquid in genere reſpiciẽs ſtatum hoſpitalis facit rem iudicatam quoad omnes argumento *l. ingenuum ff. de ſtat. hom. Alex. in l. ſæpe nu. 56. ff. de re iudicat. Tiraquel. in tract. res inter alios acta limit. 18.* quemadmodum enim id ſeruatur in ſententia declarante ſtatum perſonę idem ſeruabitur in ſententia declarante ſtatum loci, 15 cum † de perſona ad locum valeat argumen-

tum *l. 1. §. Offilius, & l. 2. ff ne quis eum, qui in*
ius voc. eſt vt exim. can. ſicut non alij de conſe-
crat. diſt. 1. c. peruenit iunct. c. cum Eccleſia de
immunit. Eccleſ. & per hęc iura *Euerard. in loco*
à perſona ad locum, & hęc ſententia facit, vt no-
torie dicatur conſtare de qualitatibus hoſpitalis
16 in ea expreſſis, nimirum † quia rem notoriam fa-
cit *l. emptorem in princ. ff. de act. empt. & ven-*
dit. c. veſtra de cohabit. clericorum, & mul. Bar.
in l. ictus fuſtium ff. de his qui not. infam. Surd.
17 *conſ. 189. nu. 5. in 2.* præcipue † in antiquiſſi-
mis, de quorum initio memoria non extat, in
quibus clarum eſt ob difficultatem ſufficere le-
uiores probationes, etiam præſumptiuas *l. cen-*
ſus ff. de prob. l. qui ex libertis ff. de bon. poſſ. ſec. tab.
c. olim c. de cēſib. Aymo. de antiq. tēp. in vlt. partic.
1. partis princ. nu. 30. & 31. Maſcard. de probat.
18 *lib. 2. cōcl. 103. n. 12.* & quando † ſentētia tranſi-
uit in rem iudicatam, probat, licet proceſſus non
producatur *Felin. in c. quoniā cōtra col. 1. verſ.*
(quarta concluſio) de probat. quem ſequitur *Rota*
apud *Capuaquenſ. in manuſcript. parte 1. deciſ.*
380 quæ impreſſa eſt inter collectas a *Statil.*
19 *poſt. tract. de ſalu. interdict. deciſ.* 10 & † tanto
magis ſtandum eſt huic ſententiæ quod per-
cutit primęuum ſtatū huius hoſpitalis oſtēdens
eò inſpecto fuiſſe laicale *Rota deciſ. 122 in pren.*
parte 2. nouiſſ.

20 His modo nō obſtāt cōtrarię coniecturę, quia
quæ pro opinione, quod ſit hoſpitale laicale
adducūtur vrgētiores ſunt, maxime ſumptæ ex
memorata ſententia, ideo vincunt contrarias
cōiecturas, vt eſt regulare in omni diſpoſitione
Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. vlt. tit.
21 *vlt. nu. 7.* & † præcipuè in hac materia, quale ſit
hoſpitale *Rom. d. conſ. 477. nu. 13. Fed. de Sen.*
conſ. 130. & optimè ad caſum noſtrum *Gabr.*
22 *conſ. 197. nu. 1. in 2.* ſunt † enim contrariæ con-
iecturę leues, & parum concludentes, quia quā-
tum ad eccleſiam, illa non arguit authoritatem
Epiſcopi & locum religioſum, niſi quatenus ho-
ſpitale eſſet annexum eccleſię, ita vt eccleſia eſ-
ſet principalis, & hoſpitale acceſſorium, ſecus
quando eccleſia eſſet acceſſoria hoſpitali, vt in
caſu noſtro, & idem quando æquè principaliter
conſideraretur eccleſia, & hoſpitale *Rota d. de-*
ciſ. 114. nu. 6. 7. & 8. parte 2. & quando eſſemus
in dubio quid eſſet principale, quod per longū
tempus fuerit hoſpitale poſſeſſum à laicis ar-
gueret ipſum eſſe laicale *Rota deciſ. 106 nu. 2.*
ead. parte 2. Quod elicitur à campana nec con-
cludit, niſi quando eſt in campanili erecto, non
quando eſt ſub tecto, ita enim loquuntur *Doct.*
qui adducunt hanc coniecturam. Minus facit,
quod adſit altare, & in eo publicè celebretur,
quia inde infertur erectum fuiſſe altare, & ibi
celebrari de licentia Epiſcopi, non tamen exeo
infertur locum ipſum, præſertim hoſpitale eſſe
erectum eadem Epiſcopi authoritate, quod te-
net *Iac. de Graph.* poſt *Guigl. & Imol.* quos allegat
deciſ. 28. ſub nu. 50. parte 2. lib. 3. facile poteſt
eſſe quod laici ſine authoritate Epiſcopi ædifi-
cent hoſpitale, ſeù oratorium, & poſtea obtineāt
licentiam ab Epiſcopo in eo ædificandi altare
23 & celebrādi in illo, vt ſępè contingit, & † ideo nō
probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe
c. in præſentia de probat. l. non hoc C. vnde legit. &
l. neque natales C. de probat. Et quando etiam hæ
coniecturæ eſſent vrgentes, ita quod redderent
24 rem dubiam (quod ſemper negatur) erat † in
dubio dicendum fuiſſe factam erectionem ſine
authoritate ſuperioris, quando regitur à laicis
Magon. deciſ. Florent. 61. col. 2. verſ. (in contra-
25 *rium contra hoſpitale)* & † ſi *Fed. de Sen. cōſ. 111.*
& Lapus in tract. de hoſpitalitate nu. 54. tenent,
in dubio præſumi erectum authoritate Epiſco-
pi, loquuntur quando habet faciem loci eccle-
ſiaſtici, quam faciem non habet, quādo Guber-
natores non eliguntur ab Epiſcopo, & quando
prorſus regitur a laicis, vt hic.

26 Nec his obſtant ea, quæ contra adducta fue-
runt, nam ad primum reſpondetur, quod licet *d.*
conſt. Pauli ſecundi loquatur de locis pijs, tamen
hoſpitale non dicitur locus pius, niſi conſtet,
quod ſit erectum authoritate ſuperioris *Bal. in*
auth. hoc ius nu. 2. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in
conſ. 465. n. 1. in 1. Alex. conſ. 90. nu. 7. in 4. Fel.
in c. ad quartā n. 9. de preſcript. Balb. de preſcript.
in 1. parte quintę partis princ. nu. 6. quos ſequi-
tur *Gabr. conſ. 162. nu. 6. in 1.* & quamuis multi
ſint, qui contrarium tenent, ſ. indiſtincte hoſpi-
tale eſſe locum pium, quorum plures citat *Tira-*
quel. antea allegatus tamen magis communis
opinio eſt, vt nō dicatur locus pius, niſi fundatū
ſit authoritate Epiſcopi. Et in puncto aliena-
tionis iam allegaui plures authores tenentes
ſolemnitatem *d. Paulina conſtitutionis* nō pro-
cedere in oratorijs, & hoſpitalibus, niſi quatenus
à ſua origine habuerint depēdentiam ab aucto-
ritate ordinarij.

27 Pariter, & illud, vt hoſpitalia gaudeant pri-
uilegijs Eccleſiarum non procedit, niſi quando
ſunt erecta authoritate ſuperioris, ita declarat
Barbat. in conſ. 15. nu. 21. in 3. & Alex. in conſ.
9. ſub nu. 1. in 2.

His concludo Gubernatores hoſpitalis ex
eorum arbitrio (ſi cognoſcant eſſe vtile) poſ-
ſe locare vltra triennium.

28 Quoad viſitationem, puto hoſpitale poſſe vi-
ſitari ab Epiſcopo, vel Abbate habente iura

Epi-

Epiſcopalia, ad effectum tantum videndi, an prouentus erogentur in cauſas, ad quas deſtinantur ſecundum ordines erectionis ipſius hoſpitalis, vt eſt expreſſum in *Concilio Tridentino ſeſſ. 7. de reformat. cap. vlt.* in quo dicitur de hoſpitalibus quomodolibet exemptis, & quod computa ſint ordinario oſtendenda *in ſeſſ. 22. de reformat. c. 9. Fed. de Senis conſ. 111. Lap. in tract. de hoſpitalitate nu. 29. & nu. 48.* Et ob id putarem expenſas viſitationis eſſe ſubminiſtrandas viſitatori, niſi admodum tenues ſint
29 reditus, quia tunc non erunt ſubminiſtrandę *Lap. in d. tract. n. 48. in fine.*

Quo ad celebrationē Miſſę, & electionē Capellani, ſi anteactis temporibus miſſa fuit celebrata coram populo, id intelligitur factum ex licentia ſuperioris, cum ſit factum publicum, quod potuit ſuperiori innoceſcere, ideo ex eadem licentia nunc poterit celebrari, & capellanus non eſt recipiendus à ſuperiore, ſed ab ipſis officialibus, dummodo eligatur vir Religioſus ab ordinario approbatus.

Ad vltimum an poſſint incidi lignamina ad beneplacitum officialium, reſpondeo poſſe, eo quod hoſpitale eſt laicale, vt antea probaui, & ita ſeruatur in ſimilibus hoſpitalibus.

30 Et eadem ratione, quia eſt laicale puto non teneri ad illas decimas, ad quas tenētur loca religioſa *Rebuf. de decim. q. 3. nu. 4. Alex. Monet. de decim. c. 9. nu. 31. Lap. in tract. de hoſpitalitate nu. 49.* an. 1617. Menſe Maij.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Emphiteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro deſcendentibus maſculis, nec etiam maſculis deficientibus tranſit ad fœminas.

Doctrina *Bart. in l. 1. § permittitur ff. de aqu. quotid. & æſtiu.* in quibus caſibus locum non habeat.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuſis Eccleſiaſtica eſt tranſitoria tantum ad hæredes ſanguinis, non ad tranſuerſales.*

Præſertim, quando eſt conceſſa pro deſcendentibus.

3 *Conductio finitur finito tempore, quo illa facta fuit.*

4 *Conditio deficientium liberorum verificatur non natis liberis.*

5 *Emphiteuſis ob lineā finitā deuoluta ad eccleſiā, quā nō vult pro ſe retinere, debet renouari proximioribus vltimi defuncti ex doctrina* Bart. in l. 1. § permittitur ff. de aqu. quotid. & æſtiu.

Dummodo ſint illius hæredes nu. 38.

Aliqui tenent, id procedere etiam ſi eccleſia velit pro ſe retinere nu. 27.

In contrarium tamen eſt opinio cōmunis nu. 31.

Quæ doctrina Bart. *non procedit in emphiteuſi eccleſiaſtica ſecundum opinionem multorum nu. 13. & 21.*

Nec habet locum, quando facta eſt conuentio, vt finita generatione res liberè reuertatur ad eccleſiam nu. 14. & ſeqq.

Quia dictio liberè *importat ſine onere, & obligatione aliqua nu. 15. & 17.*

Et ita, vt de re poſſet ad libitum diſponi nu. 18.

Et quando hæc dictio refertur ad eum, qui alias erat habilis ad actum, importat relaxationem Iuris nu. 19.

Item non eſt locus doctrinæ Bart. *quando adeſt pactum, vt res reuertatur cum melioramentis nu. 22.*

Nec, quando fœminæ petunt renouationem, in inueſtitura fœminæ excluſæ ſint nu. 33.

Neque quando inueſtitura nō fuit preciata integra nu. 35.

Imò nec etiam quando petita fuit re integra, ſed non intra annum.

Et procedit in trāſuerſalibus maſculis conſeruantibus agnationem, non in fœminis nu. 41.

Ab eaq; receditur ex cōtraria conſuetudine nu. 42.

9 *Emphiteuſis ſimpliciter conceſſa pro deſcendentibus non eſt hæreditaria.*

Dubitatur, an talis emphiteuſis tranſeat ad fœminas nu. 6.

Sed conceſſa pro maſculis illis ſolis competit, Ibid.

Neque etiam deficientibus maſculis fœminæ admittuntur, cum reſtrictio ad maſculos ſit facta fauore eccleſiæ nu. 7.

Secus, ſi extet ſtatutum excluſiuum fœminarum extantibus maſculis, & conceſſio facta fuerit pro maſculis, & fœminis, vel pro hæredibus num. 8.

10 *Conſuetudo, vt emphiteuſis tranſeat ad fœminas eſt probanda ab allegante.*

11 *Clauſula* ad habendum *æquipollet clauſulæ* pro quibus dederit, *& facit emphiteuſim tranſitoriam ad hæredes etiam extraneos.*

Quando tamen non eſt reſtricta ad formam ſtipulationis nu. 12.

16 *Nouitius, qui ante profeſſionem poteſt liberè reuerti ad ſeculum, non tenetur reſtituere expenſas, quas habuit.*

20 *Reſcriptum, vt quis poſſit liberè appellare, intelligitur etiam in caſibus à iure non permiſſis.*

23 *Pacta emphiteuſi formam tribuunt, & ideo ſeruanda*

nanda ſunt, & nu. 29. & 32.

34 *Reprobatur* Caldaſ. de Iur. emphiteut. lib. 1. q. 8. *eiuſq; rationibus reſpondetur, & num. ſeqq.*

35 *Ab opinione communi non eſt recedendum.* *Quando tamen habet contradictores, ex coniecturis ab illa receditur nu. 36.*

36 *Expreſſio eorũ, quæ tacitè inſunt nihil operatur. Secus, ſi exprimantur voluntariè, & alio modo, quam ineſſent nu. 28. & ſeq.*

30 *Melioramenta finita emphiteuſi remanent apud hæredem vltimi defuncti.*

34 Rot. deciſ. 198. nu. 2. p. 2. diuerſ. *in quibus terminis procedat.*

37 *In dubijs opinionibus illa præponderat, cui aliquid modicum adijcitur.*

40 *In fideicommiſſis ſucceditur teſtatori, non grauato.*

RESPONSVM LXXXII.

Auſpice Chriſto.

DEfendendo nouiſſimam inueſtituram factam ab Illuſtriſs. ac Reuerẽdiſs. Epiſcopo Mutinæ de bonis liuellarijs, ſeu emphiteuticarijs ad Eccleſiã ſuam deuolutis per obitum D. Antonij Mariæ iunioris de Cananis Ferrarienſis, mihi erit duntaxat inſiſtendum in illis, quæ contra prædictam inueſtituram prætendere poſſunt ſorores ipſius Antonij Mariæ, nam prętenſiones Canani per eius obitum euanuerunt.

Illud enim, prius eſt extra omnem difficultatẽ, per obitũ Antonij Mariæ ſine prole bona
1 liuellaria deuoluta eſſe ad eccleſiam, tum† quia conceſſio facta ab eccleſia tranſitoria tantum eſt ad hæredes ſanguinis, & deſcendentes, non ad tranſuerſales, & extraneos hęredes *gloſ. in l. etiam in princ. ff. ſolut. matrim. Imol. in l. ex facto ſub nu. 14. ff. de hæred. inſt. Anchar. conſ. 334. ſub nu. 1. Alex. in pluribus conſilijs cumulatis à Clar. in §. emphiteuſis q. 28. ſub verſ. (tertius eſt caſus)* qui *in verſ. (quicquid)* tranſit cum hac opinione vti magis communi, & eſſe tutiorem opinionem dixit *Couar. lib. 2. reſolut. c. 17. ſub nu. 5. ibi (quod ſi eccleſiaſtica)* quem ſequitur *Cenal. in ſpeculo com. opin. q. 194. in fin.*
2 tum† et, quia fuit emphiteuſis ſtipulata pro Ant. Maria, eius filijs, nepotibus, & ab eo deſcendentibus, his non exiſtentibus neceſſarium eſt dicere bona ad eccleſiã deuoluta finita iam generatione, cui cõceſſa fuerunt *§. emphiteuſim auth. de non alien. rebus eccleſ. auth. ſi quas ruinas C. de ſacroſanct. eccleſ. Paul. conſ. 68. verſ. (ſimiliter etiam) in 2. cum alijs allegatis à Corbul. de cauſ. priuat. ob lineam finitam in princ.*
3 *& nu. 2. Clar. d. §. emphiteuſis q. 42.* dicit † enim tunc conducta res ad tempus incertum, quo finito neceſſe eſt, vt etiam finiatur ius cõductionis, vt eſt regula iuris, de qua *in l. ſtatu liberum §. ſtichum, & l. Titia cum teſtamento §. vlt. ff. de leg. 2. l. pater filium §. fundum ff. de leg. 3. l. ſi vnus §. 1.* & *ibi Bal. & l. epiſtola §. vlt. vbi Paul. ff. de pact.* Sed omnis difficultas ceſſat, quia expreſſe conuentum eſt, vt completa tertia generatione conductoris, res liberè reuertatur ad epiſcopatum, & quoad effectum, de quo agitur ſatis completa dicitur tertia generatio ex eo,
4 quod non naſcitur, quemadmodum † dicitur de conditione deficientium liberorum, quæ ſatis verificari dicitur, quando liberi non naſcuntur *Dec. conſ. 226. in caſu ad me tranſmiſſo*, & in eadem cauſa *Io. Iun. conſ. 181. nu. 21. & ſeq. in 2. Surd. conſ. 236. nu. 43. in 2. conſ. 347. nu. 8. in 3. & deciſ. 37. nu. 27. Cacher. conſ. 74. num. 11. Decian. conſ. 1. nu. 128. in 1. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 15. ſub nu. 16. & alij plures.*

Huic autem deuolutioni, & liberę diſpoſitioni bonorum, quæ ex ea competit D. Epiſcopo ſe opponunt ſorores ipſius Ant. Mariæ vti ex deſcendentibus eius, qui prius ab Epiſcopo bona in liuellum recepit, & ipſius Antonij Mariæ hæredes, & petunt bonorum inueſtituram, vel quia ſint de compræhenſis in præcendentibus
5 inueſtituris, vel † quia nolens D. Epiſcopus retinere bona pro menſa Epiſcopali teneatur eas inueſtire iuxta ſententiam *Bar. in l. 1. §. permittitur de aq. quot. & æſt. in l. 1. nu. 1. ff. de priuil. credit. & in l. ſi mihi, & Titio nu. 7. ff. de verb. oblig.* communiter receptam, & in *Rota Romana* canonizatam, vt apud *Veral. deciſ. 304. & 305. par. 1. in nouiſſ. deciſ. 195. & 198. in 2. parte,* & apud alios complures, quos plena manu allegat *Franc. Caldaſ. de iure emphit. lib. 1. q. 8.*

Sed verè neutra harum Dominarum oppoſitio obſtat inueſtituræ factæ à Reuerendiſs. Epiſcopo, non quidem prima, quia cum facta fuerit inueſtitura pro filijs, nepotibus, & deſcendẽtibus maſculis, prius in perſona Bernardini antiquioris, deinde renouata ſingulis vigintinouem annis in deſcendentibus ab eo, conſtat, emphiteuſim eſſe maſculinam, & ab ea proſſus fæminas
6 remanere excluſas; quamuis † enim ſoleat dubitari, an emphiteuſis ſimpliciter conceſſa tranſeat ad maſculos, & fæminas, præſertim, quãdo eſt eccleſiaſtica, & ſumus in loco, in quo ſtatuta in ſucceſſionibus anteponunt maſculos fæminis *Clar. in d. §. emphiteuſis q. 32. Magon. de-*

ciſ.

ciſ. Lucenſ. 7. nu. 14. Franc. deciſ. 30. DD. in c.
in praeſētia de probat. & in l. qd dicitur ff. de verb.
oblig. ceſſat tamen in caſu noſtro omnis dubita-
tio, quia non ſimpliciter pro deſcendentibus eſt
cōceſſa, ſed pro deſcendentibus maſculis: Nec
7 dici poteſt, fœminas eſſe excluſas, dum extant
maſculi, admittendas verò maſculis non exiſtē-
tibus, quia quicquid ſit in ſtatutis, & alijs diſpo-
ſitionibus excludētibus fœminas fauore maſcu-
lorum, in hoc caſu, in quo reſtrictio ad maſculos
eſt facta fauore eccleſię, vt facilius res conceſſa
ad eam reuertatur, & in quo eſt prouiſum, quid
deficientibus maſculis ſit agendum. ſ. vt res con-
ceſſa liberè cum melioramentis ad eccleſiam
reuertatur, intrat regula, quod fęmina ſemel ex-
cluſa perpetuo remanet excluſa *c. 1. §. quin etiā*
epiſcop. vel abb. in feud. Purpurat. conſ. 401. num.
124. Rol. conſ. 58. nu. 65. in 3. Menoch. conſ. 1. nu.
458. in 1. idem fauor eccleſię, qui fuit in cau-
ſa, vt ad maſculos exiſtētes emphiteuſis reſtrin-
gatur, eſt etiam in cauſa, vt deficientibus maſcu-
lis non habeatur ratio fœminarum.

8 Et quamuis *Bar. in l. vt iuriſiurandi § ſi liberi*
ſub nu. 5 ff. de oper. libert. dixerit, ſtantibus ſtatu-
tis excludentibus fœminas, ad emphiteuſim de-
ficientibus maſculis fœminas admitti, quem ſe-
quuntur *alij de quibus Ruin. conſ. 162. nu. 3. in 1.*
id tamen procedit, vel quando emphiteuſis eſt
conducta pro filijs maſculis, & fœminis, vt loqui-
tur *Bar.* vel pro hæredibus, ita vt fiat emphiteu-
ſis hæreditaria, vt declarat *Ruin. d. conſ. 162. nu.*
12. in 1. In quibus terminis nos non verſamur,
quia cum ſit conceſſio facta pro maſculis, & cō-
pleta tertia generatione maſculorum, vt res cō-
ceſſa reuertatur ad eccleſiam, remanent fœmi-
næ non tantum non admiſſæ, ſed etiam manife-
9 ſtè excluſæ, & † hæc conceſſio, quæ eſt facta pro
filijs, nepotibus, & deſcendentibus nullo modo
poterit dici hæreditaria *Iſern. Afflict. & alij in*
c. 1. an agnat. vel fil. Penes ad l. 1. in 3. parte num.
84. C. de bon. matern. Valaſch. de iure emphit.
q. 43.

Et quamuis dicatur in loco extare cōſuetudi-
nem, vt emphiteuſes non aliter, ac ſi eſſent alo-
dium, tranſeant ad fœminas, & ad quoſcunque
ſucceſſores, tamen vix eſt, vt mihi perſuaderi
poſſit extare conſuetudinem contra ſignificatū
verborum, & contra indubitatam intentionem
contrahentium, intraret conſuetudo ſi conducta
eſſet emphiteuſis pro liberis, & deſcendentibus,
ſed quod quando expreſſe actum eſt, vt emphi-
teuſis tranſeat tantum ad maſculos, item & ad
eos vſque ad certam generationem, & vt finita
d. generatione bona reuertantur ad eccleſiam
vna cum melioramentis, vt conſuetum ſit talia
bona vti allodialia tranſeant ad quoſcunq; hæ-
redes vtriuſq; ſexus, ita vt per finitā generatio-
nem nunquam ad eccleſiam reuertantur nō eſt
nec rationabile, nec credibile.

10 Sed quicquid ſit, ab aduerſarijs eſſet hæc con-
ſuetudo probanda de tempore, quo cōceſſa res
fuit in emphiteuſim *Doct. in c. fin. de conſuet.*
Bar. in l. de quibus n. 6. ff. de legibus Iaſ. in l. cum
prelatis nu. 9. ff. de re iudic. & in terminis noſtris
plures allegat *Cortiad. de cauſ. priuat. oblig. ſ. iuſt.*
nu. 31.

11 Minus eſt facienda vis ſuper clauſula *ad ha-*
bendū, quod æquipolleat clauſulę *pro quibus de-*
deris, & faciat emphiteuſim tranſire ad quoſcūq;
hæredes, et extraneos *Doct. in c. 1. de feud. non*
hab. propr. nat. feud. Curt. conſ. 4 ſub nu. 1. Pariſ.
conſ. 81. in fine in 4. Clar. § emphiteuſis q. 28. in
12 *fine, & ſæpè fuit deciſum in Rota.* Hoc † enim nō
procedit, quando clauſula eſt reſtricta ad for-
mam ſtipulationis (vt in caſu noſtro) in quo di-
ctum fuit *ad habendū & tenendum &c. & ſuden-*
quia faciendum d. Antonio Maria, eius filijs, ne-
potibus, & ex eo deſcendentibus maſculis vſq; ad
tertiam generationem placuerit. Gacher. deciſ.
164. nu. 5.

Secunda oppoſitio de doctrina *Bar. in l. 1. in*
§ permittitur ff. de aqua quot. & aeſtiua. & ipſa etiā
13 parum nocet. Primo † quia omiſſo, quod multi
ſunt, qui tenent eam non procedere in emphi-
teuſi eccleſiaſtica, qui allegantur *à Gabr. de com.*
emphit. concluſ. 1. nu. 13. Cabal. conſ. 174. num.
14 *7.* vbi de communi, & veriori, dicitur † hanc do-
ctrinam non procedere in caſu noſtro, in quo cō-
uentum eſt, vt finita generatione res reuertatur
15 ad eccleſiam *liberè*, hoc † enim importat, i. ſine
onere, & obligatione aliqua *c. 1. de regular. in*
6. vbi id notat *Gem. in 5. notab.* dicens, quod,
16 cum nouitius poſſit ante profeſſionem liberè re-
uerti ad ſeculum, intelligitur ſine vlla obligatio-
ne reſtituēdi expenſas, quas habuit *Caluan. conſ.*
17 *3. nu. 8.* quod † qui non habet rem pleno iure, ſed
eam habet cum onere reſtituendi, non dicitur
18 eam liberè habere, & † qui liberè rem aliquam
habet, ita eā habet, vt de illa ad libitum diſpo-
nere poſſit *gloſ. & DD. in c. ſi pro debilitate de of-*
fic. deleg. & in cauſa plures de offic. deleg. in G. in
c. reprehenſibilis de appellat. Barbat. in c. 1. de of-
fic. ordin. & per hęc *Aretin. conſ. 24. Carbonar. ſu-*
praſcriptam, lib. 4. nu. 4. Igitur dicendum eſt cō-
uentum eſſe, vt finita generatione Antonij Ma-
riæ, ita res reuertatur ad eccleſiam ſine onere
reinueſtiendi certam perſonam contra propriā
voluntatem, imò vt reuertatur, ita vt de ea ad
19 libitum diſponere poſſit. Amplius † quando hęc
dictio refertur ad eum, qui alias erat habilis ad
actum

actum importat relexationem iuris *gloſ. Bart.*
& alij in l.ſi quãdo C.de inoffic.teſt.Rip.in c. ſicut
20 *Romana nu. 28.29.& 31.de reſcript.* quod † re-
ſcriptum cõceſſum alicui, vt poſſit liberè appel-
lare, quia nihil operatur quoad actum appellã-
di, quod intelligitur, vt poſſit appellare etiam
in caſibus à iure non permiſſis *Iaſ. in l.ſi filiam*
ſuam n.8. et 9. C.de inoffic.teſt. At de iure eccle-
ſia erat habilis, vt ad eam reuerteretur res con-
ceſſa finita generatione, pactum igitur, vt liberè
reuertatur importat remiſſionem iuris, hoc eſt
illam neceſſitatem, & obligationem inueſtien-
21 di proximioris vltimi defuncti & † quod verbum
liberè in puncto habeat hãc ſignificationem te-
net *Alex.in l.ſi mihi,et Titio ſub nu 19. verſ. (pu-*
tarem in hoc dubitabilis ff.de verb.oblig. dum pon-
derat verbũ *liberè*, de quo in *c. ex parte extra de*
feud. per quod verbũ tenet, doctrinã *Bar. in d.§.*
permittitur non procedere in emphiteuſi eccle-
ſiaſtica, à qua opinione, licet recedat in *conſ.80.*
in 1. id eſt, quia tenet in *c.ex parte* verbũ *liberè*
ad aliud referri, quod ſi referretur ad id, de quo
in *l. ſi mihi,& Titio* expreſsè ſenſiſſet, hoc verbo
eſſe ſublatã obligationẽ reinueſtiendi, & in hoc
Ruin. ſequitur *Alex.* loquendo in caſu noſtro *in*
conſ 1.nu.11.in 1.Hondea.conſ.51.nu.51.in 1.
Ant.Gama, qui in puncto loquitur aſſerens ita nõ
ſemel iudicatum fuiſſe *deciſ. 41.nu.6. & deciſ.*
326.nu.8. vbi ait magis tenẽdam eſſe hanc opi-
22 nionem, quando † actum eſt, vt melioramenta
pertineant ad dominum directum, vt hic, nimi-
rum, quia æquitas, propter quam erat facienda
inueſtitura proximioribus .ſ. quia ad eos me-
lioramenta pertinebant, ceſſat facta hac con-
uentione, vt res reuertatur liberè cum meliora-
mentis, & æquitas, cui innititur opinio *Bar. in*
d.§. permittitur tollitur ab alia æquitate pacti,
23 quod † omnino ſeruandum eſt in contractu em-
phiteutico vti tribuens formam ipſi contractui
l.1.C.de iure emphyt. & §. adeo Inſt. de locat.

Nec huic veritati obſtare arbitror ea, quæ
contra cumulatiſſimè ſcripſit *Franc. Caldaſ. de*
24 *iure emphiteutico lib. 1.q.8.* etenim † prius ani-
maduertendum eſt ipſum fateri, dum hanc opi-
nionem oppugnat, recedere ab his, quæ ſæpius
iudicata ſunt, frequentius in ſcholis recepta
ſunt, & ab illis, quæ ſemper certam determi-
nationem habuerunt, vnde, quicquid ipſe po-
tius ſubtilitati, quam veritati ſtudendo ſcripſit,
25 non † eſt ab opinione receptiori recedendum
l.1.ff.de offic. quæſtor. Alex.conſ.12.in fin. lib.
3.Roman.conſ.239.ſub n.2. Amplius animad-
uertendum eſt ipſum multos allegare *Doctores*
tenentes doctrinam *Bar.in §.permittitur* etiã pro-
cedere in emphiteuſi eccleſiaſtica, & etiã quan-
do eccleſia vellet pro ſe retinere, in quo mihi
non eſt inſiſtendum, quippe nunc non ſtudeam
indiſtinctè tenere doctrinã *Bar.* non procedere
in eccleſia, nec mihi ſit elaborandum in caſu, in
quo eccleſia vellet retinere, cum in caſu noſtro
retinere noluerit; Tantum inſiſtendum erit in
pacto, vt res libere reuertatur, cui *Caldaſ.* duo
26 præcipuè opponit; Quod † per illud exprimatur
id, quod tacite ex legis diſpoſitione continetur,
idcò quod nihil operetur *l. 3. ff. de leg. 1. l.ſi*
arrogator ff.de adopt. cum alijs ſim. & quod fi-
nita emphiteuſi proximis agnatis ſit ius quæ-
ſitum, cui per pactũ nõ poſſit dominus directus
27 præiudicare; Addẽdo etiam, † quod ſi dominus
directus prætendendo retinere rem pro ſe non
poteſt præiudicare agnatis prætendẽtibus reno-
uationem *Dec.conſ.131. Berq.conſ. 98. nu.16.*
in 1.& Thob.conſ.3. multo minus per huiuſ-
modi clauſulã poteſt præiudicare, quando vult
extraneis concedere.
28 Sed neutrum obſtat, nam quoad primum di-
citur, quod expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt
ex neceſſitate facta eo modo, quo inſunt, ni-
hil operatur, ita procedit *l. 3. ff. de leg. 1. & d.*
l. ſi arrogator, & alia iura, quæ ad hoc allegat
Caldaſ. ſed quando exprimitur id, quod tacitè
inerat ex voluntate, & alio modo, quam ineſſet
expræſſio operatur *l. talis ſcriptura ff. de leg. 1.*
l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. iunct. not.
in l. precibus C. de impub. & al. ſubſtit. & l.
Titia ff. ad l. falcid. & ita declarat *Bar.* quem
Doct. cõmuniter ſequuntur in *d.l. 3. ff. de leg.1.*
In caſu noſtro non exprimitur id, quod inerat
ex neceſſitate tanquam ſubſtantiale inueſtituræ,
quia agi etiam poteſt, vt finita tertia generatio-
ne ad alias tres generationes pertineat, & id per-
tinet ad pacta inueſtituræ emphiteuticariæ, quæ
omnia ſunt ex voluntate, non ex neceſſitate, cũ
29 ſit emphiteuſis apta recipere omnia pacta ſecũ-
dum voluntatem contrahentium, vt iam dixi ex
l.1.C.de iure emphit.& § adeo Inſt.de locat. imò
ex ſe non habeat certam, & determinatam natu-
ram, ſed eam recipiat, quam dant contrahentes
Natta conſ 49 nu 18. in 1. etiam expræſſio fa-
cta eſt alio modo, quã inſit, cum conuentum ſit,
vt res liberè reuertatur cum melioramẽtis, cum
30 regulariter non facta hac conuentione melio-
ramenta remaneant apud hæredes vltimi inue-
ſtiti *Specul. in tit. de locato §. nunc aliqua verſ.*
131. Iaſ. in l.2.nu.27. C. de iure emphit. igitur
ſumus in terminis, in quibus expræſſio debet o-
perari ſecundum principia *Bar.* & aliorum *in d.*
l. 3. vbi in ſpecie *Bolognet.n.14.38.& 166.verſ.*
(Regula eſt.)

Non obſtat ſecundum, quia illud procederet,
quan-

Digitized by Google

quando poſt inueſtituram tractaretur de adijciendo hoc pacto, tunc poſſet dici, illud præiudicate iuri quæſito agnatis, ſed cum adijcitur in ipſa inueſtitura, antequã ſit aliquod ius quæſitũ (ſi quidem non poteſt acquiri ius, niſi prout partes volunt) non poteſt dici, quod præiudicet iuri quæſito.

31 Tandem non obſtat, quod, ſi eccleſia non poteſt pro ſe retinere, minus concedere extraneo, primo, quia opinio *Dec.* quod non poſſet pro ſe retinere, etiam quod habeat aliquos ſequaces, non eſt tamen in iudicando recepta *Veral. deciſ.* 303. *&* 304. *parte* 1. qui etiam teſtatur de magis communi contra *Dec. Benintend. deciſ.* 19. ſecundo nihil concludit argumentum, quia loquitur *Dec.* quando res de iure communi reuertitur, tunc enim ratio melioramentorum præcipuè eſt in cauſa, vt agnati contradicere poſſint eccleſiæ volenti pro ſe retinere *Valaſch. de iure emphit. q.* 1. *ſub nu.* 20. *&* *q.* 2. *nu* 7 *Garzias de expenſ. & meliorat. c.* 15. *nu* 8. At facto pacto, vt res reuertatur vna cũ melioramẽtis, nulla pro agnatis æquitas remanet, quia mediante poſſint anteponi eccleſiæ volẽti ꝓ ſe retinere, ergo &c.

32 Secundo principaliter ſuppoſito eo, quod eſt certiſſimum, & indubitatum, quod à pactis, & conuentionibus partium emphiteuſis naturam recipiat, vt antea probaui, & alia allegat *Surd.*

33 *deciſ.* 95. *nu.* 15. cum † hæc emphiteuſis ſit recepta pro filijs, nepotibus, & deſcendentibus maſculis effecta fuit maſculina, & recepit naturam, vt ad eam tantum maſculi admittantur ad inſtar feudorum, & vt fæminæ excludantur, vt in caſu noſtro Dominæ Aduerſariæ excluſę fuerunt ab Antonio Maria vltimo inueſtito, quo caſu non poſſunt fæminæ ab inueſtitura, & a natura emphiteuſis prorſus excluſæ, petere inueſtituram ex æquitate regulæ d. §. *permittitur*, *& doctrina Bar. ibi Fulgoſ. conſ.* 222. *& Rom. conſ.* 125 *ad finem verſ. (nõ obſtat) in* 1. quos ſequitur *Gabr. tit. de iure emphit. concl.* 1. *nu.* 21. *&* 25. non. n. conuenit Epiſcopum per renouationẽ teneri inueſtire illas perſonas, quas ab initio inueſtire noluit, optimè *Soc. iun. conſ.* 9. *nu.* 7. *& ſeq. in* 3. & conferunt, quæ ſcribit *Caldaſ. de iure emphit. lib.*

34 1. *q.* 9. *nu.* 13. *&* 31. Nec † obſtat, quod *Rota deciſ.* 198. *n.* 2 *parte* 2. *nouiſſ.* videatur tenere contrarium etiam allegando plures cum ea tenentes: Siquidem reſpondetur, procedere illam deciſionem, quando fœmina nõ fuiſſet excluſa, ſed prætermiſſa, & ſub ſilentio poſita, vt *in ea nu.* 3. hic autem, quia expreſsè facta eſt mentio de deſcendentibus maſculis, conſtat fæminas ex intentione concedentis Epiſcopi, & conducentiũ excluſas fuiſſe, & tum tempore, quo inueſtitus fuit Antonius Maria, eius ſorores, quæ nũc petũt eſſent in eodem gradu, conſtat ab Antonio Maria fuiſſe excluſas in renouatione, & ita verè nõ ſumus in caſu, in quo ſub ſilentio tantum fæminę ſint prætermiſſæ, & *Doct.* qui allegãtur a *Rota* non videntur ad rem noſtram facere, quia aliqui eorum loquuntur in emphiteuſi conducta pro maſculis, & fœminis, vel ſimpliciter pro filijs, in quibus caſibus manifeſtè non erant fœminæ excluſæ, & nullus loquitur, quando emphiteuſis conducta fuiſſet pro maſculis, alij vero tractant de inueſtiendis illis fæminis, quæ a maſculis prius inueſtitis non fuerunt excluſæ, vt illi qui conſuluerunt in cauſa Marchionatus Montiſferrati, qui ab ipſa *Rota* citantur.

35 Tertio etiam obſtat aduerſarijs, quod re integra non petierunt inueſtituram, cum tempore petitionis iam alijs inueſtitura facta fuiſſet *Ang. conſ.* 110. *in fine Rom. conſ.* 70. *Alex. conſ.* 10. *in fine lib.* 3. *nu.* 12. *& conſ.* 83. *nu.* 4. *in* 7. & alij, qui allegantur à *Mandoſ. in addit. ad conſ. Rom.* 22. *in vlt. addit.* à *Gabr. d. concluſ.* 1. *de iure emphit. nu.* 20. & communem opinionem dicit *Mandoſ.* quæ opinio licet ſit controuerſa, cum tamen in caſu noſtro cum ea cõcurrant pactum reuertendi liberè, & quod eſt emphiteuſis maſculina, facile obtinebit dicta cõmunis opi-

36 nio pro parte noſtra ad † ſcripta ab *Aymone conſ.*

37 113 *ſub nu.* 1. & † facit id, quod ſcripſit *Bal. in l. ſi duo patroni in fine princ. ff. de iureiurando*, quod quando nedum maximum quid, vt hic, ſed etiam modicum adijcitur vni parti, illa præponderat.

38 Et ſi in facto aduerſariæ nõ petierunt inueſtituram intra annum à die obitus vltimo inueſtiti verior reputatur opinio, vt re integra non poſſit peti *Curt. ſen. conſ.* 47. *ſub nu.* 10. *verſ. (& præmiſſa) Goz. id. conſ.* 39. *ſub nu.* 18. *verſ. (quarto ſi res)* quos in puncto ſequitur *Rota deciſ.* 791. *in fine p.* 4. *diuerſ.* Nec obſtat, quod inueſtito extraneo, agnati habent triginta annos ad petendam renouationem, quia id non procedit, quando intra annum non petierunt *Rota dicta deciſ.* 756.

39 Quarto, eſt etiã aduertendũ, quod ſi in ciuitate Ferrariæ extat tale ſtatutum, per quod Cananus legitimatus fuerit hæres Antonij Mariæ ab inteſtato excluſis fœminis, etiam ſororibus defuncti, aduerſariæ nõ fuiſſent hæredes Antonij Mariæ, & ex hoc capite eſſent excluſæ à beneficio inueſtituræ, & æquitatis, de qua *Bar. in d.* §. *permittitur Alex. conſ.* 10. *nu.* 11. *in* 3. *& in d. l. ſi mihi, & Titio col. pen. limit.* 1 *ff. de verb. oblig.* & vt veriorem, & receptiorem opinionem defendit *Franc. Caldaſ. de iure emphiteutico lib.*

Nec

1.q.9.nu.20.Gabr.d.concluſ.1.nu.18.Berol.conſ 111.nu.3.

Nec prodeſt aduerſarijs allegare, quod ſint per fideicommiſſum ſubſtitutæ Antonio Mariæ in teſtamento Io. Franciſci, à qua ſubſtitutione non excludũtur per legitimationem Canani factã à Serenißs, Duce Ferrariæ cum clauſula *exceptis bonis feudo, & fideicommiſſo ſubiectis.* Nam
40 facilè reſponderi poteſt, ex † tali fideicommiſſaria ſubſtitutione nõ fieri hæredes Antonij Mariæ fratris, ſed Io. Franciſci fideicommittentis *l. coharedi §. cum filia ff. de vulg. & pupil. cum alijs ad hoc vulgaribus*, quod præſertim conſiderandum eſt, dum agitur de hac emphiteuſi, quã nec intotum, nec pro parte habebat Ant. Maria ex bonis Io. Franciſci, ſed ex particulari inueſtitura facta in eius perſona.

41 Etiam quinto dici poteſt, quod quatenus tenemus doctrinã *Bar. in d. §. permittitur* expreſſam in deſcendentibus, extendi etiam ad tranſuerſales, vt multi tenent, procedit in tranſuerſalibus agnatis conſeruantibus agnationem, nõ in fœminis, in quibus finitur agnatio, ita in terminis tenet *Lancellot. Gallia conſ. 99. nu. 47. & 48.*

42 Tãdem, ſi pro parte noſtra probaretur obſeruantia, vel conſuetudo, quod Epiſcopus ſoleat bona deuoluta, cui vult concedere, vel cõcedere maſculis, & denegare proſus fœminis, magis eſſet pars noſtra in tuto *Caldaſ. d. lib. 1. de iure emphit. q. 9. nu.* 15. qui multos allegat, & præſertim *Rim. iun. conſ.* 257. *nu.* 105. *in* 3. vbi, quod attenta cõſuetudine licet regulariter multi teneant etiam tranſuerſales hęredes defuncti eſſe inueſtiendos, tamen ſoli deſcendentes iuxta conſuetudinem inueſtiuntur, & in illis tantum praticatur doctrina *Bar. in §. permittitur Corbul. de cauſ. priuat. ob lin. finit. nu.* 30. & paſſim *Doct.* admittũt, vt in emphiteuſi plurimum poſſit conſuetudo, & obſeruantia ad regulandam inueſtituram, & renouationem.

His opinor manifeſtiſſimè probari, iuſtam eſſe expulſionem Dominarum petentium inueſtituram.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Hypoteca conſtituta ſuper bonis emphiteoticis, etiam de licentia Prælati Domini directi, reſoluitur finita emphiteuſi.

SVMMARIVM.

1 *Hypoteca ſuper bonis emphiteoticis reſoluitur finita emphiteuſi.*

Etiam ſtante licentia Domini directi, qua intelligitur, vt talis hypoteca duret donec vtile dominium fuerit ſeparatum à directo nu. 2.

Quia præſumitur Prælatus concedere ſaluo iure ſua Eccleſia nu. 12.

Contrarium tenent aliqui, ne licentia reddatur ſuperflua nu. 3.

Sed eorum opinio latè reprobatur nu. 5. & ſeq.

4 *Superfluitas euitanda eſt.*

Non tamen cauſa illius euitanda recedendum eſt à natura actus nu. 5. & ſeqq.

Et toleratur, ne quid ſequatur contra mentem diſponentis nu. 11.

Neque dicitur ſuperfluum, quod ponitur ad maiorem declarationem nu. 9.

5 *Deſiderium tribuendi effectum actui non efficit, vt actus recedat à natura ſua.*

6 *Verba debent operari ſecundum naturam actus.*

Et ſecundum leges nu. 7.

8 *Si Papa dicat feudum deuolutum eſſe, intelligitur ſecundum quod leges diſponunt.*

10 *Bona emphiteutica non veniunt ſub generali obligatione ſecundum opinionem aliquorum.*

13 *Epiſcopus conſentiens Ciuitati imponenti gabellas, non intelligitur conſentire in præiudiciũ ſua Eccleſia.*

14 *Pater præſumitur capere bonum conſilium pro filio.*

15 *Obligatio bonorum emphiteoticorum pro ea ſumma, qua valent, non tenet; quia eſt potius alienatio, quam obligatio.*

16 *Prælatus poteſt concedere emphiteuta licentiam alienandi.*

Sed non poteſt ſine licentia Summi Pontificis alterare priorem naturam emphiteuſis nu. 17.

18 *Bona feudalia non poſſunt hypotecari ſine licentia Domini directi.*

Secus autem emphiteutica nu. 3.

19 *Appellari poteſt à ſecunda ſententia.*

Et à ſententia excuſſionis nu. 25.

Quamuis contrarium teneat Bald. *nu. 24.*

Item appellari poteſt à ſententia interlocutoria habente vim diffinitiua nu. 26.

20 *Appellatio non denegatur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

21 *Cõtra ſententiam iniuſtam, qua tranſiuit in rem iudicatam de iure Canonico datur reſtitutio in integrum.*

Et de iure Ciuili poteſt adiri Princeps nu. 22.

23 Statutum de duabus conformibus *non habet locum, quando ſententia continent notoriam iniuſtitiam.*

27 *Sententia* appellationem non deuoluere *eſt interlocutoria habens vim diffinitiua.*

RE.

RESPONSVM LXXXIII.

Auſpice Chriſto.

Mihi duo proponuntur dubia in
cauſa, quę Mantuę agitur inter
D. Vincentium Malateſtam
actorem, & D. Io. Baptiſtam
Floratorem reum conuentum
quorum primum eſt, An Mala-
teſtæ competat actio ad terras ad Reuerendiſs.
Epiſcopum ex caducitate, & ex fine lineæ deuo-
lutas, & deinde conceſſas in emphiteuſim dicto
Floratori: Quod dubium puto reſoluendum
2 eſſe in fauorem Floratoris: Quia † licet dictæ
terræ fuerint hypothecatæ Carolo Malateſtæ,
cuius actor eſt hæres, tamen, cum per caducita-
tem, & finem lineæ bis terræ deuolutæ ſint ad
Dominium directum, omnis hypoteca conſti-
tuta in illis ad fauorem Malateſtæ prorſus re-
ſoluta fuit; reſoluto enim iure datoris reſolui-
tur, & ius acceptoris *l. lex vectigali ff. de pignor.
vbi Bal. Bero. in cap. potuis ſub num. 94. verſic.
(& hoc ius pignoris) Corbul. de cauſ. priuat. ob
alienat. limit. 33. num. 4. & de cauſa priuat.
ob non ſolut. can. ampliat. 34.* Nec obſtat, quod
licētia cōceſſa fuerit Federico Gazio à D. Epi-
ſcopo hypotecandi omnia ſua bona quomodo-
cumq; ſubiecta epiſcopatui Mātuæ, quia talis li-
centia intelligitur ſecundum naturam rei, in qua
cadit hypoteca, & ſecundum quod leges diſpo-
nunt. l. vt talis hypoteca duret quoad vtile do-
minium à directo maneat ſeparatum, & reſol-
uatur cōſolidato vtili dominio cum directo *l. ſi
ſtipulatus ff. de vſur. l. ſi legati ff. de leg. 1. l. ſi v-
no in princ. ff. locat. l. ſi quando in princ. C. de in-
off. teſt. c. potuis, de locat. § nunc aliqua verſ. (no-
nageſimo octauo) num. 101. Io. Fab. in l. fin. ſub
nu. 9. verſ. (ſed quid ſi in inſtrumento) C. de iure
emphit. Flor. in l. ſi ſtipulatus num. 3. ff. de vſur.
verſ. (item nota) Collect. in c. potuis nu. 42. col.
5. verſ. (ſequitur ſi dictum) de locato Alex. conſ.
206. nu. 3. in 4. Bertrand. conſ. 2. incip. ponitur
in facto, vol. 2. ſecundæ partis Gozad. conſ. num.
29. Rub. Alexandrin. conſ. 110. nu. 6. Bero. cōſ.
144. nu. 20. 103. num. 19. & 151. nu. 12. in 1.
Rim. iun. conſ. 176. n. 33. in 2. Rol. a Valle conſ. 510.
Afflict. dec. 307. n. 21.* & ad hoc propoſitū plura
ſunt apud *Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. q. 6.*
3 Nec obſtat, ſi diceretur, quod ſecūdum hanc
interpretationem licentia hypotecandi eſſet
ſuperflua, cum emphiteuta eam habeat iure ſuo
vt apud *Clar. & Corbul. vbi ſupra*, qua ratione
mouentur aliqui, qui contra *Speculatorem* tenēt
licentiam conceſſam nōn reſtringi ad naturam
4 actus, & † certum eſt ſuperfluitatem ſēper vitan-
dam eſſe *l. ſi quando ff. de leg. 1. l. 1. ff. de eo quod
met. cauſ. & l. 3. ff. de iureiur.*
5 Reſpondetur enim, deſiderium tribuendi ef-
fectum diſpoſitioni non efficere, vt, quod diſpo-
ſitum eſt, recedat à natura ſua *Bal. in Rub. C. de
6 contrahend. empt. q. 9.* & † verba ſemper de-
bent operari ſecundum naturam actus *Alex. in
7 conſ. 21. nu. 9. in 5.* & † debent operari ſecundū,
quod leges diſponunt *Felin. in c. cauſam, quæ
nu. 6. de reſcript.* vbi in ſpetie adducit id, quod
8 reſpondit *Card. in conſ. 93.* quod † ſi Papa di-
xerit feudum eſſe deuolutum ad eccleſiam id
intelligitur, vt fuerit deuolutum eo modo, quo
ius diſponit, quod dicit *Card.* apud me *in conſ.
92 parum poſt numerū 7. verſ. (ad idem in tit.)*
Ex quibus manifeſtè deducitur, ſtudium euitā-
di ſuperfluitatem non efficere, vt licentia deuiet
à natura actus conceſſi, & ab eo, quod leges di-
9 ſponunt, præſertim, † quia nō poſſunt dici verba
ſuperflua, quando tollunt dubitationem, quę ori-
ri poſſet *l. 1. §. ſciendum verſ. (ego puto) ff.
de ædilit. edict. l. teſtamentum C. de teſtam. Alb.
conſ. 11. nu. 29. Mantic. de coniect. vlt. volunt.
lib. 3. tit. 6. nu. 3.* & dubitatio poſſet oriri, quia
licet *omnes* teneant bona emphiteutica poſſe
10 hypotecari, fuerunt † tamen aliqui, qui dubita-
runt, an contineantur ſub generali obligatione
vt apud *Iaſ. in l. fin. nu. 80. & ſeq. C. de iure
emphit. Bero. conſ. 107. n. 12. cum ſeq. in 1. Surd.
deciſ. 160. nu. 1. Neguſant. de pign. in 2. parte
5. membro nu. 28. & ſeq.* ad hanc qualem qua-
lem dubitationem tollendam poteſt dici, datam
11 fuiſſe hanc licentiam: Secundo † toleratur ſu-
perfluitas, nè oriatur quid, quod veriſimiliter ſit
contra intentionem loquentis, & diſponentis
*Alex. in l. verbis ciuilibus in 2. nu. ff. de vulg. &
pupil. Aym. conſ. 25. ſub nu. 30. Mantic. de con-
iect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 6. ſub nu. 4. verſ. (nec
dubium)* ſed contra mentem Epiſcopi eſt, quod
voluerit dare licentiam conſtituēdi hypotecam
perpetuam ad prȩiudicium ſuæ eccleſię, & alio-
rum Epiſcoporum, qui poſt eum eandem eccle-
ſiam regent, ergo potius toleranda eſt ſuper-
fluitas licentiæ, quàm quod ex ea ſequatur quid
12 vltra intentionem illam concedentis, vel † erit
præſumendum Epiſcopum cōceſſiſſe hanc licē-
tiam ſaluo iure ſuæ eccleſiæ, quō ius etiā ſine ali-
qua reſeruatione remanet ſaluum, ita in termi-
nis *Petr. Gregor. de feud. quæſt. 14. p. 8. nu. 5.*
13 facit † id, quod ſcripſit *Barbat. conſ. 32. col. 3.
in 4.* quem refert, & ſequitur *Menoch. præſūpt.
44. nu. 18. in 3.* quod, ſi Epiſcopus cōſentit ci-
uitati imponenti gabellas, non intelligitur con-

14 ſentire in prgiuditium ſuæ eccleſiæ, & ſi pater
præſumitur nolle preiudicare filio, ſed pro eo
capere optimum conſilium *l. fin. C. de curat. fu-
rioſ.* magis id eſt præſumendum in Epiſcopo pa-
tre eccleſiæ, qui non habet tantum ius in bonis
eccleſiæ, quantum pater habet in bonis, quæ poſt
eius mortem obuentura ſunt filio.

Sed, & tertio magis concludenter dicitur, da-
ri caſus, in quibus emphiteuta non poteſt obliga-
re bona emphiteutica, maximè, quando eſſent
obligata pro tanto credito, quanti valerent, ita
15 vt non eſſet ſpes luitionis, quia † talis obligatio
eſſet magis alienatio, quam obligatio *Neguſant.
in d.a. membro 2. parte nu. 30. Corbul. de canſ.
priuat. ob alienat. d. limit. 33. n. 6.* operabitur hęc
licētia, vt in hoc caſu res obligari poſſit, quem-
16 admodum .n. poteſt Epiſcopus dare licentiam
alienandi *l. fin. C. de iure emphit.* ita poteſt dare
licentiam obligandi hac obligatione, quę eſt ad
inſtar alienationis, ſatis igitur erit, vt licētia hoc
operetur, vt non poſſit dici ſuperflua, in cæteris
erit intelligenda ſecundum ius commune, .ſ. vt
ſecuta deuolutione obligatio reſoluatur, & ma-
ximè hoc videtur accommodari ad caſum noſtrū,
in quo terræ fuere obligatæ ferè ſecundum eo-
rum valorem cum venditæ fuerint prætio du-
catorum 300. & obligatæ fuerint pro ducatis
300.

27 Quando dato (ſed nunquam conceſſo) quod
hęc licētia operaretur effectum obligationis ir-
reſolubilis, etiam ex voluntate Epiſcopi, adhuc
tamen nihil operaretur ob defectum poteſtatis,
non enim poteſt ſine licentia Sedis Apoſtolicæ
alterare naturam priorem emphiteuſis ad præ-
iuditium ſuę eccleſię, & efficere, vt emphiteuſis,
quę prius ab eius poſſeſſore non poterat obliga-
ri obligatione irreſolubili, in perſona Gazij
noui conductoris poſſet irreuocabiliter obliga-
ri *Clar. in §. emphiteuſis q. 6. verſ. (ſcias tamen)
Alex. Sixt. ad extrauag. ambitioſè de rebus ec-
cleſ. non alien. nu.* 16. & eſt indubitatum.

28 Addo, & quinto, quod terræ, de quibus agi-
tur, in ſententia prima dicuntur feudales Epiſco-
patus; vnde vti feudales non poſſent hypotecari
ſine licētia domini directi *c. imperialem de pro-
hibita alien. per Federic. & ibi Bald. Clar. in §. feu-
dum q. 35. Roſental. de feud. c. 9. concluſ.* 13. qui
ſub litera .A. concord. allegat *Straler. de feud.
parte 8. c. 1. nu. 22.* ſatis ergo eſt vt licētia effi-
ciat valere pignorationem, quæ alias non vale-
ret, in cęteris intelligenda eſt ſecundum naturā
emphiteuſis, vt per deuolutionem reſoluatur, ad
hoc, vt minus ac fieri poſſit prçiudicetur iuri cō-
muni, & quia in feudo viget eadem ratio, quod
reſoluto iure datoris reſoluitur ius accepto:is.

Nec obſtat, quod duabus ſententijs fuerit iu-
dicatum contra Folatorem, quia ex prædictis
19 conſtat de earum iniuſtitia, & † cum ſint tantū
duæ, licita eſt appellatio à ſecunda, ſi non oſtē-
datur obſtare ſtatuta loci *l. vnic. C. ne lic. in vna,
20 & ead. cauſ.* non † enim deneganda eſt appella-
tio, niſi in caſibus à iure expreſſis *l. quoniam C. de
appellat. l. fin. ff. ad leg. Iul. de adulter. Diaz reg.
85. Cenal. de cognit. per viam violent. in proleg.
nu.* 137.

21 Et quando etiam ex aliqua cauſa hę duæ ſen-
tentię tranſiuiſſent in rem iudicatā, cum ex iam
dictis conſtet latas eſſe contra ius litigatoris poſ-
ſunt ex communi ſententia *Canoniſt.* reuideri
per reſtitutionem in integrum *Hoſt. in c. 2. de
purgat. vulg.* vbi etiam *Abbas nu. 6. Felin. in re-
pert. in verbo (ſententia notoriè iniuſta)* qui te-
22 ſtis eſt de communi, & † etiam de iure ciuili, ſal-
tem adeundo Principem, & per viam ſupplica-
tionis, vt per *Oddum de reſtit. in integ. q. 79. artic.
2. nu. 61. & 63* qui etiam alia addit remedia, vt
23 per eum. Imò † ſi extarent ſtatuta diſponentia,
duas conformes facere rem iudicatam, non ha-
berent locum, quando ſententię continerent no-
toriam iniuſtitiam, quia non merentur nomen
ſententiæ *Paul. in l. inter omnes num. 4. ff. qui
ſatiſd. cog. in l. 45. condemnatum & ibi alij ff. de
re iudicat. Io. de Anan. conſ. 83. in 2. dubio & ibi
Bolognin. in addit. Pariſ. conſ. 54. in princ. in 4.
Chaſ. ſen. conſ. 59. ſub nu. 10. Marſil. ſingul.* 463.

Alterum dubium, quod proponitur, continet,
an ſententiæ, quæ exhibentur ſint in aliqua par-
te conformes, ita vt appellatio interpoſita ab
vltima ſentētia non deuoluat; ad quod ita reſpō-
deo; Quātum ad duas ſententias in meritis, eas
eſſe conformes, cum ſecunda ſententia aliud nō
contineat, niſi benè fuiſſe in prima iudicatum,
an verò faciant rem iudicatam pendet à iam di-
ctis; præſumendum eſt apud partes habitas fuiſ-
ſe vti facientes rem iudicatam; quia in prima
ſententia confirmata à ſecunda adeſt conditio,
quatenus non extent bona libera, & allodialia,
cuius conditionis purificatio fuit poſtea per ex-
cuſſionem practicata, ita vt videatur dicēdum
partes acquieuiſſe primæ ſententiæ.

Quoad alias duas ſententias cōcernentes ex-
cuſſionem, prima continet excuſſionem factam
legitimè, a qua ſupponitur appellatum fuiſſe, cū
alia ſequatur, in qua pronunciatur appellatio-
24 nem non deuoluere, poteſt † tamen eſſe, quod
hæc ſententia, appellationem non deuoluere,
fundata ſit in opinione *Bal. in l. a. C. quand. fiſc.
vel priuat.* qui *nu. 9.* poſt *Nic. de Mataręl.* tenet
non poſſe appellari à ſententia excuſſionis, quia
25 contrarium probari poteſt, ſed † contra hanc
opi-

opinionē *Bal.* quod liceat appellare ex veriori opinione tenet *Neguſant. de pignor. in 1. membro octauæ partis nu. 39.* Vnde, ſi fuiſſet appellatum à ſententia, quæ pronunciauit appellationem non deuoluere, facile fuiſſet talis ſententia retractata, & actum fuiſſet de meritis ſententiæ prioris .ſ. an excuſſio eſſet legitimè facta; Sed de hoc non credo nunc eſſe agendum, quia cum pro parte Floratoris deuentum ſit ad indicationem bonorum, vt dicebatur in d. ſententia pronunciante, appellationem non deuoluere, conſtat à parte hanc ſententiam receptam fuiſſe.

Tandem adſunt duæ ſententię vltimæ, quarum prima pronunciat, domum indicatam non eſſe liberam, & allodialem, à qua conſtat fuiſſe appellatum, quia ſequitur ſecunda ſentētia, qua pronunciatur, appellationem non deuoluere, ab
26 hac ſententiā poteſt appellari eo modo, quo appellatur à ſententia interlocutoria habente vim diffinitiuæ, *Matthe ſil. ſingulae. 39. nu. 1. Veſte. Cin praxi lib. 7. c. 3. nu 4. Aſin. in praxi iudic. §. 31.*
27 *c. 18. limit. 2.* qualis † eſt hęc ſentētia appellationem non deuoluere *Felin. in Rub. de re iudicat. ſub nu. 11. Franc. in c. cum ceſſante nu. 42. & 44. de appellat. Imol. in cap. vt debitus num. 8. de appellat. & Franc. num. 25. idem Imol. in c. peruenit ſub num. 2. eod. de appellat. poſt Io. And. Butr. & Abbat. ibi Card. in clement, appellanti in fine de appellat. Rota de appellat. deciſ. 11. in nouiſ.* Ex hac appellatione interpoſita, an ſperāda ſit victoria in puncto, an excuſſio ſit legitimè facta, & an domus indicata ſit talis, vt tertius poſſeſſor non poſſit conueniri hypotecaria ad terras, de quibus agitur, pendet ab illis, quæ acta fuerunt. Concludo in meritis non eſſe ſperandum de victoria, niſi ſubſidio ſupplicationis, vel reſtitutionis, vel niſi inſiſteretur ſuper fundamēto, de quo in vltima informatione, quæ eſt in proceſſu fol. 194. .ſ. quod ex quo ſententiæ in meritis non tranſiuerunt in rem iudicatam, ſed per appellationem ſuſpenſæ fuerunt, ſententiæ, quę poſtea ſequuntur concernentes executionem ſint nullæ, in excuſſione parum ſperandum eſt, & in indicatione pendet a facto.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Emphiteuta priuatā ob deteriorationem rei emphiteuticæ cadit ab emphiteuſi.

Quando emphiteuta dicatur deteriorare rem emphiteuticam, præſertim ex arborum inciſione, itaut priuetur ea, & quando non.

SVMMARIVM.

1 IN emphiteuſi priuati non eſt locus caducitati ob deteriorationem.

Contraria opinio eſt communis nu. 2. & ſeqq.

Quia in emphiteuta priuati viget eadem ratio, ob quam priuatur emphiteuta eccleſia nu. 3.

Reprobantur Doct. qui pro alia opinione allegantur nu 5.

Et præſertim priuatur, quando præceſſit monitio num. 6.

4 Vbi viget eadem ratio, ibi debet vigere eadem iuris diſpoſitio.

7 Emphiteuta dicitur deteriorare fundum, quando incidit arbores, non ceduas.

Niſi alias plantauerit in locum earum nu. 39.

Quia plantatio efficit, vt damnum non ſit in proprietate nu. 42.

Sed plantatio tunc ſolum prodeſt, quando inciſæ erant exiccatæ, & corruptæ nu. 40. & 43.

Poteſt tamen emphiteuta incidere arbores aptas ad laboreria pro reparatione domus nu. 32.

Dummodo fructiferæ non ſint nu. 33.

Et refectio ſit neceſſaria nu. 34.

Non poteſt autem vendere arbores, & ex pretio reficere domum nu. 35.

Sed poteſt incidere arbores, quas ipſe plantauit nu. 53.

Contrarium eſt verius nu. 54. & ſeqq.

8 Ad hoc, vt ſit locus caducitati ob deteriorationē, illa debet eſſe non leuis, in proprietate, & ex dolo, vel culpa lata, vel leui emphiteuta nu. 8.

Leuis tamen ſufficit, quando promiſit non deteriorare nu. 14. & ſeq.

Præſertim, quando interuenit iuramentum num 17. & 22.

Et pactum eſt negatiuum nu. 19.

Et quando conſtat ex verbis de enixa mente contrahentium, ne fiat deterioratio nu. 26.

Ita etiam cadit emphiteuta ab emphiteuſi, ſi deficiat in ſolo unmo canonis conuenti nu. 18.

Et quando promiſit vti arbitrio boni viri, cadit ex inciſione duarum arborum nu. 23.

Quando autem dicatur notabilis deterioratio, relinquitur arbitrio iudicis nu. 12.

Quod debet regulari ſecundum ius, & rationem nu. 13.

9 Robores, nuces, & arbores, quæ retinet vites, dicuntur arbores fructiferæ, & nu. 50.

10 Caducitas non intelligitur remiſſa per lapſum tēporis, vel per quemlibet actum Domini directi, quando de ea non habuit ſcientiam.

Quæ in dubio non præſumitur nu. 11.

15 Ex paruo defectu quis incidit in magnam pœnam

num reſciſſionis contractus.

16 *Forma contractus ex integritate conſiſtit.*

18 *Emphiteuta non ſeruando pacta cadit à iure ſuo.*

27 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt nihil operatur.*

Si verò inſit ex natura actus operatur quid diuerſum ab ipſa natura nu. 25.

Sicuti etiam ſi inſit ex voluntate, non ex neceſſitate nu. 28.

Alijs modis limitatur dicta regula nu. 30.

29 *Res in emphiteuſim concedi poteſt, etiam ſi non detur ad meliorandum, ſecus, ſi res ſit ſterilis.*

31 Surd. in deciſ. 78. nu. 22. *recedit ab eo, quod dixerat* deciſ. 300. nu. 21. *& vid. ſub nu. 52.*

36 *Emphiteuta promittẽs meliorare, id tenetur facere ſua impenſa, & nu. 52.*

Secus, ſi non adſit tale pactum nu. 51.

37 *Regula* pretium ſuccedit loco rei *habet locum ſolum in vniuerſalibus.*

38 *Regula ſubrogatur non procedit, quando ſubrogatum, & id, in cuius locum ſubrogatur ſunt diuerſæ qualitatis.*

41 *Teſtibus inuerisimilia deponentibus non eſt credendum.*

Et ſemper præualent veriſimiliora deponentes nu. 42.

43 *Inciſio arborum præſumitur facta culpa conductoris.*

Reprobantur Mongeorg. & Pacian. *contrarium tenentes nu. 49. & 50.*

46 *Dolus non præſumitur in viro nobili.*

47 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*

48 *Faciens actum prohibitum non excuſatur.*

53 *Arbores vi ventorum, vel alio caſu eiecti ſiunt plantantis.*

57 *Arborum incrementum attribuitur terreno.*

RESPONSVM LXXXIV.

Adſit S. Trinitas.

SVmma eorum, de quibus dubitatur in cauſa caducitatis iuſtè prætenſæ ab Illuſtriſs. Comite Auguſto Belenzino Mutinenſi in his potiſſimũ conſiſtit, quod

1 † multi *Doct.* grauis authoritatis relati à *Pacian. conſ. 32. nu. 57.* tenent, ob deteriorationem non eſſe locum caducitati in emphiteuſi priuati. Et, quod ſi eſſet locus, id contingeret, cõcurrentibus tribus, non leuis deterioratio, in proprietate, & cum dolo, vel culpa, quæ in caſu noſtro deficere videntur, nam leuis dicitur eſſe deterioratio, tum ex qualitate arborum inciſarũ, q̃ vel corruptæ, vel vetuſtę, vel exiccatę, vel infructuoſæ, & paucæ numero erant potius damno terreni, quam vtilitati, tum ex qualitate conductoris, & directi Domini, & id procedere etiam, quando conductor promiſit meliorare: Non etiam damnum videtur eſſe in proprietate, cũ aliæ arbores fuerint ſubrogatæ, & multo plures, & pretium inciſarum fuerit in refectionem ædificiorum, vel erogatum, vel erogandum, quod reddit proprietatem pretioſiorem: Nec tandem ſtantibus prædictis dolo, vel culpa id factum dicetur, ſed potius, vt conductor vteretur arbitrio boni viri.

Quibus dubitationibus, etiam grauibus, & maxima doctrina refertis, ita pro veritate reſponderi poteſt.

2 Prius quicquid dicat *Pacian. conſ. 32. num. 57. & alij, qui ab eo citantur* communis eſt opinio, deterioratione induci caducitatem indiſtinctè, etiã inter priuatos: nam, & in illis intrat fundamentum caducitatis, ita tenẽt *Omnes in auth. qui rem C. de ſacroſanct. eccleſ. Cin. nu. 3. Salic. nu. 2. in fin. Paul. ſub nu. 6.* licet aliud ſentiat in ſimplici colono *Iaſ. ſub nu. 6* qui de communi, & *Dec. nu. 5. idem Iaſ. in l. 2 nu. 98. C. de iure emphit. Ruin. conſ. 58. nu. 4. & conſ. 88. nu. 2. in 1. Ang. Aret. conſ. 25. nu. 12. Bero. conſ. 54. nu. 6 in 3. Natta conſ. 481. nu. 1. & 482. nu. 1.* vbi ait, vnooie Omnes ita tenere *Rol. conſ. 42. nu. 6. in 4. Burſat. conſ. 91. nu. 4. in 1. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 78. nu. 1. Clar. § emphiteuſis q. 26 nu. 1. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 94. nu. 6. Illuſtriſs. Manti. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 29. nu. 3. Barboſ.* poſt alios *in l. diuortio § ſi fundum ſub nu. 16* qui ait verius, & receptius eſſe *ff. ſolut. mat. Corbul. de canſ. prænat. ob deteriorat. num. 4.* idque non diſtinguendo inter vnum emphiteutam, & alium pluribus authoritatibus probat *Io. Caſtil. de vſuf. c. 25. nu. 1. & 2.* & de cõmuni etiam *Card. Tuſch. ſub litera E. concluſ. 217. nu. 6*

3 Etenim † ratio in eccleſia eſt, quia emphiteuta deteriorando deuiat à cõtractus natura, qui creatur ad meliorandum, quæ ratio non minus procedit in priuato, atque

4 procedat in eccleſia, ergo † & idem ius *l. illud ff. ad l. Aquil. l. à Titio ff. de verb. oblig. l. his ſolis*

5 *in fin. C. de reuoc. donat.* & † cum ita ſe habeat communis opinio, parum curandum eſt de illis, qui contrarium ſentiunt, & præſertim, quia in *d. l. diuortio in § ſi fundum Imol.* non firmat, quia loquitur per verbum *fortè, Iaſ. in d. § ſi fundum ſub nu. 4.* licet dicat, eſſe opinionem veram, vt Euãgelium, fallitur tamen, quia rationes, quibus mouetur nõ vrgent, & præſertim prima, quia caducitas ĩ hoc caſu nõ eſt ex pœna *Corbul. in d. canſ. ſub num. 6. & in ſuis addit. ad dictam canſam in 2. additione* aliæ rationes *Iaſ.* parum

con-

concludunt, quibus (præſertim primæ) ſatisfacit etiam *Barboſ. in d. §. ſi fundũ ſub nu. 16. verſ. (atq; obſtat.)* Ideo ipſe *Iaſ.* contrarium tenuit in locis antea citatis *Rim. ſen.* licet *conſ. 94. ſub nu. 54.* videatur tenere cum *Imola* tamen *ſub nu. 56.* fatetur tutum non eſſe ab opinione communi recedere.

Præterea hæ dubitationes intrarent, quando fundus fuiſſet ſimpliciter conductus in emphiteuſim, ſed adiecto pacto *ad meliorandum, & non deteriorandum* (vt adiectum hic fuit) conſtat partes in hoc reduxiſſe emphiteuſim ad naturam emphiteuſis eccleſiaſticæ, & ad terminos *auth. qui rem.* Tale enim pactum habet vim
6 admonitionis, quæ † quando præcedit, emphiteuta priuati etiam, cadit ſecundum eos, qui pro non caducitate tenent, vt apud *Rim. d. conſ. 94. nu. 54. & 55.*

7 Quod poſtea per inciſionem arborum, quorum fructus non conſiſtat tantum in cędendo, & quæ ceduæ dici non poſſint, quia grandes ſint, vel fructiferæ, & quæ cęſæ non renaſcuntur, fundus in proprietate ſit deterior reditus, tenent omnes *Doctores* antea citati, & benè faciũt *tex. in d. §. ſi fundũ, & in l. æquiſſimum §. fruct. varius ff. de vſufr. Bal. conſ. 290. in fine in 2. Roſental. de feud. c. 10. concluſ. 33. nu. 4.*

Concludendum igitur eſt, quæ ſcripta ſunt à *Doct.* de caducitate ob deteriorationem, & inciſionem arborum benè accõmodari ad caſum noſtrum, non obſtantibus, quæ in motiuis conſiderantur.

8 Modo videndum eſt an concurrant circunſtantiæ neceſſariæ ad caducitatem, quæ ſecundũ *Doct.* ſunt tres, q deterioratio ſit notabilis, quod ſit in proprietate, & quod ſit ex dolo, vel culpa lata, vel leui emphiteutæ.

Dicitur ex aduerſo, non concurrere primum requiſitum ob qualitatem arborum inciſarum, præſertim, cum nec habenda ſit ratio inciſarum prius, quia pæna caducitatis fuerit remiſſa, nec nouiſſimè inciſarum, quia vetuſtę erant, corruptæ, proximæ extinctioni, & infructuoſæ. Et quando etiam aliquod damnum adfuiſſet, illud non eſſet habendum in conſideratione vti leue.

In ſolutione huius dubij, quæ conſiſtunt in facto relinquam ſoluẽda D. Procuratori, & illis, qui præſentes cauſæ patrocinantur, qui de facto ſunt optimè inſtructi, an ſ. arbores eſſent grandes, vetuſtæ, & infructuoſæ, id tantum tangam, quod, cum ex teſtibus conſtet, ex dictis arboribus facta fuiſſe laboreria non leuis conſiderationis, & non leuis pretij, & aſſi les ex dictis arboribus fuerint graui ſatis pretio venditę, non poteſt dici, niſi, quod fuerint grandes, &
9 nõ corruptæ, vel exiccatæ. Et † fructiferæ dicuntur arbores, quæ glandes, & nuces procreant *Pic. in l. Titia § Titia ſub n. 116 ff. de leg. 2. Mongeorg. de pact. re vendend. c. 14. num. 20.* & quæ retinebant vites, quia vitibus inſeruiebant, fructuoſæ etiam dici poterãt, cum ſine illis vites fructiferę conſiſtere non poſſent: Sed opus non eſt in hoc vlterius inſiſtere, quia puto rem totam plenè innotuiſſe Illuſtriſs. DD. Iudicibus DD. meis qui oculis factum ſubiecerunt.

In iure autem id puto verum, habendam eſſe rationem inciſionum etiam prius factarum, poſſeque eas cumulari cum modernis inciſionibus
1o ad deteriorationem oſtendendam, quia † non intelliguntur remiſſæ per quemlibet actum factum à domino directo, & minus per lapſum temporis, niſi conſtaret ipſum dominum directum de illis notitiam habuiſſe *l. mater decedens ff. de inoff. teſtam. & l. ſi quãdo C. de inoff. teſtam. l. fin. C. de furt. l. legitima ff de pet. hered. can. indicat 3. q. 9.* & per hęc iura *Specul. de locato §. nunc aliqua q. 24. nu. 35. Iaſ. in l. 2. n. 130. verſ. (prædicta omnia) C. de iure emphit. Burſat. conſ. 91. nu. 5. in 1. Rota in nouiſſ. deciſ. 280. parte 1.* alia allegat *Corbul. de cauſ. ob non ſolutum cano-*
1 1 *nem limit. 21. nu. 14.* & † in dubio pręſumitur domino non fuiſſe notam caducitatẽ, quæ profus naſcitur ex facto ſolo emphiteutę, cum præſumatur ignorantia facti alterius *l. fin. ff pro ſuo l. qui in alterius ff. de reg. iur. Surd. cõſ. 150. nu. 41.*

Et hæ inciſiones priores iunctæ cum vltimis ſine dubio inducunt notabilem deteriorationẽ: Imò & vltimæ ſolæ id inducunt ob qualitatem arborum inciſarum, & ob modicitatem terreni conceſſi ad liuellum; quod eſt tantum quadraginta bebulcarum, modicitas enim terreni eſt in cauſa, vt etiam facilius reddatur notabilis deterioratio ex inciſione pauciorum arborum, &
12 quamuis hoc ſit remiſſum arbitrio iudicis *Me-*
13 *noch. de arbitr. iudic. caſ. 78. nu. 7.* quia † tamen hoc non eſt liberum, ſed regulatum arbitrium, reſtringendum eſt ad ius, rationem, & æquitatẽ, oporteq; , vt iudex in re aliena id agat, quod in re propria præſtaret *idem Menoch. lib. 1. de arbitr. iudic. q. 13. nu 15. cum ſequent.* facilè autẽ ſtante qualitate arborum, & quantitate terreni poterunt Iuſtiſſimi Iudices ſibi ipſis perſuadere ſatis, quantum res hęc expoſtulat, deteriorationem fuiſſe notabilem.

14 Sed in caſu noſtro ceſſat omnis difficultas; nec eſt locus arbitrio iudicis, quia emphiteuta pacto conuenit nõ deteriorare, qui verò recedit à pacto maximè iurato etiam in modico cadit à commodo contractus *Doct. in l. cum proponas inter vos C. de pact. Dec. nu. 5. Claud. nu. 3 Curt.*

*iun.nu.*10.*Roland.conſ* 53.*nu.*29. *in* 1. *Menoch.*
conſ 55.*nu.*6.*in* 1. & latè proſequitur *Bec. conſ.*
45 *nu.*10.*in* 1.vbi præcipuè allegat *Bal. in c.cũ*
15 *ad.ò de reſcript.*dicentem,quod † ex paruo defe-
ctu incidit quis in magnam pœnam reſciſionis
16 contractus, quia † qui contrauenit non ſeruat
formam contractus, quę ex integritate conſiſtit
17 *l.hæredes* §.*idem iuris ff. fam. hercisc.*& † quando
eſt adiectum iuramentum res tranſit ſine diffi-
18 cultate, vt per *Bec.eod.conſ.*45. *nu.*15. Ità † etiã
contingit in ſolutione canonis, quæ cum ratione
quantitatis pendeat à pacto,& conuentione par-
tiũ, ideò ſi emphiteuta deficiat in vno ſolo nu-
mo canonis conuenti cadit *Paul.& Alex.in l. in*
execut. §. *item ſi ita ff. de verb. obligat.* ſequitur
id comprobans *Iaſ. in d. auth. qui rem ſub nu.*
16.*verſ. (reuertor nunc)* C. *de ſacroſanct. eccleſ.*
alios allegat *Tiraquel. de inatc. in rebus exig.&*
ferend. ſub verſ. (quinquageſimo primo) ibi *(ſed*
etiam ſi fuit data) idem dicendum erit, quando
conuentum fuit de non deteriorando, & in mo-
dico eſſet cõtrauentum, quia in materia caduci-
tatis regulariter ſcripta in omiſſione ſolutionis
canonis procedunt etiam in deterioratione. Et
generaliter, quod ob pacta non obſeruata em-
phiteuta cadat, eſt receptiſſimũ, vt per *Redoan.*
de rebus eccleſ. non alien. de caducit. ob inobſeruã-
*tiam pactorum num.*2.*&* 14. & plenius per *Cor-*
19 *bul. in conſ. ob inobſeruat. pact.* ſed † in caſu no-
ſtro fuit in pactum deductum, quod non dete-
rioretur; ex qualibet igitur minima deteriora-
20 tione dicitur pactum inobſeruatum, ſolet † enim
negatiua potentius negare, quam affirmatiua
affirmet *l. filius familias* §.1.C. *de donat. gloſ. t. in*
l. iuris gentium §.*ſed ſi fraudandi ff. de pact. l. hoc*
21 *genus ff. de condit. & demonſtr.* ideo † in vno, vel
minimo falſificata in totum redditur falſa *l. ſi is*
qui ducenta §.*vtrum ff. de rebus dub. Surd. deciſ.*
22 243.*ſub nu.*7. Et † iuramentum additum reſpi-
ciens omnia in contractu promiſſa facit, vt ſi cõ-
tra illud ſit quid factum, etiam modicum, ex *l. ſi*
quis maior. C. de tranſact. contrafaciens cadat à
commodo cõtractus, vt ibi per *Curt. iun. Parpal.*
& Cagnol. allegatos à *Natta conſ.*481. *nu.*22.
23 Et in puncto, vt ſtante promiſſione de viuenda
re arbitrio boni viri emphiteuta, ex inciſione
tantum duarum arborum cadat *Bero. conſ.* 120.
24 *nu.*34. *in* 1. & † magis ad caſum noſtrum, quan-
do pactum eſt, vt res melioretur, & non deterio-
retur, vt ex leui deterioratione incurratur cadu-
citas ſcripſit luculenter *Natta in d. conſ.*481. vbi
25 *ſub nu.* 17. *& ſeq.* plenè oſtendit † in pluribus
caſibus, expreſſione in eius, quod tacitè contine-
tur ex natura actus aliquid operari diuerſum ab
eo, quod operatur ſola natura actus, & eum ſe-
quitur *Corbul de iure emphit. in cauſ. ob deterio-*
26 *rat. n.*9.*& ſeq.* Et † maximè id procedit in caſu
noſtro, in quo conſtat de enixa mente contrahẽ-
tium, quippequi non contenti dicere *de viuendo*
arbitrio boni viri, etiam addiderunt *ad melio-*
randum, & nec contenti hac additione addide-
runt, *& non deteriorãdum* nec ſemel, ſed gemi-
natè id dixerunt: In clauſula *ad habendum* in
conductores trãsfertur vtile dominium, *ad me-*
liorandũ, & non deteriorandum, & hoc modo eo-
rum procurator acceptat, & pro illis ita promit-
tit, adeò vt non poſſit dubitari, quin fuerit enixa
intentio contrahentium, vt nec in modico res
deterioraretur.
27 Nec obſtat, quod iſtud pactum vti exprimens
id, quod tacite ineſt nihil operetur *l.*3.*ff. de leg.*
28 1. *Surd. deciſ* 300. *nu.*21. quia † hoc procedit,
quando exprimitur id, quod tacitè ineſt ex ne-
ceſſitate, vti declarant *Bar. & alij Omnes in d. L.*
29 3. in † emphiteuſi autem melioratio non eſt ne-
ceſſaria, niſi quando res ſterilis concederetur
gloſ. in §. *adeo Inſt. de locat. in verbo (emphiteu-*
ſeos) ſatis eſt, quod cõductor vtatur arbitrio bo-
ni viri, & quod, vbi adeſt pactum, cenſeatur ne-
ceſſum à iure communi *Natta conſ.*384 *nu.*11.
30 *Surd. conſ.*34. *nu.*17. *in* 1. Huic † enim motiuo
de regula *d. l.* 3. etiam ſatisfacit *Natta in d.*
*conſ.*381. vbi exemplis pluribus adductis oſten-
dit, pactis addi ſemper illis, quæ iure commu-
ni cauebantur, & regula *d. l.* 3. procedit, quãdo
expreſſio non poteſt continere aliquid, præter
id quod cõtinetur in tacita diſpoſitione, vt quando
legatur Titio, ſi hæres erit ille, qui fuit inſtitu-
tus, ſed in caſu noſtro ius commune non diſpo-
nit, vt emphiteuta ob quamlibet deteriorațio-
nem cadat, ſed tantum ob notabilem deterio-
rationem, ideo pactum adiectum operabitur
caducitatem etiam in leui deterioratione re-
31 cedendo à iure cõmuni; *Surd.* † autem videtur mi-
hi effectualiter recedere in *deciſ.* 78 *nu.* 22. ab
eo, quod ſcripſerat in *deciſ.* 300. *nu.*21.
His concludo ad caſum noſtrũ, pro Illuſt. D.
aduerſario nõ facere defectum primi requiſiti,
ſcilicet, quod deterioratio non ſit notabilis.
Sed quia etiam pro eodem dicitur, nullã eſſe
deteriorationem, tum quia inciſio fuit facta pro
reparatione domus, tum etiam, quia aliæ arbo-
res plantatę fuerunt in locum inciſarum, imò lõ-
gè plures, quam eſſent illæ, quæ inciſæ fuerunt;
32 & † poſſe emphiteutã pro reparatione incidere
arbores grãdes, non ceduas, quæ breui nõ rena-
ſcuntur, & quæ fructum non producunt, ſed ſunt
tantum aptæ ad laboreria, & ad ædificia, vt po-
pulus, fraxini, & ſimiles, de his.n. tantum non ce-
duis loquutur tex. in *l. arboribus ff. de vſuf.* quem
alle-

alleġat *Bald. in d. l. diuortio* §. *ſi fundum*, qui
33 foit primus inuĕtor huius opinionis. Ideo † reſpō-
detur nos verſari in arboribus non ceduis, ſed
fructiferis, quas non poſſe emphiteutam incide-
re ad refectionem, tenet apertiſſimè *Paul. de Mō-
te Pico in l. Titia in* §. *Titia nu.* 117. *ff. de leg.* 2.
& ſequitur *Mantic. de tacit. & ambig. conuent.
lib.* 22. *tit.* 29. *ſub nu.* 33. *verſ.* (*hoc amplius*)
vbi in fine ait, eandem ſententiam probari à *Ti-
raquel.* vt per eum (quamuis contrarium ſentiat
Graſ. de ſucceſs. §. *legatū q.* 33.) & benè pro hac
opinione facit *l. ex ſilua ff. de vſuf.* quæ ita de-
mum ad refectionem villæ permittit inciſionē,
dummodo fundus deterior non fiat, ergo non in
fructifetis, quia ſemper fundus fieret deterior
l. æquiſſimum §. 1. *ff. eod. de vſuf.*

34 Præterea non ad quamlibet refectionem id
licitum eſt, ſed ad refectionem neceſſariam, de
qua loquitur *gloſſa in d. l. ex ſilua in verſ.* (*in vi-
neam*) alias ſpoliare fundum arboribus ad am-
pliandam domum ſine neceſſitate, eſſet denu-
dare vnū altare, & aliud ſine neceſſitate coope-
rire, & in effectu cōtra pacta iſtud non eſſet me-
liorare, ſed deteriorare, & hoc etiam ſentit *Pic.
in d.* §. *Titia ſub num.* 118. *verſ.* (*ſecundo debet*)
pertinuit ergo ad D. Aduerſarium probare, re-
fectionem fuiſſe neceſſariam, maximè cum te-
ſtibus noſtræ partis cōtrarium probatum fuerit.

35 Amplius ex *textibus allegatis*, & dictis *Doct.*
benè colligitur, poſſe emphiteutā arbores inci-
dere, vt illos ponat in ædificio refectionis, quate-
nus ſunt in eo neceſſariæ, ſed, quod poſſit fructi-
feras incidere, eas vendere, & ex illa pecunia
reparare, non facilè crederem eſſe permitten-
dum, tum quia *Doct.* id non dicunt, tum quia
cum ſpeciali pacto conductor promiſerit me-
liorare, & non deteriorare, ſub quo pacto conti-
36 netur, vt nō permittat labi ędificia, erit † obliga-
tus impenſa ſua, & pecunia ſua pactum implere
Mongeorg poſt *Borgn.* quem allegat *de pact. re-
uendendi par.* 3. *c.* 14. *nu.* 33. Nec obſtat, quod
37 pretium ſuccedat in locum rei, quia † id tantum
procedit in vniuerſalibus *l. ſi & rem, & pretium
ff. de petit. hered. vbi id notatur l. ſed & ſi lege* §.
1. *ff. eod. tit. l. Imperator cum l. fin ff. de leg* 2.
l. qui vas §. *vlt. ff. de furt.* licet facilius vna ſpe-
38 cies poſſit ſubrogari in locū alterius, & † regula
ſubrogatorum non procedit, quando ſubroga-
tum, & id in cuius locum ſubrogatur ſunt diuer-
ſę qualitatis *Ant. Gabr. lib.* 6. *concluſ. tit. de reg.
iur. concluſ.* 2. *nu.* 66.

39 Et ad illud de plantatione deductum ex ſcri-
ptis a *Barboſ. in d.* §. *ſi fundum ſub num.* 18 *verſ.
(ſunt tamen) & à Frācifco de Caldaſ. lib.* 1 *quæſt.
40 forenſ. q.* 11. *nu.* 10. in † promptu eſt declaratio
Alex. quam omnes de hac re loquĕtes referunt,
ſ. plantationem non ſupplere deteriorationem
inciſionis, niſi quando arbores inciſæ veteres,
exiccatæ, vel corruptæ eſſent, quales nō fuiſſe ar-
bores, de quibus agitur conſtat ex eo, quod ven-
ditæ fuerunt pro laborerijs, etiam pretio non le-
ui, ad id nō venduntur arbores exiccatę, vt om-
nes norunt, & credimus hanc veritatem notam
eſſe Illuſtriſs. Iudicibus ex viſitatione loci, & exa-
mine vicinorum intereſſe carentium, & ſi teſtes
41 contrarij contrarium deponunt, vel † non eſt il-
lis credendum, vti teſtibus deponĕtibus inueri-
ſimilia *l. ob carmen* §. *fin. ff. de teſtibus Iaſ. in l. ſi
extraneus in* 4 *notab. ff. de condit. ob cauſ. Rol.
conſ.* 49. *nu.* 36. *in* 4. *Gabr. conſ.* 178. *nu.* 14. *in* 1.
42 *Maſcard. de probat. concluſ.* 1364. *vol* 3. vel † il-
lis pręponderant teſtes examinari pro parte no-
ſtra, vti veriſimiliora deponĕtes, vt notant *Doct.
in d. l. ob carmen* §. *ſi teſtes ff. de teſtibus & in c. li-
cet cauſam de probat.* quos diligenter enumerat
43 *Farinac. q. crim.* 65. *nu.* 128. qui † enim arbores
vigentes, & bonas exciderit, ēt quod alias plan-
tauerint, non eſt excuſandus, cum plātatæ tardè
admodum creſcant, nec reddant fundum pre-
tioſum, quemadmodum reddunt arbores gran-
des, & vetuſtæ *Roſental. de feud. c.* 10. *q.* 33. *ſub
nu.* 4. & id videtur tranſire ſine difficultate, quā-
do plantatę ſunt illius cōditionis, vt ſpatio decē-
nij non creſcant ad condecentē ſtaturam, vt ſunt
robores, & nuces *Mongeor. in d c.* 14. *nu.* 6. *parte*
3. Et hæc magis procedere debĕt, quando adeſt
conuentio iurata de meliorando, & non dete-
riorando.

44 Conſtat igitur, inciſione fundum redditum
fuiſſe deteriorem, & quidem notabili deteriora-
tione, quo fit, vt concurrat primum ad caducita-
tem, concurrit, & ſecundum, quod ſcilicet dete-
rioratio ſit in proprietate, quia experiĕtia notū
eſt, ex arboribus grandibus, & vetuſtis prædia
maximè creſcere in pretio, cum pretium earum
arborum accedat pretio fundi: nec obſtat, quod
plantatio efficiat, vt deterioratio ſit in fructibus,
quia id tantum procedit in caſu, quo plantatio
ſubrogari poteſt in locum inciſionis ſ. in caſu
Alex. de quo ſupra, nec in alio caſu mihi viden-
tur loqui *Barboſ. & Caldaſ.* allegati, qui etiamſi
ab opinione *Alex.* recederent non eſſent conſi-
derandi, quippe qui cōtra communem aliorum
ſententiam loquerentur.

His rationibus etiam dicitur, excuſationem
reſtaurationis, vel plantationis non impedire
quominus concurrat, & tertium requiſitum ſ.
inciſionem fuiſſe ob culpam conductoris, ſi non
ob dolum, quem nec ego in viro nobili poſſum
45 præſumere; vbi † enim conſtat inciſionem ſecu-
tam

tã non fuiſſe caſu fatali præſumitur culpa cõdu-
ctoris cui cõmiſſa eſt cura rei, præſertim, quãdo
promiſit vti arbitrio boni viri, & meliorare, & nõ
deteriorare arg. *l. fin. ff. de cuſtod. reorũ Barboſ. in
d. §. ſi fundum ſub nu. 20. verſ. (in dubio &c.) Ca-
ſtil. de vſuf. c. 25. nu. 4.* optimè ad hoc conferrũt,
quæ ex *Bal. Alex. Ang. & Iaſ.* ſcripſit *Illuſtriſs.
D. meus Laderch. conſ. 206. num. 1.* Quod
46 verò D. Aduerſarius ſit diues, & nobilis eſt in
cauſa, vt prorſus non præſumatur dolus *Bella-
mer. conſ. 33. ſub nu. 44.* non autem quod non
præſumatur culpa: Prout, quod non inciderit
plures arbores exiccatas, nè vites perirẽt, arguit
quidem, quod in hoc ſe geſſerit vti diligens pa-
ter familias, ſed ſtant ſimul, quod in hoc non ſit
47 in culpa, & in alijs ſit, non † enim hoc probat eſ-
ſe, quod ab hoc contingit abeſſe *l. non hoc C. de
probationibus cum vulg.* iſtud enim efficit, vt cõ-
ductor non dicatur in omnibus in culpa, ſed nõ,
quod non ſit in caſu, de quo agitur, quia dum in-
cidit arbores fructiferas attentat interdicta, &
48 ob id nõ excuſatur *l. cõſenſu §. verum etiam C. de
repud.* & maximè, quia per inciſionem arborum
fructiferarum conductor nedum committit in-
terdictum à iure communi, ſed etiam a pacto de
49 meliorando, & non deteriorando: Nec † prædi-
ctis obſtat *Mongeorg. in d. c. 14. nu. 15. cum ſeq.*
dum ait per inciſionem non inferri ad culpam,
quia præterquam quod non deuiando à more
ſuo allegat *Bero & Maſcard.* qui in libro meo ni-
hil de hoc loquuntur, etiam loquitur de arbori-
bus ceduis, de fructiferis poſtea incipit loqui
paulo infra *nu. 19.* ibi *altera, & ſecunda eſt ar-
50 borum ſpecies* & † hinc conſtat ſtante d. præſum-
ptione falli *Pacian.* dum *in d. conſ. 32. ſub nu. 56.*
nihil allegando tenet, ſpectare ad actorem pro-
bare inciſionem ſecutã fuiſſe dolo, vel culpa in-
ciſoris, & ſi nolumus dicere ipſum prorſus falli,
ſaltem dicendum eſt, ſuum caſum eſſe à noſtro
diuerſum, quia in ſuo caſu nec probatum erat ar-
bores inciſas fuiſſe virides, vetuſtas, & frugiferas
nu. 3. prope *nu. 4.* nec conſtabat inciſionem fa-
ctam fuiſſe ex commiſſione vſufructuariæ ſub
n. 56. ibi *(quod etiam ſi nomine vſufructuarij ar-
bores inciſæ fuiſſent)* ideò non eſt mirum, ſi tenet
culpam probandam fuiſſe ob actore, nimirum,
quia non erant probatæ qualitates, ex quibus
culpa deduceretur, quæ tamen in caſu noſtro
probatæ reperiuntur, cum ſit probatum arbo-
res fuiſſe ad laboreria, quod non fuiſſet, ſi non
fuiſſent virides, & vetuſtæ, & conſtat fuiſſe nu-
51 ces, & arbores, quæ † enumerantur inter arbo-
res fructiferas a *Pec. & Mongeorg. allegatis ſu-
pra,* nec dubitatur, quin inciſæ fuerint ex com-
miſſione Dom. Valentini: Imò etiam de culpa
teſtes ipſius *fol. 183.* in interrogatorijs depo-
nunt, dum aiunt non incidiſſe exiccatas, quia ex
illis pecuniæ haberi non poterant, ergo tantum
ob pecunias aſſequendas, & ita ad lucrum cum
damno directi domini facta fuit inciſio.

51 Quod verò idem *Mongeorg. ſub n. 29.* ait non
teneri emphiteutã de ſuo meliorare, ex quo de-
ducitur in dubijs, quod cum Valentinus de ſuo
ædificauerit potuerit incidere arbores, eas ven-
dere, & pretium in vſus ſuos conuertere: Non
52 obſtat in caſu noſtro, in quo cum conductor ſe
obligauerit meliorare erit obligatus de ſuo im-
plere pactum *idem Mongeorg. d. c. 14. nu. 33.*

53 Vt pariter non obſtat, quod arbores fuerint
plantatæ ab anteceſſoribus conductoris, ideo,
quod etiam ab eo poſſint ſine periculo caducita-
tis excidi, cum attento primo ſtatu res non red-
datur deterior *Surd. deciſ. 300.*

54 Quia imò verior eſt opinio, non poſſe emphi-
teutam incidere arbores ab eo plantatas, præci-
puè quando tenetur meliorare, & non deterio-
rare, dum enim plantauit fecit ſecundum pa-
ctum, incidendo poſtea veniret contra pactum,
nec id, quod ſcripſit *Surd.* tenendum eſt cum ipſe
fateatur contrarium fuiſſe deciſum in fine alle-
55 gatæ deciſionis, & melius in *deciſ. 78.* vbi † *ſub
nu. 22.* declarat doctrinam *Alex. in l. in fran-
dem §. conductor ff. de iure fiſci* procedere in ar-
boribus vi ventorum eiectis, vel ex alio caſu, quę
56 fiunt ipſius plantantis, & † inquit, quod *Corbul.
Bec. & alij* inaduertenter loquantur, dum alle-
gant *Alex.* ad probandum indiſtinctè, quod cõ-
ductor poteſt incidere arbores à ſe plantatas, &
ideo etiam *Mongeorg. d. c. 14. nu. 23.* inaduer-
tenter loquitur, & malè allegat *Bec. in conſ. 31.*
qui erat allegandus *in conſ. 33.* Et verè hæc opi-
nio eſt prorſus ratione deſtituta, quia ex planta-
tione melioratio tantum conſiſtit in valore, quo
æſtimabatur arbor, quando plantata fuit, & in
57 impenſa in plantando, aliud † augmentum ad-
ſcribitur terreno *Paul. in conſ. 270. col. 3. verſ.
(ſi verò monaſterium) in 2. Vrſil. ad Affl. d. d. conſ.
87. ſub nu. 3. Borgnin. deciſ. 28. in addit. ſub nu.
3. parte 1. Barz. deciſ. 23. ſub nu. 16. verſ. (in
quorum omnium)* & facit *tex. in l. in fundo ff. de
rei vendicat.* dum vult ſumptus tantum repeti,
quem textum procedere non in ſolo poſſeſſore,
ſed etiam in domino egregiè ſcripſit *D. Laderc.
conſ. 144. nu. 1. & 2.* ideo non licet conductori
euellere illas arbores, quarum augmentum con-
ſiſtit in viribus terreni, non in impenſa; Inde
ceſſat ratio, qua mouetur *Corbulan d. conſ. ob de-
teriorat. ſub num. 9.* dum ait, ideo, qui plantauit
incidere poſſe, quia dominus directus non affici-
tur damno, ſed lucrum perdit. Quia cum aug-

men-

mentum arboris ſit ex prædio, & ita ex proprietate ſatis dominus directus damno afficitur; Minus bona eſt ratio, qua mouetur *Anguiſ. cõſ.* 23. *nu.* 8. *in fin. in* 2. quod quemadmodum emphiteuta poteſt non plantare, vel non permittere, vt arbores naſcantur, ita poteſt plantatas, vel natas incidere: Quia cum debeat emphiteuta ex natura contractus meliorare, & in caſu noſtro etiã ex conuentione, non eſt dicendum, quod ſit in arbitrio ſuo non plantare, vel impedire, ne arbores naſcantur; id .n. non eſſet vti arbitrio boni viri, & *Anguiſſ.* loquitur in ſimplici conductore, nõ in emphiteuta, qui meliorare tenetur. Quod igitur poſſit emphiteuta incidere arbores, quas plantauit, non eſt admittendum, quia *Alex.* qui dicitur primus huius opinionis, nihil firmat. cum id dicat addito aduerbio *fortè*, & quia non loquitur de inciſione *Bec.* non loquitur de fructiferis, *Surdus* verò opinionẽ mutat *Anguiſs.* & *Corbul.* rationes minus bonas reddũt *Mongeorg.* iuxta morem ſe ipſum confundit, & dum de arboribus fructiferis loquitur, allegat authoritates, quæ non ſunt in terminis, quia (vt reor) eas non vidit.

His concludo, emphiteutam, ſeu liuellarium eſſe in manifeſto caſu caducitatis ob deteriorationem ex inciſione arborum non ceduarũ, concurrere tria requiſita ad id neceſſaria, nec excuſari allegando, id feciſſe pro reparatione ædificiorũ, alias plantaſſe arbores, vel inciſas ipſum, vel anteceſſores plantaſſe, non obſtantibus motiuis ex aduerſo excitatis, quæ (vtcunque ſubtilia, & docta) ex ſuprascriptis nõ obſtare arbitror, & in his, in quibus deficiunt reſponſiones, ſupplebit integritas, & doctrina Illuſtriſs. DD. Iudicum *anno* 1616. *Menſe Maij.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Ex ſcripturis eamdem diſpoſitionem continentibus; in aliquo tamen diuerſis, quæ attendenda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Ex diuerſis ſcripturis continentibus eandem diſpoſitionem attenditur illa, in qua continet ur minor ſumma.*

Item attenditur publica non priuata nu. 2. *&* 9.

*Item illa, propter quam alia facta eſt nu.*4.

*Et ſcriptura relata potius quam referens nu.*5.

*Et vltima, non prima nu.*6.

*Sicut illa, in qua adeſt iuramentum nu.*9.

*Et ea, in qua adeſt maior æquitas nu.*12.

3 *Verba futuri temporis denotant actum non in præſenti, ſed acceſſurum tempori.*

8 *Voluntatis mutatio regulariter non præſumitur.*

*Præſertim incontinenti nu.*28.

*Secus, ſi conſtet de actu contrario ei, quod prius conuentum eſt nu.*7.

10 *Stante iuramento præſumitur cõtrahentes magis deliberatè actum feciſſe.*

Et idcò non poſſunt dicere de errore nu 11. *&* 25.

13 *Actus reſolutio, fit eo modo, quo inductus eſt.*

14 *Verba hæc* inhærendo capitulationi *intelliguntur exceptis illis, in quibus ab ea expreſsè receditur.*

15 *Sermo generalis non includit ea, de quibus facta eſt ſpecialis mentio.*

16 *Acceſſorium ſequitur principale, non è contra.*

Et ex principali infertur ad acceſſorium nu. 17.

18 *Referens intelligitur ſecundum relatum.*

*Secus, quando in referente certum quid diſponitur nu.*19.

20 *Aduerbium* videlicet *eſt reſtrictiuum.*

21 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia.*

*Non verò ad illa, quæ habent claram, & determinatam diſpoſitionem nu.*22.

*Nec procedit d. regula, quando induceretur repugnantia in eadem diſpoſitione nu.*23.

*Et derogaretur intentioni diſponentis nu.*24.

26 *Si aliquid dicatur in præfationibus, & aliud in diſpoſitiua, hoc intelligitur per errorem.*

*Quia actus intelligitur factus in executionem præcedentis nu.*27.

*Sed hoc intellige in facto incontinenti nu.*28.

*Et quando in præfationibus factum erat terminatum nu.*29. *& ſeqq.*

30 *Doctores ſunt intelligendi ſecundum iura, quæ allegant.*

31 *Multa tractantur, quæ non concluduntur.*

32 *Delegatio nominis debitoris eſt loco ſolutionis.*

Ad effectum liberandi debitorem delegantem, nõ ad effectum, vt dicatur facta ſolutio tempore delegationis, ſi delegatus tunc non tenebatur ſoluere nu. 33.

RESPONSVM LXXXV.

Auſpice Chriſto.

SVppoſita diuerſitate, quæ cadit inter inſtrumentum venditionis celebratum ab Admodum Reuer. Dom. Ioanne de Mazanis, & capitula continentia conuenta in venditione; ſiquidem inſtrumentum dicit in fiãcatione primam

ſolu-

ſolutionem pretij eſſe ducatonorum quingento-
rum, & in capitulis dicitur eſſe ſexcẽtorum, puto
de iure ſtandum eſſe inſtrumento, potiuſquam
capitulis, idque probo infraſcriptis fundamen-
tis ſumptis ex reſponſis *Iuriſc.* & authoritatibus
1 *Doct.* †Primò ſi in diuerſis ſcripturis eãdẽ volũta-
tẽ cõtinentibus reperiuntur ſummæ diuerſæ, mi-
nor ſumma debetur *l. Sempronius proculo ff. de
leg.* 2. & ibi id notãt *Doct.* præſertim *Paul. Caſt.
in princ. & Cum. in* 1. *notab.* qui *in* 2. *lectura
einſdẽ legis* rationem reddit, quia ſcripturæ cõ-
cordant in minori ſumma *l. diem* §. *ſi plures ff.
de recept. arbitr. Bal. in l. Imperator nu.* 26. *ff.
de ſtat. hom. Boer. deciſ.* 252. *ſub nu.* 11. *Natta
conſ.* 314. *ſub nu.* 4. *Surd. conſ.* 141. *nu.* 6.

2 Secundo, in eadem diſpoſitione concurrenti-
bus duabus ſcripturis diuerſis, vna publica, & a-
lia priuata, præfertur publica, vel quia dignior,
& maioris authoritatis, vel quia magis delibe-
ratè compoſita ſit *l. ſcripturas C. qui pot. in pign.
habe. l. cum de ætate ff. de probat.* & ibi *Flor. nu.*
12. *Felin. in c. imputari ſub nu.* 8. *de fid. inſtru-
ment.*

Tertio, dignum eſt animaduerſione, ſcriptu-
ram priuatam non eſſe contractum venditionis,
& emptionis, ſed eſſe continentiam eorum, quę
deberent eſſe qualitates, & conditiones vendi-
tionis, quæ poſtea ſequi debebat, quod colligi-
tur prius ex ſcriptura priuata in eius principio,
dum dicitur *ſi comprarà, e venderà reſpettiuamẽ-
te &c.* ergo tũc non perficitur cõtractus, ſed tan-
tum in mente habetur, vt poſtea compleatur, &
capitula fiunt propter contractum, qui poſtea
3 perfici debebat, ea † enim ſunt verba futuri tem-
poris denotantia actum non in præſenti, ſed ac-
ceſſurum tempori *Bal. in l. fin. nu.* 17. *C. de co-
dicil.* Et in principio inſtrumenti dicitur capitu-
lationem ſecutam fuiſſe occaſione infraſcriptæ
venditionis, ergo capitulatio non eſt venditio,
ſed eſt cõuentio facta propter venditionem, igi-
tur magis ſpectandum eſt id, quod dicitur in in-
ſtrumento venditionis, quam id, quod dictum
4 eſt in capitulatione; quia † quando eſt vnũ pro-
pter aliud, id præcipuè ſpectatur, propter quod
illud eſt, quia etiam principale ſemper ſpectan-
dum eſt *l. & ſi non ſunt* §. *peruenimus ff. de aur.
& argent. legat. l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. pet.*
Imò cũ in capitulis dicatur *ſi comprarà, e vẽderà,*
conſtat capitula habere relationem ad contra-
ctum poſtea complendum, ergo conuenta in
5 contrahendo magis ſpectanda erunt, quia † rela-
tum magis quàm referens attẽditur *auth. ſi quis
in aliquo C. de edend. l. aſſe toto ff. de hæred. inſt.
Decian conſ.* 7. *nu.* 99. *in* 1. quod ſi in ſcriptura,
ad quam relatio habetur, aliquid ſit immutatũ,
attenditur ſcriptura, ad quam habetur relatio,
& id in ſcriptura referente immutatum intelli-
gitur.

Quarto, cum in capitulis dicatur de ſexcentis,
deinde in inſtrumento de quingentis, neceſſa-
riò vnum ex duobus dicendum eſt, vel, quod
diuerſitas ſummarũ naſcatur ex mutatione vo-
6 luntatis, vel ex errore ſcribentium, ſi † id eſt ex
mutatione voluntatis, certum eſt ſpectandum
eſſe inſtrumẽtũ vti vltima ſcriptura *l. pacta no-
uiſſima, & ibi Doct. C. de pact. l. clari C. de fideicõ-
miſſ. Alex. in l. ſi quis ante nu.* 3 *ff. de acquir. poſſ.
cum alijs vulgaribus,* nec difficile eſt id credere,
7 quia † quando de actu contrario ei, quod prius
conuentum eſt conſtat, intelligitur mutata volũ-
tas *Dec. in d. l. pacta nouiſſima nu.* 10. *C. de pact.
Aym. de antiquit. temp. in* 1 *particula prima par-
tis princ. nu.* 61. *& in* 4. *particula* 4. *partis princ.
nu.* 115. ad quod etiam facit tex. in *l. ſi in æqua-
8 libus ff. hæred. inſt.* licet regulariter † nõ præſuma-
tur voluntatis mutatio *l. cum quis ff. de probat. & l.
cum hic ſtatus* §. *pœnitentiam ff. de donat. inter
vir. & vxor. c. ſcribam de præſumpt.*

9 Si verò dicimus, id fuiſſe ex errore, magis
præſumitur error in capitulis, quam in inſtrumẽ-
to, quia inſtrumentum eſt magis deliberatum
continens perfectionem actus, & in eo adeſt iu-
ramentum, ex quo fit, vt credatur, partes magis
deliberatè, & conſultò ad illas conuentiones in-
10 ſtrumenti acceſſiſſe: eſt † enim præcipua vis iu-
ramẽti facere, vt præſumatur iurantes magis de-
liberatè ad actum acceſſiſſe *Ant. de Butr. Imol.
& alij in c. ſi diligenti de foro compet.* cũ alijs plu-
ribus allegatis a *Seraphin. de priuileg. iur. priuil.*
11 64. & † inde eſt, quod adiecto iuramento non li-
cet dicere de errore, vt poſt *Bar. in l. ex hac ſcri-
ptura n.* 12. *ff. de donat* & ex alijs ſcribit latè *Sera-
12 phin. priuil.* 90. Etiam † magis credẽdũ eſt, erro-
rẽ eſſe in capitulis, quia læditur rectitudo in. ẽ-
tionis nõ. n. honeſtũ eſt, vt vẽditor magis grauē-
tur francando in ſolutione pretij, atq; eſſet gra-
13 uatus emptor, & † id eſt contra regulã iuris, quæ
vult, vt actus reſolutio fiat eo modo, quo actus
eſt inductus *l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. & l.
prout quiſq. ff. de ſolut.* vnde credẽdũ eſt, vel ſcri-
bẽtẽ erroneẽ ſcripſiſſe hãc alterationẽ pretij in
capitulis, vel partes agnita hac inęqualitate eam
correxiſſe in inſtrumento.

His fundamentis ita cõſtitutis, puto non plu-
rimum obſtare difficultates, de quibus in doctiſ-
ſimis motiuis Perill. & Excellentiſs. D. Cõmiſſa-
14 rij: Nam † ad primam, in qua conſideratur pro-
hæmium inſtrumenti, dum in eo dicitur *ſubarrã-
do cuidã capitulationi iam ſecutæ inter ipſũ &c.*
Reſpondetur, ſatis dici inhęreri primę capitula-
tioni,

tioni, dum in cæteris conuenta in inſtrumento
conueniunt cum capitulis, licet in vno diſcre-
pent, nam verba illa *inhærendo capitulationi*,
intelligenda ſunt ſaluis illis, in quibus partes
expreſsè recedunt à capitulatione, vt in hoc de
ſolutione quingentorum, potiuſquam ſexcen-
15 torum, quemadmodum † etiam dicitur, ſer-
monem generalem non includere ea, de qui-
bus facta eſt ſpecialis mẽtio *l. doli clauſula ff. de
verb. oblig. leg. uxorem §. feliciſſimo ff. de leg. 3.
l. alimẽta §. pen. ff. de alim. & cib. legat. Cacher.
deciſ. 169. nu. 1.* Amplius iſta verba *inhærendo
capitulationi* potius declarant, in capitulatione
conuentum eſſe de quingentis, licet erroneè di-
ctum ſit de ſexcentis, eo quia in inſtrumento, in quo
partes profitentur inhærere capitulis, dicitur de
quingentis: nam magis conuenit, vt capitula in-
telligantur ſecundum inſtrumentum, quam in-
ſtrumentum ſecundum capitula rationibus iam
adductis. ſ. quia ſcriptura inſtrumẽti dignior eſt,
magis conſultò compoſita, cum iuramento, &
quia continet ipſam venditionem, & capitula
continent conuentiones, quæ ſunt quid acceſſo-
rium ad qualificandam venditionem, & quæ fa-
16 ctæ ſunt propter venditionem: conuenit † enim,
vt acceſſorium ſequatur principale, non vt prin-
cipale ſequatur acceſſorium *l. quod per manus
ff. de iure codicil. & l. cum principalis ff. de reg.
17 iur.* non † enim ex acceſſorio infertur ad princi-
pale, niſi indicando principale ſequi debere,
ſed ex principali infertur ad acceſſorium *Dec.
in Rub. C. de edend. in princ.* Itaque potius vide-
retur hoc argumentum ita retorqueri poſſe, par
tes profitentur in inſtrumento velle inhærere
capitulationi prius factæ, & in inſtrumento di-
citur de quingentis ducatonis, ergo idem col-
ligitur etiã ſenſiſſe de quingentis in capitulatio-
ne, & ſi ſcriptum eſt de ſexcentis, id eſſe potius
ex errore, quam ex intentione partium.

Minus obſtat, quod in inſtrumento dicatur, vt
ſoluantur ducatoni quingenti in prima ſolutio-
ne, & centum ſingulis annis ſine exceptione ali-
qua iuris, vel facti, & ſine aliquibus reſponſioni-
18 bus iuxta tenorem d. capitulationis, quaſi † quod
inſtrumentum habens relationem ad capitula,
intelligatur, quatenus in relato continetur *Dec.
conſ. 63. nu. 6. Bertr. conſ. 34. nu. 6.*

Nam reſpondetur, quod ſi referens nihil cer-
ti diſponeret, ſed ſimpliciter haberet relationẽ
ad relatum, tunc ſolum relatum attẽderetur, pu-
ta, quia in inſtrumento diceretur, ſolui pretium
iuxta conuenta in capitulis, tunc capitula atten-
19 derentur, ſecus † quando certum diſponitur in re-
ferẽte, quia tunc ille attenditur *Angel. Aret. conſ.
72. ſub nu. 43. & ſeq. Oldrad. conſ. 121. nu. 12.
Boer. deciſ. 247. num. 2.* & licet ex *Dec.* colligatur,
quod quando ſcriptura referens continet quid,
quod non continetur in relato, non attendatur,
quaſi, quod ita ſcriptum ſit, quia crederetur ita
contineri in relato; tamen hoc non procedit in
caſu noſtro, in quo inſtrumentum eſt principale,
& capitula acceſſoria, & potius capitulatio eſt
referens, quam relatum, vt antea dixi.

Vlterius reſpondeo, illam relationem *iuxta
tenorem capitulationis* referri ad proximum
dictum, vt ſolutiones fiant, ſine aliqua reſpõſio-
ne, non vero ad quantitatem pretij, quæ ſupra
fuerat precisè, reſtrictiuè, & ſpecificè declarata
ibi, *& quod pretium debeat reſtitui, & ſolui hoc
modo, & terminis, videlicet ducatonos quingentos
20 tẽpore celebrationis inſtrumẽti &c.* illud † aduer-
biũ *videlicet* reſtringens pretium ad illam quã-
titatem *Bar. in l. quæſitum §. ſi quis fundum ff. de
fund. inſtruct. Iaſ. in l. ſi pluribus nu. 12. ff. de
leg. 1. & videlicet ff. de pact.* efficit, vt illa verba
iuxta tenorem capitulorum non referantur ad
ea, quæ certa conuentione ſunt determinata, &
21 quamuis clauſula in fine poſita ſoleat referri ad
omnia præcedentia *l. talis ſcriptura §. fin. ff de
22 leg. 1.* tamen † hæc regula non procedit, quando
præcedentia habent claram, & determinatã di-
ſpoſitionem *Ant. Gabr. lib. 6. concluſ. tit. de clau-
ſul. concl. 9. nu. 8. Menoch. præſumpt. 181. nu. 6. in
4.* & hic pretiũ quantum ad quantitatem habet
certam determinationem, ergo ad illud non re-
23 feruntur verba relatiua; Etiam † non procedit,
quando ex tali relatione induceretur repugnan-
tia in eadem diſpoſitione *Ant. Gabr. d. concluſ. 9.
nu. 9. Menoch. d. præſumpt. 181 nu. 9.* vt in hoc
caſu in eadem ſcriptura inſtrumenti, & capitu-
lorum inſertorum repugnantia oriretur: Am-
24 plius † non procedit, quando ex tali relatione
læderetur rectitudo intentionis, & cui repugna-
ret præſumpta voluntas promittentis *Oldrad.
conſ. 152. Purpurat. conſ. 139. nu. 5. in 2. & Me-
noch. d. præſumpt. 181. nu. 10.* vt hic læderetur, ſi
venditor nõ ſolueret redimendo eo modo, quo
ei ſolutum fuit, nec præſumendum eſt ita voluiſ-
ſe. Imò ſi ad omnia præcedentia volumus facere
relationem, retorqueo hanc conſiderationem;
partes conueniunt de quingentis, & profitentur
conuenire iuxta tenorem capitulorum, ergo &
in capitulis fuit conuentum de quingentis, licet
erroneè fuerit ſcriptum de ſexcentis. Nec dica-
tur vna cum *Dec. in d. conſ. 63.* ita conuenire
partes, quia credebant, ita etiam fuiſſe conuen-
tum in capitulis, quia † hanc credulitatem
erroneam excludit iuramentum (vt antea pro-
baui.)

26 Additur in motiuis, ſi vnum dicitur in præ-
fa-

9 Conſilium Collegij Louanienſis impreſſ. poſt opinionem Viuij 516. in quibus terminis procedat, & nu. 21. & 31. cum ſeqq.

10 *Ex diuturnitate temporis ſolutio præſumitur facta eo modo, quo erat facienda.*

12 *Extincta obligatione principali, extinguitur obligatio ad intereſſe.*

Et ideò augmentum monetæ, quod eſt intereſſe, nõ debetur extincta obligatione principali nu. 11.

13 *Ille, qui prætendit ſibi non fuiſſe plenè ſatisfactũ, quia ſolutio facta fuit de pecunia diminuta, quæ probare debeat & nu. ſeq.*

14 *Moneta noua deteriorata poteſt ſolui ad rationem monetæ antiquæ.*

15 *Petitio dubia, & incerta non admittitur.*

16 *Actore non probante reus abſoluitur.*

17 *Moneta taxata nec augmentum, nec diminutio attenditur & nu. 20.*

Ad hoc enim fit taxatio nu. 28.

Quæ autem verba ſtent taxatiuè, & quæ demonſtratiuè nu. 18. & ſeq.

Et præcipuè augmentum, nec diminutio monetæ taxatæ attenditur, quando pecunia eſt in genere promiſſa, & non certa ſpecies monetæ nu. 22. & 32.

Etiam ſi dictum ſit de moneta tunc currente num. 23.

Idem eſt, quando pecunia noua ſubrogata eſt loco antiquæ nu. 24.

Maximè, quando antiqua non reperitur nu. 25.

Neque pariter debetur augmentum monetæ, quãdo prouenit ex facto illud petentis nu. 35.

Monetæ augmentum, quando non augetur in pondere, vel bonitate intrinſeca, naſcitur à deterioratione monetæ minoris.

33 *Iuramentum operatur, vt actus dicatur factus deliberatè.*

Et vt de errore dici non poſſit n. 34.

36 *Iudex ſupplet ea, in quibus deficit Aduocatus.*

RESPONSVM LXXXVI.

Auſpice Chriſto.

1 DE ſolutione facienda variata moneta in bonitate extrinſeca, vel intrinſeca, plura poſt *Bar.* ſcripſerunt *Doct. in l. Paulus ff. de ſolut. & in l. cũ quid ff. ſi cert. pet.* in tractatibus, in quibus ex profeſſo de re nummaria tractatur, præſertim ab *Alberto Bruno, & Gaſpar. Ant. Theſaur. de augment. monet. Ant. Fabro de var. numar. debitor. ſolut. Ant. Sola ad conſt. Sabaud. tit. de pact. inter empt. & vẽdit. nu. 69.* & *ſeq. Cenar. de collat. vet. numiſmat. Ant. Gabr. de ſolut. concluſ. 1. & 2. Andrea Kobl. in exercitat. legal. exercitatione 18. & 19. Tileman. animaduerſ. iur. lib. 1. c. 35. Robert. rerum iudicat. lib. 1. c. 16. Coſta de iur. & fact. ignorant. diſt. 63. centur. 1. Gail. obſeruat. 73. lib. 2. Federic. Martin. de iure cenſ. c. 8. q. 2. n. 46. & ſeq. Gratian. lib. 1. diſcept. c. 51. & lib. 3. c. 417. & c. 560. Bertazol. de clauſul. inſtr. clauſul. 30. glo. 9. Tiraquel. de retract. linguagier. §. 1. gl. 18. nu. 26. & ſeq.* & nouiſſimè *Sigiſmund. Scac. de commer. & camb. §. 2. gloſ. 5. q. 6. nu. 146. cum ſeq.* qui cumulatiſſimè citant *Doctorum conſilia, & deciſiones*, quorum dicta, ſi vellem applicare ad caſum, de quo ſum conſultus, facilè mihi eſſet longa ſcriptura implere plura folia; quod tamen puto haudquaquam neceſſarium eſſe, cum cauſa controuertatur coram præſtantiſſimo Iuriſconſ. in iudicãdis cauſis, & miniſtranda iuſtitia verſatiſſimo.

Sed neceſſarium eſſe puto conſultationem reſtringere ad caſum propoſitum, in quo ex pluribus reſoluẽdum eſt, D. Vbertinum Zuchardum fidiſſimum ſubditum Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Principis Corrigij eſſe in caſu manifeſtæ abſolutionis à ſupplemento monetæ petito à D. Procuratore fiſcali pluribus rationibus.

Et prius, quia de ſolutis habet abſolutiones in pleniſſima forma, etiam interueniẽte Acquiliana ſtipulatione, ea ratione, quia Excellentiſs. Princeps cõfitetur recepiſſe integrum debitum his verbis, *dà, & sborſa effettualmente al detto Eccellentiſs. Sig. Prencipe preſente, & accettante in tanto oro, & argento, & buona valuta di giuſto peſo &c.* ex quibus reſultat reſolutio cuiuſ-

2 cunque obligationis, quia † ſolutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio *Inſt. quibus mod. tol. oblig. in princ. l. nulla C. de ſolut. l. ſoluitur ff. quibus mod. pign. vel hypotec.* præſertim quando attenta ſolutione facta eſt quitantia *Ro-*

3 *ta deciſ. 566. nu. 1. parte 1. recent.* & tanto magis, quia conſtat, ſolutionem factam fuiſſe, in bona (vt dicitur) valuta iuſti põderis, ergo illius ponderis, cuius erat moneta currens tempore contractus, vt promiſſum fuit, alias facta nõ fuiſſet quietantia, nec dici poteſt de errore Excellentiſsimi Principis, quia hæc erroris allegatio tollitur ex illis verbis *ſpõtaneamente &c.* hęc enim particula ſecundum formularium extenditur hoc modo *ſpontè ex certa ſcientia, & nullo iuris, vel facti errore ductus*, & † importat, vt

4 tollatur omnis erroris ſuſpicio, vel præſumptio *l. 4. §. fin. & ibi Bar. ff. ſi quis caut.* cum alijs allegatis *à Bertazol. de clauſulis clauſ. 11. gloſ. 2. & 3.* Nec in caſu noſtro poteſt cadere error ali-

quis, quia ex relatione habita ad inſtrumentum
continens debitum Zuchardi, conſtat D. Princi-
pem habuiſſe notitiam, cuius qualitatis eſſet o-
bligatio, & de qua pecunia eſſet implenda, cre-
dendum etiam eſt habuiſſe notitiam pōderis, &
qualitatis monetæ currentis tempore ſolutionis,
cum eſſet moneta ſuæ terræ, & q̄ nō poteſt alte-
5 rari, niſi ex eius ſcientia, & permiſſione, & † quod
quietantiæ, & abſolutiones temporis præteriti
arguant quietantem habuiſſe pecuniam ad eius
ſatisfactionem, & quod tollāt omnem ſuſpicio-
nem erroris conſtat ex deciſ. *Rota* 183. *verſ.*
(quantum attinet) & 900. *verſ. (itaq; dic) p.* 4.
6 *diuerſ.* in † quibus *deciſ.* etiam ſupponitur, quie-
tantem ſcienter recipientem pecuniam dimi-
nutam contentū, & ſatisfactū fuiſſe, & propterea
nil vlterius petere poſſe, ꝙ in puncto tenet *Coſta*
de ignor. & fact. ignorant. diſt. 63. *centur.* 1. *n.* 20.
dicēs, quod ſi creditor receperit monetam va-
lore imminutā, qualis ea erat, quæ currebat tē-
pore ſolutionis, & in ipſo actu ſolutionis dicat ſi-
bi eſſe integrè ſatisfactum ſibi præiudicat: Nec
7 obſtat, quod recipiens partem debiti non præiu-
dicet ſibi in alia parte *Bart. in l. in cōmodato §.*
duabus n. 1. *ff. cōmod. Afflict. deciſ.* 13. *ſub n.* 21.
8 quia † id tantum procedit, quando creditor, vel
ſimpliciter reciperet pecuniam diminutam, vel
eam reciperet pro parte debiti, ſecus quando
eam recipit pro integrali ſuo credito, vt fecit
Excell. D. Princeps *Surd. conſ.* 335. *ſub nu.* 58.
verſ. (reſponde ergo) in 3. tunc enim cōſtat mo-
netam ei ſolutam tantundem apud eum eſſe,
9 quantū moneta antiqua æſtimabatur. Nec † mo-
uere nos debet, quod in *conſilio Collegij Louan.*
impreſſo poſt opin. Vinij 516. *ſub nu.* 61. *verſ.*
(in quo) dicatur, quietationes non præiudicare,
quippe quæ non ordinantur ad donandum, nec
præſumendum aliquem velle donare, & dilapi-
dare ſuum; Quia hoc dictum, vel procedit quā-
do quietantię ſunt ad bonum computum, vt plu-
ries dicitur fuiſſe in caſu illius cōſilij, vel quādo
ſunt ſimplices quietātiæ, ita vt dubitari poſſit, an
cōtineant totalē abſolutionē, in hoc dubio, quia
quis nō pręſumitur donare, ex illis quietātijs nō
reſultat totalis abſolutio ad pręiuditiū credito-
ris; ſed cum clarè cōſtat creditorem prorſus ab-
ſoluere (vt in caſu noſtro) non eſt locus rōni illius
conſilij, non .n. eadem, ſed diuerſa prorſus ratio
viget, nā in eo caſu erant in obligatione aurei in
auro non æſtimati, ex quo ſequitur, quod cre-
ditor, vel recipiendo aureos ſine augmento, vel
pecuniam argenteam, quæ tantumdem nō pręſ-
ſtet, quantum æſtimantur aurei cum augmento,
manifeſtè ſibi præiudicaret, quod in dubio non
præſumitur, ſed in caſu noſtro aurei æſtimati,
ſunt in obligatione, ex qua ęſtimatione fit, vt in
aureis non habeatur ratio augmenti, vnde cre-
ditor quietando, & fatendo ſibi plenè ſatisfactū
eſſe in bona valuta iuſti ponderis, ſatis ſibi præ-
iudicat, dum confitetur ſibi eſſe ſatisfactum, præ-
ſertim, cum non poſſit allegari error, vt iam pro-
batum eſt, & hæc etiam ſeruiunt quoad abſolu-
tiones obtētas ab anteceſſoribus ipſius D. Prin-
10 cipis, præſertim † quia cum abſolutionibus con-
currit taciturnitas quinquaginta annorum, & vl-
tra, ex qua præſumitur fuiſſe ſatisfactum credi-
toribus eo modo, quo erat ſatisfaciendum, &
modo eis benè placito *Pariſ. conſ.* 137. *nu.* 16.
in 4. *Gall. conſ.* 48. *nu.* 19. *Afflict. deciſ.* 13. *nu.* 2.
cum ſeq. & nu. 21. *Menoch. conſ.* 457. *nu.* 1. *præ-*
ſumpt. 135. *nu.* 19. *in* 3. *Surd. deciſ.* 105. *num.* 4.
Rot. deciſ. 316. *nu.* 3. *p.* 2. *recent.* quod facilius
procedit in caſu noſtro, in quo reiteratæ fuerūt
ſolutiones ſingulis annis, ex quo oritur indubi-
tata præſumptio, quod fuerit creditoribus ſa-
tisfactum, quia ſi habuiſſent læſionem in mone-
ta, vel prætenderent habuiſſe, impoſſibile eſt, ꝙ
11 aliqua vice non reclamaſſent. Imò † recipiendo
pecuniam illius valoris, cuius erat pecunia de-
bita, & nihil dicendo de diminutione, & dete-
rioratione in bonitate intrinſeca, quod eſt inte-
reſſe damni, quod patitur creditor ratione mate-
riæ, licet non ratione valoris *Afflict. deciſ.* 80.
12 *num.* 7. extincta † obligatione in ſorte principali
intelligitur etiam extincta in intereſſe *l. ſin. in*
fine ff. de condict. cert. loc. l. 4. *& ibi Bal. C. depoſit.*
& eſt communis opinio *Doct. in l. vinum ff. ſi*
cert. pet.

Vbi autem quietantiæ non ſuffragarentur (vt
exiſtimo ſuffragari) non poteſt prætendi aliquid
13 pro diminutione monetæ, quia, † vt audio, non
ſunt probata probāda, Prius erat articulandum,
& probandum, quanti ponderis, & qualitatis eſ-
ſet moneta, quæ currebat tempore contractus,
Et quod moneta, quæ hodie currit, vel currebat
tempore præcedentium ſolutionum eſſet dete-
rior in bonitate. Tertiò, quod ſolutiones præce-
dentes, & præſertim, quod ſolutio facta Excel-
lentiſs. Principi fuerit facta de moneta noua de-
teriorata. Quartò, quod fuerit moneta noua ſo-
14 luta iuxta proportionem ſuam, quia † potuit eſſe
quod fuerit ſoluta ad rationem veteris monetæ
(vt licet) ad *Bar. in l. Paulus ff. de ſolut. Surd. conſ.*
392. *nu.* 14. *in* 3. *Scaccia de commerc. §.* 2. *gloſ.* 5.
nu. 178. ſunt hæc fundamenta intentionis petē-
tis intereſſe monetæ, quæ ab actore ſunt probā-
da *Gabr. de ſolut. concluſ.* 1. *n.* 56. *Surd. conſ.* 220.
nu. 17. *in* 2 *Gratian. lib.* 1. *diſceptat. c.* 51. *in fine*
Coſta d. diſtinct. 63. *nu.* 44. & hæc tanto magis
indigent probatione, quia ex inſtrumento abſo-

lutio

Digitized by Google

lutionis res redditur admodum dubia, cum in
eo dicatur, ſolutionem non tantum in argento,
ſed & in auro factam fuiſſe, & quia in auro ob
taxationem, & æſtimationem non poteſt prætē-
di augmentum extrinſecum (vt inferius proba-
bitur) nec intrinſecum, quia in facto moneta au-
rea non fuit in materia alterata, neceſſe eſt vt
probetur, quāta fuerit moneta argentea ſoluta,
15 quia in ea tantum procedit petitio, quæ, † ſi hoc
non probetur, remanet dubia, & incerta, & ideo
reijcienda *DD. in l. edita C. de edend.*

Cum hæc (vt intelligo) non fuerint probata
ab agentibus cauſam Excellentiſs. Principis, ſe-
16 quitur, † vt reus, etiam quod nihil præſtiterit ſit
abſoluendus *l. qui accuſare C. de edend.*

Dignabitur etiam Excellentiſs. D. Iudex ob-
ſeruare, in inſtrumento primo venditionis con-
corditer aureos æſtimatos fuiſſe in rationem ſex
librarū, poſtea factam fuiſſe ſolutionem aureo-
rum duorum millium in rationem ſeptem libra-
rum pro quolibet aureo, ex quo mihi videtur ad
fauorem Excellentiſs. Principis habitam fuiſſe
rationem augmenti, quod fortè reſultare pote-
rat à deterioratione monetæ.

Ex his puto euidenter innoteſcere poſt ſolu-
tionem, & abſolutionem non eſſe tractandum
de aliquo augmento.

Sed ex abundanti, quando etiam nō eſſet fa-
cta ſolutio, & res eſſet integra, dicitur defenſio-
nem D. Zuchardi eſſe iuſtiſſimam, Primo, quia ſi
prætenditur, non eſſe D. creditori plenè ſatisfa-
ctum, quia non eſt tantum ſolutum, quanti ho-
17 die ęſtimantur aurei, dicitur † hoc augmentum
extrinſecum aurei non poſſe prætendi, quia au-
rei valor per æſtimationem in rationem ſex li-
brarum fuit taxatus, vt verba inſtrumēti acqui-
ſitionis clarè demonſtrant, dum dicitur, *intelli-
gendo tamen, & aſtimando ſcutum concorditer
in rationem librarum ſex monetæ imperialis nūc
18 currentis in terra Corrigij*, quæ † verba non ſunt
poſita ad demonſtrandum tantum, de quo ſcu-
to agatur, vt contingeret, ſi dictum eſſet tantū,
quod promittuntur ſcuta *ad rationem, vel in ra-
tionem ſex librarum* (licet ſint, qui teneant etiā
hæc verba ſtare taxatiuè, nō demōſtratiuè *Bald.
19 & Kohl. in locis infra citandis*) ſed † manifeſtè
taxant ſcutum ad illum valorem, quia dicitur ita
concorditer æſtimari, & quia etiam ſunt in ſub-
ſtantia obligationis, & non in ſolutione, quæ eſt
in clauſula, *quod quidem pretium totum, & inte-
grū &c. Ant. Gab. de var. nummar. debit. ſolut. c. 2.
fol. 34. verſ. (ego puto) Grattan. lib. 3. diſceptat. c.
20 417. nu. 10.* quod † in facta æſtimatione non ſit
habenda ratio augmēti ad fauorem creditoris,
nec diminutionis ad fauorem debitoris tradunt
*Part. in l. Paulus n. 10. ff. de ſolut. Bald. conſ. 213.
ſub nu. 2. verſ. (& prædicta vera) lib. 5. Curt.
iun. conſ. 24. nu. 6. Menoch. conſ. 49. ſub num.
12. & ſeq. Surd. conſ. 392. nu. 2. 3. & 12. in 3.
Bertazol. de Clauſul. inſtrum. clauſ. 30. gloſ. 9.
nu. 8. & ſeq. Laurēt. in repetit. l. ſi emancipati nu.
399. & 402. C. de collat. Brun. de augment. mo-
net. limit. 8. Curt. de monet. q. 3. num. 14. Sola
ad conſt. Pedemont. de pact. inter empt. & ven.
ſub num. 89. verſ. (minuſij) Gratian. lib. 1. di-
ſcept. forenſ. c. 51. nu. 17. & ſeq. & lib. 3. d. c.
417. nu. 4. Martin. de iure cenſ. c. 8. nu. 60.* a-
lios complures allegat *Andreas Kohl. exercitat.
21 19 n. 20.* Et † hinc fit, vt ad rem noſtram parum
faciā. ſcripta in *d. conſilio Collegij Lonan.* quia in
eius caſu agebatur de augmento extrinſeco au-
rei non æſtimati, de quo non eſt habenda ratio
in caſu noſtro ob taxationem, & æſtimationem,
& eadem ratione nam obſtat ea, quę continen-
tur in *deciſ. Robuſterij. & conſ. 89. Grilenzon.* &
alia, quæ allegantur in primis, & ſecundis moti-
uis; omnia enim ſunt in caſibus, in quibus erat
in obligatione certa ſpecies monetę nō ęſtima-
ta, quæ propterea recipere poterat augmētum.

Si præterea prętenditur habendā eſſe ratio-
nem deteriorationis monetæ, & de ea eſſe tan-
tam ſoluēdā, quæ ęquipolleat monetæ, quæ cur-
rebat tempore contractus, p̄ ęle... quia & ita
actum fuit: Adhuc dicitur D. Zuchardum fouere
22 iuſtam cauſam, quia † quando pecunia eſt in ge-
nere promiſſa, & non certa ſpecies monetę (vt in
caſu noſtro fuit promiſſa in genere p̄ ęſtimatio-
ne aurei) non eſt ſpectanda diminutio bonitatis
intrinſecè *Aug. in l. fin. C. de vet. num. poteſt. lib.
11. Purpurat. conſ. 322. num. 32. Coſta d. di-
ſtinct. 63. nu. 47.* & poſt *Soc. Curt. iun. Menoch.
& Gabriel.* vti paſſim receptum probatur ab *An-
drea Kohl. d. exercitat. 18 à nu. 20.* vbi latè pro-
ſequitur vſque ad *numerum* 24. ſubtilibus ratio-
nibus comprobando, hoc eſſe ſecundum verita-
tem iuris.

23 Nec obſtat, quod videatur in obligatione
certa ſpecies monetæ, ex quo eſt actum de mo-
neta currente nūc, hoc eſt currente tempore cō-
tractus, quia, cum certa ſpecies monetæ non ſit
expreſſa, verba hæc aliud non ſignificant, niſi
quod ſoluatur de moneta, quæ Corrigij expen-
debatur, cui obligationi eſt ſatisfactū, dum ſol-
uitur moneta, quæ hodie currit, & eſt eiuſdem
valoris: attento enim valore optimè ſatisfacit
æſtimationi auri, nec creditor ſentit damnum,
ideo rectè ex ea ſolutio fieri poterit *d. l. Paulus
24 ff. de ſolut.* Præterea † cum hodierna pecunia
ſubrogata ſit loco veteris pecunię ex permiſſio-
ne, ſeu ex præcepto Principis poterit ſolui loco

veteris ratione ſubrogationis, præſertim, cum
non ſit expreſſa certa ſpeties monetæ, in qua
fieri deberet ſolutio, optimè ſeruit *Surd. conſ.*
335. ſub nu. 34. verſ. (quod vero dicitur) in 3.
Mar. in. de iure cenſ. c 8. nu. 72. ſentit etiam
iſtud *Andr. Kobl. d. exercitat. 18. nu. 24.* & ra-
25 tionibus comprobat: Hocq; † maximè proce-
dit, quando antiqua pecunia non reperitur, ſed
noua tantum, quæ iuſſu Principis habeat ean-
dem æſtimationem, quam habebat antiqua, li-
cet ſit in materia diminuta, nam hoc caſu ſuf-
ficit ſoluere de moneta noua iuxta eius æſtima-
tionem nõ habita ratione ad materiam *Io. Fab.*
in auth. hoc niſi nu. 10. C. de ſolut. Theſaur. iun.
de augment. monet. parte 1. nu 70.

26 Adiungitur etiam, quod ſoluere monetã no-
uam ad æſtimationem eſt monetæ antiquæ iux-
ta bonitatem intrinſecam eſſet inducere quid
contra mentem contrahentium ab initio contra
27 *l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. pet.* & † eſſet per-
mittere indirectè, id quod directè eſſet prohi-
28 bitum. Aſſumptum probatur, quia † non alia ra-
tione intelliguntur partes taxare æſtimationem
aureorum, niſi quia noluerunt haberi rationem,
nec augmenti, nec diminutionis valoris *Bal.*
d. conſ. 213. ad fin. verſ. (& prædicta vera) in
5. Soc. conſ. 198 in princ. in 2. Brun. de augmẽt.
monet. in 8 limit. principali q. 3. & admiſit *Ceph.*
cõſ 31. nu. 3. in 1. licet in ſuo caſu nõ admittat
taxationẽ *ſub nu. 12. verſ. (nec eſt verum) Co-*
ſta d. diſtinct. 63. centur. 1. nu. 22. & dictum
29 fuit ſupra; augmentum † autem auri, quando nõ
augetur in põdere, & in bonitate intrinſeca, cõ-
muniter naſcitur à diminutione, & deteriora-
tione monetæ minoris *Purpurat. in l. cum quid*
nu. 170. ff. ſi cert. pet. Grat. conſ. 12. nu. 53. &
conſ. ſeq. nu. 38. & 39. in 1. Cravet. conſ. 47. nu.
6. Surd conſ. 406 nu. 7. in 3. Vnde, ſi ſoluenda
eſſet moneta noua ad rationem antiquæ, credi-
tor reciperet augmentum aurei, nam ſi exempli
gratia aureus æſtimabatur centum ſolidis, quã-
do moneta erat in maiori bonitate, ſi poſtea
cudantur ſolidi diminuti, ita vt centum decem
ęquipolleãt ſolidis centum antiquis, aureus, qui
prius valebat centum ſolidis, creſcit in valore,
& incipit valere centum decem ſolidis: Igitur
ſi teneretur debitor de ſolidis nouis ſoluere cẽ-
tum decem, ex nouis pro centum ex antiquis,
præſtaret creditori augmentum aurei contra
id, quod fuit in intentione contrahentium ab
initio.

30 Nouiſſimè mihi videtur tolli omnem dubi-
tationem ex eo, quod diminutio monetæ nouæ,
ex qua naſcitur prætenſio Excellentiſs. D. Prin-
cipis nata eſt ex facto, ſeu permiſſione ipſius D.
Principis, vel anteceſſorum ſuæ Excellẽtiæ, er-
go non poterit eã obijcere, & illius ratione pe-
tere aliquod augmentum, *Brun. de augment.*
moneta limit. 7. Rub. Alexand. conſ. 17. in fine
Gabr. conſ. 164. ſub nu. 5. & 6. in 1. Surd. conſ.
335. ſub num. 13. verſ. (tertio ubi conſtet) in 3.
Sacca conſ. 100. num. 33. in 1. Scaccia de com-
merc. & camb. §. 2. gloſ. 5. nu. 183.

Ex his ſequuntur claræ iuris concluſiones, nõ
eſſe iudicandum pro Excellentiſs. D. Principe,
quia ſuæ intentioni repugnant abſolutiones an-
teceſſorum, & ſuæ Illuſtriſs. Dominationis. Se-
cundò, quia non fuerunt probata, quæ ſunt ſuæ
intentionis. Tertiò in meritis non fouet cauſam
reputatam à *Doct.* iuridicam; Et tandem, quia
ipſo permittente, licet pro communi bono ſuo-
rum ſubditorum pecunia fuit alterata.

31 Nec *conſilium Collegij Lenamenſis* ex aduer-
ſo allegatum quicquam facit ad caſum noſtrũ:
quia in eo aurei in ſpecie erant in obligatione,
non æſtimati, vnde intrat cõmunis opinio, quod
vel aurei ſunt ſoluendi in ſpecie, vel ex conſue-
tudine eorum æſtimatio iuxta valorem, tempo-
re ſolutionis inſpecto, & ita cum augmẽto, quia
ſi aliter fieret ſolutio, eſſet cum damno credito-
ris, quippe qui cum valuta ſoluta, ſecũdum quod
aurei ęſtimabantur tempore cõtractus, non poſ-
ſet habere tantam quantitatem aureorum, quã-
ta erat in obligatione, & optimè accõmodatur,
quod ſcriptum eſt in *l. Paulus ff. de ſolut.* in hoc
potiſſimum inſiſtit *d. conſultatio,* quod nõ eſt ad
caſum noſtrum, in quo aurei non ſunt in obliga-
tione inæſtimati, ita vt poſſint augeri in valore,
ſed concorditer æſtimati; in quibus propterea
non eſt conſiderãda auctio in valore, & æſtima-
tio non conſiſtit in certa ſpecie monetæ, ita vt
creditor conqueri poſſit, quod non habeat ean-
dem bonitatem intrinſecam, vel extrinſecã, nec
poteſt conqueri, quod cũ quantitate, qua aurei
fuerunt ęſtimati, nunc non poſſit emere aureos,
quia hoc ei imputandum eſt, cui placuit taxare
32 æſtimationem aurei. Imo † in eodem *conſ. ſub*
nu. 58. verſ. (nec prædictis) in fine expreſsè di-
citur *conſultationem* non procedere, quãdo pe-
cunia in genere eſſet in obligatione, & hoc mo-
do ibi reſpondetur ad conſ. *Oldrad. & Soc. vt in*
d. conſilio: Præterea in eo caſu *nu 53.* ſupponi-
tur, ſolutiones ſemper in aureis fuiſſe factas; ex
quo colligitur aureum fuiſſe in ſpetie debitum,
& propterea deberi cum augmento, & in caſu
noſtro nõ eſt probatum de vniformi ſolutione,
ita vt ex ea aliquod argumentum ſumi poſſit?
Amplius in eo caſu quietantię plures erant ad
computum, & ex apochis priuatis, ob quod fa-
cile allegari poterat error; in caſu noſtro
ſunt

ſunt cum inſtrumentis publicis interuenientè
33 clauſula habente vim iuramenti, quę † in
hoc præcipuè conſiſtit, vt intelligatur delibe-
ratè peruentum eſſe ad actū *Ant. & Imol. in c. ſi
diligenti de for. compet. Alex. in Rub. ff. de verb.
obligat. in fine Seraphin. de priuileg. iuramen-*
34 *ti priuileg. 64.* Et † vt de errore dici non poſ-
ſit *Bar. in l. ex hac ſcriptura nu. 12. ff. de donat.*
35 *Seraphin priuileg. 90.* Non † etiam omitto, quod
in eodem *conſ. ſub nu. 61. verſ. (ſuccedit nunc
alia)* comprobatur illa propoſitio, quod factum
Principis circa monetam non debet ei patroci-
nari contra eum, qui ſoluit, vel contra eum, cui
ſolutum eſt.

His cognitis iuuat credere fore, vt Excellen-
tiſs. Princeps ex eius naturali clementia mandet
D. Zuchardum vlterius non moleſtari, maximè
accedente integritate, & doctrina D. Iudicis, qui
cognoſcet, hæc ſcripta eſſe ſecūdum veras pro-
poſitiones iuris, cui cauſam cōmendo, rogando
36 eum, vt † dignetur ſupplere ea, in quibus ego de-
feci iuxta ſcripta in *tit. C. vt quæ deſunt aduocat.
part.* anno 1621. Menſe Ianuarij.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

In eadem cauſa: De eadem materia.
An, & quando ſtatuta obligent Principem.

SVMMARIVM.

1 *SOluens de moneta deteriori minus ſoluit.*
2 *Quando debetur moneta in genere non attendetur augmentum, vel diminutio monetæ antiquæ.*
Ratio ponitur nu. 3.
3 *Priuatio, & diminutio præſupponit habitum.*
4 *Obſeruantia ſoluentis, & recipientis oſtēdit qualis fuerit obligatio, & iuxta obſeruantiam facienda eſt ſolutio.*
5 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*
6 *Petitio incerta non eſt admittenda.*
7 *Statuta non obligant Principem, nec eius ſucceſſores ſecundum opinionem communem.*
Et rationes aſſignantur nu. 9.
Huius tamen opinionis fundamenta euertuntur à Rol. & Vaſq. *nu. 10.*
Et ſaltem eos obligant ex honeſtate nu. 11.
Sicuti quando Princeps contrahit, vti priuatus ſuper patrimonio ſuo nu. 12.
Item, quando ſuccedit priuato nu. 14. & ſeq.
Quando iurauit ſeruare ſtatuta nu. 17.
Et quando vult illis vti contra alios nu. 18.
13 *Epiſcopus intrans ſcolas incidit in excommunicationem à ſe latam contra intrantes ſcolas.*
15 *Ex ſubſequentibus colligitur animus præcedens.*
16 *Eccleſia ſuccedens priuato vtitur iure priuati.*
19 Statutum Corrigij *quo cauetur, ne poſſit peti melioratio monetæ, non obſtat quin poſſit peti moneta, quæ eſt in obligatione.*
Contrarium verius, quia ex communi conſuetudine poteſt ſolui valor monetæ, de qua facta eſt conuentio, in alia moneta nu. 20.
22 *Error non præſumitur.*
Nec etiam, quando quis per aliū contrahit n. 30.
Sed ab allegante clarè probādus eſt nu. 23. & 28.
24 *Ignorantia non præſumitur in eo, qui ſuccedit in ius alterius, quando potuit habere notitiam.*
Nec, quando eſt actor, & tractat de lucro acquirendo nu. 25.
26 *Qui monetam nouam deteriorem pro veteri recipit errare dicitur.*
Sed contra nu. 27.
Qui tamen talem monetam recipit per errorem ſibi non præiudicat Ibid.
29 Conſ. Collegij Louanien. poſt opinionem Viuij 516. *in quibus terminis procedat.*
31 *Quis non debet locupletari cum alterius iactura.*
32 *Clauſula ſolita apponi per omnes notarios operatur ex voluntate cōtrahentiū, ſecus eſt de clauſula ſolita apponi ex ſtylo aliquorum.*
33 *Soluens per longiſſimum tempus monetam nouam deterioratam præſcribit ius ita ſoluendi.*
Secus ſi ſoluat per longum tempus ſecundum opinionem Bald. *nu. 34.*
35 *Augmentum monetæ non poteſt prætendi ab eo, cuius facto moneta noua reddita eſt deterior.*
36 *Auctor vti tertius Arbiter cognouit cauſam inter Sereniſs. Ducem Mantuæ, & Excellentiſs. Principem Corrigij.*

RESPONSVM LXXXVII.

Auſpice Chriſto.

SVperioribus diebus in controuerſia monetaria, quam habet Illuſtris Dom. Vbertinus Zuchardus cum agētibus Excellentiſs. Principis Corrigij Domini ſui plura adduxi, quibus oſtendi defenſionem D. Zuchardi iuſtiſſimam, & quamuis dixerim, me ſperare, vt Princeps ex ſua naturali clementia mādet Zuchardum non moleſtari, non propterea dubitaui de iuſtitia defenſionis, nimirum, quia etiam Princeps vtitur clementia, quando mandat ſeruari iuſtitiam contra ſe, & dum placido, & non turbato animo audit, cum eo cauſam habentem fouere iuſtitiā,

& maximè, quando audito hoc à viro Iuriſconſultiſſimo, non fatigando aduerſarium grauioribus expenſis, non aliter expectata ſententia, mādat liti finem imponi, & partem vlterius nō moleſtari, & in hoc ſenſu de naturali clementia Principis me locutum fuiſſe, oſtendit tota conſultatio mea, & oſtendunt vltima verba, quæ ſubijcio .ſ. *accedente doctrina D. Iudices, qui cognoſcet hæc ſcripta eſſe ſecundum veras propoſitiones iuris.*

Et quamuis nonnulla excitentur dubia deprompta (vt credo) ex informatione Aduerſariorum, tamen reſideo adhuc in eadem ſententia, & puto ea non obſtare.

Etenim præcipuè dubitatur, iuridicè peti ſolutionem monetæ ad rationem antiquæ, ex quo antiqua, ideſt currens tempore contractus fuit
1 in ſtipulatione deducta, & † ſoluēs de vſuali, quæ in dies facta eſt deterior minus ſoluit *Cagn. in l. 2. ſub nu. 156. C. de pact. inter empt. & vendit.*

Quæ prima dubitatio ſupponit quædam, quę non ſunt in facto admittenda, & quædam, quæ vti in facto non iuſtificata ſunt dubia, & incerta: ſupponitur enim, monetam currentem tempore contractus fuiſſe in ſtipulationem deductam, & tamen certa moneta non fuit in ſtipulatione,
2 ſed in genere moneta tunc currens, in † quo caſu non eſſe habendam rationem, an ſit aucta, vel diminuta in bonitate intrinſeca, vel extrinſeca, ſed tantum attendendum eſſe, an pecunia, quæ ſoluitur, tantundem præſtet, quoad eius æſtimationem, quantum antiqua moneta, authoritates allegaui in mea priori informatione *verſ. (ſi præterea)* ad quod facit doctrina *Ang. in l. 3. C. de veter. numiſmat. poteſt. lib. 11.* cuius lectura habetur apud *Bal.* & eius verba hæc ſunt, *ſed hic quæro, debeo ſoluere certā quantitatem pecuniæ*, ita in genere nō expreſſa certa ſpetie monetæ *an poſſim eligere in quā moneta velim ſoluere, dic, quod ſic de moneta currente*, & ita non habita ratione, an ſit deteriorata, ſed an currat, eiuſdem ſententiæ fuit *Caſt. in l. Paulus 99. ff. de ſolut. vbi nu. 4.* retento themate, quando promiſſæ ſunt centum libræ, ita in genere, ſi florenus minus valeat tēpore ſolutionis, quod poteſt contingere ob alterationem in bonitate, tam intrinſeca, quam extrinſeca, & ait *Caſt.* hanc diminutionem non eſſe attendendam, ſi mora non interuenit *Curt. sen. conſ. 24 ſub nu. 6. verſ. (accedit)* dicens, quod ſi ducenti floreni debeantur ſimpliciter, & non habita relatione ad certam pecuniā, quæ prius præſtita fuerit, ſufficit ſoluere de pecunia, quæ currit tempore ſolutionis, nec poteſt creditor prætendere damnum, cum certa ſpecies ei non deberetur: *Doctores modernos* allegaui in informatione, qui alios allegant ſequentes hos claſſicos; adeò vt de veritate huius dicti dubitari non poſſit, pro quo, quando non adeſſent authoritates,
3 ſufficeret ratio naturalis, nimirum, † quia non pōt in bonitate intrinſeca diminui id, quod nō eſt in obligatione, quia diminutio præſupponit habitū rei diminutæ *l. decem 116. ff. de verb. oblig. l. non poteſt videri 210. ff. de reg. iur. §. ſeruus Inſt. de capit. diminut.* ſed in obligatione nō continetur certa monetæ ſpecies, ergo nec eius diminutio poteſt conſiderari. Nec negotium facit, quod poſſit dici eſſe in obligatione monetā in genere ſubalterno .ſ. currentem tempore cōtractus; quia mentio monetę currentis non fuit facta, vt oſtenderetur de moneta tunc currente, tunc debuiſſe ſolutionem fieri, ſed vt æſtimaretur aureus ad libras ſex illius monetæ, quæ tunc currebat, quas libras emptor promittit ſoluere, non in moneta tunc currenti, ita vt promiſſio ſolutionis reſtricta eſſet ad monetam, quæ tempore contractus currebat Corrigij, ſed ſoluere promittit ſimpliciter in pecunia numerata, & nō in alia re, vt in inſtrumento videre eſt; nō eſt ergo in ſtipulatione, & obligatione ſoluendi certa moneta, nec in ſpecie, nec in genere ſubalterno, vt in dubijs ſupponitur; ſed pecunia numerata in genere. Et quando ēt in hoc inſtrumentū eſſet
4 dubiū (vt eſt clarum) obſeruantia † ſubſecuta per longiſſimum tempus, quo anteceſſoribus Excellentiſs. Principis ſemper ſoluta fuit pecunia currēs tempore ſolutionis cum abſolutionibus, oſtendit, intentionem partium fuiſſe, vt in obligatione, & ſolutione eſſet pecunia in genere, nō reſtricta ad certam ſpeciem, nec ad certū tempus *c. cum dilectus de conſuet. Bec. conſ. 96. nu. 14.* & in puncto *Gabr. conſ. 164. nu. 7. in verbi*, quod talis præſumitur obligatio, qualem oſtendunt ſolutiones ſubſequentes, & conſuetudo ſoluentis, ac recipientis, addens, quod ſi debitor conſueuerit ſoluere annuum debitum in moneta currenti, & ſecundum currentem æſtimationem, & creditor accipere, receptum eſt, vt poſſit in moneta currenti, & ſecundum æſtimationem currentem ſemper ſoluere, & ad id allegat authoritates *Rom. Imol. Aret. Curt. & aliorum, & Gabrielem* ſequitur *Rota in vna Forolinien. cenſus impreſſa inter recent. deciſ. 54. in fin. parte 2. & in vna Bononien. de Lambertinis 4. Maij 1620. in fine.*

Ea vero, quæ in facto dubia, & incerta reperiuntur, ſunt, quod non eſt probatum, monetam nunc currentem eſſe diminutam, imò vti ſubrogatam in locum prioris, credendum eſt, eſſe eiuſdem bonitatis, nec probatum eſt, ſolutionem factā fuiſſe de moneta diminuta; quod eſt funda-

da

damentum partis aduerſæ; non enim ſufficit di-
cere, quod ordinariè ita fiant ſolutiones, quia
cum moneta antiqua non ſit reprobata, nihil
repugnat, quod de ea potuerit ſolutio fieri, cum
de contrario non conſtet in inſtrumento abſo-
5 lutionis, ita ſuccedit illud vulgare non † probat
hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe *l. nõ hoc
C. vnde legit. l. neq; natales C. de probat. c. in præ-
ſentia de probat.* imo adeſt præſumptio fuiſſe ſo-
lutam pecuniam antiquam, cum fuerit facta
abſolutio ſine vlla reſeruatione; & quando e-
tiam conſtaret, monetam nunc currentem ſolu-
tam fuiſſe, nec iſtud fundaret intentionem par-
tis aduerſæ, quia poteſt ſolui habita proportio-
ne ad valorem, & bonitatem monetæ antiquæ,
& contrarium non probatur. Adeſt etiam in-
certitudo, quia in inſtrumento abſolutionis di-
citur, ſolutionem factã fuiſſe in auro, & argen-
to, quia monetæ aureæ non ſunt in bonitate in-
trinſeca diminutæ, ſed earum valor eſt auctus
ob diminutionem monetæ argenteæ (vt alias
ſcripſi) nihil poteſt prætendere Excellentiſs.
Princeps ratione auri, ſed rãtum ratione argen-
ti, quod cum non fuerit probatum quantum ſit,
6 remanet petitio prorſus incerta, & † proinde
nullo modo admittenda, iuxta notata in *l. edita
C. de edend.*

Et hæc ſit ad hoc dubiũ prima ſolutio, quòd
non eſt ad caſum noſtrum, in quo nec certa
ſpecies monetæ eſt in ſtipulatione, nec conſtat,
quę debeat eſſe emendatio ſolutionis iam factę
exiſtente petitione incerta, & non probata, &
doctrinæ, quæ allegantur fortè eſſent alicuius
conſiderationis, ſi nunc fieret ſolutio, ſed aliud
eſt, quãdo ſolutio eſt iam facta, & agitur de ea
emendãda, quia dicatur eam diminutè factam
fuiſſe.

Secundò reſoluitur hæc dubitatio ex *ſtatuto
Corrigy* ab ipſo Principe confirmato, quod ob
communem vtilitatem hominum terrę, & comi-
tatus Corrigij prohibet peti aliquod meliora-
mentum pecuniæ, excepto caſu dotis, quod ſta-
tutum derogat omnibus illis authoritatibus, quę
de iure communi fundant intentionem Excel-
lentiſs. Principis.

7 Neq; obſtant duæ reſponſiones, quæ dantur
in motiuis, quarum prima eſt, huiuſmodi ſtatu-
tum non ligare Principem eius conditorem, nec
eius ſucceſſorem *Alex. in l. 1. nu. 2. & 3. ff. quod
quiſque iur. Ruin. conſ. 83. nu. 4. in 5. Bardelon.*
8 *conſ. 89. nu. 5.* & † cum Principe innitus contra-
ctus claudicare poteſt, quemadmodum cum ec-
cleſia *Dec. in c. cum inter n. 11. extra de except.
Honded. conſ. 18. nu. 72. in 1.*

Huic reſponſioni varijs modis concludenter
9 replicatur, & prius, quod † quamuis videatur cõ-
munis opinio, ſtatutum non afficere Principem,
vel quia Princeps regulariter eſt ſolutus legibus,
vel quia nemo poteſt in ſuam perſonam ius di-
cere, vel quia in generali ſermone non conti-
netur perſona loquentis ſecundum *Doct. in
Rub. & l. vnic. ff. quod quiſq; iur. & in l. cæteræ
10 43. §. 1. ff. de leg. 1.* tamen † eſt opinio, quæ innitii-
tur debilibus fundamẽtis euerſis à *Rol. conſ. 86.
in 1. & à Vaſq. lib. 1. controuerſ. c. 45. ſub nu. 3.
& ſeqq.*

11 Secundo reſpondetur, dato, quod tale ſta-
tutum non afficeret Principem de rigore, eum
tamen afficit ex honeſtate, quod expreſsè col-
ligitur ex *l. digna vox C. de legibus*, dum dici-
tur, Principem eſſe ſolutum legibus, ſed profi-
teri viuere ſecundum leges, & *Bal. ibi nu. 3. in
fin.* notat, quod licet Epiſcopus non ligetur pro-
prio ſtatuto vi ſtatuti ex neceſſitate, tamen de-
bet illud ſeruare de honeſtate, idem ibi tenet
Salic. addens rationem, quia quod iuſtum credit
Princeps in alijs, & magis iuſtum credere debet
in ſua perſona *Sebaſt. Medic. de leg. & ſtatut. par-
te 4. q. 3. ad fin. ibi (rurſus ſi conſiderantur tan-
quam publica perſona)* à qua honeſtate non cre-
dimus iuſtiſſimum Principem velle recedere, &
permittere, vt meliorario pecuniæ ad tollendas
contentiones, quę ſuper hoc oriri poſſent ob cõe
commodum (vt ipſum ſtatutum dicit) non pe-
tatur, & ab eo petatur; imò quemadmodum
per hoc ſtatutum confirmatum (vt creditur)
à Principe ipſe abhominatur lites inter ſubdi-
tos ob monetarum alteratum valorem, magis
credendum eſt eas abhominari inter ſe, & ſub-
ditos ſuos, præſertim, cum ſemper, vel eius iuſſu,
vel tolerantia fiat hæc mutatio.

12 Tertio replicatur, Principem repreſentare
duplicem perſonam, dum enim gerit actum vti
Princeps, & de re ad Principatum pertinente,
vel ad ærarium ſuum publicum, & fiſcum, repre-
ſentat perſonam publicam Principis, & dum
gerit actum pertinẽtem ad patrimonium ſuum
priuatum, & repræſentat perſonam priuatam,
in primo caſu Princeps ſtatuto non ligatur, at in
altero caſu ligatur Princeps, vti quilibet priua-
tus, præſertim quia, & in eo contrahente vti pri-
uato viget eadem ratio publici commodi, quæ
13 enã viget in priuatis, ad † quod induco expreſ-
ſa dicta *Cin. in auth. quibuſcunque C. de ſacro-
ſanct. eccl.* dum quærit, an Epiſcopus excõmu-
nicans intrantes ſcolas, ſi ipſe intret ſit excõmu-
nicatus, & ſequendo *Petrum* tenet eſſe excõmu-
nicatum, & ligari ſua ſententia, quia vti priua-
tus ſcolas ingreditur hoc ipſum tenent, licet *Ci-
num* nõ allegent *Mich. de Graſs. com. opin. lib. 1.
c. 3.*

c.3.q.13. & *Burſat. conſ.189. nu. 52. in 2.*
14 Quarto etiam replicari poſſet, dicta in re-
ſponſione procedere, quãdo Princeps ipſe con-
traheret, nam in contrahendo, ſi loqueretur, ita
vt moneta poſſet recipere augmẽtum, illud prę-
tendere poſſet non obſtante ſtatuto, quod illum
non ligaret, ſed in caſu noſtro cõtractus innitus
fuit ab illis, qui vel non erant Principes Corri-
gij, vel Principatum actu non exercebant, & ſub
ſtatutis cõtinebantur, ſtatutumq; lõgiſſimo tem-
pore ſeruarunt, cum nunquam petierint aug-
15 mentum monetæ, & † ex eo, quod ſecutum eſt
conſtat, quod ab initio non habuerunt intentio-
nem petendi *§. pauonum Inſt. de rerum diuiſ.* &
antea dictum fuit, imo, qui ita contraxerunt,
vt ſolutiones fierent de moneta currenti, non
habita ratione augmenti, & in eorum locum
ſucceſſit nunc Excellẽtiſs. D. Princeps, vnde
conuenit, vt contractus reguletur ſecundum
cõditionem eorum, qui contraxerunt, quem-
16 admodum † etiam videmus, eccleſiam vtcun-
que priuilegiatam ſuccedẽtem priuato, vel ab
eo cauſam hàbentęm vti iure priuati in ea for-
ma, quam recepit res ipſa, dum erat apud pri-
uatum *Ang. conſ. 206. ad fin. verſ. (non obſtat,
quod tales) Belo. conſ. 40. nu. 1. Theſaur. deciſ.
234. nu. 8.*
17 Vltimo, nec omittendum eſt, quod ſi ſoli-
tum eſſet Excellẽtiſs. Principes Corrigij in adi-
piſcenda poſſeſſione ipſius terræ iurare ſerua-
re ſtatuta loci, virtute ipſius iuramenti, & quia
ſtatuta tunc tranſirent in contractum, teneren-
tur hoc ſtatutum ſeruare, & eo ligarentur, vt
notant *Doct. in l. digna vox C. de legi. Petr. Bel-
luga in ſpeculo Principum Rub. 9. nu. 1.* & ibi
18 *Borel. in 1. addit.* Et † ſi in facto probaretur Prin-
cipem, vel ejus anteceſſores in aliquo caſu ne-
gaſſe ſoluere augmentum monetę vi huius ſta-
tuti, tunc quia conſtaret voluiſſe ſtatutũ etiam
ſeruari in eorum perſonis, ex æquitate edicti,
quod quiſque iuris etiam tenerentur contra ſe
ipſos illud ſeruare, nec ſtatutum eſſet, quod
eos ligaret, ſed eſſet edictum prętoris in iure
communi inſertum.

His modis putarem replicari poſſe primę re-
ſponſioni fundatæ in hoc, quod ſtatuta non li-
gant Principem, & ſi quæ ſit ex his replicatio-
nibus, quæ ob diuerſitatem facti aliquid dubi-
tationis contineat, non ob id ſunt contemnẽdæ
aliæ replicationes habentes ſolidum fundamẽ-
tum de iure.

19 Altera eſt reſponſio ad hoc fundamentum
ſtatuti, quæ ex aduerſo affertur, quod à D. Prin-
cipe non eſt petita melioratio pecuniæ, ſed mo-
neta conuenta tempore contractus, vt videtur
poſſe peti non obſtante ſtatuto *Cagn. in d. l. 2. C.
de pact. inter empt. & vendit. nu. 216. verſ. (ideò
dicebam ſemel.*

Cui iam ſatisfactum eſt, quia probatum, non
fuiſſe conuentum de moneta in ſpecie, ſed de
20 pecunia in genere, & † quando etiam certa mo-
neta eſſet cõuenta, ex communi ſtylo valor poſ-
ſet ſolui in alia moneta, ſecundum doctrinam
Bart. communem *in l. Paulus ff. de ſolut. Ceph.
conſ. 31. nu. 8. in 1.* & ſi creditor peteret, vt de
currenti moneta ſolueretur ad rationem quanti
tempore ſolutionis æſtimaretur antiquã mone-
ta, hoc non eſſet aliud, quam petere augmẽtum
monetæ, & obſtaret ſtatutum, vt iam dictum eſt.
21 Et quia objicitur, augmentum à libris ſex ad
ſeptem inducere ſolitum inter partes conſide-
randi augmẽtum, quod dicitur induci ex vnico
actu *Aret. in §. ex nõ ſcripto nu. 39. Inſt. de iure
natur. gent. & ciuil. Roch. de Curt. de ſtatut. in
præfat. n. 32.* vnde data maiori deterioratione
monetæ eius eſt habenda ràtio iuxta ſolitum,
quod ſemper ſeruandum eſt *Ruger. conſ. 56. nu.
64. & 65. in 1.*

Neceſſe eſt pro reſpõſione dicere, hoc nihil
contrafacere, cum aliæ non reſtent ſatisfactio-
nes, quibus accõmodari poſſit hoc ſolitum; Et ſi
prætenditur pro parte aduerſa augmentum à
libris ſex ad ſeptem fuiſſe nimis exiguum, attẽta
deterioratione monetæ, deſtruitur iſte actus, in
quo fundatur iſtud ſolitum, & res reducitur ad
caſum, quo nulla ſatisfactio, & liberatio eſſet fa-
cta, & ita ſemper obſtant iam dicta, quod non
eſt debita certa ſpecies monetæ, quod non eſt
probatum, ſolutionem fuiſſe factam in moneta
deteriorata, & quod prætenſo augmento obſtat
allegatum ſtatutum.

Nouiſſimè, quia prætenſioni augmenti vltrà
prædicta etiam valde obſtat liberatio (vt pluri-
bus authoritatibus in alia informatione pro-
baui) contra hoc in motiuis allegatur error,
qui dicitur ſatis conſtare ex eo, quod pro mone-
ta veteri eſt ſoluta noua, quam notorium eſt eſſe
veteri deteriorem, & præſertim accedente mi-
nori ætate Excellentiſs. Principis, & iuramento
ſuſcepto, quod nunquã viderit inſtrumentũ con-
tinens debitum, ex quibus deducitur remanere
liberationem ſine conſenſu, & eam non nocere,
quando conſtat debitum non fuiſſe integraliter
ſolutum; pluraq; adducuntur ad probationem
harum propoſitionũ, quibus opportunè inferius
reſpondebitur.
22 Sed, & hoc parum obſtat, quia error in eo, qui
deliberatè accedit ad liberationem, habita re-
latione ad inſtrumentum continens debitum
non pręſumitur *l. ſi poſt diuiſionem ibi (oſtende*

igi-

igitur)C.de iur.& fact.ignorant. Bal in l.quicun-
23 *que nu.2.C.de ſeru.fugit.* & † clarè ab allegante probandus eſt *d. l.ſi poſt diuiſionem*, ita vt perſuadeatur, quod ſi non fuiſſet talis error, non fuiſſet factus actus *Bald.in l.Imperator 1.nu.19. ff de ſtat. hom. Rota in vna Rom. prætenſa reſciſſionis cõtractus coram D.Orano 20. Febr.1595.* quæ reperitur *in 4. par. diuerſ.& in vna Ariminenſ. Caſtrorum 23. Ianuarij 1591. apud Illuſtriſ. Seraphin.deciſ 931.in fine*, vbi quod probari debet error oſtendendo rem aliter ſe habere, & ſunt ad hoc vulgares tex. *in l. de ætate §. fin. ff.de interrogat.act. & in l.cũ de indebito §.1. ff. de probat. & in eadem cauſa 8. Martij 1591. apud eundem Seraphin.deciſ.940.* De errore autem non poteſt dici cõſtare in caſu noſtro, prius, quia vere oſtendi nõ poteſt debitam fuiſſe monetam veterem, quia, vt antea dixi, hoc non cõtinetur in inſtrumento venditionis, & ita ex hoc nõ poteſt detegi error, nec ex eo, quod moneta noua fuerit ſoluta pro veteri, quia hoc non eſt probatum, vt nec probatum eſt, monetam nouã fuiſſe deterioratam, imò quatenus D. Princeps confitetur recepiſſe ſolutionem pro parte in auro, & moneta aurea non reperitur diminuta, non poteſt dici error abſolutè probatus: nec probatur eo, quod Dom. Princeps iurauerit non vidiſſe inſtrumentũ continens debitum, hæc enim nõ eſt probatio concludens, quia potuit cõmittere agentibus ſuis, vt illud viderent, & referent, & à communiter contingentibus, ita apud Principes moribus receptum eſt, cumq; inſtrumentum liberationis habeat relationem ad inſtrumentum debiti, nemini perſuaderi poteſt ignorantia tenoris inſtrumenti continentis debitum, maximè, quia, vt in dubijs enunciatur, D.
24 Princeps iam factus erat maior, & † licet fuerit nouus ſucceſſor in ius alterius, non poteſt præſumi ignorantia illius actus, de quo conſtat notitiã habuiſſe, & ſatis eſt, quod potuit notitiam habere, cum apud ſe inſtrumentum haberet *Cagn.in l. qui in alterius nu. 2. in fine ff.de reg. iur. poſt*
25 *Aret.in conſ.12.* & † non procedit d.reg. *l.qui in alterius*, quando ſuccedens in rem alterius ageret, & tractaret de lucro, vt ibi *Dec.nu.4.& 5.& Cagn.nu.12.& 13* ſed in propoſito caſu D. Princeps eſt actor, & dum vult recipere monetam, ſecũdum eius ordinarium valorem habita proportione ad antiquum valorem, verè lucratur, quia recipit ſcutum ad maiorem valorem ..., quam ad libras ſex, vt conuentum fuit in inſtrumento. ...
26 ... Nec obſtat, quod errare videatur, qui pro moneta veteri recipit nouam *Bal.in l. qua ſideicõmiſſum 81.ff.de leg.2.* quem ſequitur *Guid.Pap. ſingul.990.* quem allegat *Ariſm.Tepat.var.iur. ſentent.lib.1.tit.de augment.valor.aurei in fine.*
27 Quia † *Bal.* non dicit conſtare de errore ex eo, quod quis pro moneta veteri recipit nouam, ſed tantum dicit, quod qui per errorem iuris pro veteri pecunia recipit nouam ſibi non præiudicat, & ita etiam eum refert *Guid. Pap.* ſupponit ergo *Bal.* quod conſtet, receptionem fuiſſe factam per errorem iuris, & ita, ꝙ probetur error, non quod de eo conſtet, cum primum quis pro veteri recipit nouam pecuniam: Pariter, & *Caſt.conſ. 377.nu. 2. in 2* reſpondet, quietantiam, & ſinẽ non præiudicare ſuppoſito errore iuris, de quo non dubitatur, vt hic; ait enim Caſtr. *quietantia facta per iſtas filias, cum ſit facta per errorem iuris non habet eis nocere*, & † ex his ſequitur, vt ſolidum ſit fundamentum deductum ex ſcriptis à *Farinac. conſ. 7.* cui in motiuis non reſpondetur, niſi, quod ipſe loquitur, quãdo error ex cõiecturis deduceretur, & in caſu noſtro dicitur deduci ex clara ꝓbatione .ſ. quia moneta noua eſt recepta pro veteri, & quia petẽs ſucceſſit in ius alterius: his.n.cõſiderationibus iam concludenter eſt reſponſum, & dictum *Farinac.* nõ innititur ſuæ authoritati, ſed *Dec.* & aliorũ, quos alle-
29 gat, qui videri poſſunt: Nec † huic dicto *Farinac.* obſtat conſ. *Louan. nu. 70.* quia procedit, quando de veritate conſtaret in contrariũ, conferendo debitum cum eo, quod ſolutum eſt, in caſu enim illius *conſilij* erat debita certa ſpecies monetæ, & conſtabat augmentum debitũ fuiſſe, vnde iſtud *conſilium* ſupponit conſtare debe-
30 re de errore, vt etiam vult *Farinac.* & † non eſt vis facienda in eo, quod *conſilium Louanienſe* ſubiungat, præſumi errorem, quando quis contraxit per aliam perſonam, quia ad hoc illud conſilium nihil allegat, vt facit in pluribus alijs propoſitionibus, præterquam quod in caſu noſtro D. Princeps non fecit finem per alios, ſed mediante ſua perſona, licet fortè fuerit à iuriſconſultis informatus iuridicè, & ex veritate, nec probatur, quod crediderit aſſertioni partis, vt ſupponitur in motiuis, imò contrariantur hæc, quod per alios negotium geſſerit, & quod parti crediderit.

31 Nec obſtat, quod alias Zuchardus locupletaretur cum iactura alterius, quod leges abhorrent, vt proſequitur *d. conſ. Louan.nu.72.* quia hæc conſideratio petit principia; ſupponit enim conſtare de læſione, & nos dicimus factum eſſe quietationi, donec de errore concludenter doceatur, ex quo poſtea deducitur læſio.

Ad ea verò, quæ dicunt latè de clauſula *ſponte, & non per errorem*, opus non eſt reſpondere, quia ſufficit dicere, per illam clauſulam fieri, vt con-

magis concludenter ſit probādus error, qui ſtā-
te dicta clauſula non præſumitur, vt aliàs pro-
batum eſt. Etiam † dici poteſt clauſulam, quæ
ex communi ſtylo omnium notariorū ſolet ap-
poni, operari, ſecus in ea, quę ſolet apponi ex ſty-
lo particulari alicuius notarij, ita declarat do-
ctrinam *Bart. in l. 1. ff. de iure codicil. Barbat. in
c. quod translationem nu. 26. de offic. delegat. &
in conſ. 6. in fine in 3.*

His ſublatum eſt fundamentum, in quo con-
ſiſtit motiuum, quod qui ſoluit de moneta dete-
riori, minus ſoluit. Primò, quod non conſtat de
deterioratione monetæ, nec quod fuerit facta
ſolutio de moneta deteriorata. Secundò, quod
non procedit, quando pecunia in genere eſt in
obligatione, vt hic, ſed quando in obligatione
eſt certa ſpecies monetæ. Tertiò, quia funda-
mento reſiſtit ſtatutum, quod etiam in caſu no-
ſtro afficit Principem de iure, & de honeſtate.
Quartò, quia procederet d. fundamentū, quan-
do nunc tractaretur de ſolutione facienda, & nō
quando iam facta eſt ſolutio, & obtenta libera-
tio, & ſatisfactum credo omnibus, de quibus in
motiuis dubitatur, & præſertim ad aliqua dicta
conſilij Louan. cui etiam plenius ſatisfactum eſt
in priori informatione, quæ motiua omnia opi-
nor eſſe ſumpta ex informatione partis aduer-
ſæ fortè reſponſiua ad meam.

Sed remanent duo, quæ pro nobis faciunt,
quibus pars aduerſa fortè non reſpondet: Pri-
33 mum eſt, quod † creditur probatum per trigin-
ta, quadraginta annos, & vltra, quod Zuchardi
ſoluerunt anteceſſoribus ipſius D. Principis de
moneta currenti tempore ſolutionis, non habi-
ta ratione, quod fuerit deteriorata, nec qualis
fuerit moneta ipſis recipientibus, & non recla-
mantibus, ex quo ſequitur, vt præſcriptione iam
completa in perſona dictorum anteceſſorum ſit
Zuchardo acquiſitum ius ſoluendi de moneta
currenti, non habita conſideratione ad deterio-
rationem, quemadmodum antea factum fuit,
ad quod facit conſilium *Aret.* 112. quod eſt no-
tabile in materia monetarū, & alij allegantur in
informatione, quam DD. Aduocati doctè for-
marūt pro D. Zuchardo, & præſertim, quia cum
in inſtrumento venditionis non ſit præcisè actū,
vt fiat ſolutio de moneta tunc currenti, ſed vt
fiat in pecunia, & venditores ſemper ita recepe-
runt, erant Zuchardi in bona fide, & probabili
credulitate, quod ſolutio eſſet tali modo im-
plenda.

Nec obſtat, quod *Bal. in d. l. qua fideicommiſ-*
34 *ſum ff. de leg. 2.* contra videatur ſentire, quia ipſe
non loquitur, quando longiſſimo tempore mo-
neta noua eſſet ſoluta pro veteri, ſed tantum,
quando ita ſolutum eſſet longo tempore, & lo-
quitur in caſu, in quo ſoluens non poterat eſſe in
bona fide, quia ſupponit, quod de iure conſta-
ret, veterem monetam deberi.

35 Alterum fundamentum non ſpernendum,
cui non inueni cōtradictorem, eſt, quod cum ex
facto, vel permiſſione anteceſſorum Excellētiſs.
Principis fuerit deterior reddita moneta, &
non obſtante deterioratione tolerata in eodem
valore, nō poteſt Princeps recuſare eam recipe-
re iuxta valorem ab eo, vel ſuis anteceſſoribus
impoſitum, vel toleratum: nec aliquis, cui nota
fuit integritas conſcientiæ, & iuſtitia Excellen-
tiſs. D. Camilli patris Excellētiſs. Principis mo-
36 derni (vt mihi nota fuit, quando † coram me vti
tertio Arbitro agebatur cauſa inter Sereniſs.
Vincētium Ducem Mantuæ, & Suam Excellen-
tiam ſuper teſtamento Illuſtriſs. atq; Excellētiſs.
D. Fabricij Auſtriaci de Corrigio) perſuaderi
poterit, quod quando veſtigia aliorum Princi-
pum ſequēdo diminuit bonitatem intrinſecam
monetæ habuerit intentionem non recipiendi
à ſubditis ſuis monetam iuxta valorem impoſi-
tum, & idem credendum de Excellentiſs. Prin-
cipe, qui veſtigia paterna ſectatur, ad hoc ego
allegaui authoritates hoc in verbis dicētes, quę
videri poſſunt, quibus etiam addi poteſt *Ant.
Gabr. de ſolut. concluſ. 1. in fine*, & ita indubitati
iuris eſſe cenſeo. *anno* 1617.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

In cōcurſu creditorum plurium negotiationum
an, & quando creditores vnius negotiatio-
nis præferantur cæteris, in bonis eiuſdem ne-
gotiationis.

SVMMARIVM.

1 *QVando vnius mercatoris plures ſunt nego-
tiationes, vel plures Stationes eiuſdem
negotiationis, creditores eiuſdem negotiatio-
nis, vel Stationis in illa admittuntur ad ſatiſ-
factionem ante alios & nu.* 15.

Rationes afferuntur nu. 4. *&* 10.

Contrarium tenuere Cuman. & Vbald. *nu.* 7.

Rationibus, de quibus nu. 5. 7. *&* 8.

Quibus reſpondetur nu. 9.

*Dicta prælatio creditorum procedit non ſolum in
mercibus, ſed etiam in ſtabilibus exiſtentibus
in loco negotiationis, vel ſtationis nu.* 2.

*Et etiam procedit, quando negotiationes ſunt in
diuerſis prouincijs nu.* 14.

Quamuis contrarium tenuerit Caſtr. *nu.* 13.

Hæc

Hac tamen prælatio non habet locum, quando mercator facit ſolam negotiationem, & aliqui credunt negotiationi, alij ſimpliciter perſonæ num. 16.

Præſertim, quando pecunia habita ab eo, qui credidit perſonæ, conuerſa ſunt in commodum negotiationis nu. 17.

Et licet, quando vna negotiatio cantat ſub eodem nomine in diuerſis locis vnus ex ſocijs dicatur alterius inſtitor nu. 11.

Id tamen intelligitur ad hoc, vt omnes ſocij teneantur inſolidum, non vt confundantur creditores vnius ſtationis cum alijs nu. 12.

Facta tamen ſolutione creditoribus eiuſdem negotiationis, de reliquo debet cæteris ſatisfieri nu. 6. & 12.

Separatio verò negotiorum arguitur ex libris, & computis diuerſis nu. 3.

5 *Aes alienum reſpicit totum patrimonium.*

8 *Sine lege aliquid non affirmandum.*

28 *Creditores chirographarij concurrunt per as, & libram.*

29 *Compenſatio eſt ſolutio.*

RESPONSVM LXXXVIII.

Auſpice Chriſto.

1 REſpondẽdo, iuxta ea, quæ proponuntur, opinor caſum concurſus creditorum DD. de Luchinis deciſum eſſe apud *Vlp. in l. procuratoris §. ſi plures verſ. (ſed ſi duas tabernas) ff. de tributor. act.* & id ſentiunt *Bar. Bal. & Fulgoſ.* ſummantes illum *tex.* quod quando ſunt eiuſdem mercatoris plures negotiationes, vel vna negotiatio, & eius plures ſtationes, vel tabernæ, vt in caſu noſtro, vna non fit creditorum contributio, ſed plures, & *Salic.* ſummat, ꝙ creditores vnius ſtationis non vocãtur in tributũ cum creditoribus alterius ſtationis, vt hic creditores Bononię, Colonię, & Antuerpię in diſtinctis libris proprijs cuiuſq; ſtationis deſcripti sũt *Paul* cęteris clarius loquitur dicens, ꝙ ſi mercator habebat traficũ, vel apothecã in diuerſis locis, puta Florẽtiæ, Romæ, & Bononię, creditores, qui contraxerunt Romæ, non poſſunt venire Florentiam, & petere de bonis ibi exiſtentibus, niſi prius ſatisfactum ſit plenè omnibus creditoribus, qui contraxerunt Florentiæ, & vltra commentatores huius §. 1. per eũ idem tenent *Rom. ſing. 575. Ang. Aret. in §. introduxit ſub nu. 3. verſ. (ad vnum tamen) Inſt, quod cum eo Aſin. de execut. §. 7. c. 42. fol. 177. Straccha de decoct. à nu. 20. ad 25. Paul. in l. ſi fideicõmiſſum §. tractatum nu. 2. & 3. ff. de iudic. & in conſ. 285. col. 2. ibi (creditores autem) in primo Decian. conſ. 100. à nu. 29. ad 35. in 2. Ma-*

2 *gon. deciſ. Lucenſ. 1. nu. 5. & ſequent.* & † id procedit, nedum in mercibus, & rebus ad negotiationem pertinentibus, ſed etiam in ſtabilibus *l. ſi procuratoris § ſi propter mercẽ ff. de tributoria act. Aſin. d. c. 42. ad fin. verſ. (ampliatur)* qui, vltra prædictam *tex.* allegat in ſimili ſcripta ab *Alex. conſ. 21. verſ. (rurſus alio capite) in 6.* Et

3 tãto magis id procedit, quia, vt audio, vnaquæq; ſtatio, & apotheca habebat proprios libros, & particularia computa, ex quibus arguitur ſeparatio negotiationum *Anchar. conſ. 400. num. 2.* & nõ eſt dubium, quod creditores cuiuſcunque prouincię erunt deſcripti in libro ſtationis illius prouincię, & non in libris aliarum ſtationum ergo ob dictã ſeparationẽ cõuenit, vt quilibet creditor exerceat creditum ſuum in eo loco, in quo extat ſtatio, & taberna, in qua ſunt deſcripti creditores, & bene ad hoc propoſitum conferunt ſcripta a *Paul. d. conſ. 285. in 1. Magon. d. deciſ.*

4 *Lucenſ. 1. num. 6. & 7.* intelliguntur † enim tales creditores potius mercibus, quam mercatoribus credere *Anchar. conſ. 332 num. 4. & 5.*

5 Et quamuis dici ſoleat æs alienum reſpicere totum patrimonium *l. ſi fideicommiſſum §. tractatum ff. de iudic.* ita vt videretur dicendum, quod cum fratres de Luchinis eſſent in communione, ita vt eorum eſſet vnum patrimonium quod æs alienum forenſibus debitum etiam ſoluendum eſſet ex bonis Bononię conſtituentibus partem

6 eiuſdem patrimonij: Tamen † non ideo magis admittitur concurſus, ſed intelligitur, quòd ſi poſtquam ſatisfactum eſt creditoribus Bononienſibus aliquid ſupereſt ex bonis Bononiæ, vt ex eo ſit etiam forenſibus ſatisfaciendum, ſentit *Alberic. in d. §. tractatum ibi (iſte habebat)* & declarat ſatis latè *Magon. d. deciſ. Lucenſ. 1, nu. 9. cum ſeq. vſq; ad 13.*

7 Nec obſtat, quod *Cum. conſ. 172. nu. 1.* teneat *d. l. procuratoris § ſi plures ff. de tributor. act.* non procedere, quando cum libero homine eſt contractum, quia (vt iam dictum eſt) æs alienum reſpiciat totum patrimoniũ: quia inter priuilegia creditorum, de quibus in *tit. de priuileg. cred.* hoc non reperitur, & tertio, quia in titulo *de ſeparationibus* nihil de hac ſeparatione dicatur, ita

8 vt ſine lege id non ſit temerè affirmandum *l. illam C. de collat.* quem ex profeſſo ſequitur *Pet. de Vbald. in tract. de duobus frat. parte 9. num. 7. vſq; ad fin.*

9 Nam reſpondetur contra *Cum. & Vbald.* eſſe communem opinionem, vt per addentes ad d. *ſingul. Rom. 575. & Magon. d. deciſ. Lucenſ. 1. ſub n. 17.*

Digitized by Google

nu.7.verſ.(nec obſtat) & earum rationes parum vrgere, nam ad primam, quod æs alienum reſpiciat totũ patrimonium iam reſponſum eſt. Ad
10 ſecundā dicitur, id non eſſe ex priuilegio, ſed ex ęquitate, de qua in *d.§. ſi plures .ſ.* ne ex alterius re, merceue, alij indemnes fiant, & alij damnum ſentiāt, & ēt, quia æs alienũ cuiuſcunq; ſtationis eſt illius particulare onus, ideo de bonis eiuſdē ſtationis ſoluendum: Tandem, nec alia eſt quærenda ſeparatio bonorum ex iure communi, cũ ea ſit facta à partibus, dum diſtinctas in diuerſis locis conſtituerunt ſtationes, & tabernas, & diuerſos computorum libros tenuerunt.

11 Minus obſtat, ſi diceretur, ꝙ cũ tota negotiatio cātaret ſub eodem nomine hæredum Philippi Luchini, licet eſſet in diuerſis locis, vnus ex ſocijs dicitur alterius inſtitor *Paul. in l.1. §. fin. nu. 2 ff. de exercitor. act. Dec. in l. eius, qui in prouinciam §. fin. nu. 11 ff. ſi cert. pet. Ronchegal. ad l. eādem in princ. num. 195. ff. de duobus reis*, quaſi quod propterea, qui Antuerpiæ, vel Coloniæ contraxerunt, videantur contraxiſſe cum prępoſitis in eis locis, vti inſtitoribus Vincentij, & Hieronymi Bononiæ commorantium.

12 Si quidem reſpondetur, id procedere ad effectum, vt quilibet ſocius teneatur inſolidum, ita citati *Doct.* loquuntur non verò, vt confundantur creditores vnius ſtationis cum alijs, ex quo reſultat hoc commodum creditoribus forenſibus, quod ſi eis nullo modo ſatisfieri poſſet ex mercibus ſtationis, cui crediderunt, poſſit ſatisfieri ex mercibus Bononiæ, non quidem pro parte, quam in ſocietate habebant illi de Luchinis, cũ quibus contraxerunt, ſed inſolidum; tamen poſt ſatisfactionem eorum, qui ſtationi Bononienſi crediderunt.

13 Tandem, nec puto obſtare, ſi diceretur *tex.* in *d. §. plures* loqui, quando vel adſunt diuerſæ negotiationes, vel eiuſdem diuerſæ ſtationes, ſed in eadem ciuitate, vel ſecundum *Paul.* quādo in diuerſis ciuitatibus, & hic ſunt eiuſdem negotiationis diuerſæ ſtationes in diuerſis prouincijs.

14 Nam egregiè reſpondet *Decian. d. conſ. 109. in 2.* pluribus probans dictum in diuerſis ciuitatibus, etiam procedere in diuerſis prouincijs: Imò, & fortius id procedere debet, quia, cum lōgius diſtet vna ꝓuincia ab altera, atq; diſtet vna ciuitas ab altera, difficilius eſt credere, quod cōtrahentes in vna prouincia voluerint ſequi fidē aliorum alterius prouinciæ ob difficiliorem notitiam geſtorum, quam quod creditores vnius ciuitatis voluerint ſequi fidem aliorum alterius ciuitatis: Prętereà quicquid dicat *Paul.* exemplificando, & quicquid particulariter dicat *Iuriſcōſ. Bar. Bal. & Salic. ex d. §. ſi plures* notant, quod quādo vnius negotiationis ſunt plures ſtationes, non diſtinguendo, an ſint eiuſdem ciuitatis, vel diuerſarum ciuitatum, vel prouinciarum, ſed tantum faciendo vim in diuerſitate ſtationum, quod non ſit creditorum contributio.

His concludo in ſtatu Luchini creditores, qui ſtationi Bononienſi crediderunt Bononiēſes, vel Forenſes pręferendos in ſolutione illis, qui crediderunt alijs ſtationibus quicunq; illi fuerint, ſ. Bononienſes, vel forenſes. *anno 1607.*

Præſtantiſs. Domine.

15 VEra, & communis eſt opinio, creditores vnius negotiationis in ea anteponi creditoribus aliarum negotiationum, ita vt prius illis ſit ex illa negotiatione ſatisfaciendum, nec cum illis alios creditores concurrere *Paul. in l. fideicommiſſum §. tractatum nu. 2. & 3. ff. de iudic. Rom. ſing. 575. Decian. conſ. 109. nu. 29. in 2. Stracha de decoct. parte vlt. nu. 20. Magon.* qui alios allegat *deciſ. Lucenſ. 1.* & ego ſuperioribus diebus ſcripſi pro creditoribus Bononienſibus Luchini contra forenſes.

16 Sed iſtæ doctrinæ procedunt in eo, qui facit plures negotiationes, & aliqui creditores credunt vni negotiationi, & alij alteri, tunc non fit confuſio creditorum, ſed quiſque eorum præfertur in ſua negotiatione, & ante alios ei eſt ſatisfaciendum, ſed quando debitor vnam tantum exercet negotiationem, & ſunt aliqui, qui credunt negotiationi, & alij, qui ſimpliciter credunt perſonę nō alicui negotiationi, tunc hi creditores, qui perſonæ crediderũt concurrũt cum creditoribus cuiuſcũq; negotiationis, quia credendo ſimpliciter perſonæ credere dicuntur toto patrimonio, quod loco non circumſcribitur *l. hinc quæritur §. 1. ff. de pecul. & l. ſi ex duobus in fine princ. ff. eod. & d. l. fideicommiſſum §. tractatum ff. de iudic. Paul.* in puncto *conſ. 285. col. pen. verſ. (Nec obſtat, quod ſupra) in 2.* optimè *Aſin.* vidend. *de execut. §. 7. c. 42. ſub num. 2. verſ. (ſi vero quiſpiam)* & iſte mihi videtur eſſe caſus noſter, quia creditores crediderunt bancho, ideò ſunt deſcripti creditores in libris banchi, ſed Auantius credidit perſonæ, ideo habet priuatum chirographum ab ea ſubſcriptum; poterit igitur concurrere cum creditoribus banchi.

17 Et vbi poſtea probaretur, pecunias receptas ab Auantio conuerſas fuiſſe ad commodum banchi, quemadmodum etiam fortè præſumeretur, ſi D. Segha aliam occaſionem expendēdi non habebat, nec aliam negotiationem præ-

ter

terbācum, res haberet minorem difficultatem *Aurel. d. conſ. 28 ſub. verſ. (nouiter autē) in 1.* Et ſi datur concurſus Auantij, ſequitur eũ ā, vt compenſare poſſit, credo tamen, quod non poſſit compenſare, niſi pro rata crediti; quãdo

18 exigeret, ſi non compenſaret, quia cum ſit creditor chirographarius, debet concurrere cum alijs in tributum per æs, & librã, nec aliter põt exigere integrũ eius creditũ, niſi quatenus patrimonium ſit ſoluendo omnibus creditoribus chirographarijs *not. in l. priuilegia ff. de priuileg. credit. Bal. conſ. 432. ſub nu. 1. verſ. (ſi autem bono) in 1. Straccha de decoct. parte vlt. nu. 16.* & eſt vulgatum, & notum omnibus. Et ita neceſſarium, vt in plus poſſit cõpenſare,

19 quam poſſit exigere, quia quemadmodum cõpenſatio ex parte Auãtij eſt ſolutio ficta *l. ſi debitor ff. qui pot. in pign. hab. l. ſi peculiũ §. 1. ff. de ſtat. lib. Bar. in l. amplius non pet. per illum tex. pauta autem 8 ff rem rat. hab. Surd. conſ. 82. n. 4. in 1.* ita in quantum ei compenſatur eſt ficta ſolutio ei facta; quemadmodum igitur veram ſolutionem Auantius recipere non poteſt integram, ſed pro rata cum cæteris creditoribus, ita nec integraliter cõpenſabit, ſed tantum pro rata reſiduum debitũ ſoluere tenebitur ad commodum ſtatus creditorũ, alias ſequeretur, quod maius commodum ſentiret ex ficta, quã ex vera ſolutione, & exactione, quod minime dicendum eſt.

Hæc in hoc puncto eſt ſententia mea, ſaluo tamen iudicio cuiuslibet rectius ſentientis.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

In arrogatione puberis verum requiratur cauſæ cognitio.

Et nunquid in ea cognoſcendum ſit, an arrogator filios habeat.

SVMMARIVM.

2 P*ubes de iure antiquo arrogari poterat, impubes verò non.*

5 *Principium legis, quam legem declarat.*

7 *In arrogatione requiritur cauſa cognitio, & num. 8.*

Et decretum Iudicis nu. 6.

Præſertim in arrogatione impuberum nu. 1.

Non verò in arrogatione puberum nu. 1. & 3.

Sed contrarium eſt verius nu. 4. & ſeqq.

9 *Intellectus* §. cum autem Inſt. de adop. *& n. 10.*

10 *Arrogatio non eſt paſſim permittenda, ſed ſolũ concurrentibus illis, de quibus in* l. ſi pater fa.

11 *milias* §. fin. & in l. nec ei ff. de adopt.

12 *Argumentum à contrario ſenſu non deſumitur ex dictis Doctorum.*

13 *In arrogatione puberum, eſt cognoſcendũ, nunquid arrogator filios habeat.*

Intellectus §. eorum l. nec ei ff. de adopt. *d. n. 13. & ſeqq.*

14 *Vbi viget eadem ratio, ibi debet vigere eadem iuris diſpoſitio.*

15 *DD. referentes cauſas arrogationis.*

16 Bald. & Angel. in l. arrogationes C. de adopt. *quomodo intelligantur.*

17 Alberic. in d. §. eorum *quomodo intelligatur.*

RESPONSVM LXXXIX.

Auſpice Chriſto.

Duas difficultates continet hæc, quæ à me pro veritate petita eſt cõſultatio, vna, an in arrogatione puberum aliqua cauſę cognitio requiratur: Altera, an in ea ſit cognoſcendum, nunquid arrogator filios habeat, vel ne; quæ difficultates paucis reſolui poſſunt, cum de illis (ſententia mea) extẽt textus ſatis aperti.

1 Quoad primam, videtetur prima conſideratione dicẽdum, in arrogatione puberum ſufficere quærere de voluntate arrogatoris, & arrogati, & nullam præterea cognitionem requiri, ad quod facere videtur tex. §. *cũ autem Inſt. de adopt.* dum dicitur *cum autem impubes per principale reſcriptum arrogatur cauſa cognita arrogatio fieri permittitur* verba, quę inſinuant, tunc cauſæ cognitionem interuenire, cũ impubes arrogatur, ergo non quando pubes.

2 Videturq; id ratione perſuaderi poſſe, quia antiquo tẽpore pubes arrogari poterat, impubes verò nequaquã; ſed poſtea conceſſum fuit etiam impuberem poſſe arrogari, vt teſtis eſt *Theophil. in Inſt. de adopt. §. cum autem*, ex quo credendum eſt, cognitionem cauſæ duntaxat neceſſariam eſſe in impubere, qui non poterat arrogari, quaſi quod dicta permiſſio, vt correctoria prioris iuris reſtringatur; nõ autẽ neceſſaria eſſe in eo, qui paſſim arrogatur, quemadmodum, & olim arrogabatur.

3 Et etiã id authoritate probatur, nam *Ang. Aret. in d. §. cum autẽ 2. notab.* tenet, quod alias arrogatio fit ſimpliciter ex reſcripto Principis requiſita partium voluntate, tamen quando fit de impubere requiri cauſæ cognitionem, ita ſentire videtur cognitionem neceſſariam tãtũ eſſe in arrogatione impuberis, & ibi idẽ tenẽt

moderni Ulranio, Mant. Mynſing. Bergelend. Oinotbom. & Gantiũcula, & videtur fuiſſe ex mẽte *Azon. ſumma C. de adopt. ſub nu.* 3. Idem ſentit *Gabr. conſ.* 22. *ſub nu.* 25. *in* 1. dum ait, arrogationem impuberis nõ valere ſine cauſę cognitione, contrariũ ergo ſentit in arrogatione puberis, allegat *Gulielm. Benedict. in c. Raynutius de teſtam. in verſ.* (*& uxorem*) qui in materia ſucceſſionis ab inteſtato *n.* 171. ait, Principem facile concedere arrogationẽ in adulto, ſed in impubere adhibendam eſſe pleniſſimã cauſę cognitionem.

4 Sed his non obſtantibus probabiliorem eſſe puto opinionem, vt & in arrogatione puberũ cauſæ cognitio ſit neceſſaria, ad quod puto bene facere *tex. in l. ſi paterfamilias* §. *in arrogationibus ff. de adopt.* vbi dicitur, in arrogationibus cognitionem verti, & cũ *tex.* ſimpliciter de arrogationibus loquatur, intelligendus eſt, de quacumque arrogatione ad vulg. regulam *l.* 1. *in princ. ff. de leg. præſtand. & l. de pretio ff. de*
5 *public. in rem act.* Prætereat certum eſt, principiũ legis totã legẽ declarare *l. regula* §. *fin. ibi* (*nam initium conſtitutionis generale eſt &c.*) & in *princ. illius legis* .*C.* manifeſtè loquitur de arrogatione puberum, cum dicat arrogato patrefamilias ipſum vna cũ liberis ſuis trãſire ſub poteſtate patris arrogatoris, quod non poteſt procedere, niſi in adulto arrogato, qui ſolus liberos habere poteſt.

6 Ratione etiã id ſuadetur, quia in arrogatione decretũ neceſſariũ eſſe firmat *Bald. in l.* 1. *ſub num.* 1. *C. de iure aureorum annul.* & loquitur generaliter de arrogatione, quem ſequitur *Simoncel. de decret. in præfat. nu.* 109. enumerat enim caſus, in quibus neceſſarium eſt decretũ, & in 29. *caſu* ait, id procedere in arrogatione, quãdo quis authoritate Principis vult arrogare eum, qui eſt ſui iuris, & non ſe reſtringit ad ar-
7 rogationẽ impuberis, ſed † quando neceſſariũ eſt decretũ, etiam requiritur cauſæ cognitio, vt eſt apertus *tex. in l. nec quicquã* §. *vbi decretũ ff. de offic. procõſ.* ergo eadem cognitio indiſtinctè erit in arrogatione neceſſaria.

8 Ita, & tenẽt plures ex *Doct.* firmantibus generaliter, expediri arrogationẽ cum cognitione cauſæ, prȩſertim *Corn. conſ.* 34. *in* 1. *Pariſ. conſ.* 29. *nu.* 35. *in* 2. *Porc. Imol. conſ.* 105. *nu.* 19. & cõtra *Aret.* manifeſtè id tenet *Aldobrãd. in d.* §. *cum autẽ nu.* 4. & optimè *Gabr.* videndus *conſ.* 23. *per totum in* 1.

9 Contraria autem nullo modo obſtant, nam ad §. *cum autem* reſpondetur, ibi decidi, quod quando impubes arrogatur exquirẽda eſt cauſa, ob quam arrogatur, an honeſta ſit, expediatque pupillo, ex quo ſequitur, vt quando arrogatur pubes, non quęratur de meritis cauſæ, ob quam ſit arrogatio; non autem abſolutè negatur, nullam eſſe cauſę cognitionem, non cauſæ, ob quam ſit arrogatio, ſed cauſę .i. ipſius arro-
10 ogationis, quod non† paſſim ſit permittenda, ſed concurrentibus illis, de quibus in *d. l. ſi paterfamilias* §. *fin. & in l. nec ei ff. de adopt.*

Secunda ratio, nec ipſa obſtat, concludit enim, maiorẽ cauſæ cognitionem requiri in impuberibus, quippe qui iure antiquo nullo modo arrogari poterant, & in adultis minorem, & nõ ita exquiſitam cauſæ cognitionem, nõ negatur
11 tamen, quin † & in adultis cognitio aliqua ſit neceſſaria, quod apertè ſentiunt in *d.* §. *cum autem Aldobrand. & Vueſembec.*

Authoritates cõtrarię, nec ipſæ obſtant, quia vel intelliguntur in arrogatione puberis nõ eſſe neceſſariam cauſæ cognitionem, quemadmodum eſt neceſſaria in pupillo, ſed minorem, vel non eſſe neceſſarium cognoſcere, ob quam cauſam arrogator moueatur, vel authores contrarij perperam loquuntur, & reprobantur, vt iam dixi reprobari *Aret.* quod etiã videtur id, quod tenuit *in* 2. *not.* inferius *in gloſſis* retractare, vbi enumerat, in quibus conſiſtit cauſæ cognitio, & in vna cauſa tantum facit mentionem de pupillo ibi *Tertiodecimo in caſu, in quo permittitur arrogatio impuberis, debet cauere ſeruo publico &c.* ergo in cæteris cauſis loquitur *Aret.* generaliter, & non in eo ſolo caſu, quo permitteretur arrogatio impuberis *Azo in ſumma C. de adopt.* licet enumeret neceſſaria in cognitione cauſæ arrogationis impuberis, nõ inficiatur tamen, quin, & plura ex illis etiam cognoſcenda ſint in arrogatione adulti, dicit tantum in pupillo multa conſideranda, ex quo ſequitur, vt in adulto nõ ita multa ſint cõſideranda, non tamen ſentit, nihil conſiderandũ, pariter, & *Gabr. conſ.* 22. ait, arrogationem impuberis nõ valere ſine cognitione cauſę, ex quo nõ infertur, vt cõ-
12 trarium ſit in arrogatione adulti; certum † enim eſt, quod ex dictis Doctorũ non ſumitur argumentum à contrario ſenſu *Surd. conſ.* 85. *nu.* 39. *Guigl. Benedict.* tantũ ait in impubere requiri pleniſſimã cauſæ cognitionẽ, ergo in adulto nõ requiritur pleniſsima, ſed aliqua.

Nunc venio ad ſecundã difficultatem, an in arrogatione adulti ſit cognoſcendum, nunquid arrogator habeat liberos, vel non; dubitationẽ facit *tex. in l. nec ei* 17. *ff. de adopt. in* §. *eorum*, vbi enumerantur cauſę, ob quas permittitur arrogatio pupillorum, & in verſ. (*præterea*) dicitur de eo, qui liberos habet .ſ. videndum eſſe, an ei permittatur arrogare impuberem, & ibi

enu-

enumerantur cauſæ, quę nullo modo conſiderantur, imo nec poſſunt conſiderari in adulto,& inter has cauſas hæc enumeratur, ergo & ipſa eſt eiuſdē qualitatis,& ideo *Bar.& Fulgoſ.*ſummādo illum §.eū reſtringunt ad pupillum, aiūt .n.*arrogatio pupilli debet fieri cum cauſa cognitione, qua infra ſequitur Alberic.*ſenſit illum §. *eorum* procedere in arrogatione impubetis.

13 Sed his non obſtantibus, verius eſſe exiſtimo, cauſam filiorū, etiam ſpectandam in arrogatione puberis: Primo, quia id ſuadet ratio eiuſdē cauſæ poſita in *d. §. eorum in verſ.(præterea)* quæ eſt *ne aut illorum, quos ex iuſtis nuptijs procreauit diminuatur ſpes, aut, qui adoptatur minus percipiat, quam dignum ſit &c.*

14 eſt hæc ratio generalis,etiā benè procedens in arrogatione puberum, ergo, & in ea *tex.* procedet *l.illud ff.ad leg.Aequil. l.ideo ff.de legib.l. bis ſolum in fin.C.de reuoc.donat.* imò ſi id tantū diſpoſitum fuiſſet in arrogatione impuberis pro cauſa, ſpectanda tantū fuiſſet vtilitas, vel incommoditas pupilli,vt ſpectatur in alijs cauſis, quæ ſunt propriæ arrogationis pupillorū, non vero vtilitas etiam filiorū naturalium, vt ſpectatur.

Secundo in §.*in arrogationib.d.l.ſi paterfam.* in arrogationibus in genere ponitur illa cauſa, an arrogator ſit in ea ætate, in qua procreationi liberorum ſtudere debeat,& hęc cauſa.ſ. inquirēdi, an quis ſit in ętate,vt poſſit procreare filios, eſt generalis in omnibus arogationibus, ergo & fortius in omnib. arrogationib.erit generalis hęc cauſa,an arrogator habeat liberos.

15 Et hinc eſt, quod *Doct.* quærentes generaliter de cauſis arrogationis, hanc præcipuè ponunt,etiā quod nō loquantur de pupillo *Ang. in d.§.eorum in ſummario Bal.conſ.24.in 1.*vbi primò ita præſupponit *pramitto ad euidentiā, quod ei, qui habet filiū legitimum, & naturalē, maximè ſi habet plures liberos, non permittitur extraneum arrogare, ne illorum, quos ex iuſtis nuptijs procreauit diminuatur ſpes ſucceſſionis &c.*& nō ſe reſtringit ad pupillū,nec caſus ſuę cōſulationis hanc reſtrictionem patiebatur,Ita etiam *Io.Brunellus tract.de ſpenſal.& matrim. conclaſ.27.ſub nu.5. Crot.conſ. 284.in 3. Bec. conſ.136.ſub nu.9.in 2.Vigel.in methodo iuris ciuilis parte 2.lib.4.c.28.reg.2.excep.4. Vueſembec.in paratitla digeſtorum tit.de adopt. ſub nu.* 4. omnes illi conſiderant cauſam liberorū generaliter in arrogatione,& nō tantum in arrogatione impuberum.

Nec contraria mea ſententia obſtat, quia illis probatur, cauſā liberorū arrogatoris eſſe ſpectandā in arrogatione pupillorum, ſed illā eſſe ſpeciale in pupillis nequaquam, imò in *d. §.eorum* ponitur cauſa,quādo arrogator eſt aptus ad generandum,quam tamen idē *Vlp.in §. in arrogationib. l.ſi paterfamil.* poſuerat inter cauſas neceſſarias in arrogationibus in genere,& huc etiā tendunt ſcripta à *Bar. Alberic.& Fulgoſ.*quod in §. *eorum* ponuntur conſideranda in arrogatione pupilli, quorum aliqua ſunt præcipua arrogationis impuberis,aliqua verò communia ad omnes arrogationes, vt iſtud liberorum arrogatoris.

16 Nec dici poteſt *Bal.& Ang.* contrariū ſentire *in l.arrogationes C.de adopt.*nam *Bal.*prius loquitur de arrogatione in genere dicēs *& ſi arrogatio ſolū de homine ſui iuris*, deinde dicit de arrogatione impuberis,*ita & ſi ſit de impubere,oportet fieri cū ſolemnitate poſita in l.2.ſupra eod. de pubere illa ſolemnitas nō requiritur*, & iſta ſolemnitas *l.* 2. nō conſiſtit in eo, an arrogator habeat filios,ſed vt cautiones pręſtentur,quę ſolemnitas eſt illa,quę in pubere nō requiritur, ſequitur deinde *Bal.* & iterum reaſſumendo ſermonē de arrogatione in genere, & nō amplius loquendo in ſpetie de arrogationē impuberis ait *& cauſa,quare Imperator permittit arrogationem, illa potiſſima eſt, cū arrogator non habet liberos, & etiam cum habente liberos Imperator interdum diſpenſat* iiſdem formalibus verbis vtitur *Angel.*

17 Et ſi *Alberic.*ſenſit diſpoſitionem §.*eorum* eſſe ſpecialē in arrogatione impuberum, id eſt intelligendum in ſenſu compoſito .ſ. eſſe ſpetiale, vt omnes illę cauſæ ſimul conſiderentur, quod nō cōtingit in alijs arrogationibus,in quibus tot cauſæ non conſiderantur; non eſt autē intelligendum in ſenſu diuiſo,ita vt quęlibet illarū cauſarū, quę ponūtur in §. *eorum* diſtinctè eſſet ſpetialis in impubere , alias eſſet *Alberic.* ſibi cōtrarius, quia tenet cauſas §.*fin l.ſi paterfamilias* eſſe generales ad omnes arrogationes,vbi ponitur cauſa,quando arrogator eſt in ætate apta ad procreandum,poſtea in §.*eorum verſ.(tertio)* eandē cauſam *I. C.* ponit in arrogatione impuberis, ex quibus conſtat, hanc cauſam non eſſe in fauorem impuberum, quia imò & in fauorem liberorum naturalium, & ipſius cauſæ arrogationis.

Hęc ēſt mea opinio ſcripta pro veritate,quā tamen profiteor, ſubijcere iudirio cuiuslibet rectius ſentientis, *anno* 1614. *Menſe Iunij.*

Laus Deo,& Virgini.

Digitized by Google

EPITOME.

Qui promittit his verbis *Fà buono per idoneo, & exigibile* ad quid teneatur.
Statutum Mercatorum Bonon. ſub *Rub. Quod ſcript. & libr. mercator. &c.* non habet locũ in cauſis nobiliũ, Nec in chirographis manu debitoris ſolum ſubſcriptis.
Excuſſiõ principalis debitoris, quãdo fieri debeat antequam conueniatur fideiuſſor, vel approbator, & quando non.

SVMMARIVM.

1 V*erba hac* Fà buono per idoneo, & exigibile *praſeferunt ſimplicem approbationẽ nominis debitoris, non autem promiſſionem aliquam.*
2 *Simplex approbator, qui extra iudicium ſe obligauit tenetur tantum de dolo.*
3 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
4 *Verba* quãto di ſopra *ſunt relatiua, quæ reſtringunt diſpoſitionem ad id, quod continetur in relato.*
5 *Subſcriptionis natura eſt approbare ſcripta, nõ verò addere.*
6 *Approbator, & fideiuſſor non obligantur ſine ſtipulatione.*
7 *Verba hac* fà buono *obligant ad factum.*
8 *Obligatio in dubio intelligitur de eo, quod minimum eſt.*
9 *In obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe.*
10 *Obligatio in ſubſidium eſt conditionalis, ſi, & quanto minus non poterit exigi à principali debitore.*
Quæ agenda ſint, vt purificetur talis conditio n. 12. & 67.
Quam in forma ſpecifica implere oportet num. 13.
Nec ex ea agi poterit antequam purificetur cõditio nu. 11.
14 Statutũ Mercator. Bononiæ Quod libr. & ſcript. Mercator. &c. *non habet locum in cauſis nobilium, & num. ſeq.*
15 *Dictiones* alterius, & alius *ſimilitudinem denotant.*
Etiam, quando adiecta eſt dictio cuiuſcunque *num. 16.*
17 *Statuta, ita intelligenda ſunt, ne eorum verba ſint ſuperflua.*
Et non adaptatur eorum diſpoſitio, quando verba non adaptantur n. 19.
Correctoriaq; iuris communis ſunt ſtrictè interpretanda nu. 20.
Eorumq; verba verè, & non fictè ſunt intelligenda n. 24.
21 *Subſcribere eſt eiuſdem virtutis, cuius eſt ſcribere.*
Hoc tamen procedit per fictionem nu. 23.
Et ideò non procedit in ſtatuto correctorio iuris communis, ſi loquatur de ſcribente nu. 22.
Maximè quando apparet ſtatuentes alias cogitaſſe de ſubſcriptione nu. 26.
27 *Non ſolent homines ita facile venire ad ſcribẽdum, ſicut ad ſubſcribendum.*
28 *Argumentum valet de teſtamento ad ſtatutum.*
29 *Conditio,* ſi deceſſerit ſine liberis *ex l. cum auus ff de condit. & demonſtr. ſubintelligitur, quando grauantur deſcendentes.*
Secus, ſi teſtator cogitauerit de liberis nu. 30.
31 *Executio, quæ datur ſcriptis, & inſtrumentis per ſtatutum, non competit, niſi liquidato intereſſe, quando illud competit.*
Et purificata, ac liquidata conditione, quãdo obligatio eſt conditionalis n. 32.
Quia regulariter non datur executio, niſi facta liquidatione nu. 34.
In qua liquidatione ſeruandus eſt ordo iudiciarius nu. 33.
35 *Excuſſio debitoris antequam conueniatur fideiuſſor non eſt neceſſaria, quando debitor eſt notoriè non ſoluendo, & fallitus.*
Hoc tamen debet eſſe adeo certum, vt de eo dubitare non poſſit nu. 36.
Et ſuper hoc debet præcedere ſententia nu. 44.
Præſertim, quãdo fideiuſſor eſt obligatus in ſubſidium, vel ſub cõditione purificanda per diſcuſſionem, vel quia ſimile n. 45.
Quomnus poſſit iudex capere ſummarias informationes nu. 46.
Nec ſufficit, quod iudex tranſeat ad vlteriora nu. 49.
Quia hoc ſufficeret ſolum, quando excuſſio eſſet oppoſita, & ipſe pronunciaſſet, eſſe procedendum ad vlteriora nu. 50.
Item debet fieri excuſſio, quando debitor fraude factus eſt non ſoluendo nu. 51.
Secundo: Excuſſio fieri non debet, quando debitor eſt abſens nu. 52.
Fallit tamen, quando conueniendus eſt ille, qui eſt obligatus in ſubſidium n. 53.
Quo caſu fit etiam excuſſio, ſi bona debitoris principalis fuerint confiſcata nu. 54.
Fallit ſecundo in excuſſione conuentionali n. 55.
Tertio: Excuſſio principalis debitoris non fit, quando ipſe eſt abſentis exactionis nu. 5[illegible].

Sed

Sed intellige de difficultate, quia talis debitor ſit Tyrannus, vel rixoſus n.57.

Et ſuper difficultate debet ferri ſententia num.59.

Quarto: Non fit excuſſio, quãdo cauſa venit cognoſcenda ſola facti veritate inſpecta, & in foro Mercatorum n. 60.

Sed hoc fallit in excuſſione conuentionali cõcernente ſubſtantiam obligationis, & liquidantem conditionem, ſub qua facta eſt obligatio nu.61.

Quinto: Excuſſio non debet fieri, quando non intereſt fideiuſſori, quia principalis non ſit ſoluendo nu. 63.

Contrarium nu.64.

Et certè non procedit, quando opponitur excuſſio ad oſtendendum actorem agere ſine actione, quia non eſt purificata conditio n. 65.

Sexto: Non eſt neceſſaria excuſſio, quando obligatio eſt iuramento roborata nu. 68.

Fallit in excuſſione conuentionali n. 69.

Septimo: Nec fit excuſſio, quando bona ſunt intricata nu.70.

Sed quomodo id procedat nu.71.

72 *Factum poteſt dici indiuiduum reſpectu ſolutionis, non verò reſpectu obligationis.*

73 Rot. Genu. deciſ. 156. *in quibus terminis procedat.*

74 L. in executione §. pro parte ff. de verb. oblig. *non procedit, quando aliquid debetur ex diſpoſitione legis.*

75 *Statutum tollens exceptiones, non aufert illas, quæ ſunt in ventre ſcripturæ.*

Ita debet intelligi, vt ſtatuentes non ſint digni reprahenſione nu.76.

Quod eſt conformi Iuri ciuili nõ dicitur ſuperfluum n.77.

78 *Excuſſio etiam legalis de iure communi inter mercatores opponitur ratione intereſſe.*

RESPONSVM XC.

Ne auferas Domine de ore meo verbum veritatis.

PRætenſio Perilluſt. D. Franciſci Caprariæ, aduerſus Illuſtriſſimum D. Comitem Annibalem de Pepulis innititur chirographo, in quo D. Comes bonum fecit, idoneumq; D. Franciſcum Paſqualinum ſub obligatione bonorum ſuorum, vt magis D. Capraria redderetur cautus, qui pro Paſqualino ſubſcripſerat literam cambij: putat enim non aliter excuſſo Paſqualino, & non conſtito de eius totali non idoneitate poſſe petere à D. Comite id, quod cõtinetur in litera cambij vna cum cambijs, & recambijs, ſed non iure id putat, vt infraſcriptis patebit.

1 Primo verba illa *fà buono per idoneo, & exigibile detto Paſqualino* præſeferunt ſimplicem approbationem nominis ipſius Paſqualini, non autem promiſſionem aliquam, optimè *Bec. in conſ. 105. ſub nu.* 37. qui loquens de eo, qui promiſit præſtare debitores veros, ſoluendo, & bonos reſponſales, ait, talia verba nec propriè, nec impropriè importare promiſſionẽ promiſiſſe ſoluere, ſi debitores non ſoluerent, ſubdens, aliud eſſe promittere ſoluere, aliud promittere, quod quis erit ſoluẽdo, quo caſu ſatisfactũ erit obligationi, ſi nomina debitorũ idonea fuerint, ex quibus liquido cõſtat reſultare ſimplicem approbationem. Deſeruit *tex.* iunct. *gloſ. in l. inter cauſas §. abiſſe ff. mandat.* vbi creditor admittens debitorem delegatum facit eius nomen bonum *gloſ. in verbo (facit)* ſubiungit; videtur .n. approbare pro bono; Et
2 cum Comes ſit ſimplex approbator, qui extra iudicium, & acta ſe obligauit, tenebitur tantum de dolo *l. & eleganter §. 1. ff. de dolo Dd. in l. ſi verò §. qui pro rei qualitate ff. qui ſatiſd. cog.* vbi *Alex. ſub nu. 4. Iaſ. ſub nu. 1. Iacobin. nu. 5. Menoch. conſ* 179. *nu.* 2. *in* 2. Et in eadem cauſa *Cephal. conſ. 437. in 3.* Nec cauſa illa, *vt magis cautus reddatur D. Capraria,* efficit, vt D. Comes ſit minus ſimplex approbator, nec obligatio bonorum, nec promiſsio, de qua in ſubſcriptione Illuſtriſs. Comitis: nam per ſimplicem approbationem ſatis augetur cautio D. Caprariæ, cũ prius apud eum eſſet incerta conditio Paſqualini, poſtea ex aſſertione viri nobiliſsimi, in cuius ore certò ſcit mendaciũ inueniri non poſſe, efficitur certa, ita vt cognoſcẽdo eũ reputari idoneum à D. Comite, intelligat magis cautum, & ſecurum eſſe fore, vt debito tempore id, quod ſibi debetur conſequeretur; nec repugnat obligatio bono-
3 rum, quæ vti acceſſoria obligationis principalis eius terminos non egreditur *vulg. l. cum principalis ff. de reg. iur. §. liberis Inſt. de vulg. ſubſtit. c. inter dilectos de fid. inſtrum. c. ſi ſuper gratia de offic. deleg. in 6.* intelliguntur .n. obligata bona in euentum, in quem debitor dolo eſſet pro idoneo affirmatus, & in caſu in quo conſuluerunt *Ceph. & Menoch.* iam citati aderat obligatio bonorum, & erat approbatio facta ad effectum, vt fideiuſſor datus appareret idoneus iuxta conuenta, ita vt creditori eſſet cautum, & tamen ipſi reſpondent reſultare obligationem ſimplicis approbatoris: Imò

fortius aderant verba excedentia terminos ap-
probationis, illa .ſ. *& quod Iulius, & Franci-
ſcus attendent promiſſa*. Non etiam in oppoſi-
tum quicquam facit ſubſcriptio cum verbo
4 *promitto*; quia † per illa verba *quanto di ſopra*
relatio habetur ad ſuperiora, ita vt intelligatur
facta promiſsio reſtricta ad id, quod in ventre
ſcripturæ continetur *Bar. in l. 1. §. hoc edicto ff.
de poſtuland. Dec. conſ. 226. incip. In caſu ad
5 me tranſmiſſo n. 3*. Maximè, † quia huiuſmodi
eſt natura ſubſcriptionis, ratificare .ſ. contenta
in ſcriptura ſubſcripta *Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus
§. Griſogonus n. 12. & ſeq. ff. de verb. oblig. Mar-
ſil. in Rub. nu. 296. C. de probat. Alex. conſ. 147.
ſub nu. 3. in 2. Decian. conſ. 29. nu. 30. & 31.
in 2.* non verò ei addere: ſed in ventre ſcriptu-
ræ iam eſt oſtenſum contineri obligationem
ſimplicis approbatoris, quæ habet locum tan-
tum in caſu doli, hoc igitur Dom. Comes in
ſubſcriptione promiſiſſe intelligitur.

6 Secundo, vbi Illuſtriſs. Comes eſſet citra
dolum obligatus (quod non affirmo) in occur-
renti caſu chirographum eum non obligaret,
quia nõ conſtat interueniſſe ſtipulationem, nõ
cõſtito, quod D. Capraria fuerit præſens tem-
pore obligationis, ſine qua approbator citra
dolum nõ obligatur, quippe qui ſimilis eſt fide-
iuſſori, qui citra ſtipulationem non obligatur *l.
blanditus C. de fideiuſſor.* in his terminis ita ar-
gumentatus fui: *Ceph. d. conſ. 437. ſub nu. 15.*
vt latiſsimè deduxit præſtantiſsimus cauſæ pa-
tronus.

Tertio dato, non conceſſo tamen, quod ex-
tra dolum reſultaret obligatio non obſtante
defectu ſtipulationis, non video, quod D.
7 Comes ſit obligatus niſi ad factum; hoc .n.
8 ſignificant illa verba *fà buono &c.* & † in dubio
intelliguntur, vt minus obligent, quam fieri
poſſit *l. quicquid adſtringenda ff. de verb. oblig.
Bald. conſ. 55. ſub n. 2. in ſecundo Fulgoſ. conſ.
9 80. in fin.* in † obligationibus aũt facti ſuccedit
obligatio ad intereſſe *l. ſtipulationes non diui-
dũtur ff. de verb. oblig. in verſ. (Celſus) l. ſi inſu-
lam ff. eod. l. fundus, quem verſ. (nam & ſi colo-
nus) & l. ſi in lege ff. locat. Angel. cõſ. 238. in fin.
Dec. conſ. 502. n. 7. Tiraquel. de retract. conuen-
tion. ad fin. tit. n. 16.* vbi igitur conſtaret Paſ-
qualinum non idoneum, eſſet à D. Aduerſario
liquidandum, & iuſtificandum quanti ſua in-
terſit, non autem eſt, nulla facta liquidatione
intereſſe, agendum ad ſortem literæ cambij, &
ad cambia, & recambia.

Quarto, & vltimo ex abundanti (dato citra
veri præiudicium) reſultare obligationem, &
promiſſionem in eo, ad quod erat Paſqualinus
obligatus conſeruare indemnem D. Capra-
riam, iſta neceſſariò erit obligatio in ſubſi-
dium, caſu quo à Paſqualino ab eius non ido-
neitatem D. Capraria non conſeruetur in-
10 demnis, quæ † obligatio in ſubſidium eſt con-
ditionalis, ſi, & quanto minus non poterit e-
xigi à principali debitore *Ud. in l. fin. in
princ. ff. ſi cert. pet.* in terminis *Mazol. conſ. 26.
num. 12.* poſt *Iaſ. in l. decem ff. de verb. obli-
11 gat.* & † oportet, vt prius purificetur conditio
antequam agatur *l. cedere diem ff. de verb. ſign.
& §. ſub conditione Inſtit. de verb. oblig.* purifi-
12 catur † autem conditio, ſi prius contra princi-
palem porrigatur libellus, & cõtra eũ obtenta
executione mittãtur nuncij ad perquirendum,
an reperiantur bona mobilia, vel immobilia
debitoris *Caſt. in d. l. decem, num. 5.* in quo-
cunque loco illa ſita ſint *Aret. in d. l. decem
ſub num. 4. col. 6. Hugo Donel. in d. l. fin. ſub
nu. 8. Theſaur. deciſ. Pedemont. 40.* Imò, vbi
nõ reperirentur bona, eſt in perſonam facien-
da diſcuſſio, vt videatur, an habeat vel pecu-
niam abſconditam, vel amicum, qui eius con-
ditionis miſertus pro eo ſolueret, aliter non
poſſet dici impleta huiuſmodi conditio in for-
13 ma ſpecifica, vt † eſt implenda *Cum. in d. l. de-
cem ſub n. 8. Ruin. ſub nu. 4. verſ. Tertio cõtra
hanc gloſ.* Non fuit autem in caſu noſtro facta
huiuſmodi diſcuſſio, ergo non purificata con-
ditione agi non poteſt contra D. Comitem.

14 Nec aduerſus hæc difficultatem aliquã facit
ſtatutum Quod ſcript. & lib. mercat. &c. præ-
bens ſcriptis priuatis executionem talem, qua-
lem habent inſtrumenta, etiam quòd fuerint
ſcripta parte abſente: Quia primo dicitur pro-
cedere ſtatutum in mercatoribus, campſori-
bus, artificibus, & ſimilibus eis, quales ſunt il-
li, qui merces vendendas accipiunt, vt dicitur,
in commiſſionem, & cambiatores, campſori-
bus ſimiles; non in hac cauſa, quę inter nobiles
tractatur, illud oſtendit illa particula ſtatuti,
15 *vel alterius cuiuſcumque*, illa † dictio *alterius*
eiuſdem ſignificationis, cuius eſt dictio *alius*,
de qua in *Rub.* eiuſdem *ſtatuti* ſimilitudinem
denotat *gloſ. fin. in l. ſi fugitiui C. de ſeru. fu-
git. not. in c. ſedes de reſcript. Alex. conſ. 204. nu.
4. in 2. Ruin. conſ. 130. nu. 1. in 3. Sard. conſ.
151. nu. 15. in 2. Pariſ. conſ. 20. n. 54. in 3. Caſ-
16 ſador. deciſ. 4. de priuil. n. 3.* & † non extenditur
ad diſſimiles ob illam ſequentem dictionẽ *cu-
iuſcunq́.* quia etiam, quod ſit dictio vniuerſalis,
reſtringitur tamen ad indiuidua ſpecificata
*l. hæres meus §. 1. ff. de leg. 3. l. 1. §. item ſi dua
ff. de aur. & argen. legat. Oldrad.* per hæc iura
in conſ. 8. ſub n. 4. quem ſequuntur *Ant. de Butr.*

*in c.cum dilecti ſub nu.*5. *verſ.(Quare primo) de donat.* & *Iaſ. in l. ſi vnus in princ. nu.* 10. *ff de pact.* Alias, ſi voluiſſent ſtatuentes omnia ſcripta includere, ſufficiebat dicere *Statuimus, quod ſcriptis, in quibus quis confeſſus fuerit &c.* nec opus erat ſuperfluò enumerare certas
17 perſonarum conditiones, ſunt † autem ſtatuta ita exaudienda, vt aliquid ſuperflui non contineant *c. ſi quando de priuileg. in 6. c. in his de priuileg. l.* 1. *in fin. ff. ad muni cip. l. ſi quando in princ. ff. de leg.* 1. *Roman conſ.* 83. *abb. conſ.* 42. *nu.* 2. *in* 2. *Barz decíſ.* 26. *nu.* 24.
18 Secundo reſpondetur, memoratum ſtatutum ſemper loqui in ſcriptis manu debitoris conſcriptis; nunquam autem de ſubſcriptis tantum, quale eſt illud, de quo nos agimus, ergo in
19 eo non procedit ſtatutum, quia † eius verba nõ conueniunt *l.* 4. §. *toties ff. de damn. infect. l. hos accuſare* § *omnibus autem ff. de accuſat.*
20 maxime † cum ſit ſtatutum correctorium iuris communis, & proinde ſtrictè interpretandum *l. ſi quando C. de inoffic. teſtam. Alex. conſ.* 107. *nu.*6. & 7. *in* 5. *Bart. in l. omnes populi nu.* 56 *ff. de iuſt.* & *iur. Rol. conſ.* 21. *nu.* 21. *in* 1.
21 Et † licet in via iuris communis eiuſdem virtutis ſit ſubſcribere, cuius eſt ſcribere *ad not. in l. ſi ita ſtipulatus* §. *Chriſogonus ff. de verb. ob-*
22 *lig.* tamen † in ſtatuto correctorio iuris com-
23 munis nõ intrat; illud. n. procedit † ex quadã fictione *l. ſi ego* §. *dotis ff. de iur. dot.* ponderando dictionẽ *velut. l. Diuus Claudius* §. *ſcribere,* &
24 §. *Item Senatus ff. ad l. Cornel. de falſ.* ad † quam fictionem ſtatuta maximè correctoria non accommodatur *l.* 3. §. *hac verba ff. de negot. geſt. not. in l. fin. C. de his qui ven. etat. impetra. A-*
25 *ſin. in prax. iudic. c.* 5. §. 19. *n.* 5. Ita † in proprijs terminis noſtris poſt *Angel.* quẽ allegat tenet *Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo ſub nu.* 5. *C. de edend.* & *in l. cum antiquitas in fin. C. de teſtam.* Et licet hoc dictum *Iaſ.* fortè patiatur aliquas oppugnationes in ſtatutis non cogitantibus de ſubſcriptione ex eo quod, cum de iure communi paria ſint ſcribere, & ſubſcribere, ſtatuentes diſponendo de ſcribente, videantur etiã idem ſtatuiſſe de ſubſcribente; Tamen
26 in terminis noſtri ſtatuti videtur procedere ſine difficultate ex eo, quia ſtatuẽtes cogitarunt de ſubſcriptione, dum ſtatuerunt, vt executionem habeant ſcripta manu alicuius conſcripta, licet non fuerint ab eo ſubſcripta, quo fit, vt cum expreſsè non cauerint eandem executionem, habere ſubſcripta ſcripta, quod
27 id noluerint, & † maximà ratione, cum non ita ſoleant homines deuenire ad ſcribendum, ſicut veniunt ad ſubſcribendum *Aret. in d.* §.

28 *Chriſogonus ſub nu.* 5. Simile ſumpto † argumento de teſtamento ad ſtatutum, quod licet *Bart. in l.* 1. *de regul. Caton Decian. conſ.* 13. *nu.*
29 13. *in* 1. ex eo ſumi poteſt, quod † quando teſtator deſcendentem grauat, præſumitur voluiſſe addere cõditionem, *ſi deceſſerit ſine liberis ex l. cum auus ff. de cond.* & *demonſtrat.* &
30 *l. cum acutiſſimi C. de fideicõmiſ.* id † autem nõ præſumitur, quando conſtat aliquo modo teſtatorem cogitaſſe de liberis grauati *Soc. in l. cum auus ſub nu.* 79. *ff. de cond.* & *demonſtrat.* alios allegant *Tiraquel. ad l. ſi vnquam in praefat. nu.* 65. & *Sim. de Prat. de interpret. vlt. voluntat. lib.* 3. *fol.* 1. *nu* 83. *fol.* 330. confert etiam id, quod ſcripſit *Rip. in l.* 1. *ſub nu.* 171. *ff. de vulg.* & *pupil.*

Tertio oſtenditur hoc ſtatutum non facere difficultatem ad aliquod ex argumentis ſupra adductis, non quidem ad primum, quia licet detur ſcriptis executio, inde tamen nõ fit, vt ipſa magis obligent, atq; fuerit intentio ſcribentium, & natura actus competet, ergo executio in caſu doli tantum iuxta intentionem obligati, & naturam ſimplicis approbationis.

Non ſecundo, quia licet parte etiam abſente ſtatutum velit ſcripto fidem dari, non dicit tamen parte abſente ſubintelligi ſtipulationem; habebit ergo ſcriptum ſine præſẽtia partis plenam fidem tamquam continens approbationem ſine ſtipulatione factam, quæ ex iam dictis obligat tantum in caſu doli.

31 Non etiam tertio, & quarto, quia executio, quæ datur ſcriptis à ſtatuto non competit, niſi liquidato intereſſe, vbi illud debeatur *Rebuf. in* 1. *tib. commentar. tract. de chirografarum,* & *re-*
32 *cogn. recognit. in præfat. nu.* 64. & † ſi obligatio ſcripti ſit conditionalis, non datur executio, niſi prius liquidata, & purificata conditione, vt in inſtrumentis ſcripſit *Soc. conſ.* 5 1. *ſub num.* 7.
33 *in* 1. addens † in tali liquidatione conditionis præcedere debere libellum, & ordinem iudiciarium antequam petatur executio inſtrumenti, quia prius non competit actio ex *Bart.*
34 *in l.* 3. *in* 3. *quaeſt. C. de pignor.* Cum † regulariter executio non detur, niſi facta liquidatione *Bec. conſ.* 5. *nu.* 6. & *ſeq.*

His confirmatam exiſtimo defenſionem Illuſtriſs. Comitis non obſtante ſtatuto in voce oppoſito; Modo eſt, quod etiam inſiſtamus in tollendis illis, quæ obiecta fuere in acutiſſimis motiuis in ſcriptis. Quæ potiſſimum reſpiciũt excuſsionem, quam in occurrenti caſu dicitur
35 non eſſe neceſſariam ex his: Primo, † quia debitor excutiendus eſt notoriè non ſoluendo

Dd in

Dd. in d.l.fin. & d.l.decem & fallitus *Rot. Gen. deciſ.156. Menoc.conſ.410.nu.47.in 5.*

36 Sed reſpondetur primo, ex proceſſatis non
conſtare de hoc notorio, quod debet eſſe adeò
certum, vt nullam recipiat hæſitationē, vel in-
ficiationē *c. cū dilectus verſ. dicitur de purgat.
canonic. Innocent. in c. veſtra in princ. de coha-
bit. clericor. & mulier.* Nuncij referētes nō po-
tuiſſe exequi in mobilibus non cōcludunt, Paſ-
qualinum non ſoluendo in immobilibus: & illi,
qui referūt de immobilibus minus inferunt ad
hoc notorium, quia non conſtat, id eueniſſe ob
defectum bonorum: Teſtes deponētes de lati-
tatione minus faciunt, quia vt plurimum con-
tingit, vt homines facultatibus idonei non ha-
bentes pecuniam in promptu latitent timēdo
carceres; hęc ergo nō reddunt rem hanc noto-
riam, maxime, quia ſi videantur *Dd. in d.l. de-
cem, & d.l.fin.* volunt, hoc adeo notoriè con-
ſtare, vt certiſſimū ſit, debitorem non habere
vnde ſoluere poſſit; Nec ideo magis dicitur,
hoc notoriæ conſtare, quod debitor ſententia
37 ſit fallitus pronunciatus, quia † ſententia in cō-
tumaciam latam nocebit fallito tantum con-
tumaci, non tertio ad id non citato; prēſumitur
.n. potius lata ob contumaciam, quam ob ius
*l. præſes C. de pignor. Rol. conſ. 29. ſub nu. 22.
& 25. in 3. Ant. Gabr. lib. 2. concluſ. tit. de
38 ſentent. concl. 3.* Præterea † non pōt ſententia
fallimenti inducere notoriū, fallitū nō eſſe ſol-
uendo, quia id nō cōtinet, ſed tm̄ quod fallitus
ſe abſentauit in fraudem, & præiudicium cre-
ditorum ſuorum, hoc ſolum requiritur in hac
ciuitate, vt quis pronuncietur fallitus, & non
hoc, vt non habeat tot in bonis, vt poſſit ſuis
creditoribus plenè reſpondere, vt habetur in
ſtatutis fori Mercatorum Rub. 36. 37. & 38. ſe-
cus verò eſt in caſu *deciſ. Gen. 156.* Ibi, vt quis
diceretur fallitus illud requirebatur, vt nō ha-
beret tot in bonis, quòd poſſet creditoribus
ſuis ſatisfacere, vt ibi videri poteſt ſub *nu. 11.*
dum dicitur, *quia ſi bona Pauli eſſent ſufficien-
tia omnibus creditoribus non poſſet dici ruptus,
& non ſoluendo, prout declaratum fuit,* & *Me-
noch. d. conſ. 410.* loquitur in eo, qui decoxit, &
ſimul conſtabat non eſſe ſoluendo, non autem
ait, ex eo ſolo, quod quis decoxit, & latitauit in
prēiudicium ſuorum creditorum effici nō ſol-
uendo notorie: Amplius, ſi ſententia induce-
ret iſtud notorium, illud induceret longè poſt
39 conteſtationem noſtræ litis, quod † non ſuffi-
ceret, quia notorium iſtud tanquam ſubrogā-
dū loco excuſſionis deberet adeſſe tempore
cepti iudicij, & actionis motæ, ſicut eo tēpore
eſt neceſſaria *d.l. fin. in fin. princ. ff. ſi cert. pet.*
ibi *quantumcunq; eſt, quod minus à Titio exi-
gere potero eo tempore, quo iudicium inter me,
& Sempronium acceptum eſt &c.* Quinimo
40 fallimētum ſuperueniens poſt iudicium acce-
ptum, quod non aderat tempore moti iudicij,
imputandum eſse ei, qui excuſſionem debi-
to tempore non fecit, tradunt *Alciat. in d.l. de-
cem, & Donel. in d.l. fin.*

41 Scio in motiuis dici, de præſenti præſumi
in prēteritum *Salic. in l. ex persona in princ. C.
de probat.* Sed quod ita præſumatur, non ar-
guit prēterito tempore fuiſse notoriè fallitū,
& non ſoluendo, & tamen qualitas notorie-
tatis debet adeſse, alias non ceſsat excuſſio.
42 Præterea † dictum illud *Salic.* fundatur in eo,
quod in dies prēſumuntur homines ditari, qđ
43 non procedit, niſi in hominibus certa indu-
ſtria pollentibus *Menoch. præſumpt. 28. n. 10.
in 6.* qualis non eſt Paſqualinus nullam artem
exercens, ergo &c.

44 Secundo principaliter reſpondeo, ēt quod
adeſſet hoc notorium, illud non prodeſſet ad-
uerſarijs, quia ſuper eo non fuit lata ſententia,
iuxta *Rom. conſ. 211. & ibi plena additio Man-
doſ. in verbo declaratoria* teſtans de communi
in *d.l. decem Alex. nu. 10. Claud. nu. 5. Iaſ. ſub
n. 27. & in d.l. fin. Dec. nu. 17. Donel. nu. 8. Ne-
guſant. de pignor. in 1. parte 8. partis nu. 19.
& 20. Bellon. conſ. 34. nu. 4. Eugen. conſ. 89. nu.*
37. alios allegat *Gabr. tit. de fideiuſſ. concluſ. 1.
45 n. 51.* Quæ† cōmunis opinio licet habeat quaſ-
dam contradictores, illi loquuntur in proprijs
fideiuſſoribus, non in illis, qui obligati ſunt in
ſubſidiū, & ſub conditione purificanda per di-
ſcuſſionem, vel quid ęquipollens, vt optimè re-
ſpondit *Vueſenbec. conſ. 10. ſub nu. 43. in 1.*
46 Et † licet *Aret. in conſ. 127. nu. 2.* dicat, iudi-
cem ex officio poſſe ſuper notorietate capere
informationes, non inficiatur, quin illis captis
47 debeat pronunciare: Nec † repugnant tradita
à *Roland. conſ. 9. nu. 37. in primo,* dum vult, in
diffinitiua poſſe pronunciari ſuper diſcuſſione
facta; quia loquitur in diſcuſſione ordinis, ſu-
per qua licet pronunciare in diffinitiua, quia
reſpicit ordinem proceſſus, nō æquè id proce-
dit in excuſsione cōuenta, quę cum efficiat, vt
competat actio, quæ alias non competeret, ne-
ceſſariò ſuper ea prius debet pronūciari; inde
48 eſt qđ, ſi non opponatur excuſsio ordinis pro-
ceſſus ſuſtinetur, in altera verò excuſsione
proceſſus vitiatur, licet non opponatur *Iaſ. in
§. item ſi quis in fraudem ſub nu. 81. Inſtit. de
act.* Addo, non videri tenere conſequentiam,
pręcedente diſcuſsione poteſt ad diffinitiuam
pronunciari eam legitimè factam fuiſſe, ergo

&ad

& ad diffinitiuam poterit reſeruari non eſſe
locum diſcuſſioni, quia debitor eſt notoriè non
ſoluendo; primo enim caſu ex diſcuſſione fa-
cta redditur validus proceſſus, ideò declara-
tio, quod fuerit legitimè facta, poterit ad diſ-
finitiuam reſeruari; ſed ſecundo caſu non
præcedente aliqua diſcuſſione non ſuſtinetur
proceſſus, ideò debet aliquid præcedere, an-
tequam ad vlteriora progrediatur, ex quo cō-
ſtet concurriſſe aliquid excuſſioni equipollens;
49 non t. n. in hac re tranſitus ad vlteriora fungi-
tur vice pronunciæ, vt dixit *Ioſeph. Ludouic.*
50 *deciſ. Peruſ. 45. n. 11.* Quia † illud procedit eo
ſolo caſu, quo fuiſſet oppoſitum de excuſſione,
& pronunciatum procedendum ad vlteriora
parte tacente *Eugen. d. conſ. 89. nu. 38.* Illud
51 prçterea addo, quod ſi ſententia fallimēti pro-
baret Paſqualinum notoriè nō ſoluendo, id pro-
baret ex eius fraude; quo caſu non impeditur,
quominus excuſſio ſit neceſſaria, ſaltem ad ef-
fectum, vt videatur, an aliqua bona mobilia, vel
immobilia fuerint ab eo in fraudem excutien-
tium alienata, vel occ. Itata *Bar. ad l. bona § 1.
ff. de iure fiſc.* & poſt eum *Iaſ. in d. l. fin. in princ.
num. 12. ff. ſi cert. pet.* vbi etiam *Rom. ſub num.
2. verſ. ſed dico.* Dum poſtea dicitur, ſaltem
conſtare notoriè Paſqualinum non eſſe ſoluen-
do in pecunia numerata: Reſpondetur, id non
conſtare notoriè ex iam deductis; Et non ob-
eſſe, quia *conſ. 11. Reuerendiſſ. Dandini* dero-
gans *Auth. hoc niſi* introducta fuit in fauorem
mercaturæ, & ita benè procedit reſpectu Turi-
ni creditoris ex litera cambij, nō reſpectu Pa-
ſqualini, & D. Capratiæ, inter quos cui fit tan-
tum obligatio indemnitatis non capiens in ali-
quo negotium mercaturæ.

52 Secundo principaliter dubitatur non eſſe
neceſſariam excuſſionem, quia debitor latita-
bat, non erat idoneus facultate conueniendi,
nec facilis exactionis *Dec. in d. l. fin. num. 26.
Roland. conſ. 9. num. 22. & 31. in 1. deciſ. Pe-
ruſ. 45. nu. 16.*

53 Illud tamen, quod de abſente dicitur, pro-
cedit in ſimplici fideiuſſore obligato, ſi princi-
palis non ſoluerit, tunc excuſſio reſpicit ordi-
nē proceſſus, non procedit in obligato in ſubſi-
dium, quanto minus exigetur à principali, tunc
omnino videndū prius eſt per excuſſionem bo-
norum, quanto minus exactum ſit; nō enim ab-
ſentia facit, quo minus poſſit exigi, licet aduer-
54 ſus perſonam non poſſit agi; imò † *Dd. in d. l.
fin. & l. decem* aiunt, quod ſi bona alicuius per
delictum fuerint confiſcata; eſſe tamen bona
excutienda, quando excuſsio fit ad effectum
intelligendi, quāto minus fuerit exactum *Rom.
conſ. 93. Iaſ. in d. l. fin. ſub num. 12. Mandeſ.*
alios allegat ad *d. conſ. 93.* & de cōmuni teſta-
55 tur, idem † traditum eſt de hæreditate iacente,
in qua eſt fienda excuſsio *Gabr. de fideiuſs. con-
cluſ. 1. nu. 20.* Et licet, quando *Dd. in d. l. fin. &
l. decem* enumerant cauſas, in quibus nō eſt lo-
cus excuſsioni, loquantur de excuſsione con-
uentionali ſumpta occaſione à dictis legibus;
tamen animaduertere oportet, ipſos loqui pro-
miſcuè de excuſſione legali, & conuentionali,
inter quas tamen profitentur adeſſe plures dif-
ferētias, oportet igitur videre, quæ citentur iura
ab eis, vt intelligatur, in quibus terminis loquā-
56 tur: Ideo † Dd. *Dec. in d. l. fin. nu. 26.* ait abſente
debitore nō eſſe neceſſariam excuſsionem al-
legat *auth. præſente C. de fideiuſſ.* quæ cum lo-
quatur de excuſsione legali, indicat, & limita-
tionē procedere in tali excuſsione ad *Bart. in
l. non ſolum § liberationis verbo ff. de lib. legat.*
57 Illud † autem, quod dicitur, excuſſionē non fie-
ri, vbi debitor eſt difficilis exactionis, vtiq; non
procedit in qualibet difficultate, ſed in illa, cui
quis occurere non poteſt *Bart.* affert exemplū
Tyranni, qui ſolitus erat minas exequi in illos,
qui ab eo exigerent; & *Dd.* inferunt *Dec. ſ. &
aly* idem procedere in quolibet debitore, qui
rixoſus eſſet, & difficilis in ſoluendo, intellige-
tur de difficultate prouenięte ex eo; quod quis
ſit rixoſus, & ſolitus ſeuire in eos, qui illum con-
58 uenirent, etenim † exemplum *Bar.* licet non re-
ſtringat, declarat ſaltem, in qua difficultate
procedat illatio, & extenſio aliorum *Doct. §.
hactenus Inſt. de grad. cognat. l. damni infecti
ff. de damn. infect. Oldrad. conſ. 244. ſub nu. 14.*
In hac difficultate, quæ naſcitur ab illis, qui
aliquod prætendunt in bonis creditoris, quæ
non efficit, quin excuti debeat, an illis credito-
ribus, qui prętendunt, ſit prius ſatisfaciendum,
& an caſu, quo ſit illis ſatisfactum, remaneat
aliquid, per quod poſſit ſatisfieri creditori ex-
cutienti, alias ſequeretur, quod in bonis debi-
toris grauati ære alieno non eſſet facienda
59 excuſſio, quod minimè dicendum eſt. Et † quic-
quid ſit, ſuper huiuſmodi abſentia, & difficul-
tate exigendi erat prius pronūciandum *Eugen.
d. conſ. 89. n. 36. & 37.*

60 Tertio negatur locum eſſe excuſſioni, quòd
cauſa veniat cognoſcenda ſola facti veritate
inſpecta, & in curia mercatorum *Oſaſc. deciſ.
2. n. 6. Rot. Gen. deciſ. 90. Rol. d. conſ. 9. n. 21.*

61 Vera eſt reſponſio, excuſſionem conuen-
tionalem concernentem merita, ſubſtantiam
obligationis, & liquidantem conditionem, ſub
qua quis eſt obligatus, etiam eſſe neceſſarium
in curia mercatorum, & vbi proceditur ſola fa-

cti

Digitized by Google

ƈi veritatē inſpecta *Eugen. d. conſ. 89. nu. 23. & 26.*

Cui reſpõſioni duobus modis in motiuis re-
plicatur, primo oppoſitã fuiſſe excuſſionem ad
ordinẽ proceſſus: Oppoſita tamen fuit ad effe-
ctum liquidãdi conditionem, cum dictum fue-
rit debitorem habere bona, quibus poterat D.
actori ſatisfieri, ideò actum fuiſſe non ſeruato
ordine, ſ. quia actum fuit antequam conditio
62 purificaretur: Et † clauſula *omni meliori modo*
in exceptionibus appoſita efficit, vt intelligatur
exceptum eo validiori modo, quo poteſt *Dec. conſ. 14. n. 3. Honded. conſ. 28. nu. 27. in 2. Menoch. conſ. 314. n. 4. Decian. conſ. 41. n. 27. in 2.*

63 Replicatur ſecundo, quod vbi tractaretur de
excuſſione ratione intereſſe partis, poſſet actor
opponenti excuſſionem replicare, ſua non inte-
reſſe, quia debitor non eſt ſoluendo, & id pro-
bare, vt in caſu noſtro videtur factum ex parte
actoris *Ang. in d. l. decem, & in l. exitus ff. de acquir. poſſ.*

64 Hoc tamen dictum *Ang.* non paſſim proba-
tum ab alijs *Dd.* qui in dubijs citantur, minimè
verũ eſt, vt manifeſta ratione oſtendit *Aret. in*
65 *d. l. decem n. 2. verſ. vnde iſta opinio.* Et † vbi et-
iam verum eſſet, non accommodaretur caſui
noſtro, ſi quidem procedit, quando à reo obij-
ceretur excuſſio ratione intereſſe tantum, quia
ſua intereſt agi prius contra principalem, tunc
replicante actore, quod non intereſſet, forte id
poſſet teſtibus iuſtificare: nos verò loquimur,
quando opponitur excuſſio ad oſtendendum
actorem agere ſine actione, quia non eſt puri-
66 ficata conditio, cuius † purificatio eſt ab acto-
re probanda *l. ex his C. quando dies legat. ced. l. eum, qui nouiſſimus ff. ad Trebel. Maſcard. de*
67 *probat. concluſ. 343. n. 4. & 5. in 1.* Modus † au-
tem iuſtificandi conditionem eſt, vel per ex-
cuſſionem, vel per notoriam non idoneitatem;
vt not. in *d. l. decem, & l. fin.* igitur non alio mo-
do iuſtificari poterit.

68 Quarto dicitur locum non eſſe excuſſioni,
quia obligatio iuramento roborata eſt.

In quo non eſt inſiſtendum, quia data fuit
deciſio in ſcriptis, per quã oſtenditur contrariũ
69 eſſe verius, & † verè quicquid ſit de diſcuſſione
ordinis, diſcuſſio conuẽtionalis non poteſt tolli
iuramẽto, quia illud addit quidem actui inten-
ſiuè, non aũt extenſiuè, nec facit, vt quis ſit ob-
ligatur in plus, quã fuerit in intẽtione ſua *l. fin. C. de non numer. pec. Dd. in l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. om. iudic.* vt in caſu iſto, vbi non fieret
diſcuſſio obligatus in ſubſidiũ, & ſub conditio-
ne remaneret obligatus æquè principaliter, &
purè.

70 Quinto dubitatur, non eſſe neceſſariam ex-
cuſſionẽ, quia bona Paſqualini ſunt intricata ad
Caſt. in l. inter eos §. creditor ff. de fideiuſ. quem
ſequitur *dicta deciſ. Gen. 156.* addendo nonnul-
la alia, quæ videntur dubitationẽ facere, & ma-
ximè, quod factum præſtandi bonum nomen
creditoris eſt indiuiduum, & ideo oportet, vt in
totum Paſqualinus bonus præſtetur.

Verum & hoc tollitur, nam *Caſt.* loquitur
71 in debitore, qui pecuniam debebat, & ideo
non poterat aliud pro alio ſoluere inuito credi-
tore *l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. l. ſi ſe §. ait prætor ff. de re iudic. l. promiſſor §. fin. ff. de conſt. pecun.* Ex
quo eius bona vendenda erant, vt pecunia ha-
beretur, ſi non poſſunt vendi, tunc reputantur
intricata, & excuſſio non fit: Nos ſumus in ter-
minis prorſus diuerſis, quia bonis poterat in-
demnis conſeruari D. Capraria, nec præciſè eſt
pecunia in obligatione, & bona non poſſunt di-
ci intricata, vt difficile poſſint vendi, quia ex
Statuto mercatorum ſub Rub. 51. §. & in oltre,
diſponitur, bona ceſſantis quamprimũ ſu- ha-
ſtari, modus perquam facilis ad vendenda bo-
na, & inueniendum emptores, & id fit ſaluis
iuribus competentibus illis, qui in huiuſmodi
bonis habent iura meliora, atq; habuerit ceſ-
ſans, ex quo fit, vt talia bona ex hoc nõ poſſint
dici intricata; ſicut nec poterunt dici intrica-
ta eo reſpectu, quod in illis plures creditores
prætendant: quia idem ſtatutum diſponit, quo-
modo venditis bonis inter creditores debeat
fieri pecuniarum diſtributio, & quod infra an-
num non venditis bonis, bona ſint aſſignanda
in ſolutum vnicuiq; per æs, & libram ſub *Rub. 74. ad fin.*

Dum verò factum, de quo in caſu noſtro, di-
citur indiuiduum, id non dicitur reſpectu obli-
72 gationis, quia † pro veritate dici non poteſt ad
Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur in 3. q. ſub nu. 25. ff. de verb. obligat. ſed tantum re-
ſpectu ſolutionis, iuxta *l. in executione in §. pro*
73 *parte ff. de verb. oblig.* quã citat *deciſ. † Gen.* & hoc
cõtingit in eo caſu, quia ille, qui ceſſerat nomẽ
debitoris, & fecerat illud bonum, erat debi-
tor pecuniæ, & ſicut ſoluendo non poterat pro
parte in pecunia ſoluere, & pro parte in bonis,
ita hoc efficere nõ poterat per ceſſionem ſub-
rogatam in locum ſolutionis, hęc eſt illa indiui-
duitas, quam conſiderauit *Rota Genuenſis*, quæ
nõ procedit in caſu noſtro, in quo Illuſtriſs. Co.
nihil debebat, ſed vt magis cautus redderetur
D. Capraria, vt indemnis conſervaretur à Pa-
ſqualino eum vti idoneum approbauit: Præte-
74 rea † id, quod dicitur in *d. l. in executione* non
procedit, quando aliquid debeatur ex diſpoſi-

tione

Digitized by Google

tione legis *Iaſ.in d.l.in executione n.4.*& in caſu noſtro, ſi conſideremus Paſqualini perſonam, ex diſpoſitione legis contingit, vt poſſit ſoluere pro parte in pecunia, & pro parte in bonis, quia non eſt præcisè ad pecuniam obligatus, nec res agitur inter mercatores, vt optimè exemplificat *Iaſ.*ſi etiam ſpectemus perſonam Illuſtriſs. Comitis ex diſpoſitione legis prouenit, vt facta diſcuſſione teneatur ad id, quod non poterit exigi à debitore principali facta diſcuſſione iuxta ſupra tradita, & non eſſet inconueniens, vt D. Caprariæ pro parte ſatisfiat in bonis Paſqualini, & pro parte in pecunia à D. Comite obligato in ſubſidium, ſicut nec hoc eſſet in Paſqualino inconueniens, vt ait *Iaſ.*

Vltimo in voce dictum fuit, excuſſionem fuiſſe ſublatam ex ſtatuto mercaturũ ſub *Rub.* 2 2. quod permittit literis cambij obijci tantum tres exceptiones, inter quas non ponitur exceptio diſcuſſionis, & manifeſtè dicit, in ipſis literis cambij creditorem non facta aliqua diſcuſſione poſſe conuenire fideiuſſorem, quod dicebatur intelligendum in diſcuſſione conuentionali, nè ſtatutum reddatur eluſorium, quia de diſcuſſione legali erat iam iure communi deciſum, vt inter mercatores illa nõ ſeruaretur, & diſpoſitum in literis cambij vult ſeruari in ſcriptis priuatis.

75 Cæterum, & hoc vltimum tollitur, quia non intelligitur ſtatutũ auferre illas exceptiones, quæ naſcuntur ex ventre ipſius ſcripti, non.n. hæ ſunt propriè exceptiones, hoc eſt actionum excluſiones; tendunt .n. ad oſtendendum non competere actionem, ſed potius sũt oppoſitiones, quibus negatur actionem competere, aliàs ſequeretur, quod nec admitteretur oppoſitio, quod non eſſet verificata conditio, quod vtiquè non eſt dicendum, & hac ratione non obſtante tali ſtatuto opponi poteſt exceptio non implemẽti, quia colligitur ex ventre ipſius ſcripturæ *Rero. in c. ſic cũ quis ſub n.32. verſ. Nono in dubio de reſtit. ſpol.* & poſt *Bar. Rom. Cranet. Ceph. Bol. & alios* tradit *Ioſeph. de Ludouic. concluſ. 24. illat. 94. ampliat. 1. fol. mihi 32. Marſil. conſ. 89. nu. 16. Decian. conſ. 3. nu. 84. & 85. in 4.* Quando verò ſtatutum tollit excuſſionem, non eſt, qđ dubitetur, quin procedat in excuſſione legali; iniquum .n. eſſet, quod procederet in cõuentionali, & efficeret, vt obligatus in ſubſidium, vel ſub cõditione poſſet conueniri principaliter, & purè; hoc .n. eſt maximè iniquum

76 cõtra *l. meminerint C. vnde vi*, & redderet ſtatuentes maxima reprehenſione dignos contra *l. Salaries Ariſt. ff. de leg. præſtand.* Non obſtat, quod ſtatutum eſſet ſuperfluum, quia præterq̃ quod dici ſolet interpretari potius ſtatutum

77 ſuperfluum, quã iniquum dicitur, nõ reddi ſtatutum ſuperfluum, etiã quod referat id, quod de iure communi ſeruatur inter mercatores; ſæpè.n. ita in noſtris ſtatutis fuit ſeruatum, maximè ſub Rub. 15. conferunt tradita à *Dd. in l. 1. ff. ad l. falcid. in princ.* vbi *Bar. & Alex. nu. 15.*

78 Poſſet etiam dici, quod de iure communi excuſſio etiã legalis inter mercatores opponitur ratione intereſſe, vt per *Eugen. d. conſ. 89.* ſtatutum igitur efficiet, vt nullo modo opponatur, ita non erit ſuperfluum. Ex his ego credo omnibus dubitationibus hucuſque propoſitis eſſe ſatisfactum, paratus ſatisfacere pro iuſtitia alijs, quæ oriri poſſent.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Non licuiſſe Meſſanenſibus per vim auferre naues onuſtas frumento; illudq; ſibi retinere, non obſtante prætenſa neceſſitate, ac Priuilegio Regis Ferdinandi.

Et ſecuta de facto retentione teneri ſoluere pretium, quo frumentum valebat Bononiæ, ad quam illud ducebatur vna cum intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Dominus non eſt compellendus vendere rem ſuam.*

Et in caſibus, in quibus compelli poteſt, iuſtum pretium ſoluendum eſt nu. 22.

Iuſtumque dicitur illud, quo res vendebatur in loco, ad quem deſtinata erat nu. 23.

2 *Bona naufragio amiſſa, ſi erepta ſint, reſtitui debent.*

3 *Aliena ſurripere non licet, niſi ob extremam neceſſitatem.*

Quæ licet extrema non requiratur, quãdo ſoluitur pretium, tamen non dicitur ſolutũ, quando integraliter non eſt ſolutum nu. 5.

Nec licet ſurripere, quando Dominus rei eſt in illa, vel maiori neceſſitate nu. 4.

Sicuti non tenetur quis occurrere neceſſitati alterius, nec etiam ob publicam vtilitatem cum damno ſuo nu. 26.

6 *Reſponſio intelligitur ſecundum terminos interrogationis, maximè in re exorbitanti.*

7 *Fundans ſuam intentionem in qualitate illam probare debet.*

8 *Priuilegium eſt intelligendum, vt minus lædat ius commune, & minus præiudicet tertio.*

Et eſt ſtrictiſſimè intelligendum nu. 15.

9 Di-

Digitized by Google

9 *Digito dictum ſtringit diſpoſitionem ad prius.*

10 *Relatiuum ſine copula reſtringit.*

11 *Qui ex naufragio ad aliquem locum impelluntur, non tenentur ſoluere gabellam illius loci.*

Et contra eos non ſiunt repreſalia n. 12.

13 *Magis faucillam eſt facientibus actum ex neceſſitate, quàm ex voluntate.*

14 *Priuilegium conceſſum in alterius præiudicium non afficit eos, qui non ſunt ſubditi concedentis, nec ratione perſonæ, nec ratione bonorum.*

Et ad hunc effectum non dicitur ſubditus ratione bonorum, qui geſtat res tranſeundo per territorium ipſius concedentis, ſecus ſi ea habeat, vel ibi vendat nu 18.

Siue ſtatutum loquitur in perſonam, ſiue in rem nu. 19.

16 *Princeps poteſt ex cauſa neceſſitatis accipere res eorum, qui non ſunt ſub ſua iuriſdictione, ſed nõ poteſt facere legem generalem, qua iubeat, vt capiantur huiuſmodi res.*

17 *Clerici ligantur conſtitutione laicali facta ob penuriam, & de ratione.*

20 *Valet argumentum de perſonis ad res.*

21 *Mare eſt commune, nec etiam eſt ſub dominio Imperatoris ex multorum auctoritate.*

24 *Effectus ortus ex re deſtinata ad aliquem locum dicitur factus in eo loco.*

Et deſtinatio habetur pro facto perfecto, quando cœptum eſt opus fieri, & alia de deſtinatione remiſſiuè n. 25.

27 *Compellens mercatorem ad aliquid, tenetur ad lucrum ceſſans etiam ante moram.*

Sicuti ad lucrum ceſſans quis tenetur poſt interpellationem n. 28.

29 *Triſtes euentus non ſunt habendi in conſideratione.*

30 *Intereſſe lucri ceſſantis ſolui debet, & non dicitur incertũ, quamuis potuerit ex aliquo fortuito caſu non percipi.*

Et debetur mercatori ſolito negociari n. 36.

Etiam ſine mora ex communi opinione n. 37.

Debeturq; etiam incertum, ſi proueniat à delicto n. 31.

32 *Pretium duplex eſt, legitimum, & naturale.*

33 *Prohemij verba denotant cauſam finalem.*

34 *Conſuetudo iniqua, & iniuſta, etiam à Principe, & curſu longiſſimi temporis confirmata non valet, & dicitur corruptela.*

35 *Exemplis non eſt iudicandum.*

38 *Intereſſe intereſſe quando debeatur.*

RESPONSVM XCI.

Quia via, & veritas eſt dirigat nos in viam veritatis.

INdubitati iuris eſt, non licuiſſe ciuibus ciuitatis Meſſanæ violenter eripere frumenta Dominorum de Luchinis vi tempeſtatis eiecta in Mare eorum iuriſdictionis, nec
1 Dominos contra eorum voluntatem compellendos vendere *l. dudum proximi ff. de contrahend. empt. l. nec emere. C. de iure delib. l. nemo externus C. de indic. l. 2. ff. ſi à parent. quis fuerit manumiſſ. Iaſ. in l. nemo in princ. ff. de pact.*
2 ad quod egregiè facere videtur *tex. in l. deprecatio ff. ad l. Rod. de iact.* in quo ſuã veram intelligẽtiam ſtatuit Antoninus Imperator, vt Eudemoni reſtitueretẽtur bona occaſione tempeſtatis, & naufragij erepta, vt latiſſimè deducit *Ioan Ign. in repet. §. non alias l. neceſſarios ff. ad Sylan. n. 699. l. 3. ff. de incend. ruin. & naufrag. auth. nauigia c. de furt. l. 1. c. de naufrag. lib. 11.*

Allegant autem ciues neceſſitatem, & Ferdinandi priuilegium: ſed neutrum eis ſuffra-
3 gari opinamur; † non quidem neceſſitas, quia non quælibet licitum facit aliena ſurripere, ſed extrema, cui alio modo occurri non poſſit *Couar. ad reg. peccatum §. 1. nu. 3.* optimè *Caſſan. ad conſuet. Burgund. Rub. 1. §. 5. nu. 19. & ſeq. Vaſq. controu. Illuſtr. lib. 1. cap. 6. nu. 5. Cagnol. in l. quæ propter neceſſitatem nu. 3. ff. de reg. iur.* quæ neceſſitas non creditur probata, nec veriſimilis eſt ex eo, quod ciuitas Meſſana eſt in prouincia frumento maximè abundanti, & ex eo, quod cuiq; licitum erat ad eam frumenta vehere, & pretio quolibet ei placito vendere, ex quibus vix eſt, vt credatur, etiam in inopia, & ſterilitate ciuitatem Meſſanæ nedum extremam, ſed nec leuem neceſſita-
4 tem paſſam fuiſſe. Præterea † cum credatur probatum, loca, ad quæ frumenta dirigebantur in longo maiori victus extremitate conſtituta fuiſſe, vt & pretium frumenti indicat, non licuit ciuibus Meſſanæ occurrẽdo ſuæ neceſſitati ſpoliare alios in eadem, & maiori neceſſitate conſtitutos, quia potior eſſe debet cauſa poſſidentis *l. ſi ob turpem §. porro ff. de condic. ob turp. cauſ.* in pũcto *Caſſan. vbi ſup. n. 27.* & facit illud vulgare, nõ eſſe diſcooperiendum vnum altare, vt aliud cooperiatur *l. aſſiduis C. qui pot. in pign. hab. Bal. in Auth. niſi rogati ſub nu. 5.*

Digitized by Google

5 *n.5.C.ad Trebel.*† Nec ob. quod extrema neceſ-
ſitas ſit rantum neceſſaria, vbi res acciperet
ſoluto pretio excuſandum ad furtum: quia
paria nobis eſſe videtur, vel quid non ſoluatur
pretium, vel quod integrè non ſoluatur; in co-
n. quod non ſoluitur inuito domino conſectā-
tur res aliena cum præiuditio domini, ergo &c.

Si vero priuilegium prætenſum ſpectemus,
multa dici poſſent tacta cumulatiſsimè ab in-
formantibus pro DD. Luchinis, id autem pre-
cæteris nobis arridet, quod priuilegium caſum
noſtrũ non cõprehendit, ſi diligenter eius ver-
ba expendantur: primo, dum dicitur, *Placet
D. Regi, quod in caſu neceſſitatis frumentorum*
&c. Hic certum eſt Principem reſcribere de
illa neceſsitate, de qua in precibus narratur,
6 intelligendo reſponſionẽ iuxta terminos inter-
rogationis *l. ſi defenſor §. 1. ff. de interrog. act.
Bart. in l. ſi quis intentione n. 5. ff. de Iudic.* ma-
ximè in re exorbitãti, in qua non eſt veriſimile
voluiſſe Principem magis concedere, quam
fuerit petitum, ſed in precibus narratur de ne-
7 ceſſitate quotidiani victus, talis† ergo neceſ-
ſitas erat probanda à fundantibus intẽtionem
ſuã in priuilegio qualificato *Bar. in l. 1. §. quod
autem ff. ni quid in flum. pub. in l. 1. §. docere ff.
vi bon. rapt. Ioſeph de Ludouic. concluſ. 14. illat.*
108. Imò vbi etiam ex circunſtantia precum
non colligeretur, ſenſiſſe Principem de neceſ-
8 ſitate extrema, † adhuc ita ipſum priuilegium
eſſet interpretandum, vt minus ex eo lęderetur
ius cõmune, & vt minus tertio præiudicaretur
*Innocent. in c. inter dilectos de conſanguinit. &
affinit. Doct. in l. fin. ff. de conſtit. princip. in c.
quain eccleſiarum de conſtit. Minadous conſ.
14. n. 15. & cõſ. 24. n. 3. Franc. Milanonſ. deciſ.
Sicilia 5. n. 21. lib. ſecundo* Boer. *conſ. 24. n. 37.*

Ex alio præterea non videtur caſui noſtro
accõmodari priuilegium, quia, ſi preces ſpe-
ctemus in narratiua agitur de impediendo na-
ues, quæ in portu reperiuntur, ibi, *& maximè
impediendo naues frumentorum, quæ fortè re-
periuntur in portu eiuſdem ciuitatis*, agitur hic
de modo, quo maximè ad præiuditium alio-
rum Meſſanenſes vtebãtur ad occurrẽdum pe-
nuriæ victus quotidiani, qui conſiſtebat in im-
pediendo frumenta in portu exiſtentia; in peti-
tione dicitur, *Quare ciuitas ipſa Regem depre-
cata fuerit, vt fortè eueniente dicto caſu Iurati
9 capere poſſint dicta frumenta &c.* † illa dictio
dicta reſtringens diſpoſitionem ad prius dicta
Dec. conſ. 405. ſub n. 8. Cranet. conſ. 98. n. 6. in-
dicat deprecationem eſſe in frumentis in por-
tu repertis. Sequitur reſcriptum, in quo dilu-
cidius id explicatur dicendo *poſſit ipſa ciuitas
frumenta, & alia victualia, quæ applicauerint
10 in eius portu retinere, & capere* † relatiuum *quæ*
ſine copula reſtringit conceſſionem ad fru-
menta in portu *l. ea tamen adiectio ff. de leg. 3.
Bar. & alij in l. omnes populi in princ. ff. de iuſt.
& iur.* Caſus autem noſter eſt ab hoc longè di-
uerſus, eo quòd naues, nec erant in portu,
nec ad illũ voluntariè tendebant, ſed inuolun-
tariè impetu ventorum, & fluctus: itaq; nõ con-
ueniunt verba priuilegij, ergo nec eius diſpo-
ſitio *iuribus vulg.* maximè, quia diuerſa eſt ra-
tio inter eos, qui voluntariè ad portũ tendunt,
& eos, qui coactè ad illum ducũtur, nam primi
certo modo ſe ipſos ſubijciunt iuriſdictioni do-
minorũ portus, quod dici non poteſt de ſecun-
11 dis, qui coacti ad illum impelluntur, † ideo nec
ad gabellam tenentur *l. 1. C. de naufrag. lib. 11.
vbi Bar. Io. de Plat. ad fin. verſ. (& eſt hic caſus)
Strach. de nauibus in 2. parte n. 26.* Quæ benè
ad rem hanc faciunt, quod ſicut gabellarum
conſtitutiones non extenduntur ad illos, qui
portum tenent ex neceſsitate impetus vento-
rum, ita & hoc priuilegium non veniet exten-
dendum ad illos, qui coactè in portu applica-
uerint, facit *tex. in l. Cæſar ff. publican. Felin.
12 in c. cognoſcentes n. 22. de conſtitut.* † Et per hæc
Bar. *in tract. repreſal. q. 10. 7. quæſt. princ.* ſcri-
pſit, quod ſi contra aliquos repertos in territo-
rio ſint conceſſę repreſaliæ, illę non intelligen-
tur conceſſæ contra illos, qui vi ventorum ad
illud territorium fuerint cõpulſi, quod credi-
mus ad propoſitũ noſtrum eſſe notandũ, quia
hęc facultas retinendi aliena ob neceſsitatem
famis videtur quædam conceſsio repreſalio-
13 rum in bonis: † Et facit illud vulgare, quòd
magis fauetur facientibus actum ex neceſsita-
te, quam ex voluntate *l. rem legatam ff. de adi-
men. legat. l. cũ poſtulaſſem in princ. ff. de damn.
infect. l. ſi fideiuſſor §. ſi neceſſaria, vbi* Bar. *Iaſ.
& cæteri ſcribent. ff. qui ſatiſdar. cogant. Surd.
conſ. 104. n. 14. in 1.*

14 Placet etiam nobis, vt hoc priuilegium
dumtaxat afficiat ſubditos Regis, vel illos, qui
ſub ſua iuriſdictione frumẽtum ſuſceperint, nõ
autem exteros, qui nec ratione perſonæ, nec
bonorũ ſunt ſub reſcribentis iuriſdictione *Dd.
in l. 1. C. de ſum. trinit. & fid. cath. in l. fin. ff. de
iuriſd.* ad quod ab illis, qui pro parte noſtra
ſcripſerunt fuere in terminis citata duo conſi-
lia, vnum *Bal.* 458 *in* 2. & alterum *Angel.* 351.
15 Et ad idem putamus etiam addi poſſe tradita
in *deciſ. Regni Siciliæ 5. n. 21. lib. 2.* vbi firma-
ta propoſitione illa, quod priuilegij verba ſint
ſtrictiſsimè intelligenda, ex ea infertur, quod
priuilegium habeat locum inter homines, &

Digitized by Google

perſonas dictæ ciuitatis, & non extendatur ad
alias perſonas, quę sũt alterius ciuitatis, & loci.

Illa verò, quæ in hoc puncto conſiderauit
D. Aduocatus ciuitatis, non obſtare credimus;
primò .n. vim facit ſuper traditis à *Vaſq. lib. 1.*
contron. illuſtr. c. 6. n. 21. qui, ſi dicit id, ad quòd
allegatur, de quo poſſet dubitari, cum ſatis ob-
16 ſcurè loquatur, † tantum permittit Principi ex
cauſa neceſſitatis rem eius, qui non eſt ſub ſua
iuriſdictione accipere, non æquè ei concedetur
facere legem generalem, ex qua virtute iuriſ-
dictionis iubeat, vt capiatur ad libitum res eius,
qui non eſt ſub ſua iuriſdictione, primum enim
vti fundatum in ratione naturali dictata à ne-
ceſſitate facilè conceditur, non æquè ſecundũ.

17 Allegatur etiam *deciſ. 9. Franc.* ex qua pro-
batur, clericos ligari conſtitutione laicali facta
ob neceſſitatem penuriæ, ad oſtendendum hu-
iuſmodi conſtitutiones etiam ad non ſubditos
trahi.

Quę *deciſio* facillimè euitatur, ſi quidem ra-
tione ſubiectæ materiæ, cùm clerici ſint pars
populi, cui ſubuenitur ob illam cõſtitutionem,
& quia & ipſi, ſi non eſſet facta conſtitutio, fa-
me perirent, ideò ſubiecti ipſi conſtitutioni
dicuntur, hac ratione potiſſimum mouetur
Franc. quæ ad rem hanc non accommodatur,
quia alienigenæ, qui extra inſulam frumenta
acceperunt, & ea deſtinarunt ducere ad alia
loca, & non ad dictam inſulam, nulla ratione
poſſunt dici eſſe ſub iuriſdictione Regis, ita vt
18 eius reſcripto ligentur. † Hinc tollũtur ea, quæ
adducuntur pro reſponſione ad *conſ. Bal. 458.*
quod ipſe loquatur, quando prçceptũ eſſet fa-
ctum habenti frumentum prorſus extra iuriſdi-
ctionem præcipientis, & hoc caſu frumentum
fuit inuẽtum in mari Meſſanæ ciuitatis, & in e-
ius territorio; Etenim veritas eſt, quod licet
frumentum inueniatur per tranſitum in illo
mari, id non poteſt dici eſſe ex iuriſdictione
loci, quidquid ſit quando in illo mari reperiun-
tur, vt ibi vendatur; in quibus terminis loquun-
tur plures ex Doctoribus exaduerſo citatis.

19 Ad *conſ. Ang. 351.* in ſumma reſponde-
tur, ipſum loqui in ſtatuto concepto in perſo-
nam, ſecus in ſtatuto concepto in rem, & priui-
legium, de quo agitur, in rem conceptum eſſe
videtur: Animaduertere tamen oportet, adhuc
eandem eſſe rationem, quia non magis ſtatuta
concepta in rem extenduntur ad rem extra
iuriſdictionẽ, atq; extendãtur concepta in per-
ſonam ad perſonam non ſubditam, licet ſtatu-
ta in rem extendantur ad non ſubditum, quan-
do res eſt ſub iuriſdictione ſtatuentium, ita lo-
quuntur *Doct.* ad hoc citati, Ideo ſicut *Ang.* re-
ſpondet, conſtitutiones factas ob neceſſitatem
non extendi ad perſonas nõ ſubditas, ſi in per-
ſonam conceptæ ſint, idem, & in conſtitutio-
nibus in rem conceptis dicendum erit, quando
res nullo modo ſit ſub iuriſdictione conſtituen-
20 tis, arguendo † de perſonis ad res *l. qui furere*
ff. de ſtat. homin. l. ſi quis inquilinos §. ſi ita le-
gatũ ff. de legat. 1. vt verè dici non poteſt, hoc
frumentum eſſe ſub iuriſdictione Meſſanen-
21 ſium, præſertim, † quia mare, in quo capta fue-
re, cõmune eſt, *l. 3. ff. ne quid in loc. publ. l. in-*
iuriarum (la prima) ad fin. verſ. (& quidem ma-
re) ff. de iniur. § litterarum quoque Inſt. de rer. di-
uiſ. nec videtur etiam eſſe ſub dominio Impe-
ratoris, vt multi tenent *ex l. deprecatio ff. ad l.*
Rhod. de iact.

Sed etiam, quod ſupponamus, licuiſſe ad-
uerſarijs frumentum retinere; ad pretium nõ
eſt, qui dubitet, quin teneantur, quia, nec
ipſum pretium aduerſarij denegant, putant
tamen, ſatisfactum eſſe iuſtitiæ ſoluto pretio
currẽti in ciuitate Meſſanæ iuxta eorum arbi-
trium: ſed ni fallimur nos, valde errãt ipſi, quia
iuſtum eſt ſoluendum pretium, & non minus,
22 traditum .n. eſt, † quòd licet quandoq; quis co-
gatur vendere, nõ cogitur tamen vendere mi-
nus iuſto pretio *l. fin. ff. ad l. Iul. de annon. l. de-*
curiones de adminiſt. rer. ad ciuit. pertinen. cũ
23 *alijs citatis à Natta conſ. 83. nu. 4.* † in caſu aũt
noſtro iuſtum eſſe pretium, quo annona ven-
debatur in noſtra ciuitate, ad quam dirigeban-
tur hęc victualia, ex duobus ſatis cõcludenter
24 probamus: † Primo infallibilis extat regula,
quod vbi res eſt deſtinata de vno loco ad aliũ,
vt ex ea certus effectus reſultet, ſi ille effectus
naſcatur antequam illa res ab eum locum per-
ueniat cenſetur factus in loco, ad quem res de-
ſtinatur, & ille locus inſpicitur, & non locus, in
quo cõtingit effectus *optimus tex. in c. præſenti*
verſ. (porrò) de præbend. in 6. ex quo *tex.* hanc
reg. notat ibi *Gemin.* ſequuntur *Alex. conſ. 129.*
nu. 8. in 7. Dec. conſ. 577. incip. viſo copioſo
nu. 8. Sed frumentum, de quo agitur ad certa
loca dirigebatur, vt Bononiæ venderetur, effe-
ctus venditionis ſecutus fuit in ciuitate Meſſa-
næ, igitur in dijudicando iuſto pretio ciuitas
25 Bononiæ erit ſpectanda, † conferunt ea, quæ de
deſtinatione actus iam cæpti, quæ habetur pro
actu conſumato ſcripſit *Alex. conſ. 7. nu. 6. in*
3. & nõnulla alia de deſtinatione tradidit *Ceph.*
conſ. 648. nu. 16. in 6.

Alia etiam ratione vtimur ad iſtud com-
probandum; nam pretium, quo frumentum
Bononiæ vendebatur, in quantum aſcendit ad
pretium, quo fuit emptum, & ad impenſas

eio.

erogatas in eo conducendo habet rationem damni emergentis, hoc eſt, quia ſi non ſolueretur, mercator damnum pateretur, in eo verò, quod hæc excedit, cedit lucro mercatoris, & ſi eo priuaretur etiam lucro priuaretur: Dicimus igitur, vſq; ad damni quantitatem nō eſſe quod dubitetur, quin DD. Luchinis ſit pretium
26 ſoluendum, non † .n. cum damno tenetur quis alienæ neceſſitati occurrere, nec etiam ſeruando publicam vtilitatem not. *in l. item ſi verberatum ff. de rei vendicat. & in l. Lutius ff. de euict. Aym. conſ 95. nu. 7. & conſ. 276. ſub nu. 7 verſ. (& ſi dicatur) Natta conſ. 554. nu. 1. & 2. Iaſ. in l. Barbarius nu. 36. & 43. ff. de offic. prator. Io. Nider de cont. mercat. c. 2. nu. 7*, in eo vero, in quo pretium ſapit lucrum, dicimus,
27 quod pariter eſt ſoluendū, quia † ille, qui violēter compellit mercatorem ad aliquid, tenetur ad lucrum ceſſans, etiā ante moram, ſuccedēte violentia, & compulſione loco moræ *Sotus lib. 6. de iuſt. & iur. q. 1. art. 3. col. 2. Nauar. in manual. c. 17. ſub n. 211. verſ. (ſecundò cum id ante) & in commentar. de vſur. ſub n. 42. verſ. (poſterior)* & melius *ſub nu. 46 verſ (ſeptima)* & eſſe ex mente Theologorum dixit *Io. Bapt. Lup. de vſur. commentar. 1. ad l. cur abit §. 6. n.*
28 *111. & ſeq.* Imò † cum hoc in caſu interpellati fuerint Meſſanenſes à rectoribus nauium ad relinquendū frumentum, & ad præſtādam eis facultatem, vt iter ſuum deſtinatum complerent, ex eo, quod talem interpellationem Meſſanenſes ſpreuerunt, venit intereſſe lucri ceſſantis, vt ex pluribus firmant *Modern. Andegauenſ. ad l. vnic. C. de ſent. qua pro eo, quod intereſt fol. mihi 131. verſ. (ex pradicta.)* Et licet allegetur, quod potuerit euenire, quod periſſent naues, & Bononiam non peruenirent, ex quo lucrum redderetur incertum; Reſponde-
29 mus † tamen, hunc eſſe triſtem euentum non habendum in conſideratione *l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de verb. oblig.* & eſſe euentum rarò contingentem, ad quem iura nō adaptan-
30 tur *l. nam ad ea ff. de legibus.* Imo † quod magis vrget, veritas eſt, hos caſus non reddere intereſſe incertū, quia etiam, quod mercator probaſſet, ſe habuiſſe in promptu merces emēdas, ex quibus certā quantitatem potuiſſet lucrari, incertum diceretur intereſſe, quia euenire potuiſſet interitus illarum incendio, vel r... euenire poſſet, quod furatæ eſſent, ... men eſt contra omnes *Doct.* ... *l. 3. § fin. ff. de eo quod cert. lo... de ſent. qua pro eo, quod inter...* locis, in quibus de hoc inter... rò, quæ allegātur ex *l. quer...*

l. Aquil. & quæ dicuntur de lucro in potentia, & actu ex *D. Thoma, & alijs*, ſi diligēter animaduertatur, procedunt quando potentia nō cæpit adhuc deduci ad actū, vt fuit factum in ſpecie noſtra, quia iā fuit abſoluta maior pars itineris.

Non omittimus etiā, intereſſe iſtud in propoſito venire ex violenta frumenti occupatione, quam vti de iure non admiſſam, vt antea probauimus, delictum rapinæ, & violentiæ ſa-
31 pit. † intereſſe autem à delicto cauſatum etiā incertum aliqua ratione debetur, vt poſt *Io. Igneum in l. quatenus ff. de reg. iur.* tradunt *dicti moderni Andegauenſ. ad dict. l. vnic. fol. 143. verſ. (ſublimitat Igneus)* Nec dicant aduerſarij, quod teneantur tantùm ad pretium ſuæ ciuitatis ex eorum priuilegio: Quia veritas eſt, quod licet in precibus dicatur de pretio currenti, Rex tamen reſcribens ſimpliciter loquitur de pretio, ita neceſſariò intelligetur de
32 iuſto pretio: † Dicimus præterea, duplex eſſe pretium; vnum legitimum, aliud naturale, primum illud eſt, quod à Principe conſtituitur, de quo in *l. 1. §. cura carnis ff. de offic. praefect. vrb.* Secundum verò eſt, quod naſcitur ab arbitrio venditoris *Lup. de vſur. commentar. 3. ad c. nauiganti §. 5. nu. 116.* illud autem pretium, quo tempore capturæ valebat frumentum, non erat potius octo, quam decem, ſed erat illud, quod placebat dominis frumentorum, vt indicant banna à ſpectabilibus Dominis luratis publicata, quibus cuicumque permittitur vendere frumentum ad pretium ſibi benè viſum, ex quo ſequitur, quod licet frumenta eſſent appretianda ſecundum pretium, quo tunc valebant, adhuc eſſet ſoluendum pretium ex arbitrio Dominorum de Luchinis. Friuolam .n. putamus eſſe conſiderationem illam, quod banna tantùm reſpiciant voluntariè deferētes frumenta: quia licet in verbis talia bāna comprehendant deferentes, conſtat tamen, non eſſe publicata in fauorem deferentium, nec, vt eis recompenſaretur aliquod benefi-
33 cium, † ſed totum illud fuit factum, vt eſſet occurſum neceſſitati ciuitatis, iſta fuit ratio finalis, vt denotant prima verba primi banni ibi, *perche alle Signorie loro &c.* & vltimi ibi, *accio che queſto popolo*, iuxta *l. fin. ff. de hæred. inſtit.* ad ...m finem aſſequendum, allīciuntur ven... deferendum frumentum hac ſpe, vt ... iuxta arbitrium ſuum, cum idem ... ex frumento, de quo agitur, non ...m, quare idem indultum non ...to magis; quia regulariter, ...nus, magis eſt ſuccurrendū ...ceſſitate, quā ex voluntate

præſertim vbi illa neceſſitas non oritur à cul-
pa ſua, imò magis ad certum pretium eſſent
arctandi voluntariè frumentũ deferentes, qui
ratione rei ſunt ſub iuriſdictione, quam illi, qui
nullo modo ſunt ſub iuriſdictione.

Pretenſa autem conſuetudo non obſtat, tùm
quia credimus, illam non probatam, vt ex in-
34 formationibus partis noſtræ, † tùm quia inua-
lida eſt, tanquã iniqua, iniuſta, & contra termi-
nos iuris, & equitatis, potius dicetur corruptela,
quã conſuetudo, etiam quòd Principis autho-
ritate eſſet confirmata, & curſu longiſſimi tem-
poris *Achil. Perſonal. de adipiſc. poſſeſſ. nu. 167.*
Natta in puncto *conſ. 435. nu. 21. & ſeq.* Et
duo illi caſus propoſiti non obſtant, fuere .n.
35 res inter alios actæ, & † exemplis non eſt iu-
dicandum *l. nemo C. de ſentent. & interloc.*
omn. iudic. l. ſed licet ff. de offic. præſid. in illisq;
caſibus frumenta in eodem regno, vel ſub iuriſ-
dictione eiuſdem Principis erant extracta.

Amplectẽdo verò caput intereſſe lucri ceſ-
36 ſantis extra rem, non † dubitamus, quin merca-
tori inſigni ſolito negotiari, cui quotidie non
deſunt infinitæ occaſiones negotiandi, & lu-
cra maxima conſequendi, ſtante etiam Meſſa-
nenſium mora cauſata, tùm à proteſtatione il-
lis facta tempore capturæ à nauicularijs, tùm
ab alia proteſtatione facta ex ordine Domino-
rum de Luchinis die 16. Februarij anni 1592.
& ex conteſtatione litis ſubſecuta, ad latè con-
geſta per *Alfonſ. Vilagut. de vſur. q. 18. in 4.*
concluſione. Nec obſtat, quod ob incertitudinẽ
non detur mora, & proindè, nec iſtud intereſſe,
nàm quantum ad intereſſe conſiſtens in pretio,
moram non eſſe neceſſariam iàm diximus, ſub-
rogata eius loco coactione, reſpectu verò inte-
reſſe lucri, quod poterat fieri ex illo pretio in pro-
teſtatione anni 1592. fuit certificata quantitas
pretij Bononienſis, idcirco tunc mora benè po-
37 teſt incipere: ſed & † addi poteſt, ſine mora de-
beri intereſſe lucri, eſt opinio magis commu-
nis, etiam quod cõtradictores habeat *Nauar. in*
commentar. de vſur. notab. 15. ſub nu. 42. verſ.
(pro contraria tamen.)

Hoc intereſse deberi etiam pro ſequentibus
annis, quoad fuerit ſoluta ſors, arbitramur,
38 & † pari ratione deberi intereſse de intereſſe
Cagnol. ad l. vnic. C. de ſentent. quæ pro eo, quod
intereſt nu. 45. & 46. vbi & *Bolognet. nu. 225.*
latè *Alfonſ. Volagut. de vſur. c. 18. concluſ. 5.*

Quoad vltimum dubium an habenda ſit ra-
tio totius ſiliginis oneratæ: non videmus ra-
tionem, quare nõ ſit habenda ratio totius quã-
titatis, cum diminutio proceſſerit à violentia
aduerſariorum. *anno 1597.*

EPITOME.

In eadem cauſa: Meſſanenſes teneri ſoluere
pretium frumẽti ablati DD. Luchinis, non
obſtante, quòd illud emptum fuerit ab In-
ſulanis Holandæ, & Zelandæ rebellibus Re-
gis Hiſpaniarum, à quibus etiam naues aſ-
ſecuratæ fuerant.

Qui mutuauit pecunias eiſdem Luchinis ero-
gandas in litem cum Meſſanenſibus, eiusq;
operas in huiuſmodi lite præſtitit, præfer-
tur in pretio recuperato cæteris creditori-
bus eorumdem de Luchinis tempore ante-
rioribus, etiam expreſſam, imò & ſpecia-
lem hypotecam habentibus.

SVMMARIVM.

1 *REbellibus nullum ius reddendum eſt.*
Alter tamen per rebellionem alterius non
eſt grauandus n. 29.
Et tenetur fiſcus rebellium debita ſoluere n. 30.
Ad hoc verò, vt quis pro rebelli habeatur requi-
ritur expreſſa declaratio n. 12.
2 *Quod vna via prohibetur altera permiſſum non*
cenſetur.
3 *Quod quis ex ſe obtinere non poteſt, nec per*
alium.
4 *Ex verbis aſſecurationis eius vis colligitur.*
5 *Pretium aſſecurationis nauium ſoluitur ob pe-*
riculum areſtationis.
6 *Mercatores aſſecuratores obligati via executiua*
poſſunt agere pro conſeruatione indemnita-
tis etiam ante ſolutionem.
7 *In crimine læſæ maieſtatis filij delinquentium*
puniuntur.
Et de ratione n. 33.
Hoc tamen eſt iniquum, & odioſum odio irra-
tionabili n. 36.
Ideoq; nõ extenditur ad agnatos, & filios eman-
cipatos n. 37.
Et conſuetudine non ſeruatur n. 38.
In hoc crimine puniuntur etiam innocentes re-
miſſiuè n. 9.
Quod tamen procedit, quando aliqua culpa no-
tari poſſunt n. 32.
Vel quando contra eos laborat præſumptio, quod
ſint imitatores rei principalis n. 33.
Vel quando conſiderantur tamquam membra
vniuerſitatis delinquentis n. 34.
Aut quando priuantur iure radicato in perſona
rebellium, vt in feudo, & emphyteuſi n. 35.
8 *Debitor, qui rebelli ſoluit non abſoluitur.*
10 *Poſt rem iudicatam iudicatus non debet differ-*
re ſolutionem.

11 *Qui*

11 *Qui non delinquit puniendus non eſt.*
Quia pœna non debet egredi delinquentes n.25.
Nec alieno odio quis eſt grauandus n. 24.
Et ideò ob odium alterius quis non eſt grauandus ſoluere ante tempus n.27.
Nec alteri per alterum eſt inferenda iniqua conditio nu.23.
Eſt namque contra naturalem rationem, quod vnus pro alio damnum ſentiat n.26.
Et inhumanum eſt innocentem punire n.28.
13 *Obſeruantia res dubias declarat.*
14 *Commercium cum rebellibus prohibitum eſt, quatenus ex eo foueretur rebellio.*
Sed non eſt prohibitum ex cauſa extrema neceſſitatis n.15.
Sicuti ex cauſa neceſſitatis non eſt prohibitum conuerſari cum infidelibus, imò licitum eſt cum illis inire fœdus n.17.
Quia à qualibet diſpoſitione caſus neceſſitatis excipitur n.16.
18 *Dominium traditione transfertur.*
19 *Aſſecurationis contractus aſſimimilatur emptioni, quæ emitur periculi euentus.*
21 *Pignoratio eſt, quando propria authoritate vindicamus bona eius, quem prætendimus nobis obligatum.*
Quæ non poteſt fieri in bonis illius, qui non eſt obligatus n.22.
30 *Actio naſcitur ex retentione, & violentia.*
Verba regulari debent ſecundum ſubiectam materiam.
39 *Creditor in re conſeruata propria pecunia præfertur cæteris tempore anterioribus & n.42.*
Etiam ſi habeant expreſſam, imo & ſpecialem hypotecam n.40.
Et de ratione n.41.
Quod magis procedit contra creditores habentes ſolam perſonalem actionem n.43.
Sicuti etiam creditor ratione mercedis areæ, vel horreorum, in quibus conſeruatæ ſunt res, vel ratione vecturæ iumentorum, quæ tales res detulerũt præfertur cæteris creditorib. n.44.

RESPONSVM XCII.

Qui via, & veritas eſt, dirigat nos in viam veritatis.

IVridica prima conſideratione videtur areſtatio, vel ſequeſtratio facta ad inſtantiã Regij fiſci de pecunijs debitis Dominis Luchinis pro executione rei iudicatæ ſuppoſito, quod Inſulani Holandæ, & Zelandæ ſint hodie declarati Rebelles, & rei læſæ maieſtatis Catholici Hiſpaniarum Regis, ea pri-
1 ma ratione, † quòd rebellibus nullum ius reddendũ ſit *Cin. in l.1. in princ. C. de naturalibus lib. Bal. in auth. habita n. 23. C. ne fil. pro pat.* quod ius ſaltem mediatè eis redderetur ſolu-
2 tis his pecunijs Dominis Luchinis, † quod .n. vna via prohibetur altera permiſſum non cen-
3 ſetur, † & quod quis ex ſe obtinere non poteſt, nec per alium *c. cum quid de reg. iur. in 6. l. neq. C. de hæred. inſt. cum vulg.*

Addimus ſecundo maximè ſpectanda ver-
4 ba aſſecurationis † factæ per Inſulanos ad fauorem DD. de Luchinis, ex quibus colligitur vis diſpoſitionis *l. in conuentionibus ff. de verb. obligat. Strach. de ſponſ. mercator. parte 3. n.38. Rota Gen. deciſ. 202. n.5.* dicitur autem in aſſecuratione *& ci poniamo in voſtro luoco*, quibus verbis videtur rebelles aſſecurantes facti Domini, vel ſaltem ſocij cum Luchinis, & proindè pretium veluti eis certo modo debitum videtur potuiſſe confiſcari.

Prætcrea, & Tertio Rebelles aſſumpſerunt in ſe periculum, de quo agitur, ibi *d'areſti & retentioni di Re, Regine, Principi, Signori, &*
5 *Communità*, † & eſt huius aſſecurationis natura, vt ob id periculi pretium ſoluatur *Rot. Gen. deciſ. 36. n. 9.* Cum caſus aſſecurationis iàm contigerit, ſi pretium Luchinis ſolueretur, vtiq; extingueretur rebellium aſſecurantium obligatio, non ſecus, ac ſi illis, vti creditoribus ſatisfieret, quod iniquum videtur, quia potius dicendum eſſet, hoc commodum in fiſcum cùm cæteris rebellium bonis tranſire debere;
6 Vel dicatur, † qđ aſſecuratores, vti mercatores menſam paratam habentes obligati via executiua, quamuis non ſoluerint, ius habent exigendi pro conſeruatione indemnitatis ſuper pretio à Meſſanenſibus debito, de quo nunc agitur ad *l. ſi pro ea C. mand. Surd. deciſ. 94. n. 4.* & hoc nunc in fiſcum cum cæteris rebellium bonis tranſijſſe videtur.

Tandem conſiderari poſſet, non eſſe inconueniens, vt Luchini vtcunq; innocentes iacturam patiantur, & incommodum conueniendi aſſecuratores rebelles in odium ſuæ rebellio-
7 nis, † cùm videamus in crimine læſæ maieſtatis, pœnam in filium tranſire *l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſtat. l. cũ ratio in fin. ff. de bon. damnat. c. 1. quand. vaſal. feud. priu. Bar. in l. 1. ff. de interdict. & relegat. n. 1. verſ. (quid ergo dicimus) Bal. in l. emancipatum ff. de ſenator. Imol. in c. 2.*
8 *ex. de feud.* † Ita etiam debitor, qui rebelli ſoluit, non abſoluitur, & ita certo modo in odium alterius punitur *l. fin. C. ad l. Iul. Maieſtat. gloſ.*

9 *in l.reo ff.de ſolut.* † Et quod in hoc crimine etiam innocentes puniantur plures tenent citati ab *Oſaſcb deciſ.Pedemont.90.n.1.*

Hæc primo aſpectu nos dubios reddebant; re ipſa tamen diligentius, & accuratius conſiderata, in eam venimus ſententiam, vt nulla iuſta ratione poſſit defendi hæc areſtatio, vel ſequeſtratio impediens executionem rei iudi-
10 catæ,† & fauens iudicatis ſine ratione tentantibus differre iam diù debitam ſolutionem contra præceptum Iuriſconſ. in *l.ſi ſe §.ait prætor ff. de re iudicat.* dicentis poſt rem iudicatam à iudicato exigi, vt ſoluat, & nihil præterea.

Idq; facile probari poſſe credimus, conſiderando ſingula tempora huius propoſiti caſus, nam ſi prius conſideremus tempus, quo frumenta onerata fuere, non eſt licita areſta-
11 tio, quia in illis inſulis nata ſint frumenta, †cum ipſa deliquiſſe non dicantur ad *Bar. in l. aut facta §.vlt.ſub n.52. verſ.(ſed in delictis) ff. de pæn.* Nec ex eo, quod Luchini cum rebellibus commercium habuerint, cum non conſtet In-
12 ſulanos tũc temporis rebelles fuiſſe, † ad quod requiritur expreſſa declaratio, vt ex *Innocent. Bal.& Caſt.* firmant *Hippol. Marſil. in repet. c. at ſi clerici n.253.de iu dic.& Maſcard. de probat. concluſ.1258. alias 1263. in princ.* Imò
13 obſeruatio, † quæ rebus dubijs ſolet plurimum lucis afferre *Aym.conſ.105.nu.3.Bec.conſ.96. n.14.* indicat, hos tunc non fuiſſe rebelles, quia Meſſanenſes tempore areſtationis frumenti dimiſerunt Nautas, qui erant ex illis inſulis, & eis ſoluerunt integrum naulum vſq; ad portum, quo naues tendebant, ſed & ſi Inſulani tunc tẽporis fuiſſent rebelles, & cum eis fuiſſet inhibitum commercium (quod ſemper in facto ne-
14 gatur) † adhuc dicimus intelligi, cum eis prohibitum ipſum commercium, quatenus ex eo foueretur eorum rebellio, non ad effectum, vt ab ijs victualia extorquerentur, vt illa deſeruirent alijs non rebellibus, cõferunt tradita à *Gi-*
15 *gans.de crimine læſa maieſt.parte 1.q.21.* † Præterea prohibitio commercij non includeret caſum extremæ neceſſitatis, qua tunc tota Italia tenebatur, & præcipuè ipſa ciuitas Meſſana, vt
16 banna ab ea tunc publicata indicant, † à qualibet.n. diſpoſitione neceſſitas excipitur *Bar. in l.5. in fin.C. de naufrag.lib.11. Felin.in c. cum acceſſiſſent n.20.de cõſtit.Dec.in l.1. n.35. ff.de*
17 *offic.eius*, hac ratione † ob neceſſitatem nedum eſt licitum cum infidelibus habere, commercium, ſed etiam cum illis inire fædus *Oldrad. conſ.71. Abb.in c.quod ſuper ſub n.15.de voto.*

Nec poterant frumenta areſtari, vti bona rebellium, & nunc ſequeſtrari pretium, quaſi, quod illud ex cõfiſcatione pertineat ad fiſcum
18 Regium,† ſi quidem certum eſt, facta frumenti traditione dominium fieri Dominorum de Luchinis, & etiam eorum eſſe pretium *l. quod venditor ff.de contrahend.empt. §.venditæ Inſt. de rerum diuiſ.l.traditionibus C.de pact. Dd.in*
19 *l.inciuile C. de rei vendicat.* † & licet dicatur, contractum aſſecurationis aſſimilari contractui emptionis, & venditionis, id intelligitur, quia emitur periculi euentus *l. periculi ff. de nautic.fænore.Rot.Gen.deciſ.3. n. 28. & deciſ. 38. n. 9. de* cuius euentus pretio ſpectante ad aſſecuratores nunc non agitur (fuit. n. iam diù aſſecuratoribus ſolutum) nec illud eſt, quod nunc ſequeſtratur.

Et ſi pretium ſequeſtratum aliqua ratione ad rebelles pertinuiſſet (quod ſemper negatur) & iuſtè poſſet fiſcus prætendere illud confiſca-
20 re, † omnino eſſet Luchinis reſtituendum ob debitum rebellium, ad quod fiſcus nomine ipſorum rebellium tenetur *Afflict. de iure protomiſ.§.4.n.25.Gigas de crim.laſ.maieſt.lib. 3. q. 12.n.7.Pereg.de iure fiſci lib. 5. tit. 5. de publicat.bon.*

Si verò ſpectemus tempus præſens, quo Inſulani Holandæ, & Zelandæ dicuntur rebelles, attento, quod re vera pretium ſequeſtratum eſt principalium noſtrorum, nulla ratio permittit, vt illud retineatur ob delictum aliorum, & vt eluſorium reddatur iudicium tot expenſis iam terminatum, & cum de iure poſſint pretium, & intereſſe conſequi à Meſſanenſibus, & ab aſſecuratoribus, præcisè cogantur, illud perſequi ab aſſecuratoribus ob rebellionem, & eorum infeliciſſimum ſtatum difficillimę, imò, & impoſſibilis exactionis, & qui etiam vti aſſecuratores non tenerentur ad id totum, ad quod Meſſanenſes ſunt condemnati, attenta præcipuè exceptione decimæ partis ex mercatorum conſuetudine.

Idq; primum probatur, quia hæc retentio
21 occaſione delicti,† vel pignoratio dicitur, q̃ eſt, quando propria authoritate nobis vindicamus bona eius, quem prætendimus ex cõtractu, vel delicto nobis obligatum *c. lator de pignor. l. ob æs C. de act. & obligat. Coler. de proceſſ. execut.*
22 *parte 1.c.2.n.303.* † & in bonis eorum, qui nullo modo obligati ſunt fieri non poteſt ex tex. in *Auth. vt non fiant pignorat.* vel dicitur confiſcatio, & minus conuenit, vt ob delictum vnius confiſcẽtur bona alterius, ad quod faciunt vul-
23 gatiſſimæ regulę,† quod alteri per alterum non
24 eſt inferenda iniqua conditio, † quod alieno
25 odio, quis non eſt grauandus, † &, quod pœna non debet egredi delinquentes *l. non debet ff. de reg.*

reg.iur.c.non debet de reg.iur.in 6.l.ſi quis in ſuo §.legis C.de inoffic.teſt. & l.ſancimus C.de pœn.Affli&.in conſt Neapolit.in prælud.q.9.n.2. & 3.& in lib.2.in Rub.de vxoribus ſori iudic.n.
26 *61.& n.6.* teſtans† eſſe contra naturalem rationem, quod vnus pro alio damnum ſentiat, &
27 in *Rub.ſeq. vt pater ſors iudæ.*† vbi, quòd ob odium alterius quis non eſt grauandus ſoluere ante tempus *Iac. de Canibus de repreſal.parte*
28 *1.n.1.And.Gail.de pignorat.obſeruat.3.n.9.* teſt .n. inhumanum, innocentem punire *l.ſi non defendatur ff.de pœn. l.1.§. fin.in fin.ff.de quæſt. Marſil.conſ.16.in fine Triuiſ.deciſ.62.n.25.*
29 *lib.2.*† & in puncto rebellionis *Brun.conſ.feudali 28.n.11.Oſaſch.deciſ.Pedemont.90.n.9.*

Eſtq; hæc æquitas maximè ſeruanda cum ſubditis fidelibus ipſius Sac. Regiæ Maieſtatis, quales ſunt Luchini tenentes domum apertam, & bona ſtabilia in ciuitate Antuerpiæ.

Hinc fit, vt facillimè labefactari poſſint cōtrariæ rationes, nam prima quod rebellibus ius non reddatur, ceſſat, quia ius redditur Luchinis, qui non ſunt rebelles agentibus aduerſus
30 Meſſanenſes† actione nata ex retentione, & violentia *l.quoties ff.de præſcript.verb.Bar.in l. & quia ff.eod.Criſp.de act.n.39.* & forſan doloſa, ex his, quæ aliàs in hac cauſa ſcripſit venerandum Collegium noſtrū: non verò redditur ius aliquod rebellibus, nec in conſequentiam.

Tollitur & ſecūda ratio fundata in illis ver-
31 bis, *e ci poniamo &c.*† regularis.n. his verbis iuxta ſubiectam materiam *l.ſi vno ff.locat. l.ſi clei C. eod.* habent hunc ſenſum, vt aſſecuratores ponantur in locum principalium ad effectum ſuſcipiendi in ſe periculi, nō autem ad effectum communionis, vel ſocietatis inducendæ, idq; manifeſtè colligitur ex literis aſſecurationis dum dicitur *& ci poniamo in luoco voſtro per riſarui, & rimborſarui di tutti li danni, e perdite &c.*

Quare intrepide putamus, iuris eſſe, vt re-
moto omni impedimento, tandem res iudica-
ta ſuum debitum complementum aſſequatur.

Adſit Chriſtus.

DOm. Marcus Antonius Scotus, qui mutuauit
pecunias olim D. Vincentio Luchino ero-
gandas in litem cum Meſſanenſibus pro exi-
gendis ab eis pecunijs pretij frumenti, & operas
ſuas per aliquot annos præſtitit ad negotium
exactionis prætendit pro recuparatione pecu-
niarum mutuatarum, & pro mercede ſua præ-
ferendum eſſe ſaltem in pecunijs exactis alijs
creditoribus eiuſdem D.Vincentij, etiam tem-
pore anterioribus.

39 Et quidem iuſtè, vt opinor, Prius, quia cre-
ditor, cuius pecunia erogata eſt in re aliqua
conſeruanda, in eadem re præfertur omnibus
alijs creditoribus, etiam tempore anterioribus
l. interdum ff. qui pot. in pign. hab. etiam ha-
bentibus nedùm tacitam, ſed & expreſſam hy-
pothecam, imò nedùm habentibus generalem,
ſed & ſpecialem hypothecam in eadem re, vt

ibi

ibi tenet, *gloſ.* ſequendo, *Azo.* quam, & alij ſe-
quuntur *Alberic. Bar. n. 3. Fulgoſ. ſub n. 1. verſ.*
(verùm placet) & Salic. n. 2. Qui idem tenent,
nedum in pecunia mutuata pro armanda, vel
reficienda naui obligata alijs creditoribus, de
qua loquitur ille tex. exemplificatiuè, ſed & in
quacunq; re obligata creditoribus, vt in pro-
poſito fuit creditum cum Meſſanenſibus oc-
caſione nauium frumenti occupatarum ab il-
41 lis, † & benè accõmodatur ratio generalis *l. hu-*
ius, quę ſequitur poſt *a. l. interdum*, quę eſt eiuſ-
dem Vlpiani .ſ. quia pecunia poſterioris cre-
ditoris ſaluam fecit totius pignoris cauſam,
prout pecunia Scoti ſaluam fecit cauſã pigno-
ris huius crediti cum Meſſanenſibus (erat e-
nim, & hoc creditum cum alijs bonis, & iuri-
bus Luchini pignoratum, & obligatum credi-
42 toribus) † facit, & *tex. in l. 1. ff. de ceſſ. bon. l. ſi*
ventri §. 1. ff. de priuileg. credit. Paul. conſ. 285.
num. 2. in 1. Decian. conſ. 109. num. 23. in 2.
Doct. in l. creditor ff. ſi cert. pet. Neguſant. de
pignor. in 2 memb. 5. partis n. 15. Pet. Vande-
ran. de priuileg. credit. c. 8. Aſin. de execut. §. 7. c.
13. fol. 168. verſo Gail. obſeruat. 25. n. 7. lib. 2.

43 Et quantum ad creditores non habentes
hypothecam, ſed solùm perſonalem actionem
magis indubitabile eſt, illis pręferendum eum
eſſe, qui pecunias ſuas pro conſeruatione, vel
recuperatione rei mutuauit *Doct. in ead. l. cre-*
ditor Rip. in l. priuilegia n. 35. ff. de priuileg.
credit.

Et hæc, quæ de iure procedunt in pecunia
mutuata, etiam procedunt, & longè magis in
mercede ipſius Scoti pro tempore, quo in ci-
uitate Meſſanæ incubuit cauſæ exigendi cre-
44 diti cum Meſſanenſibus, † de quo eſt tex. for-
malis in *d. l. huius in fin. ff. qui pot. in pign. hab.*
vbi merces areæ, vel horreorum, in quibus
conſeruatæ fuerunt res obligatæ, vel vecturæ
iumentorum, quæ tales res detulerunt, potio-
res ſunt cęteris creditis, & idem dicitur de nau-
lo ipſarum rerum.

Quare ex his putarem iuſtam eſſe præten-
ſionẽ D. Scoti, quæ pro nunc ſufficere arbitror.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Confeſſio delicti quando noceat confitenti, & quando non.

In crimine veneficij, ex quo non eſt ſecuta mors, an reus puniatur pæna mortis.

SUMMARIUM.

1 *ANte torturam debent præcedere inditia grauiora, vrgentia, clara, &c.*

Quod procedit etiam in delictis occultis, & grauiſſimis n. 2.

Nec poteſt iudex torquere non præcedentibus legitimis inditijs, quamuis aliquantulum arbitrij in hoc habeat n. 3.

Et licet in veneficio debeat eſſe procliuior in torquendo n. 9.

4 *Tortura inferri debet cũ moderamine rationis.*

5 *Confeſſio extorta in tortura de facto illata non nocet confitenti.*

Etiam in delictis grauibus, & exceptis, & etiam repetita, ac ratificata confeſſione n. 7.

Nec etiam ſi iudex habeat liberum, & abſolutum arbitrium n. 8.

Et non nocet confeſſio meticuloſa n. 15.

Quæ verò dicatur meticuloſa n. 14.

In quo multũ tribuitur arbitrio Iudicis n. 20.

Nec nocet, quando eſt inuerisimilis n. 19.

Et quando non verificatur cauſa in ea allegata num. 17.

9 *Inditium omnino imperfectum non poteſt cum alijs coniungi ad inferendam torturam.*

10 *Repetitio torturæ non ſuperuenientibus alijs inditijs haberi non poteſt.*

Etiam in delictis grauiſſimis n. 11.

12 *Quod ſit inditium vagum, & incertum.*

13 *Inditium remotum non probatur per vnicum teſtem.*

16 *Ceruſa non eſt venenum, ſed ob effectus quoſdam eſt venenoſa.*

Fit ex aceto, & plumbi lamine n. 18.

21 *Propinans venenum, ex quo non eſt ſecuta mors non punitur pæna mortis.*

Etiam ſi deuentum ſit ad actum proximum venenandi n. 24.

22 *Percutiens baculo leui animo occidendi non punitur pæna mortis.*

23 l. 1. §. præterea, & l. eiuſdem legis ff. ad leg. Cornel. de ſicar. *in quibus terminis procedant, & an illis conſuetudine derogatum ſit.*

25 Vulpel. conſ. 145 *loquitur contra communem.*

26 *Iudex non debet recedere ab opinione communi.*

27 Boſſ. tit. de homicid. n. 9. 28 Fabi. de Monteleo in 4. par. prax. arbitr. n. 687. in fin.	*in quibus terminis loquantur.*

RE-

RESPONSVM XCIII.

Auxilium à Domino.

AB obiecto crimine veneficij, ex ſententia iuris puto, D. Franciſcum Melatum Aromatarium Mutinenſem eſſe abſoluendum non obſtante ipſius confeſſione, de qua in proceſſu; Et id ex eo præcipuè probatur, quod illegitimè, & non præcedentibus debitis inditijs fuit ter atrociſſimis tormentis laceratus.

1 Etenim ante torturam oportet, vt præcedant
inditia grauiora, & vrgentia, clara, perſpicua,
& concludentia, quæ in genere inditij adeò
reddant iudicem certum, eſt ei duntaxat deſit
confeſſio rei, & nihil præterea *l. 1. in princ. ff. de*
quaſt. l. milites §. oportet & l. cum cognitionali-
ter C. de quaeſt. Bal. conſ. 259. n. 4. in 1. Aym. conſ.
99. n. 1. Grat. conſ. 45. n. 6. & 7. in 2. Honded.
conſ. 102. n. 10. in 1. & conſ 98. n. 9. cum ſeq. in
2. Pereg. conſ. 2. n. 3. in 2. Trinſ. deciſ. 10. n. 8. in
2 Bertazol. conſ. 39. n. 7. & 116. n. 25. Scac. de
iudic. c. 97. n. 180. lib. 1. Gandin. de malefic. in
tit. de indic. & tort. col. 1. verſ. (tertio nota) Fari-
nac. qui alios allegat *q. 37. n. 3. Aldobr. inter cõſ.*
eiuſdem Farinac. conſ. 19. n. 1. & ſeq. qui loqui-
tur in veneficio *Rim iun. conſ. 817. n. 34. Mart.*
Ant. del Rio lib. 5. diſquiſ. magicar. ſect. 3. verſ.
2 *(ad torturam)* quod etiã procedit in delictis oc-
cultis, & grauiſſimis, in quibus quicquid ſit in pu
niendo, in procedendo non eſt à regulis iuris re-
cedendum, & in ſpetie non eſt ad torturam de-
ueniendum, niſi præcedentibus legitimis indi-
tijs *Cacher. deciſ. 79. n. 14. Honded. d. conſ. 102.*
n. 7. in 1. Pet. Cabal. reſolut. crim. caſ. 200. n.
3 *140. & ſeq.* Et licet in hoc aliquid concedatur
arbitrio iudicis *Bar. in l. fin. n. 5 ff. de quaſt.* id ta-
men debet conuenire regulis iuris communis,
ita vt iudex tantum ex legitimis, & à iure appro-
batis inditijs torturam inferat *Boſſ. tit. de indit.*
& conſiderat. ant. tortur. n. 32. Marſil conſ. 15. n.
17. Cacher. d. deciſ 79. n. 57. Honded. d. conſ. 102.
n. 9. in 1. ex quibus omnibus deducitur clara
iuris concluſio, quod cũ in caſu noſtro D. Iudex
deuenerit de facto ad torturam, & fuerit tanta,
quantam fortè accuſatores, vel illi, de quorum
4 intereſſe agitur poſtulabant, nõ † quantam mo-
deratæ rationis temperamentum deſiderabat
contra *l. de minore §. tormenta ff. de quaſt.* vt
5 inferius probabitur, confeſſio † non noceat in
aliquo confeſſo, & non ſit habenda in conſide-
ratione ad aliquam condemnationem *l. 1. §. Di-*
uus Seuerus ff. de quaſt. gloſ. in l. pen. in princ. vbi
& Bar. n. 1. ff de quaſt. & Marſil. n. 3. & n. 11.
cum ſeq. teſtans ita obtinuiſſe. *Bal. in l. Impera-*
tor lectura 1. ſub n. 3. ff. de ſtat. hom. Boer. deciſ.
90. n. 10. Alex. conſ. 5. n. 1. in 1. vbi & apoſtil.
Vulpel. conſ. 21. n. 6. Grammatic. conſ. 15. n. 10. &
voto 6. num. 9. cum ſeq. Bertazol. conſ. criminal.
6 *341. n. 19. 427. n. 9. & 449. n. 4. &* † *Illuſtriſs.*
Dominus meus D. Laderchius conſ. 184. n. 2. &
conſ. 191. n. 2. vbi ſolito eleganti ſtilo id proſe-
quitur probando, & latiſſimè poſt alios *Fari-*
7 *nac. q. 84. n. 1. & ſeq.* & † hi *Doct.* id communi-
ter tenent etiam in criminibus grauibus, & ex-
ceptis, & etiam in confeſſione repetita, & rati-
ficata; ſemper enim adeſt illud vitium, quod ſe-
cuta eſt non præcedentibus inditijs, & quod
8 cõtra præcepta iuris cæptum eſt à tortura, & † e-
tiam quod iudex habeat liberum, & abſolutum
arbitrium in procedendo, vt *Farinac. d. q. 84. n.*
9 3. plures allegans, & † quamuis in veneficio de-
beat eſſe procliuior iudex ad torturam, vt aiunt
Doct. allegati à *Decian. in tract. crim. c. 22. de*
atrocitate veneficij non dicunt tamen, quod de-
beat torquere non præcedentibus legitimis in-
ditijs.

Quod verò nos verſemur in his terminis, fa-
cilè oſtenditur, quia quoad primam torturam
præcedit, quod qui fænicula à Melato tradita
comederunt accidentia veneni paſſi fuerunt,
quod non eſt inditium concludens, cum conui-
uantes, & alia comederint; adeſt poſtea mulier,
quæ ieiuna cum eadem fænicula comederit
eadem accidentia paſſa fuit, à qua non poteſt
haberi inditium, niſi remotum, eo quod fæni-
cula non immediatè prouenerunt à manu Me-
lati ad mulierem ipſam, ſed ad aliorum manus
prius peruenerunt, à quibus potuerunt veneno
aſpergi. Nec ideò magis tale inditium erit legi-
timum, quod coniungatur cum inditio ſumpto
9 ab accidenti conuiuantium: quia † cum hoc in-
ditium ſit omnino in ſe imperfectum, quia. ſ. in
menſa alij parati erant cibi, non poterit tale in-
ditium prorſus imperfectum iungi cum alijs in-
dicijs ad torturam *Io. de Amic. conſ. 7. n 26. Hon-*
ded. conſ. 97. n. 28. in 2. Et dato, quod arbitrium
iudicis eò deuentum fuerit, vt arbitratus fuerit,
inditium à muliere ſumptum ſatis legitimum eſ-
ſe iuncto qualiquali adminiculo à conuiuanti-
bus ſumpto ad torturam, vtiq; non erat tale in-
ditium adeò graue, & vrgens, vt non fuerit pri-
10 ma tortura graui vſquequaq; purgatum; ſine † a-
lio nouo inditio deuentum poſtea fuit ad repe-
titionem torturæ, quod illegitimè factum fuiſſe
probatur ex ſcriptis à *Doct. in l. vnius §. 1. ff. de*
quaſt. & in l. fin. C. de quaſt. Marſil. in l. repeti
n. 8. & ſeq. ff. de quaſt. Cum. conſ. 139. ſub n. 3

D. La

D. Laderch. d. conſ. 184. ſub n. 4. Guid. de Suzar.
tract. de indit. & tortur. n. 3. & n. 57. Aug. Aret.
11 *in verſ. (quod fama publica) n.* 95. etiam † in de-
lictis grauiſſimis *Aym. conſ.* 287. *nu.* 6. *in fin.*
& n. 7. *Ant. Gomez. var. reſolut. tom.* 3. *c.* 13.
Rub. de tortura reor. n. 26. *Farinac. q.* 38. *n.* 72.
cum pluribus ſeq.

Sed quicquid ſit, ex his gradibus torturæ li-
cet vltimis, & grauiſſimis iuxta tradita à *Clar.*
in §. *fin practicar. q.* 64. *verſ. (nunc de gradi-
bus)* nullam Iudex habuit à reo confeſſionem,
ideò, dato, ſed non conceſſo, quod legitimè
Iudex proceſſerit, adhuc nihil habetur contra
reum.

Superuenit poſtea nouum inditium famuli,
qui deponit, Melatum neſcio quid immiſcuiſſe
cum ſaccharo, non deponit autem quid fuerit
mixtum, an id fuerit quid venenoſum; Quod
12 modo † iſtud indicium tàm vagum, & incer-
tum *ſecundum Paul. conſ.* 299. *ſub num.* 2. *ibi
(& ſimiliter) & verſ. (quidam verò) & pau-
lo inferius, ibi (item aliqua) in* 2. fuerit legiti-
mum ad deueniendum ad nouum, & illud
quidem acerbiſſimum tormentum, nemo pro
veritate dicet ſtantibus iam antea ſcriptis,
quod inditia debent in genere ſuo cõcludere,
13 & † tanto minus legitimum eſt iudicandum,
quod vti remotum à delicto (quia non dicitur,
quod venenum fuerit commixtum) nõ ſufficit,
quod deponatur ab vno teſte, ſed ſaltem duo
ſunt neceſſarij, vt ex communi plures allegan-
do ſcripſit *Farinac. q.* 37. *ſub n.* 12. *&* 13. acce-
dat etiam, quod ex dictis ipſius teſtis, dum in
alio examine dixit *li proteſto, che non me dia
tormento, perche dirò tutto quello vorrà per li
tormenti* conijci poteſt, omnia depoſuiſſe for-
midine tormentorũ, quod diminuit ei de fide,
& reddit inditium valde ſuſpectum. Conclu-
dendũ igitur eſt, vt antea confeſſionem extor-
tam ab ore rei illegitimè torti illi non officere.

14 Præſertim, quia ex eius verbis dicentis *lo
dirò, ma non l'hò fatto*, & ex ſeueriſſimo modo
procedendi conſtat, confeſſionem fuiſſe ex-
tortam ob tormentorum acerbitatem *Decian.*
ferè in ijſdem terminis *conſ.* 80. *n.* 35. *in* 3.
quem etiam ſequitur *D. Laderch. d. conſ.* 184.
15 *ſub n.* 4. quod † verò confeſſio meticuloſa non
noceat reo extat *gloſ. in l.* 1. §. *Diuus ff. de quæſt.*
quam vna cum alijs citat *Decian. d. conſ.* 80. *n.*
35. *Farinac. conſ.* 16. *n.* 20.

Adiungitur etiã, quod confeſſio eſt ex plu-
16 ribus inuerisſimilis, Prius, † quod Aromatarius,
cuius peritia conſiſtit in cognoſcendis venenis
maximè afficientibus patientes, vſus fuerit ce-
ruſa, quæ in ſe non eſt venenum, cum fiat ex
plumbo, & vaporibus aceti calcinantibus ipſũ,
licet ob effectus quoſdã venenoſa ſit *Ardoyn.
lib.* 2. *de venen. c.* 10. *de ceruſa Mercurial. de
morbis venenoſ. lib.* 2. *c.* 11. *de Gipſo, & ce-
ruſa*; Deinde, quod palam in apotheca, & co-
ram famulis fuerit dolo propinatum venenũ,
cũ id occultè facilè fieri potuerit, & de nocte:
Tertiò cum deponat, ceruſam fuiſſe vnam vn-
ciam, non eſt veriſimile, quod vna vncia di-
ſperſa inter tot fęnicula, quæ à pluribus come-
ſta fuere cum ſaccharo, ita affecerit comeden-
tes, vt paſſi fuerint tàm grauia accidẽtia *Alex.
conſ.* 115. *n.* 1. *&* 2. *in* 3. Quarto, nec eſt veroſi-
mile, quod Aromatarius deſiderans venenare
vnũ, cum habuerit cõmoditatem illi ſoli pro-
pinandi venenũ, quod illud propinauerit plu-
ribus conuiuantibus. Quinto nec id credendũ,
quod committere voluerit in perſonam, cui
ipſe maximè debebat, pręſertim ex cauſa amo-
ris, quæ parum poterat operari in perſona pro-
uectæ ætatis, ex quo, & ipſa ratio redditur in-
uerisſimilis: Imò & in proceſſu ſupponitur pro-
17 bata prorſus falſa, vel † ſaltem non apparente
verificatione huius cauſæ confeſſio non debet
nocere *Grammatic. deciſ.* 2. *ſub num.* 40. *verſ.
(Et tanto magis)* Sextò, nec credendũ eſt deſi-
derantem occidere propinaſſe venenum in
cibo, qui comedìtur impleto ventre, quando
venenum minus noxium eſt (vt à peritis) pote-
rit D. Iudex informari. Septimo, audio, quod
Melato non deerant plures occaſiones, qui-
bus poterat ipſi ſoli Equiti parare venenum,
certus, quod eum ſumpſiſſet, ergo non eſt veri-
ſimile, qđ parauerit tali occaſione, qua Eques
alias habens eſcas, facile poterat non tangere
fęnicula. Inuerisſimilis igitur eſt rei confeſſio,
quod arguit extortam fuiſſe metu tormento-
rum, & præſertim, quia etiam conſtat, eſſe con-
feſſionem hominis ſtupidi ob acerbitatem
tormentorum, nam confitetur ſcelus perpe-
traſſe, vt venenaret Dom. Comitem, & Equi-
tem, & tamen Eques eſt ſolus, de quo timebat
in amore, & poſtea ſtatim id reuocat dicendo,
id egiſſe, vt venenaret ſolum Equitem, non
Comitem, quem dicit ſciuiſſe, quod de dictis
fænicul is non comedebat, & tamen conſtat
comediſſe: Tandem, quæ maior ſtupiditas col-
ligi poteſt, quam quod Aromatarius ita deuiet
ab illis, quæ ſunt artis ſuæ, vt dicat, ceruſam fie-
18 ri ex argento viuo minerali, cum † tamen om-
nes authores conueniant fieri ex aceto, & plũ-
bi lamine, nullus verò eſt, qui dicat, illam fie-
ri ex argẽto viuo *Sant. Ardoin. lib.* 2. *de venen.
c.* 10. *de ceruſa Bernardus Deſſennius de com-
poſitione medicamentorum lib.* 10. dum agit de

aquis

aquis deſtillatis, qui dicit, hoc indubitatum eſſe
Ant. Braſauol. in examine metallorum. Mercu-
rial. de morb. venenoſ. lib. 2. c. 11. qui allegat
19 ad hoc Theophraſt. Vitruu. & Dioſcorid. Ex † his
igitur infertur, confeſſionẽ eſſe meticuloſam,
& inuériſimilem, quæ propterea confitenti no-
cere non debet Marſil. in practic. §. postquam
n. 5. in fin. & nu. 8. Iaſ. in l. Magiſtratibus nu.
7. ff. de iuriſd. om. iud. Bertazol. conſ. criminal.
29. nu. 7. & conſ. 214. ſub nu. 15. & 16. in 1.
Grãmat. A. deciſ. 2. n. 41. Farinac. q. 81. n. 28.
& conſ. 86. ſub nu. 60. ibi (quia ſicut confeſſio
&c.) Mancin. de confeſſ. c. 7. num. 26. & id tra-
dunt Doctores etiam in confeſſione extorta ex
tormentis, & in ſpontanea, & etiam in graui-
bus, vt de crimine læſæ maieſtatis Decian. in
20 tract. crim. lib. 7. c. 45. nu. 22. Idcirco † in re
hac plurimum tribuunt iura prudentiæ iudi-
cis, cum plures reperiantur ita tormenta ab-
horrẽtes, vt malint falsò cõfitẽdo delicta mori,
quam tormenta pati, vt huius rei exempla, &
authoritates plures refert Menoch. in addit. ad
caſ. 269. lib. 2. de arbitr. iudic. optimè Iuris cõſ.
in l. 1. §. quæſtioni ff. de quæſt. & quia certò ſcio, ꝙ
Perill. & Excellẽtiſs. D. Iudex pro ſua integri-
tate, & ex debito officij omnia hæc diligen-
ter conſiderabit, præſertim inueſtigando ve-
ritatem cauſę, de qua in confeſſione, in hoc vl-
terius non puto immorandum, cũ facilè potue-
rit eſſe, quod alius inimicus horum nobilium,
vel appoſuerit, vel procurauerit apponi vene-
num.

Quando tamen hæc omnia ceſſarent, quæ
21 tamen ex ſententia mea maximè vrgent, ex † a-
bundanti, & illud addi poteſt, quod cum ex fa-
cto non ſit ſubſecuta mors, & non potuerit ex
modica quantitate ſequi (vt & quilibet in arte
peritus nõ inimicus rei, & non habens intereſſe
ad cauſam facilè teſtificabitur) non ſit tractan-
dum de pœna ordinaria mortis Paul. cõſ. 299.
ſub nu. 3. ibi (niſi venenatio fuerit ſecuta, &
etiam interitus propter eam) Cepol. conſ. crimin.
vlt. Grammatic. deciſ. 2. & deciſ. 74. nu. 16. cũ
ſeq. Reuſner. deciſ. 21. ſub n. 24. lib. 2. Auguſt.
Arimin. ad Ang. de malefic. verſ. (& ex inter-
uallo) addit. pen. Clar. in §. homicidium verſ.
(punitur etiam) Decian. tract. criminal. c. 23. n.
3. & c. 26. nu. 6. Bonacoſ. in quæſt. crimin. par.
1. in verbo (venenum) Viuius opin. 121. nouiſ-
ſimè Farinac. q. 122. nu. 20. cum ſeq. & nu.
29. vſque ad fin. & conſ. 36. ſub num. 1. iſtiq;
teſtãtur, hanc eſſe communem, & magis cõmu-
nem opinionem totius Italiæ, & in pluribus
locis ita ſeruatum fuiſſe, aliosq; infinitos eiuſ-
dem ſententiæ allegant. Quæ opinio etiã quod
habeat aliquos contradictores, quando nõ eſt
ſecuta mors ope medicorum, eoſdem non ha-
bebit contradictores, quando non eſt ſecuta
mors, quia venenum ad id non fuerit aptum,
vt hic ob eius qualitatem, & quantitatem, de
quo D. Iudex (vt dixi) poterit à peritis non ſu-
22 ſpectis informationem habere, nõ † aliter ac ſi
quis haberet animũ occidendi, ſed percuteret
baculo leui, nõ apto ad occidendũ, non ſecuta
morte ob debilitatem inſtrumẽti nullus dicet,
talem percutientem puniri, ac ſi occidiſſet, ad
hoc optime facit Farinac. d. q. 122. nu. 21.

23 Nec huic opinioni reſiſtunt l. 1. §. præterea &
l. eiuſdem legis ff. ad l. Corn. de ſicar. vbi lege
Cornelia punitur, qui venenum ad necandum
tenuerit, dederit, habuerit, vel vendiderit, quia
iuxta cõmunes traditiones Doct. illi tex. intelli-
guntur ſecuta morte ex veneno, vt lege Cor-
nelia teneatur non tantum ille, qui propinauit
venenum, ſed etiam ille, qui ad hunc effectum
illum vendidit tenuit, habuerit, vel dederit, Vel
dicendum eſt, hos puniri ex eadem lege Cor-
nelia, ſed non grauiori, ſed mitiori pœna Mar-
ſil. in d. l. eiuſdem legis nu. 2. & 3. vel tandem
dicendum, his legibus, & alijs punientibus af-
fectum, ſicut effectum eſſe ex generali conſue-
tudine derogatum Marſil. in d. l. eiuſdem legis
nu. 8. Farinac. q. 124. nu. 78.

24 Non obſtat, quod ſupra allegata nõ proce-
dãt, quando deuentum eſt ad actum proximũ:
Quia imo Doct. loquuntur in caſu, quo potuit
mors ſequi, ſed non eſt ſecuta ex medicamen-
tis adhibitis, & ita interueniẽte actu proximo,
alias mors ſequi non potuiſſet, & qui à me alle-
gati ſunt, loquuntur, quando datum eſt vene-
25 num: Nec † obſtat, quod Vulpel. conſ. 145. cõ-
ſulat contrarium, quia conſuluit contra cõem
26 opinionem, à † qua non debet iudex recedere
ex opinione Vulpell. vel aliorũ c. ne innitaris
de conſtit. & in puncto Farinac. d. q. 122. nu.
27 16. qui † etiam eadem quæſt. ſub n. 30. reſpon-
det ad Boſſ. qui in tit. de homicidio nu. 9. te-
ſtatur contrarium ſeruatum fuiſſe, dicens id
fuiſſe ob particularem decretum dominij Me-
diolani, quo cauetur, vt animus occidendi pu-
niatur.

Nec obſtat bannum de exonerante archo-
buſium, quia illud procedit in delicto, quod
magis frequentatur, & ideò non licet arguere
ad delictum minus frequentatum: Præterea,
quicquid ſit, notum eſt, ad correctionem eius,
quod de iure communi recipitur, nõ licere ar-
guere ex particulari bãno à multo magis, cum
coniecturis, & argumentis non corrigantur re-
gulæ iuris communis.

Non

Digitized by Google

Non obſtat, quod venenum pluribus nocere poterat: quia cum tractetur qua pena puniatur affectus, quia effectus ſecutus non eſt, hoc non eſt attendendum .ſ. quod plures poterant offendi, quia vnus tãtum ex animo erat occidendus, ita in alijs præter D. Equitem puniendum non eſt factum, quia ſecutum non eſt, nec affectus, quia ad eos non dirigebatur.

28 Tandem non obſtat, quod contrarium videatur tenere *Fab. de Manſeleo. in 4. parte praxis arbitral. nu. 687. in fin.* in perſona Illuſtri, quia primo ipſe non dicit eſſe locum pænæ ordinariæ mortis naturalis, ſed ait iniungendam pænam ordinariã ſaltem mortis ciuilis, & dum ſubiungit ex dignitate offenſi pænam augeri, non ob id concludit eſſe locum illi pænæ, cui eſſet locus ſi mors ſecuta fuiſſet, ſed quia antea dixerat in perſona non illuſtri, cui paratur venenum pænam parantis eſſe fuſtigationem, mulctam, vel exilium ſubiũgit in perſona Illuſtri ex dignitate augeri pænam ad ſummum vſq; ad mortem ciuilem. Secundo, ipſe nõ loquitur in viro tantum Illuſtri ob ſplendorem familiæ, vel ob virtutes, ſed in Illuſtri ratione dignitatis, & gradus magiſtratus, vt accipitur Illuſtris apud *Dec.* & alios in præludijs ad *l. 1. ff. de offic. eius*, in iſtis facilè teneri poteſt, affectum puniri, ac ſi effectus ſecutus eſſet, quia res verſatur in crimine læſæ maieſtatis, & quod in his terminis loquatur ipſe *Monſeleo.* conſtat ex illo modo loquendi *perſona vel Illuſtri, vel dignitate aliqua valate* quaſi dicat vltra dignitatem Illuſtrem.

Tandem, vtcunq; res ſe habeat, hoc fuit dictum ſingulare ipſius *Monteleon.* quod, cum limitet communem opinionem ſine vlla iuris allegatione, parum nocebit communi opinioni.

His ego concludo pauperem hunc, & incautum Aromatarium vel nulla pæna (vt opinor) vel non ordinaria pæna eſſe puniendum, Et ſi placebit D. Iudici ex humanitate ſua, & debito iuſtitiæ inquirere de veritate confeſſionis, facilè huius rei, aliud adinueniet principium. *anno 1609.*

Laus Deo & Virgini.

EPITOME.

Quando alienatio facta ante delictum dicatur facta in fraudem fiſci, & quando non.

SVMMARIVM.

1 P*Æna non debet egredi authores delicti.*
2 *Diuiſio, & cæteri contractus initi à delinquente ante delictum ſunt validi.*
Nec bona, quæ ex dictis contractibus in alios tranſierunt confiſcari poſſunt nu. 3.
Ratio adducitur nu. 4.
Secus verò ſi cõtractus fuerint ſimulati in fraudẽ fiſci, & quæ ſint fraudis ſuſpitiones nu. 7.
In dubio tamen non præſumuntur facti in fraude num. 5.
Præſertim quando ſunt facti palam cum præſentia virorum omni exceptione maiorum nu. 6.
Præſumptiones verò fraudis debent eſſe graues, & concludentes nu. 11.
Et tolluntur, quando cauſa delicti non præceſſit contractum nu. 8.
De quo rationes aſſignantur nu. 9. & ſeqq.
Et quando conſtat delinquentem tempore contractus non cogitaſſe de delicto d. nu. 9.
Prout conſtat, quando rixa ex accidenti oritur nu. 12.
Ceſſant etiam præſumptiones fraudis in contractu oneroſo nu. 14.
Et quando actus fit ex neceſſitate nu. 20.
Et non operantur, quando quis damnatur in cõtumaciam nu. 15.
Rationes afferuntur nu. 16. & 17.
Fraudis verò præſumptiones ſeparatæ non operantur ad fauorem fiſci, vt de præſumptione, quod delinquens remanſerit in poſſeſſione rei alienatæ nu. 18.
Item de præſumptione, quod alienatio ſit facta in ſanguine coniunctum nu. 19.
Et de illa, quod in diuiſione bona omnia exiſtentia in loco delicti obuenerint fratri non delinquenti nu. 21.
10 *Præſumptio debet eſſe veriſimilis, & ex certo ſigno proueniens.*
11 *Ex illis, quæ ſequuntur colligitur animus præcedens.*
13 *Fiſcus, quando eſt actor, tenetur probare intentionem ſuã, quia in hoc non eſt priuilegiatus.*
16 *Damnatus in contumaciam dicitur damnatus, non quia deliquerit, ſed quia non ſe defenderit.*
17 *Confeſſio ficta ex contumatia nocet confitenti, non cæteris.*
22 *Arbitrium Iudicis verſatur in modo faciendi diuiſiones.*
23 *In diuiſione fratrum maior debet facere partes, & minor eligere.*
24 *Diuiſio facta legitimè caret omni ſiniſtra ſuſpicione.*
25 *Cauſa criminalis præiudicat ciuili à tertio non delinquente propoſita.*
26 *Nec ciuili præiudicat, quando criminalis fundatur in inquiſitione.*

RESPONSVM XCIV.

Chriſtus ſit illuminatio mea.

CLari, & aperti iuris eſſe exiſtimo, non licuiſſe Illuſt. D. Commiſſario fiſcali inuadere bona, quæ ex diuiſione obuenerunt Illuſt. Dom. Camillo de Barberijs, ob delictum, quod obijcitur D. Ioanni Mariæ ſuo fratri maiori, & contra quem intelligo propterea
1 procedi in eius contumaciam: Si † quidem delicta non debent egredi quoad pœnam ſuos authores *l. ſancimus C. de pæn.* & publico documento diuiſionis conſtat, quæ bona obue-
2 nerint in portione ipſius D. Camilli; Potuit † enim frater maior à minori ad diuiſionem prouocatus cum minori diuidendo ei aſſignare ſuam portionem antequam delictum committeret, quemadmodũ & alios omnes contractus inire *l. ſi quis poſt hac §. ſi quid etiam C. de bon. praſcript. l. donationes §. fin. in princ. C. ad l. Iul.*
3 *maieſt.* quibus † probatur confiſcationem non extendi ad alienata ante delictum *Alex. conſ. 8 2. nu. 2. in 3. Dec. conſ. 234. (in cauſa magnificij in princ. verſ. (in primo tempore) Pereg. de iure fiſci lib. 5. c. 1. nu. 153. Pic. in l. poſt contractum. ff. de donat. nu. 14. & 18.* adducens
4 rationem, quod † ſi ille, in quem iuridicè ante delictum res tranſlata eſſet, ſecuto delicto eam perderet, deciperetur authoritate legis permittentis domino de proprijs ad libitum diſponere contra *l. 1. C. de his qui ven. atat. impetrarunt c. 1. de commodat.*
5 Huiuſmodi enim diſpoſitio facta debito tẽpore in dubio præſumitur vera, & realis, non ſimulata, præſertim quando præceſſit ex neceſſitate *Dec. d. conſ. 234. ſub n. 1. Tiraquel. de*
6 *retract. conuentional. in præfat. nu. 29.* Et † magis quando palam, debitis ſolemnitatibus interuenientibus cum præſentia virorum omni exceptione maiorum, ex rogitu notarij viri integerrimi, & promouente eo, qui delictũ non commiſit, quæ omnia ſupponuntur in hac diuiſione; illis enim ceſſat omnis ſimulationis, & fraudis ſuſpitio *Alex. conſ. 86. nu. 8. in 4. Marſil. conſ. 120. nu. 24. Dec. conſ. 96. nu. 12. Bertazol. conſ. criminal. 36. nu. 8. in 1.* & in puncto diuiſionis *Soc. conſ. 14. nu. 7. in 4.*
7 Mihi tamen perſuadeo, pro fiſco adduci plures fraudis ſuſpitiones, de quibus apud *Bar. & alios in l. poſt contractum ff. de donat. Pereg. de iure fiſci d. libi 5. c. 1. Ant. Gomez. var. reſolut. tom. 3. c. 14. de confiſcat. bon. Boſſ. de bon. publicat. Clar. practic. crim. §. fin. q. 78. verſ. (ſolet etiam) Menoch. præſumpt. 124. in 3.* Præſertim, quod intra paucos dies poſt diuiſionem ſecutum eſt delictum; Quod alienatio facta fuit in fratrem, & ita in perſonam ſtricto ſanguinis vinculo cõiunctam; Quod Camillo fratri fuerint conſignata omnia bona, quæ confiſcationi ſubiacere poterant; Quod non aderat cauſa, ob quam fieri deberet diuiſio, Et quod frater maior poſt diuiſionem mãſit in poſſeſſione portionis fratris minoris, vt antea.
8 Sed omnes iſtæ ſuſpiciones ceſſant, quando ex parte fiſci non probatur, præceſſiſſe cauſam delicti, vt in homicidio, quod præceſſerint graues inimicitiæ *Bar. in d. l. poſt contractum ſub nu. 2. verſ. (dico, quod hic) & in ibid. n. 35. & 55. Natta conſ. 349. nu. 2. Pereg. d. c. 1. nu. 155. Bar. conſ. 65. (factum tale) ſub nu. 3. Soc. conſ. 264. nu. 2. in 2.* alios allegat *Menoch. d. præſumpt. 124. nu. 24. in 3.*
9 Nimirum † quia totum fundamentum harũ ſuſpicionum in eo fundatur, quod diſponẽs de bonis præſumitur cogitaſſe de delicto committendo, quæ præſumptio, vt ſubſiſtat, neceſſe eſt, vt præcedat fundamentum cogitationis, alias
10 † non eſſet veriſimilis præſumptio, nec innixa certo ſigno, vt oportet *Alciat. de præſumpt. in 3. parte nu. 2. & nu. 7.* Et quia alias, non poſſunt oriri graues, & concludentes ſu-
11 ſpiciones, & coniecturæ fraudis, vt † neceſſe eſt, ad declarandam alienationem, vel nullam, vel ſimulatam *Anchar. conſ. 251. ſub nu. 4. verſ. (præterea aduertendum) Alciat. conſ. 24. nu. 9. lib. 8. & in d. l. poſt contractum ſub nu. 34. verſ. (ſed & ſi) & ſub nu. 35. verſ. (ſed tamen à Bart.) Nat. conſ. 212. nu. 2.* Id à fiſco
12 minimè probatum mihi ſupponitur, imò conſtare, ex controuerſia pecuniaria iurgium criminale ex accidenti ortum habuiſſe, ita ex accidenti, quo caſu non poteſt dici eius cogitatione ad diuiſionem deuentum fuiſſe *Io. Annib. in d. l. poſt contractum nu. 177. & 178. Ant. Gomez. reſolut. tom. 3. c. 14. de confiſcatione ſub nu. 4. verſ. (& adde, quod ſemper) Menoch. d. præſumpt. 124. ſub nu. 29. verſ. (idem in ſpecie)*
13 Imò, ſi ex illis, quæ ſequuntur, colligitur quæ fuerit mens, & cogitatio præcedẽs (vt colligitur) *§. panorum & ibi not. Inſt. de rerum diuiſ. Menoch. præſumpt. 35. nu. 20. cum ſeq. in 6.* Ex eo, quod D. Io. Maria non eſt inſecutus armis offenſiuis, quæ geſtabat, aduerſarium, qui in eum conuicia dixerat, imò etiam & famulum reuocare tentauit, conſtat, non præceſſiſſe in eo animum, & cogitationem committendi

Digitized by Google

tendi tale quid, ex quo ſequi poſſet condemna-
13 tio: Sed hæc ex abundanti dicta ſint, quia † per-
tinet ad fiſcum probare fundamentum prauæ
cogitationis, & ſi non probauit, nihil obtine-
bit eorum, quæ ſunt in intentione ſua, in hoc
non reperitur fiſcus priuilegiatus, ergo in eo
ſeruatur regula, vt actor probet fundamen-
tum intentionis ſuæ *l. non puto ff. de iure fiſci, &
l. eadem ff. de compenſat. cum alijs vulg.*

14 Secundo ex alio non eſt locus dictis ſuſpi-
cionibus, quia diuiſio eſt actus onerosſus, cum,
qui recipit, tantundem etiam conſignet, ideò
talis, vt non poſſit dici alienatio facta in frau-
dem fiſci, niſi cum intentione fraudandi alie-
nantis, & delinquentis, etiam probetur eadem
intentio acquirentis *Bar. in d. l. poſt contractum
ſub nu. 3. verſ. (quod de venditione) Pic. nu. 38.
& Alciat. nu. 35.* qui ad hoc allegat *l. ſi debitor
cum l. ſeq. ff. quæ in fraud. credit. Dec. d. conſ.
234. ſub nu. 1. Surd. conſ. 382. nu. 64. in 3.*
quam intentionem vtiq; non probauit fiſcus,
nec poterit probare, cum frater minor degens
in ſtudio Ferrarienſi per plures menſes anni
non facilè ſcire poſſet, quæ ab eius fratre geſta
eſſent: Nec coniunctio ſanguinis ſola ſufficit
in caſu, in quo oportet, vt coniecturis vrgenti-
bus de fraude conſtet præſertim cõiunctio ca-
dens inter fratres, quæ potius diſcordias, quam
concordias alit, rara enim eſt fratrum gratia,
vt experientia docet.

15 Quarto allegatæ ſuſpiciones, & coniecturæ
fraudis nõ procedunt, quãdo quis eſt ex contu-
macia damnatus *Alciat. in d. l. poſt contractum
nu. 31* & clarius *conſ. 24. incip. (plures mihi) nu.*
16 *10. lib. 8.* dicens † id ex eo eſſe, quod ideo con-
demnatus in contumaciam quis eſt, non quia
deliquerit, ſed quia non ſe defenderit *l. ſi ideo
ff. de euict. l. Papinianus §. meminiſſe ff. de inof-*
17 *fic. teſt.* & † quia contumacia producit fictam
confeſſionem, quæ duntaxat contumaci, &
nõ alijs habẽtibus cauſam anteriorem nocere
debet *l. eius, qui vbi Bar. ff. de iure fiſci.* Opi-
nor autem, proceſſum contra D. Io. Mariam ex
contumacia, ideo eius contumacia non poteſt
nocere fratri habenti cauſam ante delictum,
nec allegatæ ſuſpiciones conſiderandæ erunt
in eius prǫiudicium.

18 Nec tandem omittendum puto, plures ex
ſuſpicionibus, de quibus ſupra, ſolas non ſuffi-
cere, etiam quod conſtaret de graui inimicitia
prǫcedente, & præſumpta cogitatione delicti,
vt eſt coniectura poſſeſſionis *Pic. in d. l. poſt
contractum nu. 49. Alciat. nu. 43. Bero. conſ.
170. ſub nu. 5. in 2. Pereg. d. c. 1. ſub nu. 160.
verſ. (intellige tamen) Menoch. d. præſumpt.*
19 *124. nu. 31. in 3.* & † de coniectura coniun-
ctionis ſanguinis *Angel. in l. res vxoris C. de do-
nat. inter vir. & vxor. nu. 4. Euchar. conſ. 251.
ſub n. 5. verſ. (tertio quia iſta) Alex. conſ. 354.
n. 19 in 7. & conſ. 57. ſub n. 3. verſ. (& hæc pro-
cedunt) in 5. Dec. d. conſ. 234. nu. 1.* Quę con-
iectura cõſanguinitatis leuior redditur in diui-
ſione, quæ regulariter non cadit, niſi inter ſan-
guine coniunctos, nec in ea conſiderari poteſt,
quod fiat ſine cauſa, eo quod non eſt volunta-
ria, quemadmodum eſt venditio, vel donatio,
ſed neceſſaria, in qua ſufficit pro cauſa, vt vnus
prouocet ad diuiſionem, & præſertim quia fra-
ter maior non prouocauit, ſed prouocatus fuit,
20 & † in caſu neceſſario, in quo potuiſſet etiam fi-
ſcus vrgeri, non intrant præſumptiones fraudis
Bar. in d. l. poſt contractum n. 17. & Pic. nu. 88.
21 Et † ſi in vna parte poſita fuere bona loci, in
quo delictum commiſſum fuiſſe aſſeritur, & in
alia cętera bona, id, vti ſolitum, non poteſt ar-
guere fraudem; ſolitum enim eſt, vt fiant diui-
ſiones magis commodè. ſ. vt bona vnius loci in
vna parte ponãtur, & alterius loci in alia, quã-
do id commodè fieri põt, non vt pars bonorũ
vnius loci aſſignetur, & pars alterius loci cum
22 maxima incommoditate, in † hoc enim potiſ-
ſimum verſatur arbitrium iudicis in diuiſioni-
bus *§. ſi familiæ Inſt. de offic. indic.* Si poſtea
omnia bona Caſtri noui obuenerunt fratri mi-
nori, nõ arguit fraudẽ ex parte fratris maioris,
qui dicta bona non conſignauit, ſed fratri dedit
23 electionem, nec † ex parte fratris minoris, qui
eligendo vſus fuit facultate ei à iure permiſſa
*c. 1. de parochi & ibi Doct. Iaſ. in l. 1. ſub nu. 39.
ff. ſi cert. pet. & in §. quędam ſub nu. 66. Inſt. de
act.* qui aſſerit eſſe communem opinionem
canoniſtarum *Arnold. ad conſuet. Burdegal. tit.*
24 *5. de teſtament. §. 25.* legitimè † enim facta di-
uiſio caret omni ſiniſtra ſuſpicione *Soc. d. conſ.
14. ſub nu. 7. in 4.*

His concludendum arbitror fiſcum nõ poſ-
ſe moleſtiam aliquam inferre D. Camillo in
portione ſua bonorum, nec aliter puto pro ve-
ritate iudicari poſſe.

Quæ vero intelligo obijci, quod cauſa cri-
minalis præiudicat ciuili, quo tendant non pla-
nè video, quia ſi agitur de cauſa criminali iam
contra D. Io. Mariam inſtituta, quia deuenitur
ad confiſcationem, finita eſt; nec eſt, quod de-
25 pendentia agatur, & † ſi penderet non prǫiudi-
caret ciuili à tertio non delinquente propoſitę
*Cin. in l. 1. nu. 17. verſ. (ſed ſi alius accuſaret)
C. de his, qui accuſ. non poſſ. Puteus deciſ. 98.
nu. 4. & ſeq. lib. 1.* Si verò agitur de criminali
contra D. Camillum, nullum mihi ſupponitur

ſua·

fundamentum formandæ inquiſitionis contra
eum, quę enim poſſunt licet falſo adſtrui de
participatione fraudis in diuiſione, non deli-
ctum, ſed nullitatem diuiſionis concernunt, &
ſi adeſſet fundamentum inquiſitionis (quod
26 negatur) † nec præiudicaretur ciuili, cui nō prę-
iudicatur, niſi quando criminalis fundatur in
accuſatione, non quando in inquiſitione *Put. d.
deciſ.* 98. & optimè *Farinac. in conſ. crimin.*
21. *& ibi Cens.* latius *in addit.* qui alios complu-
res allegat.

Hæc pro nunc ſufficere arbitror, paratus la-
tius ſcribere ſi opus erit.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Agitur de intellectu Conſtitutionis Sodalitatis Pelacanorum Bononiæ prohibentis eius artis hominibus, ne vnus ab alio emat coramina aptata.

SVMMARIVM.

1 *STatutum puniens ementem non comprehendit vendentem, niſi in eo vigeat ratio prohibitionis.*
Et ſtatutum puniens mutuantem ſub vſuris non comprehendit mutuatarium nu. 4.
2 *Statutum Sodalitatis Pellacanorum* Bononiæ *prohibens eius artis hominibus, ne emant ab alijs coramina aptata, qua ratione fuerit facta.*
3 *Monopolium prohibitum eſt.*
5 *Qui vult vti ſtatuto debet probare adeſſe qualitates ipſius.*
7 *Ignorantia facti alieni præſumitur.*
Et quandoque prudentiſſimos etiam fallit n. 6.
8 *Scientiam, qui allegat probare debet.*
9 *Pœnam ſtatuti euitat, qui non facit contra ſtatutum doloſè.*
Et qualibet cauſa etiam beſtialis excuſat à dolo nu. 10.
11 *Diuerſitas nominis inducit diuerſitatem ſubſtantiæ.*
12 *Ex diuerſis non infertur.*
13 *Societas non præſumitur, ſed eſt probanda.*
14 *Probatio, quę non concludit, non attenditur.*
15 *Pœna non imponitur, niſi adſint clara probationes delicti.*
16 *Emens de pecunijs communibus proprio nomine fit Dominus, quamuis teneatur reſtituere ſocietati pecuniam.*
17 *Nihil dicitur actum, quando aliquid ſupereſt agendum.*
Nec dicitur finitum, niſi illud, quod eſt prorſus ſopitum nu. 18.
Et ætas dicitur completa, quando nihil temporis illius ætatis remanet nu. 19.
20 *Participium denotat abſolutam perfectionem.*
21 *Poſt concluſum in cauſa poteſt iudex ſe informare ad eruendam veritatem.*
22 *In dubio reus abſolui debet.*

RESPONSVM XCV.

Perilluſtris, & Excellentiſſ. Domine.

DOmini Sebaſtianus Cæſareus, & Sebaſtianus Magnanus querelati à Maſſario, & hominib⁹ ſocietatis Pellacanorum, quod cōtrauenerint cuidā conſtitutioni loquenti de Pellacanis deſcriptis in partimēto pellium in hæc verba *Ne comprare corami cōzi l'vno dall' altro ſotto pena di cēto ſendi d'oro, e d'eſſere priui della compagnia* ſunt in manifeſto caſu abſolutionis ex infraſcriptis.

Primo, quo ad Cæſareum venditorem eſt
1 apud *Doct.* receptum ſtatutum † puniens em-
entem quoad pœnam non extendi ad vendito-
rem, de quo non eſt facta expreſſa mentio, niſi
ratio, ob quam punitur emens, procedat etiam
in vendente *Abb. in c.* 1. *ſub nu.* 13. *de locat.
Philip. Franc. in c.* 1. *ſub nu.* 5. *ibi (intellige,
quando) de temp. ordin. Iaſ. in l. vlt. nu.* 17. *&
ſeq. C. de indict. vid. tolend. Felin. in prohem.
Gregoriano ſub nu.* 9. *& nu.* 10. *Marſil. in l. ſi
quis viduam nu.* 24. *ff. de quæſt. Boer. deciſ.* 48.
2 *nu.* 4. & † in caſu noſtro nulla alia ratione po-
tuerunt moueri conſtituentes, niſi vt impedi-
rent, ne quis contra publicum bonum abun-
dans pecunia emeret ferè omnia coramina,
vt totum exercitium, totamque illam mer-
catutam redigendo ad perſonam ſuam, illam
poſſet vēdere pretio ei benè viſo, etiam graui,
& etiam paulatim detegere coramina confin-
gendo eorum penuriam ad augendum pretiū,
3 q̄ omnia monopoliū ſapiunt, & † vti contra pu-
blicam vtilitatem prohibita ſunt *l. vnic. C. de
monopol. & ibi Dd. Rebuf. ad conſt. Gal. tract.
de magiſt. artific. artic.* 4. *gloſ.* 2. *nu.* 4. 7. *&* 14.
Quæ ratio nullo modo ipſi venditori accōmo-
dari poteſt, ideò nec ad eum trahetur ſtatutum
4 pœnale, & † *Dd.* antea citati aiunt, quod ſi ſta-
tutum puniat mutuantem ſub vſuris, non extē-
ditur ad mutuatariū, quia non eſt eadem ratio,
eo quòd mutuans peccat, ſed non ęquè mu-
tuatarius, qui ob neceſſitatem à peccato excu-

ſatur *not. in c. debitoree de vſur.*
5 Secando pro Cæſareo facit, quod ſi volu-
mus dictam cōſtitutionem extendere ad ven-
ditotem, in ea exprimitur illa qualitas, vt e-
mens ſit de numero participantium, quæ qua-
litas erat à querelantibus omnino probanda
*Bar. in l. 1. §. quod autem ff. ne quid in flum. pu-
blic. Nat. conſ. 153. nu. 2. & conſ. 266. nu. 5.* eam
autem nec probarunt, nec potuerunt probare,
nam ex deductis in proceſſu conſtat, quod e-
mens non erat de numero participantium .ſ.
D. Balthaſſar Barbulia, & licet allegent aduer-
ſatij ſocietatem intet Barbuliam, & Magna-
num, qui eſt de participantibus, partes ſuæ e-
runt probate hanc ſocietatem in atte pellaca-
nariæ, quam tamen, vt inferius dicetur, non
ptobarunt, nec poterunt probare id quod ve-
rum non eſt: Sed dato, & non conceſſo, quod
id probauerint, iſta ſocietas erat factum alie-
num reſpectu Cæſarei, cuius propterea præſu-
mendum eſt ipſum non habuiſſe ſcientiam,
6 cum † ignorantia facti alieni etiam prudentiſ-
ſimos quandoq; fallat *l. regula §. ſed facti ff. de
iur. & fact. ignorant.* latè *Maſcard. de probat.
7 concluſ. 879. vol. 2.* & ignorantia in facto alie-
no præſumitur *l. verius ff. de probat. l. ſuper ſe-
8 rius C. qui milit. non poſſ.* adeo † vt, qui ſcien-
tiam præſupponit eam probare debeat *Bald. in
l. quicunq; nu. 2. C. de ſeru. fugit.* ſequitur *Me-
noch. præſumptione 23. nu. 52. in 6.* Hanc au-
tem ſcientiam neceſſario præſupponunt quæ-
9 relantes; eo † quod non aliter tenetur quis pæ-
na ſtatuti aliquid prohibentis, niſi conſtet do-
loſè peccaſſe contra ſtatutum *Alex. conſ. 144.
nu. 6. in 2. Iaſ. in l. non dubium ſub nu. 37. C. de
legibus, & in l. 1. num. 21. ff. eod. Bal.* poſt *gloſ.
10 in l. fin. ſub nu. 2. ff. quod quiſq. iur.* & † ſi rece-
ptum eſt quamlibet rationem etiam beſtialem
excuſare à dolo *l. igitur verſ. (poteſt) ff. de li-
beral. cauſ. Bal. in l. 1. nu. 2. C. vbi de crim. agi
oport. Ave. conſ. 6. nu. 89. & conſ. 319. nu. 14.*
multò magis excuſabit iuſta cauſa fundata in
ignorantia facti alieni, igitur non docto à quæ-
relantibus de dolo venditoris, non erit locus
d. conſtitutioni pænali. Et hæc quo ad Cæſa-
rem venditorem pro veritate dicta ſint.

Reſpectu autem Magnani pariter dicendū
eſt ipſum eſſe in caſu abſolutionis, quia ex pro-
ceſſu euidentiſſimè conſtat, quòd ipſe non
emit, ergo etiam quod ſit de participantibus,
non cadit ſub pæna illius diſpoſitionis, cui non
conſtat ipſum contraueniſſe.

Audio Aduerſarios obijcere, ipſum eſſe ſo-
cium emptoris, quod, vti fundamentum par-
tis aduerſæ, non eſt, vt poteſt videri in proceſ-
ſu, probatum, niſi de calegaria, quæ cum ſit
11 mercatura à pellacanaria diſtincta, vt † indicat
diuerſitas nominum *l. ſi idem C. de codicil.* &
apud omnes eſt clarum; non tenet conſequen-
tia habeo tecum ſocietatem in hoc exercitio,
ergo & in alio diuerſo, etiam quod in eadem
12 apotheca exerceatur; ex † diuerſis.n. nō infer-
tur *l. Papinianus lib. 2. in princ. ff. de minor. l.
naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſ-
13 ſeſ.* cumq; † ſit ſocietas facti, non præſumitur,
ſed neceſſario probanda erit *l. in bello §. facta
ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Grae. conſ. 128. nu.
2. in 1. Maſcard. concluſ. 1309. in princ. vol. 3.
de probat.* Nec probatur ſocietas ex eo, quod
lucra vtriuſq; negociationis confuſa retinen-
tur, ita vt inferatur, quod non poſſit aliquis eſſe
ſocius calegariæ, quin etiam ſit ſocius Pellaca-
nariæ: quia ex inſpectione librorum, magiſtri
.ſ. & giornalis in foro mercatorum licentiato-
rum apparet in facto hoc non eſſe verum, ſed
diſtinctum prorſus eſſe computum lucrorum
vnius negotiationis à lucro alterius.

Imò etiam, quod probata fuiſſet ſocietas in
negociatione, de qua agitur, quia veniret pu-
niendus Magnanus, quaſi quod per interpoſi-
tam perſonam ſocij emiſſet contra conſtitu-
tionem, ab aduerſarijs probandum fuiſſet Bar-
bugliam emiſſe coramina ad cōputum ſocie-
tatis: potuit enim emere ad computum pro-
prium, & non cōcludit probatio, Barbuglia eſt
ſocius Magnani ad artem pellacanariæ, emit
pelles, ergo eas emit ad computum ſocietatis,
eſt.n. emendum ſociali nomine, vt notiſſimum
14 eſt, hæc † ergo ſocietatis probatio, vt minimè
concludens ad id, de quo agitur non eſt atten-
denda *l. non hoc C. vnd. legit. c. in præſentia de
15 probat.* minus † vbi agitur de imponenda pæna,
quo caſu requirūtur probationes luce meridia-
na clariores *l. fin. C. de probat.* & tanto magis
16 hæc procedunt, quod † communiter eſt rece-
ptum, vt ſi vnus ex ſocijs vti ipſe, non nomine
ſocietatis emat ex cōmunibus pecunijs, res ef-
ficiatur ſua, nō cōmunis cum altero ſocio, licet
teneatur reſtituere ſocietati pecuniam in hu-
iuſmodi emptionem erogatam, vt ex receptio-
ri opinione poſt *gloſ. in l. ſi quis ſocietatē ff. pro
ſoc.* firmat *Menoc. conſ. 122. nu. 7. in fin. & ſub
nu. 20. verſ. (& illa præcedens) in 2.* & in pro-
poſito hoc non habet dubium, cum Barbuglia
repoſuerit has pelles in Magazeno, quod pro-
batum eſt ipſum conducere a D. Aſcanio Za-
netino, & non eas repoſuit in ſocietate nego-
cij cōmunis, vt veriſimiliter feciſſet, ſi emptæ
fuiſſent communi nomine.

Tandem pro defenſione vtriuſq. quærelati
maxi-

maximè conſiderandum eſt conſtitutionem loqui *de corami conti*, & ita de coraminibus aptatis; non poſſunt autem dici aptata, niſi ita cõpleta ſint, vt aliud non ſit agendum, quam illis vti pro conficiendis calceis, facit regula,
17 quod † nihil dicitur actum, quãdo ſupereſt aliquid agendum *l. cum ſyllanianum in fine C. ad Senat. Conſulc. ſyllan. l. ſi is §. quantum legata ff.*
18 *de leg. falcid.* ita † & finitum non dicitur niſi illud, quod eſt prorſus ſopitum *l. tranſacta ff. de*
19 *verb. ſign. l. 1. §. fin ff. ad Tertul.* & † non dicitur ætas completa, niſi finitus, & cõpletus ſit prorſus vlterius annus, ita vt illius ætatis nihil temporis remaneat *l. 2. in princ. ff. de excuſat. tut. l. vlt. C. de oper. pub. l. qua atate in fine princ.*
20 *ff. de teſtament.* illud † .n. participium *acconci*, quod latino ſermone dicitur *aptata* denotat abſolutam perfectionem *Decian. conſ. 73. nu. 20. in 2.* ad quod obſeruãdum eſt cõſtitutionẽ nõ loqui de pelle, ſed de coramine, facilè .n. pellis dicetur aptata, ſed non ita facilè dicetur coramen aptatum, cum plura requirantur ad eũ aptandum, & cum operarij non poſſint vti hoc coramine in terminis, in quibus reperitur, ſed illud egeat vlteriori adaptatione, certum eſt, quod verè non poteſt dici adaptatum, cuius rei poterit Illuſt. & Excellentiſs. Dominus meus informationem capere à peritis in arte non habentibus affectionem, neq; intereſſe ad
21 cauſam, & † hoc quandocunq; etiam poſt concluſum in cauſa, quia nunquam ita concluditur, vt non liceat iudici interrogare ad veritatem eruendam *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 35. nu. 23.*

Hæc ni fallor ponunt in claris abſolutionem
22 iſtorum reorum, quæ † etiam ſi eſſet dubia pro illis pronunciãdum eſſet, cum in dubio pro abſolutione *l. abſentem ff. de pæn. cum vulg.* maximè quia verſamur in pæna non leui centum aureorum, & (quod grauius eſt) priuationis ſocietatis, qua in re eſt benè aduertendum, an ex hac priuatione quærelantes ſentiant aliquid commodi, quia hoc caſu plurimũ fidei eis diminueretur, tanto magis, quia nihil ex allegatis, & præ-appoſitis ab eis plenè probatur, vt pro veritate iam oſtendi.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Iureconſultum præferendum eſſe Comiti, & Equiti.

SVMMARIVM.

1 *Controuerſia præcedentiæ fit ad ſeruandum debitum ordinem, & concordiam.*
Et a concordia ex ordine naſcitur n. 2.
Talis controuerſia iudicatur ſecundum conſuetudinem n. 3.
Quia conſuetudo aſſignat loca ſedendi, & ſtandi num. 4.
Et iudicatur iuxta originis antiquitatem n. 9.
5 *Qui eſt in poſſeſſione præcedendi non debet ea ſine cauſa priuari.*
6 Bononię *extat conſuetudo, vt Iureconſulti pręcedant quoſcunque nobiles etiam Equites, & Comites, etiam Iuriſdictionem habentes.*
7 *Doctoratus eſt dignitas, & nobilitas.*
Et eſt dignitas in prioribus gradibus nobilitatis n. 8.
10 *Iureconſulti ſunt Equitibus antiquiores.*
Plures floruerũt ante Imperium Auguſti n. 11.
Præferuntur Comitibus maximè iuriſdictionem non habentibus n. 32.
12 *Comitatus dignitas fuit inuenta inclinante Imperio Romano.*
Et Comitiua primi, ſecundi, & tertij ordinis inuenta fuit à Conſtantino Imperatore n. 13.
Quia prius nomen Comitatus non erat dignitas, ſed ſignificabat actum comitandi Magiſtratum n. 14.
15 *Equeſtris dignitas eſt moderna.*
Et ponitur in vltimis gradibus dignitatũ n. 16.
17 *Nobilitas acquiſita proprijs laboribus anteponitur illi, quæ prouenit à maioribus.*
18 *Maior eſt dignitas, quæ habetur proprio iure, quam iure alieno.*
Et ea, quæ habet adminiſtrationem, præfertur illi, quæ caret adminiſtratione n. 24.
19 *Iudex ordinarius eſt maior delegato.*
Sed id controuertitur in delegato Principis num. 20.
21 *Si finis eſt nobilior, nobilius eſt ſubiectum ad illum tendens.*
22 *Finis Iureconſulti eſt Rempublicam gubernare.*
23 *Id dignius eſt, à quo maior publica vtilitas naſcitur.*
24 *Anima cunctis rebus eſt anteponenda.*
25 *Ille præcedere debet, qui plures habet dignitates.*
Et ideo Doctor Vtriuſque Iuris præfertur Do-

Nn 3 *ctorĩ*

ctori vnius tantùm gradus n. 26.
27 *In præcedentijs attenditur etiam nobilitas matris.*
28 *Pater in filium aliquid dignitatis transfert.*
29 *Illegitimus non eſt capax nobilitatis familiæ. Quamuis ſit legitimatus n. 30.*
31 *Qui nobilis non eſt non poteſt nobilitatem transferre in poſteros.*
32 *Comes titularis abuſiuè dicitur Comes.*
33 *Seniores præferuntur iunioribus. Sed id procedit cæteris paribus n. 34.*
35 *Doctores, qui per viginti annos publicè docuerunt ſunt dignitate decorati.*
36 *Intellectus* l. vnic. C. de profeſſor. qui in Vrbe Conſtantinopolit.

RESPONSVM XCVI.

Auſpice Chriſto.

PRæcedentia, quæ inter Illuſt. DD. Camillum Farnetum
I. V. D. & Annibalem Gon-
1 zagam contenditur ad † ſeruandum ordinem debitum iuxta *tit. C. vt dignit. ord.*
2 *ſeru. lib.* 10. & concordiam, quę † ex eo naſcitur *can. ad hæc* 89. *diſtinct.* & non alia ratione, videtur mihi debita Excellentiſs. D. Camillo I. V. D. ex antiqua, & nobili familia, & ex patre Excellentiſs. Artium, & Medicinæ Doctore oriundo, qui & pluribus Pręturę, & alijs adminiſtrationibus honorificentiſſimè functus fuit.
3 Illa prima ratione, quod de præcedentia iuxta conſuetudinem eſt iudicandum *gloſ. in c. pen. in verbo (electio) ad fin. de offic. leg. in 6. Bal. in l. obſeruare §. antequam nu. 3. ff. de offic. proconſ. & legat. & in c. cũ olim* per illum *tex.*
4 *de conſuet.* dicens conſuetudinem † aſsignare loca ſedendi, & ſtandi *Ruin. conſ. 19. nu. 6. in 1. Natta conſ. 576. Menoch. conſ. 51. n. 49. in 1.* Sed dicitur alias D. Doctorem obtinuiſſe primas in deferendo vmbraculo Sanctiſſimi Sacramenti, ergo & nunc præcedentiam obtinere debet: quia licet ex vno, vel duobus actibus non eſſet inducta conſuetudo præſcripta, non inficiabitur quin ad inſtar iuriſdictionalium ſit D. Doctor cõſtitutus in poſſeſſione præce-
5 dendi, qua non eſt ſine cauſa priuandus *Plot. in l. ſi quando n. 97. C. vnde vi, Menoch. de recuperand. poſſ. in præludi. n. 25. Pereg. conſ. 3. n. 3. in 2.*
6 Huiuſmodiq; conſuetudo notiſſima eſt in pluribus ciuitatibus Italiæ, præſertim in noſtra hac Bononienſi, in quo Iuriſconſ. præcedunt quoſcunq; nobiles, etiam equites, & comites non ſolum titulares, ſed & iuriſdictionales, nedum quando priuatim incedunt, ſed & quãdo magiſtratus gerunt cum eis.

Sed & conſuetudine circumſcripta idẽ di-
7 cendum erit, non † enim dubitandum eſt, quin Doctoratus ſit nobilitatis, & dignitatis, *c. quãto, & ibi Doct. de magiſt. Bar. in l. vnic. C. de nouo Cod. faciẽd. n. 10. & in l. fin. C. de iudæis Bal. in l. 1. nu. 18. ff. de iuſt. & iur. Afflict. ad conſt. Neapolit. lib. 3. Rub. 38. n. 3. Alex. cõſ. 18. in fin. & conſ. 94. nu. 2. in 1. Marant. conſ. 25. nu. 30. Pancirol. conſ. 59. n. 61. Decian. conſ. 71. n. 13.*
8 *in 4.* Ita † vt reluceat dignitas in prioribus gradibus nobilitatis *l. prouidendũ C. de poſtuland. ibi (quos ſcientia nobiliſſimos facit)* latè *Viuius opin.* 197. & pluribus proſequitur *Peregrin. d. conſ. 3. num.* 22. vbi & *num.* 25. enumerat titulos, quibus Imperatores ornant legum profeſſores. Quę nobilitas ex pluribus eſt anteponenda illi, quam D. Annibal prętendere poteſt.
9 Primo ratione antiquitatis originis *ad l. fin. ff. de fid. inſtrum. l. ſemper ff. de iure immunit. l. tam dementis cum auth. ibi poſita C. de epiſcopal. audient. l. 1. C. de conſul. lib.* 10. *Doct. in l. cũ quid ff. ſi cert. pet. in c. auaritia de præbend. & in c. quorundam de elect. in 6.* dum tractant de prælatione monachorum, & canonicorum regularium *Aym. conſ. 489. n. 1. in 3. & qui ſcripſerunt de præcedentia inter Duces Ferrariæ, & Florentiæ Decian. conſ. 59. in 3. Ceph. conſ. 615. in 5. Marzar. conſ. 26. & alij plures.*
10 Antiquitas autẽ ex eo conſtat, quod veriſimile eſt doctoratum (à quo hæc nobilitas deducitur) cum legibus emanaſſe, & Iuriſconſultos, qui ipſas leges interpretarentur longè ante Imperium Rom. floruiſſe, vel ſaltem certum eſt tempore legũ duodecim tabularum fuiſſe prudentes, qui eas interpretarentur, & diſce-
11 ptationes fori terminarẽt, pluresq; † ante Augusti imperium floruiſſe Iuriſconſultos, qui apud Rempub. Romanam de iure reſponderent conſtat ex *l. 2. ff. de orig. iur. à §. iuris ciuilis ſcientiam vſq; ad fin. Coraſ. de iure ciu. in art. redigend. c.* 13. At nobilitatem ſuã D. Aduerſarius ex eo deducit, quod deſcendit ab anteceſſoribus, qui equites, & comites fuerũt,
12 quæ longè recentior eſt, quia † dignitas, & nobilitas deducta ex comitatu inuenta fuit poſt Auguſtum Imperatorem iàm inclinante imperio Romano *Pereg. d. conſ. 3. n. 33. in 2.* &
13 tempore Conſtantini Imperatoris inuentam fuiſſe comitiuam primi, ſecundi, & tertij ordi-

tis

nis teſtatur *Cuiac. ad l. 1. C. de comit. & Tri-*
14*bun ſcol. lib.* 12. cum † ante eum nomen comi-
tatus, non titulum dignitatis, ſed actum comi-
tandi, & ſequendi magiſtratum ſignificaret *l.*
item apud Labeonem §. comitem ff. de iniur. in l.
15*diem ſancto ff. de offic. aſſeſſor.* Ea † verò digni-
tas, & nobilitas, quæ deducitur ex eo, quod
quis ſit eques, ſatis moderna, eſt vt probat *De-*
cian. conſ. 7. n. 12. in 3. & conſ. 84. n. 9. in 5.
16Quæ † & quocunq; tempore inuēta ſit, ſatis de-
bilis eſt, cum ponatur in vltimis gradibus di-
gnitatum. ſ. poſt gradum clariſſimatus *l. vnic.*
C. de equeſt. dignit. lib. 12. Doct. in l. 1. ff. de of-
fic. eius, ratione ergo antiquitatis Doctor eſt
prçferendus.

Ratione etiam nobilitatis in ſe, idem dicen-
dum eſt; ſi quidem illa, quam Doctor præ-
tendit eſt proprijs vigilijs, ſudoribus, & labo-
ribus acquiſita, quam verò prætendit aduerſa-
rius habuit ſimpliciter à maioribus ſuis non
17cōcurrente aliquo facto ſuo; prima † autem eſt
ſecunda maior, & illi prçferenda *Cin. in l. pro-*
uidendum in princ. C. de poſtuland. & ibi *Salic.*
num. 3. moti ex *l. quod ſi nollit §. qui mancipia*
ff. de adilit. edict. & l. ſi quid ff. de capt. & poſt-
lim. reuerſ. Io. And. in c. pen ſub num. 3. de præ-
bend. Card. Alex. in can. illud in princ. 40. di-
ſtinct. Rom. ſing. 650. incip. (nobilitas) Alex.
conſ. 209. num. 8. in 6. Caſſan. in cathalog.
gloria mund. parte 8. conſid. 28. & ſeqq. Ad
18 quod etiam facit regula, quod maior eſt di-
gnitas, quam quis habet iure ſuo ea, quam iure
alieno conſequitur *l. more ff. de iuriſdict. l. ſi*
19 *Auguſta ff. de leg.* 2. qua † ratione multi ex
Doct. in Rub extra de offic. deleg. & ff. de offic.
eius tenēt ordinarium eſſe digniorem delega-
20to, licet † poſtea id controuertant in delegato
Principis ob repræſentationem delegantis *c.*
ſanè de offic. deleg.

Idem tenendum eſt ratione finis, ad quem
21vtraq; nobilitas dirigitur, nimirum, quia † ſi
finis nobilior eſt, & nobilius eſt ſubiectum ad
illum tendens *Bal. conſ. 272. ſub num. 1. in 1.*
Bern. conſ. 104. num. 1. in fecun. qui plura ad
22hoc; finis † Iuriſconſ. eſt Rempublicam in par-
tibus ei credendis gubernare *§. fin. in proœm.*
Inſt. & ad publicum commodum vel iudican-
do iuſtitiam miniſtrare, vel conſulendo, vel
aduocando eam adiuuare (prout vtrunque of-
ficium Excellentiſs. iſte vir, cuius cauſam agi-
mus, in pluribus locis honorificè & laudabiliter geſſit)
finis verò D. Aduerſarij eſt illa nobilitate, quā
acceptam ferè profitetur à maioribus ſuis ſine
vlla adminiſtratione locum, ex quo oriundus
eſt nobilem reddere: quia eo nobilior eſt lo-
cus, quò nobiliores incolas habet *Leonin. conſ.*
1. ſub n. 6. Sed non eſt dubitādum, quod pri-
mus finis ſit hoc ſecundo dignior, ergo & Do-
ctor dignior.

23 Amplius, id dignius eſt, à quo maior publi-
ca vtilitas naſcitur *l. vtilitas C. de primipil.*
lib. 12. Crot. conſ. 216. num. 29. in 2. Boer. de
authorit. magni conſ. ſub num. 147. Pereg. d.
conſ. 3. num. 16. 17. & 18. in 2. Nemo autē
dubitabit, quin maior reſultet publica vti-
litas ab exercitio Doctoris iuſtitiam actu
vel miniſtrantis, vel adiuuantis, & eo magis,
quod cum ſit Doctor etiam in Iure Canonico
eius exercitium dirigitur in Deum ſummum
bonum, & in ſalutem animarum, quę † cunctis
rebus eſt anteponenda *l. ſancimus C. de ſacro-*
ſanct. eccleſ. Doct. in c. clerici de iudic. Pic. cōſ.
39. in. 2. & 3. Igitur Doctor præferendus vti
dignior.

24 Accedat, quod dignitas cum adminiſtra-
tione præfertur illi, quæ adminiſtratione va-
cat *l. 2. C. vt dignit. ord. ſeru.* vbi id notant *gloſ.*
Bar. Odrofred. & Io. à Plat. Dignitas doctora-
tus in propoſito caſu eſt cum adminiſtratione,
aduerſarij verò eſt ſine adminiſtratione, & eſt
potius repræſentatio dignitatis maiorum ſuo-
rum, quam quod ſit dignitas in ſua perſona ra-
dicata, meritò ipſe poſtponendus erit.

25 Et eo verior redditur hæc ſentētia, quod in
hoc Excellentiſs. viro, pro quo ſcribo, concur-
rit nobilitas generis tàm paterni, quàm mater-
ni vna cum nobilitate ſcientiæ, ita vt etiam ra-
tione duplicis vinculi ſit anteponendus *auth.*
itaq; C. com. de ſucceſ. Felin. in c. ſuper eo n. 11.
de teſtibus Ceph. conſ. 615. n. 54. in 5. Decian.
conſ. 21. n. 43. in 1. Leonin. d. cōſ. 1 ſub n. 6. Caſ-
26*ſan. in d. cathalog par. 8. conſid. 27.* qua † ratio-
ne dicitur Doctorē vtriuſq; iuris præferri Do-
ctori in vno gradu tantum *Doct. in l. cum quid*
ff. ſi cert. pet. in c. clerici de iudic. Io. Bapt. Ferret.
27*conſ. 240. n. 4.* Et † quod etiā ſpectanda ſit no-
bilitas ex latere matris *Aym. conſ. 982. n. 5.*
Natta conſ. 637. n. 18.

28 His etiam addi poteſt, quod D. Doctor eſt
filius Doctoris in medicina, qui in filium & ip-
ſe aliquid dignitatis tranſtulit *Guid. Pap. deciſ.*
289. Bal. in l. iubemus C. de aduocat. diuerſ. iu-
dic. Alex. ad Bar. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Pur-
purat. in d. l. cum quid n. 59. ff. ſi cert. pet. Mar-
tin. Laudenſ. in tract. de dignit. cōcluſ. 17. Nat-
ta d. conſ. 637. n. 17. quod additum præceden-
tibus facilè oſtendit D. Doctorem in pluribus
excedere D. Annibalem.

Tanto magis, quia ſatis leuia ſunt funda-
menta, quibus ipſe D. Annibal inniti poteſt;
nam

nam prius dùm prætendit vti deſcendens ex nobili proſapia de eius dignitate, & nobilitate participare. Di citur etiam à nobili progenie deſcendere D. Doctorem, & in pluribus alijs excedere: Quinimò (& id magis ſtringit) nullam D. Aduerſarius prætendere poteſt dignitatem, & nobilitatem ab anteceſſoribus: quia (vt mihi ſupponitur) deſcendit ab illegi-
29 timo, qui † cum non ſit capax nobilitatis familiæ *Bal. in l. cum legitimè ff. de ſtat. hom. in l. cum antiquioribus q.8.n.12.C.de iure delib. in c.innotuit n.12.de elect. Card. Alexand. in c. per venerabilẽ tertio not. n.9. qui fil. ſint legit. Ruin.*
30 *conſ.77. ſub n.10. in 3.* loquens † etiam de legitimatis, *Tiraquel. de nobilit. c.15.n.10. Illu-*
31 *ſtriſſ. Paleot. de not. & ſpur. c.61.* nec † potuit in poſteros tranſmittere familiæ nobilitatem, cuius ipſe expers erat *l. nemo plus iuris ff. de reg. iur. c. ſimiliter §. profectò de leg. Corad. in vſi. feud. c. nuper de donat. inter vir. & vxor.*

Sed & dato (non verò conceſſo) quod illegitimus fuerit capax nobilitatis familiæ, ille, à quo deſcendit illegitimus, & ipſe D. Annibal non fuit talis, vt eſſet anteponendus D. Doctori (vt nunc probabo) ergo nec ius tale præcedendi ob talem deſcendentiam iure prætendere poteſt ipſe D. Annibal: Caput, vt ſupponitur fuit Com. Franciſcus Gonzaga pater illegitimi, qui cum eſſet tranſuerſalis Illuſtriſs. Co. Nouelariæ erat comes ſine comitatu, titularis tantum, & ita non præferendus Doctori in vtroque iure ex latè ſcriptis à *Pereg. d. conſ. 3.*
32 præſertim † quia comes titularis tantum abuſiuè dicitur comes *Bal. in c. 1. in verbo (comes) quis dicatur Dux, & Marchio* conferunt *not. apud gloſ. 2. in l. 1. ff. de tutor. & curat. dat. ab his Iacobin. de feud. in verbo (comes.)*

33 Alterum fundamentum D. Aduerſarij poteſt eſſe, quod ſit ſenior, & ideò præferendus *Doct. in d. l. cum quid ff. ſi cert. pet.* facit *l. ſemper ff. de iure immunit.*

34 Quod nec obſtat, quia licet ſeniores ſint præ cæteris magis honorandi, id tamen procedit datis in cæteris paribus terminis, ita *Doct. in d. l. cum quid,* qui non dantur in caſu noſtro ex iam deductis.

35 Tandem nec obſtaret, ſi deduceretur ex *l. vnic. C. de profeſſ. qui in vrb. Conſtantinop.* tunc Doctores eſſe honorandos, & dignitate decorandos, quando ſedulo docendi ſtudio viginti annis publicè profeſſi fuere, D. Doctor non eſt talis, ergo &c.

36 Si quidem reſpondetur, in ea lege propoſitum eſſe Imperatoris oſtendere, quo honore ſint digni publici profeſſores eo ſolo, quod profitentur, etiam quod non eſſent Doctores, ob id non tolluntur aliæ dignitates, quæ competunt Doctoribus vti Doctoribus, de quibus ſupra. Præſertim quia ita de Republica benemeritus eſt ille Doctor, qui laudabiliter fungitur officio iudicis, vel aduocati; atq; ſit ille, qui publicè profitetur.

His puto cauſam Excellẽtiſs. & Præſtantiſs. huius viri ſatis in tuto poſitam eſſe, ſaluo tamen integerrimo iudicio eorum, quorum munus erit controuerſiam hanc pro iuſtitia terminare. *anno* 1608.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Priuilegium quando ſit perſonale, & quando reale.

Conceſſio facta hæredibus, & ſucceſſoribus, vel hæredibus ſucceſſoribus an comprehendat ſingulares ſucceſſores.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium dicitur perſonale, non reale, quando verba referuntur ad perſonam, non ad locum, ſeu rem.*

Et, ideò priuilegium conceſſum Titio, & eius hæredibus dicitur perſonale, quia conceſſum eſt certo generi perſonarum n.2. & 22.

Imò eſt perſonale, quando conceditur contemplatione perſonæ, quamuis concedatur rebus, vel pro rebus n.27.

Dicitur etiam perſonalis, quando cauſa conceſſionis reſtringitur ad perſonam, cui conceditur n.4.

Veluti, quando conceſſio ſit ab eius benemerita num 5.

Attenditur tamen ſolùm cauſa principalis, & finalis n.6.

7 *Succeſſorum appellatione an veniat ſingularis ſucceſſor & num. ſeqq.*

Quod veniat paſſiuè, non actiuè n.13.

Præterea non venit quando dictum eſt de hæredibus ſucceſſoribus, quia intelligitur de hæredibus etiam extraneis n.18.

Appellatione autem ſucceſſoris venit bonorum poſſeſſor n.15. & 16.

Qui non eſt hæres, ſed loco hæredis n.16.

Eo venient alij ſucceſſores vniuerſales præter hæredes n.17.

Alex. conſ. 193. lib. 2. } *Reprobantur n. 7. &*
Alciat. conſ. 18. lib. 4. } *ſeqq.*

8 *Legatarius continetur ſub nomine hæredis impropriè.*

9 Di-

9 *Dictio* quodāmodo *denotat improprietatem.*
10 *A proprietate verborum in dubio non eſt recedendum.*
11 *In habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus.*
12 *Intellectus* l.fluminum §.abijcitur ff.de damn. infect.
14 *Ædificare in ſuo cuiq; licet.*
19 *Dictio* prædicti *eſt repetitiua qualitum præcedentium.*
20 *In beneficijs Principum facienda eſt lata interpretatio.*
Quod intellige quoad præiudicium Principis, non tertij nu.21.
23 *Quod poteſt tranſmitti poteſt etiam cedi.*
Sed contra, quia argumentum de tranſmiſſione ad ceſſionem procedit ſolùm negatiuè n.24.
Et retentis iiſdem terminis nu.25.
26 *In claris non eſt opus coniecturis.*

RESPONSVM XCVII.

Auſpice Chriſto.

COnceſſio facta Illuſtriſſ. D. Melchiori de Maluetijs à Nicolao Summo Pont. (ex ſententia mea) non eſt realis, adeo vt tranſire potuerit ad ſingularem ſucceſſorem, ſed potius perſonalis reſtricta ad hæredes, & ſucceſſores iuris ipſius D.Melchioris, quod colli-
1 gitur ex eo, quod † verba referuntur ad perſonam, & non ad locum, ſeu rem, ibi *tibi, ac hæredibus, & ſucceſſoribus cõcedimus.* & pluries repetitũ eſt illud pronomẽ *tibi*, quod perſonalitatem denotat, ad quod faciunt *l.3.ff.de cenſibus, & l.ſordidorum C. de execu. mun. lib.10.* & per hęc iura *Bar. in l.1.ff.de conſtit. Princip. ſub n.2. verſ. (ſuppono ad hanc ſolutionẽ) Bal. in l. liberti n.20. C. de oper. libert. Alex. conſ.86. ſub n.1. in 1. per tex. in c. quoniã Abbas de offic. deleg. & c. ſi gratioſè de reſcript. in 6. Dec. conſ.262. n.1. & 9. Io. de Anan. conſ.20. n.1. Bellon. conſ. 20. n.7. Silvan. conſ.4. ſub n.13. Boer. deciſ.177.*
2 *n.16. Zaſ. in l. maritũ n.30 ff. ſolut. mat.* qui † ait priuilegium conceſſum Titio, & eius hæredibus eſſe perſonale, quia conceſſum eſt certo generi perſonarum, & hoc tenent *Bar. Angel. & Imol. in d.l. quia tale ff. ſolut. matrim.* à quibus non recedit ibi *Alex. ſub n.2. verſ. (tamen ſi verba Bar.)*

His etiam accedit cauſa, quæ induxit Prin-
3 cipem ad faciẽdam gratiam expoſita † in prohemio priuilegij iuxta *tex. in l. fin. C. de hæred. inſtit.* ibi *ſinceræ deuotionis affectus, quem ad*
4 *nos, & Romanã geris eccleſiam &c.* hæc † enim cauſa reſtringitur ad eum, cui conceditur priuilegium, quod reddit gratiam perſonalem.
5 *gloſ. in l.1. ff. de conſtit. princ.* dum † loquitur de priuilegio conceſſo ob benemerita *Bar. in l. apud Iulianũ §. idem Iulianus ff. de leg.1. Rom. in l. maritum n.22. & Aret. col.3. in princ. ff. ſolut. matrim. Oldrad. conſ.257. n.1. & 2. Bal. cõſ. 115. n.1. in 1. Alciat. conſ.7. n.25. in 4. alids cõſ. 203. incip. (viſo priuilegij)* & quamuis in progreſſu priuilegij videatur etiam contemplata vtilitatis habitantium, non fuit contemplata vti cauſa finalis priuilegij, ſed vti cauſa impulſiua, cum conceſſio d. vtilitatem excedat, quatenus enim conceditur, vt locus reparari poſſit, & in eo poſſint fieri plura ædificia, in quibus vinum, & alia vendantur cum diminutione gabellarũ, id pręſefert ſaltem in conſequentiam commodum habitantium, ſed quod alij in eadem villa, & in eodem loco hoſpitia non cõſtruant (quod eſt id, de quo agimus) non eſt ad commodum habitãtium, ſed potius ad eorum commodum eſſet, vt in loco plura eſ-
6 ſent hoſpitia; cauſa † autem principalis, & finalis ſola ſpectanda eſt ad cognoſcendum, an priuilegium ſit reale, vel perſonale *l. ſocium qui §.1. & ibi Bar. ff. pro ſoc. Anchar. conſ.315. nu.4.* & in puncto *Barboſ. in l. quia tale nu.14. ff. ſolut. matrim.*

7 Nec his obſtãt, quæ cõtra adducuntur ſumpta ex *conſ. Alex.193. in 2. & ex Alciato conſ. 18. in 4.* Nam prius quantum ad *tex. in l. fluminum §. adijcitur ff. de dam. infect. l. id tempus §.1. ff. de vſucap. & l. in conuentionibus ff. de verb. ſign.* quibus dicitur probari, ſub nomine ſucceſſorum contineri ſingulares ſucceſſores, maximè quando etiam de hęredibus eſt facta
7 mentio, Reſpondetur † *l. id tempus, & l. in cõuentionibus* non probare ſub nomine hære-
9 dis contineri legatariũ, niſi impropriè, vt † denotat aduerbium *quodammodo* de quo in *d. §. 1. l. id tempus l. in ſuis ff. de ſuis, & legit. § primo auth. de Iureiur. à morient. præſt. Bart. in l.2. §. harũ in fin. ff. de verb. oblig.* id autem nõ
10 eſt ex proprietate ſermonis, quæ † ſemper in dubio eſt attendenda *vulg. l. non aliter ff. de leg.3.* Præterea legatarius facilè continetur ſub nomine hæredis, quia licet ſit ſucceſſor ſingularis, tamen ſuccedit ex vltima volũtate,
11 quemadmodum & hæres, ideo † in habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus *l. item veniunt §. cũ prædixerimus ff. de petit. hæred. cum vulg.* non æquè in ſingulari ſucceſſore, ex titulo inter viuos, qui non ita facilè continetur
12 ſub nomine hæredis: Ad † *l. fluminum §. adijcitur*

Digitized by Google

citur in qua præſertim fundatur *Alex.* conſultatio, reſpondetur attenta littera *tex.* ibi non probari ſub nomine ſucceſſorum contineri ſucceſſores ſingulares, ſed quia in ſtipulatione dictum fuerat nedum de hæredibus, & ſucceſſoribus, ſed adiectum fuerat *eorumq; ad quos ea res pertinet*, ait enim I. C. *adijcitur in hac ſtipulatione hæredũ nomen, vel ſucceſſorum, eorumq; ad quos ea res pertinet* & addit poſtea *ſucceſſores autem non ſolum, qui in vniuerſa bona ſuccedunt, ſed & qui in rei tantum dominium ſucceſſerunt his verbis continentur* intelligendum his verbis, de quibus antea .ſ. non quando de ſucceſſoribus tantũ facta eſt mentio, ſed & generaliter de his, ad quos ea res pertinet, hoc expreſsè ſentit *Odofred. in d. §. adijcitur*, qui declarando illum *tex.* ait, quod ſi quid fiat in publico adijciendum eſt nomen hæredis mei, & vniuerſalis, & ſingularis ſucceſsoris, vnde ita dicitur *promittis ne mihi, hæredique meo, eique ad quem ea res pertinebit?* ergo vltima hæc verba ſunt, quę deſignant ſingularem ſucceſſorem, alias ipſa non fuiſſent in ſtipulatione neceſſaria, ſi ſub nomine ſucceſſorum continerentur vniuerſales, & ſingulares ſucceſſores.

13 Præterea *Bal. in d. §. adijcitur* notat, ſub nomine ſucceſſoris contineri ſingularem ſucceſſorem paſſiuè, non actiuè, vt actio tranſeat, & nos (quicquid dicatur exaduersò) tractamus de actione, non de exceptione, nã
14 pro parte noſtra ſtat ius commune, in † ſuo cuiq; licere ædificare *l. cum eo, & l. Imperatores ff. de ſeruit. vrb. prædior. l. altius C. de ſeruitut. l. proculus ff. de damn. infect.* aduerſarius eſt, qui prætendit nobis non licere ædificare, ideo ipſe eſt actor, non aliter ac ſi prætenderet nõ licere altius ædificare, vel aliud ſimile ius.

Non obſtat, quod alias nomen ſucceſſoris
15 eſſet ſuperfluum, quia † imò ſecundum intelligentiam *Imolæ in l. quod dicitur ff. de verb. oblig.* non eſt ſuperfluum, cum poſſit continere bonorum poſſeſſorem, qui non eſt hæres, ſed loco hæredis §. *quos autem Inſt. de bon. poſſ. & Imolam* ſequitur etiam *Alex. in d. l. quod dicitur, & ibi alij, & in l. quadam §. nihil intereſt num. 2. ff. de edend. & ibi etiam Iacobin. à S. Georg. num. 5. Felin. in c. quia G. num. 5. de iudic. Bertazol. de clauſul. clauſul. 21. gl. 25. num. 2. idem Alex. conſ. 28. num. 20. in 5.* vbi inſinuat opinionem *Imolæ* eſſe communem, & eſſe veriorem opinionẽ teſtatur *Barboſ. in d. l. quia tale ſub num. 21.* qui dignus eſt, vt videatur, quia loquitur in priuilegijs conceſſis pro hæredibus, & ſucceſſoribus, & ait veriorem eſſe opinionem *Imolæ, & Iaſ. in conſ. 89. in 3.* contra *Alex. in d. conſ. 193. & Dec. conſ. 286. & Alciat. d. conſ. 18.* Et addit, etiam verbum *ſucceſſori-*
17 *bus* non poſſe dici ſuperfluum, cum † poſſit continere alios ſucceſſores vniuerſales, qui non ſunt nec bonorum poſſeſſores, nec hæredes, de quibus in *l. non ſolum ff. de in integ. reſt.* & poteſt exemplificari in fideicõmiſſarijs vniuerſalibus, qui propriè non poſſunt dici hæredes directi, Et quod opinio eorum, qui conſiderant hanc ſuperfluitatem, ſit communiter damnata tenet *Magon. deciſ. Lucẽſ. 12. ſub n. 15.* & alios plures *Doct.* ſequentes *Imolam* refert *Rol. conſ. 96. num. 7. & ſeq. in 1.* ex quo conſtat non eſſe dubitandum, quin ſit communis, & ſi in emphiteuſi id eſt receptiſſimum, vt non contineantur ſingulares ſucceſſores, niſi addatur verbum *quibuſcunque*, in qua agitur tantum de præiudicio concedentis, multò minus continebuntur in caſu noſtro, vbi agitur de præiudicio aliorum, quibus ſine cauſa tollitur ius ædificandi in ſuo, & diſponendi de ſuo ad eorum beneplacitum.

Amplius aduertendum puto non concedĩ priuilegium pro hæredibus, & ſucceſſoribus,
18 ſed pro hæredibus ſucceſſoribus, ita † vt vox *ſucceſſoribus* denotet qualitatem adiectã hęredibus, potius quam perſonas ab hęredibus diſtinctas; cum .n. dentur hæredes ſanguinis, qui ſunt deſcendentes, & hæredes ſucceſſionis, ne igitur crederetur priuilegium tantum conceſſum fuiſſe D. Melchiori, & ſuis deſcendentibus, ideo dictum fuit illud concedi hæredibus ſucceſſoribus, hoc eſt omnibus hæredibus, qui non ſolum eſſent hæredes ſanguinis, ſed qui eſſent hæredes ſucceſſionis, & hoc ſatis conſtat, quia inſtat, D. Melchior, vt concedatur ſibi, & hæredibus ſucceſſoribus, licet poſtea in conceſſione dicatur de hæredibus, & ſucceſſoribus; additur tamen
19 ſemper dictio *prædictis* quæ † repetitiua qualitatum præcedentium ex allegatis à *Gabr. conſ. 86. num. 16. in 2. & à Rim. iun. conſ. 196. num. 26 in 2. ſucceſſoribus* oſtendit vocem hanc accipi pro voce qualificatiua, vt antea.

20 Nec obſtat alia ratio *Alex.* quod in beneficijs facienda ſit larga interpretatio, quia
21 id benè procederet ad præiuditium cõcedẽtis, vt in caſu *Alex.* in quo agebatur de immunitate cõcedenda, tunc propriè eſt bene-

ficium

ciũ, ſed cum hic agatur etiam de præiuditio priuatorum, vt & antea dixi, orietur priuilegium, quod eſt ſtrictæ interpretationis *Iaſ. in l. beneficium nu. 27. ff. de conſtit. Princip.* & ſi eſt beneficium, non eſt latè interpretandum ad præiudicium tertij idem *Iaſ. in d. l. beneficium n. 19.*

22 Non obſtat, quod non ſit priuilegium perſonale, quia conceſſum eſt pro hæredibus: ſatis eſt enim, quod non eſt reale, vt rem tranſeuntem ad ſingulares ſucceſſores concomitetur, & dicitur perſonale, cùm ſit ad certum genus perſonarum reſtrictum, vt antea allegaui *Zaſ. in d. l. maritum num. 30. ff. ſolut. matrim.*

Nec dicẽdum, quod quemadmodum priuilegium hoc tranſmitti poteſt ad hæredes, ita etiam poſſit cedi ſingularibus ſucceſſori-
23 bus, nimirum, † quia quod poteſt tranſmitti poſſit etiam cedi *l. ſi ex pluribus ff. de admin. tutor. Soc. in l. qui Romæ §. cohæredes nu. 5. ff. de verb. obligat.* Si quidem duplici modo rectè ſatisfacit *Barboſ. in d. l. quia tale nu. 21.*
24 *ad finem*, primo † argumẽtum procedere negatiuè, .i. non poteſt tranſmitti, ergo nec cedi, non autem affirmatiuè, poteſt cedi, ergo & tranſmitti *Iaſ. in l. 1. §. fin. nu. 6. ff. de oper. nou. nunc. Tiraquel. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 1. nu. 44.*

Secundo ait non tranſire priuilegium ad hæredes per viam tranſmiſſionis, ſed per nouam conceſsionem in perſona hæredum atgum. *l. ſtipulatio iſta §. ſed & ſi quis ff. de verb.*
25 *oblig.* Addo † ego, quod ſi volumus arguere de tranſmiſſione ad ceſsionem, & ita extendere permiſſum in tranſmiſsione ad ceſsionem, id facere debemus retẽtis iiſdem terminis *l. ſed & ſi manente ff. de precar.* .ſ. quod ſicut licet priuilegium tranſmittere in ſucceſſores vniuerſales, ita licebit illud cedere ſucceſſoribus vniuerſalibus, non ſingularibus.

Alia, quæ contra adducuntur, quibus conſideratis nonnullis circunſtantijs colligitur priuilegium præſumi reale: præterquam quod non applicantur ad caſum noſtrũ, procedunt, in dubio, non in caſu claro, in quo verba denotant perſonalitatem ibi *ſibi, ac hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis concedimus*, & cauſa conſiſtens in deuotione D. Melchioris ad Romanam Eccleſiam id ipſum demõ-
26 ſtrat, vt antea probaui: nimirum, quia † in claris opus non eſt coniecturis, & præſumptionibus, *l. continuus §. cum ita in fine ff. de verb. obligat. l. licet Imperator ff. de legat. primo, l. ille,*
27 *aut ille ff. de legat. tertio*, & † licet rebus, vt in rebus priuilegium concedatur, ſi conceditur contemplatione perſonæ, adhuc perſonale eſt *Aym. conſ. 239. num. 4. Natta conſ. 218. num. 7.* Et hæc pro nunc ſufficere arbitror. *an. 1617. Menſe Martij.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

An læſio probanda ſit, & quo genere probationis, quando minor petit reſtitui aduerſus ſentẽtiam ob allegationes omiſſas facto proprio, vel iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Minor omiſſam iuris allegationem per in integrum reſtitutionem repetere poteſt.*

Etiam ſi à Principe lata ſit ſententia n. 2.

Debet tamen probare læſionem n. 9.

Contrarium tenent Canoniſtæ n. 10.

Diſtingue, aut petitur reſtitutio ob omiſſas allegationes facto minoris, & requiratur probatio, aut facto iudicis, & non requiratur num. 11.

Secundo: Aut allegatum eſt, quod non ſufficit, & procedit prima opinio, aut nihil eſt allegatum, & procedit ſecunda n. 13.

Sufficit tamen præſumptiua probatio num. 16 & ſeqq.

Quia contra omiſſum probatur ſummariè, & præſumptiuè, contra factum plenè nu. 17. 23. & 25.

Aliam rationem vide n. 19.

Eſt tamen pars citanda, ſed non eſt ordinariè procedendum, nec lis conteſtanda nu. 18.

Quia in cognoſcendis meritis cauſa poſtea apparebit plenè de læſione nu. 19.

3 *Iudex ex officio debet recipere allegationes partium, & audire aduocatos, & n. 4.*

Quia diſputando veritas elicitur n. 4.

Et iudex hæc omittendo lędit partes nu. 5.

Propter quam læſionem minor reſtituitur num. 6.

Nec poteſt iudex denegare audientiam parti, aliàs puniri debet nu. 12.

7 *Læſio, quæ reſultat ex actu, ob quem petita eſt reſtitutio non eget probatione.*

Quia notoria non egent probatione n. 8.

14 *In conflictu opinionum media via eligenda eſt.*

15 *Si minor petat reſtitui aduerſus ſententiam, quia ſi non omiſiſſet probationes, vel allegationes contrariã non reportaſſet, & ſuffi-*

cit

Google

cis probatio læſionis præſumptiua, ſi verò petat, quia in meritis ſententia ſit iniuſta, & tunc requiritur plena probatio & num. 19. 20. & 24.

Si verò petat ante ſententiam reſtitutionem ad allegationes omiſſas tenetur probare allegationes eſſe tales, quibus vincere poſſet num. 21.

Sed id procedit, quando renunciauerat allegationibus nu. 22.

26 Bart. Bald. Fulgoſ. Roman. in l. nam poſtea §. ſi minor, ff. de iureiur. *declarantur.*

27 Innocenc. in c. tum ex litteris de reſtit. in integr. *declarantur.*

28 *In integrum reſtitutio conceditur à Principe.*

29 *Princeps ex cauſa derogat legibus.*

Quibus ſolutus dicitur n. 30.

31 *Cauſa pupillorum cognoſci debent coram Principe.*

32 *Quando non agitur de meritis cauſa, neq; de iniuſtitia ſententiæ, ſed de reponendo minore in priori ſtatu remoto obſtaculo ſententia dicitur petita reſtitutio incidenter.*

Nedùm, quando propoſita eſt pendente cauſa principali, ſed etiam ea finita durante tempore ad appellandum n. 33.

34 *Statutum reſpiciens ordinatoria non attenditur in cauſa coram Principe.*

Quia coram eo non attenditur ordo iudiciarius nu. 35.

Et ideò libellus, & litis conteſtatio non ſunt neceſſaria nu. 36.

RESPONSVM XCVIII.

Auſpice Chriſto.

DEfenſio cauſæ, pupillæ Illuſtriſſimæ familiæ Bellencinæ adeò perfectè inſtructa eſt ex ſcriptis à præſtantis. Aduocatis Mutinenſibus, & Regienſibus, vt opera Aduocatorum Bononienſium potius ſit ad benè eſſe, quam neceſſaria: Ego enim requiſitus, vt cum alijs ſententiam meam proferam, ſatisfaciendo etiam motiuis, nouiſsimè in contrarium adductis, dico.

1 Prius eſſe extra omnem dubitationem,
minorem omiſſam iuris allegationem in
integrum reſtitutionis auxilium repetere
poſſe, vt eſt tex. formalis in *l. minor 37. ff. de
minor.* ſecundum vltimum intellectum *gloſ.*
à quo non diſcedunt *Doct.* ſed id maximè
notant præſertim *Alberic. ibi (quatenus gloſ.
2 dicit de omiſſa allegat. &c.)* quod etiam procedit, quando à Principe eſſet lata ſententia
*l. minor autem 19. ff. eod. tit. de minor. in §. ſi
autem Princeps* legendo verſ. *dum ea,* vt negatiua præponatur verbo *ſunt* hoc modo,
dum ea, quæ pro cauſa non ſunt dicta allegat vt intellexit *Duaren. & Bart. ibi,* qui propterea notat ob omiſſionem allegationis minorem poſſe reſtitui, etiam poſt ſententiam.
Et quamuis *Bar. in d. l. minor, vigintiquinq; annis 37.* videatur in ſententia Principis ſentire contrarium, tamen conſtat ex his, quæ
ſcripſit in *d. §. ſi autem Princeps* inaduertenter loqui; Sed quicquid ſit, iam certum eſt
poſt ſententiam latam poſſe peti reſtitutionem aduerſus ſententiam ex omiſsis allegationibus iuris, non quia ſententia ſit iniuſta,
ſed quia lata allegationibus non datis.
Et cum res hæc ſit ſatis expedita deueniendum eſt ad ſecundum punctum, ſuper
quo conſultus ſum, an ad impetrandam hanc
reſtitutionem vltra minorem ætatem, & cauſam reſtitutionis ſit probanda læſio, & quo
genere probationis; & puto in caſu noſtro
nullam neceſſitatem eſſe læſionis probatio-
3 nem, quia † cum ex officio debeat iudex recipere partium informationes, & allegationes, & vocare aduocatos ad diſputandum,
4 quia † per hæc veritas, dum magis agitatur,
magis etiam ſplendeſcit *can. iudicantem
30. q. 5. c. graue 35. q. 9. Alex. & alij in auth.
iubemus C. de iudic. Specul. de diſputat. &
allegat. §. ſatis claré Maranta de ord. iudic.
in 2 parte 6. partis princ. actu 16. Mart. An-
5 guiſſol. d. conſ. 265. num. 15.* Iudex † qui hæc
omittit in duobus manifeſtiſsimè minorem
lædit, quia claudit aures illis, quæ veritatem
manifeſtare poſſunt, & tenet minorem in
vexatione litis, nam ſi auditis à Iudice ſuis
aduocatis, & viſis eius allegationibus reportaret ſententiam ſuæ intentioni contrariam
facilè ſibi, vel eius defenſoribus perſuaderi
poſſet iniuſtam fouere cauſam, & ita facile à
lite deſiſtere poſſet, in qua habet occaſionẽ
pertinaciter perſiſtendi, dum videt iudicem
deflectere ab eo, quod eſt officij ſui: Vexatio
6 autem litis eſt actus læſiuus, ob † quem ſolum
minor reſtituitur *Bal. in l. 1. C. ſi min. ab hæredit. ſe abſtin. in fine* qui allegat *l. minoribus ff. de minor.* Læſio † autem, quæ reſultat
7 *bus ff. de minor.* læſio † autem, quæ reſultat
ex actu, ob quem petita eſt reſtitutio, vti notoria non eſt probanda *Hetinch. Boich. in c.
auditis verſ. (& quod dictum eſt) de integ.
reſt.*

8 *reſt.* qui eam rationem adducit, quod † no-
toria non egent probatione *c.bona (il primo)*
§.contra legati de elect.& c.euidentia de accu-
ſat. & latè proſequitur alios allegando *Sfort.*
Oddus de reſtit.q.36.nu.23.cum pluribus ſeq.
Surd. conſ.226.nu.17.& ſeq. in 2.

9 Nec obſtat, quod communiter ſit receptū
minorem debere læſionem probare, quando
petit reſtitutionē aduerſus ſentētiā ob omiſ-
ſas allegationes *Bar. in l.nam poſtea §.ſi mi-*
nor ff. de iureiurand. & ibi etiam alij Natta
conſ.343.Rol.conſ.10.in 4. Cacher.decif.158.
10 Quia † præterq̃ quod hæc opinio habet plu-
res Canoniſtas contradicentes *in c.auditis de*
in integ. reſt. præſertim *Abb.antiq. nu. 2. &*
Abb. modern. nu. 7. Cardinal. in 2. oppoſit. &
hanc opinionem contra *Bart.* in puncto iuris
veriorem dixit *Iaſ.in d.§, ſi minor ſub nu. 19.*
11 Etiam † dicitur manifeſtam eſſe rationem
diuerſitatis, an minor petat reſtitui aduerſus
ſententiam omiſſis allegationibus ob negli-
gentiam ſuam, an petat aduerſus nimiam iu-
dicis feſtinationem, qui ſuas allegationes de-
bito tempore non expectauit, nam in primo
caſu actus eſt indifferens, quia poteſt eſſe,
quod minor omiſit allegare, quia ei ſignifi-
catum fuit, vel ſibi perſuaſit non fouere bo-
num ius, & ideò noluerit ſubire impenſas mi-
nimè neceſſarias, quo caſu, quia feciſſet actū,
quem prudens paterfamilias feciſſet, non
reſtituitur; etiam poteſt eſſe, quod ex pura
negligentia omiſiſſet, & tunc conceditur re-
ſtitutio, ideo opus eſt aliqua probatione; hac
ratione aiunt *Doct.* aliquam probationem ne-
ceſſariam eſſe in eo, qui petit reſtitui aduer-
ſus omiſſam appellationem. In alio verò ca-
ſu actus non recipiendi allegationes proue-
niens à facto iudicis, potiuſquam à negli-
gentia minoris ſemper læſionem præſefert,
ideo opus non eſt aliqua ipſius læſionis pro-
batione, maximè quando probatum eſt mi-
norem habuiſſe informationes, & allega-
tiones ſecundum ſubiectam materiam, &
qualitatem Aduocatorum ſatis proximas a-
ctui, & iudicem requiſitum fuiſſe, vt aliquo
tempore differret, in quibus terminis mihi
ſupponitur nos verſari, imò dicitur iudicem
requiſitum promiſiſſe expectare, & poſtea
fortè inductum ab exceſſiua partis aduer-
ſæ moleſtia ſententiam protuliſſe, quod, ſi
eſſet verum, concurreret etiam culpa (ne
quid amplius dicam) ipſius iudicis, & hoc ca-
ſu magis ab æquitate ſuaderetur reſtitutio
abſq; vlla probatione læſionis nimis euidētis,
quia non conuenit, vt culpa iudicis partibus
noceat; etenim nō expectare competenti di-
latione allegationes partis eſt ipſi parti au-
12 dientiam denegare, quod † iura etiam ſub
pœna improbant *l.2. C.de offic.ciuil. iudic.* &
aduerſus hunc actum pupilla à benignitate
Sereniſſimi Principis reſtitutionem petit. Et-
13 iam † concordando opiniones, vt per *Cald.*
ad l.ſi curatorem verſ.(vel aduerſarij dolo) ſub
nu.19.C.de in integ.reſt. dici poſſet Iuriſtarū
opinionem procedere, quando aliquid alle-
gatum eſſet, quod non ſufficeret, & Canoni-
ſtarum, quando aliquid non eſſet dictū, quæ
14 diſtinctio in conflictu opinionum ſequenda
eſſet *§.cum ex aliena Inſt. de rerum diuiſ.* &
eum nos ſimus in caſu, quo nihil allegatum
fuit ſequenda erit opinio Canoniſtarum.

15 Sed quandò etiam ex abundanti conce-
deretur nos verſari in reſtitutione obtinenda
aduerſus ſentētiam ob omiſſas allegationes,
nullo modo eſſet neceſſaria plena probatio,
ſed ſola præſumptiua, quæ eſſet minor ſemi-
plena, vt poſt *Bar.* tenent omnes in *d. l. nam*
poſtea §.ſi minor ff.de iur. iurand. vbi per om-
nes diſtinguitur, an minor petat reſtitui ad-
uerſus ſententiā, quia omiſit probationes, vel
quid aliud, quod ſi nō omiſiſſet prętendit non
reportaſſe ſententiam contrariam, vel an pe-
tat reſtitui contra ſententiam, quia in meritis
eam prætendat iniuſtam, hoc ſecundo caſu
volunt neceſſariam eſſe plenam probationē,
quod non putent conuenire, vt ſententia, quę
pro ſe habet iuris præſumptionem, leui pro-
batione reſcindatur, de qua reſtitutione, dum
requirit exactā læſionis probationem loqui-
tur *Illuſtriſſ. Laderch.conſ.108. ſub nu.2. ibi*
(vt hic, vbi tractatur de reſtituendo aduerſus
ſententiam) iunctis ſcriptis *ſub n. 4.* vt etiam
contingeret, ſi aduerſus contractum, vel tran-
ſactionem, reſtitutio peteretur, de qua loqui-
16 tur *Honded.conſ. 34.nu.36.in 2.* Sed † primo
caſu (in quo nos verſamur) tenent *Doct.* ſuffi-
cere præſumptiuam probationem *Salicet.*
17 *ſub nu.7. verſ.(ex iſta)* qui † tenet, quando
reſtitutio eſt petita contra factum minoris,
tūc probatur plenè, & quando contra negle-
ctum probatur ſummatim, & præſumptiuè, vt
in hoc caſu reſtitutio contra ſententiam peti-
tur, quia neglectum, & clarius capita diſtin-
guit *Aret. ſub nu. 17. verſ.(circa ſecundum)*
& eum ſequitur *Rom. ſub nu. 11. verſ.(in hoc*
tamen) Rim. ſub nu. 4. propè nu. 5. ſequitur
Bar. quod aduerſus omiſſum probetur ſum-
mariè, & præſumptiuè *Iaſ.* licet inclinet,
quod nulla ſit neceſſaria probatio, tamen
nu.19. ſequendo opinionem *Bar. ſub nu. 20.*

declarat ipſum intelligendum de prǽſumptiua probatione, non de ſemiplena, & optimè *Zaſ. ſub nu. 11.* dicens *debet tamen iſta probatio praiudicialis omiſſionis eſſe facilior ſemiplena, ſufficit ſi minor praſumptiuè iudicem informet.* Hoc .n. caſu non tractatur de reponendo minore in priori ſtatu reſciſa ſentẽtia, quia ſit iniuſta in meritis, ſed de eo reponendo reſciſa ſententia, quia ſit lata non viſis allegationibus, vel ob facilitatem, & negligentiam minoris, aut ob omiſſionem iudicis *Bar. in l. 1. nu. 9. & ibi etiam Paul. nu. 7. C. ſi ad rem iudic.* & *Bar. in d. §. ſi minor.* etiam ſequitur *Butr. in c. tum ex literis nu. 40 de in in-
38 teg. reſt.* qui etiam ſubiungit, quod † licet in capite omiſſionis ſit pars citanda, non eſt tamen ordinariè procedendum, nec lis eſt cõteſtanda, quod etiam tenet *Alberic. in l. minor 25. annis, 37. ſub nu. 1. propè 2. ff. de minor. Iacob. à S. Georg. in l. 1. nu. 7. C. qui & aduerſus quos* vbi loquitur de reſtitutione aduerſus ſententiam ob omiſſas allegationes, & *Rolan. d. conſ. 10. in 4.* reſpondendo contrarijs manifeſtè tenet ſufficere præſumptiuam probationem, Id etiam tenet *Mauris.* docens rationem diuerſitatis inter vnum, & alium caſum *de reſt. c. 193.* Cum his *Doct.* etiam conuenit *Oddus*, qui in pluribus locis diligentiſſimè citatis in vltimis motiuis tenet, quod ad admittendum petentem ad reſtitutionem aduerſus ſententiam ob omiſſas allegationes, ſufficiat qualis qualis probatio, & ſatis ſit dare fumum ſuperiori de læſione, quia
39 quando poſtea in meritis cauſæ vi reſtitutionis conceſſæ examinabuntur illæ allegationes, ac ſi ſententia non eſſet lata, apparebit plenè de læſione, & verè diligenter conſideratis, & ſimul collatis dictis *Odd.* non colligitur, quod vellit eſſe neceſſariam plenam probationem læſionis, niſi quando petita eſt reſtitutio aduerſus ſententiã ob eius iniuſtitiã, ſed ſemper tenet, dùm dubitatur, an quis admittendus ſit ad reſtitutionẽ aduerſus ſententiam ob neglectum, vt ſufficiat præſumptiua probatio, quia hæc admiſſio ad reſtitutionem, quam ipſe vocat ad audientiam, quia per eam fit, vt audiatur nõ obſtãte ſententia, eſt modici præiudicij, cum in effectuãda ipſa reſtitutione examinatis iuris allegationibus pleniſſimè conſtet, an minor verè fuerit læſus, nec ne, & authoritates, quas ipſe *Oddus* allegat id manifeſtiſſimè oſtendunt, & præcipuè *q. 36. artic. 8.* Et ſi quandoque ait, ad hoc vt quis audiatur in petenda reſtitutione ſufficere ſemiplenam probationẽ, & vt poſtea reſtituatur requiri plenam probationem, loquitur in reſtitutione aduerſus ſententiam ob defectum iuſtitiæ, vt apud *Rotam deciſ. 1. de reſt. in integ. in nouis & Benintend. deciſ. 85.* vt in *eadem q. 36. artic. 10. num. 72.* & ita etiam loquitur *in quaſt. 43. nu. 20.* vel quando obtenta reſtitutione non erat minori plenè ſuccurſum, ſed ei quid erat reſtituendum, vt plenè examinãt *Butr. Cardinal. Innocent. & Io. And. in c. tum ex literis de reſt. in integ.* quos ipſe *Oddus* allegat.

Ex his non difficulter colliguntur reſponſiones ad duas ſcripturas motiuorum mihi exhibitas: prima enim ſcriptura, quæ incipit *Non videtur vllo modo* à princ. vſq; ad verſ. *Tertio melior*, & per totã in eo inſiſtit, quòd licet ad obtinendam reſtitutionem, vti remedium reſcindens ſufficiat dare fumum læſionis, quod poſtea in remedio reſciſorio, dùm tractatur de reſcindendo actu ſententiæ, vel contractus, quod ſit neceſſaria pleniſſima probatio: Quæ non videntur facere poſſe dubitationem in caſu noſtro, nimirum, quia procedunt, quando reſtitutio expectat poſt ſe reſciſorium iuditium, quod non contingit in caſu noſtro, vt inferius probabitur, & ſi contingeret nunc non tractatur de reſci-
40 ſorio, ſed tantum de reſcindente. Et † hoc eſt id, quod clarioribus verbis dixit *Oddus de reſt. q. 72. nu. 38.* qui firmauit *nu. 5.* regulam, contra ſententiam diffinitiuam dari reſtitutionem, quam ampliat treſdecim modis, & in prima ampliatione *ſub num. 6.* ait, quod quando minor omiſit allegationes, vel probationes, & ſecuta eſt ſententia, quod petit reſtitui aduerſus ſententiam, quæ in hoc lædit minorem, quia lata eſt antequam probet, vel alleget, & tunc ait minori dari reſtitutionem aduerſus ſentẽtiam ad hoc, vt ipſa è medio ſublata, ac ſi lata non eſſet, ipſe reponatur in ſtatu, in quo erat ante ſententiam, vt probare, & allegare poſſit allegat *Bar. Ruin. & Nattam*, vt per eum & treſdecim modis limitat, pręcipuè vndecimo limitat non procedere regulam, ſi non probetur læſio, inde dubitat, quo genere probationis ſit probanda, & ait, quod ſi petatur reſtitutio ob omiſſas probationes ſufficit dare fumum de bono iure minoris, quia ſententia reſtitutionis non tangit merita cauſæ principalis, ſed tantum ponit minorem in eo ſtatu, in quo erat antequam ſententia lata eſſet, quando melius debebat ſuam intentionem probare, nos verſamur in his terminis, quia petita eſt reſtitutio ob non datas iuris allega-

tio-

tiones, & ſententia in hac reſtitutione conformis petitioni non tanget merita cauſæ, ſed tantùm ponet minorem in ſtatu; in quo erat ante ſententiam, quando ab eo dandæ erant allegationes iuris remoto obſtaculo ſentẽtiæ, ergo ſecundum *Oddum* ſufficiet dare fumum de bono iure, ſecus ait *Oddus* eſſe, quando ſententia reſtitutionis concluderet cauſæ principalis diffinitionem, quod tamen ait rarò contingere ratione ab eo adducta, concludens, quod in hac reſtitutione ferè ſemper ſufficeret dare fumum de bono iure, & per hæc verba ſatis clara illuſtrantur ea, quæ de eadem re ipſe *Oddus* ſatis conciſè, & obſcurè loquitur in alijs locis.

21 Dum poſtea dicitur non ſufficere dare fumum de bono iure, quando minor peteret admitti ad allegationes ante ſententiam, ſed oportere eum oſtẽdere allegationes eſſe tales, ex quibus vincere poſſet *Odofred. & Alberic. in l. minor 25. annis aduerſus omiſſam ff. de minor.* ergo nec ſufficiet dare fumum poſt ſententiam, aliàs minor eſſet melioris conditionis poſt ſententiam, quàm ante.

22 Aduertendum puto *Odofred.* & *Alberic.* dũ tractãt de reſtitutione aduerſus omiſſam allegationem iuris, nihil loqui de eo, an ſufficiat dare fumum de bono iure, & ſi id dicerent, poſt ſententiam concederetur minori id, quod non concederetur ante ſententiam ob diuerſitatis rationem, & ob regulas reſtitutionis, non quia ſit melioris cõditionis poſt ſententiam: nam ante nõ eſt locus reſtitutioni, niſi quando minor renunciaſſet allegationibus iuris, vt *Odofred.* exemplificat, non facta hac renunciatione opus non eſt reſtitutione ante ſententiam, quia ſemper vſq; ad actum ferendæ ſententiæ allegationes produci poſſunt, vt & *Alberic.* ibi ait, ergo ante ſententiam eſt reſtitutio non aduerſus omiſſas allegationes, ſed potius aduerſus renunciationẽ, poſt verò ſententiã verè eſt aduerſus ſentẽtiam ob omiſſas allegationes: Itaq;
23 ante ſententiam eſt aduerſus factum, & poſt ſententiam aduerſus neglectũ, & proinde ſecundum regulas *Salicet. & aliorum in d. l. nã poſtea §. ſi minor ff. de iureiur.* contra neglectum ſufficiet dare fumum, contra factum erit neceſſaria probatio, nec id erit ex eo, quod minor ſit melioris cõditionis poſt ſententiam: Alia quæ dicitur in his dubijs omittuntur, quia vel non aduerſantur intentioni noſtræ, vel procedunt in reſtitutione petita aduerſus ſententiam ob eius iniquitatem. Et omnia tolluntur, quia nos ſumus in caſu, in quo læſio vti notoria non indiget probatione.

Deueniendo modo ad aliam ſcripturam motiuorum incipientem *Fuerat ſatis*, quæ potiſſimum inſiſtit in hoc, quod in reſtitutione ſit plenè docendum de læſione eo deducto ex pluribus, quibus probatur reſtitutionem concedi cum cauſæ cognitione, quia ſit reſtitutio ſimilis appellationi, ideo requiri plenam probationem, quemadmodum & in appellatione, & tandem, quia ad id concurrunt vota Iuriſtarum, & Canoniſtarum, qui cumulatiſſimè citantur, Et ſi quandoq; *Doct.* aiunt ſufficere ſemiplenam, vel præſumptiuam probationem, dicitur eos non loqui de vera reſtitutione, ſed de audientia, .ſ. vt audiatur petens reſtitutionem, & eius cauſa comitatur.

Quibus omnibus vnica poſſet ſufficere reſpõſio, ea procedere, quando læſio non eſſet ex ipſo actu notoria, ferè omnia, quæ allegãtur loquuntur in reſtitutione aduerſus ſententiã ob eius iniuſtitiã, quæ non continet apparentẽ læſionẽ, imò habet pro ſe præſumptionem iuſtitiæ; & nos, vt antea diximus, verſamur in caſu præſeferente læſionem nõ in ſubſtantia ſententiæ, ſed in modo eam ferendi ſine non audita parte in iure.

24 Sed dato etiam (nõ tamen conceſſo) quod verſaremur in caſu, quo eſset neceſſaria probatio læſionis, adhuc adducta non obſtarent, quia ex primis verbis motiuorũ ibi *ſatis fuerat reſtitutionẽ proponere coram iudice. appellationis, verũ cũ pretendatur ex probatione ſemiplena, ſeù ex præſumptione ſententiã reſcindi debere &c.* ex illis quæ allegantur, & dicuntur per totam ſcripturam motiuorum, & ex æquiparatione appellationis, & reſtitutionis conſtat Illuſtriſs. DD. motiuantes locutos fuiſſe de reſtitutione petita aduerſus ſententiam, vt reſcinderetur ex capite iniquitatis, & minor reponeretur in ſtatu, in quo erat quo ad merita cauſæ ante latam ſententiam prout etiam in his terminis loquuntur *Mantic. de reſt. c. 193. & 194. & Oddus in pluribus ex locis citat. præcipuè in q. 34. nu. 36. q. 36. nu. 72. q. 43. nu. 20. & nu. 58. & ſeq. & q. 72. nu. 39.* de qua reſtitutione cum hic tractaretur facilè conſentiendum eſſet, vt non aliter ſententia reſcinderetur, niſi pleniſſimè docto de læſione; quia ita tenent *Doct. in d. §. ſi minor l. nam poſtea*, & in alijs locis citatis: Sed hoc nec prætenditur, nec petitur, ſi quidem nihil de meritis cauſæ, & ſentẽtiæ agitur, ſed tantum de omiſſione allegationum, & queritur

Digitized by Google

tur remoto obſtaculo ſententiæ reponi pupillam in ſtatu, in quo poſſit allegare in iure, & allegationes ſint conſiderandæ, in quo caſu, vti non multũ prędiudiciali, cõcludunt *Doct.* à me antea citati ſufficere dare fumum de bono iure, & ita præſumptiuè probare læſionẽ, de qua poſtea in meritis plenius cõſtare poterit, & hoc idem *Oddus* fatetur *in pluribus ex locis citatis* præcipuè *in q. 36. artic. 8. in q. 38. nu. 64.* vbi loquitur de reſtitutione aduerſus omiſſa, & tenet eſſe leuis præiuditij, & ideo ſufficere ſemiplenam probationem *in q. 65. nu. 36.* dum tractat de reponendo minore in ſtatu, in quo erat ante confeſſionem, ait ſufficere leuem probationem, quia poſtea conſtabit in meritis, an quod minor confeſſus fuit ſit verum, nec ne, ita & in hoc caſu, quia productis allegationibus in meritis coram iudice ordinario apparebit, an ſint iuridicæ, nec ne, meritò dũ agitur de reponendo minore in ſtatu, vt eas deducere poſſit, qualis qualis ꝓbatio ſufficiet, & *in eadem q. nu. 90.* loquendo de reſtitutione aduerſus omiſſas probationes ſtat cum ſemiplena probatione.

Et illa differentia, quam facit *in q. 36. artic. 10.* inter actum admittendi ad audientiam petentem reſtitutionem, & admittendi ad reſtitutionem benè procedit in reſtitutione, quæ petitur aduerſus ſententiam, vel rem iudicatam ex capite iniquitatis, & iniuſtitiæ, quæ eſt grauis præiudicij, vt etiam loquitur *Benintend. dicta deciſ. 85. num. 7.* ſecus, vbi petitur aduerſus ſententiam ob omiſſas allegationes, in qua agitur tantum, vt remoto obſtaculo ſententiæ, admittatur minor ad allegandum, quod eſt leuis præiudicij,

25 quia nihil agitur de meritis cauſæ, & ſemper ſtat hęc veritas; ſi agatur de reſtitutione aduerſus ſententiam ob neglectum indiſtinctè ſufficit præſumptiua probatio reſpectu læſionis, ſecundum *Doct. in d. §. ſi minor*, nec hoc poteſt intelligi ad audientiam, quia ibi *Salic. Bar. Aret. Rom. & alij* non diſtinguunt, an ad audientiam, an ad impetrandam reſtitutionem, ſed manifeſtè loquuntur de impetratione reſtitutionis, & diſtinguunt, an aduerſus neglecta, an aduerſus facta, in neglectis aiunt præſumptiuè ſufficere, ad obtinendam reſtitutionem, aduerſus factum aiunt plenè probandum, & in hoc ſecundo capite eorum dicta poſſunt declarari ſecundũ *Oddũ*, aut loquuntur de admittendo petentem ad audientiam in reſtitutione aduerſus facta, & tunc præſumptiuè probandũ, aut de eo admittendo ad reſtitutionem reſciſo facto, aduerſus quem petita eſt reſtitutio, & tunc plena requiritur probatio.

26 Nec obſt. quod *Bar. in d. §. ſi minor* dicat *& iſta probationes, quæ fiunt hic, non facerent plenam fidem in cauſa principali*, quia cauſam principalem nõ appellat cauſam reſtitutionis, nam de cauſa reſtitutionis locutus fuit ibi, *ſi minor petat reſtitui aduerſus allegationem omiſſam, non reſtituetur niſi doceat ſe illam allegationem habere*, notandum, quod non dicit *non audietur ad reſtitutionem*, ſed dicit *non reſtituetur*. & paulò ante loquendo de reſtitutione aduerſus omiſſam probationem ait, *item per hoc habes, quod ſi minor intra terminum non probauit, non ſtatim tanquam læſus debet reſtitui ad terminum, niſi oſtendat ſe habere probationem*, non dicit *debet audiri, vt reſtituatur ad terminum*, ſed dicit *debet reſtitui*, ergo loquitur de ipſa reſtitutione, & poſtea ſubiungit, *fieri tamen in hoc iudicio facilior probatio, an habeat probationem, vel non*, & intelligitur de iudicio, de quo proximè locutus fuit, .ſ. vt reſtituatur ad terminum, ergo dùm poſtea ſubiungit, has probationes non facere plenam fidem in cauſa principali, nõ intellexit amplius de cauſa reſtitutionis, ſed de cauſa in meritis; & huc etiam tendunt ibi ſcripta à *Bal. ſub nu. 6. verſ. (vnde ſi minor)* dum ait, bis probandum eſſe, .ſ. quia prius debet probare ſe habere probationes, ſi vult conſequi reſtitutionem in integrum, qua conſecuta, ne ſit ſine fructu ad obtinendum in cauſa principali id, ꝙ deſiderat debet probare, ita ad obtinendũ in meritis cauſæ, non ad obtinendam reſtitutionem, & ita ſentiunt *Fulgoſ. & Rom.* Et quatenus *Fulgoſ.* ait in reſtitutione duplex iudicium interuenire, neceſſariò reſpexit iuditiũ reſcindens, in quo conſiſtit reſtitutio in integrum, & reſciſorium, quod eſt effectus reſtitutionis iam obtentæ, vt egregiè declarat *Oddus de reſt. q. 33. artic. 1.* quorum iuditiorum conſideratione benè procedit in reſtitutione aduerſus factum, in qua factum venit reſcindendum, vt emẽdetur damnum minoris, ſed ſecus eſt in reſtitutione aduerſus omiſſum, in qua emendetur damnum, reponendo minorem in ſtatu priori, in quo non eſt ob eius omiſſionem remoto obſtaculo *Oddus d. q. 33. artic. 4. ſub nu. 28. ibi (vel quia non impleuit ex parte ſua)* & *Rom.* quando in *d. §. ſi minor* ſupponit duo eſſe iudicia, vnum præparatorium ad aliud, non ſupponit, quod ambo ſint iuditia reſtitutionis in integrum, ſed tantum primum, & poſtea ipſe loquitur in ſecundo

capi-

capite ſuæ diſtinctionis, ſ. in reſtitutione aduerſus ſententiam ex capite iniuſtitiæ, non in primo capite, in quo de reſtitutione aduerſus omiſſa, videatur ipſe *Rom. ſub nu.* 12. vbi latè inſiſtit, & *ſub nu.* 14. loquens de eo, qui vt obtineret reſtitutionem aduerſus omiſſam appellationem produxit inſtrumentum, ait, quod in cauſa appellationis, & ita obtenta reſtitutione idem inſtrumentum eſt producendum, vt pars opponit, ex cuius dictis non colligitur, quod duo ſint iudicia in reſtitutione, vnum ad audientiã, & aliud ad obtinendã reſtitutionem, & quod in ſecũdo plenior probatio requiratur, quia ſecundũ iudicium, de quo loquitur, non eſt reſtitutionis, ſed appellationis interpoſitæ.

27 *Innocent. in c. cùm ex literis de reſt. in integ.* dum *ſub num.* 5. *in verſ. (ſi verò)* loquendo de petente reſtitutionem aduerſus omiſſionem allegationum ait, quod iudex dabit reſtitutionem in integrum, vt audiatur, intelligitur, vt audiatur, ſcilicet in allegationibus, quas poſtea producit, & ita in conſecutione reſtitutionis, imò ſupponit *Innocent.* datam iam eſſe reſtitutionem, quando auditur, vt oſtendunt illa verba *dabit reſtitutionem, vt audiatur*, & melius ſequentia verba ibi, *& ſic data reſtitutione ſecundum primum caſum omiſſas probationes recipiet*, nec ſubiungit *Innocent.* quod fiant probationes in vera cauſa reſtitutionis, quaſi quod illa, vt audiatur, non ſit vera, ſed ait reaſſumi probationes, ſcilicet in iudicio principali, in quo fuerunt omiſſæ *Hoſt. in c. cum veniſſent §. nos igitur de in integ. reſt.* tantum ait reſtitui monachos, vt audiantur in probationibus omiſſis, nec aliud præterea dicit, quod alia ſequatur reſtitutio *idem Hoſt. in d. c. cum ex literis col. 6. ſub §. quocirca verſ. (vbi vero in iudicio)* refert formalia verba *Innocent.* ideo non magis, ac ipſe probat hanc duplicem reſtitutionem *Io. And. in d. c. cum veniſſent ſub nu.* 27. & ipſe refert dicta *Innocent.* & ideo intelligitur, vt ipſum *Innocent.* intelligi antea dixi, & ita etiam ſecundum mentem *Innocent.* ad quem ſe referunt, intelliguntur *Butr. Zabarel. Belamer. & alij* in nouis citati; & qui etiam citantur ab *Oddo in d. q. 36 artic.* 10.

Sit ergo cõcluſio, læſionem in caſu noſtro non probandam, & ſi probanda eſt, ſufficere præſumptiuam probationem, nec agi poſſe in terminis noſtris de illa reſtitutione in integrum, per quam reſtituatur dominium, vel poſſeſſio reſciſſa ſententia, præſcriptione vel contractu, ex quibus damnum reſultabat, ſed de illa, in qua remoto obſtaculo ſententiæ reponendus eſt minor in ſtatu, in quo ante erat, vt allegare poſſit, licet nõ inficier obtenta reſtitutione eſſe cum parte aduerſa diligenter examinandas allegationes iuris, ex quo examine iuſtificatis iuribus minoris in meritis pro eo pronunciabitur *Cin. in l.* 1. *in fin. C. ſi aduerſ. libert.*

Sit etiam veriſſima concluſio, in reſtitutione aduerſus ſententiam ob omiſſa ſufficere præſumptiuam qualem qualem probationẽ, nec in ea fieri differentiam, an ſit ad audientiam, an ad reſtituendum: In reſtitutione verò aduerſus ſententiam ex capite iniquitatis ſufficere leuem probationem, vt quis in ea audiatur, & hoc, quia poſt eam debet ſequi actus obtinendæ reſtitutionis, in qua plena probatio requiritur, non ſunt tamen duæ reſtitutiones, ſed duo actus eiuſdem reſtitutionis, vnus principalis, & alter præparatorius: Et quando *Doct.* loquũtur de alio iudicio poſt reſtitutionem, nõ loquuntur de alia reſtitutione, ſed vel de iudicio reſciſorio in caſibus, in quibus eſt neceſſarium, vel de iuditio principali, in quo minor prætendit ſe læſum ob neglectum, vel factum.

28 Prout etiam eſt extra omnem difficultatem reſtitutionem à Principe concedi *l. in*
cauſa in fin & in l. ſeq ff. de minor. Doct. in
l. 1. *C. ſi ſæp. in integ. reſt. pet.* & ſentit *Oddus*
de reſt. q. 36. *artic*, 10. *nu.* 68. dicèns coram
Principe leuiorem ſufficere probationem;
Imò cum reſtitutio ex æquitate concedatur
contra rigorem regularum iuris, maximè vi-
29 detur conuenire Principi, cuius † eſt ex cau-
ſa derogare legibus *§. ſed & quod Principi*
30 *Inſtit. tit. de iu. n. & ciuil.* quibus † etiam Prin-
ceps ſolutus dicitur *l. digna vox C. de legibus*
31 *cum ſim.* Et † præcipuè cum cauſa pupillæ a-
gatur, conuenit, vt coram Principe cogno-
ſcatur *l. unic. C. quando Imper. inter pupil. &*
vidu. Afflict. ad cõ. §. Neapolit. lib. 1. *Rub.* 36.
nu. 35. *Teſaur. deciſ.* 177. *in princ.* & quod
apud Principem de reſtitutione agatur ſine
difficultate ſupponitur ab Illuſtriſs. *Lader-*
chea conſ. 94.

Nec tandem his ſcriptis obſtat ſtatutum
ſub *Rub.* 56. *lib.* 2. quia, dùm loquitur de re-
ſtitutione aduerſus omiſſa, & incidenter pe-
tita præſcribit tantum terminum, intra quẽ
iudex expedire debet cauſam, & non repe-
tit, quod diſpoſuit, quando reſtitutio petere-
tur principaliter aduerſus ſententiam, In
32 caſu noſtro, cùm non agatur de meritis, neq;

de iuſtitia ſententiæ, ſed tantũ de reponenda pupilla in priori ſtatu remoto obſtaculo ſententiæ, dicitur petita reſtitutio incidenter *gloſ. in c. 2. de offic. iudic. in verbo (ante) & in c. ſuſcitata in verbo (poſtulantis) & ibi Abb. nu. 3. de in integ. reſt. Imol.* in puncto *in c. tum ex literis colum. penult. verſ. (circa tertium) ibi (ſi autem) eod. tit. de in integ. reſt. Maurit. de reſtitut. d. c. 193. Couar. var. reſol. lib. 1.*
33 *c. 6. n. 1.* vbi † quod incidenter dicitur propoſita, nedum pendente cauſa principali, ſed etiam ea finita durante tempore ad appellandum *Marchiſcl. tit. de commiſſ. reſt. in integ. c. 2. nu. 41.*

Præterea ad tollendum omne dubium di-
34 citur, hoc † ſtatutum reſpiciens ordinationem litis non eſſe attendendum, dum cauſa apud Principem agitur, vel apud eius conſilium
35 *Alciat. conſ. 33. n. 12. in 6.* nimirũ, quia † coram Principe non attenditur ordo iudiciarius *c. de cauſis de re iudic.* & ibi id notat *Innocent. Afflict. deciſ. 261. nu. 13. Grammat. conſ. ciuil. 79. nu. 19. Laudenſ. de Principe nu.*
36 *92.* & † de libelli oblatione, & conteſtatione litis, quod non ſint neceſſariæ coram Principe *Innocent. in c. 1. nu. 3. de libel. ob'at. Ares. in d. L. nam & poſtea §. ſi minor ſub nu. 17. ff. de iureiurand. Natta in clem. ſæpe §. non ſic tamen nu. 31. de verb. ſignificat.*

Et ita remotis omnibus contrarijs iuris eſſe cenſeo *anno 1615. menſe Ianuarij.*

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Quando peti poſſit, vt fiat diuiſio, & quando non.

Qui concedit in totum rem in emphitheuſim retẽtis ſibi iuribus conceſſis pro indiuiſo, an habeat huiuſmodi iura vigore cõmunionis, vel alio iure.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur Doctores, qui tractant de præſcribendo iure perſonali, & iure ſeruitutis cõtinuæ, vel diſcontinuæ, cum titulo, vel ſine.*

2 *Conuentiones à principio ſunt voluntatis, poſtea fiunt neceſſitatis.*

3 *Qui petit fieri diuiſionem non venit cõtra inſtrumentum ſocietatis.*

In quo non poteſt conueniri, vt ſocietas nunquam diuidatur nu. 4.

Et quamuis facta ſit in perpetuum intelligitur tamen ſecundum naturam actus, quoad partes non pæniteat nu. 5.

Nec præſcribitur facultati petendi diuiſionem num. 6.

Quod intellige, quando vterque poſſidet num. 8.

Secus, ſi vnus ex ſocijs petijt diuiſionem, qui poſtea quieuit altero reſiſtente nu. 10.

7 *Intellectus* l. 1. §. ad hæc C. de annal. except.

9 *Lex generaliter loquens intelligitur ſecundũ habiles terminos.*

11 *Seruitutes, & alia iura incorporalia diuidi non poſſunt,*

Niſi ratione vſus, & commoditatis nu. 12.

Quomodo autem fiat diuiſio nu. 13.

Et quibus ex cauſis nu. 27.

14 *In re ſua quis non poteſt habere ſeruitutem.*

Etiam ſi in re habeat ſolum vtile dominium nu. 15.

16 *Actio communi diuidundo nõ datur, niſi inter habentes rem communem.*

Nec datur, quando res competit pluribus diuerſo iure nu. 26.

Datur tamen quandoque non ad diuidendũ, ſed ad præſtationes perſonales nu. 18.

17 *Qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto.*

19 *Gerundium qualificat, & reſtringit diſpoſitionem ad expreſſa.*

20 *Poteſt quis vendere fundum retenta in eo aliqua ſeruitute, & tunc quod venditori competebat iure dominij incipit competere iure ſeruitutis.*

21 *Vnus ex ſocijs non poteſt in re communi inuito altero facere quicquid ei libet.*

22 *Correctio incontinenti non præſumitur.*

23 *Concedens rem in emphiteuſim reſeruando ſibi iura conceſſa pro indiuiſo dicitur ea habere iure directi Dominij.*

Non verò iure vtilis Dominij, quia in eadem perſona non poteſt concurrere directum cũ vtili nu. 24.

Vel habet iure cuiuſdam facultatis perſonalis, non verò dicuntur huiuſmodi iura communicata inter Dominũ, & Emphiteutam num. 25.

28 *Actore non probante reus abſoluitur.*

29 *Rei vendicatio vtilis datur pro iuribus, quæ propriè ſeruitutes non ſunt.*

30 *Actio ex contractu datur ob pacta, quæ ſunt partes contractus.*

31 *Emphiteuta cadit à iure ſuo ob pacta non ſeruata.*

RESPONSVM XCIX.

Qui via,& veritas eſt dirigat me in viam veritatis,& iuſtitiæ.

PAucis mihi eſt præſens deciſiua cõſultatio perſtringenda, quæ multis fuit ab Illuſt. & Excellentiſs. D.Conſultore primæ inſtantiæ explicata, quia in deciſiuis ſola veritas, & quid ius ſtatuat inquiri debet, & nihil præterea.

Illud principio præmonendum arbitror,
quod cum intentio Samonenſium innitatur
inſtrumẽto cõductionis emphiteuticę de an-
no 1555. ex quo de eorũ iuſtiſſimo titulo cõ-
ſtat, non eſt, quod conſultatio vagetur ſuper
acquiſitione immemorabilitatis temporis,
1 nec, quod ea referantur, quæ de præſcriben-
do iure perſonali, aut iure ſeruitutis cõtinuæ,
vel diſcontinuæ, cum titulo, vel ſine titulo ple-
na manu tradiderunt maiores noſtri ad *l. ſer-
uitutes prædiorum ruſticorum ff. de ſeruit. in
l. 1. §. fin. ff. de aq. plu. arc. Salic. in l. 1. nu. 5. &
in l. 2. nu. 7. & 8. C. de ſeruit. & aq. Cepol. de
ſeruit. vrb. prædiorum c. 20. Felin. in c. de
quarta col. pen. nu. 40. de præſcript. vbi etiam
Abb. & alij Balb. de præſcript. in 2. parte 4. par-
tis princip. q. 1. cum nonnullis ſeq. Myn ſing.
conſ. 11. nu. 16. Bellon. conſ. 49. nu. 6. Ca-
ther. conſ. 2. nu. 14. Eugen. conſ. 40. Flam.
Rub. conſ. 13. nu. 76. in 1. Honded. conſ. 79. n.
6. 33. & 65. in 1.* & nouiſſime *Euerard. iun.
conſ. 39. nu. 8. & ſeq. in 1.* & latius *conſ. 33. per
totum in 2.*

Amplius, nec puto in eo inſiſtendum, vt
probetur conuenta in memorato inſtrumẽto
de anno 1555. ſeruanda eſſe, vt facilè pluri-
bus probari poſſet vti quid indubitabile,
2 quia † omnes conuentiones à principio vo-
luntatis poſtea fiunt neceſſitatis *l. ſicut C. de
act. & oblig. cum vulg.* ſi quidem Blenenſes
prætendentes in d. inſtrumẽto communicaſſe
cũ Samonenſibus iura paſcendi, lignandi, ca-
3 pulandi, & alia, petendo † nunc eiuſdem com-
munionis conuẽtionalis diuiſionem fieri mo-
dis à iure præſcriptis ex hoc ſolo generaliter
loquendo aduerſus conuenta in inſtrumento
verè venire non dicuntur, vt pluribus in ter-
minis probat *Corn. conſ. 48. à num. 2. ad 5.
in 3.* qui allegatur pro Samonenſibus, & eius
doctrina mihi maximè probatur, cuius con-
ſultatio licet in aliquibus à ſpecie noſtra diſ-
crepet, vt oſtendit D. Menichinus, tamen nõ
tollitur ex differentijs conſideratis, quin pro-
bata ſit propoſitio hæc veriſſima, quod qui
diuiſionem petit non venit contra contra-
ctum, cum in eo non intelligatur actum, vt
4 nunquã ad diuiſionem perueniatur, nec † va-
lidè agi poteſt *l. in hoc iudicium §. ſi conueniat
ff. com. diuid.* nec ideo magis dici poteſt fieri
contra contractum, quòd iura communicata
5 fuerint in perpetuum; intelligitur † namque
iuxta ſubiectã materiam, quoad partes non
pæniteat *l. 1. ff. pro ſoc. gloſ. in §. perpetua 10.
q. 2. & in auth. ſi quas ruinas C. de ſacroſanc.
Eccleſ. Bero. conſ. 102. nu. 23. in 1.* & non, vt
importet perpetuitatem, cui leges reſiſtant:
6 Nec † puto tempore tolli facultatem petendi
diuiſionem, cum ita teneãt communiter ferè
omnes antiqui *Doct. in l. 1. C. de annal. ex-
cept. Cin. nu. 2. & in fin. Alberic. nu. 2. & 3.
Salicet. n. 5.* qui rationes adducunt *Bar. nu. 4.*
qui de communi teſtatur *Bal. in l. fin. C. fin.
7 regund. nu. 8. & Sicard. ſub nu 4.* Cui † veri-
tati non obſtat *l. 1. §. ad hæc C. de annal. ex-
cept.* præſcirbens vitæ huius actionis ſpatium
triginta annorum: Quia pluribus reſpondet
ibi *Cin.* & clarius *Alberic.* & præſertim, quod
8 ille *tex.* procedit, quando vnus ſolus poſſide-
ret, non verò, quando vterq; poſſideret; tunc
.n. repugnat natura præſcriptionis; quæ non
9 currit aduerſus poſſeſſorem, & † licet *tex.* ge-
neraliter loquatur, oportet tamen illũ intel-
ligere ſecundum habiles terminos *l. vt gra-
datim §. & ſi lege ff. de muner. & honor. Surd.
10 conſ. 280. num. 8.* Vel † reſponderi poteſt, vt
egregiè *Sichard. in d. l. fin. C. fin. regund. n. 4.*
 quando vnus alium turbauit, vt diuideret,
& prouocatus reſiſteret, tunc incipit currere
præſcriptio, adeò quod ſi triginta annis con-
tinuis taceat, qui prouocauit, tunc præſcri-
ptione tollitur facultas petendi diuiſionem,
& actio communi diuidundo, ita procedit *d.
§. ad hæc.*

Cæterum, quando duo longiſſimo tem-
pore manſerunt volentes in communione,
nunquam cæpit currere pręſcriptio aduerſus
facultatem petendi diuiſionem, & ita verè te-
nent communiter *Doct.*

11 Exiſtimo præterea, nec ea ratione eſſe
Blenenſes ab eorum intentione excludẽdos,
quia ſeruitus ſit indiuidua *l. ſtipulationes nõ
diuiduntur ff. de verb. oblig. & ibi omnes Doct.*
& plenè proſequitur D. Conſultor in eius de-
ciſiuo conſilio in 6. fundamento, cum qua-
tuor ſequentibus, quod procedit etiam in
quibuſcunq; iuribus incorporalibus *Bald. in
l. ſi plures col. 1. verſ. (item not. quod quo-
ties)*

ties) C. de cond. infert. Crot. conſ. 55. num. 7. in 1. & quod pro parte non poſſit ſeruitus
conſtitui.

12 Quia iure replicari poſſe puto, quod licet
ſeruitus ſit in ſe indiuidua, nec poſſit pro par-
te conſtitui, conſtituta tamen pro indiuiſo
ratione vſus, & commoditatis diuidi poteſt,
diciturq; potius quædam ſeruitutis modifica-
tio, quam diuiſio, & ita tenent *omnes in d. l.
ſtipulationes non diuiduntur Bar.* poſt *Petr.
in 2. oppoſit. Iaſ. num. 13. Claud. nu. 4. Rain.
ſub num. 12. Soc. iun. num. 96. & in l. via §.
vſus ff. de ſeruit.* præſertim *Coraſ. à num. 2.
vſq; ad fin. & Stephan. Fertacul. num. 5.
Rol. conſ. 80. num. 28. in 1. Sichard. conſ feu-
dali 1. num. 52.* qui ad id allegant in termi-
nis *d. §. vſus l. Labeo §. fin. cum l ſeq. ff. de acq.
quot. & aſtin. & gloſ. fin. in fin. in l. ſi patrem
ff. de ſeruit. ruſt. prædiorum* addo *l. arbor.
§. aquarum in fin. & gloſ. 1. in l. 4. in princ.
ff. com. diuid.* quibus euidenter probatur pro
incorporalibus dari iudicium communi di-
13 uidũdo. Modus † autem diuidendi ſatis col-
ligitur ex *l. teſtatrix § vlt. ff. ſi ſeruit. vin-
dic. & l. Imperatores ff. de ſeruit. prædiorum*
& in his locis optimè *Alberic.* & quoad hoc
ſunt in terminis *Theſauri deciſ. 71. & 72.*

Nec enim præiudicaretur Samonenſi-
bus, licet diuideretur ius, vel ratione montis,
vel ratione temporis, quia tempore, quo ip-
ſi hoc iure vterentur ceſſarent Blenenſes;
vel in ea parte montis, in quo ius ipſi habe-
rent, Blenenſes nullum ius haberent, cum ta-
men ante diuiſionem; & omni tempore, &
in toto monte vtriq; communitati competat
ius pro indiuiſo, habita hac conſideratione,
& compenſatione verè Samonenſes nullum
paterentur præiuditium de iure conſidera-
bile: Nec obſtaret, quod iura ei conceſſa
fuere in toto monte, & hoc caſu reſtringere-
tur: Quia quemadmodum, vt Samonenſes
habeant ius in toto monte, id venit ex com-
munione, quæ facit, vt quilibet ſocius in
tota re communi ius habere dicatur, ita ex
diuiſione, quæ impediri non poteſt, nec par-
ticulari conuentione; reſtringitur ius ad par-
tim, quæ omnia ſunt ex diſpoſitione iuris
aperta.

Non omitto etiam, quod quæ de ſeruitu-
tibus allegantur, fortè ad cauſam hanc non
plurimum conferunt, niſi à ſimili, quando-
quidem ex contractu emphiteuticario tran-
ſlatum fuit vtile dominium in Samonenſes,
remanſitque directum apud Blenenſes, ef-
ficiuntque hæc dominia, vt iura, quæ vtra-
que communitas habet iure ſeruitutis, com-
petere non poſſint, repugnante regula, quod
14 res Domino ſeruire non poteſt *l. vti frui
ff. ſi ſeruitus vindic. l. in re communi ff. de
15 ſeruit. vrb. prædior.* quæ † procedit nedum
ratione directi, ſed & ratione vtilis, nam
habenti hoc dominium in re non poteſt res
ipſa ſeruire *Iaſ. in l. ſi tibi homo §. valet ſub
nu. 1. & 2. ff. de leg. 1. Paul. Iaſ. & alij in l. ſi
fundum ſub conditione §. qui fundum ff. ead.
de leg. 1.*

Tota igitur vis præſentis cauſæ (ex ſenten-
tia mea) ad id deducitur, an concurrant ea
quæ concurrere debent, vt competat actio
communi diuidundo à Blenenſibus propoſi-
ta: Arbitror ea non concurrere, & proinde
perperam actum fuiſſe hac actione, ea præ-
16 ſertim ratione, quod † non datur hæc actio,
niſi inter habentes rem cõem *l. 1. in fin. ff.
com. diuid. l. familiæ erciſcundæ C. com. vt
indic. Rofred. de libell. ſeu de ordin. iudic. par-
te 4. Rub. de act. com. diuid. nu. 1. omnes in §.
quadam inſt. de act.* præſertim *Aret. ſub nu.
7. propè n. 8. verſ. (In ead. gloſ.) in fine Spec. in
tit. de iudic. §. ſequitur ſub n. 19. & ſub n. 22.*
vox ipſa id oſtendit, dicitur actio communi
diuidundo, hoc eſt data ad communionem
diuidendam; oportet ergo, vt adſit commu-
17 nio, alias † daretur qualitas ſine ſubiecto
contra *l. 2. ff. de vſufructu l. nullam §. ſi ab-
ſentis vbi Angel. not. ff. de petit. hæred. Bald.
18 in l. 2. ff. de bon. poſſeſſ. ſecun. tabul.* & † li-
cet legatur, non exiſtente communione
quandoq; dari hanc actionem *in l. ſi quis
putans in princ. in l. ſed poſtquam in princ.
& l. in ſumma ff. fam. erciſc.* & id admittat
Rofred. in d. Rub. ſub num. 1. non datur ta-
men ad diuidẽdum, ſed ad præſtationes per-
ſonales. At quod ratione iurium, de quibus
agitur, non adſit communio, ſaltem talis, ex
qua competat actio communi diuidundo,
facilè probatur ex inſpectione inſtrumenti
locationis, & inueſtituræ, in quo ſyndicus Sa-
monenſium inueſtitur de toto monte deſi-
gnatis confinibus cum clauſula *ad habendũ,
tenendum, & iure conductionis emphiteuti-
ca poſſidendum, capulando, buſcando, paſcu-
lando, & ligna incidendo, & quicquid illis
de Samono, & ſucceſſoribus ſuis deinceps
placuerit perpetuò faciendum,* ex quibus ver-
bis conſtat in Samonenſes totius montis ius
emphiteuticum, & proinde vtile dominium,
19 tranſlatum fuiſſe, † & adſunt gerundia *capu-
lando, buſcando &c.* quæ qualificant conceſ-
ſionem huius dominij, & eam reſtringunt † ad

iura per dicta gerũdia expreſſa *l. vim facit ff. de vi, & vi armat. l. ſi is ff. de pign. l. 1. ff. neceſſario ff. de his, quæ in fraud. credit. Alberic. in dictionar. in verbo (gerundium in do) Doct. in Rub. C. de edend.* ita conſtat Blenenſes in iuribus expreſſis non communicaſſe, cum Samonenſibus dominium, vel iura prædicta, ſed totum vtile dominium, & ius emphiteuticum in prędictis iuribus tranſtuliſſe non vero communicaſſe, ergo nulla inde naſcitur communio, ob quam agi poſſit actione communi diuidundo, & licet dicatur *ſaluis pactis, & conditionibus ſuprascriptis*, inter quæ pacta reperiatur iſtud, quod Blenenſes ſibi reſeruant prædicta iura pro indiuiſo, vt prius competebant, ex hoc benè ſequitur, quod non obſtante translatione abſoluta dominij vtilis Blenenſes ſibi reſeruarunt poſſe vti prędictis iuribus iure cuiuſdam facultatis, non verò, vt communicatum ſit ius emphiteuticum, & dominium vtile, quod non poterat cadere in habente directum dominium, vt inferius probabitur, nec magis hoc caſu dicitur communicatum
20 dominium aliquod, atq; † dicatur communicatum, quando vendita eſt res retenta in re ipſa ſeruitute aliqua, quo caſu totum dominium transfertur in emptorem, & venditori remanet ſeruitus, ita ius illud, quod iure dominij prius ei cõpetebat, incipit competere iure ſeruitutis *l. in tradẽdis & l. quicquid ff. com. prædiorum Soc. conſ. 139. ſub n. 2. in 1.* & aliqua per *Doct. in l. ſi fundum ſub conditione §. qui fundum ff. de leg. 1. Bartholom. Bertazol. in tract. clauſularum clauſ. 23. gloſ. 1.* Cum enim prius in toto monte ſit translatum in totum ius emphiteuticum cũ poteſtate de eo ad libitum diſponendi, ergo non eſt ſimpliciter communicatum, quia alias ad libitum de eo non liceret Samonẽ-
21 ſibus diſponere, vt eis placeret, cum † in re communi nam liceat vni ex ſocijs quicquid ei placet facere altero ſocio inuito *l. in re communi ff. de ſeruit. vrb. prædiorum.* A qua intentione non eſt credendum, quod Blenenſes recedant ſtatim ſubijciẽdo reſerua-
22 tionem, cum † ſtatim non præſumatur correctio *l. nam ad ea ff. de cond. & demonſtrat. l. præcipimus in fin. C. de appellat. gl. in c. cupientes §. quod ſi per viginti de elect. in 6.* Et quamuis dicatur Blenenſes ſibi hæc iura reſeruaſſe pro indiuiſo, non ideò magis inducitur communio, quia ideò adduntur verba *pro indiuiſo*, vt demonſtretur Blenenſes ſibi retinuiſſe commoditatẽ iurium in toto loco.

Hinc tamen non deducitur aliqua communio, ob quam competat actio communi di-
23 uidundo; habent enim Samonenſes † hæc iura ratione vtilis dominij. Blenenſes verò, vel ea habent ratione directi dominij, cum
24 quo non poteſt concurrere vtile dominium, quicquid ſupponatur ab informantibus pro eis; ſi quidem in eadem perſona impoſſibile eſt, vt concurrat vtile dominium cum directo, ſed conſolidato vtili cum directo ipſum directum efficitur plenius, & commoda, quæ reſultant adſcribuntur directo, & non vtili dominio *l. ſi hæres inſtitutus in princ. ff. ad Trebel. l. ſtichum §. aditio ff. de ſolut.* & per hæc iura *Imol. & Iaſ. in d. l. ſi ti-*
25 *bi homo §. vtales in fin. ff. de leg. 1.* Vel verius ea habent, vti iura cuiuſdam commoditatis, & facultatis perſonalis, iuxta tradita à *Doct. in d. l. ſi fundum ſub conditione §. qui fundum à Paul. n. 4. Imol. n. 4. Iaſ. n. 6. ff. de leg. 1.* Quodcunque ſit, conſtat vno iure competere Samonenſibus hæc iura,
26 & alio iure Blenenſibus, quo † caſu nulla oritur actio communi diuidũdo, *l. communi. diuidundo §. ſed, & ſi de vſufructu ibi (planè ſi iam) l. & ſi non omnes §. 1. & l. arbor §. ſi per eundem ff. com. diuid.* & per hæc iura *Fulgoſ. in d. §. ſi per eũdem*, & poſt eum *Vigel. in method. iur. ciuil. par. 5. lib. 20. c. 10. fol. mihi 1662.* Hinc tollitur cõſideratio Informantium pro Blenenſibus, quod ſi habens vtile dominium tamen poteſt prouocare ad diuiſionem alterum habẽtem vtile dominium, multò magis poterit prouocare habens directum, quod eſt fortius: ſi quidem hoc argumentum à fortiori tollitur, quia inter habẽtes vtile dominium datur communio, ſed inter habentem directum, & habentem vtile dominium non datur communio, nec legitur, quod directus dominus diuidat cũ vtili domino, cum dominia ſint ex ſe diſtincta, & ſatis ex cenſura iuris diuiſa; Nec dicatur, quod iſtud procedat, quando quis habet ſolum directum, & alter totum vtile, ſed in caſu iſto habent Blenenſes etiam vtile dominium pro indiuiſo, hoc enim eſt id, quod ego inficior; quia, vt oſtendi antea, imò totum vtile dominium eſt in Samonenſes tranſlatum, & id, quod reſeruarunt ſibi Blenenſes eſt iure cuiuſdam facultatis, & commoditatis ad inſtar ſeruitutis, vt antea probaui; quemadmodum ſi quis venderet fundum retenta ſibi ſeruitute, non legitur quod vendens poſſit diuidere vſum ſeruitutis cũ emptore habente eundem vſum ratio-

ne

ne domi nij,& non ſeruitutis, eadem ratione
nec in propoſito agi poteſt de diuidendo iu-
re, quod eſt apud Blenẽſes vti commoditas,
& facultas ad inſtar ſeruitutis, & apud Sa-
monenſes ratione vtilis dominij.

27 Sed & ex abundanti dato, quod iura hæc
fuiſſent communia, cum ex antea deductis
probatum fuerit, illa ex eorum natura eſſe
indiuiſibilia, oporteret, quod Blenenſes præ-
tendentes ea diuidere quoad vſum proba-
rent neceſſitatem ita poſtulare, vel quia im-
poſſibile, vel valde difficile ſit, vt pro indiui-
ſo dicta iura retineantur, vel quia ex tali cõ-
munione rixæ, & contentiones naſcantur, ſi
quidem his potiſſimum cauſis permittitur
diuiſio incorporalium *Teſſaur. allegata de-
ciſ.71. ad fin.* qui allegat *Cepol*, & ſentit *Me-
noch.caſ.245.lib. 2. de arbit.iudic.* Sed in
proceſſu non video, quod ſit probata diffi-
cultas, nec periculum contentionum; licet.n.
fuerint producti quidam proceſſus alias fa-
bricati, dum iſtæ Communitates contende-
rent occaſione horum iurium; ex illis tamen
conſtat, quod Blenenſes cauſam dederunt
his contentionibus, & quidem iniuſtè, cum
etiam ipſi contrarias reportauerint ſenten-
28 tias, ideò † ob defectum harum probationũ
dici poteſt abſoluendos Samonenſes reos
iuxta *vulg. tex. l. qui accuſare C. de edend.*

In hoc autem plurimum non inſiſto, ſed
in præcedenti fundamento; quod non adeſt
communio, ex qua detur actio communi
diuidundo, ſed ſi non valeant Blenenſes vti
iuribus ſuis impedientibus ipſis Samonen-
ſibus agere poterunt vel vtili rei vendicatio-
29 ne, quæ † datur pro iuribus, quæ propriè ſer-
uitutes non ſunt *Bald. in l. prima n. 12. ff. ſi
30 cert. pet*, vel † actione ex ipſo contractu, quæ
datur ob pacta, cum ſint partes contractus,
cui inſunt ad tradita *in l. lecta ff. ſi cert. pet.*
31 vel † poterunt inſiſtere, vt Samonenſes de-
clarentur cecidiſſe à contractu emphiteuti-
co ob pacta non ſeruata *Bal. in l. fin. in vlt.
not. in 2. lect. C. de iure emphit. Iaſ. in l. 1. 4.
not. C. eod. Corbul. in 2. cauſa de cauſ. ex quib.
emphit. iur. ſuo priu.* iudicio diuiſorio quo-
modo iure agere valeant, ego non video.

Maximè, quia authoritates, quę pro eis al-
legantur, parum eis prodeſſe mihi videntur,
procedunt.n. in caſibus, in quibus commu-
nio proprietatis, vel ſaltem ſeruitutis vſus,
aut alterius iuris incorporalis præſuppone-
batur. Nam *Calcan. conſ. 49.* loquitur de di-
uiſione bonorum, quæ erant communia in-
ter duas Communitates: in caſu *Corn. conſ.
48. in 3.* fuerat conuentum inter duas Com-
munitates, vt certæ montaneæ eſſent com-
munes *Aym. conſ. 4.* reſpõdet licuiſſe vniuer-
ſitati pro manutenenda conſuetudine præ-
ſcripta paſcendi in pratis priuatorum con-
gregationem facere, nihil vero de diuiſione
agitur, nec nos inficiamur, quin liceat Ble-
nenſibus vti remedijs iuris cõmuni, pro ma-
nutenenda facultate, & commoditate pa-
ſcendi, lignandi, & alia, ſi impedirentur, qui
tamen non impediuntur; *in conſ. 64.* loqui-
tur, in caſu, in quo paſcua erant communia,
& in quo petebatur diuiſio, quia vna pars
plura beſtiamina retinebat in præiuditium
alterius partis, in propoſito ceſſat commu-
nio, & cauſa diuidẽdi, *idem in conſ. 154.* lo-
quitur de bonis Vniuerſitatis defendẽs, nõ
nullos indebitè moleſtari ab alijs homini-
bus Vniuerſitatis in vſu bonorũ cõmunium;
Rol. conſ. 80. in 1. conſuluit in feudo cõmuni,
ideò exemplo ſeruitutis confirmando cõſul-
tationẽ ſuã pariter loquitur in ſeruitute inter
diuidentes cõmuni *Ceph. conſ. 507. in 4.* ma-
gis videtur cõuenire caſui noſtro: ſed re ve-
ra, & eius caſus eſt à noſtro lõgè diuerſus; qa
in eo Communitas domina proprietatis cõ-
municauerat alteri Communitati vſum mõ-
tis pro quarta parte, licet pro indiuiſo, id-
circo inſtare poteſt, vt illa quarta pars ſepa-
retur ab alijs tribus quartis; ſed in propoſito
Blenenſes pro parte non conceſſerũt vſum,
nec ipſum communicarunt, ſed prorſus illo
ſe priuarunt transferendo in Samonenſes
ius emphiteuticum, & vtile dominium cum
facultate de eo diſponẽdi ad libitum ſet cẽta
facultate, & commoditate paſcendi, ligna-
di, &c. ex quo, vt alias probaui, non indu-
citur communio: Præterea in eo caſu con-
ſtabat de cauſa diuidendi, hoc eſt de diſcor-
dijs prouenientibus ex facto eorum, qui ad
diuiſionẽ prouocabantur, *vt ibi n. 28. & in*
hoc caſu non conſtat, niſi de diſcordijs ori-
ginem ducentibus à facto prouocantium,
& etiam iniuſtis, & non conuenit, vt vellint
mendicare occaſiones ad prouocãdum ad
diuiſionem. Amplius in eo caſu conceſſus
fuerat vſus pro quarta parte, qui remanet
idem facta diuiſione, ſed in caſu noſtro cõ-
ceſſum fuit vtile dominium in toto monte;
quod ex diuiſione; vt corrumpatur neceſſe
eſt *in deciſionibus Theſſauri 71. & 72.* mons
inter duas Communitates erat communis
in proprietate, & vſu, ideò in *prima deciſ.* de-
ciditur locum eſſe diuiſioni, cauſis tamen
cõcurrentibus, & *in ſecũda* d citur de modo

diuidendi *Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 245.* ſermonem duntaxat habet de modo diuidendi.

Concludo igitur, quod licet plures rationes conſilij deciſiui primæ inſtãtiæ euitari poſſint, quia placuit illi Excellentiſs. D. Conſultori omnia cumulare, tamen quod Samonenſes foueãt iuſtam cauſam, & ideò, quod omiſſo capite deſertionis, quod diſcutere nõ oportet, dum prima ſententia confirmatur, quod partes Illuſtris, & præclariſſimi D. Iudicis appellationis ſint pronũciare benè pro parte D. Iudicis, à quo fuiſſe iudicatum in fauorem Samonenſium, & perperam appellatũ à Blenẽſibus, ideò in omnibus, & per omnia confirmandam eſſe primi Iudicis ſententiam, condemnando Blenenſes in omnes expenſas huius ſecundæ inſtantiæ, & ita dico, & conſulo, & ſi in cauſa eſſem iudex ita iudicarem.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Agitur de ſeruitute aquæ immittendæ.
Aquæ pluuiæ quę dicantur, Et an pluuiæ mixtæ cum alijs pluuię dici poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Quod fieri poteſt, ſed non propria authoritate, dicitur fieri poſſe iure ſeruitutis.*

2 *Seruitutes conuentionibus conſtitui poſſunt.*
Et illis conſtitutis præiudicare non licet num. 3.
Sed nec grauiores reddere nu. 10.
Et ideò ſeruitus aquæ immittendæ ſolùm intelligitur de aquis fundi dominantis nu. 11.
Adeò vt nequè comprehendat aquas mixtas cum illis nu. 13.
Contrarium n. 17.
Diſtingue: Dominus ſeruitutis non poteſt immiſcere alias aquas, ſed ſi veniant ex accidenti continentur in ſeruitute n. 25.
Non tenetur quis recipere ſeruitutem, quãdo immoderatè læditur nu. 12.
Quod tamen intellige, quando exceditur modus ſeruituti impoſitus n. 22.

4 *Si fundus vicini ſeruiat fundo meo, & propterea aquam recipiat, ceſſat aquæ pluuiæ arcendæ actio.*

5 *Aduerbium* numquam *ſignificat nullo tempore, vel caſu, aut nulla cauſa.*
Eſt enim aduerbiũ vniuerſale negatiuum negans omnem caſum, & non recipiens reſtrictionem nu. 6.

7 *Verbum* liberè *importat ſine ullo impedimẽto, & contradictione.*

8 *Verbum* perpetuum *importat ſine præfinitione temporis.*

9 *Obligatio limitata non debet extendi vltra ſuos limites.*

14 *Aquæ pluuiæ ſunt illæ, quæ in terreno de cælo cadunt.*
Et imbres, ex quibus flumina creſcunt n. 15.
Ideoq́; ſi flumen, in quo ingreſſa ſit aqua pluuia, noceat habet locum actio aquæ pluuiæ nu. 16.

18 *Conuentiones intelliguntur ſecundum ius commune.*

19 *Id, quod eſt veriſimile attenditur.*

20 *Terræ inferiores debent recipere aquas ſuperiores.*

21 *Obſeruantia declarat mentem contrahentiũ & tollit omne dubium.*

23 *Damnum, quod quis ſua culpa ſentit patienter ferre debet.*
Et leue damnum non eſt habendum in conſideratione nu. 24.

26 *Copula* Et *requirit concurſum copulatorum.*

27 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locũ ſubrogatur.*

28 *Aequipollẽtium eadem eſt diſpoſitio, & idem iudicium.*

RESPONSVM C.

Auſpice Chriſto.

DVo ſunt, à quibus pendere mihi videtur reſolutio præſentis conſultationis, an liceat Mantuanis ob caſum rupturæ fluminis Croſtoli poſito impedimento, quod vulgo dicitur *canedone* impedire Gualtierenſibus excolationem aquarum per foueam ſubterraneam factam ex conuẽtione cum Sereniſs. Duce Mantuæ, quæ vulgo dicitur *il Begone*, ſeù *la Bote*, & hoc prius, Deinde dato, quod licuerit, an nunc ſit tollendum d. impedimentum, quæ omnia pendent à verbis pacti, huius tenoris, *& in caſo, che ruinaſſe, e vi andaſſero altre acque che fortuoſe, e piouẽtane, poſſa il Sig. Duca di Mantoa ſerrare con un canedone il cauo, ma ricoucio che ſia il Begone, ſia obligata ſua Eccellenza, à farlo aprire ſubito.*

Et

Et quantum ad primum attinet, ſi ex iu-
ris communis cēſura res decidenda eſt, in-
tentio Gualtierenſium ſatis fundata eſt,
quia habent facultatem per foueā manu-
factam deriuare aquas nocētes prędijs ſuis
in territorium Mantuanum, vel Guaſtalæ,
ex conceſſione, & cōuentione cum Sereniſs.
Duce Mantuæ, quæ conuentio aliud non
eſt, quam ſeruitus, quæ obligat territorium
Mantuanum recipere aquas ſuperiores de-
1 riuantes per buccam d. foueæ, cum † enim
ſua authoritate id Gualtierenſes facere non
poſſent, ſequitur, vt iure ſeruitutis id facere
dicantur *l. quemadmodum* §. 1. *in fin. ff. ad l.*
Aquil. & l. cum quidam §. *quod dicitur ff. de*
acquir. hered. & per hæc iura *Cepol. de ſer-*
2 *uit. vrb. prædiorum c. 4. n. 56.* & † conuentio-
nibus ſeruitutes conſtitui non eſt dubium
§. *ſi quis velit Inſt. de ſeruit. prædiorum Azo.*
3 *in ſumma C. de ſeruit. n. 25.* Contra † vſum
huius ſeruitutis apponendo impedimētum,
ne aquæ deriuarent, vt prius, aliquid fieri
non poteſt, nam id eſſet præiudicare ſerui-
tuti conſtitutæ, quod non licet *l. 2. C. ad l.*
Aquil. l. ſi manifeſtè, & l. altius cum l. ſeq. C.
de ſeruit. & aq. gloſ. vlt. in l. ſi cui ff. de ſeruit.
quibus probatur domino non licere in ſuo
aliquid facere, per quod præiudicetur ſer-
uituti conſtitutæ *Bero. conſ. 139. n. 24. in 3.*
Rim. iun. conſ. 86. n. 12. cum ſeq. in 1. Io. Bol.
conſ. 49. n. 19. & ſeq. Et ad hoc benè facit §.
4 *fin. l. in ſumma ff. de aq. plu. arcend.* vbi, † ſi
fundus vicini ſeruiat fundo meo, & propte-
rea aquam recipiat, ceſſat aquæ pluuiæ ar-
cendæ actio, niſi modus præſcriptus in ſer-
uitute excedatur. Si igitur prætendunt Mā-
tuani iure communi poſſe reſtagnare, & im-
pedire curſum aquarum ſuperiorum, id nō
rectè prætendunt, præſertim, quia cum non
ſit deuaſtata fouea, & eius bucca, ſeu aper-
tura, non poteſt dici alteratus modus ſerui-
tutis.

Videndum modo eſt, an ex forma con-
uentionis conſtitutæ ſeruitutis, licuerit me-
diante impedimento cauedoni impedire
aquarum excolationem, & quidem non li-
cuiſſe, ex verbis conuentionis manifeſtè in-
ſinuatur, prius dùm dicitur *con le vſciare à*
capo, le quali non s'habbino mai da ferrare
per aque pioueniane, e fortuoſe, his verbis ſi-
gnificatur excolationem aquarum pluuia-
5 rum nunquam impediri poſſe, illud † aduer-
bium, *nunquam*, quod materno ſermone
dicitur, *mai* ſignificat nullo tempore, vel ca-
ſu, aut nulla cauſa *l. prouidendum vbi gloſ. ff.*
de poſtuland. l. locum ff. de vſuf. in fine Ar-
chid. in c. 1. ſub n. 3. verſ. (condemnari) de cle-
ric. coniugat. in 6. Alberic. in dictionario in
6 *verbo (nunquam)* eſt † enim aduerbium
vniuerſale negatiuum compræhendens, ſeu
negans omnem caſum, & non recipiens re-
ſtrictionem *Ceph. conſ. 171. n. 15. in 2. De-*
cian. conſ. 44. n. 36. in 3.

Secundò paulò inferius dicitur, *& habbia*
hauere nell'auenire l'vſcita libera, & per-
7 *petua,* ſi † exitus debet eſſe liber, ergo nul-
lum obijci poteſt impedimentum, & Gual-
tierenſes habere debent exitum ſine vlla
contradictione *c. 1. in princ. in verbo (liberè)*
vbi id notat Io. And. de regular. lib. 6. vbi,
quod excludit omne, vel leue impedimen-
tum *c. ordinarij iun. & gl. in verbo (liberè) de*
offic. ordin. in 6. Rol. conſ. 2. n. 44. & ſeqq. in
4. Alex. conſ. 12. n. 1. & conſ. 14. n. 3. in 2. Go-
zad. conſ. 27. n. 7. & conſ. 46. n. 9. Barbat. cōſ.
56. n. 3. & 6. in 3. & plura alia ad propoſitū
noſtrum conferentia de hoc verbo *liberè*
obſeruari poſſunt apud *Franc. Caldaſ. de em-*
phit. lib. 1. q. 8. n. 10. cum ſeq. Adiūgitur po-
ſtea, quod exitus nedùm eſſe debeat liber,
8 ſed & perpetuus, quæ † perpetuitas denotat,
vt nullo tempore aliquod impedimentum
opponatur, hoc eſt ſine temporis præfinitio-
ne *Bar. in l. annua* §. *Titia ff. de ann. legat.* fa-
cit *tex. in l. eum debere columnam ff. de ſeruit.*
vrb. prædiorum Surd. conſ. 67. n. 36. in 1. &
paſſim id receptum eſt apud *Doct.* dùm de
fideicommiſſo perpetuo loquuntur *Decian.*
conſ. 34. n. 77. in 3.

Nec obſtat, ſi aliquis diceret, aduerta-
tur, quia conuentio hæc reſtringitur ab illis
ſequentibus verbis *ſempre che nō vi vadino*
altre acque, che pioueniane, e fortuoſe, quæ
verba modificant conuentionem retinendi
exitum liberum, & perpetuum .ſ. dummodo
non ingrediantur in foueam, niſi aquæ plu-
uiæ, ſed cum in caſu propoſito non ſolum
aquæ de cælo cadentes, ſed & turbidæ, quæ
exterūs à flumine Croſtoli ingreſſæ fuerint,
ſumus extra terminos conuentionis, & obli-
gationis retinendi exitum apertum; obliga-
9 tio † enim limitata ad aquas pluuias non
debet vltra operari *l. in agris ff. de acquir.*
10 *rerum dom. cum vulg.* & † maximè, quia id
grauiorem redderet conditionem ſeruitu-
tis, quod non permittitur, facit *tex. in l. ſi*
11 *qui duo ff. de ſeruit. ruſt. prædiorum,* vbi † ille,
qui habet ius excolandi aquam fundi ſupe-
rioris in fundum inferiorem, non poteſt ex-
colare, niſi aquas illius fundi, & non aquas,
quæ

Digitized by Google

quæ proueniunt ex alio fundo, & ibi id notat *Bar.* quod ſeruitus aquæ immittēdæ non intelligitur, niſi de aqua, quæ ex fundo dominante colligitur *Ladcrch. conſ.* 146. *ſub*
12 *num.* 3. dum † ait, quod quis non tenetur recipere ſeruitutem, quando immoderatè ſeditur poſt *Caſt. in l. in ſumma* §. *fin. ff. de aq. plu. arc.* quod etiam ſenſit *Marchabrun cõſ.*
13 49. *num* 89. dum † tenet, quod admixtis alijs aquis cũ illis, quas iure ſeruitutis quis tenebatur recipere, quod amplius non tenetur. Et addi poteſt, quod conuentio eſt
14 de recipiendis aquis pluuialibus, quæ † ſunt illę, quæ in terreno de cælo cadunt *l.* 1 *in fin. princ. ff. de aq. plu. arc.* quæ qualitas, cum non cadat in aquis turbidis fluminis, quæ immediatè de cælo non cadunt in terrenis, ſequitur, vt ob has aquas non ſit obligatus liber, & perpetuus exitus.

Nam omnibus his, quæ aliquam dubitationem facere videntur facillimè reſpon-
15 detur, primo, quod † aquæ, quibus tempore plouiarum flumina creſcunt, licet immediatè de cælo non cadant, & colorem mutent, dicuntur aquæ pluuiæ, quod probatur *in l.* 1. *in princ. ff. de aq. plu. arc.* vbi aqua pluuia dicitur, quę de cęlo cadit, & quę imbre excreſcit, & in §. *in ſumma in fine in eadem lege* dicitur imbre creſcere aquam, quę colorem mutat, vel increſcit, quod manifeſtè ſētit *Azo. in ſumma* C. *de aq. plu. arc.*
16 qui *nu.* 1 *in fine* ait, non † eſſe locum actioni aquę pluuiæ, ſi flumē noceat, niſi ſit immiſſa flumini aqua pluuia, .ſ. quia hoc caſu dicitur pluuia, etiam quod ſit flumen ingreſſa, & in eo imbre creuerit, ſentit & *Vueſembec. in paratitla digeſtorum in Rub.*
17 *de aq. plu. arcend.* ſentiens † dari actionem aquæ pluuiæ, etiam pro ea aqua, quæ mixta cum pluuia nocet, tenet igitur, quod aqua mixta cũ pluuia, & ipſa pluuia dicatur, vt in ea ſit locus diſpoſitionibus de aqua pluuia loquentibus, & manifeſtius *Cuiac. ad lib.* 49. *Pauli ad edictum in interpretat.* §. *pen. & vlt. l. in ſumma ff. de aqua plu. arc.* dum ita loquitur, *ſed de aqua pluuia, ſiue de aqua paluſtri, quam aqua pluuia maiorem fecit, qua & ipſa habetur pro aqua pluuia*, quod & admiſerunt antiqui *Doct.* vt *Albert. Odofred. Bal. Paul. & Rom.* qui ex principio *d. l.* 1. *ff. de aq. pluuia*, notant, quod ſiue aqua pluuia ſola noceat, ſiue mixta cum alia, ſemper locus eſt illi actioni, & ita ſentiunt, aquam mixtam cum pluuia pluuialem effici, & cætęris clarius id dicit *Cepol. de ſeruit. ruſt. prædiorum c.* 5. *nu.* 1. & ideo cenſendum eſt in caſu noſtro conuentionem loquētem de aquis pluuialibus etiam intelligi de alijs aquis mixtis cum pluuialibus, quales ſunt iſtę, quę ex flumine Croſtoli exierunt, vel ſint ex his, quæ prius in flumine exiſtentes viuæ dicebantur, vel ſint (& hoc ſine dubitatione) ex illis, quæ tēpore plouiæ in flumine creuerunt, nam
18 conuentiones intelliguntur ſecundum ius commune, cum quo veriſimile eſt, vt conuenientes cōcordent *l. quaro* §. *inter loc. atq. con. ff. locat. Bal. in l. liberti nu.* 24. *C. de oper. libert. Aret. in l.* 2. §. *ex hoc num.* 11 *ff. de verb. obligat. Paul. conſ.* 281. *in* 2. *Soc. conſ.* 10. *num.* 6. *in* 3. *& alij plures*, qui citantur ab *Illuſtriſ. Mantica* de re hac plenè tractante *in lib.* 3. *de tacit. & ambiguis cõuent. tit.* 7. *per totum.*

Et quando etiam conuentio de aquis pluuialibus non reciperet claram intelligentiam à iure communi, vt recipit, dicendum adhuc eſſet cum aquis pluuialibus comprehendi & exeūtes à flumine duplici
19 atione, primo, quia † ita veriſimilius eſt, & magis conueniens ſubiectæ materiæ *l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. iur. Mātic. d. tit.* 7. *nu.* 3. optimè *Alba conſ.* 645. *num.* 3. *in* 4. cum .n. in facto mihi ſupponatur, quod etiam ante conſtructionem foueæ omnes aquæ, cuiuſcunq; eſſent conditionis, excolabantur per territoria Mātuæ,
20 & Guaſtallæ iure † illius naturalis ſeruitutis, qua territoria inferiora recipere debēt aquas ſuperiores *l.* 1. §. *ſi vicinus, &* §. *fin. ff. de aq. plu. arc. Bero. conſ.* 139. *num.* 10. *& ſeq. & conſ.* 143. *in* 3. vtiq; veriſimilis eſt, quod Gualtierenſes conueniendo de ſeruitute foueæ voluerint ſibi ipſis prodeſſe, & non nocere, vt verè nocuiſſent, ſi conuenïſſent, vt non poſſent excolare, niſi ſimplices pluuiales immediatè è cælo in eodem territorio cadentes, & non alias cum illis admixtas; ſatis enim eſt, quod per expreſſionem pluuialium excluſæ ſint aquæ è venis ſurgentes, quæ viuæ dicuntur, & ex molendinis obuenerunt.

Secunda ratio eſt, quia mihi ſupponitur, quod cum alias flumina Padi, & Croſtoli erupiſſent, vt nunc, in territorium Gualtierenſium; per foueam excolatæ fuerunt etiam aquę immiſſę ex ruptura fluminum,
21 plurimum † poteſt hæc obſeruantia ad interpretandam mentem conuenientium, & qualis ſit conuentio, & conceſſio, tollitque

Pp om-

omnem ambiguitatem *Aym. conſ. 101. nu. 3. Bec. conſ. 96. num. 14. Gabr. conſ. 66. num. 24. in 2. Hond. d. conſ. 92. num. 27. & ſeq. in 1. Surd. conſ. 140. num. 43. & ſeq. in 1. Cartar. decif. 67. num. 20. Rota deciſ. 365. nu. 1. & deciſ. 463. num. 2. parte 2. recent.* & quamuis hęc obſeruantia fuerit cum aliqua contrarietate aduerſariorum, cum tamen proſecuti nō fuerint in faciendo controuerſiam, ſed acquieuerint magis conſolidatur obſeruantia.

His addo, conuentum eſſe non ſolum de recipiendis aquis pluuialibus, ſed, & fortuoſis, quæ (vt mihi ſupponitur) ſunt aquæ, quæ naturaliter non excolantur in territorio Gualtierenſium, ſed quæ forte ibi excolantur, tales ſunt aquæ Croſtoli, quæ cum ex caſu accidentali ſint in territorio Gualtierenſi, ſint viuę, vel non ſint, vel non ſint pluuiæ, ſatis eſt, quod fortuoſæ dici poſſunt, & ita ſunt de illis, ob quas ſeruitus excolationis impediri non poteſt.

Nec obſtat, quod per has aquas ſeruitus grauet vltra modum, quia, cum omnes aquæ etiam à ſimixtæ pluuialibus pluuiæ fiant, vt probatum eſt, & fortuoſæ dicantur illæ, de quibus agimus, conuentumq; ſit de recipiendis aquis pluuialibus, nec non & fortuoſis, hoc non excedit modum ſeruitutis, nec attendendum, quod ſeruitus grauet ſeruientes, dummodo modus ſeruitutis nō excedatur, ita *gloſ. & Odofred.* declarant in
22 *§ fin. l. in ſumma ff. de aq. plu. arc.* & † id, qđ ibi notat *Paul.* quod, qui tenetur recipere aquā, non tenetur quando immoderatè lęditur, & ſequitur *Laderch. conſ. 146. ſub nu. 3.* intelligitur *ſecundum gloſ. & Odofred.* hoc eſt quando læſio ex eo oritur, quia exceditur modus ſeruituti impoſitus, alias vbi modus non exceditur, damnum eſt, quod ſeruientes voluntariè ſuſceperunt, quod
23 patienter ferre debent *l. quod quis ff. de reg. iur. & reg. damnum de reg. iur. in 6.* &
24 maximè, quia † hoc eſt leue damnū, cum, vt ſupponitur, & ipſi habeant faciles excolationes in foueam, quę dicitur *la parmeſana*, & inde in flumen ſecchiæ, & vti leue non erit conſiderandum *gl. in c. reſcripta in verbo (quod non lædat) 25. q. 2. l. quoties, & gl. in l. reſcripta in verbo (non lædat alium) C. de precib. Imper. offer.* Nec etiam obſtat, quod ſeruiens non teneatur, quando cum aquis, quas tenetur recipere, aliæ adiunguntur, vt per *Marcabrun. d. conſ. 49. ſub num. 89.*
25 *verſ. (quarto mouetor)* quia iſtud procedit, quando dominus ſeruitutis vellet adiungere alias aquas, ad quas recipiendas ſeruitus non tenetur, ſecus quando iſtæ aquæ veniunt ex accidenti, & venientes omnes fiunt pluuiæ.

Remotis igitur omnibus obiectionibus dicendum eſt, iure non potuiſſe in hoc caſu Mantuanos impedire excolationem aquarum, adiuncta etiam hac ſatis efficaci ratione, quod conuentum eſt de hoc impedimento cauedoni, vt ei ſit locus, quando fouea rueret, & ingrederentur aliæ aquæ non pluuiæ, qui caſus non euenit, quia fouea non ruit, nec, vt iam probatum eſt, ingreſſæ fuerunt aquæ, quæ non poſſent dici pluuiales, & dato, ſed non conceſſo, quod ingrederentur aquæ non pluuiæ, hoc non ſufficeret, quia debent ingredi hę aquæ eo, quod rueret fouea; ſūt enim duo ſimul cō-
26 iuncta per copulam, &, quæ concurrere debent, vt ſit locus facultati impediendi *l. ſi heredi plures ff. de condit. inſt. Bar. in l. 1. ſub num. 2. ff. de iuſt. & iur. Alberic. in dictionar. (in verbo Et) Parìſ. conſ. 63. nu. 14. in 3. Cachen. conſ. 74. num. 30. Rota deciſ. 49. nu. 2. & deciſ. 366. num. 51. parte prima nouiſſ.*

Ex his puto ſatis concludenter probatum eſſe, impedimentum cauedoni iure apponi non potuiſſe. Et dato (non conceſſo tamen) quod caſus fracturæ occurſus in flumine æquipolleret ruinæ foueæ, ita, vt ob eum eſſet locus impediendi excolationem, id ſi eſſet certo modo conueniens, quia dum aqua fluminis Croſtoli ingrediebatur terrena Gualtierenſium, ſeruitus grauior reddebatur, quia Mantuani tenebantur recipere aquas fluminis continuò fluentes; cum primum tamen à Gualtierenſibus prouiſum fuit impetui fluminis, & factum, vt aquæ ipſius non amplius ingrederentur terrena ſua, eadem æquitate, qua licuit Mantuanis impedire, eadem licere debet Gualtierenſibus inſtare, vt impedimenta tollantur, imò & ita conuentum, vt caſu, quo rueret fouea, impedimenta ponerentur, quæ poſtea tollerentur, quando prouiſum eſſet foueæ; ſi pars aduerſa prætendit hunc caſum fluminis quoad ponendum impedimentum, vel ſubrogari in locum caſus foueæ, vel illi æquipollere neceſſe etiam eſt, vt permittat tolli impedimentum, quando ceſſat caſus, vt in caſu foueæ conuentum eſt, quia
27 ſubrogatum debet ſapere naturam eius, in

cu-

cuius locum ſubrogatur *l. ſi eum §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut.* vbi *Iaſ. Gabr. lib. 6. concluſ. 11. de reg. iur. concluſ.* 1. qui
28 alios allegat, & † equipollentium eadem eſt diſpoſitio, & idem iudicium *l. fin. in fine ff. mand. l. fideicom. miſſis §. ſi cui ff. de leg. 3. c. in his de verb ſign. c. 11a vbi id notatur, de conſanguinit. & affinit.*

Ex quibus concludo inſpecto iure communi non licuiſſe Mãtuanis impedire exitum aquarum, & minus attenta conuentione, ſiue ſpectemus proprium ſignificatum verborum, ſiue obſeruantiam, vel id quod veriſimilius eſt partes ſenſiſſe, Et caſu quo fuiſſet licitum impedimentum, nunc veniſſe caſum, quo de iure, & ex conuentione impedimentum eſt ſubmouendum.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Filij tranſuerſalium poſiti in cõditione non dicuntur vocati.

Reijciuntur coniecturæ, quæ pro vocatione deducebantur.

SVMMARIVM.

1 *SVbſtitutio vulgaris euaneſcit, quando hæres adit hæreditatem.*

3 *Quæ ſingula non proſunt vnita iuuant.*

Secus tamen quando ſunt prorſus impertinentia n. 24.

4 *Filij maximè tranſuerſalium in conditione poſiti non dicuntur vocati.*

Præſertim quando in alia diſpoſitione eiuſdẽ teſtamenti expreſſe vocantur n. 5. & 8.

Dicuntur tamen vocati ex cõiecturis recenſitis nu. 2.

Quarum vna eſt, quãdo poſiti in conditione ſunt in alia parte teſtamenti diſpoſitiuè vocati nu. 12.

Stante tamen identitate rationis nu. 13.

Secunda eſt coniectura, quãdo fœminæ ſunt excluſæ, quæ non ſufficit, quando nõ concurrunt alia, quę oſtendant deſiderium conſeruandi agnationem nu. 15.

Tertia, Stãte prohibitione alienationis, quãdo tamen eſt veſtita ratione generali cõſeruandi agnationem nu. 16.

Quarta, digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionem, quæ locum habet in filijs teſtatoris, non in tranſuerſalibus nu. 17.

Et procedit, quando in pluribus gradibus vocantur, vel ponuntur in conditione illi, de quorum vocatione agitur n. 18.

Quinta cõiectura, Quando filij in conditione poſiti ſunt grauati: Sed illa locũ nõ habet, quando filij in vno caſu ſunt expreſsè vocati, & in alio in conditione poſiti nu. 19.

Sextà, Quando per poſitos in conditione excluduntur filiæ teſtatoris nu. 20.

Septima, Quando ſunt poſiti in conditione cum qualitate, quod ſint nati de legitimo matrimonio, quæ tamen eſt valde controuerſa num. 21.

Huiuſmodi autem coniectura pendens ex arbitrio iudicis nu. 22.

Quæ in deſcendentibus leniores, in extraneis verò grauiores exiguntur, & de ratione diuerſitatis nu. 23.

6 *Si teſtator voluiſſet diſpoſuiſſet, ſicuti diſpoſuit in alia parte teſtamenti.*

Quæ regula procedit maximè in diuerſis orationibus n. 7.

Non tamen locum habet ſtante veriſimili mente teſtatoris in contrarium nu. 11.

9 *Expreſſum facit ceſſare tacitum circa diuerſa.*

10 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*

Fallit ſtante diuerſitate rationis nu. 13.

14 *Subſtitutio vulgaris inuenta fuit, ne quis moreretur ab inteſtato.*

RESPONSVM CI.

Auxilium à Domino.

EXcellentiſs. D. Hieronymus Toſtinus excluſis proprijs filiabus inſtituit nepotes ex fratre prædefuncto, alias illis defunctis eorũ filios prohibens alienationem ſub pęna priuationis, & caſu, quo aliquis dictorum hæredum decederet quandocunque abſque filijs legitimis, & naturalibus, & ſic natis de legitimo matrimonio ſuperſtites ſubſtituit, & ſi omnes deceſſerint ſine filijs prædictis ſubſtituit proprias filias.

Suppoſito, quod mortuo teſtatore reperiatur ex nepotibus ſolus Lippus, qui habeat omnia bona teſtatoris: quæritur an ipſe moriens potuerit ad libitum de bonis à Hieronymo relictis diſponere, prout diſpoſuit.

Reſolutio cuius dubij pendet ab eo, an poſt mortẽ Lippi eius filius maſculus ſit vocatus ex fideicommiſſo, ſi. n. id eſſet, non potuiſſet Lippus teſtari, alias potuiſſet; Et

Digitized by Google

quāuis filius Lippi non reperiatur expreſ-
ſè vocatus in d.teſtam.niſi in caſu vulgaris,
1 quiteuanuit,cùm tempore mortis teſtatoris
Lippus adfuerit, & ſucceſſerit *l. poſt addi-
tam C.de impub. & al. ſubſtitut.* in alio ca-
ſu reperitur tantum in conditione poſitus,
videretur tamen tacitè vocatus ob infra-
2 ſcriptas coiecturas,ſcilicet† excluſio filiarū
teſtatoris, prohibitio alienationis, vocatio
poſitorum in conditione in alia parte te-
ſtamenti, digreſſus ad duplicem gradum
ſubſtitutionis, grauamen filiorum, qui in-
uicem ſubſtituuntur, excluſio per iſtos po-
ſitos in conditione filiarum teſtatoris, quæ
rationabiliter deberēt eſſe melioris condi-
tionis,poſitio in cōditione,cū qualitate na-
tiuitatis de legitimo matrimonio. Quæ sūt
coniecturæ,quibus Doct.communiter ſolēt
arguere vocationem *Ruſtic.de lib. in cond.
poſit. lib.3. c.3.& c.5.lib.4.c.1.c.3.num.4.
& c.5.nu.14.& lib.5.c.4. num.2.& 3.ca.
7.n.1.& c.8.Iul. Clar. in §.teſtamentum q.
78.& 79.Ant.Gabr.tit. de fideicommiſſ. cō-
cluſ.4.Zanch.ad §.cum ita in 7.parte l.hære-
des mei ff.ad Trebel.Cota in verbo filij in cō-
ditione poſiti. Illuſtriſs.Mant.de coniect.vlt.
volunt.lib.11.tit.3. Sim.de Prat.de interpr.
vlt.volunt. lib.3. ſol.3.fol.299. Molin. de
Hiſpan.primogen.lib.1.c.6.nu.1.Petra de
fideicommiſs.q.9.Alexand. Trentacinq. de
ſubſtit.parte 4.nu.11.Graſſ.de ſucceſſ.§. fi-
deicōmiſſum q.13.& 14.Menoch.præſump.
76.in 4.* Pereg. *de fideicommiſs. artic. 28.
Intrigliol.de ſubſtit. centur.3. q.26.* & no-
uiſſime *Marchiſel. in lib.recollectar. q. 64.*
Et cum ſint plures coniecturæ vnitæ indu-
bitatè videntur operari vocationem iuxta
3 illud, quæ† ſingula non proſunt vnita iuuāt
*gl.in l.2.in princ. in verbo (legitimis) ff. de
excuſat tutor.*

4 Quibus tamen coniecturis minimè re-
pugnantibus exiſtimarem in hoc caſu eſſe
reſpondendum, filium D. Lippi tantum
fuiſſe in conditione poſitum, & ei reſerua-
tum ius ſuccedendi patri ab inteſtato, non
autem patri ſubſtitutum in caſu fideicom-
miſſariæ, & proinde potuiſſe Lippum de
bonis ad libitum teſtari, cum pro hac par-
te non ſit hodie dubitandum, quin ſit com-
munis, & magis in iudicijs recepta opinio,
cōtrouerſa quidem in liberis teſtatoris,ſed
indubitata in trāſuerſalibus, in quibus nos
verſamus, vt de verior i, & magis commu-
ni in iſtis terminis teſtantur *Doct.* ſupra ci-
tati, qui ad hoc allegant infinitas authori-
tates Doctorum profitentium, & conſulen-
tium; quibus addo *Emanuel.à Coſta in c. ſi
pater in 1. parte verſ.ſi abſq; liberis ſub nu.
54.de teſtament.in 6.Didac.Roderic.de con-
iectur ata ment.defunct.lib.3.c.1.ſub nu. 6.
Turret.de effect.clauſ.codicil.q. 50. num. 1.
Sfort.Odd.de compend.ſubſtit.partic.5.artic.
3.in.fin.fol.172.*& quæ fuit à *Rota Romana*
ſæpè vel retenta, vel præſuppoſita *Puteus
deciſ.215.par. 3. in nouiſſimis deciſ. 322.
nu.5.& 326.nu.7.par.1.& deciſ. 212. nu.
4.parte 2.* & alias pluries in eadem Rota &
in alijs tribunalibus, vt referunt *Vin.deciſ.
262.in princ.& Teſaur.deciſ.Pedemont.96.
num.3. Surd.deciſ.162.in princ.Magon.de-
ciſ.Florent.71.n.14.& 73.num.3. Addent.
ad deciſ.Magon.Lucēs 59.ſub litera C. And.
Gail.obſeruat.136.in fin. in 2.* infinitos con-
ſulentes omitto idem teſtantes.

5 Quæ magis redditur clara in propoſito
ex eo, quod teſtator in caſu vulgaris filios
ipſius Lippi expreſsè vocauit, ſi etiā in ca-
ſu fideicommiſſariæ eos voluiſſet vocare,
nihil ei facilius fuiſſet, quam id exprimere,
eos tantum in conditione poſuit, ergo no-
6 luit vocare,facit† regula *l.vnic.in §.ſin autē
ad deficientis in fin.C.de caduc. tol.c. ad au-
dientiam de decim. cap. 1. de tranſlat.prelat.
7 Alex.conſ.45.nu.9.in 7.* quæ† regula præ-
cipuè procedit in diuerſis orationibus *Ce-
8 ph.conſ.54.n.112.in 1.* Et† in puncto, quod
filij expræſsè vocati in vna diſpoſitione nō
dicantur vocati in alia, in qua ſunt tantum
poſiti in conditione *Soc.ſen. conſ. 116. ſub
nu.1.col.2.verſ.(ſed ad iſtam) & ſub nu. 5.
col.6.Verſ.(præterea in pluribus) in 3.Pariſ.
conſ.86.nu. 40. in 2.* allegant *Alex. & Ca-
pram* vt per eos, & illos ſequuntur *Zanch.
ad d.§ cum ita in 7. parte nu.26.& nu.93.
Menoch.d.præſumpt.76.n.89.& Intrigliol.
9 d.q.26.nu.168.* etenim † expreſſū facit ceſ-
ſare tacitum circa diuerſum *l. maritus, &
ibi Alex.C.de procurat. Ruin.conſ.103.ſub
nu.27.in fin.in 2.*

10 Et licet dici ſoleat vnam partem teſta-
menti aliam declarare *l.qui filiabus ff.de
leg.1.*& ita,cum filij ſint in vna parte,voca-
ti,quod etiam in alia fuerit voluntas teſta-
11 toris vocare, ſtante† enim veriſimili mente
teſtatoris non intrat regula ſi voluiſſet
12 diſpoſuiſſet *Bec.conſ.111.nu.40.*&† in iſtis
terminis inter alias coniecturas,quibus po-
ſiti in conditione intelliguntur vocati, &
hæc ponitur, quando in alia parte ſunt vo-
cati *Ruin.conſ.160. nu.24.in 2. Aym.conſ.*

326.

326.*nu.* 5.*cum ſeq. Gozad.conſ.*64.*ſub nu.*
10.*Ceph. conſ.* 476.*nu.*11.*in* 4.*Ruſtic. de*
lib. in cond. poſit. lib 5. *c.*4.*ſub nu.*4.

13 Tamen hoc non procedit in propoſito
ob rationis diuerſitatẽ, quicquid ſit quan-
do adeſt vel eadẽ ratio, vel ſimilitudo vo-
cationis *Ruin. conſ.*93.*ſub nu.*15 *in* 2.*Soc.*
*Iun.conſ.*77.*in fin.in* 3.*Burſat.conſ.*433.
*n.*29.*in* 4.*Caſanat.conſ.*17.*ſub nu.*6.*verſ.*
(*reſpondeo igitur primo*) adeſt.n.diuerſitas
rationis, quia in caſu vulgaris fuit neceſſa-
ria filiorum Lippi vocatio, alias deceſſiſſet
teſtator inteſtatus, & ei filiæ excluſis filijs
Lippi ſucceſſiſſẽt cõtra eius voluntatẽ,ideò
fuit neceſſaria vocatio, ſcilicet, vt voluntas
teſtatoris impleretur, & ne ipſe inteſtatus
moreretur,qđ ſolent abominari teſtatores,
14 ideo † vulgaris ſubſtitutio inuẽta fuit *Inſt.*
*de vulg.in princ.*in altero verò caſu,ſcilicet
aditæ hæreditatis per Lippum ẽt,quod filij
non ſint vocati, ſed tantum poſiti in condi
tione, nec moritur teſtator inteſtatus, qui
ſemel hæredem habuit, nec filiæ antepo-
nuntur filijs Lippi, quippequi ſuccedendo
patri ab inteſtato eas excludunt, ſtãte pro-
pterea hac diuerſitatis ratione vocatio in
vna parte non arguit vocationem in alia.

Coniecturæ autem ex aduerſo deductæ
nihil obſtãt,quia nedum ſunt leues,ſed etiã
in propoſito ad vocationẽ prorſus imperti-
15 nentes; nam † quod prius attinet ad exclu-
ſionem fæminarum, ipſa ex ſe non conſti-
tuit coniecturam, niſi concurrentibus alijs
arguentibus deſiderium cõſeruandi agna-
tionem, veluti quia eſſet expreſſa qualitas
maſculinitatis, vel quia finita linea vnius
eſſet vocatus proximior de agnatione, vel
alius cum grauamine geſtandi inſignia, &
nomen familiæ,ita ſentiunt, qui de hac cõ-
iectura ſcribunt, præſertim *Rip. in l.*1.*nu.*
9.*C. de pact. Grat. conſ.*106.*ſub nu.*47.*in*
2. *Ruin. conſ.* 140. *ſub nu.* 14. *in* 3. *Aym.*
*conſ.*130.*n.*4. *Rimin.iun.conſ.* 21. *n.*28.
& 32.*in* 1. *Surd.conſ.*67.*ſub nu.*34.*in* 1.
*Menoch.conſ.*393.*nu.*19.*in* 4. *& d. præſũ-*
pt. 76.*nu.* 31. *Intrigliol.de ſubſtit. centur.*
3. *d. q.* 26. *nu.* 50. *&* 51. *Ruſtic. de lib. in*
*cond poſit.lib.*4.*c.*3.*nu.*4. *& lib.*5.*c.*5.*n.*4.

In propoſito autem nõ eſt expreſſa qua-
litas maſculinitatis, nec adeſt aliqua alia
coniectura (quod videam) deſignans eni-
xum deſiderium teſtatoris perpetuæ con-
ſeruationis agnationis, benè cõferunt quæ
ſcripſit *Gabr. conſ.*97. *nu.*7. *in* 1. ergo &c.
16 Quantum poſtea attinet ad ſecundam
coniecturã deductã à prohibitione aliena-
tionis,nec magis concludẽtẽ arbitror,quia
illa benè procedit, quando prohibitio ha-
bet annexam cauſam,quia voluit teſtator
bona perpetuo in agnatione permanere;
Cæterũ quando prohibitio non habet ra-
tionem generalem, ſed potius reſtringitur
ad ſcriptas ſubſtitutiones non operatur vo-
cationem poſitorum in conditione *Ruſtic.*
*d.tract.de liber. in cõdit. poſit. lib.*3 *c.*5.*nu.*
1. *& ſeq. Sim. de Pret. de interpretat. vlt.*
volunt. lib. 3.*fol.* 3. *nu.*24.*fol.* 302. *Ant.*
*Gabr.de fideicommiſſ. concluſ.*4. *nu.*34.

In propoſito nulla extat ratio in prohi-
bitione,imò ex cõtinuatione ſermonis,ibi
prohibens, & expreſsè vetans &c. & ex il-
lis verbis *ad effectum infraſcriptum* con-
ſtat, prohibitionem reſtrictam fuiſſe ad-
expreſsè vocatos in teſtamento *Dec. conſ.*
636. *Soc. conſ.*53. *nu.*11. *in* 1. *Petra de fi-*
*deicomiſſ q.*6. *in princ. & nu.* 41. Quod et-
iam regulare eſſe, & pluries ita obtentum
Rota teſtatur *R. P. Seraphinus in vna ma-*
nuſcripta Bonon. fideicõmiſſi de Mathefila-
nis. quæ nũc eſt inter impreſſas deciſ.1373.
Ergo nec ex prohibitione colligi poteſt
coniectura, quæ ad propoſitum conferat.

De vocatione filiorum in alia parte te-
ſtamenti non loquar, quia ex antea dictis
conſtat ex hac vocatione potius colligi
contrariam coniecturam.

17 Quantũ attinet ad digreſſum ad plures
gradus ſubſtitutionũ; Præterquã quod hæc
coniectura eſt tantum conſiderabilis in li-
beris teſtatoris, non in tranſuerſalibus *Ru-*
*ſtic. d.lib.*3.*c.*1.*nu.*2. *Intrigiol. d. q.*26.*n.*
119. *Menoch. d. præſumpt.*76.*nu.* 56.*Sim.*
de Prat.lib. 3. *d. fol.*3. *nu.*8. *fol.* 300. dici-
18 tur † etiam tunc à *Doct.* intelligi progreſſus
ad plures gradus ſubſtitutionum, quando
talis progreſſus eſt inter poſitos in condi-
tione,vel poſt eos,ita vt non duo tantũ, ſed
plures fiant gradus ſubſtitutionum, in qui-
bus filij ſemper in conditione ponantur, vel
poſt poſitionem in conditione fiant plu-
res gradus ſubſtitutionum *Rip. in l. Centu-*
*rio nu.*165. *ff. de vulg. & pupil. Petra d. q.*
9. *nu.*199. *Decian. conſ.* 59. *nu.*10. *in* 2.
& ſi rectè perpẽdantur termini *conſilij An-*
char. 74. ipſe loquitur in iſtis terminis, in
quibus etiam loquitur *Bal. in l. vnic. in* §.
*pro ſecundo nu.*8.*C. de caduc. tollend.* à quo
ſumpſiſſe *Anchar.* hãc coniecturam tenet
Mantic. d. tit. 3. *lib.* 11. *ſub nu.* 13. *verſ.*
(*tunc etiam*) & ita eſſe intelligendum *An-*

char. ſcripſit *Viu. deciſ.* 262. *ſub nu.* 14.
caſus autem noſter eſt extra iſtos terminos,
itaq; nec hæc coniectura ad rem facit.

Circa verò coniectur ā grauaminis, nec
ipſa quicquam facit, quia ex lectura teſta-
menti conſtat reciprocè filios eſſe tantum
ſubſtitutos in caſu vulgaris, in quo etiam
ſunt expreſſe vocati, ſed in caſu, in quo ſuit
poſiti in cōditione, nulla reperitur recipro-
19 ca, nec adeſt aliquod grauamen, & † quod
non intret hæc coniectura, quando filij in
vno caſu ſunt expreſsè vocati, & in alio po-
ſiti in conditione ex mente multorum te-
nent *Menoch. d. præſumpt.* 76. *nu.* 43. &
Intrigl. d. q. 26. *nu.* 100. quandoquidem
tunc grauamen refertur ad expreſſam vo-
cationem, & nō operatur tacitam vocatio-
nem poſitorum in conditione.

20 Ad cōiecturam, quod per poſitos in cō-
ditione excluduntur filię teſtatoris, Reſpō-
detur, ipſam procedere, quādo verè ob po-
ſitos in conditione filiæ excluderentur, ita
loquitur *Ruin. conſ.* 140. *nu.* 12. *in* 3. cum
alijs citatis à *Zancho in d. p.* 7. *nu.* 83. & *à*
Menoch. d. præſumpt. 76. *nu.* 68. ſed in pro-
poſito non excluduntur filiæ ob filios inſti-
tutorum, niſi in caſu vulgaris, excluduntur
enim ob ipſos inſtitutos, ideò nec iſta con-
iectura eſt in terminis noſtris.

Remanet igitur ſola coniectura, quod
filij ſunt poſiti in conditione cum quali-
tate, quod ſint nati de legitimo matrimo-
21 nio, quæ † tamen eſt valdè controuerſa, &
habet validiſſimos oppugnatores, vt vide-
re eſt apud *Menoc. d. præſumpt.* 76. *ſub nu.*
48. *Petra d. q.* 9. *n.* 201. *Teſſaur. deciſ.* 96.
22 *nu.* 26. & † ideò etiam quod pendeat ab ar-
bitrio iudicis reſoluere, an coniecturæ vo-
cationem arguant *Menoch. lib.* 2. *de arbit.*
iudic. caſ. 148. tamē in tranſuerſalibus mi-
hi perſuaderi non poteſt, quod ex vnica
ſola cōiectura, & illa quidem controuerſa
aliquis ſit, qui arbitretur induci vocationē,
& licet *Surd. deciſ.* 162. hanc coniecturam
plurimi faciat, oportet tamen obſeruare,
23 ipſum loqui in deſcendentibus, in † quibus
conueniunt omnes, leuiores ſufficere con-
iecturas, & in tranſuerſalibus requiri gra-
uiores, & ex neceſſitate cōcludentes; Ratio
diuerſitatis eſt, quia opinio *gloſ. in l. Lu-*
tius ff. de hæred. inſt. etiam quod in deſcen-
dentibus dicatur communis, habet tamen
acerrimos oppugnatores, ideò quicquid,
etiam vel minimum additur pro affirmati-
ua, ipſa præualet. At in extraneis pauci sūt,
qui recedant à d. opinione *gloſ.* ideò, vt ab
ea recedatur, non vna, ſed plures, & illæ
quidem concludentes ſunt neceſſariæ con-
iecturæ.

Nec dicatur, quod in propoſito cum
hac coniectura adſunt plures aliæ, quæ li-
cet ſingulæ non prodeſſent, proſunt tamen
vnitæ.

24 Quia hoc benè procederet, quando alię
plures coniecturæ eſſent leues, & perſua-
ſiuè tantum concludentes, ſed cum ſint
impertinentes prorſus, & non intrent in
propoſito multiplicātæ nihil poterūt ope-
rari *Bar in l. admonendi n.* 49. *ff. de iureiu-*
rand. & plenius *Iaſ. ibidem in repet. ſub nu.*
253. & *ſeq.*

Ex his exiſtimo, conſilium alias datum
D. Lippo, quod de bonis ſuis poterat ad li-
bitum diſponere, fuiſſe iuridicum, quod
eidem fuerat etiam datum à præſtantiſſi-
mis, & grauiſſimis Iuriſconſ. Ferrante Ve-
tio, & Antonio Galuarino pręceptoribus
meis tunc viuentibus. *Anno* 1602.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Filiorum appellatione in fideicommiſſis, qui-
bus caſibus non veniant nepotes.

Et quando locus ſit, vel non tranſmiſſioni, vel
repreſentationi.

SVMMARIVM.

*Nepotes non continentur appellatione
filiorum, quando teſtator aliqui-
bus filijs hæredibus inſtitutis alios filios
ſuperſtites ſubſtituit, & nu. ſeqq.*

*Quomodocunq; enim diſpoſitio teſtatoris ſit
reſtricta ad filios, non comprahendis ne-
potes nu.* 2.

*Quicquid ſit, quando ſubſtituuntur ſimpli-
citer ſuperſtites, vel ſuperuinentes nu.* 4.

*Nec continentur appellatione filiorum, quan
do diſcretiuè dictum eſt de filijs, & de ne-
potibus num.* 5.

6 *Verbum* ſupradicti *refertur ad eos, qui ocu-
lis corporeis legi poſſunt.*

7 *Dictio* alij *importat ſimilitudinem.*

8 *In fideicommiſſis relictis ab aſcendente, vel
patruo habet locum repreſentatio.*

*Quādo tamē relictū eſt ſub nomine collecti-
uo* familiæ deſcendentiū *vel ſimili n.* 9.

*Quando verò nominatim vocantur filij re-
præſentatio locum non habet nu.* 10.

*Nec quādo decedentibus aliquibus filijs in-
ſti-*

ſtitutis vocantur alij ſuperſtites nu.11.
Repræſentatio autem procedit ẽt in ſucceſſione inteſtati aſcẽdẽtis, vel patrui n.28.
12 *Tranſmiſſio triplex eſt.*
Et ad effectum tranſmiſſionis oportet, vt hæreditas ſit delata nu.13.
Quia non tranſmittit, qui non habet ius ſolidum, & in eo radicatum num.14.
15 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur.*
Præſertim quãdo vocatio per fideicommiſſum eſt facta proprijs nominibus nu.17.
Ita etiã ſi vocentur filij ſuperſtites, nepotes non admittũtur iure trãſmiſſionis n.18.
Fit autem tranſmiſſio extantibus coniecturis neceſſariò eam concludentibus n.16.
Prima coniectura eſt, quando aliqui poſiti ſunt in conditione, quia ad eos fit tranſmiſſio num.20.
Hæc tamẽ coniectura procedit reſpectu portionis partis, non patrui nu.21.
Secunda eſt coniectura, quando ſubſtitutio eſt vnita cum iure accreſcendi nu.22.
Sed procedit, vbi agitur de excluſione extranei hæredis, non de excluſione alicuius ex deſcendentibus teſtatoris nu.23.
Tertia eſt: Quod teſtator habuerit rationem conſeruandi agnationem nu.24.
Quod tamen non colligitur ex ſola vocatione maſculorum nu.25.
26 *Filiorum appellatione fœmina continentur.*
27 *Subſtitutio regulari debet ab inſtitutione.*
29 *Teſtator præſumitur ſe conformare cum Iure communi.*
Nec creditur voluiſſe, id quod poterat exprimere, & non expreſſit nu.31.
Eiuſq; voluntas debet elici ex verbis, non autem debet eſſe ſomniata nu.36.
32 *Nepotes non admittuntur ad vocationem factã æqualibus portionibus, quando ipſi veniunt in ſtirpes, & non in capita.*
33 *Frater in ſucceſſione excludit patruum.*
34 *In fideicõmiſſis attenditur proximitas grauati, non teſtatoris.*
35 *Inducta ad diminutionem non debent operari augmentum.*

RESPONSVM CII.

Adſit Deus, & Beatiſſima Virgo.

Requiſiti de voto noſtro deciſiuo ab Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domino Card. Capponio Bononiæ Patriæ noſtræ Legato digniſſimo ſuper facti ſerie, & iuribus ex Ciuitate Tergeſti tranſmiſſis, habita prius ſuper omnibus matura, & diligenti conſideratione, communicatoque ſæpius inuicem colloquio, & ſtudio, Ita vnanimes ſub cenſura tamen ſanioris iudicij reſpondendum, reſoluendum, iudicandum eſſe credimus.

Nepotes Dominorum Ioannis Baptiſtæ de Marchiſeſtis, & Eliſabeth iugaliũ, & Teſtatorum, & videlicet Io. Baptiſta ex D. quondam Michaele filio ante conditum teſtamentum præmortuo, Martius ex D. quon. Antonio pariter filio poſt cõditum teſtamentum, ſed ante parentum obitum ex humanis ſecundo loco ſublato, & Io. Baptiſta ex Domino quondam Bernardino ſimiliter filio poſt teſtatores tertio loco defuncto: Aſpirantes vigore teſtamenti à prædictis Auis vſque de anno 1574. conditi ad portiones ſucceſſionum Ioan. Iacobi, & Simeonis Patruorũ, quarto, & quinto loco ab inteſtato, & ſine liberis mortuorum, & prætendẽtes ſe vna cum patruis, aut patruo reſpectiuè fuiſſe ad prædictorum ſucceſſiones admittẽdos, licet primo aſpectu intuentibus æqua, & rationabili prætenſione inniti videantur, iuſtitia tamen arbitrio noſtro contrarium ſuadente ſuccumbere debẽt, & ab eorum impetitione Ioannes Baptiſta eorundem teſtatorum ex D. quondam Marcheſetto nepote poſſeſſionem bonorum hæreditariorum dictorum Ioannis Iacobi, & Simeonis adepto, & reus nunc, & poſſeſſor conuentus ex infraſcriptis creditur abſoluendus.

Aut enim Nepotes prędicti prætẽdũt, ſe fuiſſe vna cum patruis, aut patruo ad prædictorum, aut prædicti ſucceſſionem admittendos vigore vocationis expreſſæ in teſtamento prædictorum Auorum, & teſtatorum de eis factæ.

Aut virtute repræſentationis, & ſucceſſionis in locum eorum parentum.

Aut poteſtate tranſmiſſionis.

Aut denique effectu cuiuſcunq; volũt pręſumptę voluntatis dictorum teſtatorũ, & quamcunque inſiſtant viam, illa tendit ad interitum certum eorum prætenſionis.

Si enim ſuper expreſſa vocatione ſe fundãt, tunc eis obſtat, quod † appellatione filiorum non continentur Nepotes, quando teſtator inſtitutis pluribus filijs
1
ali-

Digitized by Google

aliquo eorum ſine liberis decedente ſubſtituit alios filios ſuperſtites, aut per ſimilia verba ſe retulit perſonaliter ad ipſos filios inſtitutos, optimè *Pariſ. conſ. 37. nu. 50. lib. 2. & conſ. 64. n. 30. & 31. eod. lib. 2.* vbi loquitur in caſu, in quo teſtator decedente vno ſubſtituerat alios ſuperſtites, & ibi ponderat dictionem, , *alios*, quæ, cum ſit denotatiua ſimilitudinis, refertur tantũ ad filios, & non ad nepotes ex filio præmortuo *Soc. iun. conſ. 133. nu. 5. lib. 1.* & in punctualibus terminis, quando dixerat teſtator, quod, ſi aliquis ex dictis filijs decederet ſine liberis ſuccedant alij ſuperſtites, quod virtute illius dictionis, *alijs*, denotantis ſimilitudinẽ admittantur ſolũ filij ſuperſtites, & non Nepotes ex filijs præmortuis, *Ruin. conſ. 81. num. 2. lib. 2.* optimè etiam *Soc. iun conſ. 66. n. 4. lib. 4.* vbi quod appellatione filiorum non intelliguntur compræhenſi Nepotes, quando ſpetialiter teſtator ſe retulit ad filios inſtitutos; & copioſè ad cõfirmationem huius veritatis ſcribit *Marcus Antonius Peregrinus tract. de fideicommiſſ. artic. 21. nu. 28. verſ. (ſecundus eſt.)*

2 Eſt enim cõcluſio certa, quod ſemper, quando diſpoſitio teſtatoris eſt limitata, & reſtricta ad ipſos filios, vel quia dixerit de filijs ſuis, vel quia nominatim de filijs loquutus fuerit, filiorum appellatione nequeunt contineri Nepotes, quam cõprobat *Soc. Sen. in l. Gallus §. Inſtituens nu. 5. ff. de lib. & poſthum.* & ibidem *Iaſ. nu. 23. Menoch. de præſumpt. lib. 4 præſ. 94. nu. 4. & 5.* copioſè *Ludouic. de Caſanat. conſ. 58. nu. 10.*

3 Prout etiam indubitata eſt illa concluſio, quod facta ſubſtitutione de ſuperſtitibus cum relatione ad ipſos filios inſtitutos appellatione filiorum non veniũt Nepotes, quam concluſionem pluribus confirmat *Intriglıol. de ſubſtitut. Centur. 3. q. 87. nu. 20.* Admittit *Gabriel. de verborum ſignific. concl. 1. n. 97. Rota Romana coram R. P. D. Dunozetto in Ariminenſi fideicom. a 31. Martij 1615. inter recent. part. 2. deciſ. 667. nu. 7.* vbi conſideratur ratio, quia illa dictio *ſuperuiuentes*, ſeu *ſuperſtites* habet vim expreſſionis proprij nominis eorum, ad quos refertur, & conſequenter ſi fuerit relata ad filios, non poterit compræhendere Nepotes.

4 Et quicquid ſit, quando ſubſtitutio eſſet facta de ſuperuiuentibus, vel ſuperſtitibus, ſemper quod ſaltem certũ ſit, & ab omni difficultate alienum, quando facta eſt ſubſtitutio de alijs filijs ſuperſtitibus, & ſic per verba facientia perſonalem relationem ad ipſos filios, quod Nepotes non comprehendantur, *Peregrin.* optimè diſtinguens *d. art. 21. nu. 27. & 28.*

Quare cum in caſu nobis propoſito teſtatores inſtitutis quinque filijs, & duobus ex præmortuo filio Nepotibus, ſubſtituerint illis verbis. *Item hanno voleſto, diſpoſto, & ordinato, che ſe alcuno de i ſopradetti Figliuoli Maſchi, ò femine moriſſero ab inteſtato ſenza figliuoli legitimi, & naturali, all'hora i beni del defonto peruengano, & peruenir debbano a gl'altri figliuoli ſuperſtiti, maſchi ſolamente per equal portione; Mà ſe alcuno delli ſopradetti Nepoti, ò tutti doi moriranno in pupillare etade, ouero quando eſſer ſi voglia ſenza figliuoli legitimi, & naturali, all'hora gli loro beni de gli defunti, ò defonto ſi diuidano frà eſſi, che ſopraſtaranno, cioè, ſe vn Nepote ſopraſtarà, & cinque figliuoli, all'hora faccianſi ſei parti, & di eſſe vna ne pigli lo Nepote, & l'altre frà gli Figliuoli ſi diuidano, & ſe tutti doi moriranno gli detti Nepoti, la robba ſi diuida egualmente trà detti figliuoli inſtituiti.*

Non poteſt negari, quod in ſubſtitutione paſſiua facta illis verbis *Se alcuno delli ſopradetti figliuoli maſchi, ò femine moriſſero &c.* ſub appellatione filiorum non comprehenduntur Nepotes illa ine-
5 uitabili ratione, quia † quando Teſtator diſcretiuè agit de filijs, & Nepotibus, prout contingit in caſu propoſito, vbi filijs diſcretiuè facta apparet ſubſtitutio, & Nepotibus diſcretiuè ſimiliter fuit ſubſtitutum, tunc filiorum appellatione non cõtinentur Nepotes, *Gozad. conſ. 29. nu. 16. Gabriel. de verborum ſignificat. concluſ. 1. nu. 82. Odd. conſ. 90. nu. 6. Menoc. conſ. 215. nu. 69. lib. 3. & de præsũpt. lib. 4. præſump. 94. nu. 6. Rota in recent. deciſ. 307. nu. 7. part. 2. & d. 667. n. 5. ead. part. Illuſtriſſ. Cardin. Seraphinus deciſ. 1486. nu. 12. 2. part.* plurimos congerit *Caſanat. conſ. 34. nu. 10. Bardelon. conſ. 83. nu. 51. lib. 2.* declarat, & latè comprobat *Ruſtic. ad l. cum annus ff. de cond. & demonſtrat. lib. 6. c. 14. n. 42. verſ. (Quinto limitatur)*

Et quando diceretur, quod conſideratio militat reſpectu Nepotum ex D. Michaele filio præmortuo, quibus diſcretiuè ap-

apparet ſubſtitutionem eſſe factam, non autem reſpectu nepotũ ex alijs filijs; tunc alia ineuitabilis intrat conſideratio, quod teſtator in hac paſſiua ſubſtitutione facta filijs ſe retulit ad ſupradictos; illis verbis, *mà ſe alcuno de i ſopradetti figliuoli*, illa
6 autem verba *ſopradetti* referuntur ad ſupra inſtitutos filios, & ad eos, qui oculis corporeis in teſtamento leguntur inſtituti, & nominati *Ruin. conſ. 29. n. 5. lib. 2. & conſ. 181. nu. 2. eod. libro*, vbi quod dictio *dicti* nominatim repetit in ſubſtitutione eos, qui fuerunt comprehenſi in inſtitutione; & propterea ſemper eſt verum, quod in paſſiua ſubſtitutione facta filijs non comprehenduntur Nepotes, quia ſi agimus de Nepotibus ex quondam Dom. Michaele prædefuncto, illi non veniunt in d. paſſiua ſubſtitutione ſub appellatione filiorum, quia illis diſcretiuè, vt diximus fuit facta ſubſtitutio, ſi loquimur de Nepotibus ex alijs filijs, illi neque etiam veniũt; Quia teſtatores ſubſtituerũt nominatim, & ſpecialiter ſupradictis filijs, & non etiã Nepotibus ex illis.

Hoc autem inconcuſſo manẽte ſuppoſito, inde creditur clariſſima reſultare cõcluſio, quod neque etiam in vocatione actiua facta de alijs filijs ſuperſtitibus poſſunt Nepotes cõtineri neq; ex D. Michaele,
7 neque ex alijs filijs; tùm † propter dictionem *alijs* importãtem ſimilitudinem cum illis, de quibus in diſpoſitione paſſiua ad *Ruin. d. conſ. 181. nu. 2. lib. 2. & Pariſ. conſ. 64 nu. 30. & 31. lib. 2.* tum etiam propter dictionem *ſuperſtitibus*, vt ſupra ponderatam, ita vt in hoc primo capite res manere videatur ab omni difficultate exempta.

Idem eſt in ſecundo capite repræſen-
8 tationis. Quia † licet in fideicommiſſis relictis ab Aſcẽdẽtibus, & à patruo habeat locum repræſentatio, & filius ſubintret locũ patris, vt de cõi teſtatur *Michael Graſſ. in §. fideicommiſſum q. 11. nu. 3. Oddus conſ. 39. n. 27. & 36.* vna cum alijs copioſè al-
9 legatis ab *Intrigliol. de ſubſtit. centur. 3. q. 87. n. 4. & 9.* tamen † hæc concluſio limitatur, vt tunc ſolum procedat, quando fideicommiſſum fuit relictum ſub nomine collectiuo *Familiæ, deſcendentium*, vel ſimili, & in his terminis loquuntur *Bal. in l. cum ita §. in fideicommiſſo & ibi Cuman. contra gloſſam ff. de leg. 2. Marcus Antonius Peregrinus in tract. de fideicommiſſ. artic. 21. num. 1. & ſeqq. vſque ad nu. 23.* Et hanc differentiam faciunt ita declarando *Io. Ant. Rube. conſ. 40. nu. 6. & Pancirol. conſ. 152. nu. 10.*

10 Quando autem teſtator vocauit nominatim filios, tunc numquam Nepos ſubintrat locum filij, caſus eſt ſingularis in *l. cum ita, §. in fideicommiſſo ff. de legat. 2.* vbi ſi plures inuitentur ad fideicõmiſſum prius nominati veniunt, quam alij *Gabriel de fideicommiſſ. concluſ. 3. n. 6 verſ. (Tertio limita) Curt. iun. conſ. 58. n. 3. Pancirol. d. cõſ. 152. n. 11. verſ. (& vbi nominatim)*

11 Et in terminis quã do teſtator pluribus inſtitutis filijs ſi aliqui decederent ſine liberis ſubſtituit alios ſuperſtites, quod tunc Nepotes non ſubintrent in locum filiorum *Curt. iun. conſ. 57. n. 9. conſ. 69. nu. 8. Dec. conſ. 79. n. 1. Port. Imol. conſ. 8. n. 44. verſ. (tertio) Gabriel de fideicõmiſſ. cõcluſ. 3. nu. 8. verſ. (Quarto limita) Graſſus §. fideicommiſſum q. 11 num. 10 Intrigliol. de ſubſtitut. centur. 3. q. 87. n. 20. Illuſtriſſimus Cardinalis Seraphinus deciſ. 1281. nu. 1. to. 2. Illuſtriſſimus Cardinalis Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 8. nu. 4. verſ. (& primum quidem) Rota deciſ. 483. nu. 3. verſ. (Tertio) p. 4. diuerſ.* & propterea etiam in hoc ſecundo capite res poteſt videri ſatis clara, & manifeſta.

Quod attinet ad tertiũ Caput, & ita ad tranſmiſſionem, an Nepotes, de quibus agitur, iure trãſmiſſionis potuerint admitti ad portiones dictorũ patruorum, vel patruo. In hoc capite, vt res magis manifeſta pateat diſtinctè procedendo dicitur, Nepotes, de quibus in præsẽti agitur, eſſe in triplici diſcrimine, nã quidam eorum habẽt patrem præmortuum ante conditum teſtamentum, & tales ſunt Nepotes ex Michaele filio præmortuo; Alij ſunt, quorum pater deceſſit quidem poſt conditum teſtamentum ab Auis Iugalibus; ſed ante mortem teſtatorum, & talis eſt Nepos ex Antonio filio; Alij denique exiſtunt, quorum pater deceſſit poſt obitum ipſorum Auorum, & teſtatorum.

Quantum ad illos Nepotes, quorum pater ante conditum teſtamentum deceſſit
12 fruſtra agitur de tranſmiſſione; Quia † cum ex traditis à *DD. in l. emancipata C. qui admitt.* triplex ſit trãſmiſſio, vna, quæ ſit Iuris deliberandi, alia ex potentia ſuitatis, & alia ex iure ſanguinis, de quibus *Fabius de Anna conſ. 1. n. 5. & ſeqq. Craſt. de ſucceſſ.*

lib.

Digitized by Google

lib. 2. artic. (tranſmiſſio) q. 26. nu. 6. verſ. (ita habuimus tres tranſmiſſionis ſpecies)

13 Ad † effectum tranſmiſſionis requiritur, hęreditatem eſſe delatam, *DD. in l. cum in Antiquitribus C. de iur. deliber. & in l. vnica C. de cadac. tollend. Graſſ. de artic. (tranſmiſſio) q. 20. nu. 1.* & proinde Michael, qui deceſſit ante parentes, & ante conditam ab illis teſtamentum, & qui in d. teſtamento non fuit vocatus, non poteſt videri tranſmiſiſſe hęreditatem parẽtum, neq; ſpem conditionalis fideicommiſſi, ad quod ipſe non fuit vocatus.

Idem etiam venit dicendum de Antonio, qui licet in teſtamento fuerit vocatus; & ſolum poſt cõditum teſtamentum fuerit mortuus, cum tamen prædeceſſerit ante parentes, & ſibi non fuerit delata hæreditas patris, vel ius fideicõmiſſi conditionalis, non videtur iure dici poſſe, quod vllam fecerit ad filium ſuum trãſmiſſionem;

14 Quicunque † enim habet ius non ſolidum, nec in ſe radicatũ, illud ad alium trãſmittere non poteſt *Caſt. in l. cum pater §. à filia ff. de legat. 2.* Et in caſu propoſito Antonius tempore, quo deceſſit non habuit ius ſolidum, quia poterat teſtamentum mutari *l. 3. & 4. ff. de adim. legat.* Et ideo neque etiam reſpectu illius videtur poſſe agi de tranſmiſſione.

Sed quicquid ſit de prædictis, tranſmiſſionem in caſu, de quo agimus, locum non habere, apertè oſtenditur ex infraſcriptis;

15 nam † fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur neque etiam ad liberos *l. in perſonam C. de fideicommiſſ. gloſſ. & DD. in l. vnica C. de his qui ant. apert. tabul. Bar. in l. 1. n. 8. verſ. (alia gloſſa) ff. de legat. 1. Bal. conſ. 49. nu. 2. verſ. (& licet) lib. 2.*

16 Et ſi † ex coniecturis ab huiuſmodi regula eſt recedendum, illæ debent eſſe neceſſariò concludentes, & ex ipſo teſtamento reſultantes; *Rota Romana coram Illuſtriſ. Lancellotto in Romana Domorum, & ſpolij, ac fideicommiſſi 14. Octobris 1605. inter recent. part. 1. deciſ. 100. nu. 2.* vbi refert aliam deciſionem *Romanam hæreditatis de Foſſanis 12. Februarij 1588. coram R. P. D. Gypſio.*

In caſu autem nobis propoſito tantum abeſt, vt coniecturæ ſufficientes ſuadeant tranſmiſſionem, vt potius prædictæ coniecturæ militent pro non tranſmiſſione.

17 In primis, vbicunque verſamur in caſu, in quo pater vocauit filios proprio nomine, prout ſupra oſtendimus reſtrictam, & coarctatam fuiſſe vocationem filiorum, tũc ceſſat tranſmiſſio, ne fideicommiſſum extendatur vltra perſonas nominatas, *Curt. iun. conſ. 69. nu. 5. Gozad. conſ. 29.*

18 *nu. 10. & 15.* Et † in terminis, quod Nepotes non admittantur iure tranſmiſſionis, quando ad fideicommiſſum erant vocati filij ſuperſtites *Soc. iun. conſ. 14. nu. 7. verſ. (& quod Nepos) lib. 4. Illuſtriſſimus Cardinalis Seraphin. deciſ. 1479. nu. 9. verſ. (vltra quod ceſſat) tom. 2.* vbi refert aliam deciſionẽ corã *Brauo 4. May 1579. Peruſinam fideicommiſſi.*

19 Et omnes coniecturæ, quæ ſuadent cõprehenſionem, vel non cõprehenſionem Nepotũ ſub appellatione filiorum reſpectu vocationis, eędem etiam ſuadent trãſmiſſionem, vel non tranſmiſſionem, fideicommiſſi conditionalis, *Gabriel. de hæred. inſtit. concl. 2. n. 36. Illuſtriſ. Card. Mantic. de cõiectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 20. nu. 17.* & propterea cum latè ſupra fuerit oſtenſum, in materia vocationis non cõprehẽdi in propoſito Nepotes ſub appellatione filiorum; idem etiam venit cõcludendum in materia tranſmiſſionis *Pancirol. d. conſ. 152. nu. 9.* & copioſè *Ruinus d. conſ. 181. 2. vol.*

20 Non obſtat prima coniectura pro trãſmiſſione ponderata, quod filij ipſorum filiorum ſint in conditione poſiti, & inde oriatur coniectura tranſmiſſionis *Bal. in l. vnic. nu. 10. C. de his qui ant. aper as tabulas Anchar. conſ. 74. Iaſ. conſ. 52. vol. 3. Dec. conſ. 594.*

21 Nam ad hanc coniecturam reſpondetur, quod illa procederet quidem reſpectu portionis patris, non autem reſpectu portionis patrui *Caſtrenſ. in l. filius familias §. cum quis nu. 3. verſ (nota) ff. de legat. primo, Ripa in l. hæredes mei §. cum ita nu 64. verſ. (primo) ff. ad trebell. & in l. 1. nu. 8. v. (declarando) C. de pact. Ruin. conſ. 179. nu. 1. & 181. n. 7. lib. 2. Gabriel. conſ. 115. nu. 9. lib. 1. Rota in d. Romana ſpolij Domorum, & fideicommiſſi 24. Octobris 1605. inter recent. par. 1. deciſ. 100. n. 3. Cardin. Seraph. d. deciſ. 1479. n. 6. tom. 2.*

22 Non obſtat, quod cum filij coniunctim fuerint ſubſtituti, & ita cum ſit vnita ſubſtitutio cum iure accreſcendi, ſicuti trãſmittitur ius accreſcendi, ita etiam debeat trãſmitti ipſa ſubſtitutio *Bart. in l. vnica §. ſin autem aliquid ſub conditione C. de caduc. tollend.*

Nam

23 Nam reſpondetur, hanc coniecturam eſſe multum controuerſam, & in omne euentũ procedere, vbi ageretur de excluſione extranei hæredis, non etiam quando agitur de excluſione alicuius ſubſtituti, qui ſit de deſcendentib. teſtatoris *Gabriel. conſ. 91. nu. 22. & ſeqq. lib. 2. Rota in dd. recent. p. 1. deciſ. 100. nu. 6.*

24 Non obſtat, quod teſtator habuerit cõſiderationem conſeruandi agnationem, & conſequenter habeat locum tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis, ſine quà non poſſ:nt bona in agnatione conſeruari ad *Dec. conſ. 574. nu. 4.* & alios per allegantes pro Nepotibus citatos.

25 Nam reſpondetur, verum non videri, quod teſtator conſiderauerit cõſeruationem agnationis, licet enim prædilexerit maſculos in inſtitutione, & ſubſtitutione actiua, non tamen ſequitur, quod conſiderauerit, vel præ oculis habuerit rationem conſeruandæ agnationis, *Corn. vol. 5. nu. 20. &. de condit. inſert. Paris. conſ. 41. nu. 83. lib. 2. Grat. conſ. 32. nu. 18. lib. 1. Illuſtriſs. Cardinal. Seraphin. deciſ. 1216. nu. 6. tom. 2. Rota coram D. Zanetto in Ariminenſi fideicommiſſi 23. Martij 1613. inter recent. deciſ. 667. nu. 10. p. 2.*

Quinimo cum ſubſtituendo ipſis filijs ſolum caſu, quo decederent ab inteſtato, prætulerint hæredes extraneos inſtituendos à filijs grauatis, ipſis alijs filijs ſubſtitutis, & adijciendo conditionem *ſi decederent ſine filijs legitimis, & naturalibus,*
26 quorum filiorum appellatione comprehenduntur etiam fœminæ *Surd. conſ. 156. nu. 3. lib. 2. Mantic. de coniect. vlt. volũt. lib. 11. tit. 4. nu. 1. Pereg. de fideicommiſſ. artic. 25. nu. 6. Intrigliol. de ſubſtit. centur. 3. q. 58. nu. 1.* aliquo caſu admiſerint fœminas, apertiſſimè conſtat, eos nullam habuiſſe cõſiderationẽ conſeruandæ agnationis, ſed ſolum prædilexiſſe maſculinitatem in certis caſibus à ſe conſideratis, & propterea ceſſãte omnem coniecturam tranſmiſſionis.

Quod attinet ad vltimum caput voluntatis teſtatoris, quamuis illa videatur ſuffragari intentioni ipſorum nepotum ex pluribus, præſertim ex tribus: Primo, quia ſicut in inſtitutione teſtatores vocarunt vna cum filijs nepotes ex Michaele filio præmortuo, admittendo eos in ſtirpes, & ita ad ſextam portionem, quæ pertinere debuiſſet ad eorum patrem, ita etiam poterat videri dicendum, quod ad ſubſtitutionem fuerint nepotes admittendi ad
27 effectum, vt reguletur ſubſtitutio ab inſtitutione, iuxta *l. primam C. de impuber. & alijs ſubſtitution. cum vulgarib.* Secundo, quia teſtatores ſubſtituerunt in caſu, quo filij decederent ab inteſtato, & conſequenter videntur ſe retuliſſe ad ordinem, & modum ſuccedendi, quo ſuccedi ſolet ab in-
28 teſtato, & propterea cum in caſu, de quo agitur ad ſucceſſionem ab inteſtato, ſiue cõſideremus ſucceſſionem teſtatorum, & aſcendentium, ſiue patruorum vltimo loco defunctorum, nepotes vna cum eorum patruis veniant admittendi *§. cum filius Inſtitut. de heredit. quæ ab inteſt. defer. Authentica ceſſante C. de legit. hered.* idẽ quoque videtur dicendum in terminis te-
29 ſtamẽti, attento eo, quod præſumitur teſtatores ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris communis vulgata *l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. Rota inter recent. par. 2. deciſ. 39. n. 3.* Tertiò, ex verbis prolatis à teſtatoribus in inſtitutione facta de nepotibus ex Michaele filio prædefuncto, quatenus diſponunt eos ſemper debere computari pro vno videtur colligi eorum voluntas, quod non in inſtitutione tantum, ſed etiam in ſubſtitutione illi ſuccedendo in ſtirpes debeant pro vno computari, & conſequenter debeant etiam ad ſubſtitutionem admitti, cui interpretationi videtur congruere ſtatutũ Pergeſij ſub titulo *de bonis illorum, qui inteſtati moriuntur,* diſponens, quod vbi agitur de hæreditate patrui ſemper filius debeat in locum, & gradum patris præmortui ſuccedere, cum quo ſtatuto videntur teſtatores ſe voluiſſe conformare ex verbis vulgarib. & conſequenter voluiſſe, quod etiam nepotes vna cum patruis ſint admittendi.

Nihilominus re maturè, & diligenter conſiderata, hæc non ſunt viſa talia, propter quæ in fauorem nepotum, & actorũ controuerſia ſit decidenda, quia multo vrgentiores ſunt viſæ coniecturæ in contrarium, quod ipſi teſtatores noluerint vocare ad ſubſtitutionem factam filijs ipſos nepotes. Primo, namque ſciuerũt optimè teſtatores ſe habere nepotes, ex quo inſtituerunt duos ex D. Michaele filio prædefuncto; & ita de illis in inſtitutione diſcretiuè egerunt. In ſubſtitutione etiam paſſiuà diſcretiuè egerũt de nepotibus, ex quo ſeparatim ſubſtituerunt filijs, & ſeparatim nepotibus; & optimè ſciuerunt in ſubſtitutione

Digitized by Google

tione facta nepotibus exprimere portionem, quæ ex eorum voluntate debebat pertinere ad nepotes, quod ſi in ſubſtitutione actiua facta filijs voluiſſent etiam comprehendi nepotes, ſatis facilè potuiſſent, & ſciuiſſent exprimere, prout expreſſerunt in inſtitutione, & ſubſtitutione actiua facta nepotibus, quod cū non fecerint
30 omnis iuſta coniectura ſuadet, vt † caſus omiſſus maneat ſub cenſura iuris communis *l. cōmodiſſime ff. de liber. & poſthum.*
31 & † quod teſtatores cenſeãtur noluiſſe id, quod poterant exprimere, & non expreſſerunt *l. vnica §. ſin autem C. de caduc. tollend. c. ad audientiam de decim. Rota inter recent. part. 2. deciſ. 667. n. 5.*

32 Secundo, Animaduerſione nobis videtur dignum, quod in ſubſtitutione facta filijs fuerunt vocati alij filij maſculi ſuperſtites ſecundum æquales portiones, quæ verba *pro æquali portione*, vel *ſecundum æquales portiones*, quę non poſſunt verificari in nepotibus, qui ſuccedunt in ſtirpes, vt ſupra neceſſariò arguũt teſtatores fuiſſe eius intentionis, & propoſiti, vt ad hanc ſubſtitutionem factam filijs, non admitterentur Nepotes; & hęc cōſideratio in propoſito fuit *Pancirol. conſ. 152. nu. 8. in fine.* Tertio accedit id, quod nobis non videtur poſſe negari, quod ſcilicet in ſubſtitutione teſtatores dilexerunt magis filios, quam nepotes, & in tantum magis dilexerunt filios, vt receſſerint à cenſura, & diſpoſitione iuris communis, ſubſtituendo enim nepotibus voluerunt vno eorum deficiente alium ſuperſtitem eſſe admittendum vna cum filijs, & illius patruis, quod recedit à
33 cenſura iuris communis, qua † inſpecta frater tãquam gradu proximior excludit patruos defuncti, vt in *Authent. de hæred. ab inteſ. venient.*

34 Nec poterat dubitari, quin attendenda eſſet in huiuſmodi ſucceſſione proximitas grauati, magis quam teſtatoris, *Rota in nouiſſ. deciſ. 72. n. 1. & 3. par. 1.* copioſè *Intrigliol. de ſubſtitut. centur. 3. q. 78. n. 3.* ſi igitur magis dilecti fuerunt filij, quam nepotes in ſubſtitutione, & propter hanc dilectionem receſſerunt teſtatores à iure communi, nihil mirum, ſi etiam voluerint omittere nepotes in vocatione ad fideicommiſſum factum filijs.

Ex his tolluntur contrariæ conſiderationes; Namq; ad primam dicitur, quod in inſtitutione habemus manifeſtam voluntatem teſtantium, & in ſubſtitutione etiã certam, & nullatenus dubiam, à qua non eſt recedendum.

Non obſtat, quod ſubſtitutio fuerit facta ſecundum ordinem ſuccedendi ab inteſtato, quia reſpondetur, maximam eſſe differentiam inter modum ſuccedendi ab inteſtato, & caſum ſucceſſionis ab inteſtato, ſi ſubſtitutio eſſet facta ſecūdum ordinem ſuccedendi ab inteſtato, verſaremur in terminis, in quibus conſuluit *Dec. conſ. 79. per totum*, vbi potiſſimum collocat ſuũ fundamentum ſuper eo, quod ſubſtitutio fuerit adęquata ſucceſſioni ab inteſtato; ſed in caſu noſtro ſubſtitutio non fuit adęquata ſucceſſioni ab inteſtato; ſed tantum facta in caſu, quò aliquis ex filijs decederet ab inteſtato, vt ibi *ſe alcuno moriſſe ab inteſtato*, ad effectum ſcilicet præferendi extraneum hæredem teſtamentarium ipſis ſubſtitutis.

Non obſtat, quod iuſſerint teſtatores, nepotes duos ex D. Michaele filio prædefuncto ſemper debere cõputari pro vno,
35 quia † illa verba adiecta ad minuendum ius nepotum non poſſunt operari augumentum *l. legata inutiliter ff. de adim. legat.*

Non obſtat ſtatutum Tergeſti, quia loquitur in ſucceſſione ab inteſtato, & inde non eſt arguendum, ad ſucceſſionem teſtamẽtariam, maximè quando manifeſtè apparet teſtatores voluiſſe recedere ab ordine ſuccedendi ab inteſtato.

36 Et in omnem euentum voluntas teſtatoris ad effectũ, vt debeat ſeruari, & executioni demãdari, debet eſſe talis, quę ex verbis eliciatur, nō autem debet eſſe ſomniata *Illuſtriſſ. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 2. num. 3.* ex quibus &c. Ita iuris &c. ſaluo &c. *anno 1609.*

Hieronymus Buccaferreus.
Camillus Gypſius.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Sub promiſſione non cõuerſandi adiecta pœna, quæ comprehendantur, & quæ non.

SVMMARIVM.

1 *PRomiſſioni de non conuerſando facta vniuerſalibus, ac præciſis verbis contrauentum dicitur ex quacumque etiam minima conuerſatione.*

D

n

Dummodo conuerſatio ſit ad malum finem num.5.

Et non ſit breuis nu.13.

2 *Culpa non adſcribitur facienti cōtra legem, dum non lædit fiſcum, vel Rempublicam.*

3 *Vaſallus tenens amicitiam, & conuerſans cum inimicis Domini ſui priuatur feudo.*

Intellige, quando amicitia, & conuerſatio tendit in perniciem ipſius Domini n.4.

6 *Verba generalia, & præciſa prohibitionis reſtringuntur ad actum, cuius reſpectu facta eſt prohibitio.*

Et ad actum factum ad malum finem nu.8.

Et verba vniuerſalia ex debitis circunſtantijs reſtringuntur nu.7.

9 *Animus præcedens ex actibus, qui ſequūtur dignoſcitur.*

Animus enim ex operibus demonſtratur num.10.

11 *Diſpoſitio pœnalis ſtrictè intelligenda eſt.*

12 *Propter leuem offenſam pœna non exigitur.*

14 *Non tam factum attenditur, quam ratio, propter quam factum eſt.*

RESPONSVM CIII.

Chriſti nomine inuocato.

Videretur prima conſideratione dicēdum D. Io. Andream Fracaſſatum incurriſſe pœnam aureorum duorum millium, quia cōfeſſus fuit ſemel acceſſiſſe ad domum Olimpiæ Camiſanæ, & bis eam ad ſe vocaſſe, etiam ſemel eam recipiendo in propria domo contra promiſſionem mediante eius ſubſcriptione factam in hæc verba, *& d'aſtenerſi totalmente dalla prattica, commertio, e conuerſatione dell'Olimpia Camiſani ſotto pena d'infamia, e di ſcudi duo millia d'oro ipſo facto d'applicarſi alla Reuerēda Cam. Apoſtolica*, verba ſunt generalia includentia practicam, commercium, & cōuerſationem, ſuntq; præciſa ob illud aduer-
1 bium *totalmente*, ita vt videatur factū cōtra promiſſionem ex quacunq; vel minima conuerſatione, ex quacunq; occaſione habita, ad *l. is qui ducenta, §. vrnam ff. de rebus dub. Dec. in l. ſeniam nu. 53. C. qui teſt. fac. poſſ. Iaſ. conſ. 168. col. fin. verſ. (ſed in hoc) in 2. Gozad. conſ. 331. ſub nu. 15.*

Quibus tamen minimè negotium facientibus veritas iuris eſt, d. D. Io Andream nō incurriſſe aliquam pœnam, cum non conſtet in proceſſu rem inhoneſtam habuiſſe cum d. Olimpia, nec de rebus inhoneſtis eam alocutum fuiſſe, Quod ex eo vel maximè probatur, quod cum ſit promiſſum non cōuerſari cum eadem Olimpia inſtantibus Illuſtriſs. viris, qui receperunt promiſſionem fauore vxoris d. D. Io. Andreę, ſcilicet, vt cū ea haberet debitam ſocietatem, intelligetur promiſſum non conuerſari tali conuerſatione, ex qua poſſet offendi ſocietas cum vxore debita, & ex huiuſmodi prohibitione reſultabit prohibitio conuerſandi in damnū, & perniciem ſocietatis coniugalis: idque omiſſis vulgatibus illis de fine in quacunq; diſpoſitione ſpectādo, apertiſſimis iuris deciſionibus probatur continentibus, non
2 eſſe culpam adſcribendam facientibus aliquid contra prohibitionem legis, quando illud non lędit fiſcum, vel Rempublicam, cuius contemplatione facta fuit prohibitio *l. ſi vrbenda § 1. verſ. Paulus ff. ad l. Rod. de iact. l. is qui ff. de act. & oblig. l. ſi alius §. eſt & alia ff. quod vi, aut clam.* & per hæc iura *Foler. ſup practic. criminal. verſ. (fragmentorum pars) num. 66. poſt C'ist.* quem allegat latè *Aym. conſ. 3. per totum*, & præſertim *nu. 25. Soc. conſ. 262. ſub nu. 15. in 2.* eſt *tex* vbi id notant *Dominic. & Franch. in c. fin. § illud de pæn. in 6.*

3 Ita feudo priuatur vaſſallus tenens amicitiam cum inimicis Domini ſui habens cum illis conuerſationem *c. 1. quot. teſt. ſint*
4 *neceſſar. in vſ. feud.* & intelligitur, quando conuerſatio, & amicitia tendit in perniciem domini *Afflict. deciſ. 307. num. 28. Grammatic. deciſ. 18. nu. 6. Dec. & Cagnol. in l. conſilij §. ſocij ff. de reg. iur. Alciat. in l. Modeſtinus num. 4. ff. de verb. ſign. Curt. iun. de feud. parte 4. cauſ. 15. priuat. feud. num. 37.*

5 Et generaliter, quando prohibita eſt cōuerſatio, quod non dicatur prohibita, niſi quando ad malum finem habita fuit, & hoc ſolo caſu ob eam pœna imponenda venit *Aym. conſ. 4. nu. 15 & ſeq & conſ. 18. n. 10. Plot. conſ. 35. n. 21. Bertazol. conſ. criminal. 57. nu. 14. & ſeq. in 1.*

Intelligetur ergo in propoſito caſu prohibita conuerſatio lædens ſocietatem coniugalem, ex quo ſequetur, vt pœna commiſſa dicatur duntaxat ex ſimili conuerſatione, & practica; cum talis non fuerit conuerſatio cum Olimpia, ſequetur, nō eſſe locum pœnæ.

Nec obſtat, quod verba ſint generalia, & præ-

Digitized by Google

6 præciſa, quia † reſtringenda ſunt ad actum,
cuius reſpectu facta eſt prohibitio *Bar. in*
l. in furti §. ope ff. de furt. Angel. de maleſic.
verſ. (& Andream) nu 6. ſed hoc caſu facta
eſt prohibitio cōuerſandi, vel promiſſio de
non conuerſando, vt realis ſit ſocietas con-
iugalis, intelligetur igitur D. Io Andream
præc sè promiſiſſe ſe abſtinere ab omni cō-
uerſatione, ex qua d. realitas, & fides coniu-
7 galis lædi poſſet: Non † enim datur aliquod
verbum adeò vniuerſale, & indiſtinctum,
quin ex debitis circumſtantijs reſtringatur
Oldrad. conſ. 148. *nu* 7. *Siluan. conſ.* 56. *nu.*
8 23. Et † dicitur, ſub generali prohibitione
non includi illud, quod non fit ad malum
finem, nec ad iacturā alterius, & in quo quis
malum animum non habet *Corn. conſ.* 44.
num. 11. *&* 12. *in* 4. *Hercul. de caut. de non*
off. ad c. 34 *num.* 6. *BertaZol. conſ. criminal.*
57. *nu.* 14. *& ſeq. conſ.* 66 *nu.* 12. *conſ.* 76. *n.*
6 *& ſeq. & conſ.* 77. *num.* 12. *in* 1. Non ha-
buiſſe autem D. Io. Andream malum ani-
mum in conuerſatione breui, quam habuit
cum Olimpia exitus indicauit, ſi quidem
dum eam in domo haberet, illa ſtatim reli-
9 cta ad vxorem acceſſit, id † .n. quod poſtea
ſequitur, declarat, quis fuerit animus in an-
tecedentibus §. *fanonum Inſt de rerum di-*
uiſ. l. ſed Iulianus §. *proinde ff. ad Maced.*
Bart. in l. cætera §. 1. *ff. de leg.* 1. *Nat. conſ.*
10 192. *n.* 4. & ex † operibus animus demon-
ſtratur *Bal. in prohem. Gregor. verſ. (Rex pa-*
cificus) ſub n. 14. *Nentz. conſ.* 50. *n.* 52. *Ceph.*
11 *conſ.* 75. *nu.* 3. *in* 1. & † maximè vtenda eſt
reſtrictione, dum agitur de incurrenda pæ-
na *Aymd. conſ.* 3. *nu.* 12. 17. *&* 22. *BertaZol.*
conſ. 125. *nu.* 17. *in* 1. Et ſi eſſet conceden-
dū acceſſum ad domum Olimpiæ, & eius re-
ceptionem in domo eſſe actus offendentes
fidem matrimonialem (vt re vera non con-
cedendum, maximè cum vxor cōfeſſa fue-
rit benè à marito tractatam fuiſſe) cum
12 ex illis leuis naſcatur offenſa, non erūt tales,
vt faciant eſſe locum exactioni pænæ *Mar-*
ſil. conſ. 80. *nu.* 33. *Pariſ. conſ.* 165. *num.* 14.
in 4. & ante eos *Bal. conſ.* 195. *ſub nu* 6. *in*
13 2. & † præſertim; cum conuerſatio non fue-
rit longa non eſt conſideranda ad effectū,
vt dicatur, aliquem contra promiſſa fidem
fregiſſe *Doct. in c. repellantur vb. in ſpecie*
Aret. in princ. de accuſat. BertaZol. cōſ. crim.
98. *ſub num.* 4. *verſ (idem de ſecundo) in* 1.

His addatur etiam, ex ipſa promiſſione
conſtare, omnia facta eſſe in fauorē vxoris,
vt ipſa benè tractaretur; dum igitur ipſa id
ad animum non reuocat, nulla ei inferri di-
citur iniuria, & non ideò minus dicitur benè
tractata à marito, & proinde nō dicetur fa-
ctum contra promiſſionem, ita vt ſit locus
14 pænæ, non † enim conſiderandum eſt tan-
tum, quod D. Io: Andreas adſtrinxit ſe ad
pænam pecuniariam, ſi cōuerſationem ha-
beret cum Olimpia, ſed qua ratione id fa-
ctum eſt, id eſt propter quod ad hanc pænā
ſe adſtrinxit *l. & ſi non ſunt* §. *per uenIamus*
ff. de aur. & argent. legat. cum pluribus ſimi-
libus vulgaris, quæ cumulare mihi non eſſet
difficile, niſi viderem ſuper hoc articulo hu-
cuſque ſatis ſcripſiſſe, paratus ad reſoluen-
dum dubia, ſi quæ in cauſa orientur.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Poſt declarationem factam à iudice ſuper nullitate proceſſus ex defectu mandati nō poſſe partem ratificare geſta per falſum procuratorem, nec poſt concluſionē in cauſa, ſi ante eam fuit oppoſitum.

Pater, vel Abbas quando ratificare poſſint, vel non geſta nomine filij, vel Monaci.

SVMMARIVM.

1 *NVllitas ex defectu mandati ſanatur per ratificationem geſtorum etiam poſt oppoſitionem exceptionis falſi procuratoris, poſt cōcluſionem in cauſa, & poſt ſententiam, & nu.* 8.

Secus, quando lata eſt ſententia ſuper nullitate proceſſus ex tali defectu nu. 2.

Sicuti nec poſt talem ſententiam poteſt ratificari allegatio procuratoris, qui dicebat ſe habere ſufficiens mandatum nu. 5.

Quia re non integra non eſt locus ratificationi num. 3.

Nec pariter ratificatio ſanat nullitatem mādati, quando pars aduerſa proteſtata fuerit, nolle cum eo litigare, niſi ſi, & in quātum haberet legitimum mādatum nu. 9.

Nec quādo in actis nō fuit producta nu. 10.

4 *Donatio declarata nulla ratificari nō poteſt.*

6 *Aliud eſt, an actus nullus ratificari poſſit, aliud an ratificare poſſim, quod nomine meo geſtum non eſt.*

7 *Qualibet diſpoſitio intelligitur ſecundum terminos habiles.*

11 *Mandatum quando pars opponit debet produci, alias proceſſus eſt nullus.*

Rationes ponuntur nu. 14. *& ſeqq.*

Digitized by Google

Nec ſufficit notarium actuarium de eo fuiſſe rogatum extra acta nu. 13.

Si tamen pars non opponit non annullatur proceſſus nu. 18.

Et tali caſu mandatum poteſt produci poſt concluſionem in cauſa, & poſt ſententiam nu. 17.

15 *Mandatum debet habere formam debitam.*

16 *Negatiua, aliquem mandatum non habere probatur ex inſpectione proceſſus.*

18 *Quæ fieri poſſunt poſt concluſionem in cauſa remiſſiuè.*

19 *Ratificari non poteſt, quod nomine noſtro geſtum non eſt.*

Fallit in patre, qui poteſt ratificare geſta nomine filij, & Abbas noīe Monaci nu. 20.

Ad effectum tamen acquirēdi, non ad effectū ſanandi nullitatem nu. 21.

RESPONSVM CIV.

Illuſt. & Excellentiſſ. Domine.

1 ANtequam per ſententiā Reuer.^mi Vic. declaratus eſſet proceſſus inter D. Io. Petrum de Bettis, & ſubſtitutū ab aſſerto procuratore Reuer. Sor. Agathę Canobiæ nullus ob d. fictam mandati; poterat fortè d. Soror Agatha faciendo nouū mandatum cum aſſenſu Abbatiſſæ, & cum alijs debitis ſolemnitatibus, etiam ratificādo omnia antea geſta ſanare omnem nullitatem, etiam quod d. ratificatio ſecuta eſſēt poſt oppoſitionem exceptionis falſi procuratoris, Imò & poſt cōcluſionem in cauſa, & etiam poſt ſententiam latam in fauorem d. Reuerendæ Sororis ſuper meritis, ſi lata eſſet, & diceretur nulla, vt copioſè ſcripſit *Gigaſ. conſ.* 85. quem aduerſarij citarunt *tex.* eſt & ibi *Dd. in l. licet ff. de indic.* optimè *Nat. conſ.* 126.

2 Sed cum in caſu noſtro lata fuerit ſentētia, & proceſſus declaratus nullus, prætenſuſq; ſubſtitutus à procuratore in expenſis condemnatus, nō eſt amplius locus ratificationi, vt ſanari poſſit præcedens nullitas, ſed tantum, vt de nouo agi poſſit, quia ſecuta dicta ſententia res amplius integra dici nō poteſt, ex quo eſt ius acquiſitum parti noſtræ, cui maximè præiudicaretur in cauſa appellationis à ſententia nullitatis, ſi ratifi-

3 catio retraheretur; Etenim † certiſſimi iuris eſt, re non integra, & non exiſtente in eodē ſtatu locum non eſſe ratificationi *Bart. in l. ſi vxor §. ſi quis vxorem ff. de adulter. Parıſ. conſ. 12. nu. 112. in 2. Surd. conſ. 157. n. 18. Menoch. conſ. 442. nu. 33. Soc. iun. conſ. 77.*

4 *num. 114. & 115. in 1.* vbi † ſatis ad propoſitum reſpondet, quod cum iam fuerit declaratum donationem nullam eſſe, non eſſe locum alicui ratificationi, conferunt tradita à *Bal. in c. quoniam num. 14. extra de probat. Deciſ. Pedemont. 119. num. 24 Bec. conſ. 66. nu. 24. Nat. conſ. 315. nu. 2. Specul. in tit. de obligat. & ſolut. §. 1. verſ. (ſed pone obligaſti) Bar. in l ſi vxor §. ſi quis planè ff. ad l. Iul. de adulter.*

5 Et optimè facit id, quod decidit *Bal. in auth. ei, qui n. 3. C. de tempor. & reparat. appel.* vbi quærit, ſi pronuntiatum ſit, mandatum non eſſe idoneum, poſſit dominus ratificare allegationem procuratoris dicētis ſe habere ſufficiens mandatum, & reſpondet, id fieri non poſſe, quia obſtat ſententia, & ideo ratihabitio non trahitur retro, quia eſſet cōtra ius quæſitū, ex ſententia, & alleg. not. *in l. talis ſcriptura ff. de leg. 1.* & *Bal.* ſequuntur *Fel. in c. cauſam ſub n. 9. col. fin. in 9. falent. de iudic. Iaſ. in l. licet in fin. in 10. limitat. C. de procurat.*

Non obſtant, quæ à parte aduerſa deducuntur, quia illa tendunt ad oſtendendum, nos non eſt eſſe in terminis *reg. ratihum de reg. iur. in 6.* ſed potius in terminis limitationis ad regulam illam, quod nihil obeſt intentioni principalis noſtri, vtpotè, quæ non innititur *d. reg. ratum,* ſed regulæ, quod actus

6 nullus ratificari non poteſt; aliud † enim eſt quærere, an ego poſſim ratificare, quod non eſt geſtum nomine meo, de quo tractat *Bar.* in allegata *l. ſi pupilli §. ſed etſi ego ff. de negoc. geſt.* & aliud quærere, an ego poſſim ratificare actum nullum, quod idem *Bart.* tractat *in l. obſeruare ad finem ff. de offic. proconſ. & leg.* Poſſumus etenim concedere, potuiſſe Abbatiſſam probare geſtum à ſorore Agatha, vel ab alio nomine eius, cōcurren-

7 tibus † tamen in cæteris habilibus terminis, iuxta *l. qui teſtamento ff. de teſtam.* .ſ. quod id, quod ratificandū veniret eſſet validum, & res eſſet integra, quæ, cum non adſint in caſu noſtro, non licebit nec Abbatiſſæ, nec Sor. Agathæ aliquid ratificare, vel approbare; Ita verè nihil obſtant adducta in contrariū, quę ſunt extra terminos noſtros: Prout

8 nec obſtant ſcripta à *Gigante conſ.* 85. quia vt antea dixi, conſuluit ipſe in caſu, in quo nō fuerat pronunciatum ſuper inualiditat

Digitized by Google

mandari, & nullitate proceſſus, vt fuit factũ
in caſu noſtro, ſed tantum erat in cauſa con-
cluſum, quo caſu licita erat ratificatio, quia
nulli erat ius quæſitum ſuper cauſa nullita-
tis, ex quo ſuper ea adhuc iudicatum non
fuerat, & licet ipſe *ſub nu.* 2. dicat magis
cõmunem opinionem eſſe, ratificationem
fieri etiam poſt ſententiam, aduertendum
eſt, id intelligi, quãdo non obſtante nullita-
te quis obtineret ſententiam fauorabilem
in meritis, & poſtea diceretur ſententia
nulla, puta ob defectum mandati, tunc an
tequam pronunciaretur ſuper d. nullitate
poſſet ille, qui per ſe ſententiam reportauit
ratificare geſta, & ſanare talem nullitatem,
ſed quod poſſit ſanari nullitas, quando iam
per ſententiam actus declaratus eſt nullus
nequaquam pro veritate dici poteſt per ea,
quæ iam dicta ſunt.

9 Inſuperq; etiam animaduertendum eſt,
an in proceſſu, vltra exceptionem falſi pro-
curatoris pro parte noſtra, Bettus, vel eius
cauſam agẽs proteſtatus fuerit à principio,
quod non intendebat cum aduerſario liti-
gare, niſi, ſi, & inquantum haberet legitimũ
mandatũ, & ſufficiens, quia hoc caſu, ſi non
adſit mandatum, vel adſit minus ſufficiens,
ratihabitio domini ſuperueniens nihilope-
ratur, vt ex pluribus tenet *Cepol. cautel.* 15.

Illuſt. & Excellentiſſ. Domine.

IN cauſa Betti fuit mihi alias in facto ſup-
poſitum, poſt declarationẽ nullitatis Ab-
batiſſam vna cũ Monialibus ratificaſſe om-
nia geſta à minus idoneo procuratore, ideò
in iure reſpondi, d. ratificationẽ non ſana-
re nullitatem, ſuper quã fuit prius declara-
tum ex iuribus, authoritatibus, & rationibus
10 alias deductis: Nunc † verò mihi ſupponi-
tur, antequã eſſet lata ſententia declarato-
ria nullitatis Abbatiſſam, & Moniales ratifi-
cantes omnia geſta à falſo procuratore eũ-
dem procuratorem conſtituiſſe, ſed d. ratifi-
cationem factam fuiſſe poſt concluſionẽ in
eam, & nũquam productam fuiſſe; quibus
ſuppoſitis adhuc procedũt in fauorem Bet-
11 ti ea, quæ in iure ſcripſi, quia † certiſſimi iuris
eſt, ad ſuſtinendũ proceſſum non ſufficere,
vt procurator habeat validum mandatum,
ſed etiam opus eſſe, vt illud producatur *Ro-
ta in decif. nouiſ. decif.* 7. *de procurat. in fin.
addit.* maximè, quando oppoſitum eſt, in-
teruenientem in iudicio carere mãdato, vt
dubio procul fuit in caſu noſtro oppoſitum,
12 licet † ſecus eſſet, vbi non eſſet oppoſitum
ex *Specul. in tit. de procurat.* §. 1. *verſ.* (*Sed
quid ſi receptum erat*) *ſub nu.* 10. optimè
Alex. vidend. *conſ.* 78. *nu.* 16. *verſ.* (*tamen
13 ſi poſtea*) *in* 5. *Lap. allegat.* 81. *col.* 1. & † et-
iam quod notarius actuarius ſit de manda-
to rogatus, ſi tamen non eſt rogatus in actis
verè non poteſt dici mandatũ eſſe de actis,
imò eſt mãdatum producẽdum citata par-
te, alias productio nihil operatur ad effectũ
probandi optimè *Cacher. decif. Pedemont.* 1.
14 *nu.* 47. Et † hoc efficaciſſima ratione iuſti-
ficatur, quia quãdo oppoſitum eſt, interue-
nientem in iudicio non habere ſufficiens
mandatum, non eſt dubitandum, quin iu-
dex debeat ad dictam exceptionem reſpi-
cere, ſed quomodo poterit vti iudex pro-
nunciare ſuper dicta exceptione, ſi in actis
non videat mandatum? cum debeat pro-
nunciare tantum allegata, & probata *iurib.
15 vulg.* † Preterea oportet, vt mandatum for-
mam debitã habeat, de qua *Vant. de nullit.
in tit. de nullit. ex inhab. vel defect. mand.
ſub nu.* 138. quomodo conſtabit iudici,
quando eius partes ſũt pronunciare vale-
re, vel non valere proceſſum, an mandatũ
ſit ſolemne, ſi illud productum non reperi-
16 tur? Et † quod ſit omnino producendum ex
eo vel maximè cõſtat, quod communiter
traditum eſt, hãc negatiuam, aliquem non
habere mandatum, probari ex inſpectione
proceſſus, & actorum *Vant. in tit. ſup. citato
17 ſub nu.* 63. Imò, † ſi diligenter aduertatur,
oẽs illi Dd. qui tenent mãdatum poſſe pro-
duci poſt concluſionẽ in cauſa, & poſt ſen-
tentiam loquuntur, quando prius non fue-
rat oppoſitum *Bal. conſ.* 122. *col.* 1. *in* 3. *cum
alijs citatis à Crauet. conſ.* 108. *in princ.
Achil. de Graſ. decif.* 66. *alias* 6. *in tit. de pro-
curat.* alias, ſi oppoſitum fuiſſet in principio
proceſſus, vt exiſtimo factum eſſe, quia in
primis exceptionibus, ita fieri conſueuit,
Quoniam poſt concluſionem in cauſa aliud
non eſt agendum, quã ferè ſententiam, di-
cerem tunc non eſſe producendũ manda-
18 tũ; ea. n. † quæ fieri poſſunt poſt cõcluſionẽ
refert *Rom. conſ.* 176. *Marant. de Ord. iudic.
part.* 6. *in* 15. *actu iudiciali*, & ita pro veri-
tate intelligitur illud, quod alias ego dixi in
principio meæ informationis, ſ. qđ poteſt
fieri mandatum, & poſſunt ratificari geſta
prius poſt oppoſitionem. Item qđ hoc fieri
poteſt poſt concluſionem in cauſa, quando
tamen etiam poſt concluſionẽ in cauſa op-
poſitum fuiſſet, alias, quando ante conclu-

ſio-

ſionem opponitur partes iudicis vtriq; ſunt cognoſcere ſuper d. oppoſitione, & quando poſtea ſequitur cõcluſio, certi iuris eſt, quod etiam concluditur ſuper d. exceptione, & oppoſitione falſi procuratoris, & ideo ſuper ea nihil eſt innouandum quoad eius merita, ſicut non eſt innouandum in cauſa principali.

Concludamus ergo, mandatum, de quo agitur, nõ obeſſe principali noſtro ex duobus, primo, quia non fuit productum, ſecundo, quia fuit productum poſt cõcluſionem in cauſa precedente oppoſitione.

Sed vbi mandatum, & ratificatio producta fuiſſet, & potuiſſet produci, quia pro
19 parte noſtra dictum fuit, non poſſe Abbatiſſam ratum habere id, quod eius nomine geſtum nõ eſt per *reg. ratibum de reg. iur. in 6.* Excellentiſs. Dominatio veſtra dubitan-
20 do dicebat, Monialem † eſſe filiam Abbatiſſæ, & monaſterij, quia quicquid ipſa acquirit ad commodum monaſterij acquirit, ideò ſicut pater poteſt ratificare geſta nomine filij, nonobſtante d. regula, ita, & Abbatiſſa poterit ratificare geſtum nomine monialis, quod & in minore contingit, cui monaſterium æquiparatur, & petit, vt in ſpecie ad hoc motiuum reſpondeatur.

21 Cui ego reſpondeo admittendo æquiparationem monialis, & filij, ſed ita diſtinguo aut querimus, an monaſterium poſſit approbare factum nomine monialis ad effectum ſanandi nullitatem, aut an poſſit approbare ad effectum, vt per monialem acquiratur monaſterio: primo caſu ego proruſus infitior, poſſe monaſterium approbare geſta nomine monialis ad effectum ſanandi nullitatem, quia ſanari tantùm poterat à moniali concurrentibus debitis ſolemnitatibus; oportebat igitur, vt ipſa monialis debito tempore cũ ſolemnitatibus neceſſarijs faceret nouum mandatũ, & cũ dictis ſolemnitatibus ratificaret omnia, ita etiam ſi virtute inualidi mandati quis ageret nomine filij, dubium non eſt, quod talem nullitatem non poſſet pater ſanare ratificando, quia ſanitas expectanda eſſet à manu eius, cuius nomine eſſet actus geſtus, & nos loquimur in iſtis terminis, in quibus non loquitur *Bar. in d. §. ſed ſi ego l. ſi pupilli ff. de neg. geſt.* Aut querimus, an monaſterium poſſit ratificare geſta noĩe monialis ad effectum acquirendi, vt pater põt ratificare geſta nomine filij, in quibus terminis loquitur *Bar.* tũc dicendũ eſt, monaſterium poſſe hoc ratificare non obſtante *reg. ratibum*, ſed oportet, vt actus ratificandus ſit validus in perſona, cuius nomine geſtus eſt, alias ſi ſit inualidus, vt in caſu noſtro reſpectu monialis eſt proceſſus inualidus, nihil operatur ratificatio, ideo, ſi actus ſit validus, ita vt per eum acquiratur filio, pater poteſt ratificare, ſed ſi nõ ſit validus in filio, pater nõ poteſt ratificare etiã geſtum nomine filij, vt dicitur in *d. §. ſed ſi ergo*, ſed oportet prius, ꝙ filius ratificet, & poſtea pater, vt *d. §. ſed ſi ergo* tradit *Fulgoſ. ſub num. 8. verſ. (in eadem ibi)* Vt ergo caſui noſtro deſeruiret doctrina *Bar.* oporteret, vt in eo ageretur de ratificatione ad effectum acquiſitionis, & agitur de ratificatione ad effectum ſanandi nullitatem, Item oporteret, vt actus ratificatus eſſet validus in moniali, cui prius acquiritur, & tamẽ in eius perſona inualida fuere omnia geſta. Amplius rectè animaduertendo mens *Bar.* eſt, quod pater non poſſit ratificare geſtum nomine filij, vt negotium trahatur ad ſe, & videatur nomine eius geſtum, ita intelligit procedere *d. §. ſed ſi ego*, ſed quod benè poſſit ratificare geſta nomine filij, vt voluntas ſua trahatur ad illud negocium, & præiudicet, ita ait procedere iura contraria, ex qua doctrina applicata ad caſum noſtrum infertur, non poſſe Abbatiſſam ratificare geſtum nomine monialis, vt negocium trahatur ad eã, & videatur eius, & monaſterij nomine actũ, ſed tantum poſſe ratificare ad effectum ſibi, & monaſterio præiudicandi, quod non nocet intentioni Betti, ſed magis ei fauet. Hæc ni fallor eſt vera reſponſio ad motiua; ſcripta tamen ex abundanti, quia in eo eſt inſiſtendum, quod ratificatio Abbatiſſæ in primo proceſſu nunquam producta fuit: Quæ omnia ſuppoſita ſint integritati, & doctrinæ Illuſt. Dominationis veſtræ.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Vera venditio cenſus facta à ceſſante per paucos dies ante ceſſationem valet non obſtante *Statuto fori Mercatorum Bononiæ Rub. 71. & 72.*

SVMMARIVM.

1 *Ex quibus præſumatur alienatio facta in fraudem creditorum à ceſſante.*
2 *Simulatio probatur coniecturis, & præſumptionibus.*

Et ſecundum aliquos leues ſufficiunt n. 3.

Coniectura eſt, quando alienans remanet in poſſeſſione rei alienata n. 1.

Fallit in cenſu, in quo ex ſui natura aliena͂s remanet in poſſeſſione rei cenſuata nu. 9.

4 *Alienationes ſimulata ſunt propria ceſſantium.*

5 Statuta fori Mercatorum Bononiæ c. 71. & 72. *reprobãt contractus factos à ceſſãtibus infra annum ante ceſſationem præſumenda eos ſimulatos.*

Et eſt præſumptio Iuris, & de iure nu. 6.

Sed contra, quod ſtatuta hac non habeant locũ, quando eſt probatum, precium rei vendita conuerſum fuiſſe in ſatisfactionem eorum, qui erant veri creditores num. 7. & 10.

Quia ſtatuta, quibus cauetur, vt actus præſumantur ſimulati ceſſant conſtito de veritate rei geſta nu. 15.

De intellectu dicti Statuti *nu. 11. & ſeq.*

6 *Probatio non datur contra præſumptionem Iuris, & de Iure.*

Fallit, quando probatur per euidentiam rei nu. 16.

8 *Inſtrumenta præſumuntur ſine fictione, & fraude.*

12 *Probaminm ſtatuti oſtendit mentem ſtatuentis.*

13 *Neceſſitas tollit ſuſpicionem fraudis.*

14 *Dictio* Item *denotat continuationem ſermonis.*

17 *Fideiuſſor non obligatur, quando contractus eſt nullus fauore contrahentium, ſecus ſi fauore illorum creditorum.*

RESPONSVM CV.

Qui via, & veritas eſt dirigat me in viam veritatis.

Conſultus vt pro veritate iuris reſpondeã, an ceſſatio, & fuga fratrum de Zauaglijs noceat impoſitioni cẽſus, & eius emptioni factæ ad commodum Mag. D. Herculani de Puſterlis paulò ante d. fugam. Videbatur mihi prima facie eſſe, quod de eius validitate dubitetur, quia, † cũ bona cenſuata reperiantur poſſeſſa à dictis fratribus, fueritq; contractus paucis menſibus celebratus ante fugam, oriri videbatur ſatis clara pręſumptio ſimulationis in fraudẽ creditorum dictorum fratrum *Bart. in l. ſicut*
1

§. ſupernacuum n. 5. ff. quibus mod. pign. vel hyp. ſolu. Cepol. de ſimulat. contract. 24. præſumpt. nu. 76 Afflict. in c. 1. in princ. nu 25. de feud. dat. in vic. leg. commiſ. in 1. lib. feud. Bar. in l. poſt contractum num 8. ff. de donat. cum alijs, de quibus per *Bec. conſ. 52. num.*
2 *63. & ſeq.* Non tenim eſt dubitandum, quin coniecturis, & præſumptionibus probetur ſimulatio *Bal. conſ. 311. n. 12. in 5. Menoch. de arbitr. indic. lib. 2. caſ. 247. & præſumpt. 122. nu. 5. in 3. Maſcard. de probat. concluſ.*
3 *438. n. 7. in 1.* Imò † ſunt, qui ſentiunt leues coniecturas, & præſumptiones ſufficere, vt videri poteſt apud *Maſcard. & Menoch. ſupra allegat. & Oddum conſ. 100. num. 3. &*
4 *4.* Magis, quia † iſtæ fictitiæ alienationes in fraudem creditorum ſunt propriæ ceſſantium. *Stracha de decoctoribus in 3. parte num. 29.*

5 Et hoc omni prorſus dubitatione carere videtur ob *ſtatutũ fori Mercatorum Rub. 71. & 72.* quod primo diſponit, contractus vẽditionum intelligi, & iudicari ſimulatos, & in fraudem creditorum factos, vbi contingat, eos factos eſſe infra annum ante ceſſationem, & venditor poſſideat tempore ceſſationis; ſecundo verò largius diſponit quancunq; alienationem ex quocunq; titulo factam infra dictum tempus intelligi fictitiam, & ſimulatam, proceditq; hoc ſtatutum, etiam quòd ceſſans venditor non poſſideat, cùm indiſtinctè loquatur; proceduntq; dicta ſtatuta vlterius diſponendo non ſufficere emptori oſtendere ſolemne emptionis, & acquiſitionis inſtrumentum: quibus conſequens eſſe videtur, vt non ſuffragetur D. Herculano oſtendere ſolemne inſtrumentũ acquiſitionis cenſus, cum fuerit tempore conſiderato à ſtatuto celebratum.

6 Et cũ hæc ſtatuta non ſimpliciter præſumant inſtrumenta, & contractus ſimulatos, ſed etiã vlterius procedant eos annullando, oriri videtur præſumptio iuris, & de iure nõ admittens probationẽ in cõtrarium *gloſ. in l. fin. in princ. in verbo (præſumptionem) ff. de eo quod met. cauſ. in c. verum 50. diſtinct.* optimè *Curt. iun. conſ. 2. n. 5.*

7 His tamen minimè repugnantibus, cum primum iuſtificatum fuerit, pretium cenſus cõuerſum realiter, & verè fuiſſe in ſatiſfactionem eorum, qui erant veri, & reales creditores fratrum de Zauaglijs, intrepidè cenſeo, cenſus acquiſitionem iure ſuſtineri.

Et primo quidem id vel maximè facit, quod fundata eſt intentio producentis ſolem-

8 lemne inſtrumentum, vt † illud veritatem
contineat, & careat omni labe fictionis,
fraudis, & deceptionis *Bal. in c. 1. §. ſi inſtrumentum nu. 2. de nou. feud. Dec. conſ. 36. pro tenui facultate nu. 6. Maſcard. de probat. cõcluſ. 448. in 1.*

9 Nec allegatæ coniecturæ ſimulationis
quicquam faciunt, quia illa fundata in
poſſeſſione venditorum tollitur ex natura contractus, quæ poſtulat, vt venditor
remaneat in poſſeſſione rei, ſuper qua
cenſum impoſuit, & ex clauſula conſtituti,
de qua in inſtrumento *Afflict. in d. c. 1. de feud. dat. in vic. leg. commiſſor. in princ. nu. 26. & 28.* oritur enim ex poſſeſſione venditoris ſiniſtra ſuſpicio, quia nec conſuetũ,
nec veriſimile eſt, quod emptor permittat
venditorem remanere in poſſeſſione, quæ
inueriſimilitudo ceſſat in cenſu.

10 Sed, & quælibet coniectura arguens ſimulationẽ ceſſat probato, quod realiter cẽ-
ſus fuerit acquiſitus, & eius pretium cõuerſum fuerit in extinctionẽ realis debiti fratrum venditorum cenſus *Io de Amic. conſ. 44. nu. 9. & conſ. 26. nu. 6. Magon. deciſ. Florent. 77. nu. 16.* allegant *l. ei qui in fine C. de diſtract. pignor. Veral. deciſ. 163. ſub nu. 11. Alba conſ. 97. nu. 31. Sfort. Od. d. conſ. 100. nu. 37.*

11 Nec obſtant allegata ſtatuta, quia intentio ſtatuentium eſt reijcere illas alienationes, quæ ea ratione poſſent eſſe factæ, ne
creditores occuparent aliqua bona debitoris ceſſantis; ſcilicet, quia aliquis communicando fraudem cum ceſſante fingeret ſe
emere, vel fingeret ſe creditorem, & fictè in
ſolutum acciperet; non improbant autem
ſtatuta alienationes bona fide factas, in
quibus acquirens non eſt intentionis, vt noceat creditoribus, ſed vt ſibi tantùm proficiat, qualis eſt alienatio, de qua agitur:
12 Quod † ego colligo primo ex prohæmio ſtatuti ſub *Rub. 71.* denotans mentem finalem
ſtatuentium *l. fin. ff. de hered. inſtit. cum vulgar.* dicitur enim *per obuiaré, che le maliſie, & fraudi non ſi poſſino commettere per alcuno, che voleſſe difendere i bieni di quel ceſſante, come ſoi prouediamo &c.* inſtitutum ergo ſtatuentium fuit illas reijcere emptiones, ex quibus poterat dubitari, quod
emptores id fecerint, vt ceſſantibus rem
gratam facerent, bona eorum vti propria
defendendo, quæ ceſſant in hoc caſu, in
quo conſtat de vero credito eorum, quibus ex pretio venditionis cenſus erat ſatiſfaciendum, & de cauſa neceſſaria, & vrgenti, ob quam facta fuit alienatio, neceſſitas
13 enim tollit omnem fraudis ſuſpicionem
l. non ſolum §. 1. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact. & per hunc *tex. Menoch. lib. 2. de arbit. iud. caſ. 182. nu. 28.* Ita ceſſante rõne finali,
& ſtatuti diſpoſitio ceſſabit, plura poſſem
cumulare de his, quæ colligi poſſunt ex
prohæmio ſtatutorum, quæ data opera vti
omnibus notiſſima omitto, & videri poſſunt apud *Barbat. conſ. 21. nu. 1.*

Et ſi diceretur, hanc rationem fuiſſe cõſideratam à ſtatuentibus in ſtatuto ſub *Rub. 71.* non autem à ſtatuto ſub *Rub. 72.* Replicarem, imò fuiſſe etiam conſideratam in
alio ſtatuto, in quo ſtatuentes continuant
14 eandem diſpoſitionem, & ita ſub eadem
ratione, vt † oſtendit illa dictio, *item*, poſita
in princ. ibi *(item dichiariamo, & prouediamo &c.) l. item ff. de conſtit. pec. l. qui vinum §. cui verſ. (item) ff. de vin. trit. & oleo legat.* cum alijs ſimilibus copioſè citatis ab *Alberico in dictionario in verbo (item.)*

Secundo colligo ex alio, hanc in vtroq;
ſtatuto fuiſſe ſtatuẽtium mentem, quia licet
decidãt, alienationes infra illud memoratũ
tempus ſimulatas, & fictitias reputari; reſeruant tamen acquirenti facultatem probandi, & iuſtificandi veritatem in contrarium
præter inſtrumentũ acquiſitionis ſub *Rub. 71. in verſ. (ſaluo ſe'l detto compratore)* & in
Rub. ſeqq. ibi *non apparendo altra proua, che giuſtificaſſe &c.*

15 Et † in puncto, quod conſtito de veritate
rei geſtæ ceſſent ſtatuta, quibus cauetur, vt
actus præſumãtur ſimulati, tenet *Alex. Raudenſ. conſ. 51. ſub nu. 24. verſ. (in conſimilibus) lib. 1.*

Imò ſi diligenter conſideretur illa pars
ſtatuti, quæ ad rem hanc facit, quæ ſcilicet
loquitur, quando compareret aliquis, qui dicit ſe habere aliqua iura in bonis à ceſſante poſſeſſis, vt in propoſito D. Herculanus
allegat habere ius exigẽdi cenſum in bonis
ceſſantium ſub *d. Rub. 71 verſ. (& ſimilmente)* habet ſtatutum hæc verba *& che à buona fede ſi veda la verità, & con il conſeglio di detti &c.* ſi iuxta bonam fidem, hoc
eſſe reiectis apicibus iuris, & omni rigore, eſt ipſa veritas cognoſcenda, & ſecundum eam pronunciandum, in caſu noſtro
conſtat verè de debito, & de cauſa neceſſaria, ob quam cenſus conſtitutus fuit; iuxta
igitur hanc veritatem erit pronunciandum
pro acquiſitione, quod ſit rectè facta, & nõ

ſimu-

ſimulatè, & fictitiè.

Et ex hoc, quod ſtatutum admittit pro-
bationem contrariam, conſtat, quod præſū-
ptio non eſt iuris, & de iure, ita vt nō obſtet
dictū ſupra, quod aduerſus eā nō detur pro-
16 batio: pręterquam † quod etiam dici poteſt,
quod per rei euidentiam aduerſus hanc
præſumptionem probari poteſt *Menoch. lib.
1. præſumpt. q. 67. Randenſ. d. conſ. 51.
nu. 25.*

Ex his concludo, nihil eſſe, quod obſtet
acquiſitioni cēſus. Propterea non eſt, quod
immorer in eo, an fideiuſſor obligatus ſit,
17 quem † tamen dicerem eſſe obligatum,
vbi acquiſitio eſſet per ſtatutum effecta
nulla, nam ea, quæ de nullitate contractus
fauore minoris, aut mulieris ſcribunt *Alex.
conſ. 66. & conſ. 109. num. 8. in 4. Iaſ conſ.
133. nu. 18. & ſeq. in 4. Ronchegal. ad l. reos
in princ. nu. 25. & ſeq ff. de duobus reis Lau-
rent. à Pin. conſ. 71. & Sfort. Oda. conſ. 41.*
benè procedūt, quia in illis caſibus nulla in
perſona minoris, vel mulieris naſcitur obli-
gatio, cui fideiuſſor accedere poſſit reſiſtē-
te iure communi, vel municipali, cui fieret
fraus, ſi fideiuſſor obligaretur, vt benè citati
Doct. conſiderant, At ſecus eſſet in caſu no-
ſtro, in quo non redditur nullus actus fauo-
re contrahentis, ſed fauore creditorū, ideo
Zauaglij benè eſſent obligati emptori cen-
ſus, maximè, ſi ipſe de aliqua fraude non
probaretur participaſſe, & proinde etiam
fideiuſſor teneretur iuxta ſcripta à *Machelo
patrocinio* 58. Hæc pro nunc ſufficiāt, latius
ſcribam ſi ſuper hoc, vel alio contigerit du-
bitari.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Quando emphiteuta alienans non cadat à iure ſuo.

An, & quando hæres poſſit reuocare alienationem rei ſibi debitæ, factam à teſtatore.

SVMMARIVM.

1 E*mphiteuta alienans non cadit à iure ſuo, niſi Dominus directus id oppoſuerit & nu. 2.*

Et niſi declarauerit caducitatem, & ſecuta fuerit ſententia ſuper facto, etiam in caſibus, in quibus incurritur caducitas ipſo iure nu. 12. & 27.

Etiam ſtante pacto, quod incurratur ipſo iure nu. 13.

Intelligitur tamen Dominus declaraſſe, quando alium inueſtiuit n. 28.

Secūdo. Emphiteuta non cadit, quando adeſt proteſtatio Saluo, & reſeruato iure Eccleſiæ *non ſecuta traditione n. 5.*

Tertio. Nec ex vēditione, ac pignoratione ſimulata nu. 5.

Quarto, Quando emphiteuta recuperauit rē venditam ante declarationem nu. 15.

Rationes ponuntur n. 16.

Dūmodo recuperatio fiat ex pacto præcedenti num. 19.

Quinto, ceſſante dolo, & culpa nu. 17.

Quia caducitas eſt pœna, quæ non infertur ceſſante dolo, vel lata culpa nu. 18.

Sexto. Quādo alienauit in conemphiteutam num. 22.

Septimo. Quando alienatio facta eſt per viā donationis, ſeu permutationis n. 23.

4 *Venditio cum pacto franzandi non ſecuta traditione præſumitur pignoratio.*

6 *Quiſque probare debet fundamentum eius intentionis.*

Et ideò qui prætendit plura fuiſſe bona in hæreditate probare debet nu. 35.

7 *Traditio probatur ex clauſula* dedit, vendidit, & tradidit.

Si tamen inſtrumentum celebratum fuerit in conſpectu rei nu. 9.

Item probatur ex clauſula conſtituti nu. 8.

Sed non ſufficit ad inducendam caducitatem nu. 10.

Saltem quando emptor actualiter nō poſſidet nu. 11.

14 *Tertius opponere non poteſt de iure Eccleſiæ antequam ipſa caducitatem declarauerit.*

15 *Emphiteuta ſoluens canonem ante declaratā caducitatem euitat pœnam.*

20 Bero. conſ. 122. lib. 1. *latè impugnatur & nu ſeqq.*

21 *Pacta interpretantur ſecundum ius commune.*

24 *Pactum* / *Statutum* } *debent interpretari vt minus corrigant ius commune.*

25 *Pactum non debet eſſe ſuperfluum, ſed plura ad hanc regulam remiſſiuè.*

26 *In limitatione intelliguntur qualitates regula, non è contra.*

29 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*

Fallit in feudo, & emphiteuſi alienata in præiudicium ipſius hæredis ad eam vocati nu. 30.

Pia-

Præſertim facto inuentario nu 31.

32 *Qui plures repræſentat perſonas poteſt actũ approbare, & improbare.*

33 *Quis præſumitur habere affectionem ad res, quæ erant ſuorum maiorum.*

Quibus ſi priuetur dicitur ſentire damnum in iure conſiderabile nu. 34.

RESPONSVM CVI.

Ne auferas Domine de ore meo verbum veritatis.

AGendo iuſtiſſimam cauſam Illuſtriſs. D. Comitis Rouerelli data opera ſilentio inuoluã aliàs adducta ab Excellentiſs. ipſius Comitis Aduocato in reſpõſionibus motiuorum, & tantùm inſiſtam in illis, ad quæ nunc intelligo totam difficultatem reſolutionis cauſæ deduci.

Quorum illud eſt primum, non licere Illuſtriſs. Com. ex iure accreſcendi, de quo in inſtromento inueſtituræ liuelli auocare ab aduerſarijs bona per eos empra ab olim Illuſtriſs. D. Co. Hieronymo Rouerello ex eo, quod alias contra pactum inſertum in inueſtitura alienauerit partem dictorum bonorum liuellarium inconſulto directo Domino, & ob id ceciderit à commodo ipſius contractus, & illo non poſſit nunc vti aduerſus eos, quã exceptionem iuris tertij purant allegare poſſe à Mag. DD. de Ballis vti ſubrogatis in locum Co. Hieronymi, qui propterea habent eccleſiam obligatam de euictione contingẽte ex facto ipſius eccleſiæ ad *Bar. in l. 2. C. de except. rei iudic. in l. ſi tertius §. ſi quis prius ff. de aq. plu. arcend.*

1 Quod varijs modis ſoluitur, primo ſoli domino directo conpetere ius dicendi de caducitate ob alienationem *Surd. conſ. 1. n. 85. cum ſeqq. & conſ. 48. nu. 20. in* 1. tertio aũt non competere, niſi dominus directus
2 oppoſitioni cõſentiat, maximè † hoc in caſu, in quo liuellarius, ſeu emphiteuta nõ cadit, niſi ipſo domino directo volente, vt infra oſtendam *Bar. in d. l. 2. ſub nu. 1. ff. de except. rei iudicat.* & in terminis noſtris *Theſaur. deciſ. Pedemont. 4. num.* 3. ſed conſenſus domini directi non eſt probatus, ergo &c.

3 Secundo dicitur, quod licet videatur magis communiter receptum, proteſtationem illam *ſaluo, & reſeruato iure eccleſiæ* non ſaluare alienantem à caducitare, vbi rei venditæ ſecuta eſt traditio *Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. ampliat.* 31. nullus eſt tamen, qui aſſerat emphiteutam incidere in caducitatem, ſi rem venditam non tradat, imò eſt communiter traditum, tunc non eſſe locum caducitati *Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua q. 95. nu. 118. Iaſ. in l. fin. num. 132. C. de iure emphit. Guid. Pap. deciſ. 162. ad fin. Alciat. conſ. 43. grandem difficultatẽ num. 2. in* 2. alios cumulauit *Corbul. de cauſa priuat. ob alienat. limit.* 38. cuius rei po-
4 teſt eſſe ratio, quod † non ſecuta traditione venditio cum pacto frãcandi ſimulata præſumitur potius pignoratio, quam vera alienatio *Cepol. de ſimulat. contract. nu. 76.* ſequitur *Menoch. lib. 3. præſump. præſumpt.*
5 *122. nu.* 110. ex † ſimulata autem venditione, vel pignoratione non poteſt emphiteuta declarari cecidiſſe idem *Corbul. in d.*
6 *cauſa limit. 23. & limitat.* 33. At † ab aduerſarijs nõ fuit probata hæc qualitas fundamentalis eorum intentionis, quod ſcilicet rei venditæ poſſeſſio realiter tranſiuerit in emptorem, igitur non poterunt ſe iuuare ex aliqua caducitare, iuxta vulg. doctrinam *Bar. in l. 1. §. quod autem ff. ne quid in flum. publ. in l. prætor §. docere ff. vi bon. rapt.*

7 Nec dicant aduerſarij hoc ſatis probari ex clauſula inſtrumenti *dedit, vendidit, &*
8 *tradidit*, & † ex clauſula conſtituti ad ea, quæ ſcripſit *Corbul. d. limit. 38. ad fin.* quia
9 ad clauſulam *dedit &c.* reſpondetur, illam non probare traditionẽ, niſi vbi conſtat inſtrumẽtum celebratum fuiſſe in conſpectu rei *Bar. in l. prædia in fin. ff. de acquir. poſſ. & in l. 2. in fin. C. eod. Bal. in rub. C. de contrahend. empt. q. 19. nu. 37. Imol. in c. 2. nu. 18. in fin. de conſuet. Corbul. d. limit. 38. nu. 4.* quod non conſtat in caſu noſtro, vbi inſtrumentum non fuit celebratum in loco vendito, ſed in domo cuiuſdam Dominici de Leonibus, licet in communi Mulinellæ.

10 Ad clauſulam conſtituti reſpondetur, illam non ſufficere ad inducendam caducitatem, vt ex veriori, & æquiori opinione ſeruanda in iudicijs, quæ expediuntur ſola facti veritate inſpecta teſtatur *Clar. in § emphiteuſis q. 13. verſ. (ſed quid ſi.)*

11 Præterquã quod etiam dici poteſt, clauſulam conſtituti nihil operari ad caducitatem, niſi vbi reperitur emptor actualiter poſſidere, quod non fuit hoc in caſu probatum *Guid. Pap. deciſ. 101.* teſtans ita in curia parlamenti vidiſſe pluries iudicari.

Ter-

12 Tertio ad tollendam prorſus omnem
dubitationem præſupponendum eſt, liuel-
larium, vel emphiteutam ob commiſſum,
vel omiſſum non priuari iure ſuo ex cadu-
citate, niſi ſecuta domini directi declaratio-
ne; non enim cadit, niſi eo volente, & niſi
ẽt ſecuta ſentẽtia declaratoria ſuper facto,
hoc eſt ſecutũ fuiſſe in facto caſum, ex quo
de iure oriatur caducitas, etiam in his caſi-
bus, in quibus ipſo iure dicitur quis in cadu-
citatem incurrere *Bar. in l. 1. ff. ſi ager vecti-
gal. Alciat. conſ.* 109. *tollenda difficultatis in*
5. *Gabr. conſ.* 67 *nu.* 6. *in* 2. *Alex. conſ.* 106.
nu. 4. *in* 4. probat. à *Caſſador. deciſ.* 2. *de lo-
cat. Burſat. conſ.* 143. *nu.* 62. *in* 2. & vbi pœ-
na incurritur ipſo iure latiſſimè idẽ *Burſat.
conſ.* 14. *nu.* 18. *in* 1. *& conſ.* 252. *nu.* 9. *in* 3.
13 & vbi † pacto expreſsè cautum eſt, vt cadat
conductor ipſo iure, quod tamen iuxta ter-
minos iuris communis intelligatur ſecuta
tamen domini declaratione poſt *Corn.* & a-
lios expræſsè tenet *Ceph.* videndus *conſ.* 25.
nu. 25. *& ſeqq. in* 1. & quod vltra declara-
tionem etiam neceſſaria ſit ſententia facti
infinitos cumulãdo tenet *Mashel. patroc.* 24.
nu. 8. *& in addit. ad illud patrocin.* Et præ-
terquã quod iſtud eſt de iure communi, di-
ci etiam poteſt, fuiſſe ex mẽte cõtrahentiũ,
qui in caſu alienationis, & contrauentionis
conueniunt, vt conductores dent parti a-
genti pro eccleſia nomine pœnæ ante om-
ne litis initium, & pœnæ interpellationem
libras quinquaginta; ſentiunt igitur præce-
dere debere interpellationem, & notifi-
cationem ſuper pœna caducitatis, quia de
alia pœna non poteſt intelligi, & hæc inter-
pellatio fit mediante caducitatis declara-
tione, ſentiunt etiam poſt declarationẽ, ſe-
qui debere ſententiam ſuper facto, quæ ſe-
quitur ex lite, quæ ſuper dicto facto verti
poteſt, dum dicitur quinquaginta ſoluenda
ante litis ingreſſum, ex quibus liquidò con-
ſtat, etiam ex conuentione partium non ſe-
qui caducitatem, niſi declaratione, & ſentẽ-
tia præcedente: Ex quo ſuppoſito inferun-
tur nõnulla in re hac tollẽtia omnem dubi-
14 tationem, primo † non licuiſſe aduerſarijs
ante declarationem Archiepiſcopi oppo-
nere de iure eccleſiæ, vt in puncto ſcripſit
Alex. d. conſ. 106. *ſub nu.* 4. *in* 4. *Theſaur. de-
ciſio Pedemont.* 4. *nu.* 3. Secundo declara-
tionem caducitatis factã ab Archiepiſco-
po productam ab aduerſarijs nihil facere
ad caducitatem non ſecuta ſententia ſuper
facto, imò probato poſt dictã declarationẽ
Reuerẽdiſs. Archiepiſcopum recepiſſe ca-
nonem, quod oſtẽdit, ipſum præbuiſſe ma-
nus victas, & benè cognouiſſe Illuſtriſs. Co-
mitem non eſſe in caſu caducitatis, ideò fa-
cto emendaſſe id, quod non rectè infor-
15 matus verbis declarauerat. Tertio † infer-
tur ante declarationem caducitatis Do-
minum Comitem ipſam caducitatem eua-
ſiſſe recuperãdo rem venditam, & ita cer-
to modo purgantem errorem commiſſum
in vendendo, ita in canone ſoluto ante de-
clarationem conſuluit *Burſat. d. conſ.* 143.
nu. 62. *in* 2. & in puncto *Bal. in l. ab empt.
ſub nu.* 7. *ff. de pact. Dec. conſ.* 88 *pro tenui
ſub nu.* 3. *verſ. (& ad hoc facit) Cagn. in l.* 2.
nu. 174. *C. de pact. inter empt. & vẽd. Ceph.*
16 *conſ* 699. *nu.* 12. *&* 15. *in* 5. cuius † rei duæ
adferuntur rationes efficaciſſimę, vna quod
res redempta cenſentur eadem, quæ prius
erat antequã alienaretur, ideò nulla cadu-
citas conſiderari poteſt, ſicut nec poterat
conſiderari antequam fieret alienatio; ſe-
cunda eſt, quia actus iſte redimẽdi rẽ ven-
ditam oſtendit, liuellarium nunquam ha-
buiſſe intentionem prꝗiudicialem eccleſię,
17 & ita in eo ceſſare dolum, & culpam, ſine
quibus quis non incurrit caducitatem *Al-
ciat. conſ.* 36. *maieſtas Cæſarea nu.* 33. *in*
18 3. eſt † enim caducitas pœna ad not. *in c. po-
tuit de locat.* qua quis non illaqueatur, niſi
dolo, vel lata culpa præcedente *Dd. in l. ſi
19 quis maior C. de tranſact.* Nec † iſtis obſtant
ſcripta ab *Alex. in l. ſi à me ff. ad l. falc.* nam
ipſe loquitur in eo, qui ex ſola pęnitentia rẽ
redimeret, quem putat non poſſe purgare
moram ſecutam in cõmittendo, nos loqui-
mur de redemptione facta virtute pacti vſ-
que ab initio in inſtrumento inſerti, quod li-
cet eſſet lapſo ſeptẽnio extinctum, placuit
tamen partibus illud tacitè prorogare, vti
prorogarunt retrouendendo virtute eiuſdẽ
pacti, & parum nocet, retrouenditionẽ fuiſ-
ſe factam à muliere adminiſtratrice, & à
conſanguineo, quia iſti promiſerunt de ra-
to, & ratificatio poſtea ſecuta eſt, quæ quo-
cunq; tempore ſecuta fuerit, nõ refert, cum
retrotrahatur, & ſit ius de nouo ſuperueniẽs
ex cauſa de præterito.
20 Pariter nec prædictis obſtat conſultatio
Bero conſ. 122. *in* 1. quia in pluribus perpe-
ram ipſe conſuluit, & eius dicta ad caſum
noſtrum minimè ſunt applicabilia. Etenim
quatenus *à princ. vſq; ad nu.* 5. infert, licitam
non eſſe alienationem, etiam cum conſenſu
Archiepiſcopi, quia alias pactum nihil pre-
ter

ter Ius com n 1: operaretur &c. vt latius
per eum: Reſp ɔ ıdetur, imò eſſe faciendam
interpretationem, vt non liceat alienare ſi-
ne conſenſu domini directi, quia cum ita
interpretetur Ius commune *l. fin C. de iur.*
21 *emphit.* & † ita erit pactum interpretandum
*Corn. conſ. 115. nu. 7. cum ſeq. in 1. Dec. conſ.
138. diligenter pro tenui ſub nu. 5. Salic. in
L. ea lege nu. 17. C. de condict. ob cauſ. Ceph. d.
cõſ. 25. nu. 25. in 1. Gozad. cõſ. 74 ſub nu. 16.*
Nec eſt dicendum cum *Bero.* futurum
eſſe, vt pactum ſit otioſum, ſi interpretetur
ſecundum ius commune, vt tãtum prohibi-
tum ſit alienare ſine conſenſu: quia pluri-
mum operabitur in duobus caſibus, primo,
quia non poterit liuellarius alienare, nec et-
iam conemphiteutæ, & ita non extraneo,
quia in pacto expreſsè dicitur, vt non poſ-
ſit in aliquem fieri alienatio, niſi in ipſam
eccleſiam habentem dominium directum,
22 quod † vtiq; eſt contra ius commune conce-
dens alienationem in non extraneos ſine
conſenſu directi domini *Corbul. in d. cauſ. li-*
23 *mitat. 6.* Præterea † pactum prohibet dona-
tionẽ, & permutationem de iure communi
regulariter nõ prohibitas *Clar. in §. emphi-
teuſis q. 15. & 17. Corbul. in d. cauſ. limitat.*
24 *12. & 13.* Itaq; † cum in his pactum opere-
tur, non erit otioſum, & in cæteris erit inter-
pretandum, vt minus lædat ius commune,
quam fieri poſſit, vt de ſtatutis dicitur, & ita
paſſim arguunt *Doct.* optimè *Surd. in conſ.*
25 *36. nu. 46. & ſeq. in 1.* plura † ad regulam,
quod pactum non debet eſſe ſuperfluum ad
rem noſtram conferentia ſcripſit *Cephal.
conſ. 104. nu. 8. cum pluribus ſeq. in 1.* Eſt
26 preterea maximè cauendum ab illa fallaci
argumentatione de limitatione ad regu-
lam, quam excogitauit ipſe *Bero. ſub nu. 4.*
quia licet quidem repetere qualitates pro-
prias regulæ in limitatione, quæ ſolet eſſe in
terminis regulæ *l. nam quod liquidè ff. de
pen. legat.* non licet verò repetere qualitates
proprias limitationis in regula; dum enim
dicitur regulariter, omnes ſcolares ſtudent,
& limitatur excepto Titio infirmo, qualitas
ſcolaris intelligitur quidem repetita in Ti-
tio; non autem qualitas infirmitatis intelli-
gitur repetita in omnibus ſcolaribus ſub
regula poſitis.
27 Eſt etiam falſa prorſus, & contra com-
munia dogmata altera illatio *nu. 5.* non eſſe
neceſſariam declarationem domini directi,
vbi liuellarius cadit ipſo iure, imò eſſe ne-
ceſſariã vna cum ſententia facti ſupra abũ-
28 dè probaui, licet † non inficier reſultare hu-
iuſmodi declarationem, quando dominus
alium inueſtiret de bonis vti per caducita-
tem ad eum deuolutis, vt in caſu ſuo ſuppo-
nit *Bero. d. nu. 5.* quod non contingit in caſu
noſtro: Vlterius tollitur omnis difficultas ex
verbis pacti noſtri ſupra à me ponderatis,
quæ fortè vel non fuere conſiderata à *Bero.*
vel non aderant in pacto ſuo, quod fuiſ-
ſe à noſtro diuerſum, ex eo vel max mè cõ-
ſtat, quia cauebatur in illo, cõductorem ca-
dere ipſo iure, vt legitur in princ. conſilij, &
in noſtro ſimpliciter legitur, vt conductores
cadant.
Falſis exiſtentibus his illationibus, falſa
ẽt redduntur illa, quæ ex illis deducit ipſe
Bero. à nu. 7. ad 10. quæ contra nos ponde-
rantur, ſcilicet, quod ſicut à principio non
poterat Archiepiſcopus conſentire alıena-
tioni, Ita nec potuit confirmare alienationẽ
iam factam, vel remittere caducitatem, &
quod, cum non requiratur declaratio ad ca-
ducitatem, eſt ipſo iure acquiſitũ ius eccle-
ſiæ, in quo iure quæſito non poteſt prælatus
præiudicare eccleſiæ. Etenim ius eſt acqui-
ſitũ declarante prælato, & ita reuocabiliter
egregiè *Burſat. cõſ. 143. n. 63. in 2.* Alia quę
poſtea ſcripſit *Bero. à n. 10. vſq; ad finẽ conſi-
lij* de licẽtia alienãdi cõceſſa, & de inueſti-
tura excedente normã inueſtiẽdi ipſius ec-
cleſię non ſunt examinãda, quia nihil ad caſum
ſum noſtrum conferunt.
29 Altera eſt principalis difficultas, non li-
cere Illuſtriſs. Co. Rouerello vendicare rẽ,
ad cuius euictionem tenetur vti hæres Illu-
ſtriſs. Co. Hieronymi authoris aduerſario-
rem *ad l. cum à matre C. de rei vendicat. l.
vendicantem ff. de euict.*
30 Cui tamen difficultati poteſt reſponderi,
in liuello nõ hæreditario non ſecuta aliena-
tione in præiuditium vocati ad ipſum liuel-
lum alio titulo, quam hæreditario non pro-
cedere regulam *l. cum à matre* ex eo, quod
non licet vni vocato ex facto ſuo impedire,
quo minus alter ſuccedat, qui à lege, vel alia
diſpoſitione erat vocatus, & in ſumma eum
defraudare vocatione ſua, imò tale factum
cenſetur factum in fraudem, & præiudicium
vocati, hoc reſpectu erit inualidum, & non
erit ab hærede probandum, his rationibus
in feudis, inueſtituris emphiteuticarijs, & ſi-
milibus tenent *Paul. de Caſt. conſ. 197. &
conſ. 448. nu 3. in 2. Bal. conſ. 215 ſub num.
1. verſ. (tertio reſpondetur) in 2. Iaſ. conſ. 7.
col. 7. verſ. (nõ obſtat ſi diceretur) & conſ. 50.
nu.*

col.5.verſ.(nec obſtat)in 3.Cranet.cõſ. 200. *num.7.Decian.conſ.*117.*n.*36.*Cacher.cõſ.* 30.*nu.*9.*&* 10.*& in deciſ. Pedemont.*73.*nu.* 5.*Rim. iun. conſ.*18. *num.* 165.*in* 1. Nec
31 hoc principium difficultatis habet, vbi factum eſt inuentarium, vt poſt multos ſcripſi *Thob.Non.conſ.*2.*n.*13.*&* 14. *Grãmat. deciſ.*93.*num.*10. Non obſtante, quod inuẽtarium non proſit, quantum eſt in hæreditate, quia intelligitur, quod non proſit, i. a. vt hæres teneatur ad damna, & intereſſe, quæ pateretur ille, à quo res auocaretur, quatenus hæreditas ferre poteſt, nõ tamen, quin reuocari poſſit alienatio illegitimè facta: Comes enim vti ipſe tentat reſcindere alienationem, & vti hæres tenebitur eam approbare reſpectu intereſſe partis, licet
32 enim ex repræſentatione diuerſarum perſonarum actum approbare, & improbare §.
33 *pen. Inſtit.de inoffic.teſt.* & † maximè, quia bona hęc liuellaria ſunt talia, ad quæ Illuſtriſs. Co. habet probabilẽ affectionẽ, vti ea, de quibus antiquitus fuere inueſtiti eius Illuſtriſs. Progenitores, & vti ea, quæ habuerunt ab Illuſtriſs. Archiepiſcopo familiæ ſuæ, quæ affectionem manifeſtè arguũt. *Alberic.in l.fin.§.in cõputatatione col.pen.verſ. (ſi antẽ emptori) C. de iure delib.* ſequitur *Gabr. conſ.*125 *ſub num.*12.*in* 1. Nec his obſtat, quod his bonis, de quibus agitur, non fuerit annexa dignitas, quia *Alberic & Gabr.* conſiderant affectionem, quia res fuerat maiorũ ex *l.ſi in emptionẽ ff.de minor.* Nanq; *Alberic.* traditionẽ peregrinam appellat *Molina de Primogen. Hiſpan.lib.*4 *c.*1.*ſub num.* 29.*verſ.(nec in hac)* & licet videatur ab ea recedere, nullum tamen allegat, qui illi cõtradicat, imò apertè fatetur, eam æquitati inniti, ex quo ſequitur, vt in noſtro iudicio terminando ſola facti veritate inſpecta ſit omninò probanda *C ar.§.emphiteoſis q.*13. *verſ.(ſed quid)in fin.* conferũt, quæ de clauſula *ſola facti veritate inſpecta* ſcripſit *Cacher.deciſ.Pedemont.*1. Imò traditio *Alberic.* videtur conuenire etiam regulis iuris, quia conueniunt omnes, inuentarium efficere, vt hæres ex additione nullum damnum patia-
34 tur, ſed † amiſſio rei, in qua quis habeat affectionem, quia fuerit maiorũ ſuorum, affert damnum in iure conſiderabile *d. l.ſi in emptionẽ ff.de minor.* ideo conuenit, vt per inuẽtariũ huic damno occurratur, cui non aliter occurri poteſt, quam facta rei reuocatione ſine damno emptoris.

Sed in re hac omnis ceſſat difficultas, quia mihi ſupponitur probatum, bona omnia, quæ per mortem Co. Hieronymi obuenerunt Comiti Rouerello, fuiſſe ſubiecta fideicommiſſis maiorum ſuorum, & ipſum Co. Hieronymum alienaſſe pro ſua legitima, quo caſu inuentarium non impediet vẽ-
35 dicationem rei, de qua agitur, ſit modo prętendũt aduerſarij, non fuiſſe alienatum pro integra legitima, vel non fuiſſe patefacta omnia bona Co. Hieronymi, partes eorum erunt id probare vti fundamentum duplicationis eorum iuxta *gl.* notabilem *in l.cum de lege ff.de probat. Curt ſen.conſ.*27.*ſub nu.* 17. Ita in omnibus ſupraſcriptis iuris eſſe arbitror ſaluo ſaniori iudicio.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME

Defenditur alienatio in emphiteuſim facta de bonis eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *ALienatio bonorum Eccleſiæ facta ſine cauſa cognitione eſt nulla.*

*breuitas autem temporis indicat non interueniſſe cauſa cognitionem nu.*2.

*Quæ breuitas non caret ſuſpitione fraudis num.*3.

*Hoc tamen intelligitur in iudice, qui procedit in forma iudicij nu.*11. *&* 18

Non autem in eo, qui non procedit via iudiciaria nu. 12.

*Prout Commiſſarius in alienatione bonorum Eccleſiæ nu.*14.

*Et celeritas in iudice, quando eſt inſtructus non nocet, ſed eſt laudãda nu.*13.*&* 15.

*Nec breuitas temporis officit, quando partes præſentes ſunt, & non cõtradicũt nu.*16.

*Et multò magis, quando expreſsè conſentiũt num.*17.

Secundo eſt nulla alienatio bonorum Eccleſiæ facta ſine cauſa nu. 4.

*Præſumitur tamen adeſſe cauſam vtilitatis, quando Iudex id declarauit nu.*8. *&* 19.

*Et quod adſit vtilitas, vel læſio arguitur ex antecedentibus locationibus nu.*9.

Tertio eſt nulla, quando fit in conſanguineũ nu 5.

*Quia conſanguinitas inducit præſumptionẽ læſionis Eccleſiæ nu.*6.

*Contra nu.*22.

7 *Legati* / *Vicelegati* } *Bononiæ poſſunt cõced re licentiã alienãdi bona Eccleſiaſtica.*

10 *Re-*

11 *Rectores Eccleſiarum non ſolent meliorare*
bona Eccleſiæ.
10 *Cõtractus Eccleſiæ ex temporis curſu factus*
læſiuus non fuit nullus à principio.
Sedad ſummum venit emendandas nu. 10.

RESPONSVM CVII.

Ne auferas Domine de ore meo verbum
veritatis.

ALienatio in emphitenſim
bonorum pertinentium
ad eccleſiam S. Michaelis
Maſſæ ex tribus potiſſimũ
cauſis nulla videtur.
1 Primo, quia iudex cõ-
miſſarius, qui decernere debebat aliena-
tionem cedere in vtilitatem eccleſiæ, in de-
cernendo nullam adhibuit cauſæ cognitio-
nẽ, ergo alienatio inualida *c. ſi ne exceptione*
12. q. 2. & ibi Laurent. de Rodulf. nu. 53.
2 *post Archidiac.* quem allegat; *Fed. de Senis*
conſ. 37. & 261. latè *Redoan. de reb. eccleſ.*
non alien. q. 23. per totam illam quæſt. quod
vero non interuenerit cauſæ cognitio id in-
dicat temporis breuitas *Bar. in l. prolatam*
C. de ſentent. & interlocut. Calderin. conſ.
vlt. de re iudicat. Dec. in c. eccleſia S. Mariæ
col. 9 ſub nu. 23. de conſtitut. cum alijs cita-
tis *à Gabr. lib. 2. concl. tit. de ſentent. concluſ.*
5. nu. 34 Put. deciſ. 344. lib. 1. Redoan. d. q.
3 *23. nu. 68. & 69.* addens† celeritatem in a-
ctu non carere ſuſpitione fraudis allegando
not. *in l. ſi ventri §. corũ ff. de priuileg. credit.*
4 Secundo in alienatione rei eccleſiæ o-
portet, vt adſit cauſa alienandi, quę eſt vel
neceſſitatis, vtilitatis, pietatis, vel incom-
moditatis *Rebuf. in comment. alienat. rerum*
eccleſ. nu. 9. Redoan. de rebus eccleſ. non aliẽ.
q. 19. in princ. In caſu noſtro non conſtat de
aliqua eccleſiæ neceſſitate, non conſtat bo-
na alienata valde ipſi eccleſiæ fuiſſe incõ-
moda, intuitu pietatis non fuere alienata,
non conſtat de vtilitate, ſed potius de dam-
no eccleſiæ ex eo, quod conducens quo-
dammodo pœnitẽtia ductus agnoſcens er-
rorem ſuum de anno 1564. vt ipſe ait, pro
facienda conditione eccleſiæ meliori, pro
exoneratione ſuæ conſcientiæ, vbi poſſet
dici eccleſiam fuiſſe læſam, & ad maiorem
alienationis validitatem auxit canonem ab
aureis duodecim, vſque ad aureos viginti.
5 Tertio, & vltimo inualida prorſus vide-
tur hæc alienatio, vti facta ad commodum
fratris ipſius Rectoris *§. hoc verò verſ. (œco-*
nomis) Auth. de alien. & emphit. §. Deo autẽ
vbi gl. in verbo (perſonis) in Auth. de ſanctiſs.
epiſcop. Bal. Paul. & alij in auth. quibuſcũq;
6 *C. de ſacroſanct. eccl.* conſanguinitas† enim
facilè præſumptionem, ſi non doli, & frau-
dis, ſaltem læſionis, & maioris clerici affe-
ctionis ad ſanguine coniunctos, quam ad
eccleſiam ſuam *Redoan. de rebus eccleſ. non*
alien. q. 54. nu. 7. cum ſeq. & maximè id vi-
detur procedere in fratre in proximo gra-
du, hoc eſt ſecundo, coniuncto, qui dicitur
frater, quaſi ferè alter.
His tamen non obſtantibus, ſuppoſito,
quod Reuerendiſs. Viceleg. Bonon. habue-
rit authoritatem cõcedendi licentiam de-
ueniendi ad alienationem bonorum eccle-
7 ſiaſticorum, vt† regulariter habent Legati,
& Vicelegati noſtrę ciuitatis *Dec. conſ. 341.*
viſo puncto ſub nu. 12. Bero. conſ. 85. ſub nu.
5. & conſ. 88. nu. 16 in 1. Hipp. Rimin. conſ.
713. in 6. puto alienationem, de qua agitur
8 defendi poſſe, ea potiſſimum ratione, quod
cum per ſentẽtiam latam à iudice commiſ-
ſario declaratum fuerit, alienationem ten-
dere in euidentem vtilitatem eccleſiæ, ita
præſumitur, nec eſt, quod ſub prætextu læ-
ſionis Rector eccleſię tentet retractare alie-
nationẽ factã, vt ex *Abb. conſ. 41 in 1. Alex.*
conſ. 79. nu. 18. in 1. Dec. conſ. 242. Capic.
deciſ. 16. & alijs firmat *Rota* videnda *in no-*
uiſſ. deciſ. 479. in 1. p. Dec. d. conſ. 341. n. 12.
De ſolemnitate etenim ſatis conſtat, ſuppo-
ſita, vt dixi, authoritate Reuerendiſs. Vice-
legati, de cauſa etiam vtilitatis euidentis
apparet ex teſtibus, qui mediante iuramẽto
deponunt, id tendere in vtilitatem eccleſiæ
ratione euidenti, quod prius hęc terrena lo-
cata erant ad breue tẽpus, & ita cũ obliga-
tione remiſſionis mercedis, quæ de iure fiẽ-
da eſt à locatore cõductori aureis decem, &
quandoque vndecim, vt ſecundus teſtis de-
9 ponit, & prior locatio benè poteſt arguere
an adſit vtilitas, vel læſio eccleſiæ *Rota in*
nouiſſ. deciſione 65. in 2. parte: præterea de-
ponunt de malo ſtatu terrenorum, & quod
10 bonificatione egebant, quæ† à communiter
accidentibus non ſolet fieri à Rectoribus
eccleſię, qui ad poſteros bona tranſmittere
non poſſunt, vel quia non poſſunt ob tenues
eccleſiæ redditus, vel quia nollũt *Felin. cõſ*
42. ſub nu. 6. verſ. (quinto moueor)
Nec adducta in contrarium quicquam
11 obſtant, nam † ad illud, quod dictum fuit
de breuitate temporis, quæ reddit ſenten-

Digitized by Google

tiam nullam, reſpõdetur primò, quod illud
procedit tantùm in iudice procedente in
forma iudicij, tunc, quia breuitas tempo-
ris arguit, iudicem nõ potuiſſe videre acta,
ſententia præſumitur lata non viſis actis, &
nulla dicitur, ita procedit traditio *Bar in d.*
12 *l. prolatam.* Cæterum, † vbi non proceditur
via iudiciaria, nõ eſt, quod breuitas tempo-
ris attendatur, ſed ſolum ſpectandum eſt, an
in eo breui tempore potuerit iudex com-
miſſarius habere cognitionem eius, quod
intelligere debebat *Franc. in c. dilecto num.*
159. de appellat. Dec. in c. Eccleſia S. Ma-
ria ſub nu. 23. verſ. (& concluſio Bar.) de con-
13 *ſtit.* quando † enim iudex iam eſt inſtructus,
non nocet, quod celeriter expediat, ſed po-
tius iſtud eſt in eo laudandum *Paris conſ.*
79. num. 12. in 1. Bal. conſ. 304. nu. 3. in
3. Alex conſ. 213. nu. 3 in 7. Aym. conſ. 179.
num. 1. alios allegat *Gabr. lib. 2. concl. tit. de*
ſenten. concl. 5. ſub nu. 34. verſ. (contrarium
14 *quod,* nos † ſumus in commiſſario iudice, qui
non procedit in forma iudicij *Abb. in conſ.*
41. col. 3. verſ. (ex quibus) in 1. Rebuf. in com-
pend. alien. rerum eccleſ. nu. 14. ſentit *Lau-*
rent. de Rodulf. in c. fine exceptione num. 65.
12. q. 2. ideò breuitas non nocebit, maximè
quia narratũ fuerat in literis ſupplicatorijs,
quod tenderet in euidentẽ vtilitatem eccle-
ſiæ, quod ad longum tempus bona locaren-
tur pro canone duodecim aureorum, & Re-
uerendiſs. Vicelegatus commiſerat iudici
commiſſario, vt de eo tantum caperet infor-
mationem, an id tenderet in eccleſię vtilita-
tem, ad quod non erat neceſſe, vt ipſe iudex
accederet in rem præſentem, nec quod ha-
beret tractatum, & examinaret, an adeſſet
cauſa, quia terminos ſuæ commiſſionis e-
greſſus fuiſſet; ſed ſatis erat, quod ab habẽ-
tibus notitiam reddituum eccleſiaſticorum
informatus eſſet iudex de eccleſiæ vtilita-
te, quam informationem benè in vna die
15 potuit habere, ideò † celeritas, & breuitas
temporis non nocebit, vt in puncto decidit
Rota in nouiſſimis d. deciſione 479. num. 3.
par. 1.

Nec obſtat ſecũdo hæc temporis breui-
16 tas, quia † illa non nocet, quãdo partes præ-
ſentes ſunt, & non contradicunt *Lap. allegat.*
17 *27.* de † quo nõ eſt dubitandũ, quando par-
tes nedum non contradicunt, ſed etiam ex-
preſsè conſentiunt *Franc. in d. c. dilecto ſub*
num. 160. de appellat. & in caſu noſtro præ-
ſentes fuerunt procurator rectoris, & cõdu-
ctor, nullus eorum contradixit, ſed vterque
ſententiam acceptauit, ergo &c. Nec reſi-
ſtunt ea, quæ ſcripſit *Redoan.* de breuitate tẽ-
18 poris *d. q. 23. num. 66.* quia † ipſe fatetur *ſub*
nu. 73. ea procedere, quando commiſſarius
procederet, vti iudex, ſecus verò, quãdo ha-
beret ſimplicem commiſsionem ſe infor-
mandi, quia ſatis eſt, quod potuerit illo bre-
ui tempore capere inſtructionem de nego-
tio ei commiſſo, & allegat *Abb. in d. cõſ. 41.*
Imò ſubiungit, quod in dubio ſemper præ-
ſumitur commiſsarius functus officio ſuo,
cum tractetur de intereſſe animæ ſuæ, quæ
omnia benè ad caſum noſtrum conferunt.

19 Non obſtat, quod non adſit cauſa, quia
imò de cauſa vtilitatis ex ſententia ſubſecu-
ta conſtat ad *Rot. deciſ. 479. in 1. parte,* nec
ex eo, quod poſtea fecit conductor augẽdo
canonem, conſtat de læſione, quia lęſionem
ipſe non fatetur, ſed ait, id ſtudere, vt con-
ductionem eccleſiæ meliorem redderet, &
vbi in aliquo poſſet dici eccleſia læſa, & re-
periretur in aliquo læſa ſua conſcientia ad
maius robur contractus, ita ad maiorem, &
abundantem cautelã fit illud augmentum:
Non enim fatetur læſionem, ſed vult in tuto
ambulare, & propterea ad tollendũ omne
conſcientię ſcrupulum illud augmentum
facit: In ſumma apparet, omnia eſſe facta ad
abundantem cautelam, quæ vt eſt notiſsimi
iuris non ſolent nocere *iuribus vulg.* Poteſt
enim dari caſus, quo tempore celebrati cõ-
tractus vtile fuerit locare pro affictu aureo-
rum duodecim, & quod ex progreſſu tem-
poris ob augmentum valoris redditu um ex
condecentia quadam ſit contractus validus
reducendus ad maiorem eccleſiæ vtilitatẽ,
20 quod † non facit, vt contractus à principio
ſit nullus, ſed validus; emendandus tamen
ob temporis curſum, conferunt tradita à
Theſaur. deciſ. Pedemont. 239. 214. & in
puncto *deciſ. 226.* fuit hęc ratio augendi, nõ
autem fatetur conductor aliquod damnum
eccleſiæ, licet dicat id facere, ne fortè poſ-
21 ſet dici de eccleſiæ damno, & † quod ſuffi-
ciat, quod à principio contractus reputetur
vtilis eccleſiæ, licet ex progreſſu temporis
ob rerum viciſſitudinem cõtrarium appare-
ret tenet *gl. in c. ad noſtram in verbo (enor-*
me) de rebus eccleſ. non alien. Butr. Abb. &
Imola in c. cum apoſtolica de his, quæ fiunt à
prælato ſine conſ. capit. Butr. in c. 1. num. 19.
de in integ. reſt. Fel. in c. quæ in eccleſiarum
ſub nu. 1. de conſtitut. Nat. conſ. 441. nu. 25.
in 2. Bero. ex communi conſ. 88. ſub nu. 39.
verſ. (non obſtat ſextum) & nu. 40. in 1.

Id

22 Illud verò, quod additum fuit de cõſanguinitate, verè nihil obſtat, quia conſanguinei ſeruatis ſeruandis bona eccleſiæ, poſſe alienari, nec ſolam conſanguinitatem arguere n[illegible] fraudem tenent *Bar. in auth. quibuſcunque C. de ſacroſanct. eccleſ. Alb. à conſ. 41. nu. 3. Zabar. conſ. 34 in fine Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumptione 29. ſub num. 3. Menoch. conſ. 79 nu. 19. in 1. præſumpt. 54. in 3. Redoan.* ex communi *de rebus eccleſ. nõ alien. q. 54. per tot.* & in ſpetie *nu. 35. & 41.* Quare intrepidè concludo, non eſſe quod dubitetur de validitate huius emphiteuſis; ſaluo tamen iudicio cuiuſlibet rectius ſentientis.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Mulier debet dotari in bonis patris, quamuis fuerit dotata à patruo, & matre, potestq; petere tertiam partem bonorum ex defectu dotationis, de qua in ſtatuto Mediolani.

Impugnantur actus, qui adducebantur ad probandam hæreditatis aditionem.

De fide, ac validitate priuilegij latiſſimè agitur.

SVMMARIVM.

2 *Pater tenetur dotare filiam etiam nuptam.*

Et quamuis diues ſit nu. 3. & 4.

Et renunciauerit ſucceſſioni paternæ n. 5.

Dotataq; fuerit ab alio, ſed nõ in bonis patris nu 6. & ſeqq.

Quia etiam debet dotari in bonis patris num. 1.

Et cõgruè ſecundum tempus mortis eiuſdem patris nu. 13.

7 *Dotare intelligitur, qui non obligatus dotat.*

8 *Intellectus* ſtatuti Mediolanenſis c. 283. *& num. 9.*

9 *Verba* quoad hoc & non aliter *excludunt caſus non expreſſos.*

10 *Præſcriptio non habet locum contra minorem.*

Etiam inducta per ſtatutum nu 11. & 12.

Cum illud interpretetur ſecundum ius commune nu. 12.

14 *Qui tenetur dotare, non eſt in mora ante interpellationem.*

Secus, ſi adſit dies, qui ſeruit pro interpellatione nu. 15.

17 *Hæreditas non adita non tranſmittitur.*

Quia aditio eſt facti, quæ ideò non præſumitur, ſed eſt probanda nu. 18.

Et quæ non inducitur verbis volo adire *num. 19.*

Præſertim ſtante obſeruantia in contrarium nu. 44. & ſeqq.

Aliqui tamẽ tenent, ex huiuſmodi verbis induci aditionem nu. 20.

Nec inducitur ex quibuſuis actibus, quando præcedit proteſtatio, quod nolit adire nu. 21.

Etiam ſi proteſtatio ſit ſecreta nu. 23.

Neque aditio arguitur ex factis dubijs n. 28.

Nec ex verbis dubijs nu. 29.

Et idò non inducitur ex poſſeſſione, quæ poteſt haberi alio titulo, quam pro hærede nu. 31.

Neque ex poſſeſſione bonorum communium inter defunctum, & hæredem nu 32.

Verba enunciatiua aditionis de præterito operantur ſolum circa actum, ſuper quo proferuntur nu. 30.

Aditio pro parte non valet n. 27.

25 *Obſeruantia virtus eſt tollere omnem dubitationem.*

Et declarare, qualis fuerit animus in præcedentibus nu. 26.

33 *Statutum Mediolani* nulla mulier in e. collegijs *ſecundum aliquos eſt inualidum & nu. 67.*

In cauſis tamen, quæ Mediolani agitantur de eius validitate non dubitatur nu. 34.

Procedit ſolũ in muliere, quæ ex ſe, nõ ad nutum parentum, vel propinquorum nupſit nu. 33.

Ex dicto ſtatuto *non prohibentur mulieres Mediolanenſes nubere ciuibus ex priuilegio, nec originarijs, quamuis longiſſimo tẽpore alibi habitauerint n. 35.*

Ciues enim ex priuilegio verè ſunt ciues num. 36.

37 *Ciues nõ ſolum origo, ſed etiam adoptio facit.*

38 *Priuilegium Principis licet non ſubſcriptum valet, dummodo ſit munitum eius ſigillo.*

39 *Curator inuitis adultis non datur.*

40 *Princeps minor poteſt concedere priuilegium ciuilitatis nobiliſſimis viris ſine curatore.*

Quia hoc illi fauorabile eſt nu. 41.

Et in fauorabilibus minor habetur pro maiore num. 42.

43 *Lex dat formam futuris non præteritis.*

44 *Clauſula* ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, ſupplentes *tollunt omnia contraria.*

Et ſecundum aliquos leues ſufficiunt n.3.

Coniectura eſt, quando alienans remanet in poſſeſſione rei alienatæ n.1.

Fallit in cenſu, in quo ex ſui natura alienãs remanet in poſſeſſione rei cenſuatæ nu.9.

4 *Alienationes ſimulatæ ſunt propria ceſſantium.*

5 Statuta fori Mercatorum Bononiæ c.71. & 72. *reprobãt contractus factos à ceſſãtibus infra annum ante ceſſationem præſumenda eos ſimulatos.*

Et eſt præſumptio Iuris, & de iure nu.6.

Sed contra, quod ſtatuta hæc non habeant locũ, quando eſt probatum, precium rei venditæ conuerſum fuiſſe in ſatisfactionem eorum, qui erant veri creditores num.7. & 10.

Quia ſtatuta, quibus cauetur, vt actus præſumantur ſimulati ceſſant conſtito de veritate rei geſtæ nu. 15.

De intellectu dicti Statuti *nu.11. & ſeq.*

6 *Probatio non datur contra præſumptionem Iuris, & de iure.*

Fallit, quando probatur per euidentiam rei nu.16.

8 *Inſtrumenta præſumuntur ſine fictione, & fraude.*

12 *Prohæmium ſtatuti oſtendit mentem ſtatuentis.*

13 *Neceſſitas tollit ſuſpicionem fraudis.*

14 *Dictio* Item *denotat continuationem ſermonis.*

17 *Fideiuſſor non obligatur, quando contractus eſt nullus fauore contrahentium; ſecus ſi fauore illorum creditorum.*

RESPONSVM CV.

Qui via, & veritas eſt dirigat me in viam veritatis.

COnſultus vt pro veritate iuris reſpondeã, an ceſſatio, & fuga fratrum de Zauaglijs noceat impoſitioni cẽſus, & eius emptioni factæ ad commodum Mag. D. Herculani de Puſterlis paulò ante d. fugam. Videbatur mihi prima facie eſſe, quod
1 de eius validitate dubitetur, quia, † cũ bona cenſuata reperiantur poſſeſſa à dictis fratribus, fueritq; contractus paucis menſibus celebratus ante fugam, oriri videbatur ſatis clara præſumptio ſimulationis in fraudẽ creditorum dictorum fratrum *Bart. in l. ſicut*
§. ſupernacuum n. 5. ff. quibus mod. pign. vel hyp. ſolu. Cepol. de ſimulat. contract. 24. præſumpt. nu. 76 Afflict. in c. 1. in princ. nu 25. de feud. dat. in vic. leg. commiſ. in 1. lib. feud. Bar. in l. poſt contractum num 8. ff. de donat. cum alijs, de quibus per *Bec. conſ. 52. num.*
2 *63. & ſeq.* Non tenim eſt dubitandum, quin coniecturis, & præſumptionibus probetur ſimulatio *Bal. conſ. 311. n. 12. in 5. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 247. & præſumpt. 122. nu. 5. in 3. Maſcard. de probat. concluſ.*
3 *438. n. 7. in* 1. Imò † ſunt, qui ſentiunt leues coniecturas, & præſumptiones ſufficere, vt videri poteſt apud *Maſcard. & Menoch. ſupra allegat. & Oddum conſ. 100. num. 3. &*
4 *4.* Magis, quia † iſtæ fictitiæ alienationes in fraudem creditorum ſunt propriæ ceſſantium. *Stracha de decoctoribus in 3. parte num. 29.*

5 Et hoc omni prorſus dubitatione carere videtur ob *ſtatutũ fori Mercatorum Rub. 71. & 72.* quod primo diſponit, contractus vẽditionum intelligi, & iudicari ſimulatos, & in fraudem creditorum factos, vbi contingat, eos factos eſſe infra annum ante ceſſationem, & venditor poſſideat tempore ceſſationis; ſecundo verò largius diſponit quancunq; alienationem ex quocunq; titulo factam infra dictum tempus intelligi fictitiam, & ſimulatam, proceditq; hoc ſtatutum, etiam quòd ceſſans venditor non poſſideat, cùm indiſtinctè loquatur; proceduntq; dicta ſtatuta vlterius diſponendo non ſufficere emptori oſtendere ſolemne emptionis, & acquiſitionis inſtrumentum: quibus conſequens eſſe videtur, vt non ſuffragetur D. Herculano oſtendere ſolemne inſtrumentũ acquiſitionis cenſus, cum fuerit tempore conſiderato à ſtatuto celebratum.

6 Et cũ hæc ſtatuta non ſimpliciter præſumant inſtrumenta, & contractus ſimulatos, ſed etiã vlterius procedant eos annullando, oriri videtur præſumptio iuris, & de iure nõ admittens probationẽ in cõtrarium *gloſ. in l. fin. in princ. in verbo (præſumptioni) ff. de eo quod met. cauſ. in c. verum 50. diſtinct.* optimè *Curt. iun. conſ. 2. n. 5.*

7 His tamen minimè repugnantibus, cum primum iuſtificatum fuerit, pretium cenſus cõuerſum realiter, & verè fuiſſe in ſatiſfactionem eorum, qui erant veri, & reales creditores fratrum de Zauaglijs, intrepidè cenſeo, cenſus acquiſitionem iure ſuſtineri.

Et primo quidem id vel maximè facit, quod fundata eſt intentio producentis ſolem-

Digitized by Google

8 lemne inſtrumentum, vt † illud veritatem
contineat, & careat omni labe fictionis,
fraudis, & deceptionis *Bal. in c. 1. §. ſi inſtru-
mentum nu. 2. de not. feud. Dec. conſ. 36. pro
tenui facultate nu. 6. Maſcard. de probat. cō-
cluſ. 448. in 1.*

9 Nec allegatæ coniecturæ ſimulationis
quicquam faciunt, quia illa fundata in
poſſeſſione venditorum tollitur ex natu-
ra contractus, quæ poſtulat, vt venditor
remaneat in poſſeſſione rei, ſuper qua
cenſum impoſuit, & ex clauſula conſtituti,
de qua in inſtrumento *Affl. in d. c. 1. de
feud. dat. in vic. leg. commiſſor. in princ. nu.
26. & 28.* oritur enim ex poſſeſſione ven-
ditoris ſiniſtra ſuſpicio, quia nec conſuetū,
nec veriſimile eſt, quod emptor permittat
venditorem remanere in poſſeſſione, quæ
inueriſimilitudo ceſſat in cenſu.

10 Sed, & qualibet coniectura arguens ſi-
mulationē ceſſat probato, quod realiter cē-
ſus fuerit acquiſitus, & eius pretium cōuer-
ſum fuerit in extinctionē realis debiti fra-
trum venditorum cenſus *Io de Amic. conſ.
44. nu. 9. & conſ. 26. nu. 6. Magon. deciſ. Flo-
rent. 77. nu. 16.* allegant *l. ei qui in fine C. de
diſtract. pignor. Veral. deciſ. 163. ſub nu. 11.
Alba conſ. 97. nu. 31. Sfort. Od. d. conſ. 100.
nu. 37.*

11 Nec obſtant allegata ſtatuta, quia inten-
tio ſtatuentium eſt reijcere illas alienatio-
nes, quæ ea ratione poſſent eſſe factæ, ne
creditores occuparent aliqua bona debito-
ris ceſſantis; ſcilicet, quia aliquis communi-
cando fraudem cum ceſſante fingeret ſe
emere, vel fingeret ſe creditorem, & fictè in
ſolutum acciperet; non improbant autem
ſtatuta alienationes bona fide factas, in
quibus acquirens non eſt intentionis, vt no-
ceat creditoribus, ſed vt ſibi tantùm pro-
ficiat, qualis eſt alienatio, de qua agitur:
12 Quod † ego colligo primo ex prohæmio ſta-
tuti ſub *Rub. 71.* denotans mentem finalem
ſtatuentium *l. fin. ff. de hered. inſtit. cum
vulgar.* dicitur enim *per obuiare, che le ma-
litie, & fraudi non ſi poſſino commettere per
alcuno, che voleſſe difendere i beni di quel
ceſſante, come ſoi prouediamo &c.* inſtitu-
tum ergo ſtatuentium fuit illas reijcere em-
ptiones, ex quibus poterat dubitari, quod
emptores id fecerint, vt ceſſantibus rem
gratam facerent, bona eorum vti propria
defendendo, quæ ceſſant in hoc caſu, in
quo conſtat de vero credito eorum, qui-
bus ex pretio venditionis cenſus erat ſatiſ-
faciendum, & de cauſa neceſſaria, & vrgen-
ti, ob quam facta fuit alienatio, neceſſitas
13 enim tollit omnem fraudis ſuſpicionem
*l. non ſolum §. 1. ff. de alien. iud. mut. cauſ.
fact.* & per hunc *tex. Menoch. lib. 2. de arbit.
iud. caſ. 182. nu. 28.* Ita ceſſante ratione finali,
& ſtatuti diſpoſitio ceſſabit, plura poſſem
cumulare de his, quæ colligi poſſunt ex
prohæmio ſtatutorum, quæ data opera vti
omnibus notiſſima omitto, & videri poſ-
ſunt apud *Barbat. conſ. 21. nu. 1.*

Et ſi diceretur, hanc rationem fuiſſe cō-
ſideratam à ſtatuentibus in ſtatuto ſub *Rub.
71.* non autem à ſtatuto ſub *Rub. 72.* Repli-
carem, imò fuiſſe etiam conſideratam in
alio ſtatuto, in quo ſtatuentes continuant
14 eandem diſpoſitionem, & ita ſub eadem
ratione, vt † oſtendit illa dictio *item*, poſita
in princ. ibi *(item dichiariamo, & prouediamo &c.)* *l. item ff. de conſtit. pec. l. qui vinum
§. cui verſ. (item) ff. de vin. trit. & oleo legat.*
cum alijs ſimilibus copioſè citatis ab *Albe-
rico in dictionario in verbo (item.)*

Secundo colligo ex alio, hanc in vtroq;
ſtatuto fuiſſe ſtatuentium mentem, quia licet
declarēt, alienationes infra illud memoratū
tempus ſimulatas, & fictitias reputari, reſer-
uant tamen acquirenti facultatem proban-
di, & iuſtificandi veritatem in contrarium
præter inſtrumentū acquiſitionis ſub *Rub.
71. in verſ. (ſaluo ſe'l detto compratore)* & in
Rub. ſeqq. ibi *non apparendo altra proua,
che giuſtificaſſe &c.*

15 Et † in puncto, quod conſtito de veritate
rei geſtæ ceſſent ſtatuta, quibus cauetur, vt
actus præſumātur ſimulati, tenet *Alex. Ran-
denſ. conſ. 51. ſub nu. 24. verſ. (in conſimili-
bus) lib. 1.*

Imò ſi diligenter conſideretur illa pars
ſtatuti, quæ ad rem hanc facit, quæ ſcilicet
loquitur, quando comparet aliquis, qui di-
cit ſe habere aliqua iura in bonis à ceſſan-
te poſſeſſis, vt in propoſito D. Herculanus
allegat habere ius exigēdi cenſum in bonis
ceſſantium ſub *d. Rub. 71 verſ. (& ſimilmen-
te)* habet ſtatutum hæc verba *& che à buo-
na fede ſi veda la verità, & con il conſeglio
di detti &c.* ſi iuxta bonam fidem, hoc
eſſe reiectis apicibus iuris, & omni rigo-
re, eſt ipſa veritas cognoſcenda, & ſecun-
dum eam pronunciandum, in caſu noſtro
conſtat verè de debito, & de cauſa neceſſa-
ria, ob quam cenſus conſtitutus fuit; iuxta
igitur hanc veritatem erit pronunciandum
pro acquiſitione, quod ſit rectè facta, & nō
ſimu-

ſimulatè, & fictitiè.

Et ex hoc, quod ſtatutum admittit probationem contrariam, conſtat, quod præſũptio non eſt iuris, & de iure, ita vt nõ obſtet dictũ ſupra, quod aduerſus eã nõ detur pro-
16 batio: prçterquam † quod etiam dici poteſt, quod per rei euidentiam aduerſus hanc præſumptionem probari poteſt *Menoch. lib. 1. præſumpt. q. 67. Randenſ. d. conſ. 51. nu. 25.*

Ex his concludo, nihil eſſe, quod obſtet acquiſitioni cẽſus. Propterea non eſt, quod immorer in eo, an fideiuſſor obligatus ſit,
17 quem † tamen dicerem eſſe obligatum, vbi acquiſitio eſſet per ſtatutum effecta nulla, nam ea, quæ de nullitate contractus fauore minoris, aut mulieris ſcribunt *Alex. conſ. 66. & conſ. 109. num. 8. in 4. Iaſ conſ. 133. nu. 18. & ſeq. in 4. Ronchegal. ad l. reos in princ. nu. 25. & ſeq ff. de duobus reis Laurent. à Pin. conſ. 71. & Sfort. Oda. conſ. 41.* benè procedũt, quia in illis caſibus nulla in perſona minoris, vel mulieris naſcitur obligatio, cui fideiuſſor accedere poſſit reſiſtẽre iure communi, vel municipali, cui fieret fraus, ſi fideiuſſor obligaretur. vt benè citati *Doct.* conſiderant, At ſecus eſſet in caſu noſtro, in quo non redditur nullus actus fauore contrahentis, ſed fauore creditorũ, ideo Zauaglij benè eſſent obligati emptori cenſus, maximè, ſi ipſe de aliqua fraude non probaretur participaſſe, & proinde etiam fideiuſſor teneretur iuxta ſcripta à *Machelo patrocinio* 58. Hæc pro nunc ſufficiãt, latius ſcribam ſi ſuper hoc, vel alio contigerit dubitari.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Quando emphiteuta alienans non cadat à iure ſuo.

An, & quando hæres poſſit reuocare alienationem rei ſibi debitæ, factam à teſtatore.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuta alienans non cadit à iure ſuo, niſi Dominus directus id oppoſuerit & nu. 2.*

Et niſi declarauerit caducitatem, & ſecuta fuerit ſententia ſuper facto, etiam in caſibus, in quibus incurritur caducitas ipſo iure nu. 12. & 27.

Etiam ſtante pacto, quod incurratur ipſo iure nu. 13.

Intelligitur tamen Dominus declaraſſe, quando alium inueſtiuit n. 28.

Secũdo. Emphiteuta non cadit, quando adeſt proteſtatio Saluo, & reſeruato iure Eccleſiæ *non ſecuta traditione n. 5.*

Tertio. Nec ex vẽditione, ac pignoratione ſimulata nu. 5.

Quarto. Quando emphiteuta recuperauit rẽ venditam ante declarationem nu. 15.

Rationes ponuntur n. 16.

Dũmodo recuperatio fiat ex pacto præcedenti num. 19.

Quinto, ceſſante dolo, & culpa nu. 17.

Quia caducitas eſt pœna, quæ non infertur ceſſante dolo, vel lata culpa nu. 18.

Sexto. Quãdo alienauit in conemphiteutam num. 22.

Septimo. Quando alienatio facta eſt per viã donationis, ſeu permutationis n. 23.

4 *Venditio cum pacto francandi non ſecuta traditione præſumitur pignoratio.*

6 *Quiſque probare debet fundamentum ſuæ intentionis.*

Et ideò qui prætendit plura fuiſſe bona in hæreditate probare debet nu. 35.

7 *Traditio probatur ex clauſula* dedit, vendidit, & tradidit.

Si tamen inſtrumentum celebratum fuerit in conſpectu rei nu. 9.

Item probatur ex clauſula conſtituti nu. 8.

Sed non ſufficit ad inducendam caducitatem nu. 10.

Saltem quando emptor actualiter nõ poſſidet nu. 11.

14 *Tertius opponere non poteſt de iure Eccleſiæ antequam ipſa caducitatem declarauerit.*

15 *Emphiteuta ſoluens canonem antę declaratã caducitatem euitat pœnam.*

20 Bero. conſ. 122. lib. 1. *latè impugnatur & nu ſeqq.*

21 *Pacta interpretantur ſecundum ius commune.*

24 *Pactum* } *debent interpretari vt minus*
Statutum } *corrigant ius commune.*

25 *Pactum non debet eſſe ſuperfluum, ſed plura ad hanc regulam remiſſiuè.*

26 *In limitatione intelliguntur qualitates regula, non è contra.*

29 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*

Fallit in feudo, & emphiteuſi alienata in præiudicium ipſius hæredis ad eam vocati nu. 30.

Præ-

Præſertim facto inuentario nu. 31.
32 *Qui plures repræſentat perſonas poteſt actũ approbare, & improbare.*
33 *Quis præſumitur habere affectionem ad res, quæ erant ſuorum maiorum.*
Quibus ſi priuetur dicitur ſentire damnum in iure conſiderabile nu. 34.

RESPONSVM CVI.

Ne auferas Domine de ore meo verbum veritatis.

AGendo iuſtiſſimam cauſam Illuſtriſs. D. Comitis Rouerelli data opera ſilentio inuoluã aliàs adducta ab Excellẽtiſs. ipſius Comitis Aduocato in reſpõſionibus motiuorum, & tantùm inſiſtam in illis, ad quæ nunc intelligo totam difficultatem reſolutionis cauſæ deduci.

Quorum illud eſt primum, non licere Illuſtriſs. Com. ex iure accreſcendi, de quo in inſtrumento inueſtituræ liuelli auocare ab aduerſarijs bona per eos empta ab olim Illuſtriſs. D. Co. Hieronymo Rouerello ex eo, quod alias contra pactum inſertum in inueſtitura alienauerit partem dictorum bonorum liuellarium inconſulto directo Domino, & ob id ceciderit à commodo ipſius contractus, & illo non poſſit nunc vti aduerſus eos, quã exceptionem iuris tertij putant allegare poſſe à Mag. DD. de Ballis vti ſubrogatis in locum Co. Hieronymi, qui propterea habent eccleſiam obligatam de euictione contingẽte ex facto ipſius eccleſiæ ad *Bar. in l. 2. C. de except. rei iudic. in l. ſi tertius §. ſi quis prius ff. de aq. plu. arcend.*
1 Quod varijs modis ſoluitur, primo ſoli domino directo competere ius dicendi de caducitate ob alienationem *Surd. conſ. 1. n. 85. cum ſeqq. & conſ. 48. nu. 20. in 1.* tertio aũt non competere, niſi dominus directus
2 oppoſitioni cõſentiat, maximè † hoc in caſu, in quo liuellarius, ſeu emphiteuta nõ cadit, niſi ipſo domino directo volente, vt infra oſtendam *Bar. in d. l. 2. ſub nu. 1. ff. de except. rei iudicat.* & in terminis noſtris *Theſaur. deciſ. Pedemont. 4. num.* 3. ſed conſenſus domini directi non eſt probatus, ergo &c.
3 Secundo dicitur, quod licet videatur magis communiter receptum, proteſtationem illam *ſaluo, & reſeruato iure eccleſiæ* non ſaluare alienantem à caducitate, vbi rei venditæ ſecuta eſt traditio *Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. ampliat.* 31. nullus eſt tamen, qui aſſerat emphiteutam incidere in caducitatem, ſi rem venditam non tradat, imò eſt communiter traditum, tunc non eſſe locum caducitati *Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua q. 95. nu. 118. Iaſ. in l. fin. num. 132. C. de iure emphit. Guid. Pap. deciſ. 162. ad fin. Alciat. conſ. 43. grandem difficultatẽ num. 2. in 2.* alios cumulauit *Corbul. de cauſa priuat. ob alienat. limit.* 38. cuius rei po-
4 teſt eſſe ratio, quod † non ſecuta traditione venditio cum pacto frãcandi ſimulata præſumitur potius pignoratio, quam vera alienatio *Cepol. de ſimulat. contract. nu. 76.* ſequitur *Menoch. lib. 3. præſump. præſumpt.*
5 *121. nu. 110.* ex † ſimulata autem venditione, vel pignoratione non poteſt emphiteuta declarari cecidiſſe idem *Corbul. in d.*
6 *cauſa limit. 23. & limitat. 33.* At † ab aduerſarijs nõ fuit probata hæc qualitas fundamentalis eorum intentionis, quod ſcilicet rei venditæ poſſeſſio realiter tranſiuerit in emptorem, igitur non poterunt ſe iuuare ex aliqua caducitate, iuxta vulg. doctrinam *Bar. in l. 1. §. quod autem ff. ne quid in flum. publ. in l. prætor §. docere ff. vi bon. rapt.*
7 Nec dicant aduerſarij hoc ſatis probari ex clauſula inſtrumenti *dedit, vendidit, &*
8 *tradidit*, & † ex clauſula conſtituti ad ea, quæ ſcripſit *Corbul. d. limit. 38. ad fin.* quia
9 ad clauſulam *dedit &c.* reſpondetur, illam non probare traditionẽ, niſi vbi conſtat inſtrumẽtum celebratum fuiſſe in conſpectu rei *Bar. in l. prædia in fin. ff. de acquir. poſſ. & in l. 2. in fin. C. eod. Bal. in rub. C. de contrahend. empt. q. 19. nu. 37. Imol. in c. 2. nu. 18. in fin. de conſuet. Corbul. d. limit. 38. nu. 4.* quod non conſtat in caſu noſtro, vbi inſtrumentum non fuit celebratum in loco vendito, ſed in domo cuiuſdam Dominici de Leonibus, licet in communi Mulinellæ.
10 Ad clauſulam conſtituti reſpondetur, illam non ſufficere ad inducendam caducitatem, vt ex veriori, & æquiori opinione ſeruanda in iudicijs, quæ expediuntur ſola facti veritate inſpecta teſtatur *Clar. in § emphiteuſis q. 13. verſ. (ſed quid ſi.)*
11 Præterquã quod etiam dici poteſt, clauſulam conſtituti nihil operari ad caducitatem, niſi vbi reperitur emptor actualiter poſſidere, quod non fuit hoc in caſu probatum *Guid. Pap. deciſ. 101.* teſtans ita in curia parlamenti vidiſſe pluries iudicari.

Ter-

12 Tertio ad tollendam prorſus omnem
dubitationem præſupponendum eſt, liuel-
larium, vel emphiteutam ob commiſſum,
vel omiſſum non priuari iure ſuo ex cadu-
citate, niſi ſecuta domini directi declaratio-
ne; non enim cadit, niſi eo volente, & niſi
ēt ſecuta ſentētia declaratoria ſuper facto,
hoc eſt ſecutū fuiſſe in facto caſum, ex quo
de iure oriatur caducitas, etiam in his caſi-
bus, in quibus ipſo iure dicitur quis in cadu-
citatem incurrere *Bar. in l. 1. ff. ſi ager vecti-
gal. Alciat. conſ. 109. tollenda difficultatis in
5. Gabr. conſ. 67. nu. 6. in 2. Alex. conſ. 106.
nu. 4. in 4.* probat. à *Caſſador. deciſ. 2. de lo-
cat. Burſat. conſ. 143. nu. 62. in 2.* & vbi pę-
na incurritur ipſo iure latiſſimè idē *Burſat.
conſ. 14. nu. 18. in 1. & conſ. 252. nu. 9. in 3.*
13 & vbi † pacto expreſsè cautum eſt, vt cadat
conductor ipſo iure, quod tamen iuxta ter-
minos iuris communis intelligatur ſecuta
tamen domini declaratione poſt *Corn.* & a-
lios expræſsè tenet *Ceph.* videndus *conſ. 25.
nu. 25. & ſeqq. in 1.* & quod vltra declara-
tionem etiam neceſſaria ſit ſententia facti
infinitos cumulādo tenet *Marhel. patroc. 24.
nu. 8. & in addit. ad illud patrocin.* Et præ-
terquā quod iſtud eſt de iure communi, di-
ci etiam poteſt, fuiſſe ex mēte cōtrahentiū,
qui in caſu alienationis, & contrauentionis
conueniunt, vt conductores dent patti a-
genti pro eccleſia nomine pœnæ ante om-
ne litis initium, & pœnæ interpellationem
libras quinquaginta; ſentiunt igitur præce-
dere debere interpellationem, & notifi-
cationem ſuper pœna caducitatis, quia de
alia pœna non poteſt intelligi, & hæc inter-
pellatio fit mediante caducitatis declara-
tione, ſentiunt etiam poſt declarationē, ſe-
qui debere ſententiam ſuper facto, quæ ſe-
quitur ex lite, quæ ſuper dicto facto verti
poteſt, dum dicitur quinquaginta ſoluenda
ante litis ingreſſum, ex quibus liquidò con-
ſtat, etiam ex conuentione partium non ſe-
qui caducitatem, niſi declaratione, & ſentē-
tia præcedente: Ex quo ſuppoſito inferun-
tur nōnulla in re hac tollētia omnem dubi-
14 tationem, primo † non licuiſſe aduerſarijs
ante declarationem Archiepiſcopi oppo-
nere de iure eccleſiæ, vt in puncto ſcripſit
*Alex. d. conſ. 106. ſub nu. 4. in 4. Theſaur. de-
ciſio Pedemont. 4. nu. 3.* Secundo declara-
tionem caducitatis factā ab Archiepiſco-
po productam ab aduerſarijs nihil facere
ad caducitatem non ſecuta ſententia ſuper
facto, imò probato poſt dictā declarationē
Reuerēdiſs. Archiepiſcopum recepiſſe ca-
nonem, quod oſtēdit, ipſum præbuiſſe ma-
nus victas, & benè cognouiſſe Illuſtriſs. Co-
mitem non eſſe in caſu caducitatis, ideò fa-
cto emendaſſe id, quod non rectè infor-
15 matus verbis declarauerat. Tertio † infer-
tur ante declarationem caducitatis Do-
minum Comitem ipſam caducitatem eua-
ſiſſe recuperādo rem venditam, & ita cer-
to modo purgantem errorem commiſſum
in vendendo, ita in canone ſoluto ante de-
clarationem conſuluit *Burſat. d. conſ. 143.
nu. 62. in 2.* & in puncto *Bal. in l. ab empt.
ſub nu. 7. ff. de pact. Dec. conſ. 88 pro tenui
ſub nu. 3. verſ. (& ad hoc facit) Cagn. in l. 2.
nu. 174. C. de pact. inter empt. & vēd. Ceph.
16 conſ. 699. nu. 12. & 15. in 5.* cuius † rei duæ
adferuntur rationes efficaciſſimę, vna quod
res redempta cenſentur eadem, quæ prius
erat antequā alienaretur, ideò nulla cadu-
citas conſiderari poteſt, ſicut nec poterat
conſiderari antequam fieret alienatio; ſe-
cunda eſt, quia actus iſte redimēdi rē ven-
ditam oſtendit, liuellarium nunquam ha-
buiſſe intentionem pręiudicialem eccleſię,
17 & ita in eo ceſſare dolum, & culpam, ſine
quibus quis non incurrit caducitatem *Al-
ciat. conſ. 36. maieſtas Cæſarea nu. 33. in
18 3.* eſt † enim caducitas pœna ad not. *in c. po-
tuit de locat.* qua quis non illaqueatur, niſi
dolo, vel lata culpa præcedente *Dd. in l. ſi
19 quis maior C. de tranſact.* Nec † iſtis obſtant
ſcripta ab *Alex. in l. ſi à me ff. ad l. falc.* nam
ipſe loquitur in eo, qui ex ſola pęnitentia rē
redimeret, quem putat non poſſe purgare
moram ſecutam in cōmittendo, nos loqui-
mur de redemptione facta virtute pacti vſ-
que ab initio in inſtrumento inſerti, quod li-
cet eſſet lapſo ſeptēnio extinctum, placuit
tamen partibus illud tacitè prorogare, vti
prorogarunt retrouendendo virtute eiuſdē
pacti, & parum nocet, retrouenditionē fuiſ-
ſe factam à muliere adminiſtratrice, & à
conſanguineo, quia iſti promiſerunt de ra-
to, & ratificatio poſtea ſecuta eſt, quæ quo-
cunq; tempore ſecuta fuerit, nō refert, cum
retrotrahatur, & ſit ius de nouo ſuperueniēs
ex cauſa de præterito.
20 Pariter nec prædictis obſtat conſultatio
Bero conſ. 122. in 1. quia in pluribus perpe-
ram ipſe conſuluit, & eius dicta ad caſum
noſtrum minimè ſunt applicabilia. Etenim
quatenus *à princ. vſq; ad nu. 5.* infert, licitam
non eſſe alienationem, etiam cum conſenſu
Archiepiſcopi, quia alias pactum nihil pię-
ter

Digitized by Google

ter ius com m ı ı: operaretur &c. vt latius per eam: Reſp ıdetur,imò eſſe faciendam interpretationem, vt non liceat alienare ſine conſenſu domini directi, quia cum ita interpretetur ius commune *l. fin. C. de iur.*
20 *emphit.* & t ita erit pactum interpretandum *Corn.conſ.115.nu.7.cum ſeq.in 1.Dec.conſ. 138.diligenter pro tenui ſub nu 5. Salic. in Lea lege nu.17.C.de condict.ob cauſ.Ceph.d. cōſ.25.nu.25 in 1.Gozad.cōſ.74 ſub nu.16.*
Nec eſt dicendum cum *Bero.* futurum eſſe, vt pactum ſit otioſum, ſi interpretetur ſecundum ius commune, vt tā:um prohibitum ſit alienare ſine conſenſu: quia plurimum operabitur in duobus caſibus, primo, quia non poterit liuellarius alienare,nec etiam conemphiteutæ, & ita non extraneo, quia in pacto expreſsè dicitur, vt non poſſit in aliquem fieri alienatio,niſi in ipſam eccleſiam habentem dominium directum,
21 quod t vtiq;eſt contra ius commune concedens alienationem in non extraneos ſine conſenſu directi domini *Corbul.in d.cauſ.li-*
22 *mitat.6.* Præterea t pactum prohibet donationē, & permutationem de iure communi regulariter nō prohibitas *Clar. in §. emphiteuſis q.15.& 17. Corbul.in d. cauſ.limitat.*
23 24 *12.& 13.* Itaq; t cum in his pactum operetur,non erit otioſum,& in cæteris erit interpretandum, vt minus lædat ius commune, quam fieri poſſit, vt de ſtatutis dicitur, & ita paſſim arguunt *Doct.* optimè *Surd. in conſ.*
25 *36.nu.46.& ſeq.in 1.* plura t ad regulam, quod pactum non debet eſſe ſuperfluum ad rem noſtram conferentia ſcripſit *Cephal. conſ. 104. nu. 8. cum pluribus ſeq. in 1.* Eſt
26 t præterea maximè cauendum ab illa fallaci argumentatione de limitatione ad regulam, quam excogitauit ipſe *Bero. ſub nu. 4.* quia licet quidem repetere qualitates proprias regulæ in limitatione,quæ ſolet eſſe in terminis regulæ *l. nam quod liquidè ff. de pen.legat.*non licet verò repetere qualitates proprias limitationis in regula; dum enim dicitur regulariter,omnes ſcolares ſtudent, & limitatur excepto Titio infirmo, qualitas ſcolaris intelligitur quidem repetita in Titio; non autem qualitas infirmitatis intelligitur repetita in omnibus ſcolaribus ſub regula poſitis.
27 Eſt etiam falſa prorſus, & contra communia dogmata altera illatio *nu.5.*non eſſe neceſſariam declarationem domini directi, vbi liuellarius cadit ipſo iure, imò eſſe neceſſariā vna cum ſententia facti ſupra abū-
28 dè probaui,licet t non inficier reſultare huiuſmodi declarationem, quando dominus alium inueſtiret de bonis vti per caducitatem ad eum deuolutis, vt in caſu ſuo ſupponit *Bero.d.nu.5.* quod non contingit in caſu noſtro: Vlterius tollitur omnis difficultas ex verbis pacti noſtri ſupra à me ponderatis, quæ fortè vel non fuere conſiderata à *Bero.* vel non aderant in pacto ſuo, quod ſuffiſe à noſtro diuerſum,ex eo vel max mè cōſtat,quia cauebatur in illo, cōductorem cadere ipſo iure,vt legitur in princ. conſilij. & in noſtro ſimpliciter legitur,vt conductores cadant.
Falſis exiſtentibus his illationibus, falſæ redduntur illa, quæ ex illis deducit ipſe *Bero. à nu. 7. ad 10.* quæ contra nos ponderantur, ſcilicet, quod ſicut à principio non poterat Archiepiſcopus conſentire alienationi, ita nec potuit confirmare alienationē iam factam, vel remittere caducitatem, & quod,cum non requiratur declaratio ad caducitatem, eſt ipſo iure acquiſitū ius eccleſiæ, in quo iure quæſito non poteſt prælatus præiudicare eccleſiæ.Etenim ius eſt acquiſitū declarante prælato, & ita reuocabiliter egregiè *Burſat.cōſ.143.n.63.in 2.*Alia quę poſtea ſcripſit *Bero.à n. 10.vſq;ad finē conſilij* de licētia alienādi cōceſſa, & de inueſtitura excedente normā inueſtiēdi ipſius eccleſię non ſunt examināda,quia nihil ad caſum noſtrum conferunt.
29 Altera eſt principalis difficultas, non licere Illuſtriſs. Co. Rouerello vendicare rē, ad cuius euictionem tenetur vti hæres Illuſtriſs. Co. Hieronymi authoris aduerſariorem *ad l. cum à matre C. de rei vendicat. l. vendicantem ff. de euict.*
30 Cui tamen difficultati poteſt reſponderi, in liuello nō hæreditario non ſecuta alienatione in præiuditium vocati ad ipſum liuellum alio titulo, quam hæreditario non procedere regulam *l.cum à matre* ex eo, quod non licet vni vocato ex facto ſuo impedire, quo minus alter ſuccedat,qui à lege,vel alia diſpoſitione erat vocatus,& in ſumma eum defraudare vocatione ſua, imò tale factum cenſetur factum in fraudem, & præiudicium vocati,hoc reſpectu erit inualidum,& non erit ab hærede probandum, his rationibus in feudis,inueſtituris emphiteuticarijs,& ſimilibus tenent *Paul. de Caſt. conſ. 197. & conſ.448.nu 3.in 2.Bal.conſ.215 ſub num. 1.verſ. (tertio reſpondetur) in 2.Iaſ.conſ. 7. col.7.verſ.(nō obſtat ſi diceretur)& conſ.50. nu.*

col.5.verſ (nec obſtat) in 3. Crauet. cõſ. 200. num. 7. Decian. conſ. 117. n. 36. Cacher. cõſ. 30. nu. 9. & 10. & in deciſ. Pedemont. 73. nu. 5. Rim. iun. conſ. 18. num. 165. in 1. Nec
31 hoc principium difficultatis habet, vbi factum eſt inuentarium, vt poſt multos ſcripſi *Thob. Non. conſ 2. n. 13. & 14. Grãmat. deciſ. 93. num.* 10. Non obſtante, quod inuẽtarium non proſit, quantum eſt in hæreditate, quia intelligitur, quod non proſit, ita vt hæres teneatur ad damna, & intereſſe, quæ pateretur ille, à quo res auocaretur, quatenus hæreditas ferre poteſt, nõ tamen, quin reuocari poſſit alienatio illegitimè facta: Comes enim vti ipſe tentat reſcindere alienationem, & vti hæres tenebitur eam approbare reſpectu intereſſe partis, licet
32 enim ex repræſentatione diuerſarum perſonarum actum approbare, & improbare §.
33 *pen. Inſtit. de inoffic. teſt.* & † maximè, quia bona hęc liuellaria ſunt talia, ad quæ Illuſtriſs. Co. habet probabilẽ affectionẽ, vti ea, de quibus antiquitus fuere inueſtiti eius Illuſtriſs. Progenitores, & vti ea, quæ habuerunt ab Illuſtriſs. Archiepiſcopo familiæ ſuæ, quæ affectionem manifeſtè arguũt *Alberic. in l. fin. §. in cõputatione col. pen. verſ. (ſi antẽ emptori) C. de iure delib.* ſequitur *Gabr. conſ. 125 ſub num. 12. in 1.* Nec his obſtat, quod his bonis, de quibus agitur, non fuerit annexa dignitas, quia *Alberic. & Gabr.* conſiderant affectionem, quia res fuerat maiorũ ex *l. ſi in emptionẽ ff. de minor.* Nanq; *Alberic.* traditio tẽ peregrinam appellat *Molina de Primogen. Hiſpan. lib. 4. c. 1. ſub num. 29. verſ. (nec in hac)* & licet videatur ab ea recedere, nullum tamen allegat, qui illi cõtradicat, imò apertè fatetur, eam æquitati inniti, ex quo ſequitur, vt in noſtro iudicio terminando ſola facti veritate inſpecta ſit omninò probanda *Car. §. emphiteuſis q. 13. verſ. (ſed quid) in fin.* conferũt, quæ de clauſula *ſola facti veritate inſpecta* ſcripſit *Cacher. deciſ. Pedemont.* 1. Imò traditio *Alberic.* videtur conuenire etiam regulis iuris, quia conueniunt omnes, inuentarium efficere, vt hæres ex additione nullum damnum patia-
34 tur, ſed † amiſſio rei, in qua quis habeat affectionem, quia fuerit maiorũ ſuorum, affert damnum in iure conſiderabile *d. l. ſi in emptionẽ ff. de minor.* ideo conuenit, vt per inuẽtariũ huic damno occurratur, cui non aliter occurri poteſt, quam facta rei reuocatione ſine damno emptoris.

Sed in re hac omnis ceſſat difficultas, quia mihi ſupponitur probatum, bona omnia, quæ per mortem Co. Hieronymi obuenerunt Comiti Rouerello, fuiſſe ſubiecta fideicommiſſis maiorum ſuorum, & ipſum Co. Hieronymum alienaſſe pro ſua legitima, quo caſu inuentarium non impediet vẽ-
35 dicationem rei, de qua agitur, ſi † modo prętendũt aduerſarij, non fuiſſe alienatum pro integra legitima, vel non fuiſſe putefacta omnia bona Co. Hieronymi, partes eorum erunt id probare vti fundamentum duplicationis eorum iuxta *gl.* notabilem *in l. cum de lege ff. de probat. Curt. ſen. conſ. 27. ſub nu.* 17. Ita in omnibus ſupraſcriptis iuris eſſe arbitror ſaluo ſaniori iudicio.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME

Defenditur alienatio in emphiteuſim facta de bonis eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *ALienatio bonorum Eccleſiæ facta ſine cauſa cognitione eſt nulla.*

Breuitas autem temporis indicat non interueniſſe cauſæ cognitionem nu. 2.

Quæ breuitas non caret ſuſpicione fraudis num. 3.

Hoc tamen intelligitur in iudice, qui procedit in forma iudicij nu. 11. & 18

Non autem in eo, qui non procedit via iudiciaria nu. 12.

Prout Commiſſarius in alienatione bonorum Eccleſiæ nu. 14.

Et celeritas in iudice, quando eſt inſtructus non nocet, ſed eſt laudãda nu. 13. & 15.

Nec breuitas temporis officit, quando partes præſentes ſunt, & non cõtradicũt nu. 16.

Et multò magis, quando expreſsè conſentiũt num. 17.

Secundo eſt nulla alienatio bonorum Eccleſiæ facta ſine cauſa nu. 4.

Præſumitur tamen adeſſe cauſam vtilitatis, quando Iudex id declarauit nu. 8. & 19.

Et quod adſit vtilitas, vel læſio arguitur ex antecedentibus locationibus nu. 9.

Tertio eſt nulla, quando fit in conſanguineũ nu 5.

Quia conſanguinitas inducit præſumptionẽ læſionis Eccleſiæ nu. 6.

Contra nu. 22.

7 *Legati* } *Bononiæ poſſunt cõced. vel licen-*
Vicelegati } *tia alienãdi bona Eccleſiaſtica.*

10 *Re-*

29 *Rectores Eccleſiarum non ſolent meliorare bona Eccleſiæ.*

30 *Cõtractus Eccleſiæ ex temporis curſu factus læſiuus non fuit nullus à principio.*

Sed ad ſummum venit emendandus nu. 20.

RESPONSVM CVII.

Ne auferas Domine de ore meo verbum veritatis.

ALienatio in emphiteuſim bonorum pertinentium ad eccleſiam S. Michaelis Maſſæ ex tribus potiſſimũ cauſis nulla videtur.

1 Primo, quia iudex cõmiſſarius, qui decernere debebat alienationem cedere in vtilitatem eccleſiæ, in decernendo nullam adhibuit cauſæ cognitionẽ, ergo alienatio inualida *c. ſi re exceptione 12. q. 2. & ibi Laurent. de Rodulf. nu. 53.*
2 *poſt Archidiac.* quem allegat; *Fed. de Senis conſ. 137. & 262.* latè *Redoan. de reb. eccleſ. non alien. q. 23. per totam illam quaſt.* quod vero non interuenerit cauſæ cognitio id indicat temporis breuitas *Bar. in l. prolatam C. de ſententi. & interlocut. Calderin. conſ. vlt. de re iudicat. Dec. in c. eccleſia S. Mariæ col. 9 ſub nu. 23. de conſtitut.* cum alijs citatis à *Gabr. lib. 2. concl. tit. de ſentent. concluſ. 5. nu. 34 Put. deciſ. 344. lib. 1. Redoan. d. q.*
3 *23. nu. 68. & 69.* addens † celeritatem in actu non carere ſuſpitione fraudis allegando not. *in l. ſi ventri §. corũ ff. de priuileg. credit.*

4 Secundo in alienatione rei eccleſiæ oportet, vt adſit cauſa alienandi, quę eſt vel neceſſitatis, vtilitatis, pietatis, vel incommoditatis *Rebuf. in comment. alienat. rerum eccleſ. nu. 9. Redoan. de rebus eccleſ. non aliẽ. q. 19. in princ.* In caſu noſtro non conſtat de aliqua eccleſiæ neceſſitate, non conſtat bona alienata valde ipſi eccleſiæ fuiſſe incõmoda, intuitu pietatis non fuere alienata, non conſtat de vtilitate, ſed potius de damno eccleſiæ ex eo, quod conducens quodammodo pœnitẽtia ductus agnoſcens errorem ſuum de anno 1564. vt ipſe ait, pro facienda conditione eccleſiæ meliori, pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, vbi poſſet dici eccleſiam fuiſſe læſam, & ad maiorem alienationis validitatem auxit canonem ab aureis duodecim, vſque ad aureos viginti.

5 Tertio, & vltimo inualida prorſus videtur hæc alienatio, vti facta ad commodum fratris ipſius Rectoris *§. hoc verò verſ. (œconomis) Auth. de alien. & emphit. §. Deo autẽ vbi gl. in verbo (perſonis) in Auth. de ſanctiſs. epiſcop. Bal. Paul. & alij in auth. quibuſcũq;*
6 *C. de ſacroſanct. eccl.* conſanguinitas † enim facilè præſumptionem, ſi non doli, & fraudis, ſaltem læſionis, & maioris clerici affectionis ad ſanguine coniunctos, quam ad eccleſiam ſuam *Redoan. de rebus eccleſ. non alien. q. 54. nu. 7. cum ſeq.* & maximè id videtur procedere in fratre in proximo gradu, hoc eſt ſecundo, coniuncto, qui dicitur frater, quaſi ferè alter.

His tamen non obſtantibus, ſuppoſito, quod Reuerendiſs. Viceleg. Bonon. habuerit authoritatem cõcedendi licentiam deueniendi ad alienationem bonorum eccle-
7 ſiaſticorum, vt † regulariter habent Legati, & Vicelegati noſtrę ciuitatis *Dec. conſ. 341. viſo puncto ſub nu. 12. Bero. conſ. 85. ſub nu. 5. & conſ. 88. nu. 16 in 1. Hipp. Rimin. conſ. 713. in 6.* puto alienationem, de qua agitur
8 defendi poſſe, ea potiſſimum ratione, quod cum per ſentẽtiam latam à iudice commiſſario declaratum fuerit, alienationem tendere in euidentem vtilitatem eccleſiæ, ita præſumitur, nec eſt, quod ſub prætextu læſionis Rector eccleſię tentet retractare alienationẽ factã, vt ex *Abb. conſ. 41. in 1. Alex. conſ. 79. nu. 18. in 1. Dec. conſ. 242. Capic. deciſ. 16. & alijs* firmat *Rota* videnda *in nouiſs. deciſ. 479. in 1. p. Dec. d. conſ. 341. n. 12.* De ſolemnitate etenim ſatis conſtat, ſuppoſita, vt dixi, authoritate Reuerendiſs. Vicelegati, de cauſa etiam vtilitatis euidentis apparet ex teſtibus, qui mediante iuramẽto deponunt, id tendere in vtilitatem eccleſiæ ratione euidenti, quod prius hęc terrena locata erant ad breue tẽpus, & ita cũ obligatione remiſſionis mercedis, quæ de iure fiẽda eſt à locatore cõductori aureis decem, & quandoque vndecim, vt ſecundus teſtis de-
9 ponit. & † prior locatio benè poteſt arguere an adſit vtilitas, vel læſio eccleſiæ *Rota in nouiſs. deciſione 65. in 2. parte:* præterea deponunt de malo ſtatu terrenorum, & quod
10 bonificatione egebant, quæ † à communiter accidentibus non ſolet fieri à Rectoribus eccleſię, qui ad poſteros bona tranſmittere non poſſunt, vel quia non poſſunt ob tenues eccleſiæ redditus, vel quia nollũt *Felin. cõſ. 42. ſub nu. 6. verſ. (quinto moueor)*

Nec adducta in contrarium quicquam
11 obſtant, nam † ad illud, quod dictum fuit de breuitate temporis, quæ reddit ſenten-

Rr tiam

tiam nullam, reſpõdetur primò, quod illud
procedit tantùm in iudice procedente in
forma iudicij, tunc, quia breuitas tempo-
ris arguit, iudicem nõ potuiſſe videre acta,
ſententia præſumitur lata non viſis actis, &
nulla dicitur, ita procedit traditio *Bar. in d.*
12 *l. prolatam.* Cæterum, † vbi non proceditur
via iudiciaria, nõ eſt, quod breuitas tempo-
ris attendatur, ſed ſolum ſpectandum eſt, an
in eo breui tempore potuerit iudex com-
miſſarius habere cognitionem eius, quod
intelligere debebat *Franc. in c. dilecto num.*
159. de appellat. Dec. in c. Eccleſia S. Ma-
riæ ſub nu. 23. verſ. (& concluſio Bar.) de con-
13 *ſtit.* quando † enim iudex iam eſt inſtructus,
non nocet, quod celeriter expediat, ſed po-
tius iſtud eſt in eo laudandum *Pariſ. conſ.*
79. num. 12. in 1. Bal. conſ. 304. nu. 3. in
3. Alex. conſ. 213. nu. 3. in 7. Aym. conſ. 179.
num. 1. alios allegat *Gabr. lib. 2. concl. iii. de*
ſenten. concl. 5. ſub nu. 34. verſ. (contrarium
14 *quod,* nos † ſumus in commiſſario iudice, qui
non procedit in forma iudicij *Abb. in conſ.*
41. col. 3. verſ. (ex quibus) in 1. Rebuf. in com-
pend. alien. rerum eccleſ. nu. 14. ſentit *Lau-*
rent. de Rodulf. in c. ſine exceptione num. 63.
12. q. 2. ideò breuitas non nocebit, maximè
quia narratũ fuerat in literis ſupplicatorijs,
quod tenderet in euidentẽ vtilitatem eccle-
ſiæ, quod ad longum tempus bona locaren-
tur pro canone duodecim aureorum, & Re-
uerendiſs. Vicelegatus commiſſerat iudici
commiſſario, vt de eo tantum caperet infor-
mationem, an id tenderet in eccleſię vtilita-
tem, ad quod non erat neceſſe, vt ipſe iudex
accederet in rem præſentem, nec quod ha-
beret tractatum, & examinaret, an adeſſet
cauſa, quia terminos ſuæ commiſſionis e-
greſſus fuiſſet; ſed ſatis erat, quod ab habẽ-
tibus notitiam redditũum eccleſiaſticorum
informatus eſſet iudex de eccleſiæ vtilita-
te, quam informationem benè in vna die
15 potuit habere, ideò † celeritas, & breuitas
temporis non nocebit, vt in puncto decidit
Rota in nouiſſimis d. deciſione 479. num. 3.
par. 1.

Nec obſtat ſecũdo hæc temporis breui-
16 tas, quia † illa non nocet, quãdo partes præ-
ſentes ſunt, & non contradicunt *Lap. allegat.*
17 *27.* de † quo nõ eſt dubitandũ, quando par-
tes nedum non contradicunt, ſed etiam ex-
preſsè conſentiunt *Franc. in d. c. dilecto ſub*
num. 160. de appellat. & in caſu noſtro præ-
ſentes fuerunt procurator rectoris, & cõdu-
ctor, nullus eorum contradixit, ſed vterque
ſententiam acceptauit, ergo &c. Nec reſi-
ſtunt ea, quæ ſcripſit *Redoan.* de breuitate tẽ-
18 poris *d. q. 23. num. 66.* quia † ipſe fatetur *ſub*
nu. 73. ea procedere, quando commiſſarius
procederet, vti iudex, ſecus verò, quãdo ha-
beret ſimplicem commiſsionem ſe infor-
mandi, quia ſatis eſt, quod potuerit illo bre-
ui tempore capere inſtructionem de nego-
tio ei commiſſo, & allegat *Abb. in d. cõſ. 41.*
Imò ſubiungit, quod in dubio ſemper præ-
ſumitur commiſſarius functus officio ſuo,
cum tractetur de intereſſe animæ ſuæ, quæ
omnia benè ad caſum noſtrum conferunt.

19 Non obſtat, quod non adſit cauſa, quia
imò de cauſa vtilitatis ex ſententia ſubſecu-
ta conſtat ad *Rot. deciſ. 479. in 1. parte,* nec
ex eo, quod poſtea fecit conductor augẽdo
canonem, conſtat de læſione, quia lęſionem
ipſe non fatetur, ſed ait, id ſtudere, vt con-
ductionem eccleſiæ meliorem redderet, &
vbi in aliquo poſſet dici eccleſia læſa, & re-
periretur in aliquo læſa ſua conſcientia ad
maius robur contractus, ita ad maiorem, &
abundantem cautelã fit illud augmentum:
Non enim fatetur læſionem, ſed vult in tuto
ambulare, & propterea ad tollendũ omne
conſcientię ſcrupulum illud augmentum
facit. In ſumma apparet, omnia eſſe facta ad
abundantem cautelam, quæ vt eſt notiſsimi
iuris non ſolent nocere *iuribus vulg.* Poteſt
enim dari caſus, quo tempore celebrati cõ-
tractus vtile fuerit locare pro affictu aureo-
rum duodecim, & quod ex progreſſu tem-
poris ob augmentum valoris redditũum ex
condecentia quadam ſit contractus validus
reducendus ad maiorem eccleſiæ vtilitatẽ,
20 quod † non facit, vt contractus à principio
ſit nullus, ſed validus; emendandus tamen
ob temporis curſum, conferunt tradita à
Theſaur. deciſ. Pedemont. 239. 214. & in
puncto *deciſ. 226.* fuit hęc ratio augendi, nõ
autem fatetur conductor aliquod damnum
eccleſiæ, licet dicat id facere, ne fortè poſ-
21 ſet dici de eccleſiæ damno, & † quod ſuffi-
ciat, quod à principio contractus reputetur
vtilis eccleſiæ, licet ex progreſſu temporis
ob rerum viciſſitudinem cõtrarium appare-
ret tenet *gl. in c. ad noſtram in verbo (enor-*
me) de rebus eccleſ. non alien. Butr. Abb. &
Imola in c. cum apoſtolica de his, quæ fiunt à
prælato ſine conſ. capit. Butr. in c. 1. num. 19.
de in integ. reſt. Fel. in c. quæ in eccleſiarum
ſub nu. 1. de conſtitut. Nat. conſ. 441. nu. 25.
in 2. Bero. ex communi conſ. 88. ſub nu. 39.
verſ. (non obſtat ſextum) & nu. 40. in 1.

Id

22 Id verò, quod additum fuit de cõſanguinitate, verè nihil obſtat, quia conſanguinei ſeruatis ſeruandis bona eccleſiæ, poſſe alienari, nec ſolam conſanguinitatem arguere fraudem tenent *Bar. in auth. quibuſcunque C. de ſacroſanct. eccleſ. Abb. in conſ. 41. nu. 3. Zabar. conſ. 34 in fine Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumptione 29. ſub num. 3. Menoch. conſ. 79 nu. 19. in 1. præſumpt. 54. in 3. Redoan.* ex communi *de rebus eccleſ. nõ alien. q. 54. per tot.* & in ſpetie *nu. 35. & 41.* Quare intrepidè concludo, non eſſe quod dubitetur de validitate huius emphiteuſis; ſaluo tamen iudicio cuiuſlibet rectius ſentientis.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Mulier debet dotari in bonis patris, quamuis fuerit dotata à patruo, & matre, potestq; petere tertiam partem bonorum ex defectu dotationis, de qua in ſtatuto Mediolani.

Impugnantur actus, qui adducebantur ad probandam hæreditatis aditionem.

De fide, ac validitate priuilegij latiſſimè agitur.

SVMMARIVM.

2 P*Ater tenetur dotare filiam etiam nuptam.*

Et quamuis diues ſit nu. 3. & 4.

Et renunciauerit ſucceſſioni paternæ n. 5.

Dotataq; fuerit ab alio, ſed nõ in bonis patris nu 6. & ſeqq.

Quia etiam debet dotari in bonis patris num. 1.

Et cõgruè ſecundum tempus mortis eiuſdem patris nu. 13.

7 *Donare intelligitur, qui non obligatus dotat.*

8 *Intellectus* ſtatuti Mediolanenſis c. 283. & *num. 9.*

9 *Verba* quoad hoc & non aliter *excludunt caſus non expreſſos.*

10 *Præſcriptio non habet locum contra minorem.*

Etiam inducta per ſtatutum nu 11. & 12.

Cum illud interpratetur ſecundum ius commune nu. 12.

14 *Qui tenetur dotare, non eſt in mora ante interpellationem.*

Secus, ꝑ adſit dies, qui ſeruit pro interpellatione nu. 15.

17 *Hæreditas non adita non tranſmittitur.*

Quia aditio eſt facti, quæ ideò non præſumitur, ſed eſt probanda nu. 18.

Et quæ non inducitur verbis volo aditionem *nu. 19.*

Præſertim ſtante obſeruantia in contrarium nu. 44. & ſeqq.

Aliqui tamẽ tenent, ex huiuſmodi verbis induci aditionem nu. 20.

Nec inducitur ex quibuſuis actibus, quando præcedit proteſtatio, quod nolit adire nu. 21.

Etiamſi proteſtatio ſit ſecreta nu. 23.

Neque aditio arguitur ex factis dubijs n. 28.

Nec ex verbis dubijs nu. 29.

Et ideò non inducitur ex poſſeſſione, quæ poteſt haberi alio titulo, quam pro hærede nu. 31.

Neque ex poſſeſſione bonorum communium inter defunctum, & hæredem nu 32.

Verba enũciatiua aditionis de præterito operantur ſolum circa actum, ſuper quo proferuntur nu. 30.

Aditio pro parte non valet n. 27.

25 *Obſeruantia virtus eſt tollere omnem dubitationem.*

Et declarare, qualis fuerit animus in præcedentibus nu. 26.

33 *Statutum Mediolani* nulla mulier in c. collegijs *ſecundum aliquos eſt inualidum & nu. 67.*

In cauſis tamen, quæ Mediolani agitantur de eius validitate non dubitatur nu. 34.

Procedit ſolũ in muliere, quæ ex ſe, nõ ad nutum parentum, vel propinquorum nupſit nu. 33.

Ex dicto ſtatuto *non prohibentur mulieres Mediolanenſes nubere ciuibus ex priuilegio, nec originarijs, quamuis longiſſimo tẽpore alibi habitauerint n. 35.*

Ciues enim ex priuilegio verè ſunt ciues num. 36.

37 *Ciues nõ ſolum origo, ſed etiam adoptio facit.*

38 *Priuilegium Principis licet non ſubſcriptum valet, dummodo ſit munitum eius ſigillo.*

39 *Curator inuitis adultis non datur.*

40 *Princeps minor poteſt concedere priuilegium ciuilitatis nobiliſſimis viris ſine curatore.*

Quia hoc illi fauorabile eſt nu. 41.

Et in fauorabilibus minor habetur pro maiore num. 42.

43 *Lex dat formam futuris non præteritis.*

44 *Clauſula* ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, ſupplentes *tollunt omnia contraria.*

Et operātur, vt non poſſit dici de ſubreptione, & obreptione, & tollunt ius tertij nu.45.

46 *Solemnitates extrinſeca præſumuntur interueniſſe ex diuturnitate longiſſimi temporis & nu.48.*

47 *Exemplum inſtrumenti ſolemniter tranſumptum probat, etiam quod non reperiatur originale & nu. 48.*

49 *Confirmatio priuilegij facta ex certa ſciētia valet; quamuis nō conſtet de priuilegio.*

Præſertim, quando confirmatio eſt facta à Principe, qui poterat concedere nu. 50.

50 *Relatum in confirmatione Principis attenditur, etiam non conſtito de eo, ad quod fit relatio.*

Maximè, quādo conſtat ex clauſula ex certa ſcientia *Principem confirmantem non erraſſe nu.51.*

52 *Quando apparet mādatum productum fuiſſe, quamuis non inueniatur, de eo conſtare dicitur.*

Et quamuis nō ſufficiat, notarium atteſtari de inſtrumento mandati, & ſecūdum aliquos nec quod index id atteſtetur nu. 53.

Tamen id procedit, quando ſimpliciter index enūciat mandatum, non quando teſtatur ſe illud admiſiſſe ad legitimandam perſonam num.54.

Nec, quando concurrunt cum ennunciatione adminicula nu.55.

56 *Incluſio facta vno modo non excludit ea, quę ſunt incluſa alio modo.*

57 *Præſertim* } *aduerbia ſunt comparatiua, &*
Maximè } *incluſiua.*

58 *Quiſque debet probare fundamentum intētionis ſuæ.*

Etiam reus excipiendo nu. 59.

Quamuis intētio fundetur in negatiua n.60.

Maximè, quando habet in ſe incluſam affirmatiuam nu.61.

62 Alciat.conſ.65.aliàs conſ.11.nu.8.cū ſeq. lib.2.*in quibus terminis procedat.*

63 *Mulier ciuis originaria Mediolani alibi nupta non deſinit eſſe ciuis, & ideò non continetur ſub prohibitione ſuccedendi ab inteſtato, de qua in* c. collegijs.

Præſertim nupta ciui ex priuilegio, qui dicitur loco ſubiectus, quamuis in eo nō habitet num.64.

65 *Forum ſortiri, & ſtatutis ligari paria ſunt.*

66 *Statuta prohibentia forenſes non ſuccedere ſunt correctoria iuris communis, & ſecūdum aliquos odioſa.*

68 Statutum Vrbis c. 24. *in quibus terminis procedat.*

Non habet locum, quando defunctus, & illi qui prætendunt ſuccedere ſunt forenſes num.71.

69 *Stante ſtatuto excludente fœminas, an frater conſanguineus tātùm concurrat cum vtrinque coniunctis in ſucceſſione, remiſſiuè.*

70 *Filij fratrum concurrunt in ſucceſſione cum fratribus.*

72 *Ommiſſum à ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

73 *De iure communi fœminæ admittuntur cum maſculis ad ſucceſſiones.*

74 *Statutum excludens à ſucceſſione fœminas nō habet locum quoad bona ſita extra territorium ſtatuentium.*

75 *In petitione hæreditatis veniunt omnia, quæ detinebatur à defuncto.*

76 *Fideicōmiſſa accipi debent de manu hæredis.*

Etiam in caſibus, in quibus reſtitutio fit ipſo iure nu.77.

RESPONSVM CVIII.

Auſpice Chriſto, & eius Matre ſanctiſſima.

PRætenſiones Excellentiſs. Marchionum Eſtenſium ex perſona Illuſtriſs. D. Iuſtinæ de Triuultijs eorū matris (ſent ētia mea) iu-
1 ſtiſſimæ sūt, etenim † prima, in qua prætenditur, potuiſſe D. Iuſtinā petere dotari in bonis paternis fundatur expreſſo *tex. l. fin. ibi (neq; enim leges) C. de dot. promiſſ. ſenſit gl. in l. obligamur in verbo (lege obligamur) ff. de act. & obligat. Bal. in l. 1. ſub nu. 13. verſ. (ſed ſi nupſit) ff. ſolut. matrim. Paul. in l. ſi ſocer in princ. verſ. (ſed quid ſi fuit maritata) ff. eod. ſolut. matrim. Alex. conſ. 139. ſub nu. 7. verſ. (& ita tenetur) in 2. Bal. Nouel. de dote par. 6. priuileg.* 15. alios allegat *Zuchard. conſ. 22. in princ.*
2 quibus † probatur patrem teneri filiam etiā nuptā dotare, ergo & ad id eius bona obnoxia ſunt *Barboſ. in d. l. 1. in 4. par. ſub nu. 27. verſ. (ſed his non obſtantibus)* qui de veriori, & receptiori opinione teſtatur *ff. ſolut.*
3 *matrim.* & † id procedit, etiam, quod filia ſit diues; quia, cum dos ſuccedat loco legitimæ *l. quoniā nouella C. de inoff. teſt.* & eſt indubitatum in muliere à ſtatuto excluſa,
4 quemadmodū † filio ēt diuiti debetur legitima in bonis patris, ita etiā filiæ diuiti debetur dos in bonis paternis, facit *d. l. fin. C.*

de

de dot.promiſſ.& de opinione magis cõmu-
ni Barboſ.teſtatur in d.4.parte l. 1. nu. 16.
verſ.(ſuccedit)& ſub n.17.verſ.(ſed quãuis)
Io.Frideric ſol. in tract.de dote q.16.Gail.ob-
5 ſeruat.95.nu.14.in 2.Et † etiã ꝙ filia renũ-
ciaſſet ſucceſſioni paternæ, quia renuncia-
tione non obſtante adhuc procedit l.fin.C.
de dot.promiſſ. fundata in obligatione pa-
tris ad dotandum Afflict.deciſ.178.nu.13.
Rota deciſ.771.parte 1.nouiſſ.

Nec obſtat, qđ D.Iuſtina à patruo, & ma-
6 tre dotata fuerit; quia, † cum non fuerit do-
tata in bonis paternis, adhuc ei competit
7 ius petẽdi dotari in dictis bonis, quit enim
non ſunt obligati dotare dotantes intelli-
gũtur donare l.vnic.§.accedit C.de rei vxor.
ideò non cõuenit, vt liberalitas alterius tol-
lat debitum patris: præſertim quia mihi
ſupponitur, publico documento conſtare,
dotationem factam non fuiſſe contempla-
tione D. Comitis Ioannis fratris bona pa-
terna poſſidentis Doct.in d.l.1.ff.ſolut.
mat.præcipuè Ruin.nu.131.& Barboſ.d.
4.par.nu.31.conferunt ea, quæ poſt Paul.
conſ.214.in 1.ſcripſit Socin Iun.conſ.79.
nu.83.in 3.quod etiam ſenſiſſe videtur ſta-
tutum Mediolanenſe c.281. diſponens, ita
demum filias excludi à ſucceſſione, de qua
in eo, ſi dotatæ fuerint, aliter quam de bonis
proprijs ipſarum filiarum, vel ab extraneis
earum contẽplatione, vbi Carpan allegat
authoritates concordantes. Nec pariter ob-
ſtat curſus decem annorum, de quo in ſta-
tuto c.283. quia intelligitur, vt præſumatur
eſſe dotata, quo ad hoc, vt tanquam dotata
repellatur à ſucceſſione aſcendentium, &
9 non aliter, ita † enim verba, quoad hoc, & il-
la, non aliter reſtringunt ſtatutum ad ſuc-
ceſſionem, & illud excludunt ab alijs caſi-
bus l.nõ aliter ff.de leg.3.l.q.haredi §.fin.ff.
de cond.& demõſtrat.l.2.§.vlt.ff.de donat.
l.1.in princ.verſ.(non aliter) ff.de offic.eius l.
rem non nouam C.de iudic.& per hos tex.
Deciã.conſ.107.ſub nu.7.in 2.Quo ad alios
verò effectus oportet, vt conſtet, mulierem
eſſe dotatam, vt in ſtatuto ſub c.282.

10 Præterquam quod animaduertendum
eſt, in præiudicium dictæ D. Iuſtinæ non
concurriſſe ſpatium decem annorum, dum
fuit minor l.fin.C.in quibus cauſ.reſt.non
11 eſt neceſ.quod † & in ſtatuto procedit, quia
12 interpretatur ſecundũ ius cõmune l.2.vbi
Salic.C.de noxal.act.Oddus qui teſtatur de
veriori, & æquiori opinione de reſt.in integ.
q.88.ſub num 55.verſ.(ego per hanc) &
in ſtatuto diſponente, vt lapſo certo tem-
pore quid perdatur, indubitatum eſſe, idem
Odd.d.q.88.nu.56.

Iure igitur petita eſt dotatio congrua
ſecundum tempus mortis patris Paul.conſ.
73.ſub num.1.verſ.(& venit) in 1.Aymon.
conſ.683.nu.6.in 4.& conſ.940.in 5.Bal.
nouel.de dote parte 6.priuileg.17.nu.4.& 5.
ſed & non minus iuridicè tertia pars bono-
rum ob defectũ dotationis, ita enim cauetur
eodem Mediolanenſi ſtatuto c.278.verſ.(&
14 ſi prædicta mulieres) Nec opponatur Com.
Ioan.debuiſſe à ſorore interpellari, alias nõ
poſſe dici in mora ad tradita à Doct.in l.ſi
ex legati cauſa, & in l.ſi inſulam ff.de verb.
15 oblig.& in l.quod te ff.ſi cert.pet.Sit quidem
facile reſpõdetur, tempus, de quo in eodem
ſtatuto c.278. ſcilicet infra decimum octa-
uum annum mulieris dotandæ ſeruire pro
interpellatione ad moram c.potuit de locat.
l.optimam C.de contrahend.& commit.ſti-
pulat.Felin.in c.dicet Heli ſub n.4.verſ.(ſecũ-
da cõcluſio) de ſimõ & eſt vulgare apud om-
16 nes de mora tractantes, licet † enim Afflict.
deciſ.159.& deciſ.370.nu.7.in conſuetudi-
ne ſimile ſtatuto noſtro videatur requirere
interpellationẽ, vt loco dotis poſſit mulier
prętendere ſucceſſionem, tamen in ſuo caſu
nõ erat adiectum tempus ad dotandũ, ideò
opus fuit interpellatione.

Amplector modo ſecundam, & præcipuã
prętenſionem concernentem ſucceſſionem
legitimam patruorum delatam ipſi D. Iu-
ſtinæ, in qua prius videndum eſt, an haben-
17 da ſit ratio D.Co:Ioannis, quia † ſi ipſe non
adiuit patruorum hæreditatem, nec potuit
eam tranſmittere ad hæredes ſuos l.cum
antiquioribus vbi Doct.C.de iure delib.l.v-
nic.§.in nouiſſimo C.de caduc.toll.l.emanci-
pata C.qui admit.l.qui liberos §.hæc verba, &
l.ſed ſi plures in princ.ff.de vulg.& pupil.Me-
18 noch.cõſ.1.n.477.in 1.Eſt enim aditio facti,
quæ propterea in dubio non prçſumitur, ſed
probanda eſt ab eo, qui illi innititur Bal.cõſ.
273.n.8.in 1.& conſ.31.in 2.Rom.cõſ.224.
ſub nu.2.Camer.imperial.deciſ.34.nu.3.li.
1.Medic.deciſ.21.in princ.Maſcard.de pro-
bat.concluſ.40.nu.8.lib.1.Georg.Cabedo de-
ciſ.Luſit.61.p.2.

Ex actibus autem deductis in propoſito
caſu haudquaquã probatam eſſe arbitror,
prius adducitur enunciatio Co:Ioannis, de
qua in proceſſu Vrbis his verbis concepta
proteſtatus fuit de diligẽtia ſua, & declara-
uit animum ſuum velle eam adire, prout aliàs

nis animo cum beneſitio legis, & inuentarij omni meliori modo quibus verbis ſatis dilu-
cidè videtur conſtare de aditione facta
animo.

19 Reſpondetur tamen, his verbis *volo adi-
re* non induci deliberatam aditionem, ſed
ſignificari duntaxat primum voluntatis, &
animi motum inclinantem ad aditionem.
*Bar. in l. gerit nu. 10. ff. de acquir. hared. ex
gloſ. in l. ſerui electione ff. de leg. 1. ubi Ripa n.
17. & Alciat num. 7. Gaigl. Benedict. ad c.
Rainutius de teſtamēt. parte 2. verſ. (mortuo
itaq; teſtatore) il 2. n. 359. Ang. in repet. l. qui
ſe patris ſub num. 80. C. unde lib. Aymo. conſ.
312. ſub num. 3. in fin. verſ. (ſed poſito) in 2.
Honded. conſ. 83. nu. 40. in 1. Bero. conſ. 272.*
20 *nu. 29. in 3.* & † quando hoc eſſet dubium,
vel ob authoritatem *Rom. Imola & Aret.* qui
tenere videntur contra *Bar. in d. l. gerit*, vel
ob verba illa, quæ in propoſito caſu ſequū-
tur poſt verba *velle eā adire* ſcilicet *prout
adiuit animo cum beneſitio legis, & inuenta-*
21 *rij omni meliori modo &c.* res † ſatis clara
redditur ex præuia ꝓteſtatione, *ꝙ per quē-
cunq; actum per ſe, vel per procuratorem fa-
ciendum non intelligatur adiuiſſe hæredita-
tem d. D. Cardinalis, quam nō adiuit, nec in-
tendit adire, niſi præcedente deliberatione, ac
tempore ad deliberandum, quo conceſſo tunc
ſi adibit, faciet cum beneſitio legis & inuenta-
rij &c.* efficit .n. hæc proteſtatio, vt actus
ſequentes alioquin tales, vt ex illis aditio
inducatur, non aliter eam inducant, niſi cō-
ſtet de reuocatione proteſtationis *l. pro hæ-
red. ff. de acquir. hæred. ibi (& ideo ſolēt) & l.
qui in aliena §. Celſus & ibi not. ff. eod.* oſten-
22 dit enim proteſtatio aditionem ſubſequutam
carere animo, & proinde nō eſſe aditionem
re, ſed verbis tantum *Corn. conſ. 161. nu. 4.
in 4. Rom. iun. conſ. 235. nu. 74. in 3. Euerard.
iun. conſ. 55. nu. 79. in 1. Surd. conſ. 445. nu.*
23 *12. in 3. Veral. decif. 68. parte 2.* dicens, † et-
iam id procedere in proteſtatione ſecretè
facta, à qua proteſtatione non conſtat receſ-
ſum fuiſſe, imò ipſe Comes etiam proteſta-
tur, per quoſcunq; actus ab eo faciēdos nol-
le recedere à tali proteſtatione, & vt cumu-
latiſſimè cōprobatur in doctiſſimo diſcurſu
Excellentiſs. Boſſij, ad quem in hoc, & plu-
ribus alijs articulum hunc concernentibus
ſufficit ſimplex relatio.

Imò, quando etiam res non eſſet clara, vt
eſt, ſed eſſet locus dubitandi, an ex illis ver-
bis *velle adire, prout adiuit* inducatur aditio,
24 obſeruantia † ſubſecuta tolleret omnem du-
bitationem, & inſinuaret, illis verbis indu-
25 ctam non fuiſſe aditionem; eius † enim eſt
virtus tollere omnem dubitationem *Aym.
conſ. 101. nu. 3. Gabr. conſ. 66. nu. 24. in 2.
Bec. conſ. 96. nu. 14. Cartar. decif. 67. n. 20.*
26 & † declarare qualis fuerit animus in præce-
dentibus *Surd. conſ. 420. nu. 43. & ſeq. in 1.
Honded. conſ. 92. nu. 27. & ſeq. in 1.*

Actus autem, ex quibus deducitur hæc
obſeruantia ſunt: Præfixio termini ad inſtā-
tiam fiſci Apoſtolici Co. Ioanni ad adeun-
dam hæreditatem; Citatio Comitis ad pri-
mam ad videndum adiri, & inchoari inuē-
tarium; Inſtantia fiſci, quod Comes non au-
diatur, cum non impleuiſſet pro parte ſua,
quia nō docuit ſe hæredem Cardinalis De-
cretū de conſignādis bonis Rucelaio depo-
ſitario, & tandē ſententia annullanis omnes
prætenſiones Comitis, præſertim fundatas
in aditione.

Et tanto magis ſunt ſpectandi hi actus,
quod eorum aliqui reſpiciunt Comitem, ali-
qui fiſcum, & aliqui iudices ipſos, ex quibus
colligitur, apud iſtos hæreditatem habitam
fuiſſe pro non adita, conferunt ſcripta à *Ce-
phal. conſ. 203. nu. 12. & ſeq. in 2.*

Imò, & impoſſibilis erat aditio, vt rectè
ſcriptū fuit, tum quia ſuppoſito *ſtatuto Me-
diolanenſi*, vt aditio fieri non poſſit cum be-
neſitio inuentarij *c. 272.* dùm Comes ciuis
Mediolanenſis Romę dicit, ſe velle adire
cum innentario, verè aliud non dicit, quàm
velle adire tantùm pro parte bonorum, quę
27 Romę reperitur, aditio autem pro parte im-
poſſibilis eſt *l. 1. l. 2. & l. ſi ſolus 80. ff. de ac-
quir. hæred. & l. quidam C. de iure delib. Al-
ciat. conſ. 40. incip. his ſuperioribus ſub n. 8.
lib. 9. Bero. conſ. 222. nu. 52. in 3. Ceph. conſ.
224. n. 38. in 2.* tum ēt, quia, cum incerta eſ-
ſet validitas teſtamēti Cardinalis, incertum
etiam erat ius delationis, & proinde non po-
terat Comes deliberare circa aditionem.

Circa actum ſolutionis librarum viginti
quatuor millium, ex quo ex aduerſo dedu-
citur aditio hæreditatis in perſona Co. Ioā-
nis, non inſiſto, quia D. Boſſius de facto be-
nè edoctus optimè omnem difficultatē ſol-
lit, nec mihi aliud eſt addendum, niſi, quod
legatum, cum nō eſſet factum à Pomponio,
qui ſupponitur nullum teſtamentum condi-
diſſe, non erat ſoluendum a Co: Ioanne vti
hærede Pomponij, ideò non infert ad ad-
itionem hæreditatis eiuſdem Pomponij.

Nec puto alicuius conſiderationis eſſe
illa verba *& hærede in ſolidū* quia ſiue re-
ſe-

ferantur ad Theodorum, vt ſatis manifeſtè
conſtat, ſiue dubitetur, ad quem referantur,
28 nõ poſſunt denotare aditionem, quæ, † quẽ-
admodum non arguitur ex factis dubijs *l.
pro hærede § ſi quid, ibi (quaſi hæres) vbi Bar.
& alij* id notãt *Bal. conſ. 224. verſ. (ſi autem
eſt actus) in 2. Aym. conſ. 197. nu. 4. in 1. Il-
luſtriſſ. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12.
29 tit. 9. n. 6. Laderch. conſ. 3. nu. 6.* ita † nec ex
verbis dubijs, cũ paribus paſſibus ambulent
facta, & verba ad aditionem *d. l. pro hærede.*
30 Præterea ex verbis d. inſtrumenti non
colligitur aditio, ſed tantum enunciatio de
aditione iàm facta, quæ enunciatio non
operatur, niſi ad illum actum ſolutionis *Ce-
phal. conſ. 203. nu. 9. & ſeq. in 2.*
Quo ad vltimum, ſcilicet poſſeſſionis, ex
quo deducitur aditio, plenè ſcriptum eſt in
dicto diſcurſu, quod eſt actus aliò tendens,
quam ad aditionẽ, quod ſi eſſet indifferens,
adhuc aditionem non inſinuaret, imò, quod
ſi neceſſariò ex eius natura inferrent ad
aditionem, ob præcedentem proteſtationẽ
id operari non poſſet, niſi conſtaret dere-
uocatione proteſtationis, quæ propoſitio-
nes, cum ſint probatæ *Doct.* grauioribus
authoritatibus, opus non eſt alias addere
authoritates minoris ponderis, de quibus
31 *Maſcard. de probat. concluſ. 45. lib. 1.* eſt † e-
nim illud receptum, ita demum poſſeſſionẽ
arguere aditionẽ, ſi alio titulo poſſeſſor non
poteſt prætendere poſſidere, quam titulo
32 hæredis *Surd. conſ. 305. nu. 31. in 3.* Et † ſi
Comes habuiſſet bona communia, & indi-
uiſa cum patruis, ex poſſeſſione eorundem
bonorum non induceretur aditio *Bar. in d.
l. gerit n. 27. Marãt. in repet. l. ſi poteſt n. 63.
ff. de acquir. hæred. Cartar. deciſ. Genua 124.
nu. 8. Cabedo deciſ. Luſitan. 61. nu. 9. parte 2.*

Cũ igitur non conſtet de aditione Co.
Ioannis, eius perſona non obſtabit D. Iuſti-
næ prętendẽti ſuccedere patruis, quorũ hę-
reditatem non conſtat Co. Ioannem adiuiſ-
ſe, ceſſantq; plures difficultates, de quibus
in inſpectionibus Illuſtriſs. Senatoris Acer-
bi Domini mei, concernentibus ſecundam
prætenſionem; Et ad id videtur reduci tota
difficultas, an dictæ D. Iuſtinæ in hac præ-
tenſione obſtent exceptiones ex aduerſo
obiectæ, quarum prima eſt, eam reddi inca-
pacẽ ex *conſtitutionibus Mediolanenſibus,
nulla mulier in c. collegijs* ſuper quibus ple-
nè informatum fuit in diſcurſu Excellẽtiſs.
Bolſij.
33 Licet enim plura dici poſſent de validi-
tate *Statuti d. nulla mulier* oſtendendo, va-
rijs rationibus dici poſſe inualidum, & data
eius validitate, quod non procederet, niſi in
muliere, quæ ex ſe nuberet, non quæ nube-
ret ad nutum parẽtum, vel propinquorum,
reſtringendo illud magis, quam fieri poſſit
vti odioſum, pænale, & in pluribus corre-
ctorium iuris communis, ad quę rationes, &
authoritates plenè ſuppeditarent *Pacian. li.
2. de probat. c. 3. nu. 119. Bald. conſ. 357. in
34 1. Coraſ. apud Zuccard. conſ. 75. Malaſ. cõſ.
123. & Eugen. conſ. 18.* Tamen † quia in
cauſis, quæ Mediolani controuertuntur ex
ſcriptis ab *Alciat. conſ. 1. ſub n. 4. conſ. 3. nu.
18. & conſ. 11. in 2. & ab Alba conſ. 23. in 1.
& conſ. 466. in 3.* cõſtat, nõ dubitari de va-
liditate ſtatuti, imò prohibitum eſſe aduo-
catis dicere de eius nullitate, & quotidie
practicari, & ab illo obtineri diſpẽſationes,
vt apud *Carpan.* illudque indiſtinctè pro-
cedere in quacunque muliere forenſi nu-
bente, neceſſarium eſt confugere ad illud
ſolidiſſimum fundamentum, de quo in di-
ſcurſu, ſcilicet caſum noſtrum ſub hoc ſta-
tuto non comprehendi, cum Domini Eſtẽ-
ſes deſcendentes in infinitum ab Hercule,
& Sigiſmũdo ex priuilegio Io. Galeaz Du-
cis Mediolani confirmato à Carolo V. Im-
peratore creati, & cõſtituti fuerint ciues, &
de iuriſdictionibus Mediolani, Papiæ, &
Laudæ; ita vt poſſint emere, acquirere, &
præſertim, vt cum mulieribus Mediolanen-
ſibus contrahere poſſint matrimonium non
obſtante *d. ſtatuto nulla mulier de pæna mu-
lieris*, cui in ſpetie derogatur, ita vt de re
hac non ſit vlterius dubitandum.

Imò, & quando in priuilegio non eſſet
derogatum *d. ſtatuto*, idem dicendum eſſet,
quia cum Domini Eſtenſes iàm ſint ex pri-
uilegio facti ciues Mediolanenſes, ac ſi eſ-
ſent originarij, etiam quod alibi habitarẽt
mulieres Mediolanenſes illis impunè nu-
bere poſſent, quemadmodum poſſunt nu-
bere ciuibus verè originarijs, licet longiſſi-
mo tempore alibi habitauerint, nimirum,
quia habitatio originem non tollit *Carpan.
ad d. ſtatutum nu. 45.* qui ad id allegat *Soc.
ſen. conſ. 75. in 1. & Ioſeph. Ludouic. deciſ.
36 Peruſ. 85. nu. 4.* nec aliter pro veritate di-
ci poteſt, quia † cum ciuilitas, & iuriſdictio
in iure conſiſtant, qui ex priuilegio factus
eſt ciuis, & de iuriſdictione, verè dicitur ci-
uis, & de iuriſdictione, vt in ſtatuto de lucro
37 dotis latè proſequitur *Dec. conſ. 282. incip.
& diligenter ſub nu. 9.* ciues † enim non ſo-

lum

lum origo, ſed & adoptio facit *l. ciues*, vbi
id notant *Doct. C. de incol. lib. 10. Bal. in l. ci-
nes C. de appellat. Ceph. conſ. 451. nu. 27. cum
pluribus ſeq. in 4. Decian. conſ. 44. nu. 5. &
ſeq. in 4.* Et in ſtatuto Parmenſi ſimili ſtatu-
to noſtro in terminis ſcripſit *Coraſ. apud
Zucard. conſ. 75. ſub num. 77. verſ. (Quarta
conſideratio.)*

Decuius priuilegij validitate, & fide ex
ſententia mea non eſt dubitandum, Prius
38 quantum ad validitatem, licet † illud non
ſit à Duce ſubſcriptum, ſufficit, quod ipſius
Ducis ſigillo ſit ſignatum; non enim alia ra-
tione requiritur ſubſcriptio, niſi, vt de con-
ſenſu conſtet, ſed ex ſigillo conſtat de con-
ſenſu non minus, atque de eo conſtet ex
ſubſcriptione *l. tribunus §. 1. vbi gloſ. in
verbo (ſignauerit) ff. de milit. teſt. Bar. in
l. qua dotis in fin. ff. ſolut. matrim.* optimè
Rom. conſ. 303. nu. 2. alios allegat *Ant.
Gabr. lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 4. in
princ. Couar. pract. quæſt. c. 22. ad fin. Menoc.
de arbitr. iudic. caſ. 313. nu. 6. Maſcard. de
probat. concluſ. 1302. nu. 5. Surd. deciſ. 137.
nu. 2. & 3.*

Nec eius validitati magis nocet, quod
Princeps eſſet minor, & quod priuilegium
non conceſſit cum authoritate curatoris:
Nam prius non conſtat, quod habuerit cu-
ratorem, quod ab impugnantibus priuilegiũ
39 erat probandum, notiſſimum eſt, adultis in-
uitis non dari curatorem *§. Item inuiti Inſt.
40 de curat.* quem † ſi Princeps habuiſſet, non
tamen neceſſarius fuiſſet in cõcedendo pri-
uilegio ciuilitatis, quia eo bona minoris a-
lienata non fuerunt, nec facta eius conditio
41 deterior, ſed † potius melior, cũ ſub iuriſdi-
ctione ſua poſiti fuerint viri Illuſtriſsimi, &
nobiliſsimi, à quibus ciuitates maximè ho-
notatur *l. de ætate ff. de minor. l. ſi quis ex a-
liena ff. de iudic. Creſcent. deciſ. 181. alias 8.
de ſent. & re iudicat. n. 9. Veral. deciſ. 147.
parte 3.* quibus probatur actus fauorabiles
minori ſine curatore, vel cum falſo procu-
42 ratore valere: nimirum, quia † in fauorabi-
libus minor habetur pro maiore *l. non ideo
minus & ibi Doct. C. de procurat.* & eſt vulga-
re illud, minorem ſine defenſore facere ſuã
conditionem meliorem.

Quatenus verò potuiſſet dubitari de va-
liditate priuilegij, quia nõ conſtat Marchio-
nes Eſtenſes habitaſſe in dominio, & bona
poſſediſſe, prout ſupponitur requiri in De-
creto Ducali in actis, vt dicitur exhibito: Li-
cet nõ viderim d. decretum, quod mihi ex-
hibitum non fuit, tamen, cum mihi ſuppo-
natur, Dominos Marchiones, eorumq; an-
teceſſores fuiſſe antiquiſſimos feudatarios
Ducatus Mediolanenſis, non poteſt negari,
quin ratione dominij directi, quod habet
Ducatus in dictis feudis, ipſa feuda verè di-
cantur eſſe in dominio; & vti in tali domi-
nio eſſe à Dominis Marchionibus poſſeſſa.

43 Præterea, ſi hæc decreta promulgata
fuerunt poſt adeptum priuilegium, illi non
nocent, cum proprium legis ſit futuris, non
præteritis prouidere negotijs *l. leges, & con-
ſtitutiones C. de legib. DD. in c. fin. de conſtit.
Alex. conſ. 190. nu. 8. in 2. Roman. conſ. 277.
num. 4.* Si verò aderant hæc decreta tempo-
re priuilegij, illis manifeſtè derogatum fuiſ-
ſet in clauſulis, de quibus in priuilegio, in
quibus expreſsè fit mentio de decretis aliã
formam dantibus ex certa ſcientia, & de
plenitudine poteſtatis, & cũ clauſula *ſupplẽ-
44 tes*, quibus † clauſulis tollitur omnis difficul-
tas, quæ contra fieri poſſet ad latè cumulata
ab *Ant. Gabr. lib. 6. tit. de clauſulis concluſ. 1.*

Et præcipuè defectus curatoris ceſſat ex
confirmatione Caroli V. facta, illi prius ex-
hibito priuilegio in authentica forma, quę
non eſt ſimplex confirmatio, ſed & noua
priuilegij cõceſſio, vt colligitur ex illis ver-
bis *decernentes, & volentes, quod ipſe Sigiſ-
mundus, & filij &c.* cum clauſula *non ob-
ſtantibus quibuſcunq; legibus, ſtatutis, de-
cretis, conſtitutionibus &c.* quibus omnibus
derogatur, quatenus obſtare poſsẽt priuile-
gio, & confirmatione etiam cum clauſula
ſupplentes.

Nec aduerſus hanc cõfirmationem dari
poteſt de obreptione, & ſubreptione, quod
non fuerit narratum de morte Co. Ioannis,
& prætenſione DD. Eſtenſium, quaſi, quod
ſi eſſet narratum, non facilè fuiſſet cõfirma-
tum id, in quo tractabatur de iure tertij: Si
quidem reſponderi poteſt, confirmationem
fuiſſe de anno 1551. & litem à D. Iuſtina
motam fuiſſe de anno 1554. ideò narrari
non potuit ius nondum in eſſe deductum:
ſed de his reſpondebunt illi, qui de facto
47 melius edocti ſunt: Illud † eſt ſine difficulta-
te, in confirmatione adeſſe clauſulam *ex
certa ſcientia, & imperiali poteſtate* ob quã
fit, vt non poſſit dici de ſubreptione, & vt di-
ſpoſitio operetur ad præiudicium tertij, et-
iam tollendo ius quæſitum, ita vt in re clara
non ſit locus præſumptioni, quod non præ-
ſumatur Princeps tollere ius tertij ei præiu-
dicare *Ant. Gabr. d. concluſ. 1. de clauſulis n.
10.*

10.*&* 28 *Stabil.de literis gratiæ tit. de vi & effect.clauſ.§.ſubſequenter num.7 cum plu-
ribus ſeq.Io. Aloyſ. tract. crim. c. 1. nu. 97.
& ſeq.*

Minus etiam priuilegio,& confirmationi
obſtat defectus regiſtrationis , & interina-
tionis ob clauſulam, *ſupplentes omnem defe-
ctum cuiuſlibet ſolemnitatis, tam intrinſeca,
quam formalis* , & in confirmatione adeſt
clauſula *ſupplentes omni defectui , ſiue iu-
ris, ſiue facti , qui in præmiſſis quouis modo
interueniſſet, aut interueniſſe dici , aut alle-
gari poſſet.* Prærerquamquod in confirma-
tione manifeſtè legitur interinatio Excel-
lentiſs.Senatus Mediolani ; ita vt difficultas
tantùm redacatur ad priuilegium , quod
46 cum fuerit conceſſum centum , & vltra ab
hinc annis , & quinquaginta , & vltra annis
ante litem motam, tali diuturnitate longiſ-
ſimi temporis præſumetur ſolemnitas ex-
trinſeca.*Doct.in l.ſciendum ff.de verb.oblig.
Alex.ſub n.19 .Iaſ.nu.16.& alij, Canoniſtæ
in c.Albericus de teſtibus Puteus deciſ. 355.
lib.1. Mohed.deciſ. 2. de tranſact. alias* 52.
præſertim, quia hæc eſt ſolemnitas,quæ po-
tuit interuenire poſt cõceſſum priuilegium,
latè proſequitur, *Aymo.de antiquit.temp.in
3.parte c.2.Alex.conſ.79.num 4. in 1. Illu-
ſtriſs.Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.
22.tit.7.num.*23.*alij* apud *Maſcard.de pro-
bat.concluſ.*1316.*vol.*3.

Hæc de validitate priuilegij, & eius con-
47 firmationis, nunc de eius fide, de † qua non
eſt, cur dubitetur, cum tranſumptum exhi-
bitum ſit confectum ſolemniter coram Vi-
cario Poteſtatis Mediolani, duobus Antia-
nis collegij notariorum , & alijs notarijs ad
id conuocatis collationatum cum origina-
li exhibito ipſi Vicario , ab eoq; & à dictis
notarijs lecto , conſiderato , & reperto ſine
vllo vitio, ſed in forma probante, adhibitis
etiam dictorum notariorum ſignis , & ſub-
ſcriptionibus;his enim cõcurrentibus fidem
facit *c. fin. de fid. inſtrument. vbi in verbis,*
47 *& ibi Doct.Veral. deciſ.*321.*p.*3. Nec † ob-
ſtat, quod nõ reperiatur originale,quia au-
thenticum exemplũ ſeruit pro originali, vt
dicitur in *d. c. fin.* & præſertim in caſu no-
ſtro , in quo conſtat factum fuiſſe tranſum-
ptum, vt de priuilegio eſſet fides, vt legitur
in inſtãtia Bartholomæi mandatarij March.
Herculis Eſtenſis. Amplius eſt communis
opinio *Doct. in auth. ſi quis in aliquo C. de
edend.& in c.cũ P.de fide inſtrument.* exem-
plum ſumptum authoritate iudicis,vel eius,
qui à publico authoritatem exemplandi ha-
bet, probare non conſtito de originali *Dec.
conſ.*36.*nu.*2. *Ceph.conſ.*304.*nu.*190.*in* 3.
*Menoch.conſ.*175.*num.*30.*in* 2.*Didac.pra-
ctic.quæſt.c.*21.*nu.*3 . Et, ſi ad id quædam
ſolemnitates interuenire debent,ipſa inſpe-
48 ctione cõſtat, interueniſſe,& † ſi quæ neceſ-
ſariæ eſſent, quæ non enunciarentur (quod
non creditur) antiquitas temporis eſſet in
cauſa, vt præſumerentur interueniſſe *Dec.
d.conſ* 36.*num.*2.*Aret.conſ* 36 *num.*6.*Rota
deciſ.*5.*num.*3.*parte* 1. *nouiſſ. Puteus deciſ.*
159.*nu.*2.*lib.*1. Sed vbi aliqua daretur dif-
ficultas(vt verè non datur) tollitur ex con-
firmatione eiuſdem priuilegij , de quo in
tranſumpto facta ab Imperatore Carolo ex
certa ſcientia , quæ efficit , vt non liceat du-
bitare de eo, quod Imperator enarrat, quia
49 præſumitur plenè inſtructus , efficit † etiam
vt teneat confirmatio , licet non conſtaret
de confirmato *Ant. Gabr. de clauſulis con-
cluſ.*1.*num.*28.*&* 35.qui allegat *Innocent.*
50 *Specul.Alex.& alios vt per eum,* Et † in Prin-
cipe,qui poteſt aliquid concedere,vt atten-
datur ſolum relatum, etiam quod non con-
ſtaret de eo , ad quod relatio habetur , eſt
receptum *Alex.num.*11.*Dec. num.*40. *in d.
auth.ſi quis in aliquo,*& melius , magiſq; ad
cauſam noſtram *Iaſ. num.*8. *Menoch.conſ.*
90.*num.*42. *Surd. conſ.*241.*in princ. in* 2.
51 Et † quando conſtat,Principem confirman-
tem, & ſe referẽtem non erraſſe,vt hìc con-
ſtat ex d. clauſula *ex certa ſcientia* , non at-
tendi , quod non reperiatur ſcriptura , ad
quam relatio habetur *Dec.conſ.*63.*nu.*6.*&
conſ.*350.*nu.*6.

Nec diminuitur fides huius tranſumpti
ex eo , quod non conſtet de mandato illius,
qui tranſumptari obtinuit : Etenim ſatis pu-
to cõſtare, cum iudici, ad quem potiſſimum
ſpectabat inquirere, an intereſſet petentis,
exhibitum fuit mandatum,illudq; viſum, &
lectum cum fide legalitatis fuit à notario,
nec enim ad hoc, vt de eo conſtare dicatur
52 credo fuiſſe regiſtrandum , quando † enim
conſtat , illud productum fuiſſe, & eo atten-
to perſonam fuiſſe vti legitimã admiſſam,
etiam quod perirerit inſtrumentum, & non
reperiatur, de mandato tamen conſtare di-
citur *Mohed.deciſ.* 1. *de procurat. alias* 18.
*Imol.in l.ſciendum nu.*7.*& Aret. nu.*17.*ff.
de verb.oblig.* quos ſequitur *Illuſtr. Mantic.
de tacit.& ambig.conuent.lib.*7.*tit.*4. *n.*17.
53 Et quamuis *Doct.in authent.ſi quis in ali-
quo C. de edendo* dicat , non ſufficere , quod
nota-

notarius teſtetur vidiſſe inſtrumētum man-
dati, & aliqui addant, nec ſufficere, quod
iudex id atteſtetur *Afflict. deciſ.* 273. intel-
54 liguntur † tamen, quando iudex ſimpliciter
enunciat vidiſſe inſtrumentum mādati,
non quando teſtatur ſibi ad legitimationem
perſonæ fuiſſe exhibitum d. inſtrumentum,
& illud vidiſſe, vt intelligeret, an perſona
eſſet legitima, & eo viſo proceſſiſſe ad vlte-
riora cum eo, qui d. inſtrumentum exhibuit
vt perſona ad id, quod petebat legitima.
55 Immò & ſi ſimpliciter de mādato eſſet enun-
tiatum, illud ſatis probatum diceretur con-
currentibus adminiculis, quod non verſa-
mur in ſimplici enunciatione; ſed dicitur à
quo notario fuit confectum documentum
mandati, dicitur particulare eius tempus,
dicitur de legalitate adiecta, & etiam con-
currit antiquitas temporis *Caſſador. deciſ.* 1.
de procurat. Achil. deciſ. 194. *alias* 3. *de fide
inſtrument. Rota deciſ.* 187. *p.* 1. *nouiſſ. Ve-
ral. deciſ.* 194. *p.* 2.

Non eſt igitur dubitandum, nec de fide,
nec de validitate priuilegiorum, quæ ope-
rantur, vt Dominis Eſtenſibus non obſtent
ſtatuta Mediolani, Papiæ, & Laudi, quæ
excludūt forēſes à ſucceſſione, vel mulieres
illis nubendo, vel quoquomodo reddunt fo-
renſes deterioris conditionis, ac ſint ciues
originarij, nam in priuilegio, & eius con-
firmatione redduntur prorſus habiles ad
omnia, ac ſi eſſent illarum trium ciuitatum
ciues originarij, & ponitur clauſula gene-
ralis, *non obſtantibus omnibus, quæ prædictis
priuilegijs repugnare poſſent*, & quia poſſent
repugnare ſtatuta, & decreta nedum Me-
diolani, ſed & duarum aliarum ciuitatum,
ideò neceſſe eſt, vt dicamus, remota fuiſſe
omnia obſtantia, nec expræſſio quorundam
ſtatutorum facit, vt alia excludantur, quæ
56 ſub generalitate ſunt incluſa, quia † incluſio
facta vno modo, ſcilicet in ſpecie, nō exclu-
dit ea, quæ ſunt incluſa alio modo, id eſt ſub
generalitate clauſulę (*nō obſtātibus*) *Rota de-
ciſ.* 253. *n.* 2 *p.* 1. *nouiſſ. Ceph. cōſ.* 57. *n.* 45 *in*
1. *Rim. iun. conſ.* 23. *nu.* 308. *in* 1. *Menoch. de
arbitr. iudic. caſ.* 64. *n.* 18. quod etiā fuiſſe ex
mēte concedentium priuilegium ex eo, vel
maximè conſtat, quod, quando derogant
ſtatutis in ſpecie, vtuntur aduerbio, *præſer-
57 tim*, quod † cum ſit aduerbium compara ti-
uum, & incluſiuum, vt eſt aduerbium (*ma-
ximè*) *Calder. conſ.* 3. *de verb. ſign. Abb. in c.
tum ex literis nu.* 7. *de reſt. in integ.* denotāt,
quod etiam alijs contrarijs derogare inten-
dunt, licet in his magis inſiſtant.

58 Et ſi aduerſarij prætendunt, Dominos
Eſtenſes priuilegium perdidiſſe, quia onera
nō ſuſtinuerunt, id eſt fundamentum partis
aduerſæ, ideò neceſſario ab ea probādum,
ſcilicet, quod fuerint requiſiti ad onera, &
recuſauerint ſatisfacere *l. qui accuſare C. de
eden. l. actor. quod aſſeuerat C. de probat.*
59 etiam, † quod aduerſarij ſint rei, & id al-
legetur excipiendo, quia reus in illis fungi-
tur partibus actoris *l. in exceptionibus ff.
de probat.* authores videri poſſunt apud
Ioſeph. Ludouic. concluſ. 14. *circa princ.*
60 etiam, † quod intentio fundetur in negati-
ua *Bar. in l. in illa ff. de verb. oblig. Hercul.
61 de negat. nu.* 2. cum † enim ſolutio onerū
ſit qualitas, quæ conſequitur priuilegia, &
habet in ſe incluſam affirmatiuā, quod pri-
uilegia prætenſa ceſſant ob non ſolutionem
onerum, meritò probanda eſt ab excipien-
te, & opponente de ea *Pacian. de probat. lib.*
1. *c.* 51. *nu* 5. *& nu.* 9.

His igitur concludendum eſt, priuilegia
eſſe valida, in forma probanti, derogare ſta-
tutis, & decretis contrarijs Mediolani, Lau-
dæ, & Papiæ, nec amiſſa eſſe.

Reuertendo modo vnde digreſſus ſum,
vt inſpectionibus ſatisfacerem, dico, non
intrare in propoſito *ſtatutum nulla mulier*
ob dictum priuilegium.

62 Nec obſtat quod *Alciat. conſ.* 65. *alias* 11.
in 2. *nu.* 8. *cum ſeq.* dicat *d. ſtatutum* etiam
procedere in muliere nubente ciui ex priui-
legio, quia, quando non habitat Mediolani,
ſemper dicitur nubere extra iuriſdictionē,
vt latius per ipſum.

Si quidem facile eſt reſpondere, quod in
caſu ſuo, cui nupſerat mulier, non erat factus
ciuis, vt eſſet de iuriſdictione, & quod magis
viget, non conſtat, quod in priuilegio ciui-
litatis fuerit derogatum in ſpetie *d. ſtatuto*,
ideò in terminis ſuis poteſt ſuſtineri conſul-
tatio *Alciat.* quia, ſi ſtatutum diceret, quod
mulier non nuberet non ciui, potuiſſet ſuf-
fragari priuilegium, ſed cum dicat, vt non
nubat extra iuriſdictionem, non ſuffraga-
tur ciuilitas, ſi non concurrit etiam habita-
tio in iuriſdictione, quæ conſiderationes
ceſſant in caſu noſtro, in quo priuilegium
in ſpetie derogando *d. ſtatuto* dat licētiam
mulieribus Mediolanenſibus nubere DD.
Eſtenſibus.

Minus obſtat *noua conſtitutio in capitu-
lo collegijs*, dum in fine a. t, *eo amplius ſanci-
tum eſt, quod non ſubditi huic dominio alicui*

ſubdito

ſubdito ab inteſtato ſuccedere non poſſent, ſed
D. Iuſtina, vti nupta extra dominium Me-
diolanenſe, eſt non ſubdita, ergo non potuit
ſuccedere patruis mortuis ab inteſtato.

63 Rectè enim dictum fuit in diſcurſu, mu-
lierem ciuem originariam, etiàm nuptam
forenſi in his, quæ non concernunt ob. -
quia matrimonij, non deſinere eſſe ſubditã,
& illis, qui allegantur addi etiàm poteſt
Ceph.conſ.526.nu.37.in 4. Bertazol conſ.ci-
64 *uil.56. nu.71.* & † tanto magis, quia nupta
eſt ciui ex priuilegio, qui licet non habitet
in loco; poteſt tamen dici loco ſubiectus
Alex.conſ.157.nu.14.& 15.in 2. dicens, ci-
uem ex priuilegio ſortiri forum in loco, &
proinde fieri ſubditũ, vel loco ſubiectũ, quia
65 forum ſortiri, & legibus, atq; ſtatutis loci ſu-
bijci paria ſunt, vt poſt *gloſ.* notant *Dd.in c.*
quod clericus de foro compet. cum alijs, quæ
ab ipſo *Alex.* allegantur, quod magis proce-
dit in hoc caſu, quo Domini Eſtenſes non
tantùm facti ſunt ciues, ſed facti de iuriſdi-
ctione Mediolani, quod aliud nõ ſignificat,
niſi, quod ſunt facti ſubditi dominio Me-
diolanenſi, quod maximè procedit in fauo-
rabilibus, vt eſt, quod ab inteſtato ſuccede-
re valeant: Igitur mulier nupta ſubditis non
poterit nõ dici ſubdita, vt ſuccedere valeat;
66 cumq; † hæc ſtatuta prohibentia, non ſubdi-
tos non ſuccedere, ſint iuris communis cor-
rectoria, & ſecundum multos, etiàm odioſa,
erunt ſtrictè intelligenda *Ceph. conſ.580.n.*
5. in 4. ſcilicet in ijs, qui prorſus, & omni re-
ſpectu ſunt non ſubditi, nõ in muliere nupta
forenſi, quæ certo modo poteſt dici ſubdita,
& minus, quando nupta eſt illi, qui, & ipſe
certo modo poteſt dici ſubditus.

67 Nolo etiàm omittere, quod quicquid ſit,
ſi *d. capitulum* diſponeret, vt bona non ob-
uenirent ab inteſtato non ſubditis, dùm di-
ſponit, vt non ſubditi ſuccedere non poſſint
ab inteſtato, directè priuat non ſubditos be-
neficio iuris communis, quod cum non poſ-
ſint authores *d. capitulo* illud neceſſariò nul-
lũ erit *Alex. conſ.44 in 5. Ceph.* qui alios al-
legat *conſ.161.n.10.& 11.in 2.* vbi *in verſ.*
(ſecundo ego) loquitur de conſtitutione no-
ſtra, & eam dicit nullam, quod etiàm ſenſit
apertè *Surd.conſ.343. nu.6. in 3.* per tex. in
l. 1. in fin. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & l.
etiàm ff de tutel. & allegat *Bart. Bald. Salic.*
& alios complures, vt per eum.

Nec prædictis obſtant ſcripta in *nouiſs.*
ſtatutis Mediolan. c.172 quia eodem mor-
bo hoc ſtatutum laborat, ſemper enim deſi-

deficit poteſtas ſtatuentium, dum claudunt
ora non ſubditorum, vt allegare non valeãt
iuris communis traditiones.

Hæc omnia dicta ſint ſuppoſito, quod Co
Ioannes non adiuerit patruorum hæredita-
tes, vt verè non adiuit, ſed ſi vellemus con-
cedere, adiuiſſe, adhuc exiſtentia ipſius in
totum non excluſiſſet D. Iuſtinam à prædi-
cta ſucceſſione, ſi prius ſpectemus *ſtatutum*
Mediolani c.290. de ſucceſſione collateralis in
§. ſi verò defunctus diſponit, ſi adſit filia fra-
tris, & cum ea cõcurrat agnatus infra quar-
tum gradum, quod filia fratris ad tertiam
partem bonorum ſuccedat.

Idem ſtatutum c.278.279.& 280. non
loquitur, niſi de ſucceſſione aſcendentium,
ideò non excludit D. Iuſtinam à ſucceſſio-
ne patruorum.

Idem ſtatutum c.288. tractat tantùm de
ſucceſſione fratris diſponens, vt frater, vel
filius maſculus fratris defuncti, vel eius a-
ſcendens maſculus excludat ſororem de-
functi.

Quoad *ſtatutum Ciuitatis Laudæ de ſuc-*
ceſ. ab inteſtato illud prius excludit fœmi-
nas à bonis paternis, & fraternis, de alijs non
loquitur, excludit etiam nuptam extra iu-
riſdictionem communis Laudæ, ſed obſtãt,
quæ antea dixi de priuilegijs, & vlterius in
hoc ſtatuto ponderanda eſſent verba *ſe nu-*
bant, vt ponderantur à *Bal.Coraſ. Malnaſ &*
alios allegatos ſupra, *Statutũ* verò *Nouarræ*
loquitur de ſucceſſione paterna, auita, &
fratrum, vel nepotum; nihil autem dicit de
ſucceſſione patruorum, ita non obſtat.

Nec pariter obſtãt *ſtatuta Cremonæ, quæ*
in Rub. de ſucceſſ. ab inteſt. cum Rub. ſeq. lo-
quuntur de ſucceſſione parentum, & de ſuc-
ceſſione matris, & auiæ.

Et quamuis in *ſeq. Rub. incip. & nec ma-*
ter videatur generaliter in quacunq; ſucceſ-
ſione ſancitum, vt agnati vſq; ad quartum
gradum incluſiuè præferantur fœminis a-
ſcẽdentibus, & collateralibus: Tamen ex li-
tera ipſius *ſtatuti* colligitur vera intelligẽ-
tia, quæ fuit, quod nec mater, nec auia, nec
alia perſona ex linea materna aſcendens,
vel collateralis, ſcilicet ex linea materna, &
ita defuncto cognata ſuccedat cum agnatis,
ſed quod agnati præferantur, & ita intentio
ſtatuti eſt, vt agnati vſque ad quartum gra-
dũ præferantur fœminis defuncti cognatis,
quod patet, quia ſtatim idem ſtatutum ſub-
iungit, vt non exiſtentibus prædictis agna-
tis, quod mater, & aliæ perſonæ ex linea

ma-

Digitized by Google

materna coniunctæ admittantur ad ſucceſ-
ſionem cognatorum: Sed D. Iuſtina non e-
rat coniuncta patruis ex linea materna, ſed
ex paterna, non eſt ipſis cognata, ſed agna-
ta, ideò prædictum ſtatutum non intrat.

68 Deniq; *ſtatutum Vrbis c. 82. & 85.* lo-
quitur de ſucceſſione patris, & in *c. 24.* licet
abſolutè dicatur *Defuncto ſine filijs ab inte-
ſtato ſuccedant pariter germani fratres, etiã
non vterini excluſis ſororibus* tamen conſtat
intentionem ſtatuentium fuiſſe, tollere illã
69 difficultatem, quãdo † in ciuitate extant ſta
tuta aliquo reſpectu excludentia fœminas,
an ad ſucceſſionem conſanguinei tantùm
concurrant cum vtrinq; coniunctis, vel illi
præferantur, vt in *auth. itaq; C. com. de ſuc-
ceſſ.* de qua difficultate hinc indè circunfe-
runtur modernorum doctiſſima conſilia *Al-
ba conſ. 81. Ceph. conſ. 323. in 3. Decian. cõſ.
16 in 1. Rim. iun. conſ. 401. in 4 Pereg. conſ.
51. nu. 14. in 1. BertaZol. conſ. crimi. 22. Me-
noch. conſ. 187. in 2. & conſ. 527. in 6.* &
quamuis tollẽdo illam difficultatem ſtatuẽ-
tes excludant ſorores, dicitur eas excludere
in caſibus, in quibus cadere poteſt dubita-
tio, an vtrinq; coniunctus præferatur conſã-
guineo, ſcilicet quando agitur de ſucceſſio-
70 ne fratris, vel patrui, ſed † quando ad eam
cõcurrunt fratres defuncti vna cum filijs al-
terius fratris iam prædefuncti *§. ſi igitur de-
functus neq; deſcendentes Auth de hæred. ab
inteſt.* non verò, quando extant ſoli filij fra-
tris prædefuncti, qui prætendunt ſuccedere
71 patruis, vt hic, Præterea † quicquid ſit, cum
reſpectu huius ſtatuti patrui, quibus ſucce-
ditur, eſſent forenſes, Co. Ioãnes excludens,
& D. Iuſtina, ſtatutũ nõ intrat *Ruin. conſ. 48.
in 3. Rota deciſ. 295. nu. 4. parte 1. nouiſſ.
Honded. conſ. 11. nu. 8. & 9. in 1.* Caſus er-
gò noſter eſt ommiſſus à ſtatutis Vrbis,
72 Cremonæ, Nouarræ, & Laudæ, † ideò quoad
bona ſita in territorio horum ſtatuentium
res remanet in diſpoſitione iuris communis
*l. commodiſſimè ff. de lib. & poſthum. cum
73 vulg.* à † qua pariter fœminæ cum maſculis
vocantur *l. maximum vitium C. de lib. præ-
terit. §. 1. auth. de hæred. ab inteſt. venient.*
74 Nec † ſtatutum Mediolanenſe dans tantùm
tertiam partem, de quo ſupra, extenderetur ad
bona ſita in alijs ciuitatibus habentibus ſua
propria ſtatuta *Aym. conſ. 308. nu. 3. Put. de-
ciſ. 355. lib. 1. Rota deciſ. 304. parte 1. nouiſſ.*

Exceptio ergò ſtatutorum, vel excludẽ-
tium nuptas extra iuriſdictionẽ, vel non ſub-
ditos, aut fœminas exiſtentibus maſculis,
non obſtat intentioni D. Iuſtinæ.

Minus obſtat allegata bonorum Pompo-
nij confiſcatio, quia (vt rectè ſcriptum fuit)
75 friuola redditur hæc exceptio, cum † bona
fuerint apud Pomponium tempore eius
mortis reperta in eius hæreditate, neceſſa-
riò etiam veniunt ſub petitione hereditatis,
non attento, quod non fuerint defuncti, ſed
ab eo ſimpliciter detinerẽtur *l. item viden-
dum §. fin. & l. ſeq. in princ. & in §. veniunt
ff. de petit. hæred. l. ſi de eo §. 1. in fine ff de ac-
quir. hæred. AZo in ſum. C. de petit. hæred.
Practic. Papienſ in forma libelli pro hæred. ab
inteſt. nu. 8. Rofred. in tract. ord. iudic. par. 4.
Rub. de petit. hæred. nu 10.*

Tollitur præterea tota difficultas ex capi-
tulis treguæ, ſeù induciarum, quibus ſubdi-
tis cõceditur reuerti in poſſeſſionem bono-
rum occupatorum, non obſtantibus ſenten-
tijs in contumaciam, & in abſentia partium
latis, etiam ſi à fiſcalibus dicta bona alijs
conceſſa fuiſſent; quibus capitulorum ver-
bis quælibet confiſcatio fuit reſoluta.

Et quando etiam non extarent hæc capi-
tula, cum bona reperta fuerint apud Pom-
ponium tempore eius mortis, neceſſe eſt,
vt præſumatur, vel ei reſtituta fuiſſe, vel nũ-
quam à fiſco recepta, quodcunq; ſit, non li-
cet aduerſarijs dare de iure fiſci, quia in pri-
mo caſu eſſet extinctum, & ſecundo eſſet
contra voluntatem fiſci, qui noluit bona
recipere, etiam quod ex ſententia multorũ
poſſent dici ipſo iure fiſco applicata *Pereg.
de iure fiſci lib. 4. tit. 5. nu. 12. & ſeq.*

In vltima verò exceptione concernente
merita allegatorum fideicommiſſorum nõ
eſt, quod inſiſtam, quia non eſt præſentis
76 ſpeculationis; notiſſimum † eſt fideicommiſ-
ſa à manu hæredis grauati recipienda eſſe
*l. facta in princ. ff. ad Trebel. & §. reſtituta
77 Inſt. de fideicõmiſſ. hæred.* etiam † in caſibus,
quibus reſtitutio fideicommiſſi fit ipſo iure
*l. cũ hæredes in princ. ff. de acquir. poſſ. not. in
l. cum duobus §. idem reſpondet il 2 ff. pro Soc.
& in l. commiſſa ff. de publican.* & per hæc iu-
ra *Alex. conſ. 82. ſub nu. 3. verſ. (& tunc di-
co) in 2. Dec. conſ. 424. incip. proponitur quod,
nu. 15. Purpurat conſ. 270. nu. 12. in 1.*

Reſtitutis bonis, vt iuris eſt, tunc agetur
de fideicommiſſis, & ego requiſitus non de-
negabo qualequale meũ patrocinium Ex-
cellẽtiſs. his Dominis Marchionibus Eſten-
ſibus.

Quoad legatũ, de quo in teſtamẽto Co.
Ioannis indubitatum eſt, illud deberi D. Iu-
ſti-

Digitized by Google

ſtinæ, quæ petendo bona patrui, vel in totū, quia Co. Ioannes non adiuit, vel pro parte in caſu aditionis petit id, quod non continetur in teſtamento, ideò illud non oppugnat.

EPITOME.

In eadem cauſa: Impugnantur actus deducti ad probandā hæreditatis aditionem.

Non obligatus ad dotandum adminiſtrans bona obligati, quando dicatur de ſuo, vel de bonis illius dotaſſe.

An, & à quo tempore debeantur fructus legati ſcutorum ſoluendorum in bonis immobilibus, & quid de fructibus rei per fideicommiſſum relictæ.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis aditio nō probatur ex poſſeſſione bonorum defuncti, quæ poterat haberi alio titulo, quam hæreditario, veluti ex fideicommiſſo.*

Et poſſunt hæredes poſſidentis declarare, quo titulo poſſideret nu. 2.

Quod procedit etiàm ſi aliqua bona non eſſent fideicommiſſo ſubiecta nu. 9.

Præcipuè, quando incertum erat, quæ eſſent bona libera nu. 10.

Neque probatur aditio per poſſeſſionem rei cōmunis cum defuncto nu. 36.

Nec probatur per actus turbidos, & ambiguos num. 56.

Aditio autem inducitur, & probatur per verba, quod vult eſſe hæres nu. 12.

Sed non inducitur per talia verba prolata à procuratore nu. 13.

Quia non probatur aditio per confeſſionem procuratoris, niſi habeat ſpeciale mandatum num. 14.

3 Bart. in l. pro hærede nu. 3. ff. de acquir. hæred. *declaratur.*

4 *Fideicommiſſarius dicitur ſuccedere fideicōmittenti, & ad eius bona.*

5 *Delictum eſt capere propria authoritate, & non de manu hæredis bona fideicommiſſi.*

Quod procedit in primo fideicommiſſario, non in reliquis nu. 6.

Præſertim, quando fideicommiſſum eſt reſtituendum poſt mortem fideicommiſſarij num. 7.

Et non procedit, quando hæres non adiuit hæreditatem, nec eſt in poſſeſſione nu. 8.

Nec, quando capiens poſſeſſionem eſt hæres grauati. Ibid.

6 *In ſecundum, vel vlteriorem fideicommiſſarium iura tranſeunt ipſo iure, & ideò non eſt opus reſtitutione.*

Præcipuè, quando fideicommiſſum reſtitui debet poſt mortem fideicommiſſarij nu. 7.

11 *Idem verbum diuerſis inſpectis poteſt diuerſimodè intelligi.*

15 *Facta non præſumuntur.*

Et ideò mandatum nec longiſſimo tempore præſumitur Ibid.

16 *In claris non eſt opus procedere per præſumptiones.*

17 *Quæ ſingula non proſunt, nec vnita iuuant.*

18 *Inſtitutus dicitur hæres per prius, & qui venit ab inteſtato per poſterius.*

19 *Verba generalia reſtringuntur ab adiunctis.*

20 *Punctus ad inſtar copulæ orationem diuidit.*

21 *Dictio* etiàm *implicat,*

Secus, quando non adeſt caſus implicandus num. 23.

Quia tunc ſtat aſſertiuè continuando, & addendo num. 24.

22 *Onera hæreditaria tranſeunt ad ſubſtitutum & nu. 23.*

25 *Proteſtatio contraria facto non releuat.*

Sed, quando dicatur contraria facto nu. 26. & 27.

Declara. Proteſtatio ſuper illis, quę pendent à ſola voluntate proteſtantis non tollitur per actum contrarium ſubſequentem, ſed ipſa tollit actum nu. 54.

Nequè proteſtatio operatur contra alios, nè decepti remaneant nu. 28. & 55.

Quando tamen actus, qui ſequitur proteſtationem, nō pendet ſolùm à facto proteſtantis, ſed à facto, qui cum alio geritur n. 29.

Et quando proteſtatio non fuit nota illis alijs num. 57.

32 *Aditio facta reſeruato iure inuentarij, eo non facto remanet ſimplex.*

Si ſit facta de præſenti, ſecus verò ſi ſit collata in aliquem caſum, vel diem nu. 33.

Et ideò proteſtatio, quod non intendit adire, niſi conſulto & præcedente deliberatione facto inuentario, tollit conſenſum ab aditione facta ſine inuentario nu. 34.

Et ſibi præſeruat beneficium inuētarij n. 31.

35 *Legans rem quam habet communem cum alio cenſetur legare partem ſuam.*

36 *Dotans ad id non obligatus dicitur donare.*

Fallit, quando dotans adminiſtrabat bona obligati nu. 37.

Si tamē exprimat ſe dotare iure adminiſtrationis, vel ex coniecturis id colligi poſſet nu. 38.

Nec ſufficit, quòd in inſtrumento dotans nominetur adminiſtrator num. 39.

De quo vide diſtinctionem nu. 40.

40 Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 88. nu. 46. *in quibus terminis procedat.*

41 *Dos quando congrua dicatur, remiſſiuè.*

42 *Reſtitutus à principe recuperat bona amiſſa.*

43 *Rubrica ſtatuti declarat nigrum.*

44 *Fideicõmiſſa nõ extẽduntur de caſu ad caſũ.*

Niſi ex coniecturis nu. 45.

Debent recipi de manu hæredum nu. 46.

Etiàm quando reſtitutio debet fieri ipſo iure num. 47.

Aliqui tamen ſunt caſus, in quibus non recipiuntur de manu hæredum, remiſſiuè nu. 48.

59 *Antecedenti neceſſario ſublato tollitur & cõſequens.*

60 *Ex actu impugnato non poteſt quis iuuari.*

61 *Cauſa, vel ratio in præfatione eſt finalis ex natura cauſę, non ex natura præfationis.*

RESPONSVM CIX.

Auſpice Chriſto.

ACtus non minus accuratè, quam diſertè relati, vt ex illis deducatur ad aditionem hęreditatum patruorum in perſona Illuſtriſs. Co. Ioannis iunioris de Triuultijs (mea ſententia) non concludunt.

1 Prius quantum attinet ad poſſeſſionem, adhuc obſtat, quod bona patruorum poterant peruenire ad Co. Ioannem ex fideicommiſſis antiquorum, & ita probatio aditionis redditur ambigua, cũ alio iure, quam hæreditario potuerit Co. Ioannes poſſidere, nec apertè conſtat, an ei eſſet vtilius poſſidere titulo hæreditario immediatè ſuccedẽdo patruis, an ex iure fideicommiſſorum maiorum ſuorum, imò poterat credi, fuiſſe ei vtilius poſſidere ex fideicommiſſis, quo fit, vt ex probatione ambigua non poſſit dici probata aditio, vt in puncto Doct. firmant in *l. non hoc C. vnde legit. & in l. gerit post Bar. ff. de acquir. hæred. Soc. iun. conſ. 131. in 2. Surd. conſ. 164 nu. 48. conſ. 305. nu. 31. & conſ. 445. num. 12. Ladercb. conſ. 3. nu. 6.* & alij plures, qui ab his allegantur, *Caſ. Graſſ. deciſ. 90. num* 14. aliàs allegatus fuit *Aym. conſ. 33. nu. 9.* qui optimè de hoc.

2 Imò † cum ex poſſeſſione, quæ alio iure haberi poſſit, quam hæreditario, non probetur aditio, eſt in arbitrio hæredum poſſidentis declarare, quo titulo poſſideret, & eorum declarationi ſtandum erit *Bar. in d. l. gerit ſub num. 21. & 24. ff. de acquir. hæred. Aym. conſ. 197. ſub nu. 4. verſ. (amplius) Rota deciſ. 362. nu. 5. parte 1. nouiſſ.*

3 Nec † *Bart. in l. pro hærede num. 3. ff. de acquir. hæredit.* ſentit, quod, quando hæreditas eſt opulenta, quod tunc præſumatur adita, ita vt non ſit in poteſtate hæredis declarare contrarium, ſed dicere mihi videtur, quod, quando hæreditas eſt opulenta, præſumitur adita; ita vt non ſit neceſſaria alia probatio aditionis, & hoc, quando quis ſe fundat in aditione, ſed quando nõ ſe fundat in aditione, ſed potius prætendit actum factum non animo adeundi, quod non poſſit, vel poſſidens, vel eius hæres declarare pro non aditione, id *Bar.* dicere non videtur.

Non obſtat, quod vtilius fuiſſet Co. Ioãni habere bona iure hæreditario; id enim in facto negari poſſet, quia tenẽdo iure hæreditario obligatur oneribus, quæ ſecũ ducit hæreditas patruorum, ſecus vero, quando ex fideicommiſſo recipit,

4 cum † tunc dicatur ſuccedere fideicõmittenti, & ad eius bona *l. cohæredi § cum filię ff. de vulg. & pupil.* Et ſi vtilius eſſet adire, non fieret, quominus poſſeſsio, quæ ex duplici titulo fieri poſſet, eſſet dubia probatio, & imperfecta, licet maior vtilitas conſideretur, quando vel poſsidens, vel eius hæres ſtant pro aditione, & in hoc puto inſiſtendum pro ſolutione huius motiui.

5 Nec pariter obſtat, quod ſit dicendum Co. Ioannem poſſediſſe pro hærede, ne faciamus eum incidere in delictum, quod propria authoritate ſibi vſurpaſſet bona fideicommiſsi, quæ à manu hæredis accipere debebat *Alex. conſ. 32. in 3. Rom. conſ. 247 nu. 4. Alba conſ 583. num. 1. Purpurat. conſ. 270. nu. 12. in 1.*

6 Siquidem reſpondetur, in primo fideicommiſſario eſſe delictũ, vt propria authoritate occupet, ob quartam, quam hæres retinet, at non eſſe delictum in ſecundo, vel vlteriori fideicommiſſario, in quo iura ipſo iure tranſeunt *Doct. in l. 1. § de illo ff. ad Trebel. & in l. pen. § fin. C. ad Trebel.* vbi præſertim *Salic.* & poſt *Cephal. & Achil. Perſonal.* firmat *Graſſ. de ſucceſſ. § fideicommiſſum q. 43. nu. 8. Pariſ. conſ. 12. num. 117. in 2. Decian. conſ. 44. nu. 105. in 3. Menoch. de adipiſcend. poſſ. remed. 4. nu. 202.* qui tenent, hoc caſu opus non eſſe reſtitutione, quod

7 maximè procedit, quãdo fideicommiſſum reſtituẽdum eſt poſt mortem fideicommiſ-

ſarij

ſarij, quo caſu non eſt locus interpellatio-
ni, de qua poſt *Rip. Honded. conſ. 26. num.*
12. in 1. Et quia nuis *Purpurat. in allegato*
conſ. 270. videatur poſt *Alex. & Dec.* tene-
re, etiàm neceſſariam eſt reſtitutionem,
quando iura tranſeunt ipſo iure; loquuntur
tamen *Alex. & Dec.* de primo fideicommiſ-
ſario, qui debet capere de manu hæredis,
ſecus eſt, quoad vlteriores fideicommiſſa-
rios, quos DD. omnes tenent, propria au-
thoritate, & ſine reſtitutione bona capere
8 poſſe: Nec † tãdem agi hic poteſt de aliquo
delicto, quia (vt exiſtimo) Co. Ioannes fidei-
commiſſarius fuit etiam hæres grauatorum
fideicommiſſo, & ideò non ſpreuit aliquem
hæredem etiam, quod reſtitutionem non
petierit, pæna enim, & proinde delictum à
fideicommiſſario recipiente bona propria
authoritate tunc cõmittitur, quando hæres
hæreditatem adiuit, & eius poſſeſſionem
adeptus fuit, cuius ſpretus facit vt delictum
commiſſum dicatur *Iaſ. in l. talis ſcriptura*
ſub nu. 43. ff. de leg. 1. Rom. conſ. 312 in 1.
dubio Decian. d. conſ. 44. ſub nu. 100. in 3.
Alciat. conſ. 27. inc p. eſt de mercenarum lib.
9. alias conſ. 350. ſub nu. 7. Menoch. de adi-
piſcend. poſſ. remed. 4 ſub nu. 636.

Nec his negotium facit, quod nunc non
9 agatur de bonis fideicõmiſſo ſubiectis, quia,
cum bona libera fuerint cum bonis fideicõ-
miſſi vnita, ex poſſeſſione nõ inducitur adi-
tio ob vnionem bonorum, in quibus neceſ-
ſaria erat aditio, cum illis, in quibus non e-
rat neceſſaria, conferunt ſcripta à *Bar. in d.*
l. gerit nu. 7. & Marant. in l. ſi poteſt nu. 48.
ff. de acquir. hæred. & ab alijs a me allegatis
10 in priori informatione, & † ex eo, quod in-
certum erat, quæ eſſent bona libera *Corn.*
conſ. 254. nu. 5. in fine & nu. 6. in 4. Bero.
conſ. 224. nu. 10. in 2. Alia meliora, & for-
tiora ſubijcient illi præſtãtiſſ. Aduocati, qui
in partibus aſſiſtunt cauſæ, & de eius meritis
in facto ſunt plenè inſtructi.

Tandem, nec obſtare videtur, quod D.
Iuſtina in petitione facta coram D. Aimo
confeſſa fuerit Co. Ioannem poſſ. diſſe bo-
na patruorũ iure hęreditario dicendo *Alias*
Mag. Co. Ioannes Triuultius poſſidebat hęre-
ditates, & bona q. D. Patris, & patruorum
ſuorum &c.

Quia nec hæc probatio neceſſariò con-
cludit; dicitur enim de hæreditate, & bonis
patris, & patruorum, quę verba poſſunt in-
telligi reſpectiuè, ſcilicet hæreditates patris
& bona reſpectu patruorum, & pariter cum
dicatur de hæreditate, & bonis patruorum,
verba poſſunt accommodari ad alios pa-
truos prius defunctos, & non ad Pomponiũ,
11 & Cardinalẽ Auguſtinum, licet † enim idẽ
verbum *poſſidebat* reſpiciat omnes patruos,
item patrem, & patruos, cùm tamen, non de
ſola hæreditate, ſed & de bonis mentio ha-
beatur, non erit inconueniens, vt diuerſis
inſpectis, quod dicitur de hæreditate refe-
ratur ad èa bona, quæ verè Co. Ioannes poſ-
ſidebat iure hæreditario, vt paterna, & quod
dicitur de bonis referatur ad ea, quæ non
conſtat poſſeſſa iure hæreditario, quia de
aditione non apparet *l. bona fides ff. depoſit.*
l. 2. ff. de offic. procõſ. Et hæc dicta ſufficiant
quoad primum actũ, ex quo in motiuis *à nu.*
40. ad 43. deducitur aditio.

12 Sequitur modo ſecundus actus deductus
ex reſponſione procuratoris Co. Ioannis ad
interrogatoria Comitũ de Taurellis de an-
no 1548. vbi ad interrogationem, an ſit hę-
res, & pro qua parte Pomponij, & Cardina-
lis Auguſtini reſpondet Carpanus eius pro-
curator, quod vult eſſe hæres in totùm, quæ
verba precedente interrogatione denotant
aditionẽ *Bar. in d. l. gerit nu. 10. ff. de acquir.*
hæred. cum alijs allegatis *à D. Menochio præ-*
ſump. 100. nu. 13. in 4.

13 Qui actus nec ipſe in aditione fundat in-
tentionem partis aduerſæ: Nàm, aut vult, ex
reſpõſione procuratoris induci aditionem,
aut vult probari aditionem iam factam, pri-
mum eſſe nõ poteſt, quia per procuratorem
hæreditatem acquiri non poſſe conſtat *l. per*
procuratorem ff. de acquir. hæred. gloſ. fin. in l.
1. ff. de offic. procurat. Cæſar. Iaſ. in l. cũ filio-
familias ſub nu. 117. ff. de leg. 1. Soc. in l. 1. §.
veteres nu. 7 ff. de acquir. hæred. Alex. conſ.
163. ſub nu. 9. in 2. & conſ. 176. nu. 1. in 5.
14 Aut † vult probare aditionem iam factam
per confeſſionem procuratoris, & minus id
poterit, niſi oſtendat ſpeciale mandatum
Marant. in d. l. ſi poteſt nu. 52 ff. de acquir.
hæred. Burſat. conſ. 453. nu. 9. in 4. Nec di-
cendum, præſumi procuratorem id habuiſ-
ſe in mandatis: quia, cum id ſit quid facti, &
ex inſpectione mandati facile innoteſcere
poſſit, id non fuiſſe in ſpecie mandatum, non
15 erit locus pręſumptioni, nimirum, † quia, quæ
ſunt facti, præſertim conſiſtentia in mãdato
non præſumuntur, etiam longiſſimo tempo-
re *l. in bello §. facta ff. de capt. & poſtlimin.*
reuerſ. Bal. in l. 2. C. ſi ex falſ. inſtrument.
16 Et, † quia in claris opus non eſt ire per præ-
ſumptiones *l. continuus §. cum ita in fin. ff.*

de verb. oblig. nec poterit hæc reſpõſio pro-
curatoris ex ſe prorſus in valida ad aditionẽ
17 eam probare iuncta poſſeſſione, quia † quæ
ſingula non proſunt, nec vnita iuuant *l. Spa-
donem §. qui iura multa, & ibi not. ff. de ex
cuſat. tut. cum alijs vulg.*

Tertius actus, ex quo colligitur aditio, eſt
inſtrumentum inter Co. Ioannem, & D. Iu-
liam Triuultiã de anno 1546. vbi ipſe enun-
ciatur hæres inſolidum Pomponij.

Licet non fuerit mihi exhibitum integrũ
hoc inſtrumentum, tamen ſupponendo, eius
verba fuiſſe concepta, vt in motiuis referun-
tur, & vt habentur in fragmento exhibito
ſcilicet *cumq; ex poſt deceſſerit predictus Il-
luſtriſ. D. Pompeus Triuultius relicto pra-
fato Illuſtriſ. D. Ioanne Triuultio eius nepo-
te, & harede inſolidum reſpectu dictorum bo-
norum in d. legato relictorum, etiam virtute
ſubſtitutionis in d. teſtamento factę &c.* reſ-
ponſio, & intelligentia Perill. D. Boſſij ve-
riſſima eſt, quia ſuppoſito, quod Pomponius
nullum fecerit teſtamentũ, & proinde nul-
lam ſubſtitutionem in eo, neceſſe eſt dice-
re, Co. Ioannem enunciare ſe hæredem in-
ſolidum Theodorij, qui fecit legatum, quod
ſoluebatur, & ſubſtitutionem: Nec dicta in
motiuis mea ſententia plurimum obſtant.

Prius, quod inſtrumentum, ſit intelligen-
dum generaliter, & propriè, vt verba ſonãt,
tollitur, quia non minus, imò magis propriè
Co. Ioannes dicitur hæres Theodori, à quo
fuit inſtitutus, & de cuius hæreditatis adi-
ctione fortè conſtant plures actus extrinſe-
ci, quam Pomponij, qui inteſtatus decedẽs
18 nullum hæredem inſtituit, & † inſtitutus, hę-
res dicitur per prius, qui venit ab inteſtato
per poſterius *l. quamdiu 39. ff. de acquir. hę-
red.* Deinde quod ſit intelligendum genera-
liter dum Co. Ioannes dicitur hæres nõ ob-
19 ſtat, quia † quęliber generalitas ab adiunctis
verbis reſtringitur *Oldrad. conſ.* 148. *nu.* 7.
Surd. conſ. 131. *nu.* 22. *& ſeq. in* 1: *Randenſ.
de analog. c.* 22. *n.* 19. & adiuncta verba ex-
cludentia hæreditatem Pomponij ſunt illa
reſpectu dictorũ bonorum in d. legato & illa
etiã virtute ſubſtitutionis quæ non poſsũt
referri ad Pomponium, qui non fecit teſta-
mentum, nec legatum, nec ſubſtitutionem
aliquam.

20 Nec dicendum, ante illa verba *reſpectu
bonorum* faciendum eſſe punctum, qui ad
inſtar copulæ orationem diuidat *l. praſtare-
rum ff. ad l. Falcid.* Nam ſi id diceretur, illa
verba *reſpectu dictorum bonorum in d. lega-
to deſcriptorum* remanerent ſine ſenſu, &
relatione, ſed punctus eſt ponendus ante il-
la verba, *& haredem*, & in sẽſu diuiſo eſt in-
telligendum, Pomponium deceſſiſſe relicto
Co. Ioanne eius nepore, ſcilicet reſpectu
Pomponij, & hærede inſolidum, non reſpe-
ctu eiuſdem Pomponij, ſed reſpectu bono-
rum legatorum, & reſpectu ſubſtitutionum
& ita intelligendum eſt *harede* reſpectu,
Theodori, à quo facta fuere legata, & ſcri-
præ ſubſtitutiones, & *nepore* reſpectu Pom-
ponij: Hæc videtur mihi vera borum verbo-
rum intelligentia.

21 Nec obſtat, quod dictio *etiam* implicet
in perſona Co. Ioannis alium titulũ, præter
ſubſtitutionem, ob quẽ tenetur ad legatum
l. 1. C. qui admit. qui alius titulus erit, quod
ſit hæres Pomponij, & vt is eius hæres tenea-
tur ad implenda ea, ad quæ Pomponius te-
nebatur, & etiam ex ſubſtitutionibus quia
22 onera ad ſubſtitutum tranſeunt *l. vnic. §. ne
autem C. de caduc: tol.*

23 Si quidem reſponderur, quod cum onera
legatorum dato ſubſtituto non reſideant in
hæreditate eius, à quo legatum relinquitur,
ſed tranſeant ad ſuſtitutum, vt in *d. §. ne autẽ
l. vnic. C. de caduc. tol.* non poterit dictio *etiã*
implicare ob defectum caſus implicãdi; eo
enim deficiente dictio, *etiã* non implicat o-
ptimè *Bar. in l. 1. ſub nu. 7. C. qui admit.* qui
id refert ex mente quorundam, dictionem
etiam non implicare deficiente caſu impli-
cando ob regulam *l. placet ff. de acquir. ha-
red.* & ſequitur recedendo a ſolutione *Ri-
chardi, & Cini*, & quamuis *Doct. in d. l.* 1.
dubitent de hoc, quoad *d. l.* 1. tenendo, imò
in ea dictionem, *etiam*, implicare, tamen nõ
impugnant hoc dictum, quod dictio, *etiam*,
non implicet deficiente caſu implicando,
24 ſed † potius ſtet aſſertiuè continuando; &
addendo, vt & in *l. decreto pratoris ff. de ad-
miniſt. tutor.*

Quartus actus inductiuus aditionis ſtri-
ctè ad hæreditatem Cardinalis Auguſtini
colligitur ex præcepto obtento per Co. Io-
annem vti hæredẽ Cardinalis anno 1549.
contra Paulum Taurellum, & alios.

Cui actui, quia repugnat proteſtatio, de
qua in proceſſu Romæ fabricato ſuper hæ-
reditate Cardinalis, ſuper qua pleniſſimè
ſcripſit Perill. D. Boſſius, ideò in motiuis va-
rijs modis hoc fundamentum proteſtatio-
nis tollitur.

25 Et prius dicitur, huiuſmodi proteſtatio-
nem vti contrariam facto non releuare *l. cũ*

in

Digitized by Google

in plures §. locator horci ff. locat. c. ſolicitudi-
nem de appellat. & allegatur in terminis *Bar.*
ib l. pro hærede in §. pen. nu. 6. ff. de acquir.
hæred. & Rom. conſ. 247. ad finem.
26 At reſpondetur, quod proteſtatio contra-
ria facto eſt, quando in ea abnegatur factū,
quod poſtea ſequatur, vt apud *Bar.* quis pro-
teſtatur nolle ſe gerere pro hærede, poſtea
facit actus, ex quibus ſecundum iuris præce-
pta dicitur ſe gerere pro hærede, ſecus,
27 quando actus eſt ad aliquem effectum dire-
ctus cōcurrere animo agentis, vt in aditione
per d. l. *pro hærede* quatenus in ea dicitur *pro*
hærede gerere videtur is, qui aliquid facit
quaſi hęres, ergo non is, qui ſimpliciter facit
aliquid hæreditarium, ſed, qui id facit vti
hæres, quod & in ſequentibus verbis ex ſen-
tentia Iuliani repetitur *& generaliter Iulia-*
nus ſcribit, cum demum pro hærede gerere,
qui aliquid, quaſi hæres gerit, & clarius in ſe-
quentibus alijs verbis *pro hærede autem ge-*
rere, non eſſe tam facti, quam animi. Hoc e-
nim caſu, ſi proteſtatio præcedens declaret,
in actu, qui ſequetur, non eſſe animum ade-
undi, per eam abnegatur animus adeundi,
ſed non factum, ideò proteſtatio ſecundum
principia *Doctorum* de hac re loquentium
non dicetur cōtraria facto, optimè hos ter-
minos declarat *Rip. in c. cum M. Ferrarienſ.*
ſub nu. 70. de conſtitut. & talis eſt proteſta-
tio, de qua nos agimus longè diuerſa ab ea,
de qua *Bar. in §. pen. d. l. pro hærede.* Authori-
tas *etiam Romani* videtur mihi à caſu noſtro
diuerſa, quia apud eum pręceſſerat actus de
iure inductiuus aditionis, & poſtea ſecuta
eſt proteſtatio, quæ cum non poſſit impedi-
re operationem iuris ortam ex præcedenti
actu nihil releuat, & in hoc *Rom.* vim facit
præſertim *in verſ. (ſecundo, quia proteſtatio)*
Minus obſtat *Bal. in d. l. pro hærede in princ.*
nu. 4. dū diſtinguit inter actus, qui ex ſua na-
tura ſunt directi ad aditionem, & actus indif-
ferentes, & de proteſtatione loquitur tātum
in actibus ex ſua natura tendentibus ad adi-
tionē, ex quo deducitur, in actibus tenden-
tibus ad aditionem ipſum ſentire, non rele-
uare proteſtationē, quia loquitur de prote-
ſtatione interueniēte, dùm fit actus, vel poſt
eum, vt oſtendit *verſ. (& ideò) eiuſdem legis,*
ſuper quo ipſe fundat dictum ſuum, non lo-
quitur autem de proteſtatione præcedente
actum, de qua nos, quia cum ipſa ſeparet a-
nimum adeundi ab actu, ſecundum princi-
pia iuris deficiente animo non inducetur a-
ditio, & huc tendit id, quod ibi ex *Placenti-*
no refert ipſe *Bal. ſub nu. 2. verſ. (not. ex hoc*
principio) tolle voluntatem de medio, & nul-
lus actus inducet aditionem.
28 Secundo dicitur proteſtationem nihil o-
perari contra alios, ne decepti remaneant
Bar. in l. non ſolum §. morte nu. 17. & ſeq. ff. de
oper. nou. nunc. Rip. in d. c. cum M. ſub nu 83.
verſ. (iſta concluſio) de conſtit. Soc. iun. conſ.
107 *nu.* 3. *in* 2.
29 Sed dicta horum *Doct.* procedunt ſecū-
dum principia *Bar in d. §. morte* ſcilicet, quā-
do actus, qui ſequitur proteſtationem, non
pendet ſolum à facto proteſtantis, ſed à fa-
cto, qui cum alio geritur, ita formaliter di-
ſtinguit *Bar.* actus verò, de quo in mociuis,
non fuit geſtus cum illis, quibus factum fuit
præceptum, hoc eſt cum eorum conſenſu,
ſed habuit totalē dependentiam à Co. Ioā-
ne, qui præceptum obtinuit.
30 Additur & tertia reſponſio, quod tem-
pore huius actus ceſſabat ratio præambulæ
proteſtationis, quia iā lapſum erat tempus
ad deliberandū, & ideò etiam ceſſabat effe-
ctus ipſius proteſtationis *Alciat. in l. pacta*
31 *nouiſſima ſub nu.* 13. *C. de pact.* nec iuuat, q
in proteſtatione dicitur de inuentario; quia
illud operatur tantū præſeruationem bene-
ficij inuētarij ad *Angel. in l.* 1. *§. hac ſtipula-*
32 *tio n.* 25 *ff. ſi cui pluſquā per l. falcid.* de quo
inuentario ſi non doceatur, remanet aditio
ſimplex *Aymo. conſ.* 427. *nu.* 14. *& Cephal.*
conſ. 393. *nu.* 19. *Barz. deciſ.* 35. *nu.* 1.
Dicitur tamen, non potuiſſe ceſſare ratio-
nem, ſeù conditionē præambulæ conuentio-
nis, quia proteſtatio non continet, Comitem
non adire, niſi præcedente tempore ad de-
liberandum, ſed dicitur de tempore conceſ-
ſo ad deliberandum, vt in proteſtatione
legitur, quod tempus, cum nunquam fuerit
conceſſum, non potuit dici purificata condi-
tio, de qua in proteſtatione, ita, & optimè re-
33 ſpondet Præſtantiſs. D. Boſſius, qui † etiam
ad id, quod de inuentario dicitur declaran-
do ſcripta ab *Aymo. d. conſ.* 427. ait ea pro-
cedere, quando ſimpliciter, & de præſenti
eſt facta aditio reſeruato iure inuentarij, ſe-
cus verò, quādo aditio collata eſt in aliquē
caſum, vel diem, & in ijſdem terminis, quā-
do de præſenti eſt adita hæreditas, loquun-
tur *Barz. & Ceph.* licet non in *conſ.* allegato,
ſed in *cōſ.* 193. *nu.* 69. vt eum allegat *Barz.*
34 proteſtari † enim, quod non intendit prote-
ſtans adire, niſi conſultò præcedente deli-
beratione, & facto inuentario, aliud non eſt
quam tollere conſenſum ab aditione, cui nō

ſit adiectum inuentarium, & intentio prote-
ſtantis eſt, quod ex quocunq; actu obiter, &
incidenter geſto non cogitando de aditio-
ne non intendit adire, ſed quod eius inten-
tio eſt, adire deliberatè præcedente matu-
ra conſideratione in deliberatione, & facto
inuentario, ex cuius confectione facilè quis
reſoluit, an ei ſit adeundum, vel repudiãdũ,
benè conferunt in ſimili, quæ ſcribunt *Doct.*
de eo, qui proteſtatur, nolle ſecundum te-
ſtamentum valere, niſi in eo ſcripta ſit de
verbo ad verbum ſalutatio Angelica *Doct.
in l. ſi quis in principio teſtamenti ff. de leg.*
3. vbi *Bar. nu.* 4. & poſt eum *cæteri.*

35 Quatenus tandẽ dicitur, conſtare de adi-
tione hæreditatis tàm Põponij, quam Car-
dinalis ex eo, quod Co. Ioãnes in ſuo teſta-
mento reliquit vſumfructum molendini,
quod pro tertia erat Pomponij, & pro tertia
erat Cardinalis: Et id non concludit aditio-
nem, quia, cum in molendino Co. Ioannes
haberet partem, in eodem molendino cen-
ſeretur relinquere vſumfructum pro portio-
ne ſua *l. ſi domus §. fin. ff. de leg.* 1. *& ibi om-
nes Doct.* cõferunt, quę dicuntur de poſſidẽ-
te rem cum defuncto communem, quod ex
poſſeſſione adire non intelligitur, nimirum
quia intelligitur tantum poſſidere pro iure
ſuo *Bar. in l. gerit nu.* 27. *ff. de acquir. hæred.
& Marant. in l. is poteſt nu.* 63. *ff. eod.*

Et hæc ſufficere arbitror pro reſponſio-
ne ad partem motiuorũ ad me tranſmiſſam
ſupplerunt plenіori calamo Excellentiſs.
Domini Aduocati, qui merita cauſæ, & pro-
ceſſus perfectè tenent.

Auſpice Chriſto, & eius Matre ſanctiſſima.

ADdendo illis, quæ duplici informatione
ſcripſi in cauſa Excellentiſs. Dominorũ
Marchionum Eſtenſium adhęrendo ordini
articulorum nouiſſimè excitatorum ab Ex-
cellentiſs. Senatu.

Prius dicendum omninò videtur, D. Iu-
ſtinam dotatam fuiſſe à Barbara matre, &
Pomponio patruo, & ex eorum bonis, & nõ
aliter à Co. Ioanne, nec eius contemplatio-
ne, nec ex eius bonis, quod manifeſtè colli-
gitur ex inſtrumento cõſtitutionis dotis, in
quo procuratores conſtituti à dictis Pom-
ponio, & Barbara pro illis promittunt dotẽ,
& obligant eorum bona, etiam cum renun-
63 ciatione Velleiani ex parte ipſius Barba-
ræ, ex † quibus conſequitur, vt extranei,
hoc eſt perſonæ non obligatæ ad dotandũ,
dotem ſuo nomine promittentes donare de
ſuo eam dicantur *l. vxor. §. accedit C. de rei
vxor. act.* & per hunc *tex.* id pro regula, &
ex priuilegio dotis firmant *Doct. in l.* 1. *ff.
ſolut. matrim.* cũ alijs à me allegatis in pri-
ma informatione, & ſi hi cenſentur donare,
ergo D. Iuſtina non à fratre, nec eius contẽ-
platione, nec de eius bonis, ſed à patruo, &
matre de proprijs eorum bonis, & nõ intui-
37 tu Co Ioãnis dotata fuit: Nec † obſtat, q di-
ſpoſitio *d. §. accedit* nõ procedat in admini-
ſtratore, qui pręſumatur dotando nõ de ſuo
donare, ſed dotare de bonis, quorum admi-
niſtrationem habet, vt poſt *Bal. in l. fin. C.
de dot. promiſſ.* firmant plures etiam conſti-
tuentes cõmunem opinionem relati à *Me-
noch. de arbitr. iudic. caſ.* 88. *nu.* 46. *& à
Maſcard. de probat. concluſ.* 571. vt inde
inferatur, Barbaram (quæ vti curatrix Co.
Ioannis eius bona adminiſtrabat) promiſiſ-
ſe dotem de bonis Co. Ioannis obligati ad
38 dotandum, & non de ſuis: Nam † exiſtimo,
limitationem procedere, vel quãdo mater
dotans expreſſiſſet, ſe id facere iure admini-
ſtrationis, vel adeſſent coniecturæ id mani-
feſtè ſuadentes, quod colligo ex reſponſo
Pauli Iuriſconſ. in l. cum poſt 43. §. 1. *ff. de ad-
miniſt. tut.* vbi patruus curator nepus ex fra-
tre, dotẽ promiſerat vltra vires mulieris mi-
noris, & dùm dubitatur, an ei à prætore ſuc-
curratur, vel poſſit à muliere repetere, quod
de ſuo ſoluit, dicitur repetere poſſe, ſi nõ do-
nandi animo, ſed negotij gerendi cauſa
promiſerit, ergo non id ſolum ſufficit, quod,
qui promiſit dotem, ſit curator, & admini-
ſtrator, ſed præterea requiritur, vt conſtet
promiſiſſe gerendi negotij cauſa, & hoc te-
net *Alba conſ.* 12. *& ibi addentes* allegant
authoritates concordantes, ſed in caſu no-
ſtro Pomponius, & Barbara nomine pro-
prio, nõ autem nomine adminiſtratorio ob-
ligãtur, idq; ſæpè in inſtrumento cõſtitutio-
nis dotis repetitum eſt, ergo non intrat limi-
39 tatio *d. §. accedit.* Nec † obſtat, quod Barba-
ra in prædicto inſtrumẽto conſtitutionis do-
tis appelletur mater, & curatrix, quia id non
ſufficit ad præſumendum, quod dotatio non
ſit de proprijs bonis, nam etiam in *d. §.* 1. *l.
cum poſt* ſupponitur, quod patruus in dotan-
do nominatus fuerit curator, ibi *quoniam in
inſtrumento ita ſcriptum ſit, patruus, & cu-
rator ſtipulanti ſpopondit,* & tamen ait I. C.
habere mulierem obligatam, ſi non donan-
di animo, ſed gerendi negotij promiſerit,
quod I. C. non dixiſſet, ſi ex eo, quod in ob-
liga-

ligatione dixiſſet ſe curatorem, conſtaret ſe obligaſſe gerendo negocia, etenim opus nõ fuiſſet id ponere ſub dubio in quadam conditione dicẽdo *ſi non animo donandi &c.* Et, quod licet in illo *tex.* patruus ſit nominatus curator, non ideo minus dicatur ſuo nomine ſe obligaſſe, manifeſtè tenet *Cuiac. ad lib. 7. quæſt. Paul. in explicatione d. l. cum poſt.* qui ait conſcripta eſt ſtipulatio his verbis *ille patruus, & curator ſtipulanti ſpopondit,* quæ verba demonſtrãt, cum promiſiſſe dotem ſuo nomine, ergo etiam quod dictus patruus nominatus fuerit curator, dicitur tamẽ
40 ſuo nomine promiſiſſe, Et quamuis in hac re *Menoch. in d. caſu* 88. recedere videatur ab *Alba*, etiam reſpondendo rationibus, quibus vtitur in *d. conſ. 12. & Maſcard. in d. concluſ.* 571. non reſoluat, cui parti ſit adhærendum: tamẽ non puto eſſe de hac controuerſia tractãdum, quia aut tenet *Menoch.* quod ſi quis in conſtituendo dotem nominet ſe adminiſtratorem negotiorum, ex hoc ſolo, etiam quod non dicat obligari gerendo negotia, præſumatur tamen noluiſſe ſe obligare de ſuo, & tunc tenerem cum eo contra *Albam*, Aut verò vult *Menoch.* vt ſi quis obligetur nomine proprio, qui ſit adminiſtrator, ex eo, quod nominet in obligatione ſe adminiſtratorem, quod non obligetur nomine proprio, & tunc quia *Menochio* repugnat *d. §. 1. l. cum poſt.* ſecundum inductionem, de qua ſupra, tenerem cum *Alba*: Vel poſſet diſtingui, quod aut promittens dotem nominatur tãtũ ſub nomine adminiſtrationis, veluti, quia tantum tutor, curator, vel adminiſtrator dicatur, vel ſit prorſus extraneus, in quo affectio ſanguinis non inducat ad dotandũ, quod tunc intelligatur dotaſse nomine adminiſtratorio, vel vti tutor, vel curator, non nomine ſuo, & ita intelligatur *Menoch.* Aut dotem promittens nominatur ſub nomine conſanguinitatis, & adminiſtrationis, veluti patruus, & curator, vt in *d. l. cum poſt*, & tunc intelligatur obligari nomine ſuo, niſi contrariũ probetur, quaſi præponderet præſumptio donationis ſumpta ex nomine conſanguinitatis fauore dotis, & ità procedat *d. l. cum poſt*; in quibus terminis nos verſamur, quia Barbara à ſuo procuratore nominantur mater, & curatrix.

Hæc autem res melius iuſtificata remaneret, ſi exhibitum fuiſset inſtrumentum, in quo ipſa Barbara conſtituit procuratorem ad dotem conſtituendam.

Et quamuis in nõnullis inſtrumentis receptionum quarũdam partium dotis conſtitutæ procuratores Dominorum Eſtẽſium parum informati de eo, quod præceſſit, recipiant pecunias, vti debitas à Co. Ioanne, etiam eum liberando, non poteſt huiuſmodi aſſertio horum procuratorum præiudicare iuri quæſito D. Iuſtinæ ex donatione præſumpta in perſona Pomponij, & Barbaræ, præſertim, quia cum non ſit præſens ipſa D. Iuſtina, id poteſt dici res inter alios acta.

41 An verò dos fuerit condecens habita ratione perſonarum, & bonorum illius temporis, pendet à facto, & arbitrio iudicis, de qua re plura ſcripſit D. *Menoch. de arbitr. iud. caſ.* 149. præſertim *nu.* 34.

Statuta verò Mediolani puto potius aſſiſtere, quam reſiſtere huic dotationi, nam tantum prohibent, fæminas nuptas forenſibus ad hæreditatem ſuccedere, non prohibent, quin dotari poſſint, imò dum ſupponunt, quod poſſint eſſe nuptæ forenſibus, ſupponunt etiam, quod forenſibus dos dari poſſit, quia à communiter accidentibus fæminæ diuites non inueniunt maritos ſine dote. Imò eadem ſtatuta *c.* 278. & 288. mandant, eas dotari non diſtinguendo, an ſint nuptæ, vel non, forenſibus: Minus obſtat *noua conſtitutio in §. collegijs*, quæ tantum prohibet immobilium venditionem, alienationem, vel per vltimam voluntatem tranſlationem in non ſubditos, Et ita quantum ad dotationem ſtatuta non obſtant, nec opus eſt quoad eam agere de priuilegijs Dominorum Eſtenſium.

Amplectendo modo ſecundum caput articulorum, an Iuſtina vti nupta forenſi ſit capax ſucceſſionis, & an ei proſint priuilegia ciuilitatis Dominorum Eſtenſium, & an de priuilegijs conſtare dicatur, cũ fuerint producta per modum tranſumpti, non eſt, quod in illis immorer, quia in prima mea informatione incipiente *Prætenſiones Excellentiſſ.* dixi ſuper omnibus his punctis ea, quæ mihi videbantur ad cauſam facere vltra ſcripta D. Boſſij, quod priuilegia ſint valida, quod ſint in forma probante, & quod ſufficiant, vt ſtatutum *nulla mulier* non impediat, quin D. Iuſtina ſuccedere poſſit, & hoc a verſ. *de cuius priuilegio* vſq; ad verſ. *reuertendo modo*, ſuper quibus ſi cõtigerit aliquòd dubium excitari paratus ero pro virili illud ſoluere, quatenus patietur iuſtitia.

Non etiam inſiſto in ſecundo puncto ſecundi capitis, ſcilicet an conſtet de aditione Co. Ioannis in bonis Pomponij, & Cardinalis

lis

Google

lis Auguſtini patruorum; quia in prima in-
formatione, & plenius in ſecunda de hoc
ſcripſi, latè oſtendendo ex actibus ex aduer-
ſo conſideratis, & fortè etiam datis in moti-
uis ab Excellentiſs. Senatu non conſtare de
aditione ad effectum, de quo agitur.

Quod verò attinet ad tertium punctum
huius ſecundi capitis continens, An in bonis
Pomponij obſtet DD. Eſtenſibus bannum
ipſius Pomponij, & bonorum confiſcatio, &
an de illis ſufficienter conſtet.

Reſpondeo, mihi aliquid (quod viderim)
non fuiſſe exhibitum, in quo cõſtet de ban-
no, & confiſcatione, ideò deliberare non
poſſum, an de illis conſtet: ſed ſuppoſito,
quod conſtaret, certum eſt, bannum, & cõ-
fiſcationem ceſſaſſe ex inducijs Niceæ, vt in
illis legitur in verſ. *item ſubditos* vbi repo-
nũtur ſubditi in ſtatu, in quo erant ante bel-
lum, & reſoluuntur omnes priuationes, &
42 occupationes bonorum, idq; † de iure eſt, vt
ad Principis ſui gratiã reſtitutus recuperet
bona, quæ amiſerat *l. 1. & l. fin. & ibi gloſ.
Bar. & alij C. de ſent. paſſ.* cum alijs citatis ab
Oddo de reſt. in integr. q. 99. art. 4. Et quam-
uis poſtea prætendantur ruptæ dd. induciæ,
nihil poteſt adſcribi D. Pomponio, qui iam
defunctus erat, & ita non potuit committere
tale quid, ob quod bona eius confiſcarẽtur,
ideò cum eius bona occupata, & ſequeſtra-
ta eſſent iàm rupta tregua Excellẽtiſs. Mar-
chio Vaſti mandauit Magiſtratui, vt appræ-
henſiones bonorum, & ſequeſtra reuocaret,
& in hoc res adeò videtur clara, vt aliud de-
ducendum nõ ſit, niſi contra hæc aliqua ad-
ducãtur, quæ dubitationem faciant: cũ enim
fuerint repoſiti ſubditi in eo ſtatu, in quo e-
rant tempore moti belli, quemadmodum tẽ-
pore moti belli non erat iuſtum eos priuare
bonis ſuis, niſi argueretur eorũ defectus, &
fellonia, ita etiam poſt inducias non licuit
agere de confiſcatione bonorum, niſi argua-
tur defectus Pomponij.

Quoad quartum pũctum, an obſtent Do-
minis Eſtenſibus ſtatuta Mediolani, Laudæ,
Nouarræ, Cremonæ, & Vrbis, ego in prima
mea informatione percurrendo omnia illa
ſtatuta oſtendi, illa non percutere caſum no-
ſtrum, & de ibi dictis adhuc dubitatum non
fuit.

Nunc addo, de his ſtatutis non eſſe agen-
dum, niſi reſpectu hæreditatum patruorum
concurrente Co. Ioanne fratre cum D. Iuſti-
na ſorore ſua, de quibus tamen non videtur
agendum, quia ſi eſt verum, vt nobis veriſ-
ſimum videtur, quod Co. Ioannes nunquã
adiuerit hæreditatem patruorum, quoad
eam verè poteſt dici, patruos deceſſiſſe tan-
tùm cum nepte ex fratre, in quibus terminis
non eſt ſtatutum, quod excludat neptem ex
fratre, maximè, quia ex arbore conſtat, non
extitiſſe alios agnatos, niſi in remotiſſimo
gradu. At dato, quod conſtaret de aditione
Co. Ioannis, adhuc *ſtatutum in c. 290.* lo-
quens in ſpetie de ſucceſſione collateraliũ,
vult, vt agnati vſq; ad ſeptimum gradum
concurrentes cum filia fratris habeant tan-
tum duas partes hæreditatis defuncti, & fi-
lia fratris aliam tertiam, & hoc manifeſtè
dicitur in eo *ſtatuto in §. ſi verò* vbi habetur,
quod ſi defunctus non habuerit ſororem,
ſed amitam, vel ſororis filiam, vt hæ ſucce-
dant ad tertiam hæreditatis, & proximior
agnatus ad duas tertias, ſub quo proximiore
agnato, etiam contineri fratrem tenet ibi
Carpan. nu. 26. & multò magis filius fratris,
qualis fuit Co. Ioannes: Nec contra iſtud de-
duci poteſt argumentum ex *ſtat. in c. 208.*
quo cauetur, filium fratris excludere ſororẽ
defuncti, ergo multò magis filiam fratris
defuncti, quæ eſt in remotiori gradu: Quia
hanc conſequentiam damnat *Carpan. loco
mox citato* ad id allegando *Alciat. cõſ. 718.
& alia conſ. Dec.* vt per eum, nec opus eſt ex-
tenſione ad caſum, in quo habemus ſtatutũ
clarum admittens filiam fratris ad tertiam.

Et dato etiam, ſed non conceſſo, quod *ſta-
tutum in c. 288.* extenderetur ex identitate,
vel maioritate rationis ad filiam fratris, vt
excluderetur à filio fratris, quemadmodum
excluditur ſoror defuncti, adhuc dicendum
eſſet, filiam fratris poſſe petere tertiam ex
ſtatuto in c. 290. nam *ſtatutum cap. 288.*
loquitur in ſucceſſione fratris, incipit. n. *de-
cedẽte fratre ab inteſtato*, & id denotat Rub.
43 quę ſolent declarare nigrum *l. 1. & ibi Doct.
ff. ſi cert. pet.* At *ſtatutum c. 290.* loquitur
de ſucceſſione aliorum collateralium præ-
ter fratrẽ, ideò videmus, quod à ſua diſpo-
ſitione excipit id, quod dicitur in alio ſtatuto
decedẽte fratre ibi *exceptis caſibus compra-
henſis.* At, cũ in caſu noſtro tractetur de ſuc-
ceſſione patruorum, ſumus in caſu *d. ſta-
tuti c. 290.* vt competat tertia, non in caſu
ſtatuti c. 288. excludentis filiam fratris per
extenſionem.

Quintum punctum huius ſecundi capitis
continet, an Dominis Eſtenſibus obſtent
fideicommiſſa Triuultiorum, vel rei cõuenti
debeant capere de manu hęredum D. Iuſti-

næ

Digitized by Google

næ,ſuppoſito, quod non conſtet de aditione
Co. Ioannis in hæreditatibus patruorum.

An obſtent fideicommiſſa nõ poſſum re-
ſoluere, quia mihi exhibita non fuerunt, licet
in facto cõcordato ſummatim referatur te-
nor horum fideicommiſſorum, quod non
ſufficit ad reſoluendum, an obſtent, ſed ver-
ba eſſent diligenter inſpicienda, tantùm ex-
hibitum fuit fideicommiſſum Aloyſij factũ
12. Feb. 1508. quod vtiq; non obſtare exi-
ſtimo, quia in caſu, quo moriatur eius filius
poſthumus ſine prole in pupillari ætate, vel
alias quãdocunq; teſtator ſubſtituit Ioannẽ,
& Theodorum fratres, & ſi vnus eorum non
ſuperuiueret, ſubſtituit eius filios maſculos,
& ſi nullus dictorum fratrum ſuperuiueret,
ſubſtituit eorum filios, & ſi Theodorus mo-
reretur ſine filijs maſculis, ſubſtituit Ioãnem
eius fratrem, & ſi ipſe non viueret, eius fi-
lios, & vlterius nõ progreditur teſtator: ſup-
poſito, quod Aloyſius poſthumus deceſſerit
ſine prole maſculina, venit caſus ſubſtitutio-
nis, per quam vocantur Theodorus, & Ioan-
nes, vel eis non exiſtentibus eius filij, ſed de
hoc caſu nunc non poteſt agi, & ſuppoſito,
quod Theodorus mortuus ſit ſine filijs ma-
ſculis, vt ex arbore conſtat, venit caſus ſub-
ſtitutionis, per quã vocantur filij Ioannis (cũ
tunc Ioannes eſſet mortuus) mortuis verò
Pomponio, & Auguſtino ſine filijs, non re-
perio, quod adſit alia vocatio, & quod fidei-
commiſſum ad hunc caſum extendatur, &
ita D. Iuſtina potuit ſuccedere patruis, &
obijcere, quod in teſtamẽto Aloyſij nullum
legitur fideicõmiſſum, quo grauentur Pom-
ponius, & Auguſtinus filij Ioannis, & in hoc
ſa iſerit fundata eius intentio, dum allegat
in hoc caſu in verbis non legi fideicommiſ-
44 ſum, quod † nec regulariter extenditur de
caſu ad caſum ex *conſ.* vulgato *Oldradi* 21.
45 à † quo fateor recedi ex coniecturis, quæ
commemorantur *à D. Menoch. præſumpt.*
69. & 73. in 4. Ruſtic. ad Leum anus lib. 4.
c. 2. nu. 12. Caſanat. plenè *conſ.* 20. In hoc
tamen fragmento teſtamenti Aloyſij mihi
exhibito, ego non colligo coniecturam ali-
quam, per quã fideicommiſſum extẽdatur.

Mihi igitur videtur omnino dicendũ hoc
fideicommiſſum Aloyſij nõ obſtituiſſe D. Iu-
ſtinę, nec nũc obſtare ſuis hæredibus: Et ca-
ſu, quo inter illos de familia adeſſet aliud fi-
deicõmiſſum, quo grauati fuiſſent Pompo-
46 nius, & Card. Auguſtinus, Ant illa recipiẽda
ſint à manu D. Iuſtinæ, & nunc ſuorum hæ-
redum, regula eſt recipi fideicommiſſum à
manu hęredum ipſius grauati *l. Paulus ff. ad*
Trebel. & Doct. communiter *in l. reſtituta*
47 *ff. eod.* etiã † in caſibus, in quibus reſtitutio fit
ipſo iure *l. pen. C. ad Trebel. gloſ. & Doct. in*
48 *l. 1. §. ſed & quoties ff. ad Trebel.* ſed † quia
ab hac regula quãdoq; receditur ex verbis
teſtatoris, vel ex qualitate fideicommiſſi,
vel ex alijs cõiecturis, vt per *Graſſ. de ſucceſ.*
§. fideicommiſſum q. 43. ideò exactè eſſent
teſtamenta conſideranda.

Reſtat vltimum pũctum de fructibus le-
gati ſcutorum mille ſoluendorum in tot bo-
nis immobilibus, an debeatur cum fructi-
bus à die mortis teſtatoris, vel ſaltem à die
petitionis D. Iuſtinæ.

Ad quod breuiter reſpondetur, lega-
49 tum † eſſe quantitatis, licet ſit ſoluendum ex
bonis ſtabilibus, ex quo ſequitur, vt eius do-
minium non tranſeat in legatarium, niſi à
die traditionis, quia prius incertum erat, quę
pecunia eſſet legata, & quæ bona pro ea eſ-
ſent præſtanda *gloſ. in l. a. verſ. (in rem) C.*
com. de legat. Bar. in l. omnia nu. 1. ff. ſi cert.
pet. Bolognet. in l. 1. nu. 266. & 276. ff. de
leg. 1. qui teſtatur de communi, & ſequitur
50 *Graſſ. de ſucceſ. §. legatũ q. 96. n. 7.* Et † pro-
inde fructus non poſſunt deberi, niſi à die,
qua hæres ſit conſtitutus in mora per inter-
pellationem extraiudicialem *Practic. Papiẽ.*
in forma libelli pro legato in fin. verſ. (ſimul
cum fructibus) vel per litis conteſtationem,
51 datio † autem libelli, vtpote, quæ dirigitur ad
iudicem, non conſtituit hæredem in mora
l. 1. 2. & fin. C. de vſur. & fruct. legatorum
vbi *Doct. omnes,* & in ſpecie *Paul. in l. 1.* qui
ſatis diſtinctè loquitur *Ant. Gom. 2. var. re-*
ſolut. tom. 1. c. 12. de legat. nu 22. verſ. (itẽ
quæro) in fine illius verſ. & in princ. verſic.
ſequentis. Graſſ. in d. §. legatum q. 70. verſ.
52 *(ſcias etiam)* eadem † ratione, quia fidei-
commiſſarius non ſit dominus ante reſtitu-
tionem realem, vel vèrbalem *l. reſtituta in*
princ. & l. facta in princ. ff. ad Trebell. l.
53 *Titia Seio §. vſuras ff. de leg. 2.* ideò † non
habetur ratio fructuum ad fauorem fidei-
commiſſarij, niſi conſtituto hærede in mora
l. in fideicommiſſariam & l. poſtulante §. ſed
ſi huiuſmodi ff. ad Trebel. Surd. deciſ. 25. cir-
ca princ. licet contrarium teneat, quando
fideicommiſſarius ignorabat fideicommiſ-
ſum. Et ita ex iuris cenſura reſpondendum
arbitror in omnibus punctis firmatis pro
expeditione cauſæ, ſaluo rectiori cuiuſcun-
que iudicio.

An-

Auſpice Chriſto.

QVæ ſcripta ſunt in fauorem Excellen-
ſs.DD.Marchionum Eſtenſium ſu-
per proteſtatione impediente ef-
fectum aditionis prætenſæ ab aduerſarijs in
hæreditate Cardinalis Auguſtini non reci-
piunt probabilem difficultatem ex dubita-
tionibus nouiſſimè datis. Prius eſt vera con-
54 cluſio, proteſtationem † ſuper illis, quæ pē-
dent à ſola voluntate proteſtantis, vt eſt adi-
tio hæreditatis, non tolli per actum contra-
rium ſubſequentem, ſed ipſam tollere actū,
vti habētem defectum cōſcolus *Bar.* in pun-
cto *in l. non ſolum §. morte nu. 17. ff. de oper.
nou. nunc. & ibi alij Doct.* cum communiter
ſequuntur, licet nonnulli dubitent de indu-
ctione iurium ab eo citatorum *Alex. nu. 13.
Iaſ. nu. 14. Claud. nu. 31. Rubeus nu. 216.
Decius nu. 57. Crot. nu. 51. Bolognet. nu. 45.
Alex. cōſ. 7. nu. 12. in 4. Seraphin. deciſ. 859.
nu. 5. Doct. in c. cum M. Ferrarienſis de cōſtit.*
præcipuè *Rip. nu. 83.*

Nec limitatio, de qua in dubijs intrat, in
55 qua fit maxima vis, ſcilicet, † id non procede-
re, quando actus fit cum alio, vt in *d. §. morte*
tenet *Bar.* & ſequuntur alij à me citati, &
*Ruin. conſ. 157. ſub nu. 2. in 3. Soc. iun. conſ.
507. nu. 3. & 4. in 2.* Si quidem, vtrunq; di-
ligenter cōſiderentur acta proceſſus Romę,
nihil cum fiſco actum eſt, ex quo colligatur
aditio, tantùm colligitur, Comitem petere
ſe admitti ad aditionem, & procurator pro
teſtatur, ad hæc non procedi, nec vlterius de
aditione conſtat, Deinde proteſtatione re-
petita dicit Comes, per ſe non ſtare, quin
adeat hæreditatem cum inuentario, & ne
tempus currat in eius præiudicium, declarat
animum ſuum eſſe, adire, vt eam animo a-
dit, cum beneficio tamen inuentarij, ex quo
ſequitur, vt non dicatur facta aditio, niſi, &
inuentarium ſequatur, vt doctè ſcripſit Pe-
rill. & Excellentiſs. D. Boſſius, imò, cum Co-
mes proteſtetur, non poſſe conficere inuen-
tarium, quia bona apud ſe non habet, con-
ſtat, quæ non adit: Poſtea citatur procurator
fiſcalis cum familia Cardinalis ad videndū
incipere inuentarium, & cum eo adire hęre-
ditatem, & procurator fiſcalis dat generalia
contra, & dicitur de nullitate commiſſionis,
& ita nec tunc reſultat actus aditionis, vel a-
ctus, ex quo conſequatur aditio, tantùm cō-
ſtat quoquo modo de aliqua voluntate ade-
undi cum inuentario, quæ non eſt deducta
ad effectum impediente parte aduerſa, quæ
ſemper negauit teſtamentum Cardinalis, &
Comitem eſſe hæredem; nullus igitur actus
ſecutus eſt cum fiſco contrarius proteſtatio-
ni; vt intret limitatio.

56 Et ſi adeſſet aliquis actus aditionis, non
eſſet actus clarus, ſed turbidus, & ambiguus,
vt conſtat eſſe actus relatos, qui propterea
non poſſet tollere proteſtationem præcedē-
tem, ſed ex proteſtatione declararetur, non
habere effectum aditionis, niſi facto inuen-
tario, vt tenet *Bar. in d. § morte ſub num. 18.
verſ. (ſed ſi actus)* & eſt ab alijs probatus,
quos allegaui ſupra.

Amplius, quando etiam actus eſſet cer-
57 tus, & geſtus cum fiſco, præiudicaret † pro-
teſtationi, quando ipſa proteſtatio non fuiſ-
ſet nota, non quando fuit nota, quod etiam
ſentit *Bar. & alij in locis, & ſub numeris ci-
tatis*, dum ex dictis *Bar.* colligunt concluſio-
nes, vt proteſtatio verè fuit nota fiſco, quia
licet facta fuerit in domo D. Iacobæ Vrſi-
næ, vt dicitur in dubijs, tamen poſtea, vti in-
ſerta in mandato facto in perſona Pompei
Belmeſere fuit in proceſſu cū mandato pro-
ducta, & poſtea etiam repetita, ita vt verè
dicatur facta de proceſſu, & actis, quæ cum
ſint publica *l. 2. C. de edend.* reddunt rem
notoriam, ita vt dici non poſſit, non inno-
tuiſſe fiſco.

58 Addo etiam, quod, quando *Bar. & alij*
citati tenent actum contrarium cum alio fa-
ctum tollere proteſtationem, nedū cum eo,
cum quo factus eſt, ſed etiam cum alijs, ſem-
per præſupponunt, quod actus iuuet illi, cum
quo factus eſt, quod ſcilicet in eius fauorem
tollat proteſtationem, & inducat aditionē,
cæterum ſi actus contrarius non induceret
aditionem quoad eum, cum quo geritur, nec
59 in alijs eam induceret, quia † ſublato antece-
denti neceſſario, & conſequens tollitur *Eue-
rard. in loco à deſtructione antecedentis*, In
caſu noſtro quicūq; actus inferentes ad adi-
tionem, ſi qui eſſent in dicto proceſſu (vt ve-
rè non ſunt) non tollerent proteſtationem,
nec inducerent aditionem ad fauorem fiſci,
60 quia † ſemper à Procuratore fiſcali impu-
gnantur iuxta regulam *ex eo de reg. iur. in
6. & notata ibi à Doct.* Concludendum igi-
tur eſt ex proceſſu Romæ non colligi actū,
per quem contra proteſtationem reſultet
aditio Co. Ioannis in bonis Cardinalis, etiā
loquendo ſecundum principia *Bar. in d. §.
morte.*

Eadem proteſtatio extenditur etiam ad
adi-

Digitized by Google

aditionem factam Mediolani, quæ licet ſit ex cauſa occaſionali, & impulſiua facta ratione litis motæ à fiſco Apoſtolico, tamẽ generaliter in proteſtatione Comes teſtatur, ſe non adiuiſſe, nec adire velle, niſi præcedente deliberatione, & inuentario, quæ diſpoſitio proteſtationis eſt generalior cauſa, quę induxit Comitem ad proteſtandũ, ideò erit ratio impulſiua, non finalis, etiam quod

6 reperiatur in præfatione, quia, † quod cauſa, vel ratio in præfatione ſit finalis, id nõ eſt ex natura præfationis, ſed ex natura cauſæ *Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa in 2. parte limit. 1. nu. 66.* Nec dicendum, actum aditionis cum alio fuiſſe geſtum, cũ geſtus fuerit notario ſtipulante pro omnibus, quibus intereſſet, quia doctrina *Bart.* de qua antea procedit, quando cum aliquo particulari eſſet geſtus actus, quia ſi quoad eum eſt adita hæreditas, & eſt adita quoad alios, cum non poſſit quis reſpectu vnius eſſe hæres, & reſpectu alterius non, At ſtipulante notario, vt ſupra, non magis cũ alio dicitur geſta aditio, quam ſi quis adiret fauore omniũ, quorum intereſſet; tunc enim proteſtatio tolleret cõſenſum aditioni: Hoc non contingit, quando cum homine certo ignorãte proteſtationem eſt factus actus, quia non conuenit, vt ignorans proteſtationem decipiatur: & ita loquitur *Bar* nõ quando aditio facta eſt fauore omnium, quorum intereſſet.

Quoad hanc aditionem in illis, in quibus ego defeci, ſupplebunt Excellentiſs. Aduocati Mediolanẽſes de cauſa melius inſtructi.

Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Donatio, maximè inter patrem, & filium, quando valeat, & quando non.

Notarij quando poſſint cõficere inſtrumenta in loco, in quo non ſunt matriculati.

Statutum terræ Maſſæ prohibens mulieri filios habenti teſtari vltra decimam partẽ bonorum ſuorum, in quibus caſibus locum non habeat.

Vxor Principis quãdo gaudeat, vel non, priuilegijs viri.

Emptum ex pecunia dotali, quando efficiatur dotale, & quando non.

Quando fiat tranſmiſſio fideicommiſſi ad filios in conditione poſitos.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter patrem, & filium regulariter non valet.*

Et facta à filio Patri præſumitur metu reuerentiali facta num. 2.

Nec iuramentum eam validam reddit, quãuis adſtringeret donantem ad eius obſeruantiam num. 3.

Donationem tamen validam reddit, quando eſt plenum, & tendens ad eam validandam num. 17.

Neque valet donatio omnium bonorum nihil reſeruato, de quo poſſit donans teſtari n. 4.

Et reſeruatio non debet eſſe modica num. 18.

Quæ donatio omnium bonorum nec valet, etiam ſi iurata ſit nu. 5. & 6.

Aliqui tamen tenent talem donationem iuratam valere, ſaltem quoad bona præſentia nu. 7.

Sed ſententia contraria eſt melior, & verior num. 8.

Quia eſt vna ſola donatio indiuidua, ſicuti iuramentum eſt indiuiduum nu. 9.

Et in indiuiduis vtile per inutile vitiatur num. 10.

Item donatio excedens quingentos aureos nõ valet ſine inſinuatione nu. 13.

Quia donatio carens inſinuatione dicitur conſenſu carere num 11.

Nec iuramentum ſupplet defectum inſinuationis, niſi in ſpecie inſinuationi ſit renũciatum, & ſit adiectum ad validandam donationem num. 16.

Nec talem defectum ſupplet cautela, quod nõ cenſeatur vna, ſed plures donationes n. 18.

6 *Iuramentum contra bonos mores non eſt obligatorium.*

11 *Clauſula* omni meliori modo *non operatur, quando lex reſiſtit actui.*

12 *Iuramentum ad effectum obligandi donantẽ non validat donationem aliàs inualidam.*

13 *Iuramentum non operatur vltra intentionẽ iurantis.*

19 *Vſusfructus bonorum filij pertinet ad patrem.*

20 *Notarius apoſtolica, & imperiali authoritate poteſt quocunq; loco conficere inſtrumenta.*

Etiam ſtante ſtatuto, quod notarij forenſes, vel non matriculati non recipiant rogitus num. 21.

Cum nec talia ſtatuta indiſtinctè annullent rogitus num. 22.

Et quando notarius habet licentiam à Domi-

no

ro loci, vbi fit inſtrumentum ſine dubio illud conficere poteſt num. 23.

24 *Vxor Principis eſt ſoluta legibus & num. 29.*

Quamuis non poſſit omnia, quæ poteſt Princeps num. 28.

Poteſt tamen ea, quæ mulieribus competere poſſunt nu. 30.

25 *Statutum non ligat Principem, qui illud cōdidit.*

Neq; eius vxorem num. 26.

Ligat tamen filias Principis num. 59.

Nec Principem ligat, quando conditum eſt à Communitate, quia lex inferioris non ligat ſuperiorem, ſicuti nec ligat Principis vxorem nu. 27.

Neq; filias Principis nu. 45.

26 *Vir, & vxor ſunt vna caro.*

29 *Similitudinem adeſſe ſufficit in eo, de quo agitur.*

31 *Mulier de dote, vti de proprio patrimonio, teſtari poteſt.*

32 *Statutum de lucro dotis non habet locum ſtāte pacto, quod dos tota reſtituatur.*

Et quando doti adiectum eſt onus fideicommiſſi ab extraneo non obligato ad dotandū nu. 34.

Quia dos tranſit cum ſua cauſa nu. 33.

35 *Abſurdum eſt negare, quod ſemel placuit.*

36 *Licētia teſtandi conceſſa à Principe intelligitur ſecundum ſolemnitates ſtatutorum.*

Quod intellige, quando conceditur illi, qui facultatem teſtandi non habet num. 37.

Talis licentia eſt fauorabilis, & non reſtringenda num. 40.

38 *Conceſſio Principis non debet eſſe ſuperflua.*

39 *Vnicuiq; liberum eſt de bonis ſuis ad libitū teſtari.*

41 *Feudum emptum ex pecunia dotali nō fit dotale* l. ex pecunia C. de iur. dot.

Ratio affertur nu. 44.

Contrarium videtur ex l. res, quæ C. eod. de iur. dot. *nu. 42.*

Sed dicta iura conciliantur nu. 43.

46 *Mater tenetur dotare filiam solū in ſubſidiū.*

47 *Renunciationes ſunt ſtrictè interpretanda, vt minus præiudicent renuncianti.*

48 *Pater diues dotans filiam de ſuo dotare dicitur, quamuis aſſerat dotare de bonis proprijs, & maternis.*

Etiam ſi filia renunciauerit bonis maternis num. 49.

50 *Hæreditas filij ab inteſtato defuncti diuiditur inter patrem, & fratres in capita.*

Et pater in portionibus fratrum non habet vſumfructum num. 51.

52 *Ex actu nullo nullus reſultat iuris effectus.*

53 *Filij non imputant fructus in Trebellianica, alij verò imputant num. 54.*

55 *Inſtitutus in fructibus eo viuente nullo dato cohærede in proprietate, niſi poſt mortem, per ius accreſcendi dicitur inſtitutus etiā in proprietate, & grauatus per fideicommiſſum poſt mortem reſtituere.*

56 *Bona fideicommiſſo ſubiecta mortuis fideicōmiſſarijs ante grauatum remanent libera apud eum.*

Nec poteſt fideicommiſſarius ante grauatum mortuus ea tranſmittere ad ſuos hæredes etiam filios nu. 57.

Tranſmittuntur tamen ad deſcendentes poſitos in conditione nu. 58.

60 *Filia excluſa à legitima per ſtatutum eam prætendere non poteſt.*

61 *Legitima debetur in proprietate, & vſufructu.*

Et ideò debentur fructus à die mortis parentum nu. 62.

63 *Debita hæreditaria, & legata ſolui debent de proprietate, exceptis annuis, quæ in totum ſunt ſoluenda ab vſufructuario.*

RESPONSVM CX.

Sit Chriſtus illuminatio mea.

COnſultatio petita ab Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. meo D. Duce Montis Marciani ſuper prætenſionibus filiorum ex perſona Illuſtriſs. D. Lucretiæ eorum matris, & vxoris d. D. Ducis, duo continet puncta diſcutienda.

Primum, quid prætendere poſſint.

Secundum, an quod prętendunt conſequi poſſint in feudo Aieli.

Sed antequam deueniatur ad horum reſolutionem, neceſſarium eſt, vt prius dicatur de validitate quorundam actuum, à quibus dictæ prætenſiones potiſſimum regulantur.

Et incipiendo à donatione Illuſtriſs. D.
1 Catherinæ: Prius † eſt donatio inter patrem, & filiam, quæ regulariter non valet *l. donationes §. pater ff. de donat. l. donationes C. de inoffic. donat. l. donationes, quas parentes C. de donat. inter vir. & vxor. Doct. in l. frater à fratre ff. de condict. indeb.* vbi *Bar. nu. 57. Seuerin. nu. 64. Iaſ. in 1. lect. n. 44. Io. Crot.*
2 *nu. 68. Cagn. nu.* 308. & † vti continens do-

nan-

Digitized by Google

nantis enormiſſimam læſionem præſumitur
metu reuerent ali facta *l. ſi ſuperſtite C. de
dol. Paul. conſ. 174. n. 3. & 4. in 1. Corn. conſ.
124. in 4. Aret. conſ. 24. col. 2. Aym. conſ.
11. nu. 12. in 1. Conar. ad c. quãuis pactum in*
5 *3 parte §. 4. nu. 7.* nec † iuramentum eam va-
lidam reddit, licet adſtringeret ipſam D.
Catherinam ad eius obſeruantiam *Menoch.
præſumpt. 29. nu. 114. in 3.*

4 Secundo cõtra eandem donationem fa-
cit, quod eſt donatio omniũ bonorũ præſen-
tium, & futurorum, quia D. Catherina donat
omnia bona mobilia, immobilia, & ſemo-
uentia, iura, nomina debitorum, & actiones
in hæreditate patris, matris, & in alijs qui-
buſcunq; hæreditatibus competentibus, &
competituris, per quod verbum, certum eſt,
etiam contineri bona hæreditatum futura-
rum; additurque, quòd donantur omnia
bona cuiuſcunq; generis, quæ ad ipſam ſpe-
ctarent, & pertinerent, ſpectare, & pertinere
poſſent quocunq; titulo, ex teſtamento, &
ab inteſtato; quæ verba cum reſpiciant fu-
turum tempus ibi, *ſpectare, & pertinere poſ-
ſent*, & includant quemcunq; titulum, non
eſt dubitandum, quin includant omnia bona
præſentia, & futura, cum autem nihil donans
ſibi reſeruet, de quo teſtari valeat, euidenter
donatio erit nulla, & contra bonos mores
*Doct. in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de
verb. obligat. & in l. vlt. C. de pact. Clar. in §.
donatio q. 19. Ceph. conſ. 44. n. 24. in 1. Surd.
conſ. 73. nu. 67. in 1. & alij plures*, qui ab
5 iſtis citantur. Aiuntq; † *Doct.* hanc donatio-
nem non valere, quia eſt contra bonos mo-
res, & ideò non magis valet, etiam quod ſit
6 iurata, cum † obligatorium nõ ſit iuramẽtum
contra bonos mores *reg. non eſt obligatoriũ
de reg. iur. in 6.* & eſſe receptiſſimã ſenten-
tiam teſtatur *Clar. in d. §. donatio q. 20. Man-
7 cin. de iurament. effectu 53.* Et † quamuis
dubitari poſſet ſtante iuramento habente
vim clauſulæ *omni meliori modo*, ſaltem quo-
ad præſentia bona donationem valere, eo
quod ita ſentiunt plures citati à *Seraphin. de
priuileg. iurament. priuileg. 107. nu. 3. &
Mancin. d. effectu 13.* videtur teſtari, hanc
8 eſſe veriorem opinionem: Tamen † melior,
& verior eſt contrariã ſententia, vt donatio
huiuſmodi, etiam cum iuramento ſit in totũ
inualida, quã ſequi videtur *Clar. in d. q. 20.*
vbi primo quærit, an donatio omnium bo-
norum etiam futurorũ iurata valeat, & con-
cludit, quod non, poſtea in verſ. *item quæro*
dubitat, an huiuſmodi donatio, & ita iurata,
valeat reſpectu bonorum præſentium, & te-
net opinionem cõmunem, & in iudicijs ſe-
quendam eſſe, vt ſit in totum inualida, licet
inſinuet in ſtricta diſputatione contrariam
teneri poſſe: ſed manifeſtius hanc opinio-
nem defendit, & veriorem dicit *Seraphin. d.
priuileg. 107. ſub nu. 16. verſ. (in contrariũ)*
9 *& ſub nu. 28. verſ. (vltimo pro hac)* quia † li-
cet ſit donatio continens bona duplicis con-
ditionis, ſcilicet præſentia, & futura, forma-
liter tamen eſt vna ſola donatio indiuidua,
quæ non poteſt pro parte valere, & parte nõ,
quemadmodum, & iuramentum indiuidu-
um eſt *Grammatic. conſ. 124. in fine. Aym.
conſ. 201. nu. 17. Cotta in memorabil. verſ.*
10 *(iuram. utrum eſt quid indiuiduum)* & † in in-
diuiduis vtile per inutile vitiatur *Rom. conſ.*
11 *66.* & † licet iuramentum habeat vim clau-
ſulæ *omni meliori modo* iſtud nõ obſtat, quia
d. clauſula non operatur in hoc caſu, in quo
lex reſiſtit validitati donationis, non tantùm
reſpectu futurorum, ſed & reſpectu bonorũ
præſentium ad doctrinam *Bar. in l. ſi non ſor-
tem in princ. ff. de condict. indebit.* & latius
proſequitur *Seraphin. d. priuileg. 107. nu.
32.* ex cuius dictis conſtat, quantum errauc-
rit *Mancin.* dum dixit, contrariam opinionẽ
eſſe veriorem.

12 Addi etiam poteſt, iuramentum, de quo
in hac donatione minus operari validitatẽ
donationis, quod non tendit ad eam vali-
dandam, ſed tantum ad effectum, vt dona-
taria illam obſeruare teneatur ibi *& pro ob-
ſeruatione præmiſſorum tactis ſcripturis iu-
rauit &c.* hæc autem differunt, quod iura-
mentum obliget iurantem ad obſeruationẽ,
vel quod reddat validum actum, alias inua-
lidum *Rip. in l. vlt. num. 183. C. de renoc. do-
nat. Iaſ. in Auth. ſacramenta puberum n. 38.
C. ſi aduerſ. vend. Coraſ. in l. frater à fratre in
fine ff. de cõdit. indebit.* ita iuramentũ opera-
bitur effectum, ad quem dirigitur, non verò
alium, & diuerſum, ad quem non dirigitur,
13 quia nõ conuenit, vt operetur vltra intentio-
nẽ agentis *l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. pet.*

14 Alia ratione principali hæc donatio eſt
inualida, quia ratione bonorum maternorũ,
quorũ proprietatis parte D. Catherina do-
nans vna cũ fratribus habebant mortua ma-
tre tempore donationis, ipſa donatio exce-
debat valorem quingentorum aureorum, &
ideò ſine inſinuatione non potuit valere *l.
donatio §. in conſcribendis l. data*, alias *lata* 21
& l. ſancimus in princ. vbi *Salic. & alij C.
de donat. §. perficiuntur Inſt. de donat.* ni-

Digitized by Google

15 mirum, quia † donatio, quæ caret inſinuatio-
ne etiam conſenſu carere dicitur *Gabr. cõſ.
158. nu. 6. in 1.*

16 Quem inſinuationis defectum iuramen-
tum non ſupplet, nõ ſolũ ratione mox addu-
cta, qđ illud non eſt adiectum ad validandũ
actum, ſed & fortius, quia non ſupplet defe-
ctũ inſinuationis, niſi quando in ſpetie inſi-
nuationi renunciatum eſt *Calderin. conſ. 2.
de iureiurãd. Ant. Canar. tract. de inſinuat. in
2. par. q. 28. Clar. d. §. donatio q. 18. verſ.
(retenta igitur)* dicens ab hac opinione con-
ſulendo, & iudicando non eſſe recedendum
*Phanuc. de inuentar. parte 7. nu. 193. verſ.
(ſed veritas) Magon. deciſ. Florent. 64. n. 25.*
poſtquam deciſionem adſunt motiua *Rota
Senenſ.* in quibus *ſub nu. 41. verſ. (quam di-
ſtinctionem)* referũtur innumerabiles *Doct.*
idem tenentes cum aſſertione communis, &
magis cõmunis opinionis *Barz. deciſ. Bonon.
94 nu. 7.*

Et hæc quoad donationem D. Catherinę
dicta ſufficiant.

De donatione autẽ Illuſtriſ. Dom. Don
17 Ferrantis minus dubitari poteſt, quia † licet
ſit inter patrem, & filium, adeſt tamen ple-
num iuramentum tendens ad eam validan-
dam, quo defendi poteſt *Doct. in l. frater à
fratre ff. de condict. indeb. Seraph. iuramenti
priuileg. 72.* quamuis quando iuramentũ nõ
ita plenum eſſet, & tendens ad validitatem
actus, cum renunciatione iurium prohiben-
tium valere donationem poſſet dubitari ex
ſcriptis à *Menoch. in allegata præſumptione
29. nu. 114. in 3.*

Amplius, licet cautela, quod non cenſea-
tur vna, ſed plures donationes nõ defendat
à defectu inſinuationis *Ant. Gabr. de donat.
concluſ. 1. nu. 8.* quando tamen non fuiſſet
inſinuata, vt ex facie inſtrumẽti videtur fuiſ-
ſe, eam defenderet particularis renunciatio
vna cum iuramento iuxta allegata ſupra.

Etiam, ſi eſſet omnium bonorum dona-
tio, licet illam non defenderet reſeruatio
mille aureorum pro teſtando, tanquam mo-
dica *Clar. §. donatio q. 19. verſ. (ſecũdo prin-
cipaliter) Plat. conſ. 79. nu. 14. Aym. conſ.
860. nu. 6. in 5. Fab. de Anna conſ. 52. nu.
3. Ceph. conſ. 485. nu. 133. in 4. Illuſtriſ.
Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13.
tit. 31. num. 1.* nec reſeruatio vſusfructus,
19 quia † cum ille pertineret ad patrem *l. 1. C.
de bon. matern.* de eo non poſſet teſtari, Eam
tamen defenderet, quod verè nõ eſt omniũ
bonorum, ſed tantum bonorum materno-
rum, & etiam plurimũ ad eius defenſionem
poſſet pleniſſimum iuramentum *Mantic. d.
lib. 13. tit. 27.*

Dicerem igitur ſatis difficile eſſe impu-
gnare donationem D. Ferrantis.

Tertio videndum eſt de validitate teſta-
menti Illuſtriſ. D. Iſabellæ de Capua, de
qua dubitari videtur, quia de eo rogatus fuit
notarius forenſis, in loco rogitus non matri-
culatus: Et quia iuxta ſtatuta terræ Maſſę nõ
licet mulieri habenti filios maſculos teſtari
vltra decimam partem bonorum ſuorum, &
ideò, quatenus vltra dictam decimam par-
tem teſtatum fuit ab Illuſtriſ. D. teſtatrice,
erit nullum teſtamentum, vt pluribus pro-
bant Excellentiſ. viri, qui pro Illuſtriſ. &
Excellentiſ. Principe informarunt.

Quibus tamen non obſtantibus teneo pro
20 validitate teſtamenti, & † prius oppoſitio
notarij, quod ſit forenſis nihil obſtat, quia,
cum ſit creatus notarius Apoſtolica, & Im-
periali authoritate, poteſt in quocunq; loco
conficere rogitus *l. non ſolum §. in teſtamẽto
ff. de excuſat. tutor. Doct. in c. cum P. tabellio
de fide inſtrument. Speculat. tit. de inſtrumẽt.
editione § reſtat nu. 22. & 25. Bar. in l. 1. ff.
de offic. Proconſ. Bero. conſ. 89. nu. 1. & 6. in
3. Ant. Gabr. lib. 1. tit. de fid. inſtrument. con-
cluſ. 1. nu. 5.* cum alijs pluribus, quos citat
21 *Surd. conſ. 257. nu. 11. in 2.* & † etiam, quod
extet ſtatutum dictans, notarios non matri-
culatos, vel forenſes non poſſe ſuſcipere ro-
gitus, illud non poteſt inhabilitare forenſes
aliàs habentes facultatem recipiendi rogi-
tus *Paul. conſ. 226. in princ. in 2. Iaſ. conſ.
122. nu. 1. in 4. Surd. d. conſ. 257. nu. 13. in
2.* & pleniſſimè id proſequitur tollẽdo om-
nia contraria *Marchabrun. conſ. 58. nu. 29.
cum ſeq.* & ſi aliqui tenẽt contrarium, illi lo-
quuntur in notarijs ſub iuriſdictione ſtatuẽ-
tium.

22 Etiam animaduertendũ eſt, indiſtinctè
non eſſe verum, ſtatuta prohibentia nota-
rios non matriculatos recipere rogitus, an-
nullare actus, & rogitus *Ang. in l. vniuerſis
C. de decur. lib. 10. Alex. in l. prætor §. etiam
ff. de edend. Dec. in l. in ambiguis §. non eſt no-
uum nu. 6. ff. de reg. iur. Purpurat. in l. 1. nu.
58. ff. de offic. aſſeſſor. idem Dec. conſ. 17. &
conſ. 168. incip. (& diligenter) nu. 2.*

23 Et cum notarius in caſu noſtro habuerit
licentiam ab Excellentiſ. Principe, res ca-
ret omni dubitatione *Boer. ſuo ſingul. incip.
(notarius) nu. 9. Carpan. ſtatuta Mediolan. c.
341. nu. 13.*

Qui-

Digitized by Google

QVantum verò ad ſecundam nullitatem
ex eo deductam, quod ex ſtatutis Maſſæ vl-
tra decimam partem bonorum non licuit Il-
luſtriſs. teſtatrici teſtari, facillimè responde-
24 tur, hoc † ſtatutum, non ligare vxorem Prin-
cipis loci, quemadmodum nec ligat ipſum
Principẽ *l. Princeps ff. de legib.* vbi *Doct.* no-
tant, ꝙ licet vxor Principis ex ſe non ſit legi
bus ſoluta, tamèn ex priuilegio mariti eſt ſo-
luta *Menoch. conſ. 351. nu. 10. in 4. Roland.*
25 *conſ. 86. nu. 70. in 1.* Aut † enim huiuſmodi
ſtatutum eſt conditum ab ipſo Principe, &
quemadmodum non includit Principem
Bald. in l. ſi conſul num. 3. ff. de adopt. Alex.
in l. 1. num. 3. vbi *omnes ff. quod quiſque*
iur. Corn. conſ. 4. nu. 10 in 2, Rom conſ. 444.
nu. 10. Hondedæ conſ. 13. nu. 59. in 1. Put. de-
26 *ciſ. 363. lib. 1.* neceſse † etiã eſt, vt dicamus,
non includere eius vxorem, quæ cum eo eſt
eadem caro *c. Ebron. in fin. 33. q. 2. c. debitũ*
de bigam. non ordin. c. gaudemus de diuort.
27 Aut † conditum eſt à Communitate, & tunc
non ligat Principem, quia lex inferioris nõ
ligat ſuperiorem *l. 3. in princ. ff. de aliẽ. iudic.*
mut. cauſ. fact. l. nã magiſtratus ff. de recept.
arbitr. argumento *l. ille à quo §. tempeſtiuum*
ff. ad Trebel. c. cũ inferior. de maiorit. & obed.
Abb. in c. de illis ad finem de raptor. Zabarel.
cõſ. 2. Ruin. conſ. 83. n. 4. in 5 Menoch d. conſ.
351. n. 4. & 5. in 4. Felin in c. 1. nu. 30. verſ.
(quarta declaratio) de conſtit. & eadem ra-
tione nec huiuſmodi ſtatuta ligabunt vxorẽ
Principis, quã eſſe ſub iuriſdictione ſubdito-
rum Principis mariti ſui, nefas eſſet dicere.
28 Nec obſtat, quod in pluribus ſit vxor Prin-
cipis inferior Principe, nec poſſit omnia, quę
poteſt Princeps, vt notant *gloſ. & Doct. in d.*
l. Princeps, & in l. quod Principi ff. de leg. 2.
29 quia, quicquid ſit de alijs, ſatis † eſt, quod in
eo, de quo agitur *ſ.* an legibus ſoluta ſit ad-
ſit ſimilitudo *Abb. in c. translato de conſtit.* &
licet ſit differentia in hoc, quod Princeps
proprio iure eſt ſolutus, & Auguſta ex pri-
legio, quod ex perſona Principis in ea ful-
get, vt in *d. l. Princeps,* effectu tamen eſt ita
ſoluta legibus, quemadmodum, & Princeps,
30 denegantur † enim vxori Principis ea priui-
legia, quę mulieri conuenire non poſſunt, in
his verò, quæ conuenire poſſunt, vt iſtud, de
quo agitur, veriſſimum eſt, Auguſtam habe-
re ea priuilegia, quæ Princeps habet, vt pul-
chrè notat *Zaſ. in d. l. Princeps nu. 7.*

Sed dato, nunquã tamen concesso, quod
Illuſtriſs. teſtatrix ſtatutis teneretur, dum de
dote teſtatur, illis non tenetur, quia quando
nupta fuit Excellentiſs. Principi, illiq; dotẽ
conſignauit, & ita, quando ſe ſuppoſuit ſta-
tutis, & iuriſdictioni Maſſæ ibi eligendo do-
micilium, in capitulis matrimonialibus, &
in inſtrumento dotali, ſibi expræſsè reſerua-
uit facultatem diſponendi de tota dote ibi
Reſeruata eidem poteſtate, & facultate teſtã-
di, & diſponendi de dictis dotibus in totũ, vel
in parte ad eius liberum arbitrium, volunta-
tem, & beneplacitum, quæ reſeruatio intel-
ligitur etiam exiſtentibus filijs, quia, quid
poſtea cõuentatur filijs non exiſtentibus, di-
citur in ſequentibus verbis eiuſdem inſtru-
menti: Quæ reſeruatio non alia ratione fieri
potuit, niſi, vt obuiaretur ſtatutis terræ con-
31 trarium ſtatuentibus, cùm † alioquin de iu-
re communi mulier de dote ad libitum te-
32 ſtari poſſit vti de patrimonio ſuo *l. Põponius*
Philadelphus ff. fam. ercisc. quemadmodum,
ſi mulier det dotem, ita vt tota reſtituatur, &
id promittat maritus, non intrat ſtatutum,
quo cauetur, vt ſola dimidia reſtituatur, &
alteram dimidiam maritus lucretur *Rolãd.*
de lucro dot. q. 38. Io. Frideric. Sol. de lucro
dot. q. 37. conferunt, & quæ idem *Rol.* ſcrip-
ſit *eod. tract. q. 102. in 11. & Frideric. q. 50.*
33 tranſit † enim hoc caſu dos cum ſua cauſa *c.*
nuper de donat. inter vir. & vxor. cum alijs
34 allegatis à *Paulo cõſ. 59. in fine in 1.* & † quẽ-
admodum, ſi doti ſit adiectum onus fidei-
cõmiſſi ab extraneo non obligato ad dotã-
dum, tranſit dos cum illo onere fideicom-
miſſi, & ceſſat ſtatutum de lucro dotis *Alex.*
conſ. 176. nu. 5. cum ſeq. in 7. Frideric. de lu-
cro dot. q. 34. in fin. 2. partis. ita, & hic, cùm
ſit data dos qualitate adiecta, vt de ea vxor
in totum teſtari valeat, ceſſabit ſtatutũ pro-
hibens teſtari vltra decimam, quia tranſit
dos cũ tali qualitate, quæ ſtatuto repugnat.

Amplius omnis difficultas ceſſat ex eo,
quod tale teſtamentum fuit celebratum cũ
licentia Excellentiſs. Principis, quæ cum a-
lia ratione nõ fuerit neceſſaria, niſi ob ſta-
tuti obſtaculum, ne reddatur licentia ſuper-
flua, neceſse eſt, vt dicatur, non obſtãte ſta-
tuto, cui Princeps potuit derogare, teſtamẽ-
tum valere: præſertim, quia ab eodem Ex-
cellentiſs. Principe fuit confirmatum per
legatorum ſolutionem, & ex pacto inito in
inſtrumento dotali Illuſtriſs. D. Lucretiæ,
quo reſeruata eidem fuere iura ei compe-
tentia virtute dicti teſtamenti, ob quod ind.
inſtrumento regiſtratus fuit tenor totius te-
ſtamenti pręſente, & cõſentiente ipſo Prin-
cipe, qui oẽs ſunt actus approbatorij ipſius

teſtamenti proficiſcentes ab eo, qui nõ ob-
ſtante ſtatuto poterat teſtamentum obſer-
uare.

Nec obſtat, quod licentia Domini Prin-
cipis ſeruiat tantum notario forenſi, vt va-
leat impunè rogitum ſuſcipere: Quia ex le-
ctura teſtamenti conſtat de duplici licentia,
vna conceſſa notario, & ſanante eius inha-
bilitatem, & alia reſpiciente eſſentiam teſta-
menti, quæ bis repetita eſt, dum dicitur, a-
ctum fuiſſe teſtamentum in palatio cum li-
centia Excellentiſs. Principis.

Et licet ex aduerſo dicatur, quod ſeque-
retur plura incõuenientia, & præiudicium
Don Ferrantis; Tamèn inconuenientia non
recenſetur, nec Don Ferranti præiudicatur,
quia in teſtamento eſt hæres inſtitutus, nec
potuit ex ſtatuto ei acquiri ius, vt mater non
teſtaretur, niſi de decima, cũ dos fuerit data
cum illa qualitate, vt Illuſtriſs. Iſabella poſſet
in totum de ea teſtari, quemadmodum, &
quando traditur res cum reſeruatione ſim-
plicis hypotecæ, fit, vt ius non acquiratur
creditoribus habentibus priores hypotecas
generales.

Concedere igitur licentiam, vt ita fieret
teſtamentum, nec præiudicauit Don Ferrã-
te, nec fuit inconueniens, & abſurdum: po-
tius cum Princeps prius conceſſerit, vt vxor
facultatem illam teſtandi ſibi reſeruaret, in-
35 cõueniens, † & abſurdum eſſet, vt negaret id,
in quod prius conſenſit *ad reg. quod ſemel de
reg. iur. in 6.*

Imò, & ipſe Illuſtriſs. Don Ferrantes idẽ
teſtamentum apertiſſimè comprobauit do-
nãdo iura legitimæ, & Trebellianicæ in bo-
nis maternis, de quibus iuribus, præſertim
Trebellianicæ non eſſet, quod ageretur, ſi
teſtamentum, & fideicommiſſum in eo fa-
ctum non eſſet approbatum.

36 Nec obſtat, quod huiuſmodi licentia in-
telligatur ſecundum ſolemnitates ſtatutorũ
37 *l. ſi quando C. de inoffic. teſt.* Quia † iſtud pro-
cedit, quando ex gratia conceditur factio
teſtamenti illi, qui eam non habet, ſatis eſt,
quod conceſſio operetur circa actum te-
ſtandi, licet non operetur, quoad ſolemnita-
tes, ſed quando facultas teſtandi compete-
bat, ſed ex diſpoſitione ſtatuti reſtricta ad
38 certam ſummam, ne † licentia, & conceſſio
reddatur ſuperflua contra *l. ſi quando ff. de
leg. 1. & c. ſi papa de priuileg. in 6.* neceſſe
eſt intelligere, vt ſaluo iure communi detur
licentia teſtandi de omnibus bonis ad dero-
39 gationem ſtatuti, quæ † derogatio cum re-
ſtituat liberam facultatem diſponendi de
omnibus bonis de iure debitam teſtantibus
*l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. §. diſponat auth. de
40 nupt.* fauorabilis † erit, & non reſtringenda
(vt contra ſupponitur) *gloſ. in c. ſtatutum in
verbo (numerandum) de præbend. in 6. Alba
conſ. 8 1. nu. 20.*

Ex quibus tollitur, quod nõ potuerit Ex-
cellentiſs. Princeps teſtamentum confirma-
re in præiuditium filij, & quod voluerit tan-
tùm ſoluere legata intuitu pietatis, & quia
decimam non excedebant: Non enim datur
præiuditium, tùm quia filius fuit inſtitutus,
tùm quia ob reſeruationem teſtandi in toto
nullum ius fuit acquiſitum, & etiam, quia &
ipſe filius comprobauit teſtamentum: Quod
verò intuitu pietatis legata fuerint ſoluta,
non poteſt concludenter dici, quia non om-
nia erant legata pia, & quando ſoluta fuere,
non fuit (vt opinor) habitus reſpectus ad ali-
quam decimam, nec iſtud intrat in mentio-
ne, & relatione ad teſtamẽtum, de qua in in-
ſtrumento dotali Illuſtriſs. D. Lucretiæ.

Suppoſita igitur validitate donationis D.
Ferrantis, teſtamenti D. Iſabellæ, & inuali-
ditate donationis D. Catherinæ videndum
eſt, quæ ſint prætenſiones filiorum D. Lu-
cretiæ ex perſona matris; Et prius videndũ
eſt, an feudum emptum ex pecunia dotali
D. Iſabellæ fuerit dotale, ita vt in eo valeant
filij D. Iſabellæ ſuas prætenſiones exercere,
41 & † reſolutiuè loquendo dicerẽ, nullo modo
feudum eſſe factum dotale per *tex.* expreſſũ
in l. ex pecunia C. de iure dot. & ibi id notant
Doct. Salic. præſertim *& alij Barboſ. in Rub.
ff. ſolut. mat. p. 3. ſub nu. 73. Corn. conſ. 170.
nu. 2. in 4. Soc. iun. conſ. 150. nu. 13. in 3.
42 Barz. deciſ. Bonon. 27. nu. 23.* Et † quamuis
contrarium inſinuare videatur *l. res, quæ ff.
de iure dot.* dũm ait *res, quæ ex dotali pecunia
43 cõparatæ ſunt dotales eſſe videntur Doct.* † ta-
men varijs modis reſpondẽt, primũ *l. ex pe-
cunia* procedere, quando maritus eſt ſoluẽ-
do, aliam verò in ſubſidium, quando non eſ-
ſet ſoluendo *Cuiac. lib. 5. obſeru. c. 9. Gutie-
rez. lib. 5. quæſt. 87. nu. 4. & 18.* ſentit *Sa-
lic. in d. l. ex pecunia in fine* alios allegat
Barboſ. loco citato num. 76. & nos verſamur
in primis terminis, Alij dicunt *l. ex pecunia*
procedere, quando non accedente conſen-
ſu mulieris eſt res empta, aliam verò, quan-
do vxore conſentiente *Alex. in l. ſi conſtante
tem §. fin. nu. 4. ff. ſolut. matrim. Soc. iun. d.
conſ. 150. nu. 13. in 3.* optimè *Grat. conſ.
149. num. 8. 9. & 10. in 2.* & caſus noſter

non

non verſatur in ſecundis terminis, ſed in pri-
mis, quia conſenſus D. Iſabellæ non acceſ-
44 ſit, ergo intrat *Lex pecunia*, Et † addi poteſt,
quod, quãdo dos data fuit in quantitate, ve-
rè effecta fuit mariti, vt non ad eandem pe-
cuniam in ſpecie reſtituẽdam teneretur, ſed
ad aliam eiuſdem generis, quo caſu pecu-
nia non poteſt dici adeò propriè dotalis, vt
res ex ea empta fiat dotalis, & vt intret *Lex*,
qua & ita vltra alios egregiè ſcripſit *Barboſ.
vbi ſupra ſub nu. 76. verſ. (ſed illis omnibus.)*

Et omnia hæc longè magis videẽtur pro-
cedere in caſu noſtro, quia nedum non ac-
ceſſit conſenſus vxoris, ſed ex circunſtan-
tijs rei geſtæ conſtat, ementem feudum
nihil minus conſideraſſe, quam illud effice-
re dotale; agitur enim, vt totum pertineat
ad D. Ferrantem, & eo moriente ſine prole
ad D. Alderamum ex alia, & prima vxore
Principis ortum, quod prorſus deuiat à na-
tura dotis, quæ, ſi D. Princeps vxori præde-
ceſſiſſet, non debuiſſet obuenire D. Ferrãti,
ſed ad eius matrem reuerti, & moriente D.
Ferrante, ad ſorores vtrinq; coniunctas, nõ
ad fratrem conſanguineũ tantùm pertinere
debebant, ſuppoſito, quod feudum eſſet ad
fœminas tranſitoriũ, vt in informationibus
ſupponi videtur. Et in ſumma, ſi intentio D.
Principis erat, feudum facere dotale, illud
nõ cadebat ſub ſua, ſed vxoris diſpoſitione.
Non eſt omittendum, quod cùm à procura-
tore fuerit emptum feudum ex pecunia do-
tali, vt ipſe dixit, neceſſarium eſſet oſtende-
re, ipſum in mandatis habuiſſe, ita emere ex
pecunia dotali, vt feudũ fieret dotale, alias
nihil valeret illud, in quo excessiſſet fines
mandati ſui *l. diligenter ff. mandati.*

Reſtringendæ igitur videntur prætenſio-
nes filiorum Illuſtriſs. D. Lucretiæ ad pecu-
nias dotales D. Iſabellæ, quæ, cum veniant
ex perſona eiuſdem D. Lucretiæ matris, ne-
ceſſe eſt, quod eorum prætenſiones reſoluã-
tur, vel ſecundum ius commune, vel ſtatuta
Maſſæ, in quo loco oriunda erat ipſa D. Lu-
cretia, in quo deceſſit mater, & in quo adeſt
prætenſum creditum dotis maternæ. Conſi-
derandi igitur erunt duo caſus, primus, quã-
do ſtatuta à Communitate Maſſæ condita
45 fuiſſent; ſecundus, quando condita fuiſſent
ab ipſo Principe, primo † caſu talia ſtatuta
non ligant filias Principis, & eas, exiſtenti-
bus maſculis à ſucceſſione non excludunt, vt
in terminis extat *conſ. 2. Zabar.* qđ ſequitur
Brun. de ſtatut. exclud. fœmin. art. 6. q. 7. n. 67.
ideò res reſoluẽda eſt ſecundũ ius commu-
ne, quo attento legitima, quæ eſt tertia pars
bonorum D. Iſabellæ deberetur filijs tàm
maſculis, quam fœminis diuidenda inter eos
æqualiter, in quam, quæ ex voluntate te-
ſtatricis habuiſſent, imputanda eſſent, de-
beretur ergo filijs D. Lucretiæ prius quarta
pars tertiæ partis, quæ eſſet legitima ipſius
D. Lucretiæ.

Non enim apud me vſquequaq; tutum eſt
dicere, ipſam illi renunciaſſe in inſtrumento
dotali, ſi .n. prius inſpicimus capitula matri-
monialia in principio ibi *che per dote ſua, la
quale poteſſe aſpettare da me per conto mio, ò
per conto della madre di lei, habbino à ſerui-
re li ſcudi vintemillia &c.* ex illis non col-
ligitur, niſi, quod cenſus pro dote aſſignatus
ſeruit pro eo, quod D. Lucretia prætendere
46 poſſet pro conſtitutione dotis in bonis ma-
ternis, quod † non poſſet prætendere, niſi in
ſubſidium, iuxta notabilem *tex. in l. fin. in
princ. & §. vlt. C. de dot. promiſſ.* & ſi ex his
verbis colligitur, D. Lucretiam renunciaſſe
iuri petẽdi ſe dotari in bonis maternis, inde
47 non infertur, quod renunciauerit iuri petẽ-
di legitimam, cum † renunciationes ſint ſtri-
ctè interpretandæ, vt renuncianti minus
præiudicent, ac fieri poſſit *l. ſi domus de ſer-
48 uit. ruſtic. prædiorum Grat. conſ. 126. n. 43.
in 2. Surd. conſ. 72. nu. 15. in 1.* Et † ſi vo-
lumus, quod verba, de quibus ſupra, non
ſint renunciatiua, ſed certo modo proteſta-
tiua ipſius D. Principis, qui declaret, dotem
eſſe de bonis ſuis, & de maternis, hęc decla-
ratio in patre ditiſſimo nihil operaretur,
quo minus dos tota diceretur data de bonis
paternis, & illibata remaneret petitio bono-
rum maternorum, & apertè dicitur in *d. l.
49 vlt. C. de dot. promiſſ. & ibi Doct. Afflict. de-
ciſ. 178. nu. 13.* qui † id tenet etiam, quod
filia renunciaſſet bonis maternis, & ſequi-
tur *Rota deciſ. 771. in fine parte 1. nouiſſ.*
Minus eidem legitimæ intelligitur præiudi-
catum, quando in corpore inſtrumenti do-
talis, poſt reſeruationem iuris competentis
ex teſtamento D. Iſabellæ, addũtur illa ver-
ba *dempta præſenti dote* quia hæc verba ha-
bent illum ſenſum, quem etiam habẽt in ca-
pitulis, ſcilicet, quod ex prætenſione iurium
hæreditatis maternæ dempta eſt prætenſio
dotis, hoc eſt, quod D. Lucretia nihil valeat
petere ex bonis maternis pro iure dotationis
quod verò nõ petat legitimam, id nullo mo-
do ex verbis colligitur. Attento igitur iure
cõmuni D. Lucretiæ, & nunc eius filijs ex e-
ius perſona debebitur pro legitima quarta

pars

50 pars tertiæ totius hæreditatis maternæ, alia
quarta pars debita D. Catherinæ per eius
obitum ab inteſtato in capita diuidenda eſt
inter D. Principem, D. Ferrantem, D. Lau-
ram, & tandem D. Lucretiam *auth. deſuncto*
C. ad Tertul. & ibi Doct. §. conſequens Auth.
de hæred. ab inteſt. ven. Caprol. de ſucceſſ. lib.
51 *2. nu. 72.* & † portionum peruenientium ad
fratrem, & ſorores d. D. Catherinæ nullus
vſusfructus debetur D. Principi *Bar. & alij*
in l. 4. C. de vſuſf. Roland. conſ. 90. nu. 24. in
2. Nec in aliquo obſtat donatio d. D. Cathe-
rinæ, quia antea probaui, eam eſſe inuali-
52 dam, & † ex actu nullo nullus reſultat iuris
effectus *l. non dubium C. de legibus.*

De legitima verò D. Lauræ, & de portio-
ne legitimæ D. Catherinæ ei obuentæ, ſup-
poſito, quod ei prædeceſſerit dicta D. Ca-
therina, non poſſum aliquid reſolutè loqui,
quia licet ſupponatur, & ipſam patri do-
naſſe; mihi tamen non fuit exhibita eius do-
natio; ſi enim valida fuit, omnis portio ſpe-
ctat ad D. Principem, ſi verò inualida, eius
portio diuidetur in capita inter D. Princi-
pem, D. Ferrantem, & D. Lucretiam *iuri-*
bus antea citatis.

Quo verò ad quartam tertiæ partis debi-
tam D. Ferranti, & pro legitima; quia hæc
portio de fideicommiſſo deducta remanet
libera ipſius D. Ferrantis, vt de hoc ſunt iu-
ra vulgaria integraliter deberi puto D. Prin-
cipi ex donatione ipſius D. Ferrantis, quam
validam eſſe puto ex antea dictis.

Quo verò ad Trebellianicam difficultas
conſiſtit in hoc, an D. Princeps ſit tantùm
vſufructuarius, & D. Ferrãtes eo viuente hæ-
res proprietarius cum grauamine reſtituen-
di ſororibus iuxta ordinem, de quo in teſta-
mento: An verò D. Princeps fuerit hæres
pleno iure grauatus reſtituere D. Ferranti,
vel eo prędecedenti eius ſororibus ei ſubſti-
tutis iuxta ordinem teſtamenti, ſi primū di-
cimus licebit D. Principi retinere Trebellia-
nicam debitam D. Ferranti, quæ eſt quarta
pars bonorum ex fideicommiſſo reſtituen-
dorum virtute donationis ipſius D. Ferran-
tis, nec ex perceptione fructuum extingue-
tur retentio ipſius Trebellianicæ, tùm quia
D. Ferrantes viuens aliquos fructus non ha-
buit, cum pertinerent ad D. Principem, tùm
53 quia vti filius in primo gradu liberorum
non imputat fructus in Trebellianicam *l. iu-*
bemus C. ad Trebel. Si dicimus ſecundum
retentio Trebellianicæ competet D. Princi-
54 pi ex perſona ſua vti grauato, cuius retentio
erit extincta ex perceptione fructuum, qui
in eo imputantur in Trebellianicam, quia
non eſt de liberis *l. in fideicommiſſariam ff.*
ad Trebel.

An verò primum, vel ſecundum ſit dicē-
dum, non eſt facilis reſolutionis, ſecundum
tamen veras, & cõmunes traditiones *Doct.*
55 dicerem, verius † eſſe ſecundum, quod cum
D. Ferrantes nõ eſſet vocatus, niſi poſt mor-
tem D. Principis, quod licet ipſe Princeps
fuerit inſtitutus in fructibus tantùm, tamen,
cum eo viuente non fuerit datus cohęres in
proprietate, per ius accreſcendi intelligatur
tamen inſtitutus in totum, & grauatus reſti-
tuere per fideicommiſſum D. Ferranti, vel
eo præmortuo alijs ipſi D. Ferranti ſubſtitu-
tis per *tex. in l. 1. §. ſi ex fundo ff. de hæred. in-*
ſtit. Bar. in l. id quod pauperibus ſub nu. 27.
verſ. (ſed ego oſtendo) C. de Epiſcop. & Cleric.
Salic. in l. extraneum (la 2.) in fin. C. de hæ-
red. inſt. Alex. conſ. 111. & conſ. 162. ſub nu.
6. in 2. Ruin. conſ. 36 ſub nu. 4. in 2. Bellon.
conſ. 7. nu. 5. Pariſ. conſ. 65. nu. 16. in 2. Crot.
conſ. 79. nu. 10. in 1. Rim. iun. conſ. 615. nu.
15. cum ſeq. in 6. Handed. conſ. 62. nu. 2. in 2.
Ceph. conſ. 607. nu. 25. in 4. Ladereh. conſ. 3.
nu. 1. Pereg. de fideicommiſſ. artic. 5. nu. 21.
& 22. quorum plures ſunt, qui de commu-
ni teſtantur, etiam quod habeant contradi-
ctores.

Nulla igitur remanebit Trebellianica
penes D. Principem, nec penes eius hære-
des, ſed retenta tantùm legitima pro parte
debita ipſi D. Ferranti omnia alia bona erũt
reſtituenda filijs D. Lucretiæ (ſi tamen D.
Laura non eſt in ſtatu, vt ſuccedere poſſit)
Nec dicatur, dictos filios non eſſe vocatos,
ſed tantum poſitos in conditione ſine vlla
56 coniectura arguente vocationem, & † ideò
è medio ſublatis omnibus ſubſtitutis ante
D. Principem remanere apud eum bona li-
bera ab omni onere reſtitutionis *l. vnic. §.*
57 *pro ſecundo C. de caduc. tol.* nec † potuiſſe D.
Lucretiam decedentem ante grauatū trãſ-
ferre ius fideicommiſſi ad ſuos hæredes, et-
iam filios *d. l. vnic. §. ſin autem aliquid C. de*
caduc. tol. gloſ. in l. vnic. in verbo (liberos) C.
de his, qui ante apert. tab. Doct. in l. hæredes
mei §. cum ita ff. ad Trebel. Bar. nu. 2. Paul. n.
3. Alex. nu. 6. Soc. ſen. nu. 9. Ripa nu. 6. Ant.
Gabr. lib. 4. tit. de hæred. inſt. concluſ. 2. n. 10.
58 Si † quidem facillimè reſpondetur, fideicõ-
miſſum conditionale, vel in diem incertum
prędecedente vocato tranſmitti ad deſcen-
dẽtes poſitos in cõditione (vt in caſu noſtro
hæ-

Digitized by Google

hæredes,& deſcendentes ex dicta D.Lucretia in conditione poſiti fuere) *Bal. in l. ſi pater q. 4. C. de inſt. & ſubſt.* & ſentit *in l. vnic. C. de his, qui ante apert. tab. nu.* 10. dũ allegat notata in *l. Lucius ff. de hered. inſt. Ancher. conſ. 74. nu. 2. Iaſ. conſ. 52. ad fin. verſ. (nam primò) in 3. Dec. conſ. 397. ſub nu. 6. & conſ. 594. ſub nu. 7. Ruin. ex communi in conſ. 2. impreſſo poſt ſen n tract. de tib. in con l t. poſit. nu. 56 Illuſtriſs. Mantic. de conject. vlt. volunt. lib.* 11 *tit.* 20 *nu.* 15.

Quod maximè procedit, quia D Iſabella vocando tantùm filias caſu, quo eſſent nuptę oſtendit affectionem ad poſteritatem, quod inditium, & adminiculum iunctum cum poſitione in conditione reddit indubitatam ipſam tranſmiſſionem.

Concludendum igitur eſt, attento iure communi filios D.Lucretiæ iure prætẽdere in bonis D.Iſabellæ quartam tertiæ partis pro legitima matris, Item eſt quartam alterius quartæ pro legitima D. Catherinæ, & inſuper ex fideicommiſſo omnia alia bona deductis legatis, & eo, quod ex legitima debebatur D. Ferranti.

59 Si verò ſtatuta Maſſæ cõdita fuiſſent ab
ipſo Principe, vel eius anteceſſoribus exclu-
derent etiã filias Principis *Brun. de ſtat. ex-*
60 *clud. famin. artic. 6. q 7.* Et † tunc nihil poſ-
ſent pro legitima prætendere, maximè, ſi à
ſtatuto ab ea etiam excluderentur *Graſ. de*
ſucceſ. §. legitima q. 3. ſub nu. 7. Etiam quod
mater in teſtamẽto eam reliquerit, quia ait
relinquere legitimã, quæ de iure eis debe-
tur, ſi nulla debetur, & nulla relinquitur.
Ideò hoc caſu tota legitima fuiſſet D. Fer-
rãtis, quæ ſecundum eadem ſtatuta eſſet di-
midia, quæ integraliter eſſet ipſius D.Prin-
cipis ex donatione D. Ferrantis, & cætera
bona deductis legatis pertinere debent ad
filios ipſius D Lucretiæ.

His puto plenè ſatisfactum primis duobus quæſitis, quid ſcilicet ſentiẽdum de donationibus filiorum ad fauorem patris, & quæ prætendere valeant Illuſtriſs. filij D Lucretiæ.

Succedũt duo alia quæſita facilis reſolu-
tionis, an legitima debeatur à die mortis D.
Iſabellæ vna cum fructibus, & dicitur debe-
61 ri, quia † legitima debetur pleno iure in pro-
prietate, & vſufructu §. 1. *Auth. de trient. &*
ſemiſſ. auth. nouiſſima C. de inoffic. teſt.
Cuth. de legit. tit. legitima pleno iure relin-
62 *quenda fol.* 102. *& ibi nu.* 10. ait † etiam de-
beri legitimam cum fructibus decurſis à die
mortis patris *Natt. conſ.* 156. *nu.* 7. & hoc
indubitatum puto *Roderic. Suarez. ad l. quo-*
niam in prioribus ampliat. 3. nu. 1. C. de of-
fic. teſt.

Quo ad vltimum veritas iuris eſt, & communis opinio, debita hæreditaria, & legata eſſe ſoluenda ex proprietate, ita vt cedat ad grauamen hæredis proprietarij, quatenus diminuitur proprietas, & ad grauamen vſufructuarij, cuius vſusfructus diminuitur diminuta proprietate, exceptis legatis annuis, quæ in totum ab vſufructuario ſoluenda ſunt *Bar. in l. fin. ff. de vſuf. legat. Roland. conſ. 8. in 2. And. Gail. obſeruatione 146. in 2. Graſſ. in §. legatum q. 35. Menoch. præſumpt. 143. in 4. Caſtil. de vſuf. c. 59. Fachin. controuerſ. lib. 4. c. 19. Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 2.* & iſti alios complures allegant.

Omnia hæc ſcripta ſint ſalua ſemper ſententia cuiuslibet rectius ſentientis.

Laus Deo, & Virgini.

F I N I S.

INDEX
COPIOSISSIMVS
Omnium eorum, quæ in hoc primo Conſiliorum Hieronymi Buccaferrei I. C. ac Patritij Bonon. volumine continentur.

A Proprietate verborum in dubio non eſt recedendum, conſ. 97. nu. 10.

Abb non ſolet vnquam recedere ab opinione Oldradi, conſ. 16. num. 12.

Abbas poteſt ratificare geſta nomine monaci, conſ. 104. nu. 20.

Ad effectum tamen acquirẽdi, non ad effectum ſanandi nullitatem, Ib. nu. 21.

Ablatiui abſoluti important conditionem, conſ. 67. nu. 13.

Abſens iuſſu Principis, & vt deſeruiat Sedi Apoſtolicę habetur pro præſente, conſ. 76. nu. 17.

Acceſſorium ſequitur principale, & non è contra, conſ. 85. nu. 16. conſ. 90. nu. 3.

Ex principali infertur ad acceſſorium, d. conſ. 85. nu. 17.

Actio naſcitur ex retentione, & violentia, conſ. 92. num. 30.

Aquæ pluuiæ arcendæ habet locum, ſi flumen, in quo ingreſſa eſt aqua pluuia noceat, conſ. 100. nu. 16.

Ceſſat, ſi fũdus vicini ſeruiat fundo meo, & propterea aquam recipiat, ib. nu. 4.

Ex contractu datur ob pacta, cum ſint partes cõtractus, conſ. 99. nu. 30.

Iudicati datur tantum illis, qui pro ſe ſentẽtiam reportarunt, conſ. 43. nu. 1.

Et datur illi, qui in iudicio fuit actor, ib. nu. 3.

Daturque ſolum contra eum, qui in iudicio vti reus ſe obtulit, ibid. nu. 5.

Cùm ſit actio, quæ oritur ex quaſi cõtractu nato ex iudicio, ibid. nu. 2.

Et ex facto, quia iudicatum eſt, ibid. nu. 4.

Datur etiam hæredibus illius, qui obtinuit ſententiam, ibid. nu. 8.

Non tamen in bonis, quorum ius non tranſit ad hęredes, quia extinguitur cum perſona. ibid. nu. 9.

Perſonalis aduerſus vnum ex hæredibus datur pro portione hæreditaria, conſ. 65. nu. 19.

Coniũcta autem cum reiuendicatione competit inſolidum, quãdo hæres habet facultatem totius rei reſtituendæ, ibid. nu. 20. & 21.

Et ita virtute coniunctionis ſequitur naturam rei vendicationis, quæ inſolidum competit contra quemblibet poſſidentem ibid. nu. 21.

Actore non probante reus abſoluitur, conſ. 86. nu. 16. conſ. 99. nu. 28.

Actus non operatur vltra intentionem agentis, conſ. 1. nu. 47.

Subſequens regulatur à titulo præcedenti conſ. 9. nu. 31.

Intelligitur factus ex titulo præambulo, conſ. 11. num. 13.

Qui habet defectum in forma caret conſenſu, conſ. 57. nu. 55.

Deueniens ad eum ſtatum, à quo incipere non potuit ob caſum tendentem ad implementum cauſę finalis, non vitiatur, conſ. 61. nu. 8

Qui non valet eo modo, quo agitur, nec valet prout valere poteſt, conſ. 78. nu. 17.

Talis iudicatur, qualis à partibus appellatur, conſ. 79. nu. 4.

Reſoluitur eo modo, quo inductus eſt, conſ. 85 nu. 13.

Faciens præparatoria ad actum, illum incipere dicitur, conſ. 53. nu. 19.

Deſiderium tribuendi effectum actui non efficit, vt actus, recedat à natura ſua, conſ. 83. nu. 5.

Ex actu impugnato non poteſt quis iuuari, conſ. 109. num. 60.

Ex duobus actibus, quorum ſecundus habet dependentiam à primo, & fit ad implementum eius potius primus attenditur, quam ſecundus, conſ. 61 nu. 7.

Actus iuratus Vid. in verbo Iuramentum.

Actuum correſpectiuitas Vid. in verbo Correſpectiuitas.

Aditio hæreditatis eſt facti, quę ideò non præſumitur, ſed eſt probanda, conſ. 108. nu. 18.

Non inducitur ex verbis *volo adire*, ib. nu. 19.

Præſertim ſtante obſeruantia in contrarium, ibid. n. 44. & ſeqq.

Aliqui tamen tenent, ex huiuſmodi verbis induci aditionem ibid. nu. 20.

Inducitur, & probatur per verba, quod vult eſſe hęres, conſ. 109. nu. 12.

Sed non inducitur per talia verba prolata à procuratore, ibid. nu. 13.

I N D E X.

Quia non probatur aditio per confeſſionem procuratoris, niſi habeat ſpeciale mandatum, ibid.n.14.

Non inducitur ex quibuſuis actibus, quando præcedit proteſtatio, quod nollit adire, conſ. 108. nu.n.21.

Etiam ſi proteſtatio ſit ſecreta, ibid.nu.23.

Neque probatur per actus turbidos, & ambiguos, ibid.nu.28.conſ.109.nu.56.

Nec ex verbis dubiis, d.conſ.108.nu.29.

Et ideò non inducitur ex poſſeſſione, quæ poteſt haberi alio titulo, quàm pro hærede, veluti ex fideicommiſſo, ibid.nu.31.conſ.109.nu.1.

Et poſſunt hæredes poſſidentis declarare, quo titulo ipſe poſſideret, d.conſ.109.nu.2.

Quod procedit, etiã ſi aliqua bona non eſſent fideicommiſſo ſubiecta, ib.nu.9.

Præcipuè quando incertum erat, quæ eſſent bona libera, ibid.nu.10.

Non probatur ex poſſeſſione rerum communium, cùm defuncto, conſ.108.nu.32.conſ.109.nu.36.

Facta reſeruato iure inuentarij eo non facto remanet ſimplex, d. conſ.109.nu.32.

Si ſit facta de præſẽti, ſecus verò ſi ſit collata in aliquem caſum, vel diem, ibid.nu.33.

Et ideò proteſtano, quod nõ intendit adire, niſi cõſulto, pręcedente deliberatione, facto inuentario, tollit conſenſum ab aditione facta ſine inuentario, ibid.nu.34.

Et ſibi præſeruat beneficium inuentarij, ibid.nu.31.

Verba enunciatiua aditionis de pręterito operantur ſolùm circa actum, ſuper quo proferuntur, conſ. 108.nu.30.

Aditio pro parte non valet, ib.nu.27.

Hæreditas non adita, non tranſmittitur, ibid.nu.17.

Adoptio vide Arrogatio.

Adoptiuus vid. in verbo Filius.

Aedificare in ſuo cuique licet, conſ.97.nu.14.

Aequipollentium eadem eſt diſpoſitio, & idem iudiciũ, conſ.100.nu.28.

Nihil refert quid ex equipollentibus fiat, vel exprimatur, conſ.35.nu.4.conſ.41.nu.17.

Aes alienum reſpicit totum patrimonium, conſ. 88. num.5.

Affectio præſumitur ad res, quæ erant maiorum, conſ. 106. nu.33.

Quibus ſi quis priuetur, dicitur ſentire damnum in iure conſiderabile, ibid. nu.34.

De affectione teſtatoris vide in verbo Teſtator.

Affictus vide in verbo Locatio.

Afflictio non eſt addenda afflicto, conſ.76.nu. 8. & 9.

Agnati, qui de iure Canonico ſunt in ſecundo gradu, poſſunt eſſe vſq; ad quartum gradũ Iuris ciuilis, conſ.73.nu.5.

Relictum factum agnatis, vel pro conſeruanda agnatione non differt, conſ.28.nu.34.

Agnatorum appellatione ad excluſionem aliquarũ fæminarum agnati tantũ maſculi vocantur, conſ. 29.nu.16.conſ.30.nu.9.

Diſpoſita in agnatis habent locum in illis, qui à teſtatore habiti ſunt pro agnatis, conſ.31.nu.58.

Repetitio maſculinitatis fit, quando vocati ſunt agnati, conſ.31.nu.22.

Familiæ appellatione veniunt deſcendentes teſtatoris, & illis non extantibus, agnati, qui ſunt propij colonelli teſtatoris, conſ.28.nu.42.

Agnatio: Differentia inter familiam, & agnationem, conſ.29.nu.10.

Agnationis decus per diuitias conſeruatur conſ.53. nu.38.

Nobiles conſeruationem agnationis maximè deſiderare ſolent, conſ.29.nu.12.

Naturalis eſt inhabilis ad conſeruandam agnationem, conſ. 20.nu.11.

Ita & furioſus, conſ.28.nu.39.

Ratio conſeruandi bona in agnatione, ex quibus deſumatur, conſ.25.nu.2.

Talis ratio nihil operatur, niſi ſit expreſſa, conſ. 31. nu.59.

Sed contra, Ibid.nu.60. & ſeq. vbi pluribus modis diſtinguitur.

Nec expreſſa declarat conditionem negatiuam, *ſi ſine filijs*, ſed contra, Ib.nu.63.

Plurimum poteſt hæc ratio ad illuſtrandam, ampliandam, vel reſtringendam voluntatem teſtatoris conſ.53.nu.51.55.& 57.

Appellatione filiorum veniunt nepotes, quando habita fuit huiuſmodi ratio, conſ.36.nu.21.

Deſiderium conſeruandi agnationem fideicommiſſum extendit, non verò inducit, conſ.26. nu. 28.

Attenditur ſolùm in caſibus, & perſonis expreſſis, conſ.28.nu.24.

Colligitur ex vocatione maſculorum, conſ. 31. nu. 33.conſ.36.nu.20.

Quando tamen eſt geminata, & continuata in familia teſtatoris, ibid.nu.27.

Præſertim quando vocantur etiam naſcituri, & in perpetuum conſ.31.nu.34.45.

Etiàm ſi in aliqua parte teſtamenti vocatæ ſint fæminæ, ib.nu.35.

Quod intellige quoad illam partem, ad quàm nunquam ſunt vocatæ fæminæ, ibid.nu.36.

Colligitur etiàm huiuſmodi deſiderium ex vocatione agnatorum, ibid.nu.28.

Quia teſtator vocando ſub nomine collectiuo illos de familia, vel agnatione, non ex ſe, ſed propter agnationem eos dilexiſſe videtur, conſ.29.nu. 7.

Non enim minus verbis, quàm factis voluntas declaratur, conſ.31.nu.29.

Imò magis facto, quam verbis, ib.nu.30.

Nec vocationis agnatorum alia poteſt reddi ratio, quàm deſiderium conſeruandi bona in familia, ibid.nu.31.

Quod tamen non procedit, quando aliqui ſolum agnati ſubſtituti ſunt, ibid.nu.55.& 64.

Et pariter colligitur deſiderium conſeruandi bona in agnatione ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum, in quibus vocentur agnati, conſ.28.n. 37.conſ.29.nu.5.

Non tamen deducitur ex eo, quod vocentur antiquiores de familia, d.conſ.28.nu.17.

Efficit tale deſiderium, vt in verbis teſtatoris aliàs includẽtibus maſculos, & fæminas fęminę nõ includantur, conſ.29.nu.3 deciſ.1. poſt d. conſ.nu. 2.conſ.30.nu.16.conſ.31.n.2.& 26.conſ.53.n. 52. conſ.55.nu.43.

Quia ipſe non ſunt aptæ ad conſeruandam agnationem, nec bona in familia, conſ.30.n.17. conſ. 30.nu.27.conſ.31.nu.27.

Niſi accipiendo agnationem pro ſanguine coniunctis, agnatis, & cognatis, conſ.29.nu.8.

Stante huiuſmodi deſiderio qualitas maſculinitatis cenſetur repetita, d.conſ.30.nu.5.d. conſ. 31. nu. 11.& 43.

Vide in verbo familia, & in verbo fideicõmiſſum.

Alba conſ 52.non eſt admodum tutum, conſ.22.n.57.

Alberic. in §.eorum l.nec ei ff. de adopt. quomodo intelligatur, conſ.89.nu.17.

Alciat. in l.filius familias §.Diui ſub nu.53.ff.de leg.1. loquitur contra communem, conſ.23.nu.17.

Conſ.65. aliàs conſ.11.num.8.cum ſeq.lib.2.in quibus terminis procedat, conſ. 108.nu.62.

Conſ.18.lib.4.reprobatur, conſ.97.nu. 7. & ſeqq.

Alex.

I N D E X.

A.ex.conſ.593.lib.2.reprobatur, d.conſ.97.n.7.& ſeq.
Conſ.36.lib.6.reprobatur, conſ.67.nu.26.
Eius authoritas eſt maior authoritate Roſelli, cōſ. 61.nu.57.
Alienatio facta in fraudem creditorum à ceſſante ex quibus præſumatur, conſ.105.nu.1.
Alienationes ſi in ſtatu ſint propriæ ceſſantiũ.ib.n.4.
Bonorum eccleſiæ facta ſine cauſæ cognitione eſt nulla, conſ.107.nu.1.
Sicuti etiam facta ſine cauſa, ibid.nu.4.
Præſumitur tamen adeſſe cauſa in vtilitatis, quando iudex id declarauit, ib.nu.18.& 19.
Et quod adſit vtilitas, vel læſio arguitur ex antecedentibus locationibus, ibid.nu.9.
Tertio eſt nulla, quando fit in conſanguineum.ibid. nu.5.
Quia conſanguinitas inducit præſumptionem læſionis Eccleſiæ ibid.nu.6.
Contra, nu.22.
Legati, & Vicelegati Bononiæ poſſunt concedere licentiam alienandi bona Eccleſiaſtica, ibid. num.7.
Adminiſtrator ſimplex non poteſt alienare, conſ.7. nu.68.
Vide in Verbis fideicommiſſum. legatum, venditio, fiſcus.
Alimenta poſſunt à patre relinqui filio ſpurio, conſ. 22.nu.29.
Et tale relictũ deducitur ex hæreditate patris vti æs alienum, ibid.nu.42.
Dicuntur legata, ſi teſtator relinquit regimen, & ſuperioritatem domus, ibid.nu.50.
Primogenitura non præiudicat alimentis, conſ.45. num.7.
Alimentorum appellatione quæ comprehendantur remiſſiuè, conſ.22.nu.58.
Qui alimenta denegat necare dicitur, conſ.68.n.14.
Vide in verbo Legatum.
Allodialia præſumuntur bona, non feudalia, conſ.10. nu.15.
Alteri per alterum non eſt inferenda iniqua conditio, conſ.92.nu.23.
Alternatiua: In alternatiuis ſufficit vnum verificari, conſ.25.nu.15.
Ex duabus conditionibus alternatiuis ſufficit vnam impleri, conſ.54.nu.10.
In conditione nuptiarum alternatiua electio eſt legatarij, quando verba ad eum diriguntur, vel quãdo eſt expreſſa perſona incerta de certis, cui ſit nubendum, ibid.nu.13.
Et facta electione eſt, ac ſi teſtator ſolum cōditionẽ electam appoſuiſſet, ib.nu.14.
Ita in cōtractibus ſi duæ res alternatiuè ſint in obligatione, electio facit naſci illos effectus, qui naſcerentur, ſi ſola res electa debita fuiſſet, ibid. nu.15.
Et ideò perempta re electa liberatur debitor, ibid. nu.16.
Ancaran. conſ.27.loquitur, quando teſtator impoſuit onus perpetuum, conſ.28.nu.10.29.& ſeqq.
Quando diſpoſitio teſtatoris non potuit ſortiri effectum in duobus primis antiquioribus, ibid. nu.51.
Item procedit in ſubſtitutione vulgari anormala, ibid.nu.13.& ſeqq.
Et quando illis duobus antiquioribus vocatis non eſt facta expreſſa ſubſtitutio, ibid.nu.18.
Et quando vocatio eſt de antiquioribus, non de proximioribus, inter quæ verba adeſt differentia, ibid.nu.28.
Iſtud conſ. non ſeruatur, niſi, quando abſolutè eſt habita ratio conſeruandæ agnationis, Ibid. num. 16.& 33.
DD.ex aduerſo allegati, qui dicuntur probare opinionem Ancarani, vel eam non probant, vel mouentur alijs rationibus, ibid.nu.32.
Angel. in l.abrogationes C. de adop. quomodo intelligatur, conſ.89.nu.16.
Anima cunctis rebus eſt anteponenda, conſ.96.nu.24.
Animus præcedens ex actibus, qui ſequuntur dignoſcitur, conſ.94.nu.13.conſ.503.nu.9.
Ex operibus demonſtratur d.conſ.503.nu.50.
Obſeruantia declarat, qualis fuerit animus in præcedentibus, conſ.108.nu.16.
Antecedens mandatum dicitur mandato conſequenti, conſ.9.nu.49.
Antecedenti neceſſario ſublato tollitur & conſequens, conſ.189.nu.59.
Antonius Gypſius I.C.Bononienſis laudatur, conſ.65.in princ.
Antonius Portius in Romana Curia Aduocatus laudatur, conſ.51.in princ.
Appellatio non denegatur, niſi in caſibus à iure expreſſis, conſ.83.nu.20.
Appellationis cauſas cognoſcere eſt actus ſuperioritatis, conſ.9.nu.26.
Appellatur facilius ad aliud tribunal, & difficilius ad idem, ibid.nu.28.
Reſcriptum, vt quis poſſit liberè appellare, intelligitur etiam in caſibus à iure non permiſſis, conſ. 82.nu.20.
Aprobator ſimplex, qui extra iudicium ſe obligauit tenetur tantùm de dolo, conſ.90.nu.2.
Et fideiuſſor non obligatur ſine ſtipolatione, ibid. num.6.
Verba hæc (fa buono per idoneo, & exigibile) præſeferunt ſimplicem approbationẽ nominis debitoris, non autem promiſſionem aliquam, ibid. nu.1.
Aquæ pluuiæ ſunt illæ, quæ in terreno de cælo cadunt, conſ.100.num.14.
Et imbres, ex quibus flumina creſcunt, ibid.nu.15.
Vide in verbis Actio aquæ pluuiæ arcendæ, flumen, ſeruitus.
Arbitrator per quæ verba electus intelligatur, conſ. 9.nu.5.
Dicitur electus ad componendum, & terminandum ex æquo, & bono, ibid.num.6.
Attentatur facilius coram eo, quam coram arbitro, ibid.nu.11.
Arbores ſunt pars fundi, conſ.80.nu.55.
Vi ventorum, vel alio caſu deiecti fiunt plantantis, conſ.84.nu.53.
Robores, nuces, & arbores, quæ retinent vites, dicuntur arbores fructiferæ, ibid.nu.9.& 50.
Arborum incrementum attribuitur terreno, ibid. nu.57.
Inciſio præſumitur facta culpa conductoris, ibid. nu.45.
Reprobrobantur Mongeorg.& Pacian.contrarium tenentes, ib.nu.49.& 50.
Vites inter arbores connumerantur, conſ.80.nu.12.
Argumentum de actu retinendi ad actum agendi non tenet affirmatiuè, conſ.45.num.22.
A beneficialibus ad feudalia valet, conſ.7.nu.8.
A contrario ſenſu ſumitur ad limites verborum ſẽſus directi, conſ.80.nu.16.
Non verò deſumitur ex dictis Doctorum, conſ.89. nu.52.
A correlatiuis valet, conſ.45.nu.7.
De emphiteuta ad colonum, quoad ſolutionem collectarum non tenet, conſ.13.nu.38.

Digitized by Google

I N D E X.

De fideicommiſſo ad primogenituram valet, conſ. 45.nu.6.
A maiori ad minus non valet affirmatiuè, conſ.61.n. 20.conſ.64.nu.36.
De minori ad maius tenet etiam affirmatiuè, d. cōſ. 61.nu.21.
Ab oppoſitis valet, conſ.43.nu.6.
De perſona ad locum valet, conſ.81.nu. 15.
Et de perſonis ad res, conſ.91.nu.20.
Ita etiam de rebus ad perſonas, conſ. 38.nu.9.
A ſuperfluitate vitanda plurimũ poteſt ad mentem teſtatoris illuſtrandam, conſ. 29.nu.9.
De teſtamento ad ſtatutum valet, conſ.90.nu. 28.
Et de toto ad partem, conſ.80.nu.15.
De tranſmiſſione ad ceſſionem procedit ſolùm negatiuè, conſ. 97.nu.24.
Arma poſita in Caſtro feudali, vt ibi perpetuò maneāt ad eius munitionem, tranſeunt ad ſucceſſorem in feudo, conſ. 10.nu.1.
Et ideò legato Caſtro, cenſentur legata arma ibi poſita ad eum defendendum, ibid. nu.2.
Si verò poſita ſint in Caſtro, nō vt perpetuò ibi permaneant, non debentur ſucceſſori feudi, ibid. nu.3.
Poſita verò in Caſtro ad vſum familiæ Domini dicuntur ibi eſſe, non ad munitionem Caſtri, ſed vt temporaliter ibi maneant, ibid.nu.5.& 10.
Arrogatio non eſt paſſim permittenda, ſed ſolùm concurrentibus illis, de quibus in l. ſi pater familias §.fin. & in l.nec ei ff.de adopt.conſ.89.nu.10.
Pubes de iure antiquo arrogari poterat, impubes verò non, ibid.nu.2.
In arrogatione requiritur cauſæ cognitio, ibid. nu. 7. & 8.
Et decretum iudicis, ibid.nu.6.
Præſertim in arrogatione impuberum, ibid nu. 1.
Non verò in arrogatione puberum, ibid.nu.1. & 3.
Sed contrarium eſt verius, ibid. n.4.& ſeqq.
Aſcendentes quandoque ſuccedunt ab inteſtato cum fratribus, conſ.67.nu.12. & 19.
Excludunt tamen fratres vno tantum vinculo coniunctos, conſ.71.nu.35.
Aſſecuratio aſſimilatur emptioni, quia emitur periculi euentus, conſ.92.nu.19.
Ex verbis aſſecurationis eius vis colligitur, ibid. num.4.
Pretium aſſecurationis nauium ſoluitur ob periculum arreſtationis, ibid.nu.5.
Maximè, quando non eſt facta mentio hæredum, ibid. nu.4.

In dubio autem præſumitur receptum pro filijs, & deſcendentibus, ibid.nu.5.

Deſcendentes à primo poſſeſſore huiuſmodi feudi ſuccedunt, quamuis ſint in remotiſſimo gradu, conſ.5.nu.13.

Quod etiam procedit extincta linea iam admiſſa, ibid.num.14.

Fideicommiſſum in feudo antiquo, & paterno ex pacto, & prouidentia conſtitui non poteſt, conſ. 1. num.9.

Etiàm ſi dominus directus conſentiat, ibid. nu.10.

Poteſt tamen conſtitui conſentientibus vocatis ad ipſum feudum conſ.5.nu.9.

Et quando illud eſt hæreditarium ibid.nu.11.& 33.

Et etiàm quando ſunt vocati illi, qui in feudo ſuccedunt, ibid.nu.12.

Fideicommiſſarius non poteſt cęteris vocatis præiudicare recipiendo rem ſubiectam fideicommiſſo in feudum, ibid.nu.8.

Fratres conſanguinei tantùm in feudis admittuntur vna cum fratribus vtrinquè coniunctis, conſ.64. num.34.

Hæreditarium præſumitur feudum in dubio, conſ. 5.nu.10. & 32.

Hæres compræhenſus in inueſtitura feudi adeundo hæreditatem tenetur ſeruare diſpoſita circa illud à teſtatore, conſ.2.nu.5.

Præſertim ſi taceat per plures annos permittendo, vt illa ſeruentur, ibid. nu.12.

Etiàm ſi fecerit inuentarium, quatenus tamen patiuntur vires hæreditariæ, ibid.nu.6.

Et affertur ratio, ibid. nu.9.

Non tamen obligatur ſeruare diſpoſita inter viuos circa huiuſmodi feudum, ibid.nu.8.

Et ideò poteſt reuocare alienationem à defuncto factam, conſ.106.nu.30.

Hypoteca conſtitui non poteſt ſuper bonis feudalibus ſine licentia Domini directi, conſ.83. nu. 18.

Inueſtituræ tenor eſt attendendus, conſ.4.nu.4.conſ. 6.nu.1.

Etiam quod recedat ab ordinaria feudi natura, d. conſ 4.nu.5.

Præſertim, quando conceſſio eſt plenatia, ibid.n.15.

Iuriſdictio: Poteſt quis habere directum dominium in feudo remanẽte apud Imperatorem vniuerſali iuriſdictione, conſ.9.nu.12.

Legatario debetur æſtimatio feudi, quando legans ſciebat illud deberi alijs poſt mortem ſuam, conſ. 2.nu.17.

Lis: Dominus directus eſt iudex ordinarius inter vaſſallos in lite orta ſuper feudo, conſ.3.nu.1.

Et ideò non debet procedere ex libero arbitrio, & eius abſoluta poteſtate, ſed ſecundum iura, prout faciunt iudices ordinarij, ibid. nu. 2.

Dominus directus non poteſt eſſe iudex in cauſa feudi inter ipſum, & vaſallum, ſed negocium defertur ad Pares Curiæ de iure decidendum, ibid. num. 11.

Etiàm ſi Dominus ipſe ſit ordinarius in loco, ibid. num. 12.

Dominus directus non poteſt ſe ingerere in cauſis eorum, qui ſubſunt feudatarijs ſuis, conſ. 8. n. 12.

Aliàs diceretur turbare feudatarium, ibid. nu. 13.

Fallit quando feudatarius facit iniuſtitiam, vel iuſtitiam non miniſtrat, & alijs ſimilibus cauſis, ibid. nu. 11. & 12.

Nouum feudum fit, quando Dominus recipit rem ſuam in feudum, quamuis inueſtitura fiat de feudo antiquo, conſ. 5. nu. 20.

Poſſeſſio defuncti continuata per ſtatutum in hæredem habet locum etiàm in feudalibus, præſertim contra alios in feudo prætendentes, conſ. 11. nu. 4.

Et maximè in feudo cum clauſula (quibus dederit) ibid. nu. 5.

Poſſidens feudum pro indiuiſo dicitur facere actus poſſeſſorios in totum iure familiaritatis, ib. nu. 15.

In poſſeſſorijs mixtis, quale eſt poſſeſſorium in feudis, licet ſpolianti objicere omnes exceptiones, quæ impediunt reſtitutionem, conſ. 7. nu. 25.

Et conſequenter opponere ea, ex quibus decoloretur titulus, ibid. nu. 26.

Præſcriptio introducta à iure, & à conſuetudine feudali currit in præiudicium minoris, conſ. 2. n. 23.

Feudum ſuſtinetur, etiàm ſi de inueſtitura non cõſtet, quando eſt præſcriptum ſpacio triginta annorum, conſ. 5. nu. 30. & 31.

Primogenitura conſtitui poteſt in feudo, quando permiſſa eſt eiuſdem alienatio, conſ. 1. nu. 43.

In feudo antiquo, & paterno ex pacto, & prouidentia conſtitui non poteſt, ibid. nu. 7. & 19.

Etiàm ſi Dominus directus conſentiat, ibid. nu. 10.

Et quæ ſit ratio, ibid. nu. 8.

Non enim licet cõſtituere Primogenituram in feudo cum præiudicio tertij, ibid. nu. 14.

Et de ratione, ibid. nu. 15.

Erectio Primogenituræ reſpicit publicum bonum, ibid. nu. 12.

Si Princeps conceſſit feudum Primogenito, nõ poteſt poſtea illud alijs communicare, etiàm ſi id eſſet ex bono publico, ibid. nu. 26.

Nec è contra, ſi omnibus conceſſerit, poteſt ad Primogenitum reſtringere, ibid. nu. 27. & 29.

Feudum Iuriſdictionis, & Comitatus ſolum ad Primogenitum defertur, ibid. nu. 36.

Quod non procedit, quando receptum eſt indefinitè pro filijs, & deſcendentibus, ibid. nu. 37.

Nec de conſuetudine in feudis Italiæ, ibid. nu. 39.

Maximè, quando per plures annos fuit inſolidum apud omnes deſcendentes primi receptoris, ibid. num. 41.

Regalia, & flumina in feudum concedi poſſunt, cõſ. 4. nu. 18.

Sequeſtrum: Princeps poteſt ex cauſis enumeratis ponere in ſequeſtro res feudales, conſ. 7. nu. 14.

Etiàm ſine citatione partis, ibid. nu. 15.

Quæ non eſt neceſſaria, quando adeſt ſuſpicio, ne pars inſtruatur, vel ſit periculum in mora, ibid. num. 16.

Feudum poteſt poni in ſequeſtro, quando vaſſalus decedit relicto filio legitimato, & dubitatur, an legitimatio ſuffragetur ad feuda, ibid. nu. 20.

Sicuti, quando remanet filius adoptiuus, & dubitatur, an adoptio proſit ad feuda, ibid. nu. 21.

Teſtator non poteſt quidquam ordinare in feudo antiquo ex pacto, & prouidentia, conſ. 2. nu. 19.

Secus, ſi inſtituat hæredem vocatum in inueſtitura, quia cum poſſit diſponere de re hæredis, conſequẽter poterit etiam de feudo diſponere, ib. nu. 4.

Titulus: Prætendens feudum contra Dominum habentem ſuam intentionem in iure fundatam, debet docere de legitimo titulo, conſ. 7. nu. 4.

Et conuenit, vt iudex illum petat, ibid. nu. 11.

Sicuti poteſt ex officio petere ſibi illum exhiberi, quando contentio eſt inter priuatos, qui nõ poſſunt illum petere, ibid. nu. 10.

Regula ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum nõ habet locum in iuriſdictionalibus, niſi oſtendatur titulus ſaltèm coloratus, quando ordinarius ſuperior ſpoliauit, ibid. nu. 22.

Et tunc licitum eſt ſuperiori titulos decolorare, ib. nu. 24. & 27.

Vectigalia ſunt iuris feudalis, non priuatorum, conſ. 11. nu. 11.

Vide in verbis Arma, Flumen, Iuramentum ligium, Superioritas.

Fictio idem operatur, quod veritas, conſ. 54. nu. 11.

Quia paria ſunt quoad operationem, iuris, quod quid ſit tale, vel habeatur pro tali, ibid. nu. 12.

Fideicommiſſum perpetuum inducitur per dictionem (ita quod) quæ eſt ampliatiua, conſ. 5. nu. 1.

Et per qualitatem maſculinitatis, ibid. nu. 2.

Et etiam per grauamen ſcriptum in rem, ibid. nu. 3.

Item per verbum collectiuum (deſcendentes) quod denotat tractum ſucceſſiuum, ibid. nu. 5.

Et preſumitur etiam inductum ex qualitate bonorum, quæ conſeruare in agnatione teſtatores ſtudeant, ibid. nu. 6.

Perpetuum de proximiore in proximiorẽ non dicitur inductum, quando in proximioribus vocatis facta eſt expreſſa ſubſtitutio, conſ. 28. nu. 5. 6. & 18.

Nec inducitur ex vocatione proximiorum, ſed ex vocatione familiæ, ibid. nu. 8.

Dicitur autem inductum, quando vocatio eſt per nomina collectiua, & verba tractus ſucceſſiui, ibid. nu. 1. 7. 25. & 26.

Abſolutum inducitur ex ratione conſeruãdi agnationem adiecta prohibitioni alienationis, conſ. 25. nu. 6. 7. & in conſ. 28. nu. 16. & 40.

Maximè, quando ratio eſt geminata, & deſiderium conſeruandi agnationem eſt reale, d. conſ. 25. num. 35.

Quia voluntas teſtatoris in ratione potiſſimum cõſiſtit, ibid. nu. 18.

Contra, quod non inducatur ex deſiderio conſeruandi agnationem, conſ. 26. nu. 28.

Non inducitur, ſi prohibitio alienationis ſit nuda à ratione, conſ. 23. nu. 15.

Et ſi talis prohibitio ſit conſecutiua ad precedentes vocationes, & habentem verba relatiua, conſ. 28. nu. 2. & 21.

Etiàm ſi ratio adiecta prohibitioni ſit generalis, & abſoluta, ibid. nu. 3.

Inducitur ex affectione teſtatoris, conſ. 37. nu. 33.

Item inducitur ex coniecturis, quando ſunt plures, probabiles, neceſſariæ, & ſcriptæ in teſtamento, conſ. 28. nu. 25.

Verba (poſt eum) magis ſunt apta comprehendere fideicommiſſum, quam verba (eo vita functo) conſ. 36. nu. 1.

Regulariter non extenditur, quia eſt onus, conſ. 28. num. 15.

Præſertim de perſona ad perſonam, ibid. nu. 3. conſ. 34. nu. 6.

Maximè, quando vocatio eſt facta per nomina propria, & verba reſtrictiua, d. conſ. 34. nu. 8.

Nec

Digitized by Google

Neć etiam extenditur de caſu ad caſum, conſ. 109. num.44.
Niſi ex coniecturis, ibid. nu.45.
Extenditur etiàm ad alias perſonas ex ratione generali conſ.24.nu.4.& 21.conſ. 25.nu.30.
Siue ratio exprimatur verbis diſpoſitiuis,ſiuè enunciatiuis, ibid.nu.7.
Secus autem, quãdo ratio ex coniecturis colligitur, ibid.nu.10.
Et quando venit conſecutiuè, ibid.nu.22.
Deſiderium conſeruandi agnationem illud extendit, conſ.24.nu. 3.5.& 9.conſ.26.nu.28. conſ.34. num.9.
Quando tamen teſtator voluit perpetuò conſeruari,d.conſ.34.nu.11.
Augetur vocando perſonas non vocatas, conſ. 40, num.11.
Quæ requirantur ad hoc, vt res libera ſubrogata in locum fideicommiſſariæ, fideicommiſſaria fiat, conſ.42.nu.3.
Minuitur, quando teſtator mandat, vt tardius ſoluatur, conſ.40.nu.12.
Quando cedi poſſit, & quando non, conſ.35.nu.42.
Abſolutum dicitur, quando non eſt in poteſtate grauati, & eſt inuariabile, conſ.23.nu.2.
Quando dicatur reale, & quando perſonale, conſ. 25.nu.37.
Accipi debet de manu hæredis, conſ.108.nu.76.
Etiàm in caſibus, in quibus reſtitutio fit ipſo iure, ibid.nu.77.
Intellige tamen de manu hæredis primi grauati, nõ aliorum grauatorum, conſ.43.nu.23.
Subſtitutio vulgaris datur in fideicommiſſo, conſ. 21.nu.8.conſ.41.nu.25.
Quæ tantùm operatur reſpectu fideicommiſſi, quãtum alia vulgaris reſpectu hæreditatis,d.conſ.21. num.9.
Subſtitutio eſt fideicommiſſaria, quando concepta eſt per verba tractus ſucceſſiui, conſ. 26. nu. 18. 36.& 37.& 41.conſ.27.nu.15.& 16.conſ.41.n.24.
Quando autem verba dicantur habere tractum ſucceſſiuum, & quando non latè d. conſ. 26.nu. 19.20.21.22.
Et præſertim quando nomina collectiua denotent tractum ſucceſſiuum, & inducant fideicommiſſum, & quando non, ibid.nu.20.& 21.
At verba (in infinitum) reſtricta ad certum caſum non continent tractum ſucceſſiuum, ibid.nu.22.
Dicitur etiàm fideicommiſſaria, quando vocati poſiti ſunt in conditione, & grauati,ibid.num.30.& 31.conſ.27.nu.4.11.15.16.& 18.
Et ex voluntate teſtatoris, quando vocat ſororem, & eius filios, ſi tunc ſoror nupta non erat, nec filios habebat, d.conſ.26.nu.32.
Maximè ſi ſoror erat grauata fauore quorundam minus dilectorum ipſis filijs,ibid.nu.33.
Et eſt fideicommiſſaria, quando aliàs prouiſum eſt expreſſè in caſu vulgaris, conſ.27.nu.3.
Et, quando adeſt verbum commune, (ſubſtituo)ib. nu.6.& 13.
Item quando teſtator voluit conſeruare bona in familia,ibid.nu.7.11.& 18.
Prohibuitquè trebellianicæ detractionem, ib. nu.8.
Et quando ſubſtitutio eſt compendioſa, conſ.26.n. 35 d.conſ.37.nu.9.& 13.
Quando digreſſumm eſt ad plures gradus ſubſtitutionum,d.conſ.26.nu.36.& 37.d.conſ.27.nu.11. 16.17.& 18.
Quando plures coniecturæ id ſuadent, d. conſ. 26. num.34.
Et quotieſcunque vocatio non eſt reſtricta ad certum tempus, ibid.nu.35.
Subſtitutio per verba communia valet in vim directæ, & fideicommiſſariæ, ibid.nu.15.
Clauſula codicillaris, & clauſula(ſola facti veritate inſpecta) operantur,vt in compendioſa ſubſtitutione contineatur fideicommiſſaria, non autem in vulgari, ibid.nu.23.& 24.
Subſtantia fideicommiſſi non poteſt remitti in alterius arbitrium, conſ.40.nu.1.
Quando verò dicatur remitti in alterius arbitrium, ibid.nu.2.
Subſtantia eſt ipſa diſpoſitio, & res ipſa, ibid.nu.3.
Quantitas autem, & qualitas poteſt remitti in alterius arbitrium, ibid.ſub nu.2.& nu.4.
Et ideò teſtator poteſt grauare hæredem cum poteſtate alienandi bona grauamini ſubiecta, ibid. num.5.
Et tunc grauatus tenetur reſtituere ſolùm id, quod ſupereſt, ibid.nu.20.
Si tamen alienatio ſit permiſſa tacitè, non poteſt dolo alienare in præiudicium fideicommiſſarij, ſecus ſi ſit expreſſè permiſſa, ibid.nu.21.
Ille, cui à fideicommittente non aufertur facultas diſponendi poteſt de toto fideicommiſſo diſponere, ſed lex contra voluntatem ipſius teſtatoris reſeruat quartam fideicommiſſarijs, cõſ.46.n.16.
Vocatus per fideicommiſſum ad bona, quæ ſuperfuerint tempore mortis grauati debet habere omnia, quę tunc extabũt, etiàm vltra quartam auth. contra eum rogatus C. ad Trebel. ex communi, ibid.nu.20.& ſeqq.
Ratio aſſignatur, ibid.nu 21.
Quamuis contrarium teneant gl. & Odofred. ibid. nu.19.
Odofred. tamen alibi tenet opinionẽ communem, ibid.nu.25.
Fideicommiſſa auferunt facultatem alienandi, ibid. num.12.
Sub generali inſtitutione non continentur bona, quę ex fideicommiſſo teſtator reſtituere tenetur, conſ.78.nu.48.
Contrarium, conſ.40.nu.13.
Præſertim, quando habebat authoritatem diſponendi de dictis bonis à fideicommittente, ibid. num.14.
Et quãdo inſtituit eum, qui eſt ad fideicommiſſum vocatus, ibid.nu.15.conſ.78.nu.50.
In fideicommiſſis ſuccedittur teſtatori non grauato, conſ.82.nu.40.conſ.109.nu.4.
In fideicommiſſis procedendum eſt, quemadmodum à primo hærede obſeruatum eſt, cui non poſſunt cæteri hæredes contrauenire, conſ.51. nu.24.
Quia obſeruantia tollit omnem dubitationem, ibid.nu.25.
Tranſit ſolùm ad vocatos, conſ.43. nu. 10. conſ.44. num.7.
Ad fideicommiſſum abſolutum inductum ob fauorem familiæ admittuntur proximiores omnes eiuſdem gradus, Nec poteſt grauatus vnum de familia eligere, conſ.23.nu.2.
Fallit primo, Si teſtator diſponat præcidendo viam, qua poſſent bona extra familiam exire, ibid.
Secundo in fideicommiſſo facto tantum in caſu contrauentionis, ibid.nu.6.
Tertio.Quando fideicommiſſum reſultat ex prohibitione alienationis ſimplici, nõ extra familiam, ibid.nu.11.& 18.
Quarto.Si ratio,ex qua inducitur fideicommiſſum, non ſit expreſſa, ſed ſubintelligatur, ibid. nu. 16.
Quinto.Quotieſcunquè permiſſa eſt alienatio in familia per dictionem (niſi) vel ſimilem,ibid.n.17.
In fideicommiſſis an ſuccedatur ſecundum proxi-

mi-

Digitized by Google

miiatem teſtatoris, vel grauati eſt articulus controuerſus, conſ.41.nu.3.

Quando tamen vocantur deſcendentes grauati attenditur illius proximitas, ibid.nu.4.

Et ſi teſtator loquatur de ſamilia alicuius inſpicitur ordo ſuccedendi illius reſpectu, ibid.nu.5.

Sicuti vocatis hæredibus alicuius ſuccedũt eo modo, quo ſunt eius hæredes, ibid.nu.9.

Et generaliter nominatio perſonæ, à qua deſcendũt vocati, inducit vocationem ſecundum ordinem, quo ſucceditur eidem perſonæ, ibid.nu.7.

Plures à teſtatore vocati per nomen collectiuum dicuntur vocati ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſariam, ibid.nu.21.

In fideicommiſſis frater concurrit cum nepotibus ex alio fratre, conſ.67.nu.8.

Quando tamen amita eſt nomine proprio vocata nepotes non admittuntur de iure communi, cõſ. 34.nu.49.

Caducato primo gradu ſubſtitutionis fideicommiſſariæ intrat ſecundus in locum prioris ex communi, conſ.41.nu.26.& 28.

Ratio aſſignatur, ibid.nu.27.

Fideicommiſſarius, qui agnouit fideicommiſſum, non poteſt penitere in præiudicium poſſeſſorum bonorum, conſ.44.nu.13.

Teſtator poteſt ſubijcere fideicommiſſo Caſtrum, quod cæpit præſcribere, conſ.5.nu.23.

Poteſt enim fideicommiſſo ſubijcere ea, in quibus habet dominium, & quaſi dominium, ibid.n.24.

Prælegata an veniant in reſtitutione fideicommiſſi, conſ. 50.nu.35.

Veniunt, quando relicta fuerunt titulo inſtitutionis, ibid.nu.36.

Quando abſorbent maiorem partem bonorum, ibid.nu.37.

Et quando teſtator fideicommiſit generaliter omnia bona ſua, ibid.nu.38.

Quando tamen prælegata ſunt prohibita alienari, non continentur ſub fideicommiſſo, ibid.nu.39.

Sed intellige, quando prohibitio eſt ad fauorem aliorum non vocatorum ad fideicommiſſum, ibid.nu.40.

Sub fideicommiſſo continentur ſolùm bona, quæ fuerunt teſtatoris tempore eius mortis, ib.nu.67.

Et continentur ea, quæ ſunt de bonis teſtatoris mediatè, vel immediatè, conſ.42.nu.4.

Et, quæ non proueniunt à bonis teſtatoris mediatè, vel immediatè, virtute ſubrogationis reſtituenda non ſunt, ibid.nu.5.

Sicuti nec veniunt ſub fideicommiſſo res, quæ ſubrogantur non per viam ſubſtitutionis, ſed per viam accumulationis principalis, nõ acceſſoriæ, ibid.nu.6.

Continentur ſub fideicommiſſo bona permutata à grauato cum bonis fideicommiſſi, cõſ.50.n.68.

Quando non extant perſonæ vocatæ ad fideicommiſſum, bona remanent libera penes grauatum, conſ.43.nu.15.conſ.110.nu.56.

Elioramenta, & funeris impenſa detrahuntur ex fideicommiſſo, conſ.40. nu.32.

Et debita teſtatoris ab hærede ſoluta, ibid. & conſ. 50.nu.45.

Nec poteſt teſtator prohibere, ne ex fideicommiſſo ſua debita deducantur, conſ.45.nu.37.

Vide in verbis Agnatio, Ancaran.conſ.27. Auth.cõtra cum rogatus, Auth. res quæ, Donatio, Feudum, Fæmina, Ius accreſcendi, Legitima, Nepotes, Oldrad.conſ.21. Pluralitas, Renunciatio, Subſtitutio, Tranſmiſſio, Trebellianica.

Fideiuſſor non obligatur ſine ſtipulatione, cõſ.90.n.6.

Non obligatur, quando contractus eſt nullus fauore contrahentium, ſecus, ſi fauore illorum creditorum, conſ.105.nu.17.

Filius intelligitur quaſi quodammodo Dominus bonorum paternorum eo reſpectu, vt non adire, ſed ſe immiſcere dicatur in hæreditate Patris, conſ. 72.num.9.

Bona, quæ habuit filius ex hæreditate Patris, non amplius dicuntur patris, ſed patrimonium filij, ibid.nu.11.

Ad effectum tamen, vt dicatur proprium patrimonium neceſſe eſt, vt ſe immiſceat in ipſa patris hæreditate, ibid.nu.13.

Viuens ſeorſim à Patre per decem annos præſumitur emancipatus, conſ.74.nu.16.& 20.

Et ſic viuẽs per viginti annos præſcribit libertatem à patria poteſtate, ibid.cum nu.ſeqq.

Filij ante omnes ſuccedunt parentibus, conſ.72.nu. 1 d.conſ.74.nu.32.

Tàm maſculi, quàm fœminæ, d.conſ.72.nu.2.

A qua ſucceſſione non conuenit excludere fœminas per coniecturas, ibid. nu.3.

Hæreditas patris eſt debita filijs, conſ.33.nu.17.

Legatum factum filijs non debetur poſthumis, cõſ. 36.nu.4.

Non debet pater relinquere filijs ſecundi matrimonij, magis, quam filijs primi matrimonij, conſ.57. nu.27.& ſeq.

Hoc tamen non eſt, ex præcepto, ſed ex conſilio, ibid.nu.36.

Et certè poteſt relinquere filio magis feſtiuo aliquantulum plos, ibid.nu.28.

Id, quod dicitur, patrem inter filios debere ſeruare æqualitatem, intelligitur, vt in dubio credatur, eum voluiſſe ſeruare æqualitatem, ibid.nu.37.

Et quod dicitur, teſtamentum ex inæqualitate inter filios præſumi doloſum, & fraudolentum, quomodo procedat, ibid.nu.40.

Præcipue verò intelligitur quantum ad teſtamentum minus ſolemne, vt valeat ex priuilegio liberorum ſolum, quando in eo æqualiter ſunt inſtituti filij, ibid.nu.39.

Contra, quod pater poſſit relinquere filijs ſecundi matrimonij magis, quam filijs primi matrimonij, ibid.nu.22.& ſeqq.

Sicuti poteſt, relicta filijs legitima, extraneis cætera bona relinquere, ibid.nu.33.

Statutum Senogalliæ diſponens, patrem, & matrem non poſſe relinquere magis filijs ſecundi matrimonij quàm primi, quomodo intelligatur, ibid. nu.43. & ſeqq.

Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, quando ſunt de deſcendentibus, conſ.32.nu.6.

Et quando in conditione ponuntur cum qualitate, vt ſint nati de legitimo matrimonio, ibid. nu. 9.

Item, quando ſunt vocati præmortuo eorum patre, ibid.nu.10.

Et, quando primi inſtituti ſunt inuicem ſubſtituti, Ibidem.

In dominio Veneto extat conſuetudo, vt poſiti in conditione cenſeantur vocati, ibid.nu.11.

Filij maximè tranſuerſalium in conditione poſiti non dicuntur vocati, conſ.101.nu.4.

Præſertim, quando in alia diſpoſitione eiuſdem teſtamenti expreſsè vocantur, ibid.nu.5.& 8.

Dicuntur tamen vocati ex coniecturis recenſitis, ibid.nu.2.

Quarum prima eſt, quando poſiti in conditione ſunt in alia parte teſtamenti diſpoſitiuè vocati, ibid.nu.12.

Stante tamen identitate rationis, ibid.nu.13.

Secunda eſt coniectura, quando fœminæ ſunt excluſæ, quæ non ſufficit, quando non concurrunt alia.

alia, quæ oſtendant deſiderium conſeruandi agnationem, ibid.nu.15.
Tertia: Stante prohibitione alienationis, quando tamen eſt veſtita ratione generali conſeruandi agnationem, ibid.nu.16.
Quarta: Digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, quæ locum habet in filijs teſtatoris, non in tranſuerſalibus, ibid.nu.17.
Et procedit, quando in pluribus gradibus vocātur, vel ponuntur in conditione illi, de quorum vocatione agitur, ibid.nu.18.
Quinta coniectura, Quando filij in conditione poſiti ſunt grauati; Sed illa locum non habet, quando filij in vno caſu ſunt expreſsè vocati, & in alio in conditione poſiti, ibid.nu.19.
Sexta: Quando per poſitos in conditione excluduntur filiæ teſtatoris, ibid.nu.20.
Septima: Quando ſunt poſiti in conditione cum qualitate; quod ſint nati de legitimo matrimonio, quæ tamen eſt valde controuerſa, ibid.nu.21.
Huiuſmodi autem coniecturæ pendent ex arbitrio iudicis, ibid.nu.23.
Quæ in deſcendentibus leuiores, in extraneis verò grauiores exiguntur, & de ratione diuerſitatis, ibid.nu.23.
Filius illegitimus vide in verbo illegitimus.
Filij fratrum vide in verbo Fratres patrueles.
Vide in verbis Crimen læſæ maieſtatis, Fœmina legitima, l. hac edictali, Nepotes, Pater.
Finis, ad quem actus dirigitur, eſt ſpectandus, conſ. 80.nu.27.
Fiſcus, quando eſt actor, tenetur probare intentionem ſuam, quia in hoc non eſt priuilegiatus, conſ.94. num.13.
Tenetur rebellium debita ſoluere, conſ.92.nu.20.
Contractus facti à delinquente ante delictum in fraudem fiſci non valent, & quæ ſint fraudis ſuſpiciones, conſ.94.nu.7.
Vide in verbo Fraus.
Flumen eſt pars feudi, & de eo iudicatur, vt de qualibet alia re particulari feudi, conſ.4.nu.3.
Mutato alueo remanet prioris Domini, maximè, quādo nouus alueus eſt in ipſius territorio, ibid. num.21.
Flumina reſpectu vſus, ſeu Iuris ſunt Principis, reſpectu verò proprietatis ſunt populi, per cuius territorium fluunt, ibid.nu.15.
Et in vniuerſali ſunt Imperij, in particulari, Ciuitatum, per quarum territorium fluunt, ibid.n.16.
In feudum concedi poſſunt, ibid.nu.18.
Comprehenduntur in conceſſione feudi, quando conceditur cum aquis, & eorum decurſibus, cōſ. 4.nu.7.& 23.
Et tunc flumen non dicitur amplius publicum, neq; de regalibus, ſed priuatum quoad vtile dominiū, d.nu.23.
Quinimò flumina comprehenduntur in inueſtitura, etiam ſi de aquis, vel fluminibus non ſit facta ſpecialis mentio, ibid.nu.12.
Maximè, quando conceſſa ſunt regalia ibid.nu.8.
Quia flumina ſunt de regalibus, ibid. nu.9.
Intellige, quoad vſum, ſeu ius portus, pedagiorum, nauigationis, & ſimilium, non verò quoad proprietatem, ibid.nu.14.
Feudatarius. Dominus territorij, per quod flumen decurrit, habet iuriſdictionem in ipſo flumine, ibid.nu. 1. & 22.
Fœmina nuptæ ex communi vſu loquendi, & conſueto Italiæ non dicuntur de familia, & Caſata Patris, conſ.30.nu.12.
Nec ſunt aptæ ad conſeruandam ipſam familiam, conſ.32.nu.14.conſ.55.nu.43.
Nec bona in familia, conſ.30.nu.17.conſ.31.nu.27.
Sed ſunt principium alterius familiæ, conſ.29.nu.4. conſ.34.nu.27.
Agnationem tamen conſeruant, eam accipiendo pro ſanguine coniunctis agnatis, & cognatis, d. conſ.29.nu.8.
Agnatorum appellatione, continentur etiamſi nuptæ ſint, conſ.30.nu.1.
Contrarium verius, ibid.nu.18.& ſeq.
Etiàm non extantibus maſculis, ibid.nu.21.
Contrarium conſ.29.nu.13.
Non continentur maximè, quando fieri debet repetitio maſculinitatis, conſ.30.nu.4.& ſeq.
Item, quando vocantur agnati ad excluſionem alicuius fœminæ de agnatione, conſ.29.num. 16.d. conſ.30.nu.9.
Præterea, quando vocantur agnati proximiores de familia, & Caſata, d.conſ.30.nu.10. & ſeq.
Præſertim, quando teſtator non vocat tātum agnatos ſuos, ſed qui ſunt ex eius cognomine, vt de Caſata illorum de Curionibus, ibid.nu.15.
Et tandem, quando teſtator ſtuduit conſeruationi agnationis, ibid.nu.16.
Appellatione proximiorum de familia veniunt tàm fœminæ, quàm maſculi, dec.1.nu.1.poſt.conſ.29
Fallit, quando conſtat ex coniecturis, quod teſtator habuit rationem agnationis cōſeruandę, quo caſu excluduntur fœminæ, ibid.nu.2.
Filij tàm maſculi, quàm fœminæ ſuccedunt parentibus, conſ.72.nu.2.
A qua ſucceſſione non conuenit excludere fœminas per coniecturas, ibid.nu.3.
Ita etiam de iure communi admittuntur fœminæ cum maſculis ad alias ſucceſſiones, cōſ.108.n.73.
Vocatis maſculis fœminæ intelliguntur excluſę, deciſ.1.nu.3.poſt conſ.29.conſ.30.nu.2.
Excluſis fęminis propter maſculos omneſ ab ea deſcendentes, excluduntur; conſ.31.nu.66.
Fœminæ præter matrem, & auiam, tutelæ officio fungi nequeunt, conſ.29.nu.17.
Stante ſtatuto fœminas excludente eſt, ac ſi ipſæ mortuæ eſſent, conſ.66.nu.1.
Et ideò non connumerantur inter alios ad taxandā legitimæ quantitatem, ibid.nu.2.
Præſertim, quando dos illis reſeruata non ſuccedit loco legitimæ, ibid.nu.3.
Huiuſmodi ſtatuta excludentia fæminas ſunt facta ad fauorem agnatorum, ibid.nu.13.
Qui ſuccedunt ad portionem, à qua excluduntur fæminæ, ſuccedere debent, prout de iure communi, ibid.n.7.
Quando ſtatutum excludit à ſucceſſione fæminas dotatas propter maſculos, oportet, vt tempore ſucceſſionis ſint dotatæ, conſ.72.nu.4.
Quia qualitas debet adeſſe tempore verbi, ibidem nu.5.
Et præſertim in filia, quæ eſt ſua hæręs ſuffieit capacitas ſucceſſionis tempore, quo illa defertur, ibid.nu.6.
Nec ſatis eſt, quod poſt tempus ſucceſſionis fæminæ excluſæ dotentur, ibid.nu.7.
Secus eſt, quando ſtatutum fæminam excludit, & mandat eam dotari, ibid.nu.16.
Et dicitur dotata, quando in teſtamento illi relicta eſt dos, ibid.nu.10.
Dummodo relinquatur purè, non ſub conditione nuptiarum, ibid.nu.19.
Talequè relictum ſit collatum in tempus habile ad excludendum, ibid.nu.18.
Et ſtatutum excludat dotatam, non eam, cui ſit dos data n.14.
Fæmina ſi per ſtatutum excludatur duobus concu-

eurrentibus, vno deficiente non excluditur, ib. nu. 15.
Statutum, qood mandat fæminas excluſas à bonis aſcendeotium dotari de iiſdem bonis, eſt cóforme iuri comnuni. ibid.nu.22.
Et intelligitur de huiuſmodi bonis immediatè, non propter illa, ibid.nu.12.
Dotatioq; debet eſſe in totum de illis bonis, non pro parte, & pro parte de aliis bonis, ibid.nu.23.
Statute excludentia fæminas in capite excluſiuo ſunt odioſa, & ſtrictæ interpretationis, ib.n. 24.
Filiorum appellatione continentur fæminæ, conſ. 102.nu.26.
Hoc tamen noo eſt ex proprietare ſermoois, ſed per extenſionem, conſ.25.nu.39.conſ.32.nu. 20.
Comprehenduntur præcipuè non extantibus maſculis, conſ.33.nu.5.
Secus, ſi ſemel per maſculos excluſæ fuerint, ibid. nu.6.
Comprehenduntur etiam, quando verbum (filij) eſt cum verbis generalibus, ibid.ou.8.
Et compræhenduntur, quando verba aliàs eſſent ſuperflua, ibid.nu.9.
Non tamen dicuntur ſuperflua, quando aliquid etiam minimum operantur, ibid.nu.26.
Nec, quando exprimunt id, quod tacitè inerat, ib. nu.27.
Non autem compræhendontur, quando extat ſtatutum excluſioum fæminarum, ibid.nu.1.
Præſertim, quando vocantur filij deſcendentes à teſtatore, & ex ſtatuto fæminæ excluduntur à ſucceſſione, tam grauati, quàm grauantis ib.n.2.
Nec compræhenduntur, quando illis factum eſt legatum, quod ſi venirent inutile foret, ib.nu. 3.
Nec, quando contra eas extat obſeruantia, ib. n. 4.
Nec, quando agitur de ſucceſſione fratris, ſi ſint excluſæ à ſucceſſione parentum, ibid.nu.17.
Neque pariter, ſi adſit qualitas maſculinitatis, vel expreſſa, vel repeota, conſ.31.nu.2.
Nec, quando adeſt deſiderium conſeruandi agnationem, ibid.& n.26.
Fæminæ an faciant deficere conditionem (ſi ſine filijs) conſ.25.nu.38.
DD, qui diſputant hanc quæſtionem recenſentur, coof.32.nu.1.
Non faciunt deficere, quando ſubſtitutus eſt de deſcendentibus, ſecus, ſi ſit tranſuerſalis, vel prorſus extraneus, ib.nu.4.
Prædicta quæſtio deciditur ex coniecturata mente teſtatoris, ibid.ou.7.conſ.25.ou.39.
Prima coniectura pro admiſſione ſubſtituti eſt excloſio filiarum facta à teſtatore: Nec obſtát, quæ contra eam adducuntur, d.conſ.32.nu.15.
Quæ coniectura admittitur, quia non creditur, teſtatorem voluiſſe excludero filias, & vocare neptes, ibid.nu.8.
Et ſicuti in inſtitutione nomen filiorũ ad maſculos reſtrinxit, ita creditur voluiſſe in ſubſtitione, ib. nu.12.
Altera coniectura eſt ſtatutum excluſiuum fæminarum, ibid.nu.16.
Et attenditur ſtatutum circa ſucceſſionem teſtatoris, ooo ſubſtituti, ibid.nu.17.
Tertia, & principalior eſt coniectura, quando teſtator voluit conſeruare agnationem, conſ.25.n. 41.d.conſ.32.nu.13.conſ.53.nu.52.
Quod procedit eoam ſi voluntas teſtatoris deſumatur tãtum ex vocatione maſculorum, d. conſ. 25.nu.42.
Mens teſtatoris ſpectãda eſt, & pręcipuè ſi agatur, an in diſpoſitione feminæ cum maſculis compræhendantur, conſ. 29. nu.1. & 2.
Vocatio teſtatoris includens maſculos, & fæminas in caſu, quo poſſit præſumi teſtatorem conſideraſſe conſeruatiooem agnationis reſtringitur ad maſculos, ibid.ou.3.
Vide in verbis Statutum, Vxor.
Forenſis vide in verbo Statutum.
Forma contractus ex integritate conſiſtit, conſ. 84. nu.16.
Decretum irritans inducit formam, qua non ſeruata actus remaoet decoloratus, conſ.7.n.41.& 42.
Et conſtat de non iure talis actus, ex qoo reſultat incoloratio, ibid.nu.43.
Iuramentum non validat actum nullum ob defectum formæ, conſ.57.nu.54.
Quia actus, qui habet defectum in forma caret cõſenſu, ibid.nu.55.
Quo deficiente nihil operatur iuramentum, ibid. nu.56.
Iuramentum non supplet defectum cauſæ, quando illa requiritur pro forma in indiuiduo ib. nu. 60.
Forus domicilij potentior eſt, & magis ſpectandus, quàm forus originis, conſ.58.nu.10.
Et ideò quis forum ſortitur in loco domicilij, non in loco origiois, niſi ibi inueniatur, & ita ſecundum quid, ibid.nu.9.
Nouitius conueniendus eſt in foro eccleſiaſtico, conſ.11.nu.35.
Frater non tenetur de iure communi aliquid relinquere fratri, conſ.66.nu.4.
Qui non ſit diues, noo tenetur alere fratrem vterinum, conſ.48.nu.27.
De iore Codicis fratres conſanguinei admittebantur cum vtrinque coniunctis ad ſucceſſionem fratris, conſ.64.nu.53.
Quia cum ſint in eodem gradu videbantur æqualiter admittendi, ibid.nu.55.
At de iure authenticorum ſuccedit frater vtrinque coniunctus excluſo conſanguineo, ibid.num. 1. conſ.65.nu.6.& 38.
Etiàm extante ſorore excluſa per ſtatutum, conſ. 66.nu.12.
Rationes vide conſ.64.nu.46.& 52.
Quod habet locum etiam, quando ſuccedituṙ ex pupillari ſubſtitutione, ibid.nu.49.
Amplia, vt etiam filij fratrum vtrinque coniuoctorũ præferrantur frattibus conſanguineis ibid. n. 58.
Secus autem, ſi fratres veniant ad ſucceſſionem patris, quia omnes admittuntur, ibid.nu.44. & 47.
Et etiàm in ſucceſſione aliorum, quando à ſtatuto reputatur impertinens vinculum cognationis, ib. nu. 33.
Prout eſt in feudis, ibid.nu.34.
Et in emphiteuſi, ibid.nu.35.
Repotatur autem impertinens, quando mater à ſtatuto negligitur, ſecus, ſi honoretur, ibid.nu.18.
Succedunt tamen fratres vtrioq; coniuncti de iure communi in defectum vtrinque coniuctorum, coof.71.nu.5.
Aſcendétes de iure communi ſuccedunt cum fratribus vtrinq; coniunctis, ibid.nu.6.
Excludunt autem fratres vno tantùm vinculo coniunctos, ibid.nu.35.
Si frater conſanguineus repudiat hæreditatem alijs fratribus etiàm vtrinque coniunctis accreſcit, conſ.64.nu.44.
Frater in ſucceſſiooe excludit patruum, conſ. 102. nu.33.
Iudex debet reijcere diſpoſitionem teſtatoris inducentem inęqualitatem inter fratres, & ad euitandas fraudes, & ſcandala, conſ.2.nu.33.
Quod procedit, quando diſpoſitio eſt nulla, ib.n.35.
Hæreditas filij ab inteſtato defuncti diuiditur inter

pa-

Digitized by Google

patrem, & fratres in capita, conſ.110.nu.50.
Et pater in portionibus fratrum non habet vſumfructum, ibid.nu.51.
Filij fratrum concurrunt in ſucceſſione cum fratribus.
Bona, quæ obuenerunt ex hæreditate fratris, qui ea habuit à matre, non dicuntur materna, ſed fraterna, conſ.71.nu.22.
Vide in verbo Statutum.
Fratres patrueles an ſuccedant in ſtirpes, vel in capita remiſſiuè, conſ.28.nu.38.
De iure communi ſuccedunt in capita, conſ.66. in princ.
Etiàm extante ſorore defuncti à Statuto Bononiæ excluſa, ibid.nu.1.& per totum conſ.
Fraus: Contractus facti a delinquente ante delictum in fraudem fiſci non valent. Et quæ ſint fraudis ſuſpiciones, conſ.94.nu.7.
In dubio tamen, non præſumuntur facti in fraudẽ, ibid.nu.5.
Præſertim, quando ſunt facti palam cum præſentia virorum omni exceptione maiorum, ibid.nu.6.
Præſumptiones verò fraudis debent eſſe graues, & concludentes, ibid.nu.11.
Et tolluntur, quando cauſa delicti non præceſſit contractum, ibid.nu.8.
De quo rationes aſſignantur, ibid.nu.9. & ſeqq.
Et, quando conſtat, delinquentem tempore contractus non cogitaſſe de delicto, ibid.d.nu.9.
Prout conſtat, quando rixa ex accidenti oritur, ibid. num.12.
Ceſſant etiam præſumptiones fraudis in contractu oneroſo, ibid.nu.14.
Et quando actus fit ex neceſſitate, ibid.nu.20.
Quia neceſſitas tollit ſuſpicionem fraudis, cõſ.105. num.13.
Et non operantur, quando quis damnatur in contumaciam, ibid.nu.15.
Rationes afferuntur, ibid.nu.16.& 17.
Fraudis verò præſumptiones ſeparatæ non operantur ad fauorem fiſci, vt de præſumptione, quod delinquens temãſerit in poſſeſſione, rei alienatę, ibid.nu.18.
Item de præſumptione, quod alienatio ſit facta in ſanguine coniunctum, ibid.nu.19.
Et de alia, quod in diuiſione omnia exiſtentia in loco delicti obuenerint fratri non delinquenti, ibid.nu.21.
Breuitas temporis in adhibenda cauſæ, cognitione non caret ſuſpicione fraudis, conſ.107.nu.3.
Fructus rei pertinent ad Dominum, ſicuti & augmentum fructuum, conſ.19.nu.14.& 15.
Fulgoſ. conſ.54. in quibus terminis procedat, conſ.71. num.39.
In l.nam poſtea §.ſi minor ff. de iureiur. declaratur, conſ.98.nu.26.
Fundus inferior debet recipere aquas ſuperiores, conſ. 100.nu.20.
Legatum fundi, con tutte le ſue ragioni adherenze, e pertinenze eſt legatum fundi cum inſtrumẽto, conſ.52.nu.1.
Sicuti eſt etiàm legatum fundi, cum omnibus ad eũ ſpectantibus, vel pertinentibus, ibid.nu.2.
Nàm inſtrumenta ſunt de iuribus fundi, & acceſſoria ad ipſum ibid. nu.3.
Et, quæ comparata ſunt, vt fundus fertilior ſit in fructu, dicuntur inſtrumenta, ibid.nu.7.
Et quoniam inſtrumenta à lege deputata ſunt, vt fundo accedant, & illi deſeruiant, ideò veniunt appellatione pertinentiarum, ibid.nu.5.
Quia pertinentiarum appellatione veniunt, quę ſtatuto, conſuetudine, vel lege deputata ſunt vt accedant, ibid.nu.4.
Et ideo ſub huiuſmodi legato continentur Boues aratorij, ibid.nu.6.
Et iuuenci nondùm domiti, ad iugum tamen deſtinati, ibid.nu.8.& ſeqq.
Continentur etiam vaccæ, ibid. nu.11.& ſeq.
Et animalia, quæ ſunt ad ſtercorandum agrum, ib. nu.12.
Quamuis alium fructum afferant, præter illum, qui pertinet ad fundum, dummodo non ſit eo maior, ibid.nu.13.& 15.
Et pariter continentur ſues, ibid.nu.14.
Et oues, ſi fundus nullam, vel parum vtilitatis afferret, niſi oues haberentur, ibid.nu.15.
Legatum prædij intiero, e ſenza diminutione eſt legatum fundi inſtructi, ibid. nu 16.
Sub quo legato, quod magis amplum eſt, quàm ſit legatum cum inſtrumento, quæ contineantur, ibid.nu.17.
Præcipuè verò continentur vaccæ, & pecora, ibid. num.18.
Vide in verbo Seruitus.
Funeris impenſa detrahitur ex fideicommiſſo, conſ.40. num.32.
Furioſus eſt inhabilis ad contrahendum matrimoniũ, conſ.28.nu.39.
Et non poteſt conſeruare agnationem, ibid.

G

G*Abella*: Tot ſoluendæ ſunt gabellæ, quot ſunt capita ſententiæ, conſ.75.nu.8.
Epiſcopus conſentiens ciuitati imponẽti gabellas, non intelligitur conſentire in præiudicium ſuæ Eccleſiæ, conſ.83.nu.13.
Qui ex naufragio ad aliquem locum impelluntur, non tenentur ſoluere gabellam illius loci, conſ. 91.nu.11.
Gabriel. conſ.1.nu.20.lib.2. in quibus terminis loquatur, conſ.66.nu.19.
Geminatio oſtendit enixam voluntatem, conſ.30.nu.3. conſ.33.nu.25.
Generalitas vide in verbo Verba generalia.
Genus tantum poteſt in ſuo genere, quantum poteſt ſpecies in ſua ſpecie, vel indiuiduum in indiuiduo, conſ.23.nu.4.
Paria non ſunt vocare genus, & parentelam, vel vocare propinquiorem generis in gradu parentelæ, conſ.28.nu.9
Gerundium qualificat, & reſtringit diſpoſitionem ad expreſſa, conſ.99.nu.19.
Giouagnon. conſ.65.lib.1.Reprobatur, & eius rationibus reſpondetur, conſ.23.per totum.
Conſ.11. lib. 2. Reprobatur, & eius rationibus reſpondetur, conſ.31 per totum.
*Gloſ.*1.in l.re coniuncti ff. de leg.3. vel eſt reprobata, vel corruptè legitur, conſ.22.nu.11.
Gozadin. intellectus ad ſtatutum Bonon. de doti, reſtit.§.Inſuper etiàm, Reprobatur, conſ.59. nu.51.
Gradus: Si ſtatutum velit, vt gradus numerentur ſecundum ius canonicum, omnes, qui ſunt in eodem gradu admittuntur, quamuis alter eſſet proximior de iure ciuili, conſ.64.nu.57.
Gutierez. de gabel. q.87.num.6.Reprobatur, conſ.13. num.19.

H

H*Abitatio*: Vide in verbo Edictum.
Hæres inſtitutus dicitur hæres per prius, & qui venit ab inteſtato per poſterius, conſ.109.nu.18.
Cenſetur vna, & eadem perſona cum defuncto, & in hæredem tranſeunt omnia iura defuncti, cõſ. 44.nu.2.

Regula hæc fallit, quando inter defunctum,& hæredem adeſt diuerſa ratio, ibid.nu.3.

Item ceſſat in iure, quod extinguitur cum perſona defuncti,ibid.nu.4.& 6.

Et ideò ſtatuta diſponentia, poſſeſſionem defuncti tranſire in hæredes, non habent locum, quando poſſeſſio eſt apud defunctum ex cauſa ad hæredes non tranſitoria, ibid.nu.5.

Non poteſt venire contra factum defuncti,conſ.51 nu.26.conſ.106.nu.29.

Sed tenetur illud ratum habere,conſ.1.nu.48.conſ. 50.nu.63.

In totum, ſi non fecit inuentarium, & pro rata hæreditatis, ſi illud fecit, d.conſ.1.nu.48.

Quod procedit ſolùm circa diſpoſita à teſtatore in teſtamento, non circa facta extra teſtamentum, & de ratione, ibid.nu.49.

Secundo fallit, quando factum teſtatoris eſt nullũ, inualidum,& à iure improbatum, conſ.1 nu.50.

Vel ſaltem debet iudex tale factum reuocare, ibid. nu.51.

Tertio limitatur in facto, quod tendit ad priuandum hæredem beneficio legis, ibid.nu.52.

Quarto poteſt hęres reuocare confeſſionem defuncti erroneam, conſ.51.nu.28.

Teſtator in teſtamento poteſt diſponere de re hæredis, & conſequenter de feudo antiquo ex pacto, & prouidentia,conſ.2.nu.4.

Et hæres adeundo obligatur ad ſeruandam talem diſpoſitionem, ibid.n.5.

Præſertim, ſi taceat per plures annos permittendo, vt illa ſeruetur,ibid.nu.12.

Etiam ſi fecerit inuentarium, quatenus tamen patiuntur vires hæreditariæ, ibid.nu.6.

Et aſſertur ratio, ibid.nu.9.

Non autem obligatur ſeruare diſpoſita inter viuos circa huiuſmodi feudum, ibid.num.8. conſ. 106.nu.30.

Nec diſpoſita inter viuos circa emphiteuſim in præiudicium ipſius hęredis ad eam vocati,d.cóſ. 106.nu.30.

Ad primum hæredem vti informatum ſpectat declarare voluntatem teſtatoris, conſ.51.nu.23.

Quam dicitur declarare nedùm verbis, ſed etiam facto, ibid.nu.27.

Et ideò, ſi hæres ſoluat legatũ,eſt coniectura, quod illud non fuerit reuocatum, ibid.nu.22.

Et in fideicommiſſis procedendum eſt, quemadmodum à primo hærede obſeruatũ eſt,cui non poſſunt cæteri hæredes contrauenire, ib.nu.24.

Ius petendi ſupplementum legitimæ non competit hæredi, ſi ille,cui competebat,vixit per quinquenium, & non petiit, conſ.70.nu.32.

Habilitas hęredis eſt neceſſaria tempore mortis teſtatoris, conſ.61.nu.4.

Illi, qui ex pluribus hæredibus adiuerunt,ſunt hæredes ſpe,& habitu in portionibus aliorũ.qui nó adiuerunt,illiſque repudiantibus efficiuntur hęredes effectu, & actu, conſ.39.nu.8.

Si teſtator inſtituat hæredem vxorem donec vixerit, ea mortua ſuccedunt teſtatoris hæredes ab inteſtato, conſ.38.nu.1.& 6.

Siue ſint primi, ſiuè vlteriores, ibid.nu.4.

Secus autem, quando datus eſt ſubſtitutus poſt mortem, quia ille ſuccedit, ibid.nu.2. 3. & 6.

Et eo decedente ante vxorem bona remanent libera penes eam, ibid.nu 5.& 11.

Inſtitutus in vſufructu nó facto hærede in proprietate, eſt etiam hæres in proprietate, conſ.39. nu. 5.conſ.40.nu.19.

Inſtituto aliquo hærede, & eius deſcendentibus,an dicantur ſimul inſtituti, vel ordine ſucceſſiuo, conſ.16.nu.1.

Quando autem inſtituti ſunt deſcendentes mortuo patre dicuntur inſtituti ordine ſucceſſiuo, ibid. nu. 2.

Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, conſ.60.nu.36.

Patris eſt debita filio. conſ.33.nu.17.

Matris diuiditur ęqualiter inter filios, cóſ.71.n. 21.

Non adita non tranſmittitur, conſ.108.nu.17.

In dubio non eſt credendum,teſtatorem velle priuare aliquẽ hæreditate ſibi debita,conſ.33.n.19.

Bona, quæ obuenerunt ex hæreditate fratris,qui ea habuit à matre, non dicuntur materna, ſed fraterna, conſ.71.nu.22.

In petitione hæreditatis veniunt omnia, quæ detinebantur à defuncto, conſ.108.nu.75.

Vide in verbis Aditio, Inſtitutio.

Honded.conſ.89.lib.1 Contra eum ſtat vera, & communis opinio, conſ.55.nu.12.

Hortari non eſt actus, quod denotet iuriſdictionem, vel ſuperioritatem, conſ.12.nu.17.

Hoſpitalia gaudent prerogatiuis, & priuilegijs Eccleſiæ conſ.81.nu.7.

Quando tamen erecta ſunt authoritate ſuperioris ibid.nu.27.

Alia ſunt priuata, & laicorum, alia publica, & Eccleſiarum, ibid.nu.8.

Quando dicantur publica, & quando priuata, ibid.nu.9.

Et quomodo cognoſcatur,erecta fuiſſe,vel non authoritate Superioris remiſſiuè, ibid.nu.10.

Coniecturæ,ex quibus colligitur interueniſſe talem authoritatem ib.nu.12.

Et in quibus caſibus locum habeant, ibid.nu.22.& ſeqq.

Contrariæ coniecturæ recenſentur, ibid.nu.13.

Sed vrgentiores vincunt minus vrgẽtes,ibid.n.21.

In dubio tamen, quando Hoſpitale regitur à laicis, præſumitur erectum ſine authoritate Epiſcopi, ibid.nu.24.

Secus, ſi habeat faciem loci eccleſiaſtici,ibid.n.25.

Hoſpitalia viſitari poſſunt ab Ordinario, & ad quẽ effectum, ibid.nu.28.

Et viſitatori ſubminiſtrandæ ſunt expenſæ, niſi redditus Hoſpitalis ſint valdè tenues, ibid.nu.29.

Quando Hoſpitalia ſunt laicalia, non tenentur ad decimas,ad quæ tenentur loca religioſa,ib.n.30.

Sententia declarans ſtatum Hoſpitalis facit ius, quoad omnes, conſ.81.nu.14.

Præſertim quando percutit eius primęuum ſtatum, ibid.nu.19.

Extrauagans Pauli 2.de reb.eccleſ.nõ alien. locum habet in Hoſpitalibus, & Confraternitatibus, quæ ſunt loca pia, ibid.nu.3.& 6.

Illiſq; relicta dicuntur relicta ad pias cauſas, ibid. nu.4.

Intellige tamen de Hoſpitalibus publicis erectis de licentia Superiorum, ibid.nu.11.& 26.

Hoſpitari eſt onus mixtum, quod perſonis iniungitur pro rebus, conſ.13.nu.29.

Clerici non poſſunt cogi ad recipiendos Hoſpities in domibus ſuis, ibid.nu.28.

Hypoteca Vide in verbo Emphiteuſis.

I

I*aſ.* in l.diuortio §.ſi fundum ſub nu.4.ff. ſolut.matrim.Reprobatur, & eius rationibus reſpondetur, conſ.84.nu.5.

Idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod operatur propoſitum in propoſito, conſ.57.nu.3.

Ignorantia nó præſumitur in eo,qui ſuccedit in ius alterius,quãdo potuit habere notitiã,conſ.87.n.24

Nec,

Nec, quãdo eſt actor, & tractat de lucro acquirendo, ibid.nu.25.

Facti alieni præſumitur, conſ.97.nu.7.

Et prudentiſſimos quandoque fallit, ibid.nu.6.

Iuris dubij præſumitur, conſ.1.nu.71.

Vel poteſt probari iuramento, ibid.nu.72.

Illegitimi vide in verbis Filij, Legitimatio, Naturales.

Illud, quod reſpondiſſet teſtator, ſi fuiſſet interrogatus, habetur pro diſpoſito, conſ.34.nu.10.

Quæ regula non habet locum multis caſibus, ibid. nu.12.

Immemorabile tempus eſt centum annorum, conſ.5. num.19.

Multi tenent, quod ſufficiat minus tempus, ibid. num.22.

Imperij iura pręſcribuntur tempore immemorabili, ibid.nu.21.

Immunitas Eccleſiaſtica conceſſa eſt perſonis, & bonis, conſ.13.nu.1.

Perſonæ ſunt immunes, quia ſunt Deo dicatæ, & bona, quia ſunt in dominio Chriſti, conſ.14.n.13.

Et conceduntur immunitates Clericis ob plura onera, quibus ipſi, non autem laici grauati ſunt, conſ.13.nu.9.

Talis immunitas trãſit in colonos ad inſtar immunitatis realis, ibid.nu.3.

Vel prædium tranſit ad eos cum immunitate, ibid. num.4.

Quia, quando terra eſt priuilegiata, colonus non tenetur ad onera, ibid. nu.5.

Et coloni colentes terras immunes, ſunt immunes, ibid.nu.6.conſ.14.nu.10.

Siuè immunitas competat ex priuilegio particulari, ſiue ex priuilegio iuris communis, d.conſ.13. num.7.

Quod offendit libertatem, vel immunitatem Eccleſiæ, ſiuè directè, ſiuè indirectè, reprobatum eſt, etiam ſi de eccleſia non fiat ſpecialis mentio, ibid.num.18.

In conſeruatione immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ conſiſtit vtilitas publica diuina, ib.n.21.

Priuilegium immunitatis conceſſum Eccleſiaſticis, vel eorum bonis, non eſt ſtricti iuris, conſ.14. num.16.

Immunitas Eccleſiaſtica tranſit in emptorem, præſertim in oneribus extraordinarijs, ibid.nu.20.

Obſeruantia, & conſuetudo contra immunitatem Eccleſiaſticam, tanquam corruptela, non eſt ſeruanda, quia immunitas eſt de iure diuino, ibid. nu.26.conſ.13.nu.41.

Clerici gaudent immunitate ab oneribus, quæ imponuntur à laicis perſonis pro rebus, cõſ.17.n.3.

Immunitates, vnius ſocij communicantur, alteri conſ.13.nu.25.

Præſertim, quando aliàs immunis non gauderet ſua immunitate, ibid.nu.26.

Vel diminutam haberet, ibid.nu.27.

Imola intellectus ad §. veteranus l.militis codicillis ff. de milit.teſtam. impugnatur, conſ.57. nu. 20.

Imperator non poteſt legitimare reſpectu bonorum, quæ ſunt, extra iuriſdictionem Imperialem, ſicuti nec poteſt ille, qui habet poteſtatem legitimandi ab Imperatore, conſ.56.nu.3.

Præſertim, quando agitur de præiudicio filiorum legitimorum, ibid.nu.4.

Nec ab eiſdem poteſt fieri legitimatio de ſpurio, ſed ſolùm diſpenſatio, ibid.nu.5.& 22.

Poteſt quis habere directum dominium in feudo remanente apud Imperatorem vniuerſali iuriſdictione, conſ.9.nu.12.

Recognoſcens feudum ab Imperatore poteſt recipere iuramentum ligium a ſubditis, ibid. nu.21.

Imperium: Poteſt feudatarius Imperij habere ſuperioritatem, conſ.9.nu.52.

Imperij iura pręſcribuntur tempore immemorabili, conſ.5.nu.21.

Quod eſt tempus centum annorum, ibid.nu.19.

Multi tenent, quod ſufficiat minus tempus, ibid. num.22.

Impugnans actum non poteſt ex eo iuuari, conſ.109. num.60.

Imputandum eſt ei, qui legem pacti apertius non dixit, conſ.80.nu.26.

Sed, quando dicatur, vel non, pactum obſcurum, ibid.nu.30.

In claris non eſt opus coniecturis, conſ.1.nu.38.conſ. 25.nu.24.conſ.37.nu.41.conſ.45.nu.27. conſ.67. nu.16.conſ.71.nu.16.conſ.97.nu.26.

Nec eſt procedẽdum per præſumptiones, conſ.109. num.16.

Neque datur in claris queſtio voluntatis, conſ.45. nu.29.conſ.50.nu.34.conſ.71.nu.17.

Incluſio vnius eſt alterius excluſio, conſ.10.nu.8. conſ. 61.nu.28.

Nec regula ceſſat, quando incluſio eſt caſus magis dubij, ibid.nu.29.

Vel caſus magis frequenter contingentis, ibid.n.30.

Et, quando repugnat mens includentis, ibid.nu.31.

Incluſio facta vno modo non excludit ea, quæ ſunt incluſa alio modo, conſ.108.nu.56.

Incola alicuius loci dicitur ille, qui ibi habet domicilium, larem, fortunaſque ſuas, conſ.76.nu.1.

Et ideo aduena dicitur incola, quando ea mente in aliquam regionem venit, vt ibi perpetuo ſit, ibid. num.2.

In conflictu opinionum media via eligenda eſt, conſ. 98.nu.14.

Inditium vagum, & incertum, quod ſit, conſ.93.n.12.

Remotum non probatur per vnicum teſtem, ibid. num.13.

Vide in uerbo Tortura.

Indiuiduum poteſt dici factum reſpectu ſolutionis, nõ verò reſpectu obligationis, conſ.90.nu.72.

In indiuiduis vtile per inutile vitiatur, conſ.110. nu.10.

Inducta ad augendum nõ debent diminuere, conſ.23. nu.5.conſ.50.nu.31.

Sicuti è contra inducta ad diminutionem non debent augere, conſ.102.nu.35.

Inducta ad modificandum non debent ampliare, conſ.33.nu.22.

Infirmus habetur pro præſente, & ſeruiente, conſ.76. num.10.

In habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus, conſ.61. nu.25.conſ.97.nu.11.

Innocentem punire inhumanum eſt, conſ.92.nu.28.

Vide in verbo Crimen læſæ maieſtatis.

Inſinuatio: Vide in verbis Donatio, Renunciatio.

Inſtitutus: Vide in verbo Hęres.

Inſtrumentum publicum manifeſtam inducit probationem, conſ.40.nu.22.

Facit rem notoriam nulla egentem diſceptatione, conſ.78.nu.20.

Præſumitur ſine fictione, & fraude, conſ.105.n.8.

Si ſtatuto caueatur, vt nulla inſtrumento liquido obijciatur exceptio, poterunt tamen adduci probationes liquidationem deſtruentes, conſ.7.n.30.

Executio, quæ datur ſcriptis, & inſtrumentis per ſtatutum, non competit, niſi liquidato intereſſe, quando illud competit, conſ.90.nu.31.

Et purificata, ac liquidata conditione, quando obligatio eſt conditionalis, ibid.nu.32.

Vide in verbo Exemplum.

De inſtrumentis fundi, vide in verbo Fundus.

